

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



The forest content of the first of the Minister of the Ministe



Digitized by Google

in append Simpola of a contract.

appendent of apportuna of a contract.

Delichus Dempolas

1574

3722

Nicephoa - Cattint

Digitized by Google

# CALLISTI XANTHO-

VLI, SCRIPTORIS VERE CATHO-

LICI, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI DECEM ET

0 C T 0



SACRATISS. ROM. REGIS FERDINANDI liberalitate, opera verò ac studio doctissiviri Ioannis Langi, Consiliarij Regij, è Græco in Latinum sermonem translati, nuncque denuò castigatiores, & Scholiis ad marginem permultis superadditis, auctiores in lucemediti.

Quorum eximia vtilitas, pra cateris Ecclesiasticorum scriptorum historiis hattenus editis, cùm in Ioan. Langi ad S. R. Maiest. tum ipsius Nicephori, lucubrationis huius sua initio statim adietta Prafatione, satus luculenter exponitur.

Accessit locuples rerum & verborum in his memorabilium Index.

Adiecimus quoque ad Nicephorum, Magni Aurelij Cassiodori Tripartitam, quam vocant, Historiam, luculenter à mendis propè infinitis cum suo indice repurgatam.



PARISIIS,

Apud AEgidium Gorbinum, sub insigne Spei, prope collegium Cameracense.

1562.

2505

Tagind ar adander digitale på venne Managilles



<sup>A</sup> Sacratissimo & lectissimo Principi, Domino

FERDINANDO, ROMAN. PANNON. BOEM.

& Slauor. Regi Augusto, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austria, Duci Burgundia, Silesia, & c. Comiti Tirolu, Flandria, & c.

# Principi & Domino suo benignissimo

A Deo Opt. Max. Ioannes Langus incolumitatem diuturnam,pacem tranquillam,& felicitatem sempiternam precatur.



I CEPHORI
Callifti, scriptoris catholici, Ecclesiastice historiæ decé & octo
librorūè Græco
translatione, Ma
iestatis tuæ, Rex
inclyte, iussu mihi mandatam, &
Dei tande Opt.
Max. ope ad fine
suum perductă,
apud Maiestate

B tuam officiose exhibeo & repræsento. Quo in Opere non tam do&rinam, aut eloquentiam, que in me vel nulla, vel sanè quàm exigua est, ostentandã mihi, quam curam & fidem, quæ in Ecclesiastico interprete summa requiritur, prestandam esse duxi.Quam laudem an assequutus sim,affirmare ipse non ausim:studio certe pieratis eam consectatus sum sedulò & diligenter. Eius rei penes Maiestatem tuam, & bonos piosque viros, qui ex animo & sincere, non scriptis dictifq; modo, verum etiam rebus & factis ipsis, religionem Christiana profitentur, quibus nimirum solis liber hicab autore ipso est edit', iudiciú esto. Enimuerò, nisi me opinio mea fallit, Nicephorianú hunc priscarum Ecclesiæ rerum codicem, rebus temporibusq; nostris valde viilem, commodum, necessariumque adeò fore puto. Nam & censuram corruptorum apud nos morū, veluti antiquus disciplinæ Christiane magister, aget: ordinű omnium hominibus C omnibus, simul & virtutu, quæ imitemur, & vitio rū, quæ vitemus, exépla illustria, & cū pietatis sem piterna præmia, tú infidelitatis perpetua supplicia pponés: & ad ordinanda constituenda q, Répub. Écclesiastica civilibus atq; intestinis dissidiis admodū couulsam & labefactată, viá ostendet:queadmodu antiquitus dissensiones in Ecclesia multifaria exortæ, legitimis quietisque consiliis sopite sint & coposita, Synodoru aliquot œcumenicaru acta exhibés. Que omnia summos orbis Christiani Principes non nosse tantu, sed identide secu in animo voluere, continuég; ob oculos habere, comunis omniŭ nostrûm salutis, & totius Reipub. magnopere interest. Non quista antehac in libris, monumentilq; literarū aliis, & in Eusebij Paphili Ecclesiastica, quá Rusinus vertit, & ca que vocatur Tripartita historia , tradita atq; exposita non sint: sed apud Nicephorű nostrű omnia ordine meliore, delectúq; & iudicio acriore, dilucidius & copiosius, ab antiquis scriptoribus sumpta, oratione perperua referuntur:ita vt si alius Operis buius vsus non esset, illa salté re plurimum id prodesset, & editioni veteris historie, qua dixi, Ecclesiastice nimis sæpe accisæ & obscuræ,permultű affert lucis. Qua de re plura mihi facere verba, opus non est: quandoquidé Nicephorusiple, in initio statim lu-E cubrationis huius suz, vtilitate eius p czteris Ecclesiasticoru scriptoru historiis, luculeter satis stilo est psequutus. Ipse quide, singulari prouidetiæ diuinz beneficio, hosce Nicephori libros, Grzco sermone copositos, elegantissiméq; manu descritos, téporibus nostris reservatos, ad nos puenisse arbitror. Declarat hoc satis rei enentus. Quú nág; ante annos multos, ex Budensi regia bibliotheca, quá Matthias Coruinus, Pannonű Rex, pulcherrimă, Græcis & Latinis libris lectifsimis refertă, instituit, surrept, diu in privati hominis bonis suisset:& postea p milites Turcicos,in miserabili casu & direptione Panoniz, inter reliqua præda Constárinopolim deportatus, in foro ibi scrutario vænisser, perg comodè accidit, vt à Christiano, eodé que studioso homine emptus, postliminio in cande Pannonia sit reuersus. Vbi tande in dominium præclari & eruditi viri, Georgij Logi Iusiscosulti, Vratiflauienfiŭ fan&z Crucis,& diui 10annis,ecclesiarum Præpositi & Canonici, Maiestatis tuæ F Consiliarij, concessit: vnde nobis, Maiest. tua iubente, eius Latinè vertédi potestas est facta. Accidit pterea paulo ante id tépus, vt Lutetiç Parisiorű in Francia, regiis typis, Eulebij iplius Paphili & reliquorum Ecclesiasticoru scriptoru historię, vnde & Tripartitam suam Cassiodorus Sonator decerplit, & Nicephorus noster bona ex parte, pleraque loca & argumenta, arbitratu fuo, in opus hoc fuum congessit, in publicum græcè ederentur: Deo hoc sic disponente, vt libris eiusmodi græcè & latinè vulgatis, plurium testimonio editionum

A magis atque magis veterum in Ecclesia Christiana rerum gestarum veritas atque certitudo confirmetur: & ea vtilitas, quam pij omnes speramus, votifque omnibus expetimus, ad temporum nostrorum Ecclesiam, & populum Christianum vni uersum, ordinum in eo omnium moribus pariter castigandis, erroribus legitime tollendis, & doctri nis piè conformandis, perueniat. Ita enim viros re ligionis nostræ studiosos mecum arbitraturos esse opinor, quum à lectione Oracularium veteris & nous Testamenti literarum sacrosancta discesferint, vix extare opus aliud, quod cum ampliore certioreque ad veræ pietatis nostræ mysteria addiscenda, & viram moresque in melius mutados, vsu atque fructu omnis generis ordinis & ztatis homines possint nocturna versare manu, versare diurna. Quarenus veluti in augustissimo splendidissimoque Ecclesie amphitheatro, sic in historiarum sacrarum hisce monumentis præclarissimis atque sanctissimis, omne veriusque sexus genus, ordo omnis, status & ætas omnis, pulcherrima in B Christiani stadij curriculo, sancte & fortiter, pro immortalitatis & vitæ cælestis amplissimis præmiis, decertandi, atque rectam sinceramque religionem aduersis iuxtà & secundis rebus, per side non fucatam, charitatem operantem, & spem inconcussam, cum bona & pura conscientia, patienter atque constanter exercendi documenta propolita habet. Quid est enim Historiæ Ecclesiasticæ volumen aliud, quàm prædictionum, doctrinarumque, & promissionum Seruatoris & Domi ni nostri Iesu Christi, sanctorumque eius Apostolorum & Prophetarum, sancta & admiranda representatio, exequutio, oblatio, cœlestisque pietatis verissimum gymnasium? quod omnibus omnium philosophorum porticibus, Lyceis & Academiis tantum præstat, quantum mors vitæ, cœlo terra, Deo homo cedit. În facro Actorum apolto licorum diui Lucæ Euangelistæ libro, Christianu pectus, gentis professionisque suz incunabula, cu ingenti animi voluptate & admiratione contemplatur. A uctus porrò & incrementa eius non alibi, quàm in facta Ecclefiæ hiftoria perspexerit.Per C quam autem piis hominibus iucundum: eis verò qui magistratum, non Ecclesiasticum modò, verùm profanum etiam & secularem gerunt, à Deo sibi mandatum, quàm maxime opus est, posteaquam quibus studiis Ecclesia adoleuerit, & eò ma iestatis amplitudinisque, diutinis incrementis, vt metuendum forte sit, ne magnitudine propemodum sua laborare incipiat, peruenerit, cognitum habeant, vt eisdem studiis non solum storentem conseruandam, sed etiam collabentem religioné instaurandam esse intelligant. Magnam ab humanitatis & bonarum artiu sectatoribus incunt gratiam,& multam consequütur gloriam, qui ex veterum Græcorum & Latinorum scriptorum literis, antiquitatis cognoscédæ gratia, recoditi quidquam de numismatibus, coronis, vestimentis, couiuiis, & moribus, rebusque priscorum Græcoru, Latinorum & Barbarorum etiam populoru, aliis in lucem proferunt, atque declarant: quive de colosso, columna, statua, arcu triúphali, aut inscriptione vetusta quapiam, aliquid indicant atque exponunt. Gratu id esse solet doctis & studiosis omnibus.itaque scripta eiuscemodi in manibus sedu-

lò habent, legüt, admirantur, exosculantur, in ma- D gno precio habent, antiquarios ipíos in cœlū laudibus vehunt. Quod quum homines nostri tanto animi studio & affectione in rebus profanis & terrenis, eisque non admodum necessariis, quandoque etiam parú vtilibus, & planè inanibus, faciant:quanta pietate eos conuenit excipere atque versare sacræ historiæ codice, in quo sacrosance antiquitates, primordia & augméta Ecclesiæ Dei & Reipub. Christian wostenduntur, thesauri cœlestes & æterni, omnis generis martyriorū & certaminű coronz, mysticz mensz epulationes, san-Aarum animarum sempiterna monumenta, virtu tum diuinarum,captum humanum fuperantium, effigies & signa, cum immortalitalis ipsius certifsimorum præmiorum spe indubitata proponuntur, frequentantur, celebrantur? Quæ cu eis, quas diximus, mūdanis, fluxis & caducis rebus collata, nibili prorsus illas esse arguüt & conuincut. Quo plus gratie veris istis antiquariis nostris debemus, quòd venerade Ecclesiastice verustatis memoria, in literas relatam ad nos transmiserunt. Eam verò E propè omnem Nicephoriani isti libri coplectuntur. Quod si Augusto Cæsari, principi fortunatissimo, sub cuius auspicatissimo Imperio, aureo seculo, & optata pace atque tranquillitate orbi vniverso conciliata, autor & donator pacis æternæ, Dei filius Dominus Iesus Christus, Saluator noster, ex virgine homo, salutis & immortalitatis no stræ gratia nasci dignatus est : summa quoque illa felicitatis pars divino munere contigisset, & in ea is tépora incidisser, vt & ipse Christo nomine da. to, Christianus princeps esser, & Christianis populis imperarer, libentissimè medius fidius in senatu Rom.iple bonă Ecclesiastici operis parté recitallet,& in prouincias ditionis sue descripta,ordinibus omnibus legendam atque cognoscendã mississet. Nam in euoluendis vtriusque linguæ autoribus (quod de co Sactonius Tranquillus scriptum reliquit) nihil æquè sectatus est, quam exem pla publice vel privatim salubria, caque ad verbu excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercitu, prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magistratus, prout quique monitione indigerent, missit. Libros F etiam totos & senatui recitauit, & populo notos per edicum fecit. Quanto credibilius est, Ecclesiasticis eum mysteriis initiatum, Christianumque Imperatorem factu, non pauca quædam ex sacro hoc codice exempla petita: sed vel integru ipsum opus, cum ciuibus omnis ordinis suis, ad publicos coru simul & privatos vsus, veritatis cotestanda, sempitérnæque incolumitatis consequendæ causa, quonis modo communicaturum, vulgaturumque suisse? Non continuisset princeps optimus, in tra domesticos aulæ Imperialis parietes libros tales, qui ad vniuersalé Ecclesia & Reipub. Christia næ doctrinam & disciplinam sunt compositi, sed comunis publicique omnino iuris esse voluisser. Bonorum cos & piorum virorum calculo, quales à principio statim laudauimus, comprobatum iri, dubium no est. Quin etiamsi extra aleam inuidiæ & obtrectationis ita sint positi, vt sibi à genuinis contentiosoru hominu, qui Christianismi virtuté & professionem in controversis disputationibus, perperuisque rixis, altercationibus & iurgiis collocant, minime timendum esse puter : sub ReA giæ tamen Maiestatis tuæ auspicio latine versi publicantur. Conuenit enim, volumen de vera sinceraque pietate conscriptum, sub Principis eius nomine potissimum edi, qui pietatem studiosissimè colit, eandemque saluam & auctam esse sum mopere cupir. Cuius studij Maiestas tua Regia, immò orbis Christianus vniuersus, per Maiestaté tuam peramplos diuinitus percepit fructus. Siqui dem quòd Turcica immanitas veluti diluuium quoddam in Germaniam omnem non exundauit:&quòd nobis à tysannide ea,patria nostra salua est idipsum, secundum dininam benignitatem & clementiam, si sincerè recteque iudicare volumus, virtuti Maiestatis tux ferimus acceptum. Libet namque, libet, Rex Ferdinande, beneficia sum mi Dei, ope operaque Maiestatis tux nobis præsti ta, gratis animis recognoscere: quod nisi faciamus, extremæ meritò impietatis crimen committamus. Regnum enim Maiestatis tuænisi in hæc tempora difficillima & periculosisima, cum molestia quidem, labore, & eruna Maiestatis tuæin-B finita:commodo autem, emolumento, & vtilitate nostra maxima,incidisset:quorsum no iam barbaries Scythica excurrisset? Assereti Maiestati tuæ Pannoniæ regnum, optimo & apertissimo iure ad eam deuolutum, plurima se ab aduersariis, tyrannidem ibi sæuam affectantibus, & crudelitatem exercentibus, obtulere impedimenta, quibus iusto aliquoties bello obuiam est itum. Accessere à finitimis principibus & populis, à quibus Maiestatem tuam adiutam oportuit, parum sidæ societates. Superuenit tandem Rex Turcicus, qui non semel omnibus suis copiis & viribus connixus, ex possessione Pannonie Maiestatem tuam deturbatam voluit. Verùm ea fuit Maiestatis tuæ in tuendo iure suo fortitudo, & ea in arcendo à Germaniæ & Italiæ ceruicibus sæuissimo hoste constantia', & tam præsens divini numinis in Maiestate tua, populisque tutelæ eius commissis, auxilio defensioneque sua seruandis, præsidium, vt conatus propè Barbari tyranni omnis, præterquam quòd ei perfidia regni affectatorum proditione commodauit, frustra fuerit. Quater, Maiestate tua re-C gnate Scythicus princeps ex Thracia p Maiestatis tux infideles fubditos euocatus, perinde atq; olim Persaru reges in Greciam, omnibus vndique contractis copiis, exercitibulque suis in Pannoniam, & aduerlus Germaniam, maximam luscepit belli expeditionem. Quater itidem non tam Maiestatis tuæ marte, quam potenti manu Dei, magnifice est ! repullus. Atque ille ea spe aduersus nos bellum toties mouit, vt nihil se in Pannonia & Germania cuncta reliqui facturum putaret, quod sub iugum dominationis suz superbissimz non mitteret, sibique parêre cogeret. O immensum erga Maiestatem tuam, Dei amorem:ô tempestiue cœlitùs missum præsidium: ô summam erga ciues subditosque Maiestatis tux, Divini numinis pietatem & misericordiam: quod nos vnà cum Maiestate tua, ope sua à monocerotis huius cornibus liberauit.Prodeat hic aliquis, & regem, principémve aliquem, toto eo tempore, quo non solum Ottomanorum familia in Asia & Europa rerum potita est, sed etiam Turcicum nomen orbi innotuit, proferat, que toties ad hunc modu præsens Deus præsidio suo sit tutatus. Immò aliquem saltem ex

Christianis nominet regem, qui se ætate nostra D dominatori isti Asiz opponere sit ausus. Vsqueaded totam Turcici belli moles in Maiestatis tuæ caput, & ceruices nostras, populis & principibus vicinis cessantibus, periculumque nostrum inspe-Cantibus, incubuit. Proinde sempiternas benigni tati diuinæ, pro tanto illius in nos fauore & beneficio, agere debemus gratias: cuius propitium magis nobis, quàm seculis alsis fuit numen. Quum primum in Europam ex Asia gens Turcica ciuili Græcorum bello pertracta esset, & nondum ad tantam vel dimidia ex parte potentiam peruenifset, bis cum ea primus ex Principibus Christianis Sigismundus Boemus, Pannonum, mox etiam Boemorum Rex, & postea Romanorum quoque Imperator, bello est congressus, sed infæliciter. Post hunc Vladislaus Iagellonius, Pannonie itidé, & præterca Poloniæ Rex , belli fortunam aduersus Turcas præliis aliquot tentauit. & fortiter ille primum, nec minus prosperè rem gessit : sed tandem denuò cum illis, remisso induciis, ad quas cos perendas coegerat, nuncio, Martis aleam exper- E tus, copiis hostium corum longè maximis obrutus, cum ingenti suorum clade, pulchram subiit per vulnera mortem. Græcorum hic Imperatoru & Principum, Scanderbecchio Castriota excepto, clades potius quam expeditiones, & Venetorum item Turcica prælia omitto. Ludovici verò Iagellonij, Pannonum Boemorumque regis, Maiestatis tux sororij, iuuenis fortisimi, meminisse fine lacrymis nequeo, quem prima statim Turcicæ expeditionis coitione hostis oppressit. Cæterùm in Maiestate tua, eiusdem que populis conser uandis, gratè & libenter, sicuti dixi, diuinum agnoscimus auxilium: cui tum demum locum esse maxime comperimus, quum humano præsidio destituimur. Id autem no in Maiestatis tuæ rebus gestis tantum, verum etiam in optimi & excel-Ientissimi Principis, Caroli Quinti Imperatoris Romani, Maiestatis tuæ fratris germani, expeditionibus, à piis & prudétibus viris animaduer sum est,& observatum. Cuius tot & tanta, contra potentissimos & acerrimos hostes, necessitate quadam semper suscepta bella, nó tam viribus & co- F piis, que Maiestati sue Imperatorie fuere non pœnitendæ, quam Dei Zebaoth opitulantis presidio, quo Princeps is nunquam non succenturiatus fuit, prosperè sunt confecta atque expedita. Illud siquidem satis de Maiestate eius, hominibus prudentibus, & cœlestis numinis iudicium & benignitatem piè observantibus, constat: quum in statum eum Maiestatis suæ res rediguntur, vt pro comploratis & desperatis habeantur, tum demű Maiestatem diuinam, vim potentiamque suam ostendere: & ita momentorum vicissitudinem repentinam atque inopfnatam instituere in Imperatore suo solere, vt is de improuiso, præter hostium & hominum aliorum opinionem, expe-Aationemque omnem ex victo & contempto, victor & triumphator gloriosus euadat. Testatur hoc ad Ticinum bello Mediolanensi captus Gallorum rex Franciscus, qui quum sibi propter opes, copias que suas de victoria aduersus Mã iestatem Imperialé videretur esse certus & secuirus, proindeque Cæsaris res quas accisas & affli-Ctas esse arbitrabatur, cotemperet, pro triumphis,

A quos de Carolo iam spirabat & meditabatur, breui temporis conversione, captivitatis iugum ex prælio commisso reportanit: Deo nimirum Cæsari suo suppetias ferente,& Casarianorum ducum confilia gubernante. Idem declarat Gallici exerci tus apud Neapolim admirádus profecto casus. Ve nerant in Neapolitanum regnu, quarto à Ticinési clade anno, sexaginta milliu ex equitib & peditibus Galloru conicriptæ copiæ, Arces, oppida, & lo ca pleraq; omnia, deditione magis quá vi in ea ditione receperat. Caietana arx, & vibs Neapolitana,tantú deditioné facere tecufabát Itaq; Neapolis oblidione graui premi cœpta est. Et latagebat reru suarum quain maxime prassidium ei impositum, nullaque iam propè salutis spes videbatur, es se reliqua: quum ita Gallicana castra morbi contagioli vis affligere, & Casarianorum impressio vrgere atque accidere copit, vt tandé ex ta numerolo & frequenti exercitu, egrè quadringeti milites integri & salui euaserint. Sic Deus numine suo citra omnem ferè humanarum virium opem, Cæ sari regnum Neapolitanum à Gallis recuperauit & restituit. In expeditione nauali Numidica,aduersa tempestate in mari interiisse Carolus existi. matus est: sed eum tutelare numen Dei, Hispaniis suis breui saluum reddidit . Post varia rursus tentata consilia, & bella Cæsari eidem illata, populosque eius ad desectionem solicitatos, quid Fran cisco regi insuper profuit, copiis suis numerosissimis atque instructissimis, quadripartitò divisis, quatuor codem tempore diuersis Maiestatis Imperatoriæ ditionibus arma, bello non indicto, eo molimine inferre, quasi diebus paucis Cæsarem regnis prouinciisque suis omnibus eiiciendi confilium cepisset? Quid ille tum effecit aliud, quam quòd vindictam in se diuinam à Cassaris partibus prouocanit? Proximo motu Germanico, principes & populi quidam ita arma aduersus Maiestatem suam sumpserant, ita opprimendi eius consiliis, viribus, opibus, tormentisque belli omnibus, Giganteo more rationem interant, vt ne fuge qui dem locum & tempus relinquere Maiestati suz velle viderentur. At Deus bone, quanta, Deo Cz-C sarem bene adjuuante, conatus tam audaces & nefarios, rerum est consequuta mutatio? Qu'àm contra animi sententiam, temeratiorum hominu, iusto iudicio Dei,cœpta cessere omnia? Cuiusmodi belli, seu rebellionis potius euentus, in rebus etiam nouis adversus Maiestatem tuam, Rex generosissime, à perditis nonullis temere motis, Deo codem procurante (ita enim, sicuti res est, semper dicendum) extitit. Licuisset tum vtrique vestrum, iure manifesto, secundum Imperiales constitutiones,& sacrarum literarum exempla, seueritatem in perduellionis reos exercere, & lege in cos agi iubere:vt intelligeret homines, quid sibi illud Solomonis oraculare velit verbū: Sicut rugitus leonis,ita & tremor regis: Qui prouocat cum, peccat in anima suam. Et rursus illud: Timeto regem, & cum seditiosis ne commiscearis. Sed maluerunt Maiestares vestræ, pro religione & pietate sua excellenti, ad imitationem & exemplum divine benignitatis, omissis Iuliis legibus, mitius in reos peractos consulere, & per paucorum legitimam pænam & castigatione, quæstione grauissima paternè defungi:non aliud ca re spectantes, quàm vt

eiulmodi paucilsimorti capitum coercio hominti D esset metus & terror plurimorum. Et quando remunerationis divinæ, qua cœleste numen Maiestatis tuz pietatem compensat,pauca salté ex mul tis documenta attingere nobis visum est:no pretereundum illud quoque, à Deo Maiestati tuz insigne concessum donum, quòd Maiestas tua, ex vnius nobilissimæ & pudicissimæ fæminæ, reginæ Annæ, Maiestatis tuæ conjugis charissimæ (cuius principis æterna in Deo pace fruentis, virtutis & sanctitatis recordatione, etiamnum Maiestatis tue subditi populi omnes recreátur) matrimonio, fœcundæ prolificationis, non modò apud reges, & magnates viros, sed etiam apud privatos homines, exemplo raro & mirifico, tot vtriusque sexus liberos fuauifsimos fufceperit:de quibus dubium est, fœlicius ne prognati, an melius edocti atque educati sint . Præclarissimum mehercules & hoc fælicitatis specimen, cuius proventum à solo Deo esse manifestum est, vt scilicer illustrissima domus Austriacæ familia, tum principes bonos & pios orbi Christiano donet, tum reges atque dynastas alios coniugiis auspicatis cohonestatos, sibi conciliet : eosque iplos arca inter le lanctioris affinitatis necessitudine, publica pacis atq; quie- > tis constituendæ, stabiliendæque gratia, coniugat. Est hoc quodammodo peculiare Austriacorum Archiducum, vr per liberos suos, in gentes & familias alias, quasi coloniis è domo sua deducédis, missos, pomeria ditionis suz proferat, & regnum, Deo fortunante, propagent. Non hic quidquam Maiestatis tuz auribus datur, neque ad assentationem verba componuntur: sed reipsa & veritate cogente, benignitatem æterni & clemétis in Maiestatem tuam, & subditos cidé populos omnes, Dei summam: qui Maiestatem tuam, eiusdemque germanum, Carolum Imperatorem, tantos videlicet & tales Principes, vt temporibus nostris rei Romanæ præessent, dedit: eorundem que non dissimiles hæredes atque successores filios, viuas parentum ipsorum & absolutas imagines, spectatæ iam virtutis, industrie & pietatis iuuenes, cum pari potestate & gratia est daturus, cursim salté per stringimus: vt ne ingratæ mentis horrendo vitio F à maiestate diuina, bonotum omnium conciliatrice, condemnemur. Exigit id à nobis professionis nostræ & pietatis officium, vt gratiam eius & munificentiam in nos tantam grate agnoscamus. Veluti enim in importuoso & vasto pelago, vndique læua procella & tempestate Typhonica ingruente, fluitantibus, rectorem nauis peritum: sic in orbe nostro vniuerso, multis difficultatibus in . festo, propter varios grauesque, casus periclitantia bus, principes prudentes, & omni genere heroicarum virtutum florentes, divina providentia nobis attribuit. Abhorret profectò ab illa recordatione animus, qui status Rerumpub. futurus fuerat, li in aliorum, quam in vestram diuorum fratrum potestatem sceptra Romana incidissent:neque enim domi, neque foris ille constitissent.

O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas:

recte Maro exclamat, & sententiæ suæ pulchre & grauiter explicat rationem. Nos verò terque quaterque beatos (vt verbis eiusdem poetæ vtar) si nobiscum ipsi sælicitatis nostræ cumulum gratis

A piísque animis confideremus, qua nobis sub Maiestatum vestrarum regimine & imperio zquo cum omni omnium vtilitatum commoditatumq; copia plurifariă, si velimus, perfrui datur. Romani hominis præclata illa sunt verba: Non esse præstabilius aut pulchrius munus deorum, quam castum & diis simillimum principem. Ea verba non rectius sanè in Traianum, de quo dicta sunt, quàm in maiestates vestras, quæ illű cùm virtutibus om nibus aliis æquarunt, tum sanctitate & vero cultu Dei longissime superarunt, quadrant. Et sententiam istam veram esse, experientia ipsa, & temporum omnium status aperte declarat. Nunquá certè res hominu florentiores, quam sub bonis:nunquam deteriores, quam sub malis principibus fue re. Et quo præstantius est Dei donum, rex pius & prudens: hoc rarius seculis omnibus hominu generi contingit. Ex omni populi Dei regum nume ro(nã Mosen, losuem, Samuelem, Expaucos quosdam duces & iudices, qui reges iplos præcesserut, recensere supersedeo) si Dauidem, quem Dominus virum iuxta cor fuum invenit: solomonem sapientem, qui tamen à seipso stulte degenerauit: si Ezechiam pium, & religiosum Iosiam excipiamus, quod iudicium de aliis omnibus sanctorum virorum erit?ldem si deRomanis imperatoribus, ab Augusto Casare vsque ad Constantinum Magoum, fecerimus: atque quum Augusto ipsi,necnon Tito, orbis terrarum deliciis, & ei quem paulo antè nominauimus Traiano, Marco Philosopho, Alexandro Seuero, qui tot in aula & confilio suo habuit egregios Iurisconsultos, & perpaucis aliis, virtutis & bene gestæ Reipullaudem tribuerimus, num cæteros plerosque omnes tanquam orbis terrarum faces, & generis humani portenta, non execrabimur? A Costantini temporibus nonulli extitere principes, religionis & beneficetiæ studiis insignes: quidam hæresibus nimis addicti, alij ignaui, aut crudeles. Fuere aliqui, inter Græcos præcipuè, qui ne nominari quidem debeant. Germania imperatores plurimum laudatos protulir. In primis autem Maiestatis tuæ genti inclytæ, vel domi vel militie celebres, vel etiam pacis simul& C belli studiis præstantes, religionis cettè laude prçclaros, omnes debemus principes. Nihil ex ea pdiit Sardanapalicum,nihil tyrannicum,nihil Iefabelicum. Ita nanque Austriaci Duces & imperatores regimine potestatis summæ sunt vsi, vt recli atque honesti custodes se, & iustitiæ ministros atque interpretes, administrationisque sibi creditæ no dominos, sed fiduciarios, siue depositarios esse iudicantes, collocatum depositumque apud se regnum, Regi regum & Domino dominantium reposcenti, bona fide restituédum, rationémque de eo reddendam esse scirent. Neque illis vllo loco & tempore memoria, iuxta Agathonis præceptű, excidit, hominibus se, quu & ipsi homines essent, imperare, & secundum leges imperare, deniq; no perpetuò imperare. Et quia primam sibi curam de religione & cultu Dei propagando sumpserant, Academiam vnam Viennæ Austriæ, alteram Friburgi Brilgoiæ instituerunt, vt ibi ïuuentus vnà cu humanitate pietatem veram addisceret. Ad hæc præmia bonis liberaliter tribuentos,& pænas ma lis legitimè irrogantes : ne dum hisce parcerent,il

lis nocerent, veriti: atque imperium in leiplos ma

ximè exercétes, tum autem cogitationes & actio-D nes omnes suas ad laudem, honorem, & gloriam Dei, & ad bonú publicum referentes, perpulchrè faustis populorum suorum acclamationibus, titu lísque suis reipsa satisfacientes, responderút. Con uenire etiam sibi optimi principes putauere, vt ne subditis suirtute inferiores aut deteriores esfent: & quod per edica proposita fieri à ciuibus vellent, id ipsi primum sactis exequerentur. vt recetè de quolibet eorum Sincerianum illud pronun ciari posset:

Publica nimirum tum res fibi constat, & aquum Imperium, quum rex quod iubet, ipse facit.

Neque alia magis appellatione sunt gauisi, quàm ve testificatione cetta benignitatis pietatisque eorum à ciuibus patres appellarentur. Ea animis eorum nihil fuit gratius, acceptius, iucundius. Talem honorem apud Homerum Vlyssi, comites Græci, & apud Virgilium Aeneæ socij Troiani habent. Ille nanque à suis warde saus, hoc est, pater benignus, audit: iste verò,

Didicerant pij reges, in Cyri regia institutione apud Xenophontem reperiri, Nihil principem bo num interesse bono patri. Patres quippe provida de liberis sollicitudine, vt ne quid eis bonor u dessit, procurare: & Cyrum in medium consulere, vt ciues sui quàm maximè beati sint, & felices. Inde adeò factum, vt Archistrategorum Austriæ familia, per tot secula à progenie in progeniem, & à ge neratione in generatione, Deo eam propter man datorum suorum observationem, benedictione & gratia sua complectente & magnificante, durauit: duraturáque, eodem Deo adiuvante, sir,

In freta dum fluuy current, dum montibus umbra

Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet. quum magnorum quandoque & potentium regum stirpes, seculum vnum non excesserint : aut certè vix ad tertiam, vel quartam, ve in Mosaicis le gitur oraculis, generationem, iusta Dei vindica, eruenerint. Verùm enimuerò sicuti in terris nihil potest melius esse, atque expetibilius, principe bono:ita nihil è diuerfo,prauo dominatore damnosius est, atque deterius. Neque inter cæteras vltionis diuinæ plagas, quibus visitare & coercere F ingratum, rebellem & impium populum Deus fo let, minimam affert cladem imperijs princeps ma lus. No est opus hoc in loco vel veteribus, vel recentibus exemplis. Res apertior est, quam vt negari possit. Et horrendæ de ea sunt in diuinis rosponsis sententiæ. Propter peccata populi, regnare facit hypocritam. Propter peccata terræ, multi principes eius. Dabo pueros principes eorum,& effæminati dominabuntur eis. Sed cum gratiarū actione summa Deus Opt. Max. meritò laudadus est,qui ætate nostra populum suum, quantumuis graues commeritum erumnas, à principibus conservauerit (vt cum Esaia dicam) infidelibus, socijs furum, sequentibus munera, sequentibus retributionem, pupillo non iudicantibus, & causam viduz ad se non admirtentibus: à principibus (quod apud Ezechielem est) quasi lupis rapientibus predam, effundentibus sanguinem, perdentibus ani-

mas, sectantibus lucra. Optime sanc factum, quòd

rei Romanæ summa duobus diuis fratribus, Ca-

rolo & Ferdinando, diuinitùs commissa est, cum

TT m

- A vtriusque liberorum, corundémque successorum spe optima. Patiatur benignè Maiestas tua, hoc sic nos repetere, & publicitùs sincero & grato animo profiteri. Virtutes verò Maiestatis tux alias hic commemorare, consilium non est: cùm quòd parum mihi ad opus tantum sit virium, sileréque de re magna, quam pro dignitate persequi nequeas, præstet: tum quòd eas ipsa virtutes plerasque Nicephorus in Præstatione sua, qua lucubrationem historix issus Andronico maiori Palxologo Constantinopolitano Imperatori consecrat, B luculenter veluti in speculo expressit. Aut enim
- go Constantinopolitano Imperatori consecrat, luculenter veluti in speculo expressit. Aut enim Andronicus Cælar, sicuti eum historicus noster ornamentis suis depingit, virtute pleraque omni colenda, Maiestati tuz quàm simillimus fuit: aut in persona illius, talem eum esse, qualem ipse descripsit' (qui philosophorum de magnis principibus orationes & libros componentium, & quorundam etiam historicorum mos est) debere esse ostendens, Maiestatis tuz tot & tanta decora con formauit: veluti animo iam tum præsagiens, sub eius principis nomine Opus suum Latine versum, c aliquando vulgatum iri, quem ipse Græce laudibus suis verissime ornarit. Qua in re nisi in eandem mecum sententiam pedibus ibunt æqui cenfores omnes, quibus vel per transennam domestica Maiestatis tuæ consuctudo inspecta est, nihil prortus reluctor, quin leuis, vanus, & futilis habear. Reliquum porrò est, ve publico religionis nostræ sacrosanctæ nomine Maiestatem tuam orem, quo ea, pro pietate fua, liberalium artium, humanarumque literarum, atque linguarum po-

tissimum studia, sine quibus pietatem ipsam sin-

ceriorem frigescere oportet, pramiis honoribus- D que propositis, auca & honesta esse velit. Perinde nanque atque homines nostri per ingluuiem sese literis eiusmodi ingurgitassent, incrassatique, impinguati, & dilatati (vt Mosaica locutione vtar) essent, ita ab eis per nauseam, abhortere incipiunt : aut fortasse quòd minus questuosa sint, ea deserunt, atque despiciunt . quorum alterum, ingrati erga Deum, cuius munus literz tales funt: alterum, pusilli per seipsum; verunque autem improbi animi est, ne dicam impij. Causa huius pau cis mentionem apud Maiestatem tuam fecisse sat E est, quod & ipsa se æquitate sua commendat, & Maiestas tua sua sponte ad bonas piásque artes or nandas propensa est: & procliuis, vt modò tempora nobis, sicuti cœpere, pacata currere pergant. Sic Maiestatis tuz pietatem, promissionem habétem præsentis vitæ & suturæ, in altero etiam seculo, & regno cœlesti, inter sanctos principes, immortalitate diuina Deus remunerabitur. Et in hoc interim mundo, supra cas, quas retulimus, à Maiestate cœlesti, Maiestati tuz Regiz tributas dotes, eidem concedet longænitatem facilem, con-F silioru &actionumomnium successum prosperu, domi administrationem regnorum tranquillam, foris contra hostes omnes victoriam optatam, & filiis Maiestatis tuz regiminis successionem certam & pacatam: ita vt vnà cum paternæ & auitæ virtutis & pietatis hæreditate, Maiestatis illi tuæ sceptra obtineant, & nati natorum, & qui nascen tur ab illis. Id quod ita fore, benignitate diuina fre ti, speramus, votisque cunctis optamus & comprecamur.

## A D AE TERNAM SAPIENTIAM, pro Nicephori Callisti Xanthopuli Historiæ Ecclesiasticæ editione, G. Logi Silesij Votum,

CE SO

Vrea in aterno Sapientia numen Olympo, Aeterna aterni mens animusque Des: Omnia que nutu vna regu:queque vna creasti, Qua mare, qua tellus, qua vagu ather alit: Aerios montes ridentia prata, solumque Frugiferum fontes lene sonantu aqua, Et fluuios late irriguos, sum flagna, lacusque, Sine Suprà rellus, sine ea subier habet: squamigeru omne pecus, salis horrida möstra profundi, Et volucres, pennis qui supera alta secant: Sideráque, ingentis mundi qua machina torquet, Cælicolásque domos,cælicolúmque genu: Et nemora arboribus denfißima, lustra ferarum, sen inga celsa illas, sen cana vallis habet. Hinc homines, partem dinina mentu, opusque Rite tuum, effigiem condis & ipsa tui. Indiga nil nostri, tantum ex bonitate profunda, Obonit as nullis aquiparanda bonis. Que is licet athereas eadem ex bonitate videre Diu similes, meritu ște tribuente domos, Nicephorus cuius virtute & numine plenus, Nanque tuam huic prasens metem animumg dabas, Sidereo ad templum quod sese aquabat Olympo, Et Constantini nunc quoque in vrbe manet. At nunc,indignum ô facinus, scelera impia, diris Fædatum à Turcu, impia sacra gemit. Virgineo à partu repetens, & origine prima, Ad sua perpetuum tempora duxit opus. Grandiáque arcani verbi mysteria pandens, Ad superos certa nos docet ire via. Atque à sinceru 212 ania frugibus arcens, Nos alis aterno nectare & ambrosia. Eloquio Graius: sed docti munere Langi, Ausonio didicit nunc simul ore loqui. I ANG! dina potens, quem multo insignis honore, Sine soluta canat, sine ligata pede. Ille din ex oculis hominum sublatus, & aura, In tenebris iacuit squallidus, atque situ. Quem Logus à charo divinum munus amico Accipit, hac cuius carmina nomen habent. Qui pius antistes, Augusto vbs Vacia templo Vicina ben nimium est regia Buda tibi. Hac ille Augustus, augusta in templa sacerdos Ingrediens, supplex se Sophia alma colis. Asque ais: A sacru procul hinc, procul este prophani: Ite procul, superis non nisi casta placent. si dea, si nostro affueris veneranda labori, Alite quo aextro prodeat istud opus: Magnanimi auspicio Ferdinandi regis, & are, Aurea cuius honos sidera laude ferit: Regis Remani, qui nobis aurea fælix Secula nuns condit, aurea restituit. Ille tuum ante alios nam sanctum numen adorat,

Et nihil huic casta est relligione prim: Rité tibishic Pario statuet de marmore templum. Sacraque restituet prisca, decusque tibi, Pulchra Odera in ripa, multa qua flauus arena Amne cito Bresla mænia amæna lauat. Latinin nusquam qua concessura Mycani, Ardua turrigerum tollit in astra caput: Insula qua Vatu magni de nomine dicta, Qui facro athereum tinxit in amne Deum, In medio Pater almus erit, dehinc Filius, & qui Spiritus aquali numine vtrunque refert. Vnum sub triplici numen qui nomine regnant, Quique tuum Sophia nomine nomen habent. Montie Auentini princeps, Habsburgia proles Maxima, & à magno ducta Leone domus. Ques infra vetus Austriaca qua gentis orige, Romani impery te duce frena regit. Cafaris hinc magni, sed vestrum numen adorans, Accedet post hunc Regis & effigies. Quos circa sobolis magna generosa propago Austriaca Heroes qui decoradita domus. Nomen aui Regu referent insigne : Philippus, Qui natu est maior Carole magne tibi. Magdalis hinc coniunx,Romani filia regis, Augeat ut nymphas candide Bethi tuas. Alterius dehinc nomine aui, cui regna Bohemi Clara soli parent, Maximus Aemylius. Hesperia in magna magni cui silia nupsit Casaris, ut vestrum hinc augeat usque genue. Pannonia hinc Princeps, frater Fernande, paternum Nomen habens, santta stabis in ade dea. Quales Tyndarida gemini, seu pestore sido Quis certet pugnu, seu mage certet equis. Carolus hine minimus natu, verum indole magnus: Nam cursu ad metam fertur 🖝 ipse suo. Di quantum est animi in puero, o virtutis auita? Ignu agit sam nunc pectora in alta decus, Ante diem & raptus Ioannes filius infans, Scilicet vi vobu pranim astra paret. Hinc nata innumera, magnis qua Regibus orta, Nupserunt magnu Regibus & Ducibus. Inter quas dius similis effulget Elysa, Bethis quæ aurifero nomen ab amne tulit. Sarmathia regi qua nupta haud omine dextro, Ante diem Elysias vidit Elysa domos. Fælices genitis, qualis lesseia proles Acterno in solio regia sceptra gerit. Vestibulo in medio arque adytu, foribusque superbis, Calabit docti dein manus artificis, Res gestas foris atque domi, vestra inclyta facta, Marmore cum Pario sectile stabit ebur. Gallorum vt Cafar domuit, Libiag, tyrannum, Tot populos domuit nobilis Italia.

Regnatorem Asia,nostru dum sauit in oru, Compulerit turpi mox dare terga fuga: Charo subueniens fratri, nostroque labori, Dum grane perpessa est Pannonn ora ingum. Hinc ope iam fratru, civilia tractm in arma, Cumque sun domuit vrbibm vique duces: Cum rapidum pedibus transmitteret impiger Albim Infolitas fluuio tunc fibi dante vias. Regis Romani mox his longo ordine pugnas Adiunget Longum quas numerare foret. Aerias ut Pannonia dissecerit arces, Déque feri fibi tot fixa trophaa Geti. Iniustum ot toties sternit pellitque tyrannum, Tradidit hic diris séque suosque Getis. Impim & Saus potnit servire tyranno, Fax patria, er regni sanguinolenta lues. Belláque, qua longum mihi sit recitare, per orbem Fælici amborum gesta sub imperio. His tamen adjiciet, nostrum dum Carolus orbem, Et regit hunc mundum, quòd dedit ipse nonum Ignotum antè alijs mundum, sua sidera nonit, Quíque sues coluit numina falsa deos.

Qui quòd te nouit iam, quòd veneratur, adorat, Omne tuum, atque py est Cafarii istud opm. Hinc ili pleno fundii largißima cornu Aurea mexhausta munera dina manu. Hoc primum, socio mon Casare & auspice magno, lam tibi pradico Turca superbe malum. Constantini vrbem sacri, tuáque inclyta templa Auferet è manibus, barbaricóque ingo. Europa victor fterneus, Asiaque tyrannum, Quem terra atque maru exuet imperio. Tu modò dina fane cæptis tam fortibus, vnà Et factas : nanque bec munus opúsque tuum. Tunc tibi quot sacris sumabunt ignibus ara, Et cadet ante tuos victima quanta pedes? Quaque sacerdotes casts tibi carmina dicent? Et tua tam misero turba soluta iugo? Ipse ego dona seram, sacro velatus aunstu, Et tua voce pia numina magna canam: Et manibus palma, ramóque infignis olina, Ingrediar templi limina sanctatui. Adjis ô Dea magna,pióque aßiste labori, Aeterna aterni ménsque vigórque Dei.

F I N I S.

## CVINAM PRINCIPI

Nicephorus hanc historiam Ecclefiasticam dedicauerit, Annotatio.

Nicephorus Callistus sub Andronico maiore, Michaele filio eius, Andronicó que minore, Michaelis huius filio, Palaologis, Imppp. Costantinopolitanis, vixit ante annos plus minus trecentos. Et opus hoc historia Ecclesiastica Andronico maiori, Michaelis maioris qui Latinos ex imperio Constantinopolitano eiecit, filio dedicauit. Colligitur id ex ipsius Nicephori versi culis, qui in Constantinopolitanorum imperatorum catalogo carmine composito vltimi reperiuntur:

Στιέξος μιχαλλ, παλαιολόγος μέγας
Ος λατίνος εξωσι - Εκωνς αντίνος
Τῶς ἐυσιεξίας ἀνδρόνικος ὁ ςύλος,
Ασύγιρις ος νῶς, ἐξη ραμένη φύσις,
Ααμπρὸς μιχαιλ παλαιολόγος τρίπος,
Οντως βασιλιὸς καλ λόγοις καλ πρακτέως.
Ανδρόνικος πῶς συνδρομά τθοῦ χαρίτωρο
Οῦσωιρ φωλά πως ἐις χρόνως ἀπαρίνος
Αόγος παλαιλ παντάναξ παντοκράτως.

Hoc est:

Magnus Palaologos Michael, & potens, Byzantis vrbe qui Latinos expulit:
Pietatis Andronicus inclytum decus, Natura lecta mens secunda nemini:
Clarus Palaologus Michael tertius, Dictis & actis imperator optimus.
Flos Andronicus Gratiarum iunior.
Longisimis quos sospita temporibus
Omnipotens rex omnium vetus Loge.

# RERVM ET VERBORVM IN EC-

# CLESIASTICA HISTORIA NICEPHORI CALLISTI MEMORABILIVM

Index.

	cuc prophetæ relig	uiz
	199 d	٠.
E3//\\Q\\^\\	ates à Turcis pulfi,: ftrum nouas fedes r	ad I
	perant. 555 c d. ex	
	ente in Europam fu	h h
	stiniano veniunt.	
Abarum gentis prim		
irruptio. 568 c f ite	m in Thraciam. 57	4 (
Abasagi Christiani fa	cti. 543	3 d 0
Abbas discipulus Ep		
& martyr.		115
Abdas episcopus Ign sas demolitur.		
Abdæ Persidis episco	ni miracula 44m e s	47
tyrium.	447f 4	48 a
Abdechalas martyr.		1158
Abdelas episcopus &	martyr.	LIS
Abdelitarum cum Cl	hagano bellum. 🧃	75 6
Abdiesus diaconus,	epilcopus & mart	yr.
215 C	٠,٠	
Abiathar Iudçorum P	ontitex.	19 P
Abibus S. Stephanus	m ichnitnis mana	at.,
Abilius episcopus Al	erandrinus.	79 l
Abimelech Iudzoru	m Pontifex.	ا و b
Abimelech generale	& commune regun	
læstinorum nomen	. 199	cd
Abitus Chalcidis mo		52 6
Ablabius sophista.44	4 c Nouatianorum	Ni-
czz episcopus.		bid.
Aboras fl. Abraham discipulus I		58 d
rum progenitor.		19 c
Abrahæ benedictione	s.10 a fides & instif	ica-
tio.		bid,
Abrahæ posteris cur p	er Mofen lex data.	17 0
Abrahames monachu		152 f
Abramius episcopus		.15 £
Abrilli memoria.	24 	17 d
Abundantius sedition	m ortam mitigat. 42	00 1 . f
445 2	m oram mingan 4	14-
Acacius Amidenus ep	oiscopus donariis e	ccle
siz conflatis, Persa	rum captiuos redit	nit.
450 f	<del>-</del>	
Acacius Berrœus epil	cop*.337 e 364 e 367	Ьf
399 2 418 d		
Acacius Berrœus epif man.legatus.	•	
Acacius Cælarez Pale		7 c
245 0 267 0 315 0 272		•
Acicius episcopus Co	onstantinopolitanus	s.
494 e 511 b 513 b		
Acacius Constantino		
scopos varias ob o	aulas excommuni	cat.
276f	land and the California	
Acacius orphanotrop men in facto albo ir	nus. SII D relicis n	8 c
Acacius symboli Seleu		
exauthoratur.		18 C
Acacij contra symbol		
tio.	274	a b
Acacij Cælariensis no		
nodo recitata.		4 C
Acacij post lapsum po	enitentia. 279 f con	itra
martyrium 432 d fe	i impius conatus 27	y d
Acacii episcopi mors.		8 c

Acacio dignitas à Felice episcopo Ro	
rogata. 244 Acaciani exauthorantur & excommi	a SI7 a
tur. 275	d 2961
Acaciani cur à Macedonianis reiecti	. 2961
Acaciani per vim episcopos qui Con	oftanti-
nopoli fuere, sententiz suz aften	tiri co-
gunt. Acacianorum de inzqualitate filij k	276 c ærclis.
280 c	
Acephali hæretici. Aceptimas Cyri monachus. 352 feius :	583 a marr <b>y</b> ⊸
rium.	215 d c
Acesij Nouarianorum episcopi de di	
in lynodo Nicæna decretum. Achemenides Christianismum apud	200 d V212-
nem regem libertime defendit.	448 C
Achemenides camelorum in Persia ( 448 d eius egregia contra Varanes	cultos. 8 regé
dicta & facta.	ibid.
Achzus Macrini iudex. Achzorum cum Troianis bellum.	142 d 181 c
Achillas Alexandriæ episcopus. 320 f	
Ctator.	18 <b>8</b> f
Achillas presbyter Alexandrinus. Achilleum Constantinopolis granat	152 b ium.
467 f	
Achimaas Iudzorum Pontifex. Achitob Iudzorum Pontifex.	49 c ibid.b
Achrido ciu.	552 a
Acylis fl. Adaarmanis res gestæ. 558	183 a f 559 a
Adamantius medicus ex Iudzo Chris	stianus
factus.	445 C
Adami lapfus. Adane regio.	17 C 251 C
Adaulphus equitum domesticorum	præfc-
ctus. 429 f suorum fraude o	ccilus.
Addas Vincentij presbyteri confobri	nus.
400 b Addzi czdes.	ses e
Addam Manichæus.	150 f
Adelphius Arabissi episcopus per ecsta	inani
cum Ioannis Chrysostomi in cœlo :	4242
Adelphius hæreticus. 329 2 b thusi	anista.
ibid.a Adelphianorum hæresis.	329 b
Adiabenorum regio. 215 d	1251 d
Adolius episcopus. Adoptio filiotum Dei per Christum is	314 b
tilmo.	26 b c
Adorare reges apud Perías moris est. Adrazanis cum Arcobindo fingulare	2142
men.	483 b
Adulterarum apud Romanos pœnæ.	376 a
Aedesius Tyri presbyter. 213 c episc 324 b	opus.
Nedesius Indorum regis Ganymedes. 2	13ab
Aedefius diaconus. Aegypti diœceks.	453 C. 369 b
legypti ecclesiæ ab Arianis infestatæ.	338 c
legyptius propheta fallus perduellis o	
mitur. Aegyptij monachi Petri apostoli tem	63 b Pori-
bus. 36 fin insulam ab Arianis depo	rtati.
339 bc	

Aegyptiorum episcoporum ad Leon	em Im
per. supplicatio. 494 f apud vulgu	
ftimatio.	338 £
Acgyptiorum simulacra diffluentia.	307 2
Aclie ci di Ac Uiana Calama	251 f
Aelia ci.dicta Hierofolyma. Aeliensis bibliotheca.	91 d
	128 C
Aclin Hadriani imperium. 916c Acliurus episcopatum Alexandrinus	X 94 6
lente occupat, 495 a Eutychianorur	n mo-
nachorum sententia laudatur.	512 f
Aeliuri exilium. 511 b mors 514 d vide	
theum Aeliurum.	
Aemylianus Aegypti præfectus 141	d cius
martyrium. e	odem.
Aemylius Beneuenti episcopus.	427 f
Aequinoctiumvernum ante 9. Calend.	April.
384 C	
Aesculapij ad Aegas téplum, 209 e ci	usdem
templam à Constantino dirutum.	211 b
Actherij cædes.	555 C
Actius Antiochenus doctor.250 f Ant	iochi <b>a</b>
expulsus.	250 d
Actius Arii discipulus.193 a eiusque se	Cléal-
fertor & propugnator accrrimus.	316 a
Actius Galli familiaris 251 a Eunomian	æ hæ-
resis author.	326 C
Actius Lydæ episcopus.	193 p
Actius presbyter.	315 £
Actius à sophista domo eiectus.	250 C
Actius Syrus. 250 c Arianus.	365 p
Actius episcopatum sibi oblatum co	ntem-
psit 250 f medicus factus gratuito ; tos sanat.ibid. e hostis veritatis iudi	zgro-
245 e Bonifacium Libyæ ducem apu lentinianum accufat.	4822
Actius per transactionem Comitatus	lioni-
	4 40 b
Aetius propter penutiam artifex factu	1 70 C
ab exilio reuocatur.	288 d
Actii pietasin matré 250 d herefis. 267 a	
280 c d	Ţ.
Actii hæresis Constantinopoli exami	natur.
275 f damnatur.	372 d
Actii aduersus Bonifacium dolus 482	d exi-
lium.	2522
Aetii præfecti Rom.cædes.	245 C
Aetio diaconatus adimitur.	276 f
Actio suasore prorsus se Ariani à cath	
feiunxere.	250 f
Actiani hæretici.	326 C
Affinitatis violatæ memorabile exemp	lum.
Afginiana Canona and and and and and	
Afflictiones sanctoru quam decessaria.	349 C
in Afflictionibus Ecclesiæ semper exu	1
-da	
in Afflictionibus tolerandis pii vel pæn	134 ¢
meritorum luunt, vel ad patientiam	CTCT-
centur.	371 C
& pulcherrimarum, cum generosa animi alacrita- D te tibi proposito, ignis plane ardens, aut securis dissecans, + aut sphæra, quod dicitur, seu globus quidam per præcipítium, fuisti : omnibus cognoscendis incumbens, omnia etia facilè mente concipiens. Et quæ semel audita vel lecta discis, tam tenaci memoria complecteris, vt in ferreis pugillaribus, quæ in cordis tui tabulis conscripsisti, incisa esse videatur: tam solida firmáque tibi est memoria. Porrò attétione, & mentis sagacitate, scien tiam & eruditionem omnem breui superasti, naturæ magnitudine eas virtutes cunctas reipsa exhibens,idque melius multo, quàm qui longisimo etiam tempore operam illis nauarunt. Vnde illa tua est providentia, & vsitata mentis consideratio, necnon singularis morum gratia & affa bilitas. Vnde etiam violentorum laborum contra naturæ leges & corporis necessitates, tyranis quedam & dominatio, imperialisque quæ tibi prestatur, observantiæ contemptus, atque aliæ insuper ptimariæ virtutes, supra naturæ humanæ captum diuinitus tibi insitæ. Quales sunt & nocturnæ & diurnæ stationes, cùm vel Deum orationibus pla- E cas, vel pro repub. defendenda excubas, vel etiam iura ciuibus reddis:ita vt qui te conspiciunt, non viro te, sed potius viri statuæ conferant, frigus ex æquo & æstum toleranti. V squeadeò te vnum atque eundem in eis omnibus præbes, tanquam inuictum, & ad naturæ momenta immobilem:cum omnibus quidem familiarius viuentem, omnibus autem te omnia, & omnigenum suauémque admodum & placidum exhibétem, multamque atque eam meram atque sinceram, vt apud Platonem est, libertatem subditis, perinde, atq; vinum temperantem. Ac veluti inter curas & labores na tus, tanquam habitus corum in naturam abierit, magis etia illis delectaris, quam alij socordia, deliciis, atque aliis eiulmodi, quibus assueuerūt, minime laudatis studiis. Quod si hæc quoque dicenda funt, perfæpe ego te vidi non quotidie cibum sumentem, verum & binos & ternos transmittere dies,ita vt nonnunquam quidem solo pane & oleribus incoctis, aliquando verò pomis quibusdam vescereris. Et tempore plurimo sola aqua ti- F bi porus fuit. Quibus omnibus non ad sufficientiam aut satietatem es vsus, sed celeriter omnino ca degustata mox remoueri iussisti, vt scilicet més tibi abiq; sordibus maxime pura permaneret, intelle aualibus spiritualibusque & divinis redundans cogitationibus:simúlque vt facilius vigilantia constaret, rectiúsq; negotia pleráq;, ex præscripto diuino, matutino simul & meridiano, nec mi nus nocturno etiam tempore perageres. In multam namque noctem, ac potius, vt plurimum, ad illucescenté vsque diem vigilans : & demum cubitum vades, statim rursus excitus surrexisti, haud aliter quàm si tibi nocurna vestimenta gravia atque molesta essent. Sed enim ne tum quidem à la boribus tibi remissio fuit, per somnum nimirum & infomnia te exercenti, & nominis glorizque nostræ augmenta atque incrementa infatigabilibus momentis & imaginationibus animi, visionibulque nocurnis meditanti, &, quoad eius fieri potuit, complenti atque perficienti: adeò vt admirationis causam hominibus præberes, diviniorem quandam naturam te, somni atque fatigationis

Adilbratur in hoc Impa Patore, pirtu

Hunc ve

iom Alexa

der Magnus

canic este o-

mëtisque ple rifque emmê bus abfolutiê cipis exaplar

### NICEPHORI CALLISTI

A expertem esse, suspicantibus. Et quum quam longissime, &, vt aliquis dicat, iuxta diametrum, à vo luptatibus & ignauia abfuisti:tum quotidianæ vitæ disciplinam & seueritatem maximè es consectatus. Vnde tibi bona corporis habitudo, & valetudo secunda maximè fuit. Et qui hac in re elaborant, nugatores meri visi sunt, Asclepiadæ quidam de Hippocrate præceptore gloriantes, nec minus qui Galeni lucubrationes euoluunt. Qui sa nè quum valetudinis tux curatores essent, à suis ipsi morbis & ægritudinibus magis, ad te acceden tes, liberi arque integri discessere : quippe qui ad summam accuratissimamque valetudinis tuendæ rationem perueneris. Et neque Medici tui, neque illi ipli qui eis artis suæ præcepta tanquam magiftri & duces tradiderunt, prorsus quidquam habuerunt, quod aduerfus præferiptum degendæ ad falubritatem vitæ tuum opponerent. Plutarchus quidem Chæroneus Romanum Imperium laudibus vehes, pulchrè dixit, eas quæ antehac dudum per graues motus & certamina inter le dissensissent, virtutem & fortunam, vix aliquando tandem,propter vrbem Romanam folam,pactis cõuentis per fædus initum, in gratia rediisse, vt omnium humanarum rerum longè pulcherrimum opus absoluerent atque perficerent. Mihi verò re Aè quoque existimare in mentem venit, in te etiam vno, Imperator optime, veram pietatem cul túmque Dei, atque opes felicitatémque humanam, quæ inter se semper depugnarunt, semel ad concordiam redactas esse:eo quòd pietas felicitatem veluti vi quadam ad se pertraxerit, cámo; om pino pessum ire non siuerit: siue potius, vt equidem puto, quòd Deus tandem necessitatem eis imposuerit, vt simul coniungerentur atque contemperarentur: & vt ille ab vtraque,eo quod vtriusque esset proprium recepto, hominibus omnibus nouum & verè admirandum perficerer emolumentum & auxilium, firmamentum nimirum quoddam stabile, & clementum, vt ita dicam, sextum & sempiternum, in divinis rebus labascentibus, & per naufragium pessum euntibus, tam horrendæ fluctuationis & erroris,ingentem, C supremam, veréque sacram anchoram te, sacris simul & prophanis exhibens, vt in te aliis quoque qui tecum sunt, solidam stabilitatem representaret.Et profectò ea quæ huc atgs illuc circumagebantur,& circumferebantur,maximam te tutilsimamque perfugij sedem, in mūdum pacis vnum, & rectioris fidei professionis, seu rerum administrationis, minime hallucinantem aut labantem orbem habuere. Quin illud etiam studuisti, vt no corpori modò, verumetiam animo purpurá circumdares. Siquidé tu omnium propè, qui te præcesserunt, Imperatorum vnus, ipsi tibi imperasti: & reuera + summæ potestatis Imperator, quű \* vitiolas tumultuantium atque imperium sibi ven dicantium affectuum perturbationes è domicilio animi tui eiecisti: tum rationi, a imperio eo quod penes paucos optimates est, tradito, viuam teiplum virtutis imaginem, ad certam ciues tuos imitationem instituens, proposuisti. Nam animi moderatione in acie contra ignauiam oppolita, non solum hominum, verumetiam perturbationum animi simul & corporis omnium Imperator meritò censeris. Quamobrem conspicere li-

cet, humanitatem tuam ad summum peruenisse. D Nam bella quoque quæ geris, perhumana sunt: & placabilitas virilem præse fert fortitudinem. Porrò benignitas & munificentia quam maximè ad vtilitatem publicam spectant. Ira auté admodű est placabilis. Animus nanque tuus ad iracundiam, vt ita dicam, sterilis:& ad ardorem eum qui ex flagranti vehementia prouenit, cælebs & immobilis est, quamuis bonorum omnis generis ferax & fœcundus. Legibus verò ferendis, moribúsque corrigendis quam recta apud te instituta est ratio? qui improborum impetum legitimis iu stitiz przceptis cobibes: & vbique terrarum honestum bonúmque, haud aliter qu'am decantatus ille Triptolemus in terram semina coniecit, seris. Quis igitur hominibus improbis to est formidabilior ? aut ærumnosis placabilior, atque clementior? Quis supplicantibus benignior, & ad misesicordiam propensior? qui etiam, nisi quæpiam obstet necessitas, precătium optata præuenire solitus es . Neque verò à me ista ad gratiam, aut per adulationem prorfus dicta funt. Quomodo enim id faciam, quum neque res ipsas, vt sunt, verè ex- E ponere queam, excellenti pulchritudinis earum præstantia victus? Verum hæcita se habere, tum divina que tibi obtigere dona, tum actiones, quas in Imperium tuum contulisti, omnes comprobant. Nec minus id quoque illa satis declarant. Quis erenim, quàm tu, religione pura & simulationis nescia, vel Deum magis glorificauit, vel fla grantiorem pro eo ardorem ostendir ? Quis sinceriorem fidem in discrimen coniectam, tanta æmulatione & zelotypia assectatus est, aut sacram mensam repurgauit? Quis etiam, vt eruditio omnis summa caperet incrementa, effecit? Quis ita virtutem extulit, aut optimos quosq; honoribus auxit? Quis Dei ministris, alissque item qui ei cha ri sunt, & omnibus propè, pro cuiusque dignitate, debitum honorem tribuit? Quis porrò tanta attentione, insignique religione, & decenti moderatione, vt Imperialis aula nihil ab asceterio, pietatisque exercendæ schola differret, procurauit? quis sic æqua stateræ lance rempub. gubernauit? Quis ita vel iuri dicendo institit, vel maleficia coercuit? vsqueadeò, vt multam se tibi debere gra- F tiam illi etiam profiterentur, qui è iudicio victi,& calculo tuo damnati abiere. Čuius tanta fuit cum peritia simplicitas, & cum clementia prudentia? quibus virtutibus vaà cum humanitate maximè enites, ingentem quandam serenitatem in animo simul & vultu præferens, sensim quandoque, ceu fluctibus quibusdam, horrescentem, nec tamen vllam tempestatis significationem præbentem. Caterum orationis opportunitate, silentij commoditatem, linguæ lepôrem, familiarium colloquiorum instar olei prorsus & mellis profluentem suauitatem, aut verborum tuorum Musicum plane concentum, quis rogo eloquatur? Sententiarum autem densitate, præterea verborum per-

spicuitate & copia.

(Hyberni voces fluny de more ruentes,

Homerus dixisser) quis te divinitùs locupletior fuit? Quapropter euenit, vt te verba faciente, omnes prorsus quasi numine aliquo assistrut, moderataque infania percellantur, & bacchari incipiat, simulque vel inuiti exiliant: & vocibus tuis raptia

rd võr lucegrela, di, på Aiga eixevepitiv,

anla pietate morum Mo nasterio persimilis.

Verm Im-

a Volbady To

aks ludume

riage.

† attorpåtop tö övti. \* tön natön bydorpåtan. a åpigstpå-

5

t to ago. The history Suprison Agustus Agustus

A ira ducantur, vt retro cedere nolint, sed veluti affixi tibi videantur, perinde prorfus atque à Sirenibus demulsi . Rectè sanè quispia te mare dixerit, quod alios super alios verború fluctus dense excitet, aut certe ingentem aliquam aquarum vim: quæ,si in eam alicunde lapillus incidar, ex obscuro cerro, seu potius circino, cóque, si ita vis, liquido,alium super alium circulū, sensim admodum intumescentem, ac deinde propter alium influen tem, paulatim donecad summu perueniat, desicientem atque cuanestetem, mitabiliter circumferibat:potissimum verò, quum tibi de reb. diuinis est sermo. Quis nanque alius haber vel mentem & sententiam oratione atque lingua meliote, vel orationem quæ illis ratione meliore subferuiat, vel lingua etiam que bene admodu & acu te (rotude & suauiter poëta dixisset) verbis in or bé reductis conceptá animo sententiá proferat: atq; vtruq; iis,ita vt decet, expediat, & id quod in animo lateat in apertum transmittat? Equidem vnum illud de te dică, quum concionantem audio, alius ex alio, & orationis tue illecebris Deo, \* ple B nus efficior, nec hominem me loquétem, sed mirificè aliqué è cœlo prospectantem, & noua quædam atq; diuina, que comunia hæc quidem longè excedant, sublimia autem & arcana mysteria cotineant, renunciantem, audite puto. Adeò vt Deum orandum duxerim, qui mihi aurem alia addat, sicuti quidem Prophetæ videtur, vt mihi cum lepô re vrbano verborū tuorum gratia abundė influat. Quod quidem omnib. etiá cótingere arbitror, qui firma & colistenti sunt méte: neq; omnino tales, qui demulceri & flecti verbis huiusmodi nequa-'quàm possint.Quos sanè neq; Orpheus ille, decã tata sua lyra, frequenter ea plectro percurrens, vt puto, aliqua ex parte permulserit: quá quidem lyram irrationales etiam naturas fono fuo trahentem,ei affingunt Græci. Iam preter alia istud quale est?quod nullius sanguinem,qui \* imperio ob maiestatem læsam obnoxius fuerit, effundere vo lueris? Quod tu quidé te ita facturu esse non iureiurado cofirmalti, verum cœlesti prudentia opti mum esse, maximéque Imperio couenire iudicasti, qui nimirum & vitæ + & necis potestatem pe nes solum Deum esse scias Incruenta enim prorsus,cædísque purá solam Imperij tui administrationem, vniuersum iactat æuum, quævitam felice & bonorum omniŭ prouentum producit. Quod quidem cernere licet quum in aliis exundantibus comoditatibus, tum in eo quod ætate tua magna rursus ingenia & artes nobilissimæ reuixerunt,& per prosperum successum ad summum peruenerunt, no tua quidem, sed illaru plane gratia, vt simul & testis carú esses, & spectator: qui quum iudicare de recte factis, tum reponere ea atq; remu-

nerari maxime possis. Neg, sane affirmare dubi-

tarim, tua gratia primarios qui apud nos sunt viros, sub Imperio ruo editos esse. Si nang, vberem

fructuum prouentum, licuti dicitur, temperata co stitutio atque tenuitas circufuli aeris efficit : præ-

clararum profectò artium & præstantium inge-

miorum incrementum benignitas, honorificentia & humanitas principis elicit. Qualis nunc eorum

est copia: qua iudicio, liberalitate & munificentia

tua tantopere proficere, adaugeri, & ad cœlū víq; tolli cospicimus. Quod quidé in eloquétia maxi-

mè videre est, vt propè nostroru tempotu Græci, D cũ ipsis artis eius inuentorib.certent, proindéque 🕂 primas ex lecundis ferant,ita vt lententiis omnium videtur: quauis omnes isti te atq; actionib. tuis laudadis occupati, inferiores hac in parte reperiantur. Longè enim orationis & eloquentiæ vim omné superas.in tátum virtutib.excellere stu duisti. Demaratus ille Corinthius, quum Alexandrum Susis vidisset, præ lætitia illachrymas, ingen ti dixit voluptate & gaudio, qui ante id tépus obiissent, orbatos, quòd Alexandru in Darij throno sedentem no viderint:præterea, quòd pars aliqua adhucterræ obscura & sole carens reliqua esser, quæ eundem Alexandrum non conspexerit. Ego verò dixerim, laudem ista, quam alius tempore oc cupauit, in te multo magis copetere. Atque ille di Ao eodem Alexandrum quidem ornauit : ad tua autem præstantissima Imperij administrationem respiciens, laudem tantam retulit. Quòd si & hoc dicere oportet, quàm insigni animi læticia caruisse putas, septenarium divinorū religionis nostræ virorum couentum, quòd te simul cum eis coruscantem, veluti ingentem opum accessionem, no E viderint?Potissimum verò primum illum, qui tri nitatis mysterio est cohonestatus, quòd te assesso ré, seu potius throni simul & Imperij post se statim successorem germanu non habuerit, professionis fidei nostræ ducem, & reuera patrem tuű Costantinum, magnu apud Christianos nomen? No tata siquidem inimicoru multitudo irruisser, verborum peruersa versutia sinceritatem sidei mi scens atq; concutiens. Enimuerd singulari quadă prouidétia Deus te, nulla re illis inferioré, quemadmodum quoddam pondus æqualis mométi in lance opponens, convenienté mque magnitudini Imperij mentem simul & morum dignitatem tri bués, e á que experiétiæ & bonitatis progréssum, reru administrationi temporib. nostris præfecir, vt eas quam optime gubernares, nec nos prorsus pessum iremus. Quis enim suffecisset alius, qui tot & tantis malis vndequag; circumfluentibus obuiam iret, qu'àm tu iple, qui fortitudine & pruden tia & Dei cultu iultus es iudicatus, temporibúlq; nostris alter quidam Noë aut Moses existimatus, F scapha & ligno, crucem adumbrátibus, ex ærumnarum fluctib. subducens, & populu tuu à persequutorib.eripiens, & percutiens iis atque submer gens persequentes, atque per manum Dei tropæa vbique excitans, magnificamque mundi nauem magnificè crucis velo noui orbis semina conseruantem gubernans: aut ignis quoque columna prorsus habitus, veluti nouum Israelem, nos cœleste videlicet semen, ad veram pietatem producens:aut sane liquor seu succus sacer, aut sal quidam diuinus, vt Euagelice dicam, suo plane tempore nobis iá fatiscentib. atq; diffluétib. iniectus? Sed quid ago? Si enim quáplurima dicédo vel mi nimă partem recte factoru tuoru attingere polsem, nihil prorsus difficultatis aut molestiæ orationi adesset.Quandoquidem verò verba, etiamsi omniú longe optima in mediú proferátur, cedere tamen plurimum rebus ipsis necessariò oporteat, ne ea accumulando vltra modú progredi videar: vbi pauca quæda addidero, ad argumentű historiz propositum descendam. Quz enim tibi Deus exuberati manu bona cocessit, & qua munificen-

Septem primaria æcumenica Cou cilia.

Ciftantinus Magnus

Androns =
c<sup>3</sup>,alter Noe
& Moses.

Arca Noe et virga Mo fa Crucis fue re figura,

iii

Digitized by Google

.

¥ रखेंµ ग्रेंच वर्डी स्थाप रहें विकार-मेसंब्

t some note C pion provop toly.

åpėjesa,

LAM pietatu restitute, & doctrine Christiana ab hareticia opinionibus repurzata. Nam Andronicus patrussus Michaelu de religione acta rescidit. † suppoias かける. Reformatio B

#1sebv Ti Tib iseESas. Reformatio

Ecclesia.

Ornamenta & donaria eiusdem. navoidanvos Edios.

The Party of the P

tione prosequi, vel mente concipere queat ? quáuis vnà cum Gratiis & Musis omnibus, & plurib. quam quas Homerus dixit, capillósq; nostros numero aquantib.linguis, insistens, res tuas exequédas sibi proponat. A deò enim nihil sibi dixisse videbitur, vt pænitentia postea, qui semel dicendű sibi quidquam sumpserit, ducatur. Mihi verò satis fuerit, vbi ea que pietatis erga Deum tuæ sunt, dixero, quamprimum orationem in summam rodigere. Itaque Ecclesiam catholicam & vninersalem reb.nouis turbatam in veterem statum restituilti,doctrinam illegitimam atq; impuram omnem ab ea repulisti: templum à divinæ doctrinæ cauponib. & deprauatoribus hæreticis, non quidem triplicato flagello, sed veritatis verbo, siue + cognatæ divinitatis triplicitate repurgasti, pia æmulatione pro diuina meusa flagrasti: vehementius pro spiritu spirasti, quare ille quoque tibi accuratam certamque divinitatis cognitione inspirauit:doctrină stabiliuisti, costitutiones de ca tulisti, ingentibus septis veram pietaté vallasti, quod dirutum fuerat restituisti, atq; id apta mebrorum partiumque omnium coagmentatione redintegrasti. Neque deinceps apud nos nova illa nomina audiuntur, Paulus & Cephas & Apollos: sed vnus est vbiq; & in omnib. Christus. Adhæc vn-Cionem sacerdotalem adulterinum quidda resonantem, flagranti ardore finceriorem & puriore auro reddidistitato; lege & literis propositis, continentiam morum & pecuniæ contemptum docuisti. Quapropter nuc reipub.sacru \* est sacerdotale ministerium, quod superioribus temporibus paulatim disciplinæ & morū corruptela adul teratu deprauatumo; fuerat. Ecclesiæ formam & habitum, semper amplius quiddam excogitans, & imaginé pulcherrime ad primarium exéplar expoliens, ornasti. Conventus Ecclesiasticos lætiores effecisti, non solum ingéti lucernarum copia, quæ in orbem per catenas serpunt & emicant, intellectualiumque ordinum & numerum & splen dorem referunt, & veluti astriferum in multa no cte atq; cœlestem tractū secundi, vt ita dicam, atque intelligibilis firmamenti exhibét: in quorum C medio ipse perinde arque, quod auditu nouu arq, mirum est, plenilunius sol reluces: verumetia reb. aliis, quibus nomen divinum lætari solet, & vasis quibuídă nouă îpeciem atq; formă horrore prorfus plena præ se ferentibus. Quis porrò eloquatur, quá præstantib. & variis sacris vestibus puro auro preciolisque & resplendetib. lapillis & mar garitis ornatis, nihil plane ad magnificentia reliqui faciens, hierarchia seu episcopatú nostrum illustraueris?per quæ omnia incredibilis,plurimūć; flagrans tuus in Ecclesia Christi amor & desiderium magnopere declaratur. Quid igitur est? Talis tu quidé in ornáda atq; defendéda ea, quæ materiç expers & intellectualis est Ecclesia, verá pietatem dico, appares: erga eam verò quæ ex materia ista costructa est, no eodem es affectus modò? Id verò longè abest. Quemadmodu enim illa iam collabenté & pessum eunté, quatum potaisti opti coferens, no lapidib. & lateribus, sed spiritualibus Iuffultă columnis, patru scilicet doctrinis & san-Aionib.confirmalti: sic & hanc erexisti. Hoc inquam cogitationé métis excellens & immensum

tiæ gratia prolixè præstitit, quisnam satis vel ora-

opus, hanc incredibilem formam, sempiternæ au D læ imaginë, comune hominum, dicam etia angelorum, delectamentu & spectaculum, + hoc diuinum Dei verbi Sapiétiæ inquam palatium: hác quoque basilicam temporú vi affectam, & imminentium cacuminu mole veluti in genua inclinatam & labefactatam, adhibita ei aurea dextra, ad stabilem & certű restituisti statű:ad eű modű ædi ficio omni firmato, vt in posterum nulla temporum iniuria detriméti quicquam ei afferre possit. Nam saxis iniecticiis & pulchrè politis ex parte vtraq; ea restaurasti, structura solida & ferè adamantina ita longissime in altu excurrente, vt totu opus propter summam convenientiam & coagmentationé, saxum vou esse videatur. Et totu tu quidem hoo templum folida stabilitate costrmasti:maxime tamen eam ædificij partem,quæ ad orientem solem spectans, sensim quodammodo à reliquis partib. abrupta est, & disiunca. Nec manú tátum operi isti adhibuisti, sed ad reliqua etiá, diuinam & immortalé tuam curam & folicitudinem rebus his impendens, adiecisti. Siquidem ad has etiam artes sapientis animi intelligétia & ma gnitudine, admodum es appositus. Et opus hoc omnino, quod diximus, non ea solum quæ à seculo condito extitere, veruetiam decantatissimu illum Semiramidis bitumine cópactum murú longè superauit. Verùm enimuerò priscu quoque diuini huius delubri coditorem, ex ære in statua pul cherrimă arte fictoru diffusum, atque in columna aurigationé fiue gubernationem exequêtem, vnà cum galea superba & habitu magnifico dextráq; graue quiddam & terribile minanti, equo etiam ingenti naribus & fremttu vim plane spirante.iuba quoque per aură ludente, & iuxta Homericu equum, in sublimi campo lasciuiente: aut etiam, iuxta Pegasum illum, volandi opinioné præbente, à tempor u inordinata circumuolutione & mo tu ratione parum nitenti, longa & continua aëris iniuria ita percullum, vt quæ continere vilus fuerat, crucem videlicet & orbem, quibus statuarius terram omné & mare ipsum per crucem ei subie-Aum esse indicauerat, ea cessatione ignaua è manu eius exciderint: & hunc inqua artificio quodam incredibili, perinde atque quodă stimulo & flagello, aureo sceptro excitas, vt fortiter cursum ſuű vrgeret,& vna cű ſole,immobili motu,in ſem piternu perequitaret, procurasti. Sed si exactè ora tione persequi pergam, quibus nam téplis tempo rum iniuria ruinam minantibus, alissque publicis operibus, atque in primis vrbis ipsius mænibus, quæ circomcirca eam, inuestigantium modo, cingunt,& ex senili situ ad pubescenté iuuentam reuocant, muris adamátinis robur firmű adieceris, tempus me id memoranté destituet. Cæterûm vo ritatem verbis meis astruere possunt vtraque sacra Apostolorű templa, & Dei genitricis ædes cű cœlesti pulchritudine certans, quam Bizantij Blachernas vocat, & propè vrbis ipsius fana omnia, sub te & per te ad immensam magnitudine & for mam excitata, & tantú nó clara voce fincerú defideriű,fidem,& amorē erga Deum tuum,præconű more, deprædicantia, temporibúlq; futuris deprædicatura.In quibus omnib.meritò admirationi sit animi tui magnitudo, tätæque pecuniæ impenla:prælertim quu in tanta munificentia tua li-

Inflavratio
facti fancta
Sophae temple Confession
mopoli.
† 18 178 179
815 Airisto
gent bliev öve
ras ävdat[ocop.

Inflavratio flatua equefiris Conffătini Magni, altera manu globum cum 
infixo crucu figno contiuëtis . Quod fymbolii ejt, 
orbis terrarii per crucë donicti.

Aliorii tëplorii & publicorum Co frantimopoli operum repa ratio. Palatiŭ Im riale ibidë sb Andro ico conferu

A beralitas ipsa se non proferat & venditet. Quum nanque tua ipse opera, ita vt quodlibet illorum excellentissimum esser, extruere posses, maluisti tamé honestum factum tuu, ei qui omnia cernit, intimósque cordiá recessus perspicit, consecrans, in aliorum operibus restaurandis magnificá liberalitaté declarare: subnascenté inde paulatim fa-Rum & tumorem, vt equide puto, sapientissime supprimens. Etenim si quis per partes suas singillatim quæ in eiusmodi structuris perfecisti opera in vnum cumulú congerat, omnes longè post te relinquas, qui munificétiam suam in eis ostenderunt. Quòd si specimen aliquod magnanimitatis tuæ sit indicandu, in conspectum omniu proferatur (oratione enim præstantiam & impensam im mensam explicare non est) regia ea, quam pro eo atque fieri maxime potuit, zdificalti, vt scilicet illa & loci ipsius situ & solida firmitate, nec non exacta pulchritudine, ita vt couenit, cospicua sit, dignum mehercules mente & lingua, dică quoq; manu & prudétia tua, opus. Adhæc & quod quatuor columnis fundasti, & tanquam fulcris firma sti solarium, insigne prorsus spectaculum, vt ex su periore eo loco, tanquá sublimioris cuiusdam naturæ quispia prospicies, nos respicias: Deum quoque hac in parte imitatus, pro misericordia & bonitate sua hominib.se immiscenté. Nam quid ma gis coueniebat, te, qui magnus principu aliorum Princeps es, quam regiam hanc domu extruere, quam tu quidem no tibi magis quam nobis omnibus prorlus excitasti, opus minime silentio dignum:imò quod silentiú potius propter admirationis excellentia mandauerit, & pulchritudinis fulgore quam celerrime loca omnia peruaserit: magnitudine quidem illud fupra multa, forma au tem & firmitate ferè supra omnia est, ingenti & multa luce abundantiaque splendoris coruscans, portarumque & propylæorum seu vestibulorum amænitate & gratia, quandocunq; accedentibus, obuiás simul, & cos benigne excipies, & ambulationibus intus atque xystis, quos columnæ quæda Gigatibus similes decenter & pulchrè inter se or dine distantes, distinguűt, longè latéque spaciari, atque oculos pascere permittés. Porrò marmoris C gratia & fulgorem, quod etia in villos, vt ita dica, conformatum est, & zonas seu cincuras, quas totum opus præ se fert, ei simul intextas, quomodo. quispiam dicat?Præterea verò, quod solo instratú est,& quod pars murorum omnis quasi quodda peplű variè distinctű coplectitur. Quod derepentè vidés, mare quodda esse dicas, lenib. vbique intumescens fluctibus, & sensim quodamodo horrescens:vsqueadeò, vt cofestim vestem subducas, ne fimbria eius humore inficiatur. Ea porrò stru-Auræ parté que supra caput est, cœlo ipsi propter latè & copiosè diffusum auru, nec no æthereo alicui tractui, igne multo relucenti atque corufcanti copares. Verum quomodo tantu & tam logi tem poris & multi laboris opus verbis tá breuiter explicetur, quod neg; oratio vlla, neque oculus, imò neque mens aliqua, que quidé in ciulmodi reb. sit exercitata, satis coplectatur? Mihi certè vnű illud dicere suffecerit:quauis multæ & fere innumerabiles regiæ aulæ superioribus temporib. sanè quá ambitiose & magnifice sint costructa, hác tamé ipsam inter omnes temporum omniú, calculis, vt

ita dică, omnibus primas ferre magnitudine, pul- D chritudine, sirmitaté que ædificationis, & conuenienti rationique respondenti modo: magnifica verò atque superba coagmétatione, lapillorumé; incrustatione, atque corunde variis formis, & rebus ferè omnibus quibus ædificiú tantú exornari. æquű est, naturá quoq; ipsam superare. Sed de ope ribus tuis hactenus. Et quu tatus princeps sis, Imperator optime, atq; eò glorie perueneris, cuinam rectè coferri possis?Ego quide Plutarchu quoque illum,qui virorum claroru collationibus magnus fuit, arbitror, si adhuc superstes esset, operæprecium se facturum esse existimaturu fuisse, si studio suo, in quod per vită omné libenter incubuit, supersedisset, eo + 9 idoneu, quem tecu coponeret atque conferret, no inueniret. Verum Adamo illi & Noz & Abrahamo, præterea Iosepho & Iob, Moſæ,Ioſuę,Sáſoni,Samueli,Dauidi,& Solomoni,& qui eius generis fuere aliis:insuper Cyro illi, Dario, Alexadro, aut aliis quibusdă, Iuliis etia for talle & Augustis & Cæsarib. coparari posses. Sed satis constat, te huius quidem Imperiu in omnes, aliorum auté boná spem, atque in Deű amoré, cæ-E terorum verò moderationé,& in rebus duris cóstantiam: alicuius porrò fortitudiné, æquanimitatem, mansuetudiné & modestiá: alicuius item sapientiæ vim:prorsus verò omniu,eam quæ Imperatori, Principi, populique & reipub, administratori copetit, virtute habere: ita vt veluti quædam noua, atq;, vt ita dică, inimitabilis mixtura Imperium tuu sit constitutu: p videlicet hos quide lon gè præterieris, cu his auté certes: à quib. auté non multum absis, dicere no habeo. Atq;, vt breuiter dicam,quidquid in quolibet istorū præcipuū atg; præclaru, vel Dei munere datum, vel præstatis na turæ beneficio comparatŭ fuit,id tu quali quædã bona atq; sedula apis magno studio collectų atq; comportatu, admirando quodammodo miscuisti atque temperasti:& propterea \* Imperatorio cu bito omnes es supergressus, Imperio tuo perinde atq; non imitabili archetypo , primarióque quodam exemplari omnib.exhibito . Quapropter & illud facile dicere ausim, te quicquid est reru bonarú atque honestarum, partim quidé imitatú per zmulationem esse, partim verò ingenij & natu-F ræ præstátia superasse:quæ auté bucusque à quopia inuétæ non fuissent, eas & inuenisse, & in lucé oroduxisse:&,quoad eius fieri potuit,cernere volentib.ostendisse:proindéque, quòd per virtutes & preclaras res omnes, ad fummum quoque peruaseris, omnes longè vicisse. Itaque longiorem etiam tibi vitam, qui bona omnia, pro eo atque decuit, omnino in vnum collegeris, obtigisse existimo: vt ex temporis diuturnitate, ad incremen tum gloriæ hoc tibi accederet: quòd, quum apud nos certiorem stabiliorémque sedem & stationem optime fixeris, sedula imitatione laudum virtutumque tuarum, quæ inimitabiles ferè sunt, assequi eas non potuerimus. Nam veluti quidam arcanoru + facrorum princeps es, & magister virtutum omnium optimus, perinde atque eam ob causam Deus, natura administra & duce, splendidè atque magnificè te, vt non solum pu blica imperij columna, verumetiam omnium humanorum bonorum divinitus exhibita statua & imago esfes, propoluerit. Sedenim omnibus eis, a iiij

† 48 Top 608 THE KANKES KETERNAON LXWY WERV. วิถีเพล Impe ratorii laus qui singulas quoramque Principii ve terum virtu ses, ipse vniversim ommes fit confequutu.

and the second second

The state of the s

¥ BasiXix**Ş** Tixe way-TAS TESPHY -12 Kels.

mganno. Septuagen

+ moseyu-

A quos diximus, omissis: vbi te vni solummodo coparauero, orationis curlum filtam, qui me femper propter meŭ erga te amoré & desiderium latenter transuersum agit,& sensim extra modum pro ducit:propterea o animo semper id quod pretermissum est, præstantius esse eo quòd dicendu elegimus, videtur. Adeò magnitudine sua æqualia sunt omnia, neque pro se quodo; aliudalij de victoria partibulq; primis cedere constituit. Itaque ex ingenti copia ad dicendi inopia recido, & mihi abundás exuberantia in infiguem indigentiá cedit.Plus etia negocij mihi, quid omittendum sit, quàm eis qui laudes tuas mecü persequendas statuerunt, quid dicedum sit, facessit. V nus sane quidem, vt ita dicam, mihi pro omnib. sufficiet, cum quo etia fortasse, pro ea quæ tibi cu illo intercedit cognatione & similitudine, libéter te conferri patiere. An verò is alius sit quam Constantinus ille,magnű apud omnes momentű & nomé? Cőstantinus, cuius memoria veluti spiritum quenda inesse omnib. oportet, qui in necessitate summa tam magnifice & tam fortiter opem nobis tulit. Constantinus, artibus Imperatoriis magnus, prudentia incóparabilis:ardore autem erga Deú,magnisque rebus gestis, & certaminib.pro vera pietate susceptis, supra omnes, quemadmodu sol super astra alia relucens. An tu verò, Princeps optime, non certa illius es imago? No speculum mediusfidius ita primariŭ imaginis exeplar reddit, ficuti tu diuinu animæ illius specimen exprimens, atq; illu admodu referés, refulges: no aliter qu'am germanus filius patré suu repræsentat. Atq; equidem, quamuis audaciā meā te improbaturū ſciā, qui maxime fugere & cauere talia foles, dicere illud tamen audacter sanè non dubitem: (quod te rogo vt patiare, & rationem mecu consideres, qui te filium Dei per gratia & Christu Domini, præter cæteros, maxime esse sciam) imaginem te illius per omnia similé esse, qui verè piam illius formă & vim characterémq; animalis fiue Imperatoriæ eius subsistentiæ aperte obtineas. Id verò sic consideremus. Accepit ille, patriis moribus relictis, à Deo Imperiale sceptru: & diuina potentia maximè fretus, scelestos & perniciosos tyrános, in cœlo victoriæ tropęo viso, deuicit. Tu quoq; ad eundem modum, lumma rerŭ lulcepta,& victrici armatura no semel, sed cotinuè inspecta, atq, in manib.gestata, seu potius in corde tuo, vt per quá sola & viuas & spires & moueare, circumlata, itidé vt ille, fortiter aduersarios superasti, quicunq, opponere le tibi sunt ausi, inuictoque Marte de eis triumphű egisti. Quis nanq; te aspicere salté susti nuit, forti manu Dei & excelso brachio suffultum & confirmată? Excitauit ille & extruxit Deo vrbem Imperiale, candémq; ad formá & magnitudinem ingentem extulit, non solu necessariis reb. abudè, verumetia superfluis magnificè exornans, nec non tropæa de prædonibus, qui multo tépore ei incubauerat eiectis, statues. Liberasti hanc tu quoq; ab eis qui eam occupauerat latronibus, nouamque eam & iuuenescetem reddidisti, mænib. solidis circumcirca ea vallata, aliísque eius ædificiis perpulchre & ambitiose extructis, quæ læta vbique lætè sese oculis omniu ingerut & consurgut:effecistique adeò, vt suo, ita vt appellatur, re-

spondeat nomini, qui alter scilicet conditor eius

es & Deus-k tutelaris. Ille fidei dogma confirma- D uit, & linguas malè sentienti uconfudit, iniustiti a in sublime loquentes: & perinde atque alter quidam Abraham, trecentis decem & octo vernaculis contractis, præ se egit Arianos furentes, persequens eos atque confringens, germanúmq; & na tiuum ius filio, decreto suo, & autoritate stabiliuit. Non creaturam, sicuti homines desipientes opinati sunt, sed winny, hoc est, consubstantialem patri eum esse: nec non imaginem, sed eam illi per omnia similem, & characterem seu figură subsistentiæ paternæ statuens,& patrem reuera principij expertem patrem, id ipium scilicet verè existentem faciens, & congruentem, ita ve zquu est, dignitatem ei tribuens. Tu verò quid? An nó eun dem cum illo cursum de connaturali spiritu tenuisti? Nanque cócilio coacto non equidem vernaculorum quorundam, sed Ecclesia primogenitorum nostratium, veluti quidam nonus Abrahã, beatam rursus hospitio excepisti Trinitatem, & phalanges + corū qui e lingua laborarunt, distur- E bas, processionem vnde ea proueniar liquidò declarasti:ex solo videlicet Patre, vnde etiam existétiam suam inexcogitabili modo, verumtamen vt genitus habet Filius. Proinde & illud cum fiducia dicere ausim, quod illi antea de filio per gratiam datum est, îd tibi postea de spiritu inspiratu esse: ita ve in hac quoque parte, quantum permisfum est,æquam laudem habeatis, in æqualibus & eisdem rebus mirificè æqualem atq; eundem con sequuti honorem,insigni nimirum erga diuinum numen studio & desiderio, nec non rerum actarum magnitudine.Itaque nihil me ab instituta ve ritatis ratione discessurum puto, si illi quide hoc tribuero, fundamentum quodammodo eum re-&orum Ecclesiæ dogmatum & esse perhiberi: te verò cuidam pulcherrimo fastigio & claui atque sigillo integro comparem: & vtrunque ingens istud veræ pietatis momentum ex patrum præscripto conseruare, atque id non in plerasque terræ partes, sed loca vbique omnia propagare, & tanquàm buccina promulgare dicam. Quandoquidem ille vtramque Christi generationem, tu F verò postremum testamentum sigillo consignas tuo. Enimuerò an tu quidem in rebus quas diximus ex æquo cum illo certas:morum autem consuctudine, clementia, magnanimitate, misericordia, humanitate, præterea lyncera & simulationis ignara in Deum religione, atque Dei ministros pietate: insuper actionum magnificentia, operúmque ambitiofo fplendore:denique,quod maximum est, flagranti erga Deum amore, adeò sanè, vt omnem, sicuti in prouerbio est, propterea mouerit funem, orationibus, legibus, & exemplis propositis, vt religionis cultus incrementa sua caperet,& res nostræ quam rectissime ordinaretur, aliqua ex parte illo inferior fecundas fers?Id verò tantu abest, vt nisi quod medium intercessit tempus,interuallum quoddam fecisset, nihil prorsus impedimenti obstaret, quo minus alter in altero situs esser: & altera ab altero, atq; adeò per alteru, in publico obambulás, propter indiferetá similitudiné ita cognosceretur, vt per eá similitudiné, dum vterque alter ipse vestrûm prorsus esse à quolibet iudicaretur, vtérnam esset: no satis constaret, quéadmoduacris & aquæ inter se commistæ partes.

\*#ONBXOE
Concilio generali Nica
no tructi dy
decemosto in
terfuere patres.
Decretii cins
Synodi, cui
Costantinus
prafuit.

+ FAMEGEA . ZãN. Imper atoris istim ductu, in Concilio Episcopi Orientales spi ritii fanctii ex solo patre contra Occi dentales, pro cedere statue runt.Sed nö loge post, ab. nepote cius loanne Palaologo Imperatore autore, in Florentina Sy-Do. 1 4 39. Graci in La tinorii (ente tiä pedibus discessere,ita vt Spiritum Sanctum ex patre & filio procedere profiterétur. Quym per-Suajum eu es set , Latinos Deum patré micam filÿ & spiritus Santti causa credere : duo verò princi-pia , duásve caufas in co-[ubstantiali Trinitate exectari.

Constătinopolis Deo à Constantino constructa.

Comparatur

Imperator

Constantino

Magno, O

cum codem

confertur.

9

Amplifică nur rhesoricè Principis itinu landes. A Quin & illud, atque audacter quidem, non tamé præter modum dicetur, eisdem te cum illo glorie & ornamentorum, item status simul & ordinis, apostoliczque planè vocationis, vnà cum diutino illo, & quod fuccessione nesciar, regno & Imperio, præmiis & honoribus sanè quam splendidè Deum dignatu esse. Sedenim num recte & dignè satis oratio Imperatoré meum depinxit? An etiam, id quod diligétes & laudati pictores faciúr, colores insuper alios adijcere opus est? At quæná verba tantă & animi & corporis pulchritudinem describent? Ego quidem fieri id posse non puto, etiamsi simul omnes in locu eundem coueniant, Plato ille cum magnifica & mente & lingua, & Demosthenes cum ea quæ orationi eius subsider vi & grauitate:& Thucydides,& Aristides, quorū alter cum pondere verba proferre, alter ea elocutione, quam imitari non sit, dicere nouit : vtrique sanè, & propè soli, ad summum facta verbis exæquare periti. Sed neque Apelles & Lysippus, qui optima coloru temperatura artem pingendi magnoperè extulerut, & propè animatas proposuerunt tabulas, nec sanè Phidias aut Myron, & ipsi artifices egregij, qui ære & saxis mores &ingenia viroru indicare, & in sculpturis operibusque suis, subsidentes ipsis imaginibus corum quorum formas adumbrarunt, virtutes simul satis bene expri mere potuerunt. Verum & isti omnes, siquidem adessent, orationib. atque imaginib. & statuis suis pulchritudinem & magnificentia eam rerum om nium, quæ extrà saltem in Imperatore meo coruscant, describere aut adumbrare omnino, quamuis nouos verborum atque artis & flores & colo res adhiberent, non possent. Nisi quis in materia immortalem & viuam, radicésque sempiternas & pondus stabile atque immotum habétem, pulchrè effigiem corporis tui imprimere norit: & Thracium forte Atho, aut aliud quiddam, quod à cœlesti sublimitate secundum in terris sit, Olympum videlicet, aut Caucalum, aut Parnassum, qui convenientem ac congruam latitudinem & subli mitatem, accommodata quoque membra & articulos artifici præbere possit, in euidentem speciem tuam conformans, ita simulachrum verè C tuum, quod tam pulchrum & magnificu est, exhibeat. Id quod hactenus fieri nullo modo potuit. Aurum porrò & argétum, adhæc æs & ebur, ligna præterea, tin & uræ & lapilli, vt exiguæ quædam & venales effigies, quæ furtis sunt obnoxiæ, & tempore intereunt & corrumpuntur, quonam modotibi, quod debetur & conuenit, præstent? Itaque hocipsum, quòd à nemine divinum & ani mæ & forme specimen tuum digne, & pro eo atque decet, depingi aut delineari queat, in summă tibi laudem & gloriam cedat: & sit perinde atque in tabula inscriptio, effigies, columna, atque adeò Imperij tui statua inimitabilis. Ad omnia hęc vnű illud breuiter addam , quòd fi tibi nihil rerŭ aliarum adesset, quas quidé benignitate & dono Dei habes innumerabiles, ipsum sane veræ pietatis ærarium at que domicilium, quod, quæcunque aliquis mente concipere possit, bona prorsus continet omnia, nouum hoc tabernaculum, altera Sio, nouum sanctuarium Dei, altera & eam duplicem arcam, pulcherrimum totius orbis oculum, seu po tius cor eius, rerum omniú opportunissima, atque

(vt simpliciter dicam) quicquid est in terris opti- D mum omne,magnam hac & Imperialem vrbem Constantinopolim dico: quòd eam per te habemus, & quòd eò perueneris, vt certò Ecclesiæ decorem su nitorémque restitueres, viis omnibus quæ ad errorem ferunt concilis: sola ea satis tibi esse possent ad præclarum decus & ingentem glo riam vnà cum auo ipso, & quàm quisqua vel excogitare vel eloqui possit longius duraturam, atque ad immensam quandam, quæ non pudefiat, spei erga Deum simul & libertatis siducia. Hæc ego de rebus hisce quæ philosopher & dicam, ha beo : qui sub te tanto principe & preside & curatore dego, beatam & felicem Imperatorio modo meditante atque exercente philosophiam, & res Christianas in prospero statu & successu administrante, que mad modum inquit Aristonus. Cæterum, Imperatorum omnium humanissime, suscipe orationé hanc nostram, vnum quiddam ex eis quæ apud te sunt rebus preclaris:atque id quidem breuiter admodum & tenuiter, veram scilicet pietaté prosequentem. Non enim instituti no stri est, singillatim res omnes tuas comemorare, E quæ dudum à multis vel iam celebratæ sunt, vel adhuc celebrabuntur, & futuris seculis comemorabuntur. Et quidé quæ ab aliis prætermissa sunt, alij inuere: \* & omnia ab omnib. & præterita & dicta sunt. Posteaquam enim permulti se ad res tuas commemoradas, perinde atque in altum ma re demiserunt, hic quidem multa, ille auté plurima, quidă nonnulla, atque alius alia varie recenluerunt. Nemini quidem omnium tanta incessit audacia, vt ad omnia describéda se coferret: quod id fieri omnino no posse,rectè ab omnibus iudicatum sir. Quemadmodum & nos partem quandam perhamani Imperij tui, egregium in Ecclesiam Christistudiu & pietate ruam, nobis dicendam propoluimus:quippe qui Ecclesiasticæ histo riæ librum recens à nobis conscriptu, dedicandu tibi statuerimus. Cui enim alij eŭ cosecraremus? Quum namque visum nobis esset, historiam eam omné in vnű conferre codicem, priorémque, & eam simul quæ omissa est, in ordinem vnum disponere, à multis & variis scriptorib. in operibus pluribus sparsim quodammodo tractatam, calcu- F lo & iudicio tuo optimo eam exhibendam duximus. Ac siquidem sentétia tua coprobata fuerit, rectè se res habebit. Sin minus, perinde atq; nunquá extiterit, meo iplius & omniú ferè iudicio cé sebitur. Progreditur auté mihi opus hoc, pro eo atq; fieri potuit, initio sumpto à descensu è cœlis atq; + intrasitiuo è paterno sinu, motu & transitu antesecularis & Filij & Verbi æterni principióq; carétis Dei & Patris Domini & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, in plures divisum tomos. Procedit verò ad eŭ qui conueniebat locu, satis longè ante nostra tempora relistés atque suspensum, facili arq; æquali maximè ductu, quali scilicet eloquutione, dictione & copolitione scripta eiusmo di potissimu coponi decet. Quapropter admitte quæso benignè ad te historia hanc: qua, sicuti di-&ŭ est,ad calculŭ tuŭ producimus,ac potius vene rando & Imperiali vertici tuo, cum timore, veluti quandă coronă imponimus: non equide in pratis aliquibus fluxis &quàm celerrimè deflorescentibus, neg; ex floribus marcescétibus decerpta ne-

Eă per An dronicii Gra ci retioneriit. Ecclesia reformatio comendatur.

Pietas to ligio Impera toris, precipuè inter vir tutes eius re liquas effertur laudob<sup>9</sup>.

\* Wávtaďe kái tajaki – Kárjai tole Wási,kái ki. Kiktai,

Opm hoe Imperatori diindicandii offertur.

Qua tempo va coplectatur hac historia.

† #µ (+#8#-

Dedicator
Ecclesiastica
bistoria Imperatori Am
dronico, &
veluti coroma capiti eins imponitur.

Digitized by Google

que etia ex pellucidis lapidibus fulgore quodam & auri splendore suaue quiddam & gratum relucentibus, consertam atque compositam: quæ res celeriter hinc & inde volute trasferuntur, & nunc quidem hunc, nunc verò illu perinde atq; in somnis ad breue tempus deliniut atq; demulcent : sed ex æterno paradilo quodam & floribus immorta libus collectam, qui neque tempore, neque sanè senio vllo intereant & euanescant, verum divino quodam modo & spirituali odore picti atque imbuti fint,& aliquid de stillante rore montis Hermon delibauerint. Hac coronam, pro eo atq, fieri potuit, contextă, summæ sublimitati tuæ adaptamus:quam, vt puto, ingens etiam æuum, maxima tua certamina & labores veritum, coferuabit immarcescibilem. Etiamsi aliquando lingua quæpia impotens, atque castigatio & mens contumeliosa,vt scriptura inquit, in cœlum gloriæ tuæ blasphemare, atq; tela in aërem mittere, & verba vm-bra quadam, quod in Tragœdia est, tollere atque etigere cœperit, quod quidem minus aliquem vn quam ausurum esse puto:sed vbi viderit te ea esse coronatum & exornatum, os eius obturabitur,& in iusticiam in sublime loqui ipse statim redargutus supersedebit, captúsque oculis prodibit, vt qui intendere cos in eiulmodi ornamentum tuum,& quæ inde cum gratia prominet & lucem & vim nequeat. Varios illa sanè & omnigenos floru coruscantes & aureos habet colores, quam aliquis aptissimè agri hortum herbarum omniú feracem. dixerit.Potissimum verò illis mirificè abudat, qui pullulantes candescunt.& qui purpurea specie flo rent, quique nitore ad nigredinem magis vergentes, qu'am maxime relucent. Sunt verò ij ex quib. corona tibi quam pulcherrime contexta atq; conserta est. Hierarcharu stola, vitæ sanctitate supra folem iplum corufcans: & Martyrum vera & veneranda purpura, sanguine corum prolixè tinca atque rigata:insuper lucis conciliatrix nigrescens & divinitus contexta vestis, illis admodum congruens, qui ad vitam angelică contendunt atque, aspirant.Ex quibus Christi Ecclesia, aureum prorsus virtutibus circumamicha ornatū, veluti quædā C sponsa, rem omnium pulcherrimam vniuersitatis huius exhibet atque repræsentat Regi & Imperatori. Eorum labores & certamina liber iste comemoratiper quem tibi vt illis honore & dignitate æquali, & hanc ex eis confertam corona imponimus, qui reb.omnib. optimus es, & natura simul atque anima regius & imperialis. Hunc tibi nuncupamus atque dedicamus, quu quide antea corona gloriæ magnopere sis exornarus: quam hic etiamnum quasi quendam futuræ illius & sempiternæ arrabonem, & veluti proæmium, hanc inquam preciosissimam Imperij coronam, mirisicarum virtutum, certaminu, atque laborum tuorum, perinde atque brabium, coronarum largitor Christus tibi, qui pulcherrima trophea, & splendidam, tuo iplius respondens + nomini, vi&oriæ mercedé tulisti atque statuisti, donauit. Ergo age tu, qui solus natura, sicut ille dixit, omnia, quæque diuinæ,quæque externæ sunt doctrinæ, præcipuè verò propter eximium & sedulum in res quasque pulcherrimas studium tuu,quæ in disciplinis sunt arcana magis & fublimiora, nosti, vtere ingenio tuo,& materiam adhibe igni incomparabilis tuæ

eruditionis &iudicij: seu potius ad amussim tuam D accómoda & explora lucubrationé istam. Quamuis sperem (nam quod antea rece dixi, id nunc quoque à me dicetur) nullum fore tam præfractu & audacem, vt scilicet post censuram tuam, vel di gitum scripto huic adhibere audeat. Improbas ve rò & inuidas linguas veneno parricidæ serpentis consumi & interire permitte. Quis nanque, rogo, in te rebus omnibus incomparabilem, quod male diceret, habuit ? (O diuina vindi&a & tonitrua & fulmina cœlitùs cadentia.) De quo, propter diuinam & magnificam mentem, actionumque magnitudinem & podus, neque encomiu laudemá; condignam & decentem invenire licet, quú quidem plurimi plurima dixerint, multumque diu operæ & studij in rebus tuis posuerint: qui sanè omnes inferiores eis esse sunt deprehensi, cœlum attingere conantes, aut suam ipsorum vmbram comprehendere contendentes:quæ quo magis ci impédeant, eo cedat magis, & diffugiat. Quid ais? Reprehenderéne & carpere constituisti eum, qui E ex feiplo prorsus natiuam obtinet gloriam & dignira em,& quem honor & amplitudo maximè latellitio quodam stipantes illustrant atque exornant:ad qué neque ille qui apud Græcos pro Deo cultus est conviciorum inventor atque autor Mo mus, non modò non propius accedere, sed ne respicere quidem prorsus audeat? Quin potius Momus deinceps nullus extat, vt qui interierit atque diffluxerit, in hoc folo ne tantillum quidem quod perstringeret habens. Cæterùm ego quidem ista. Tuum autem fuerit Princeps optime, vt confideres atque perpedas seorsim omnia, & æquű constantémque iudicij tui calculum mihi adhibeas. Dei enim planè tua fuerit sententia. Qui verò me ipsum in certamen maximum coniecerim, nunc demum fugientia me persequi, & à tergo fluentium aquarum ire, comperio. Quæres veniá profectò merctur. In qua nimirum, vt equidem puto, quilibet fallatur, qui scilicet se in certamen tantum demittere conetur: vnde tamen, propter res propè incomprehésibiles atque inexpugnabiles, euadere non possir. Ipse verò Rex regum & Do-F minus dominantium Christus, qui sanguine suo Ecclesiam suam sacrauit,& firmiter construxit,& te illi virum iuxta cor suum auxiliatorem & detenforem germanum purpura decoratum constituit, pium Imperium tuum in infinitos æui annos custodiat:atque id in stabili & immota lætitia,inter omnes qui circucirca sunt, donec prorsus cun-Ai sub pedibus positi conterantur, inimicos, in maius excrescens seruet, maiorémque alia super aliam gloria subministrans confirmer:atque adeò te, liberos & genus omne, ipsamque hanc vrbem, cuius es tutor & conditor, in perpetuu florere faciat, vt tandé bonis omnibus abundè accumulati, in decătatas illas aureas + Ennas Romani conscé damus.Post longű verò tempus, prouectúmque demű & molle, quod ad infinitű propè pertingat, seniu, illo quoq;, quod successione nescit, sempiterno regno & imperio te dignetur: atque in illa primogenitorum Ecclesia in eundem thronum, & numerum, cum fidei principe Imperatore refe rat, diutinorum pro Christi Ecclesia & grege susceptorum laborum, ita vt decer, honores & fructus condignos percepturum.

Precatio ad Deŭ pro Im peratore.

† Nona de cælefle Hie rusalem. Est apud Cicer. in actione Verrina 6. Enna oppidii in vinbilico Sicilia ſitü, foli ferulisimi: & ob id Cereri facrie. Christiani porid ad aureas Ennas, calestë patria aspiramos.

† Andrond ci videlices.

Flores eius

operus prases

tis materia:

Matyres,

Monachi.

Episcopi,

Proæmium autoris, consilium quo ad opus prasens conscribendum animu adiecerit . praterea breuiter totius voluminis argumentum perstringit.

De vetustate Christiana religionis, o de diumitate atque aternitate fily: vt ante legem, o post legem latam, sanctis o puis patribus mysterium de diumitate Christi perspectum suerit.

Quam ob causam non citius Seruator Christus, sed in postrema temporum atate, hominem assumpserit: &

de perpetuo & sempiterno eius regno.

Quod nomina Dei,eius démque hominis verbi, Chri flus scilicet & Iesus, longe antea ab ipso vsque Mose symbolice, & sub certis indiciis in honore & precio sue rint:propterea & sacerdotes ipsi, & reges, & propheta, Christi, per adumbrationem quandam sunt dicti

Quòd Christi dostrina, er vita ex prascripto Euan gely Christiana, cum ipso hominum genere extiterit, er quòd ea antiquitus in sanctis er Deo dilectis homi nibus essicax suerit: quod ipsum er Abraham decla-

rauit, fide inflificatus ante circuncisionem.

Historia breuis succincte res Hebraicas exponens, vsque ad Herodem adûenam, seu alienigenam, qui ludaorum regnum obtinuit qua historia prophetiam illam declarat: Non deerit princeps ex Iuda, & dux ex sæmore eius, donec veniat cui repositum est, vipse erit expectatio gentium.

expectatio gentium.

De sancto loachimo & Anna, & de nativitate atque educatione sanctissima Dei genitricis in templo,

er ut desponsata tosepho fuerit.

De annunciatione sanstissima Dei genitricis: de san Eta Elisabeth, eiúsque vteri gestatione: & de conturbatione sponsi Ioseph, propter dininam & supernaturalem Iesu conceptionem.

De genere Ántipatri & Herodis, & de Hyrcano, Aristobulo pontificibus : & vt à Casare Augusto Herodes Iudaoru rex creatus , propterea quòd aduena esset, tribus Iudaoru ab Esdra coscriptas igni cobusserit, atque Pontificatu venale emere voletibus proposuerit.

De ea qua ab Augusto Casare, Cyrenio praside, sa Eta est descriptione: Aqua de Cyrenio Iosephus scri-

bat,item de Iuda Galilao.

Epistola Iuly Africani historici ad Aristidem, de ea qua apparet esse in genealogia Christi dissonantia a-

pud Mathaum & Lucam Euangelistas.

De admiranda & diuina nativitate Domini nostri Iesu Christi: item de eiusdem circuncisione, & obviatione, qua ei honoris causa in templo satta est. Item com memoratio de Simeone, qui eum vlnis suis ex cepit.

De stella, qua prater omnem opinionem in Oriente ad nativitatem Christi apparuit : & de muneratori-

bus Magis, & de Herodis dolo.

De fuga Seruatoris in Aegyptum, & cæde infantum, quam Herodes in Bethleem fecit : de antecurfore Ioanne, & de doltrina Seruatoris in templo, quu duodecim esset annorum.

Pt Herodes primus immissa divinitus plaga violenter mortuus sit: historia ex decimoseptimo libro Anti-

quitatum Iosephi excerpta.

De Tetrarchia filiorum Herodis: vt Archelao ex Hierofolymorum tetrarchia à Cafare deietto, Pontius Pilatus duodecimo anno Impery Tibery successor in illius tetrarchia factus sit.

De obitu Augusti Casaris, & qua sub eo acciderint: & de Tiberio qui ei successit, rerumque sub Tiberio actarum ex parte quadam commemoratio.

De praconio o doctrina Ioannis Baptista, o de ba prismo Christi, insuper o de testissicatione Ioannis.

19 Vt Ioannes Herodem in faciem arguerit, propter He rodiadem: & vt is in conuinio capite truncatus, ad inferos, pradicaturus ibi, processerit.

O De turpißima filia Herodiadis morte, & Herodis obitu, qua de eo losephus commemoret: & vt idem

Baptistam magnis ornet laudibus.

De tentatione Seruatoris, & de electione duodecim item septuaginta discipulorum, & de Euangelij pradicatione.

2. Quis finis sit praceptoru Euangelica doctrina, qua parabolarum vis,quòd scilicet per opera & cotemplationem ad diuinam & perfectam ducamur charitatem,Deo similes facti,& coharedes Christi.

3 Quanam opera in Enagelio descripta, Christu perfectu hominem, qua item perfectu Deu esse declarent.

4 Breuis commemoratio admiradorum & supernaturalium miraculorum Domini nostri Iesu Christi, in quatuor Euangeliis expressorum, qua quidem miracu. la certissimum divinitati eius perhibent testimonium.

De diuina transformatione Seruatoris, & de miri-

fico miraculo in amico Laz aro exhibito.

26 Parabolarum omnium Seruatoris commemoratios

27 Vt triginta tribus annis expletis, Seruator Bethaniam venerit: A de muliere meretrice, A de palmarum ramis, item de exarescente sicu.

B Demystica cana, de dinino lanatore, & de Christi

precatione.

29 De Anna & Caipha pontificibus, & de tempore doctrina Seruatoris.

De proditione Iuda, de diuinis cruciatibus Christi

1esu, Salutari cruce eiusdem.

Ex diuinis passionibus quanam Christo, ut Deo eidémque homini, qua ut Deo ascritere coueniat : code Christi, quo ad animam, descensu ad inseros : quando co quomodo eos quoque qui apud inseros vincti suerant, solutos liberauerit.

Demostratio clara, ex eis qua acciderut supernatur alibus miraculis, quòd Dominus ex mortuis resurrexerit

33 De sanctis mulieribus un guentum ferentibus, quoties ad viuisicum Christi sepulchrum accesserint.

Quoties & quibus ex Apostolis apparuerit: vt pri mum scilicet Luca & Cleopa, deinde vesperi vndecim discipulis clausis ianuis videdum se prabuerit: & vt post dies octo, ab Apostolo Thoma sit contrectatus.

Nathanaeli apparuerit in captura piscium: vbi etiam

cibum cum eis capit.

Tt postremò in Galilea sit visus: T quum in montem Oliuarum conscendisset receptus in cœlu ad dexteram Dei consederit.

27 Qua ratione triduana Domini fuerit resurrectio, qua item quadragesimo pòst die in cœlos ascenderit.

28 Quali ratione quinquagesima quidem post resurretrionem decima autem post ascensionem die paracletus, diuinus videlicet Spiritus, substantialiter apud Apostolos sit versatus.

39 Quòd & ipse Iosephus Seruatoris nostri Iesu Christi in decimoostauo libro Historiarum suarum mentionem fecerit, & quibus de eo verbis sit vsus.

40 De diuina oris corporisque figura & forma Serua • toris nostri Iesu Christi.

## ECCLESIASTICAE HI-

STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS PRIMVS.

CAPVT I.



I CEPHO-RVS Callifli filius Eccle fiastică historiam composuit, initio ab ipsa statimSer uatoris nostri IESV Christi apparitione in carne sumpto: opus id præclarum & lectoribus

gratum fore ratus. Quòd si enim nő in paruis humilibúsq; rebus habetur, quin potius summa laude & veneratione dignu ducitur, si quis historia prophană pulchro ordine colliges proponat, fru-Aumque & vtilitaté eius studij in medium prose rat,eam cognoscere volentibus: multo profectò laudabilius censeri debet, res gestas sacras in publica monumenta, quæ omnibus cognoscere liceat, referre, doctrinamq; facilem & salubrem pu blicitus profuturam constituere. Equidem maximam deberi gratiam eis existimo, qui historias & res communes priuato suo labore sibi coscribendas sumunt. Illi siquidem, quod in eis est veile & admirandum, non apud se tanquam privatas opes retinent:sed publicæ vtilitati, edendis eis, inseruire malunt, administros prorsus se diuinæ providentiæ exhibentes, qui in vno scilicet opere varij generis res gestas, perinde atq; in publico ærario reponentes, perscribant. Facile quippe cuiuis est, C ex huiusmodi publico monuméto exempla capere, atque ex alior u erratis actiones suas probe cóstituere, & ad varia rerum mutationem no variare opinionibus:sed potius, quoad eius fieri queat: corum qui rebus recte sunt vsi, facta imitari, & virtutem. Porrò si in consultationibus seniorum consilia excellunt, & experientiæ vsum propter temporis diuturnitaté præstare necesse est:quodque dicitur, quicquid vetustate commédetur, venerabile id esse oportet: historiam omnino, vt quæ & diuturnitate temporis, & plurimarum rerum vsu valet, plurimi faciendam esse constat: in primis verò sacram, ingentem nimirum fructum atque vtilitaté omnibus simul & Ecclesiis & negociis suppeditantem. Namque, ita vt æquum

est, omne genus vitiorum ea ipsa traducens & D damnans, quàm longissimè reiicit, malósque & impios iustis conuiciis execratur: & magnos laudatósque viros, qui in rebus religionis nostræ maximis, excellenti virtute & pietate plurimum studij posuerunt, verbis amplissimis, laudumque præconiis, quasi quibusdam coronis exornans, admirandos imitandósque aliis efficit. Quibus quoque rebus posteritatem ipsam pulcherrimè excitat, & sanctissimis operibus & factis, decentíque & recta de divino numine opinione, corú virorum laudem æmulando consectari cohortatur. Quapropter & nosiudicio nostro eos qui sa cra historia scribenda, ad publicam vtilitatem tan tum contulerunt studij, comprobantes, æmulatione ad eandem materiam tractandam prouecti sumus, non nos quidem egregia virtutis nostræ facta ostentantes, neque eloquentiam orationis E vi & vbertate freti iacitantes: sed animum, quan tum quidem fieri potuit, ad eos qui ante nos res Ecclesiasticas scripserunt convertentes, institutum quidem & propositu corum in primis complectendum duximus: sed non itidem scripta corundem omnia ad publicam vtilitatem facere iudicauimus. Quidam enim ex eis sanæ doctrinæ non adhærentes, multis in rebus non satis idonei dictorum suorum testes esse videntur. vnde factum, quòd quamplurimi etiam ea quæ ab illis verè sunt dicta, propter insanas corum opi niones, in dubium vocant. Nonnulli autem, quum semel à verbo fidei discessissent, & ad aduersas ei partes desecissent, etiamsi postea eos æqua & decentia sapere contigerit, aduersandi tamen eis, à quibus aliquando dissenserant, stu-F dio, permulta in scriptis suis prætermittentes, no prorsus costantem & solida obtinuere apud lecto res fidem, quantúuis viribus eloquentiæ & scribé di acumine excellentes, atq; egregio erga Christu desiderio & ardore, inter nostri nominis homines, primas ferre contendentes. Etenim Eusebius Pamphili statim à Christi temporibus vsque ad Constantini Magni tempora, quæ in Ecclesiis. acta funt, prosequitur, ex Philone, Iosepho, Clemente spoueru, (hoc est, contextore) Egesippo, Hippolyto, Papia, & aliis ordine Ecclesiasticis scri ptoribus, historiam mutuatus. In qua historia cacoethes hæreseos eius apparet : quauis quibusdam recte sentire videatur, ex eo id asseucrătibus,

Confilium, quo ad histo via Ecclesia stica scriben dam, author est adductus

Indicium einsde de prio ribus sacra historia scri ptoribus.

V tilitas ciò E profana, tiò facra hifto via, ்ழ & iple primæ Synodo interfuerit, & சக் ப்பிர்க் (hoc est, consubstantiali) cosenserit: quodq; conuiciis reprehendens incesserit eos, qui Filium Dei creatură esse opinatur. Mercurius porrò Sozome nus, qui & Salaminius dicitur: item qui Cyri episcopus fuit sapiens Theodoritus, quique idé tertiam impugnauit Synodu: item Deo inuisus Philostorgius:præterea cognomine quidem, sed animo minus xedapos, id est, purus Socrates, finé illius, initium suorum facientes operu, vsque ad tempo ra Theodosij iunioris historiam produxerut: ma teria eadem, nescio quo consilio, omnes sibi proposita. Qui quidem in rebus quibusdam varie inter se dissentiunt: & Episcoporum inter ipsos cotentiones, pro eo atque cuique visum est, comme morant.Omnes etiam isti varias qualdam & nouas res, ab aliis minime dictas, historiis suis inseruerunt. Deinceps verò, Theodorus lector Byzantius, & Basilius Cilix, & qui+ prætor prouinciam gessit Euagrius, superioru ante ipsos temporum res prætergrelsi,& tempora sua stylo prosequuti, corum quos modò diximus historiis, suas coiunxerunt, operis difficultatem reformidantes:nonnulli etiam è vita inter scribendum excedentes, institutum opus minime compleuerut. Ipse quidem Euagrius illustri dignitate præditus, historia víque ad Iustini ætatem deducit, maxima ex parte res prophanas tractans:quarum argumenta & materia ex Eustathio Syro, Sozimo Prisco, Ioanne, Procopio Cxfarienfi, Agathia, qui illis tempo ribus ordine insignes suere oratores, & præterea ex aliis non pænitendis historicis, decerpsit. Cæterum omnes isti multa non satis idonea & com moda importunè recensent:non pauca verò, quæ necessariò scribenda erant, prætermittunt: siue id consultò affectibus ducti fecerunt, seu quòd non omnia attingere potuerunt, timore quoda & indignitate reru perculsi:quodque fortalle eis non perinde stylo indulgere de rebus recte constitutis licuit, atque nunc, quum Ecclesia amplissime dicendi & scribendi libertate vtitur, quam sanè li bertatem in nostro-hoc opere in primis vsurpabimus. Enimuerò Eusebius trecentos & aliquot preterea annos est complexus. Socrates autem & Theodoritus, nec minus Sozomenus, centu fere & quadraginta, à primo scilicet Constantini Magni anno, quum is Cæsar est renunciatus, viq; ad decimuseptimu Theodosij iunioris annu. Deinceps porrò & iple Euagrius tépus prosequitur annorum circiter centum & quadraginta syt hiltoria à Christo nato omnis, qua ij quos nominauimus historici conscripserunt, simul & seorsim no minus temporis, quam sexingentorum annorum complectatur. Eorum auté quæ postea subsequuta sunt temporum res Ecclesiasticas, ad hanc vsq; ætatem, quum nec pauciores nec minores quam illæ essent, nemini vni qui historiam scribere potuerunt, in mentem venit, vnius operis volumi-

ne his cum illis coniunctis, complecti atque com

prehendere: nescio socordiane & imbecillitate

ingenij rem tantam omittenti, an à magnitudine & difficultate arguméti abhorrenti. Quippe tem

porum simul rerumque historiis carptim & obi-

ter in multos variósque scriptores & volumina

coniectis, ardua & difficilis earum est cognitio

& memoria, aliis scilicet alio loco rebus multifa-

riã & sparsim descriptis. Ego verò labore & tem- D pore multo, affectione & sententia cuiusque inquilita, faciendum mihi putaui, vt argumentum & materiam omnem, vnam historiam Catholicæ Ecclesiæ mihi proponerem,&, Deo bene iuuante,eam in vnum opus redigerem. Et primum ea quæ ab iis scriptoribus, qui ante nos fuerunt, tradita funt,stylo, quantum fieri poterit, nostro persequi conabimur.at si quid superfluum, & vetustate iam presentibus temporibus & ipsi materiz inutile visum fuerit, id prætermittemus:quæ verò sententiæ & doarinæ necessariæ sunt , eas suo loco collocabimus. Præterea quæ deesse iudicabi mus, scriptis illorum addemus: & quæcunque co gnitione digna eorum quisquam, aliis omittenti-bus, annotauit, operi nostro intexemus. Dabimus etiam operam, vt dissentientes illoru opiniones ad consuctudinem Ecclesia, qua temporum prascriptione inualuit, dirigamus atque accommode mus. Quicquid infincerum adulterinumque fuerit, repudiamus, & sermone simplici & aperto re- E & am sanamque fidei do & rinam cum legitima libertate profitebimur. Deinceps & ea quæ consequentibus præterita omissaque sunt temporibus, adiicere studebimus, non ita longè ante ætatis no stræ tempus historiæ finem imposituri. Ea verò, vt equidem puto, plurimum lectoribus prodesse poterit:minimum certè molestiæ versare cam vo lentibus afferet. Cuiuis enim ex ea tanquam ex fonte vberiore, ingentem vtilitatem haurire licebit. Satis enim costat, quum plures sint Ecclesiasticorum historicorum sparsim scripti libri, non facile esse comparare & consequi, ei qui sacră historiam omnem perlegere & cognoscere velit. Præterea varietas styli & elocutionis, tum etiam librorum multitudo, efficiút, vt ardua admodum & difficilis legentibus, eueniat rerum cognitio. Opus verò perpetuum, vnoque scripturæ contextu compositum, res certas vndequaque narrationibus dilucidis commemorans, facilem omnibus & promptam exhibet lectioné: & propter eundé elocutionis tenorem, colequentem quoq; rerum ipfarum cognitione, tanqua quandam catena om F ni ex parte ordine suo coaptată, mirabilitérq; inter se contextă, & veluti procurrente. Deniq; tan tum nostram hanc historiam aliis præstare puto, quantum parti totú præstat, & interpolato continuum opus. Quicquid autem est tam vtilis libri, id non ita facilè, sed multo sanè cum labore, quum adhuc à pueris ad augustum + ipsius Dei Verbi Sapientiæ templum essemus, & plurima ex eis quæ ibi sunt, voluminibus & commen tariis peteremus, collegimus. Quam verò aliam ipli Æternæ Sapientiæ referremus gratiam, quæ maxima in nos prolixè contulit beneficia, & nos amænitate deliciisque suis perfrui est passa, domicilium ibi & mansionem multo tempore nobis præbens, & pietatem quasi cuiusdam obstetricis & nutricis præstans, atquè ad id nos ætatis & profectus deducens : q vt res eius, fortalle auté dicendú Catholicæ Ecclessæ, omnes, quátum fieri possit, vno volumine comprehenderemus, & id publicè omnibus in communem vsum vten dum collocaremus? elocutionis pondus, verborúmg; ornaméta minus confectates: sed oratione pura, res apertas, vt ab initio in Ecclesiis sunt ge-

Ques authores segmentur, Gr quid tra Elet su libris hisce author

Praferiptio cosuetudunu Ecclesia Ca tholica.

Cómoditas historia isto legenda.

Quantum hoc alius eiusdem gene ris histories præstet. TÃS TÔ 812 Algé sogies. Volumen. isted Nicehorus Comstantinopoli. ad templum Sophia, rbi bibliosheca insignu , 👉 Monacheris Asceteriso fuit, compo-

Digitized by Google

† 8 åz' lzdezwp lvågens Fuit in patria Epipha wensis,

historia scribunda.

Libertas in

Argumentom & ma teria XVIII. librorii istorum,

† àµıтæå.

\* Erbitäeh

II

a indiained

III

IIII

σολίταον.

A stæ, cuiuis exponere conátes. Quod vt facere posfemus, quantum eruditionis nostræ tenuitas permisit, cum cura & side, quæ de rebus veteru temporum in monuméta sunt relata, perquisuimus. Verum enimuerò quu ea nobis sit proposita scribendi materia, vt dilucidior res omnis siat, de toto opere præmittendum aliquid duximus. Sciendum itaque, totum hoc volumen nobis in decem & octo tomos esse divisum.

Horum primus res gestas Seruatoris nostri Christi Iesu coplectetur, vt scilicet ille à proprio throno+ intransitiue excitus, propter incomparabilis bonitatis affectione & misericordiam, assumpta ex Maria Virgine carne, & terreno vitæ cursu quam optime consecto, per salutarem passionem atque naturam omnem superantem resurrectionem, ad paternum rursus ascenderit solium, reconciliatione nostra suo ipsius patri perfecta atque absoluta.

Secundus ea quæ ad Spiritum Sanctum pertinent, comprehendet. Quas ille scilicet res per sacros Apostolos peregerit: quibúsq; illi rebus gestis, qualem finem vitæ quisque eorum cæperit, sa crosancta nobis scripta relinquentes. Quæ ea sint scripta, & quæ in eis vera, sincera, & a testamentaria.

Tertius primos Apostolorum successores exponet, vbi & quomodo salutaris doctrina per orbe vniuersum peragrarit, quas calamitates & clades Hierosolyma propter cedem Seruatoris Chri sti Iesu pertulerint: quos rursus tanquam hæredes ministerij sui, quæ item literarum monuméta Apostolorum successores post se relinquentes, mar tyrio pro Christi nomine sint coronati. Er quæ iam tum primum emerserint aduersus salutarem doctrinam hæreses.

Quarti tomi argumentum erit. Quínam falíæ & adulterinæ doctrinæ extiterint duces, quósque contra eos Ecclesiasticos scriptores & doctores, quæ omnia bene disponit & dirigit diuina Prouidentia excitarit, Apostolicis donis excellentes viros, simúlque & vita & doctrina illorum euertétes insanas opiniones. Qui isti fuerint, & quæ tú de quæstione celebrandi Paschatis sint dissidia exorta.

Quinti materia erit, sub Seuero & Decio Imperatoribus Ecclesiaru persequutio. Præterea qui multum sapientia valuit ipse Origenes, quæ eius vita suerit, quæ scripta. Tum qui in Oriente & in Occidete sanctissimi martyres sacrosanctum pro Christo certamé fortiter pertulerint. Item de Cy priano Africæ episcopo. Item de Dionysio, qui Alexandrinæ præsuit Ecclesiæ. Item de Christianis, qui in persequutione sub Decio pietatem abiurarunt, historiam texet.

Sextus commemorabit hæreles varias, quarum autores fuere, impius Manes, impurus Nouatus, Apollinaris, & Samosatenus Paulus. Describet etiä res. Dionysij Alexandriæ episcopi. Et qui magnarum vrbium vsque ad Ecclesiarum oppugnationem permäserint Episcopi. Ostendet quoque, qui tum temporis Ecclesiastici scriptores, & aliter in diuina sapientia clari viri storuerint.

Septimus contentionem & rixas nostrorú expediet Episcoporum, vnde illi à dinina ad tempus excidentes gratia, in magna inciderunt pericula. Deinde de exitialibus tyránis, Diocletiano & Ma D ximiano, Maxentio & Maximino, & Lycinio, quá crudeliter illi in gregem Christianum sævierint tractabit. Postremò, quomodo magnus & Apostolis ipsis pat Constantinus, divina ope ab iis victoriam reportans, pacem Ecclesiis conciliarit: & primus Christianorú Imperator creatus, magnificè cognominem sibi vrbem construxerit.

Octauum tomű sibi védicabit idem ipse Apo stolis non inferior Costantinus: & res quæ eo im perate Ecclesiis acciderunt. Res item impij Arij: & primam quæ Nicææ est celebrata, Synodum. Et quemadmodum res Christianæ incrementum cæperint. Item de angelica Monachorű vita, vnde initiú sumpserit, & quos habuerit authores. Item quæ Ariani contra veræ pietatis secatores, & ma ximè aduersus magnum Athanasum moliti sint & fecerint. Præterea de beata Helena, & piis eiusdem Deóque gratis operibus: & vt sinita vita, vnà cum silio Constantino, in cognomine ei vrbe sit sepulta, idem narrabit.

Nonus res filiorum sacrosancti Constantini, & in primis ea quæ Ecclesiis sub Constantio euenerunt, persequetur. Item qui viri tum & in recta & in peruersa doctrina floretes suerint. Item qui eo tempore Monastica vita per Palæstina & Ægy ptű excelluerint. Item de diuersis Synodis, & variis professionis sidei expositionibus & formulis tractabit.

Decimus porrò complectetur res Deo inuisi Iuliani, vt ille à recta pietate desciscens, & ad Græ corum idolatriam desiciens, variis subinde modis persequutionem contra nos concitarit: & vt bello Persis illato, malus malè perierit. Aliqua etiam is tomus ex parte res piissimi Imperatoris Iouiniani comprehendet, quo modo scilicet magno animo rectam doctrina propagans, vita finierit.

Porrò qui hunc consequetur vndecimus tomus, copiosè testabitur, quæ Ecclesiæ sub Valentiniano & impio Valente pertulerint. Item de ma gnis Ecclesiæ orthodoxæ luminaribus, & qui ex aduerso eisdem extiterint oppugnatores, ostendet. Præterea vt ordo Monasticus in immensum creuerit. Item quæ gentes Christianismum susce perint: postremò, vt Valens incendio perierit.

Duodecimo tomo describentur Gratiani & Valentiniani iunioris,& ex Hispania oriundi Ma ximi Theodosij res. Item secundum vniuersale sanctum Conciliu. & vt pietas Christiana in maius sit prouecta, templis vbique quæ idolis consecrata suerant euersis. Insuper de eius téporis grauibus hæresiarchis: & sanctis etiam pissque in ecclesia nostris hominibus.

Tredecimus tempora Arcadij & Honorij pro lixè exponet.Præterea ; res aurea lingua præstan tis viri, Chrysostomi scilicet. Et quæ insuper ea ætate Eccesiæ contigerint, accurate prosequetur.

In quartodecimo tomo argumentum nobis Theodosius iunior, & omniu admiratione digna fæmina Pulcheria suppeditabit. Et acta concilij tertij Ephesi coacti commemorabit. Et præterea episcoporum successionem, qui maximis quibusque Ecclesiis præsuerunt. Commemorabituretiam Eutyches & Dioscorus hæretici. Item Eudocia & Pulcheria, reginæ seu Imperatrices. Denique qui ea tempestate in Palæstina,

IX

YIII .

XI

XII

XIII

XIIIX

VII

XY

XYI

XVII

XYIII

A & alibi Deo placentem vitam, monasticem scilicet, optimè sunt professi & sequuti.

Hunc qui sequetur decimus quintus, hæc com plectetur. Celeberrimi Imperatoris Martiani & Leonis magni res, & quartæ Synodi acta, omnia ea abunde exponens: & insuper, quæ Antiochiæ & Alexandriæ in seditione euenere. Item quæ cir ca adiectionem tersancti hymni sunt sacta.

In decimosexto erunt res Zenonis & Basilisci, huiúsque circulares literæ. Et quæ tempore Anastasij Dicori Ecclesiæ euenerūt. Deinde res quoque Seueri, Petri Gnaphei, Petri Mogi, Timothei Hæluri, & aliorum insuper hæreticorum. Et item quæ denuo per seditionem de quarta sancta Synodo sunt acta, accurate proponet.

Decimusseptimus ex rebus Iustini primi, & successoris eius maximi Iustiniani, & actis quintæ sanctæ Synodi constabit. His adijcientur Bellisarij res gestæ. item Iustini iunioris res. Et qui eodé tempore vita angelica clari sucre Monachi.

Decimus & octauus romus clarè explicabit, quæ sub Tiberio & Mauritio Imperatoribus in ec clesijs sunt acta.item res Hormista, Chosroæ, & Chagani Persarum: & vr Mauritius pænas Deo persoluens, gladio perierit. Deinde quædam com memorabútur de singularib. quibusdam dissidiis & hæresibus, scilicet Monophysitis, Tritheitis, Agnoetis, & Theopaschitis.item de Iacobitis, & Ar meniis, & præterea quæ in iis ipsis hæresib. suere dissidia. Postremò quàm turpiter Phocas, qui Mauritio succedens crudeliter tyrannidem gessit, sit iu gulatus.

Et hæc quidé accutatius clariúsque toti operi præmittere voluimus, eo consilio, vt animis lectorum propositum argumentum co perspectius esset. Ne cui autem historiam nostram deprauare facile esset (cosueuerut enim multi aliena scripta ex arbitrio suo,prout eis est visum,digetere atque disponere) primas siue capitales literas tomoru, qui quidem tomi annoru suorum numeru quisq; expressum continent, ita posuimus, vt certioris fi dei gratia nomé & cognomen nostrum referant atque coplectantur. Quamobré peto, si quæ à no bis per totum hoc opus rectè sunt exposita, vt ea extra inuidia fint collocata, quæ optimis quibusq; rebus precipuè imminere cosseuit. Sin verò in ali quibus ignoratia lapsi sumus, ea vt ab aliis, qui & doctrinæ & eloquentiæ, atque etiam experientiæ virtute pollent, corrigantur. In iuuenili enim ætate opus hoc conscribere aggressi sumus, idémque nondű sextum & trigesimum annum egressi perfecimus. Quadoquidem autem abunde omnia ea quæ opus esse putavimus, hucusq; præfati sumus, agedū diuini numinis ductu rem ipsam, vnde maximè conuenit, ordiamur: in primis historiæ no bis firmamentum, ipsam scilicet veritatem, conse Candam proponentes.

CAPFT 11.

Christianismus à condi ti mondi ind tius extitit.

Prima de-

cem 👉 octo

rum litera,

posita, nomé

authoris in

Graco exem

plari expri-

munt, NICH-

pieć xadusi.

Scopsu histo

rico proposi-

tus est veri-

rii isto-

hocest, axes - C

٠

•

F



Es Christianoru à prima sua ori gine repetere, qui sint, vnde,& quo modo tanta cæperint incre menta, eóque magnitudinis & gloriæ peruenerint, intempestiuum, atque adeò superuacuum esse puto, vt in præsentia de eis perquiratur. Quu D sacra oracula & acta, innumerabilésque aliæ ex or dine res, apertè satis & accuratè declarent, longissimè antè, & ab initio, cúmque ipsis conditi mun di principiis, dogma nostrum vnà esse iactum & fundatum, seu potius vltra tempora & secula om nia id extitisse: siquidé ad autorem & ducé profelsionis & fidei nostræ Deum verbum Dominti nostru Iesum Christum respicere oporteat. Quan doquidem enim duplex cossiderandum venit my sterium, & alterum quidem tanqua quoddam caput contemplamur, quod scilicet ad æterna, principio carétem, seculáque omnia præcedentem ge nerationem refertur: alterum autem quali poste rius quiddam, vt ita dicam, & vltimu spectamus, quod nimirum ad inferiorem hanc & postremis téporibus ex virgine incarnationem factam, terrenamque couersationem & vitam pertinet:prius illud exponere, & accuratius oratione persequi, minime omniu conuenit. De eo enim si quis disferere instituat, quum oratio talis extra propositu opus sit, tum plus opere & negotij, g opus ipsum, & ea de quibus tractare decreuerimus, exhibeat. Siquidé, quum neque tempus, neque seculu ei my E sterio intercesserit, & proinde neq; adesse illi, neque contemplari & eloqui id quod supra intelligentiam nostrá est, concessum sit: quicquid id est, tuto silentij præmio permittemus:ac potius inge niis nostris,ne in talib.reb. curiosstatem nimium exerceant, imperabimus, vrpote sensu, ratione, & acumine métis nostræ longè superioribus. Nobis verò satis fuerit, sola è diuinis scripturis adducere testimonia:vt,In principio erat verbum,& verbu erat apud Deum, & Deus erat verbu. Omnia per iplum facta lunt, & sinc iplo factu est nihil, quod factum est. Et insuper scire, quòd Deus + semper existens, principioque carens, & secula præcedes: ita vt ipli soli cognitum est, ante ipla secula gignit suum ipsius Filium, verum Deum verbum, supra omnis intelligentiæ & deprehésionis captú, & su pra metis sensum & cogitatione, cognitionemá; omné:simulque sanctissimu suum profert Spiritum, non vt genitum illum, sed vt procedentem, Deum & ipsum perfectu atque i postor, hoc.est, cosubstantiale illis, & keiusdem plane virtutis & po F testatis. Et quòd tres isti vnum sunt, vna natura & essentia & potestas, cum quibus & per quos simul & angelicas potestates & mundum hunc vniuer \* fum produxit & condidit, quum is antea non extiterit: & preterea id quod in visum cadit cospicitúrq; omne, quódq; anima agitatur, & q anima ca ret. Atq; hæc quide de superno Christi, persuasionis & fidei nostræ principis, genere, ipsiúsq; sublimi dignitate & natura, nobis dica sufficiat. Quæ enim reb.tátis explicádis idonea suppeditet ora-

inseparabiliter, & coagmentatur separabiliter. V num nanque in tri bus Deitas ipsa, & ipsa tria vuum in quibus Deitas, sen qua Deitas sunt. Gregor, Theologus. V nus Deus, tres persona, vua essentia, potentia, sapientia, bonitas, vua & indiussa Trinitas. Deus, Dominus, Paracletus, Genitor, genitus, regenerans. Ab vuo ominia. A quo, per quem, in quo omnia. V nus à se, vuus ab vuo, vuus ab ambobus, su à se, su ab altero, su ab viroque. Pater, Filius, Spi vitus sanctus. V na pater, sique, waedanniosi, essentia, vua virtus, vua beatitudo, à quo, per quem, & in quo beata sunt omnia, quacumque beata sunt. Augustinus.

tio?pro co atq; diuinu id quoq; ostendit oraculu.

Duplex clai fti natiuitas, diuina & humana

i Aigo; wipepgop öp Taiop är ipa gop, ä öp äre Ra Aigop Radicto, wa Paigeto, wa Paigeto,

Ineffabilis
fanctifisma
Trimicatis
Theologia.
† i dip did
8 ids diverges,
groculouses.

μορ. ★πατοδώ

Total & lingua & mente & co gitatiŏe horreo , quando de Deo verba facio. De Des antem cùm dico, vnum vos cir cunfulgeat tria . Tria quidem, iux ta proprieta tes sine subfiftentias few personas: vm verò,∫e cundum rationem e∏en tie fine deitalis. Diftin Quitur enim

Digitized by Google

† telve Asyd. 20
picves.
Christes filime Dei om
mib. ab orbe
condito pile
ho minibue
cognisme.

Ide sanctio

Gene. 18.

fitè & lucu

leter in Try.

phone soo

sractas S.

Zustinus.

A Generationem verò eius, inquies, quis enarrabit? Neque enim quisquam Patrem, pro eo atque decet, satis cognouerit, præterquam Filius: neque rur sum Filium, præterquam qui illu genuit Pater. Ad quem, vt est apud veterem Mosen, + loquens Pater in creatione vniuersi huius: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem nostra, & similirudinem. Hunc ipsum sane, quicunque virtute & in Deum pietate aliis præstare primis temporib. dicti sunt, vt Abraham & Moses, & insuper quicunque ante & post cos iusti moru muratione fuerunt Prophe tæ, & alij Deo placiti & grati homines, menris oculis sincere & clare contemplati, prolixe cogno nerur, & tanquam germano Dei filio præstantissimum pietatis honorem tribuerunt. Ille porrò persuasionem sidémque eiusmodi remunerans, & patris & sui cognitionem perfectiore absolutiorémque illis adauxit. Est quippe vetus oraculare verbu, neminé corum qui antiquitus Deo placuerunt, sine side in Christum sinem vitæ consequutum esse. Siquidem per coniecturam id colligere licet,ex multifariam visionibus, quas aliàs aliis accumulauit, pro eo atque cas quisque ferre potuit. Atque equidé in hominis specie ipsi Abra hæ frequentius,progenitisq; ex eo apparuisse creditur, quandoq; per se ipsum, quandoq; per admi nistros suos angelos, oraculis eos admonés, & do cens de rebus optimis. Quod quidé cuiuis vel inde facile est existimare & credere. Angelü enim Dominum, vel etia Deum appellare, consuerudo scripturæ non est:sed ita simpliciter, nudo scilicet nomine, angelum: illum verò semper insignibus & excellentibus extollit & celebrar nominibus, Deúmque & Dominű apertè & clare vocat. Itaq; Verbum, quod colimus, æternum, & seculis temporibusq; vniuersis antiquius fuisse, & veteribus olim, etsi non omnibus, quibusdá tamen, in mysterio apparuisse, paucis hisce dictum esse satis sir.

CAPVT III.

Quare primu hominibus fils? Dei
Chriftus Iefius; non ita
elare, ro nobis, innotuerit.
Parentii nofirorum primorum lapfius.

Prima etatu hominum ruditas G malicia,

\* if adto\_ mgoaleits zvélus.



Inimè verò mirari oportet, non dudum antea, ita vt núc, omnibus hominibus & gentib. Chriftum innotuisse. Doctrina enim Christi omnium consummatif, sima atq; perfectissima, omniq;

sapientiæ & virtutis genere absolutissima, non apta, opportuna & congrués omnino veterú hominű vitæ & moribus fuit. Quandoquidem à pri mis statim initiis, qui incorruptibile seniique expertem & beatá vitá acceperat, primus videlicet homo, & generis nostri autor, minimu dati præcepti memor, immortalé fatali commutauit vita. Qui verò ex eo sunt progeniti, longè deteriores, vno atque altero excepto, agrestem quanda, ferã & propè beluină omnes, appetition u suarum impetu ducti, egerűt vitá. Non itaque illi vrbes cődidere, no artibus aut doctrinis scientiisque ingenia excoluere, longè etiam à legibus divinisq; cultibus & iustificationibus abfuere. Virtus porrò & philosophia ne de nomine quidem apud eos notæ fuere: sed perinde atque quidam Nomades,pa lates in solis lucis vixere, & insita sibi à natura rationis semina corrumpentes, ac vitiositatem malitiamque omné \* ex liberi arbitrij sententia re-

fingétes, quicquid esset pessimum, timore depo- D sito peregere: víque adeò, vt quando que quidé ad mutuas cædes & homicidia inter se armati cosur gerết,aliquado verò Deo bellű inferre inciperét, Supérque terram munitiones & muros costruere aduersus cœlum, & caput ad id illidere, ac in tantum denique inexpugnabilem vim & potentiam in se prouocare atque excirare auderet, vt ad coercendá eorű simul & præfractá temeritatem, & inane inutiléque cæptű, tanquã petniciosam nocentis herbe sylvam per vniuersam terra effusam. Deus nunc immensis aquarum diluuiis vindica-\* re, nunc horrendis ignis imbribus & immanibus fulminum ictibus compescere, & violentu malignitatis eoru impetu opprimere aggrederetur:& præterea fame simul & peste,& variis belloru ge neribus ad indecentem & importună malorũ mo litionem tollendam vteretur:tantámque animorum (vt ita dică) luem,impune omnia depascentem, grauitérque inualescêtem, esficaciorib. repur garet remediis & pœnis.Posteaquam igitur tanta malignitas, vitiorúmque omniũ grauedo, perinde atque damnosa quædam ebrictas, per omnes ferè est grassata, caliginémq; eorú animis offudit, ip-E sum omniu optimum Dei Verbum magnitudine bonitatis propriæ coactum, nunc per naturę lege, nunc per angelorum aduentū & præsentiá, quandoque etiam per se ipsum mysticis quibusdam & arcanis apparitionibus paucis quibusdam qui antiquitus pierate & amore Dei clari extiterunt viris, alicubi se exhibuit, hominis forma assumpta: quòd aliter id iplis aspicere concessum non esser. Quum porrò fatis ad eum modum per diumos illos viros in mustos homines pietatis cultusq; Dei coniecisset semina, & gens tali cultui dedita paulatim in dies magis magisque in vnum coalesceret corpus, & quasi germe quodda radice sua, Abrahamo niti cognosceretur, ei géti quæ & antiquitus, & no ita pridé vita & morib. ritè exculta esser, legem per Mosen, perinde arque quendam ducem & manuductoré, ad præstantioré pietaté, Deique cultu, tradidit: symbola & signa, figurásq; & imagines sabbati & circucisionis, & alia quadam eleméta seu principia diuinoru consiliorum F & cotemplationu, mysticasque preterea cæremonias, no apertas illas & claras, sed obscuras, tenues & vmbratiles illis ostendens, & præbens . At vbi deinceps lege vbique dinulgata, ex dura illa & a. gresti vita homines paulatim ad humanitaté sunt exculti,& ad philosophadu animu adiecerut, invicémque amicitias colere,& consuctudiné inter se habere cœperunt (pædagogo & doctore lege quali regula vtentes, seque erudientes) atque in primis firmior stabiliórque Dei patris noticia apud eos radices egit, aptique iam & idonei tanquam ad semina maiora Dei cognitionis suscipienda fuerunt : tum idem illud rursum, quod antea virtutis semina seuerat, Dei Verbum principij expers, seculáque præcedens, quandoquidem aliter fieri non potuit, vt hominum genus tandem prorsus ab infusa ei liberaretur execra-

filime Dei fubinde cali ginofam hominum malitiam difcuffit.

Lex Iudau, Abrahe po steriu, per Mosen data.

Verbum & filins Dei homo faltus

\* Homo doctus abunde Linguis dissectis, vadus atque imbribus igneis, Et legis scripta tabulis, & carmine vatum, Criminis hand potnit primi depellere vincla, & c. Greg. Nazanz.

b iij

† nain tan \*

intripuo nn

intripuo

deconomia

Christi in

mundo.

Regnii Chri Jii sempiternum.

Tanquam fi lim hominu

В

Quare Chri
ftu dicatur
films homi
nis.
a Et propter
Adam, &
propter virgine, ex quibus exticis,
ex illo quide
tă quam primo maiorü
parente, ex
hac ante tan
quă matre,
lege & non
lege generationis.
Theolog.

tione & pernicie, & ad immortalem illam atque beatam reduceretur vitam, postremis temporibus, Romanorum Imperio orbem obtinente,natura & conditione nostra accepta, nulla re à nostra (fatalib. + duntaxat peccati inquinamétis exceptis) differente, ea & fecit & perpessum est, quæ æquum erat Deum facere corpore, in hac vi ta, peregrè versantem. In qua ille natiuitatem mirificam, opinionémque omnem excellentem, cóuersationémque insolitam,& doctinam novam, omnique naturæ miraculo superiorem morte & sepulturam & resurrectionem rediuiua exhibuit. Quæ omnia singillatim vaticiniis prophetarum prædicta fuerant, & promulgata. Quemadmodu & regnum eius in fine seculi diuinus Daniel spiritu liberiore & puriore perspexit, & hisce verbis humano more visionem eam descripsit: Spectabam,inquiens,donec throni ponerentur,& antiquus dierum consedit. Et commemorans res ipse suas, infert rursus: Iudicium consedit, & libri aperti sunt. Et deinceps: Spectabam, inquit, & ecce cum nubibus cœli tanqua filius hominis veniens, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in con spectum eius adductus est, & ipsi traditus est prin cipatus & robur & regnum, & omnes populi tribus, & linguæ seruient ipsi. Potestas eius potestas sempiterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur.In quem verò alium hæc quadrent, quàm prorsus in Seruatorem nostru Chri-. stum, hominis filium, propter postremam ipsius per assumptam carnem a humanitatem, per oraculum propheticum nominatum?

\* Numinis ergo
Submittens decus, immutabilu, athereus que
Asheroi essigies, hominum sub lege creatus:
Non hominum de more tamen caro matru ab aluo
Virginu intalta: santa (mirabile dictu,
Credere quod nequeant instrmi) proditi idem
Et Desu & mortalu homo, dum iungis in vuum
Naturam geminam, hanc manisestam, ilámque latentem,
Qua Desu vsque suit, nobu aliam ille recepit,
Visceribus Desu humanis cum conciperetur,
V nus vstinque, Desu, rex Christus numine mixtus,
Atque Deo mortalu homo sic substitis spse.
Grogor. Theologue.

CAPTT IIII.



Eliquum est vt demonstremus, ipsum æternum principióq; carentem Deum verbum non solum antiquitùs piis, Deoq; charis hominibus cognitum, suóq; répore apud nos corporaliter,

tanquam & peregrinum, versatum susse: verumetiam diuinas eius appellationes, lesu scilicet, & Christi, non nobis solis, sed & veteribus prophetis in maximo habitas esse honore. Primum siquidem magnus ille Dei spectator Moses, quum ima gines & symbola signaque quædam arcana & no ua, iuxta typum & siguras quæ ei in monte diuinum ostederat oraculum, institueret, Pontiscem Dei sratrem suum Aaronem promulgauit: excellentémque ei honorem, præeminentiam, & gloriam tribués, Christum & vnctum Domini pronunciauit: & nomen id illi accommodauit, arcanè per mysterium celebrans & cohonestans ap-

pellationem eam, illúdque diuinando adumbrás, D diuinum quiddam & excellens esse, ducem & principem. Porrò Iesu quoq, cognominatione ipse primus diuino afflatus spiritu, quum nunqua antea hoc nomen auditum fuisset, filio Naux soli sapienter indidit: veluti præcipuum, & regio diademate præstantiorem persectiorémque honore illi habens, quem per symbola cognouerat, post obitum suum imperiu in omnes suscepturu esse. Imaginem enim Iesus Naux filius, Seruatoris nostri ferebat: qui vnus post Mosen atque consummationem symbolici vmbratilí sque cultus illius,

Iofoe typum Servatoru noftri zefsit.

Servator no fter apertè Christus à prophetu di-Etus.

Sacerdotes olim & reges, Christi.

 $i \in T_{T_{2}}$ 

٠٠٠) :

Prophete etoam quidă.

Servatoris
nostri Christi Ieso supra reliquos
omnes prastantia.
Solo nos à
verò Christiani
dicti.
† Salvator
noster Chris-

fine dicient, propter Deitatem. Ea ip Sa näque vn Etio eft humanıtatis, non e∫ficacia sicuti alios Christos, sa Elificans, sed totius vngen tis prafētia. Cuins opus eft, vt home andist vngë tem : & id quod vngitur,fiat de. Theol. ferme ne 2.de filio.

illi habens, quem per symbola cognouerat, post obitum suum imperiu in omnes suscepturu esse. Imaginem enim Ielus Nauæ filius, Seruatoris nostri ferebat:qui vnus post Mosen atque consummationem symbolici vmbratilisque cultus illius, regnum veræ & illustris pietatis, manifestò susce pit. Moses itaque, vt dixi, distinctis Seruatoris no stri appellationibus, quas summo honore & gloria extulit & condecorauit, pontifici quide, Christi:successori verò suo duci, lesu nomen magnisicentissime, non sine arcano & ingenti mysterio, tribuit. Quin & alij post illum prophetæ, apertè & significanter admodum, Seruatorem Christű nominarunt. Spiritus enim, inquit Hieremias, ante faciem nostram: Christus Dominus comprehensus est in corruptionibus eotu. Et Dauid: Asti- E terunt, ait, reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christă cius. Quibus verbis deinceps illa infert:Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie ge nui te. Hoc ipsum porrò Christi veneratione dignum nomen, non solum cos qui sacerdotio cohonestati essent, facticio exornauit oleo, idq; per fymbolum: sed & reges ipsos. Divino enim hosce inungentes spiritu, quibus id fuerat commissum, Christos per imaginem & faciebát, & vngebant. Quandoquidem & regibus omnino typi quidam & figuræ inerant, veri regni & potestatis Seruatoris nostri lesu Christi in omnes. Cæteru & pro phetas quoldam Christos esse, diuini spiritus instinctu percepimus. Etenim ij omnes, ad vnicum Pontificem omnium, & creature omnis regem fo lúmque prophetarum Prophetam, Seruatorem Christum,respectum suŭ habuerunt. Id illud clarissime ostendit, quòd nulli omnium Potificum, Regum, & Prophetarum, qui symbolice huius no mine vncti honoratique sunt, tanta divinæ virtutis vis fuit & potestas, quantam scilicet Dominus F noster Iesus, & reipsa verè + Christus, natiuam & propriam eam habens, ostendit atque exhibuit. Sed nulli etiam ex omnibus hoc contigit, vt eos qui se illis vt subditos subiecerunt, imaginario & vmbratili nomine Christianos cognominarent: quum illi tamen ad ingenté gloriam & honorem processissent. Iam nec alij cuipiam tantus etiam post obitum attributus est cultus,& venerationis • honor,vt pro eius nomine ipsam quoque vitam aliqui no grauate vilem habuerint, admiserint q;. Insuper neque circa quenquam à mundo condito,tantus motus & concussio habitabilis terræ, quantus circa eum, fuit. Enimuerò fieri neutiqua posse, vt vis & virtus typi atque imaginis tantum perficiat, quantum nimiru veritatis ipsius repræsentatio & exhibitio, ea quæ in Seruatore nostro est perspecta potestas, manifestissimè comprobat & declarat. Qui quidem quum nihil eorum quæ magnifica & præstabilia habentur, à quopiam accepisser: sed neque genus + fortasse ex sacerdotu † τάχα. Seruator noster verissimus & ipsissimus est Christus, in que nihil imaginarium aut fucatum reperitur.

# lzidipu-

C

Christi iso men veteribus Hebran cognitii, & in magno ha butum honore.

A ordine duxisset, neque opibus aliquibus ad regnú euectus esset:neque pro propheta, vt veteres illi, se gessisser, neque dignitate aliqua à Iudeis auctus esser, quamuis per se ipsum reuera omnia à Patre, & non per symbola aut figuras haberer: Christus tamen pre omnibus illis maximè est renunciatus, atque declaratus: & cum orbe habitabili vniuerso cognomen simul suum, simul & veneranda & sancta instituta morésque suos comunicauit:non vmbras, typos, & imagines, vt antea factum fuerat, rerum pulcherrimarum, sed manifestas ipsas & veras virtutes exhibés, vitámque quandam fublimem & cœlestem, vuà cum veritatis dogmatibus, eis ipsis qui sacris eius initiati essent, relinquens, ipsisimus scilicet & verissimus Christus, perfectissimum Dei verbum, qui no facticio perinde atque reliqui sed diuino naturaliter unctus esser spiritu. Cuius rei certissimam sidem sacit illud Esaiz verbum: Spiritus Domini super me, pro pterea quòd vnxit me: & quæ sequuntur. Rursus illud diuini Dauidis: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis, præ cosortibus tuis. Vbi id etia quòd longissimè eis præstet, qui quó-B dam imaginariè vncti fuerant, satis subindicat & describit. Idem Dauid alibi quoque: Tu es sacerdos in æternum, secundu ordine Melchisedech. Qui introducitur, non facticio oleo ad facrorum ministerium vnctus, neg; quicquam ad Hebreorum sacerdotiŭ pertinens: qui Catologum & generis concatenată continuatione solenniter perscribebantur. Quapropter secundum ipsius ordinem,non autem iuxta aliorum qui symbola, typos & figuras acceperant, ritum, Christus & Pon tifex, recepto iureiurado, Seruator noster est promulgatus. Vnde illum neque corporaliter vnctu, neque ex sacerdotali tribu natum, qui attentè & diligenter historias legendo observarit, inueniet: quippe qui ab iplo Deo & patre, ante lecula condita, sempiternum ab æterno & inæternum sacer dotium,tanquam munus quoddam & honorem præcipuum obtineat.Illud quoque non minus est incorporeæ divinitúsque aduenientis vnctionis fignű & indicium, quòd hunc ex omnibus vnum, per omnem terram, Barbari simul & Græci, Chriltum nominant.Et qui iam inde à téporibus eius,

Christi sacer dotium sempsternum.

Christus Sa-

cerdos Secum

dam ritum

Melchise-

dech.

Christiano - C rum in Chri still sides riuidestima. † rips Alga Iziceta.

Ex becape to pij omnes difere positie quid fibi ve lit Paulina illa conclefio: Arbitramor fide instificari ho minem absque operibus logis. CAPPT V.

ad hunc víque diem, in eum credunt, vt verű Deű

& Regem vnicumque Potificem Dei & Prophe-

tam eum colunt & venerantur:quique (+ quod

orationem & rationem omnem excellit) nomi-


ne eius censentur,persuasum illud habent,ve non

labiis tantum & verborum strepitu illű, sed om-

ni prorsus animi affectione & virtute colant : vs-

que eò, ve de facili consilium capiant & statuant,

& ipsam propter eum ponere animam & vitam.



ma hominum origine, lege naturæ, antiquitus à piis Desque amantibus, & iustis viris, rectissimè tractatam: disciplinæque eius more, vnà cum pie-

tatis & religionis dogmatibus, tempore, generi D humano aqualem cognitum, & nó nuper admodum inuentum atque excogitatum esse, æquum est vilum astruere. Et quòd nos quidem recentes omnino, nouo nomine, vt Christiani vocemur, heri quodammodo & nudius tertius aucti simus, satis constat. Cæterùm quòd in ipsa Seruatoris ap paritione, quæ clara & illustris prorsus coaluit gens, non exigua illa & infimum locum obtinés, neque in vno aliquo orbis angulo collocata, sed que ferè vhiuersam peruaserit terram: ob camque causam quùm pietate in Deum excellés, tum ope diuina inuica futura est & incolumis, ad eius spe cimen, cuius nomine gloriatur, eiusdémque mores & instituta, longè etiam antea coformata sit, quoad eius fieri poterit, ostendere conabor. 1d quod propheræ etiam cuidam, vt quod omnino futurum esset, diuino spiritu illustratus videret, & quasi mente costernatus prædiceret, cotigit: Quis audiuit talia, & quis sic vidit ? Si parturiit terra die vno, & si gens progentta est nixu vno. Deinde fu turam quoque indicat appellationem: Seruientibus autem mihi, inquiens, indetur nomen nouu, quod benedicetur in terra . Genus equidem Hebræorum veneratione dignum est prorsus, vetustate nimirum insigne & præstans. In eo genere raros quidem illos, sed tamen in Deum amore, iu sticia, & cæteris virtutibus excellétes viros fuisse, publicis scriptorum monumentis est testatum, & ante & post vniuersale orbis diluuium. Inter eos Seth, & Enos, & alij, ipse Noë cum liberis nepotibusque & posteris suis:atq; horum vnus etiam Abrabam fuit , quem progenitoré fuum Hebræi gloriabundi iactant: cumq; iis vnà, qui cognatione genus illius attingunt, & amplum iustitiæ, religionis & pictatis in Deum testimonium reportarunt . Quod si quis ab ipso Abraham, & posterioribus ab eo temporibus, ratione inita ad primu vsque hominem recurrat, quamuis non nominis ipsius appellatione, sed tamen re omnes ipsa, de quibus teltatum aliquid sit, Christianos inueniet. Quicquid enim complectitur Christiani nomen, F vt scilicet obtineas fidei & doctrinæ Christi cognitionem, vt sobrietate, temperantia & iusticia polleas, vt lanctiorem vitam virtutémq; virilis & magni animi perpetuo tenore constanter continues,interitus; & impauidus in professione pietatis in Deum per omnia persistas : id omne non minus atque nos, illi quoque præstare studuerur. Non enim illis admodum curæ fuit vel circumcisio, vel sabbatoru festorum que dierum caremonia, vel etiam alimentorum & ciborum obseruatio & delectus, aliarum que rerum discrimen, quæ Moses primus vt symbola & imagines instituens, posteris suis per manus tradidit: & ne nobis quidé observandi ea necessitas imposita est. Certò auté & liquidò illis constitit, ipsum Christum Deum vilum este ab Abrahamo, eundem resposa dedisse Isaac, colloquutum esse cum Iacob: cum Mose au tem, & qui post eum fuerunt Prophetis, sermonem contulisse: pro eo atque id sacræ indicat scri pturæ. Quam ob causam & illos omnes obscura quadam & tenui nominis sui appellatione dignatus est. Iuxta illud oraculare verbum: Noli tangere Christos meos. Et irem aliud: Et in prophetis meis ne malignemini. Vt iam summatim dicere

Christiano rii women ab
ipsa Christi
apparitione
extitit: sed
professio eorum à mando condito co
lebrata est.

Marie L. P. L.

Ġ

Christiano rum ort**s**e.

Veteres fine nomine quidem, sed reip sa Christiani.

In quibus re bus confiftate Christiani hominis professio & fides.

Sine operibus legis. Rom.3.

Ritus & ca remonia veteris testame ti symbols & vmbra rerum aliarum suere. Veteres chri stum cognonerunt.

J 41.j

Digitized by Google

Eaden fuit Abraha fi des , cum ea quan Christan ipse do-

Sicuti Abraham, ita & Christia ni iostifican

Fides inftificans. Instifications formula B in . Abra-

Christiana pietas & Te antiquißiA & colligere liceat, qua antiquitus Abrahæ ostendimus fuisse erga Deum pietatem & religionem, eam non aliam fuisse ab ca quam nuper per do-Arinam ipse suam Christus in omnes vbique vul gauit gentes. Neque huic rationi quidquam illud obest, quòd is longo post tempore circumcisionem acceperit. Ante hanc enim ipsam fide iustificatum eum fuisse, testimonio scripturz comprobatum est. Quod per illudastruitur: Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei ad iusticiam. Porrò eidem etiamnom incircumcifo, oraculo divino (fuit auté id ipsum Dei verbum Chri stus) de eis qui codem quo ipse modo in futurum iustificari deberent, talibus est renunciatum verbis:Et benedicetur in te omes tribus terræ. Quod sanè ipsum in nobis consummatum esse, satis con stat. Sicut enim ille fide, quam apparenti sibi Verbo Deo habuit, iustificatus, pristina vita patriáque religione relicta, ac professione pietatis omni, in vnicum rerum omnium gubernatorem & Domi num Deum collata, non Mosaicæ illum legis cæremoniis, sed virtutis factis coluit: itidé & in prasentia, eundem ipsum pietatis erga Deum ritum, per habitabilem terram omnem, apud solos Chri stianos in vsu esse, manifestò satis apparet. Vt iam nihil obster, quin colligere inde & cocludere pos simus, vnam eandémq; & nuc esse, & olim suisse vitam, & nobis Christianis, & qui antiquitus ex præscripto Dei vixerunt omnibus:neque nouum aut peregrinum esse institutum nostrum, sed ( siquidem liberius dicendum est)primum hunc esse & solum verúmque Dei cultum, qui per Christű est:qui cultus olim quide tenuiter & obscure sit exhibitus, nunc verò tanquam quædam fax lucidior orbi vniuerso illuxerit.

\* Hac qua est in prapinio sides, sinem coniungens principio, & prima & nouissima sacta est. Etenim & ante circumcissonem erat in Abraam & in reliquis institu, qui placuerunt Deo. Et rursus in nouissimis temporibus orta est in humano genere per Domini aduen tum. Iren. lib. 4.14.

#### CAPVI VI.



AEc quú ita se habeant, necessarióq; sic sint præmissa, deinceps ab apparitione Seruatoris secun dum carnem, tanquam auspicata & felici viæ duce, adiutorem atque autorem ipsum principio

carens Dei Verbum, initio eius quæ de eo suscepta est orationis præficientes, ne scilicet à veritate aberremus, historiam ordiemur. Paulo verò altius res ipsa repetenda. Gens Iudzorum, vt dictú est,priusquă diuina prouidétia Moses dux ei præfectus esfer, libera quodammodo & sui iuris fuit: & progenitorem iactans iustum Abraham, tenui cognitione numinis aliis antecelluit populis. Hec postquam in Aegyptum venit, per losephum, in seruitute ibi fuit annos quadringentos. Inde autem illá eduxit Moses: qui miraculis & prodigiis edendis, in tantum supra ipsius naturæ captu pollebat, vt etiam colloquio Dei frueretur, ab eóque rerum agendarű consilia &rationes peteret.Præfuit ergo genti ille, ac rex iple & idem sacrorum Antistes ius populo dixit. Rerum tamé sacrarum curam Aaron sortitus est, comunicata ei per Mosen tali functione, qui Aaronis frater fuit. Post D hunc autem successor eius Iesus Nauz filius, reru administrationé suscepit. Deinde rem Iudaicam principes rexerut, Iudices dicti: qui numero duodecim fuerunt, per successionem ordine in defun ctorum locum surrogati. Postea talem rerum administrationem ægre ferentes Iudæi, regem sibi creari depoposcerut. Et Saul primus eis à propheta Samuele rex vnctus est, idque Deo per oraculu iubente. Huic David successit. Davidi filius Salomon. Deinde ordine alij reges, vigintiquatuor nu mero, qui quidem rebus Iudaicis annos quadringentos quadraginta velo prefuerut. Postea quum Babylonis Nabuchodonosor bellicam corra eos expeditionem sumpsisset, vna cum vrbe templu est euersum, & populus Babylonem captiuus du-Aus ad annos septuaginta. Quum equidé Chaldæi siue Babylonij antea idē quod Iudæi perpessi 🛠 fuissent à Medis, bello illis illato, qui ad trecentos víque annos ferè regnum corum tenuerunt. Medorum verò regem vitimum, cui Astyagis nomen E erat, Cyrus Pería bello oppressit, imperiúmque à Medis ad Persas transtulit. Cæterùm & ij non mi nus quàm ducentis viginti annis imperio potiti, víque ad Darium Arfanum, ab Alexandro Macedone eo funt exuti.Qui regno in Monarchiæ for mam redacto, post duodecimű rerum suarum gestarum annũ, vita excedens , amicis suis Macedonibus,quorum pars Ptolemæi cognominabátur, regnum reliquit. Ij per successione tredecim numero,Perfarum res obtinuerunt annos ducentos nonaginta tres. Arsaces porrò Parthus Ptolemæo vltimo, qui etia Dionysius dicebatur, Cleopatræ patri, in qua postrema Macedonum apud Aegyptios defecit regnum, bellum intulit, Parthisque Perfarum imperium tradidit . Nec ita multo pòst Macedonum ditio in Romanorum peruenit potestatem: & inde Parthorum reges nomen quoq; Arsacidarum habuere. Porrò qui ab Arsace progeniti regnű obtinuere, víque ad Artabanú peruenerunt, rerum administratione annis ducentis septuaginta retenta.Post Artabanum verò,Chosroæ genus Perfis imperauit. Artaxerxes enim pa- F ter Chosroæ Magus, dolo Artabanum aggressus occidit:primusque inter Persas cidarim sumpsit. vnde & apud ipsos celebre Magorum nomé fuit. Alexander autem Mammeæ filius Romanum administrauit imperium, quum Parthus adhuc Persis rex præesset. Enimuerò Iudzi à Dario primo, seu (vt alij tradunt) à Cyro, post annos septuagin ta, captiuitate foluta, libertate donati, vrbem simul sua & templum, quæ Dauid & Solomon con Aruxerant,restaurarut: & patriis sacris,ritibus,at. que cæremoniis operati sunt, non regia (vt antehac) potestate & administratione, sed paucorum optimatium gubernatione vtentes. Sacerdotes enim res eorum rexerunt. Et ad aliquod vsq; tem pus satis feliciter atque ordinères eoru gerebantur. Postea verò inter potentiores Iudzorum seditso incidit quo tempore Antiochus Epiphanes de cuncta Syria aduerius Prolemæum lextum bel

\* Iustinue lib.13.de Perdicca loquens: Inter principes,inquit, prorias dividit, simul ve remoueres amulos, & munus impery beneficy su faceres. Primo Ptolemao Aegyptus, & Africa, Arabiaque pars sorte venit, & catera.

lo decertabat. Caufa verò feditionis erat, quòd ne

Indeorii Ba bylonica.

Regnü Af Syriorü, Me dorü, Perf4-

Davii ifi Arsani fi liam alÿ dicunt.luftin. Бb. 10.

Macedonii Chronographi , Psolemaos in Acgypto regnas Je tradunt an. 296. Parthorum,

Chronici (cri ptores Medorum Impe rium durasse notant annu 265. rel, 78 aly volunt, 292. Perf4 rü,40.231. Chofroz ge-

Libertas In deorü ex ca ptivitate Ba bylonica.

Oligarchia & Arifto cratia. 1.Efra 6.

Notabilis se ditionis can-Savapud Iu-daos.

Fuit is Ptolema" Euct getes fecun-

Digitized by Google

Instificatio

Tudaicarum rerum Jynopsis, & com memoratio breuu.

Bella civilia I vdaorum. I Mach.I.

Idolom etid templo impo fuit. Iofeph. lob. 12. cap.

Antiochi fædissma apud Indeos tyrannu.

Hic Mata thissinli- B bro Macha, dictur,

1. Mach. 8.

Antiochas Enpator.

Antiochus Soter. Tripho , interfelto An tiocho, reguis Syria inuaferat. 1=sti.lib.36. Exemplum <del>vio</del>lati iuris hospitij. Amichus Sedetes. Item viola sa focietatis belli. Ioseph.lib. 13.cap.11. \*Ex quo fci licetilli apub Aegyptios regnere cape rant & Sy-

A mo optimatium æquali & eiusdem sortis homini subiici aut parére voluerit. Et Onias quidem Pon tifex, Tobiæ liberis vrbe expulsis, superior erat. Illi verò Antiochum Epiphanem aduersus vrbem duxere,iampridem sua sponte consilia co animo agitantem, & tanquam cupiditatem parturiétem, vt vrbe corum potiretur. Ducibusque illis vrbem cepit, prædam multam egit, templo quoque Dei spoliato: & religionem omnem cum victimis & ceremoniis sustulit, ad annos tres cum dimidio. Præterierant tú anni treceti quinquaginta quinque, ex quo populus Babylone redierat. Sedenim Onias ad Ptolemæum profugit, qui tum ab Antiocho dissidebat, & in Heliopolitaru agro vrbe aliam & templum condit, structura omni ad eam quæ Hierosolymis erat, coformata. Antioch por rò ex luxuria & intemperatia maiorem in modu arrogans, Indæis persuadet, vt patrios ritus despiciant, sues ad aras pro victimis immolent, infantes incircumcifos relinquant, denique vt cultum legis omnem tanquam rem nihili despuant, mandat. Bacchides autem quidam, impietatis eius administer erat, vir qui ad summam insaniam nihil fecisset reliqui. Hunc Matthias Assamonæi filius (fuit is ex sacerdotibus vnus, ex vico cui nomen erat Modeim ortus) armatis secum quinque filiis occidit: & per metum, loca superiora capit. Vnde postea manu armatorum cótracta descendit, prelióque commisso Antiochum vincit, fædissimég; vrbe expellit. Is popularibus suis, vt princeps, no inuitis præest:breuiq; moritur, Iudæ maximo natu filio rerum administratione relicta. Iudas porrò Antiochum timens (minimè enim illum quieturum putabat) militem ex popularibus conscribit: & primus legatis Romam missis, cum Romanis ducibus pacem fædúsque paciscitur.ldem pro infigni pietate sua templum simul repurgat, & va sa noua ad sacrificiorum vsum procurat. Interea Antiochus moritur, & fili eius (Antiochi ei quoque nomen fuit) cum maximo exercitu contra Iu dæos progreditur, prælióque commisso retrocedit, & partem copiarum ad obsidionem vrbis relinquit. Ibi Iudæ in præliis omnibus virtus in primis enituit qui quum fortiter dimicas, multos ex hostibus ferro cecidisset : tadem ipse quoque cæditur, cumque eo frater Ioannes. Eius sedenim po testas ad Ionatham, fratré quoque eius, peruenit: qui magis etiam confirmata cum Romanis amicitia & societate, fœdus insuper cum Antiochi filio init:apud quem quum pro hospitij atque amicitie iure versaretur, à tutore eius Triphone necatur. Simon porrò frater in locum eius succedit: & rem strenuè gerés, Antiocho se belli societate coniungit, contra Triphonem, qui ei bellum intu lerat, ducenti. Cæterum quum Antiocho in Triphone opprimendo egregiam nauasset operam, postea illum minime amicum sibi esse cognouit. Ille enim Cendebæo duce misso,& terram Iudæã vastare, & Simonem captú ad se adducere iussit. Sedenim Simon Cendebæum cum exercitu plurimorum millium aduenientem, prælio & coffictu omni fortilsimè vincit, populaté sque suos à vi & impetu Macedonum liberat, post annos centú septuaginta-k: &potifex creatur. Sed breui. Postea & ipse Simon à genero Ptolemæo in couiuio interimitur. Ptolemæus sanè vxorem quoque eius,

& duos filios, in vincula coniicit: & percussores, D qui Ioannem tertiu filium (erat huic quoque Hyr cani nomen) necarent, disponit. Sed ille Hieroso lyma profugiens, structas sibi cædis insidias effugit: & paterno per successionem pontificatu accepto, gratiisque per sacrificia Deo actis, quanta potest celeritate cotra Ptolemzum progreditur, auxiliu matri & fratribus laturus. At illos Ptolemæus, vt Hyrcano ægtè faceret, occidit. Porrò An tiochus iunior indignatione simul & recordatione earum reru quæ à Simone Hyrcani patre perpessus fuerat, commotus, aduersus Hierosolyma exercitum iterum ducit. Hyrcanus autem, Dauidis recluso sepulchro, obsidionem vrbis trecentis redemit talentis. Post hæc, quu prosperis vteretur rebus, & longè laté que ditionem suam propagaret. Aristobulo & Antigono filiis eius cú co rem militarem administranțibus, inuidia popularium quam maxima contra eum est exorta:qui ta men apertè contra eum suscepto bello, occubuere. Sedenim Hyrcanus, qui & Ioannes dicus, satis feliciter peracta vita, quinq; relictis filiis, & optimè repub.annis triginta tribus gesta, vitam finit. E Eius deinde maximus natu filius Aristobulus, administrationem rerum confestim in regni formă redigit, & primus sibi diadema imponit, post annos quadringentos septuaginta & vnum, & men ses tres, ab eo tempore, qui populus seruitute Babylonica liberatus, in pattiam suam rediit. Atque hic quidem matrem fame enecat:mox quoq; fratrem, quem maxime dilexerat, Antigonum. quomodo auté ca cædes peracta lit, Iosepho cam comemorandam relinquimus. Sedenim quum non vltra vnum annum rebus præfuisset, moritur. Cuius vxor fratres eius ex custodia & vinculis emittit: & alterum, qui ætate grandior videbatur. Alexandrum nomine, regem constituit: qui mox alte rum, regnum affectantem, trucidat: tertium verò, qui ociosam sibi delegerat vitam, priuatum agere patitur. Alexander iste, cum Cleopatræ filio Ptolemzo, cognomento Lathuro, przlio congressus fortiter victoriam reportauit: & Ptolemæus à ma tre Cleopatra pulsus, in Aegyptum profugit. Alexander autem, quum populares grauibus affecisfet iniuriis, adeò vi octingentos in crucem egerit, F quartana febri confectus, vitam finiens, coniugi Salinæ, quæ etiam Alexandra dicta est, regnű reliquit.Eodem tépore & Damasceni Aretam Parthum contra Ptolemæum ducunt, & Cælesyriæ regem constituunt: qui victoria cotra Iudæos potitus, inde ex pactis conuentis retrocessit. Salinæ duo erant filij, quos Alexandro progenuerat. Ex iis ætate prouectiorem, cui Hyrcani nomen inditum erat, desidem, & ad res gerendas minimè ido neum, pontificatu cohonestat: alterum verò Aristobulum, propter animi & corporis vigoré, priuatum esse iubet.Qui deinde,quü mater Alexandra grauiter ægrotatet, occasione ea arrepta: & corú manu, quorú sibi studia cóciliauerat, coacta: magnáque pecuniæ vi parara, regem seipsum renunciauit.Et Alexandra, priusquam rem pro arbi trio suo composuisset, è vita migrauit. Et cofficu inter fratres commisso, ab Hyrcano ad Aristobulum multitudo defecit. Ita Hyrcanus vel invitus fratri regno cedit, & priuatam sibi vitam degendam sumit. His ita gestis, quum multis aliis, tum

Exemplum crudelissims hospisy & assinitatio riolata.

In fost etabernaculorii Antiochus Hyrcano in holocaustum taurii dono dedit. Ios.

Hyrcanut
Idumaă sub
egit, & Iudaicis legib
et vinere per
mist. Idem
Ioseph.
a Aristobu
lus parricida.
Hic etiam
primus apud
Hebraes
peregrinum
militem alore capie.

Lib. 13 c. 28

Alexander
ifte propter
cradelitate
Trucida cognominatus
eft. Ioseph.

Sub Alenadra Pharifei républ. Iudeorii administrariis. Idem. Herodis pa

I ofeph. Arabii rege di cit, de bell. Indaic. libro 1.cap.12. I ofeph. libro 14 .6.10.9. Paulo post M. Crassus esido ad bellis Parthicu, pe cunias, quas Popeius non tetigerat, è të plo abstulie. Loseph. (ibro 14.CAP.14. Hãc nonul Li inferiorens Syria vocat. Romanorii primus Gn. Popeius Iudeosdomuit. templúmque iure victoria ingre∬us eft. Inde vulgatë,mulla intus Den effi gie vacuam jede, 🖝 inania arcana. Tacit Lib. 28 Sed is infeli. citer adver-Sus Parthos pugnavit.Pe rist in eo pra lio filimeim. e ipse cum vniverlo ferè exercity. Plu tarchus un Craffo , & Pompeio. ל שפים, מוֹץם BOR VETVOTE workti.

Cassin Syris pretor, Parthos Syria expulis. Eutrop.li.6. Suscepit pre terea ex ea fi lia Salome,

\* webs the Záviov.

Egesip.lib.1.

Amipater A maxime Antipatro, qui Herodis pater erat, metus incessit. Inimicitias enim cotra Aristobulum gerebat, Hyrcano quàm maximè amicus. Et ex Idumæis genus trahens, opibus & splédore apud eam gentem facilè princeps erat. Is itaque Hyrcano autor fuit, vt ad Aretam Syriæ regem le coterret,& auxilia ab eo ad regnum recuperandum peteret. Et Aretas quidem Hyrcano subsidiu ferens, regnum & ipsam vrbem illi restituisser, nisi Pom peius aduersus Tigranem in Armenia bellum ge rens,id prohibuisset. Ad quem Antipater & Hyrcanus profecti, ei persuadent, vt Aristobulum cotemnat, & se Hyrcano, qui iniuria esset affectus, . coniungat. Ita Aristobulus vnà cum vxore & liberis vincitur, Hyrcanus autem in regnum restituitur : quum quidem \* Pompeius vrbem ipsam deuastasser, & res sacras arcanasque in téplo omnes explorasset, vectigalq; Romanis pendendum Iudeis imposuisset. Pompeius verò Aristobulum, & Alexandrum filium eius, Romá secum ducens, profectus est: Scauro administratione Cœlesyriæ permissa. Eidem Pompeio, idoneus & vtilis visus est Antipater Romanorum exercitui, bellum cotra Arabes geréti, & inopia rerum necessariarum laboranti, quòd is per Hyrcanum commeatum in castra subueheret.Interea Aristobuli filius Alexá der à Pompeio profugit: & satis magna collecta manu, negocium periculumq; facessit Hyrcano. Sed à Gabinio captus, postea quietus suit. Enimue rò Gabinius Hyrcano cura templi demadata, reliquam reru administrationem ditioni optimatiu commisit,& gentem vniuersam in quinque conuentus distribuit: Iudzique vnius tandé dominatione liberati, deinde optimatium gubernatione ritè regebantur.nec multo postea intercedente té pore, & Aristobulus Roma profugus, exercitu ex eis qui nouandis rebus studerent collecto, graui pugna cu Hyrcano decertauit: sed Romanis Hyrcano opem ferentibus,à Gabinio, qui tum pro có sule exercitui præerat, Aristobulus & victus & ca ptus, & vnà cum filio Antigono Romam rursus abductus est. Hyrcanus autem & Antipater, Gabi nio, qui tum + ad Ægyptum quæ ad Euphraté est, castra habebar, pecunias, frumentum, arma, & au xiliares copias summittere no intermittebat.DeindeCrassus quidem Gabinio, huic autem successit Cassius. Hic autore & suasore Antipatro, quicunque essent factionis Aristobuli, atq; inter hos Pitholaum, interficit. Antipater verò ex Arabia vxorem ducit, Cyprim nomine, ex qua quatuor fi liorum fuit pater, quorum nomina erant: Phasaelus, Herodes rex, Iosephus, & Pheroras. Sedenim potentissimos quosque muneribus sibi cocilians, potissimum per coniugem suam, Areta Arabum regi se familiariter insinuauit. Et Aristobulu timens, liberos suos illi, depositi instar, commist. Cæsar porrò, quum Pompeius Roma \* ad Ionium profugeret, Aristobulum libertate donatu, in Syriam dimisit. Sed effugere non potuit, quin veneno necaretur à Pompeianis: cuius cadauer in Melita repositum, ab Antonio postea paterno il-

latum est monuméto. Filius quoque eius Alexan D der à Scipione, Pompeij iussu, securi percussus est. Huius filiam, filiúmque Antigonum, Philippion Prolemzi filius suscepit: & puellz amore captus, matrimonio sibi cam iunxit, cáque illi mortis cau sa extitit. Pater nanque huius Ptolemæus, consuetudine coniugali cum Alexandra congressus, propter illius amorem filium necauit. Et deinceps, ppter coniugium eius, fratribus eiusdem curatoris affectione & officium benigne exhibuit. Verùm enimuerò, quum Casar Pompeio deuicto, bellu in Syria & contra Mithridatis filium gereret, Antipater ei auxilium tulit : in quo bello ille vtraque re eximius, hoc est, & consilio & manu promptus visus est. Itaque & ipse, & Hyrcanus à Cæsare Ro mana ciuitate est donatus quin & Pontificatú Ce far Hyrcano confirmauit, & Antipatrum totius Iudæ procuratorem constituit: eo modo vtrun que, ob auxilium operamque sibi nauatam, remu nerans. Antipater sanè Herodem filium, quindecimum agétem annum, ducem Galilææ illicò declarat:Phasaelum autem vrbi Hierosolymitane+ immittit. Herodes ergo, ab initio statim, indolis E Prafestum. & naturæ suæ industriam ostédens, Ezechiá prædonum ducem interficit. At Iulio Cesare à Cassio & Bruto interempto, in Syriam Cassius venit copias militares, quæ tum ad Apamæam erant, recepturus. Cui tributum in earum regionum vrbibus colligenti, non minima lucri pars Herodes fuit. Et quum Malichus quidam Antipatrum Herodis patrem veneno sustulisser, ipse quoque ab Herode filio occifus est. Vt verò Cassius quoq; ab Autonio & Augusto Casare cassus est, & Augustus quidem Italiam obtinuit, Antonius autem Asiam recepit, venerunt Hierosolymis ad Antonium legati,Herodem & fratré eius acculantes,quòd [cilicet nomine tantum regis Hyrcano relicto, ipsi per vim, rerum in Iudæa potirentur. Herodes por rò sibi metuens, pecunia Antonium aggressus, expugnat, adiuuante Hyrcano: cuius ex filia neptem Mariamnem Aristobulo progenită, post obitum vxoris, quam ex Arabia duxerat, Herodes matrimonio sibi iunctam habebat. Multis itaque Hero dem, fratrésque eius accusantibus, ita querelis eorum animum Antonius attendit, vt in quatuor di tiones vniuerlum paternum regnum diuilum, fra tribus traderet. Cæterùm Aristobuli filius Antigo nus, qui apud Philippionem Minæum fuit, postg ille è viuis excessit, & Lysanias in patrium successit regnum, persuadet Pacoro & Pharnabazo (Par thi hi fuerūt) sub mille talentorum sponsione, vt se in patriam reducant, Hyrcanum autem pessundent. Atque hic quidem, nulla interposita mora, in Iudæam irruptionem facit : illi verò breui Hyr cano & Phasaelo captis, Antigono rerú omnium administrationem tradunt. Herodes autem fuga sibi consulens, & Romã ad Cæsarem profugiens, seruatur: atque ibi Antonij testimonio commen datus Senatui & Cæsari, rex Hierosolymorum à Cæsare designatur.Itaque vt Roma reuersus, exer citu ab Antonio (tirca Syriam is erat)accepit, variis certaminibus cum Antigono congressus, sæpius repellitur. Postea auté Sosio adducto, & mul ta cæde facta, vi magna Hierofolyma capit. Et sacri templi rebus à direptione conservatis, Antigo num vinctum Sosio tradit, illumq; hic statim ad

Ptolomei Y ceft a naptie 👉 parrici-

Antipa ter Indea ocutator Muros vibis Hierofoly-

† Tanquam

Antipatri mors,

Alij Mariamine Ale zandri filiā fuisse dicunt. Tetrarchia Iudee.

Antigon w regnű Indes Parthorii au arlio recuperat. Lysanias Ptolemai Minzi,qui ad Libana

habitanit fi-

lim.

Herodes pri mus ex adu nis Indea

\* At Cn. Pompeisu captis Hierofolymic victor ex illo fano ni hil attiois. In primis hoc, et multa alia, sapienter, in tam suspiciosa Or maledica ciustate locum sermoni obtrectatorum non reliquis. No nim credo religionem & Indeorum & hostium impedimento prestantissimo Imperatori, sed pudorem fuisse. Cicer pro L. Flacco.

Christus (e-

cudu omnia.

prater pecca เน้ fit homo,

è virgine p-

gnatus , car-

ne simul &

per spiritum purgata. Oportuit e-

num er nati

witate hono-

rari, & virginitatë pra

a Paretes del

genitricis vir

ginis Maria d Mariavit

go nascitur.

e In teplum

presentatur.

Antoniu hunc securi percussit:10-Ioseph libr. 14.cap.viii.

Herodi ab Augusto Ca Sare regnum Indea confirmatum. Herodes må riamnë vxo re, o amicos necessarios Ioseph.lib.15 640.9. Qua ob can fam hucufq; res Indaica fint exposite Prophetia de Mesia natiuitate et aduentu,Im pleta.

A Antonium ducit. Herodes porrò rursum suspecta habens & metuens Antigoni generis nobilitaté, ne scilicet ille Roma protectus, iura sua apud Senatum exponeret,&Romani se quidem vt priuatum & aduenam reiicerent:illi verò, aut saltem fi liis eius regnum redderent:persuadet,corrumpitque pecunia Antonium, vt Antigonum occidat. Sic ille confestim securi percutitur. Hyrcanus verò & ipse à Parthis redemptus, ad Herodem confugit: & ille quidé eum in precio primum habuit, suspectum autem postea sibi interemit. Postqua verò fratrem quoq; Mariamnæ coniugis fuæ, qué Pontificem arte quadam, per speciem tutelæ & curæ, creauerat, æstatis tempore in solio lauatem & natantem suffocauit: vnus ipse dominus & rex cuncta Iudaa factus est. Primum equidem Antonius illi regnum autoritate sua confirmauit.Simulatque verò ille Cleopatræ desiderio & amore captus est, & Cæsar Augustus ad Actium prælio comisso eum fortissime deuicit, atque is in Syriam peruenit, ac paulo post Antonius & Cleopa tra viuere desierunt: ipse quoque Augustus Hero di diadema impoluit, regémq; totius Iudææ promulgans, quú plures ei alias adiecit regiones, tum Arabiæ etiam procurationem comisit. Sedenim vt serenas secundasque eius res fortuna indignas acerbis domi casibus vindicarit, vtque ab vxore aduersa pati cœperit, ciuium, familiarium, cognatorúmque fuorum fanguine pollutus, nunc dicen di locus nó est. Atque hæc sic exposui, vt prophetiam dilucidam claramque producerem, quæ dicit: Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fœ more cius, donec veniat is cui repolitu est, & ipse est expectatio gentium. Vt nanque, qui à Iuda generis coiunctionem traxere Principes defecerint, & vt Herodes ex Idumæis aduena Hebræis rex præfuerit, satis est declaratum, quum scilicet finé exitúmque suum prophetia est consequuta:sicuti paulopòst longius progressi, apertioris cognitionis gratia exponemus. Quum enim Augustus Ro mam reuersus, Romanorum imperium in vnius redegisset potestatem, quadragésimű secűdum eo Imperij annum agente, & quum per vniuersum C Imperium edictum promulgatum esset, vt in sua quisque vrbe recenseretur atque describeretur:tű etiam Saluator noster Iesus Christus natus est,idque eo qui opinionem sidémq; omnem superat modo. Que verò genitrix, & qui partus ipsius fue rit modus, inde iam, quam fieri poterit breuissimè, dicam.

CAPVT VII.

Mariam vit ginem m4 své anteChri stam lesum filiü eius na të anno xv. genitam esse. Chronici scri ptores memo rant.

De sanctificatione vir ginis Dei ge mitricis sentetia est Gre gorij Theolo

Osteaquá enim perfici atque exhiberi debuit ingens illud,natu-ramque omnem longe superans mysterium,opus suit prorsus in-struere & præparare vas, quod eum qui incomprehensibilis est comprehenderet. Inuenta itaque est beara virgo Maria, dignum Deúmque decens Verbi domicilium, etiam ante natiuitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus & longè à naturæ feruore alienis, tanquam quidam diuinitus datus fru ctus producta. 2 Ioachim & Anna parentum erat nomina. Ambo accuratiore, iuxta præscriptum le gis, vita præstantes & clari, nec no primis quibus.

que & splendidissimis nobilissimisque genere co D gi, in hominumerati. Vitam autem ad senectutem, sine prole edita, produxerant. Erat enim ad liberorum procreationé Anna aluo infocunda. Et quum ob sterilitatis causam non haberet communes cum ma tronis & matribus à lege tributos honores, exem plo matris Samuelis ipsa quoque sit supplex Deo, & in templo sedulò versatur:ne scilicet à benedi-&ionibus legis excluderetur, sed vt ei matri esse li ceret, orans : ac quod paritura esset, ipsi Deo dicaturam se esse vouens. Sedenim diuino nutu, ad cá quam petierat gratiam d, Anna confirmata atque \* roborata, postquam puella è maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominauit, ænigmate latenter à Deo acceptam gratiam declarans. Vt verò infans à lacte materno iam abhorruit, & mam mam attingere noluit, promissionem mater adimplet: 6 & in templum ascendens, iuxta votum, eam Deo consecrat, tertium iam tum ætatis agétem annum. Et sacerdotes quidem tum eam tanquam sanctius quoddam donarium suscepere, & puellam in facrario fouendam esse duxere, ad antiqui illius Samuelis similitudinem. Itaque illa, vt res diuina,intacta, & sacrosancta,in tépli sanctio- E re loco & adytis ipsis viuebat. Postquam autem adoleuit, consilium sacerdotes agitarunt, quid de ea statuerent, ne in sacrum eius corpus admittere quicquam viderentur. Sacrilegium nanque prorsus se commissuros putabat, si viro cam coiungerent: atque in servitutem coniugalis legis redigerent, quæ semel Deo dicata esser. E diverso autem puellam eo ætatis flore, in sacratiore templo versari, nec permissum lege putabát, nec rem satis ho nestam & decoram esse videbant. Sæpe itaque & multu re deliberata, divinitus eis per inspiratione ostenditur, vt eam alicui, qui ad templum sedulò esset, sponsæ nomine committerent. Eum verò talem esse debere, cui rectè virginitatis custodia demandaretur. Porrò non alius ipso Iosepho visus est este magis idoneus, ad solorum sponsalium coniunctionem contrahendam:quippe qui propinquitate generis eam cotingeret, (eiusdem enim tribus erant) insuper verò & senio & hone state morum iampridem bonæ sidei existimatio- F nem consecutus esset \*.

\* Homo instus, & ad testimonium coningalis semper mansura wirginitatis electius. Augustin. Non coningy, sed custodia gratia: ad testimonium rei suturæ, non notham sine illegitimam ridelicet acci-disse Christi in carne provinciam obeundam : sed veritatis attestatione fine viei semine in Spiritu sancto certo dispensatam suisse. Epi phan.contra Antidicomarianitas. Hoc autem exemplo magnificè fidelibus insinuatur coningibus, etiam sernata pari consensu cotinen tia,posse permanere vocarique coningium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. Augustinus de consensu Euangel. lib.2.cap.1. Iosephus senex admodum suit, octuaginta plus minus matus amos, & fex ex priore coninge habnit liberos. Epiphan.

### CAPVI VIII.



Taque in Nazareth cum Iosepho domicilium illa habens, ab archan gelo Gabriele lætum accipit nuncium: Aue, dicéte, gratia plena, Do minus tecum. & simul cum ca ipsa voce + intransibiliter æternum &

ante seculare Verbum Dei descendit,&conditionem naturamq; nostram inenarrabili naturam-

Maria verbom Dei di itus concipit.

+ imTobes TOS KÄLLTE D. Brostiévies.

que superante modo subit, supra métis intelligen tizque nostræ captum, massæ & ferméto huma-

no mixtum atque temperatum. Et angelus quidé

salutatione legationéque functus, ab ca discessit.

Ipía verò festinabunda ad oram montanam con-

cessit, simul & fœtum præter opinionem sibi ab

angelo denunciatum considerans, & id quod de se accidisset cognoscere festinans: præterea, vt co

gnatam suam Elizabeth salutaret & alloqueretur,

quæ & ipla, præter ætatem,in sextum iam men-

sem, Ioannem in vtero gravida gestabat. l'utabat denique illam, quòd prouectioris esset ætatis, no-

vi quicquam libi dictură, annunciaturamq; elle,

de noua fœtus sui conceptione. Adit itaque eam,

& salutat. Infans autem illius sextum iam implés

mensem, suauiter subsilit & exultat : famulusque

in vtero conclusus Domino, qui & ipse in vtero

gestabatur, debitum adorationis honore sanctius

dicat: & ore materno quali mutuo sumpto, supra naturæ captum vaticinatur, matrem eam Do

mini vocans, simulque inter mulieres benedictá:

nec minus ventris fructum, qui ab ea gestabatur,

ad quem scilicet nihil virilis seminis esset colla-

tum, benedictum. Inde porrò & ipsa, id quod

proposucrat quæsiueratque cosecuta, diuino sub-

seruiens spiritui, inani gloria & arrogantia quàm

longissimè semota, quum se ipsam beatam prædi

cat, tum id quod futurum esset, apertissime præ-

nunciat. Quum autem in moribus esset, vt virgi. nes, quum partus gravidæ mulieri & iam partu-

rienti immineret, lecederet: tertium cum ea ver-

sara mensem, quod iam ex immensa illa conster-

nationis atque admirationis addubitatione ma-

gis magilq; aliquid remitteret, domum luam re-

uertitur. Interim ei venter tumescere, & Ioseph

de ea, quod minus deceret, suspicari, mysterium ignorans: quin etiam occultam ab ea discessioné

meditari, quòd vir iustus esfer, & rem actam eliminare atque vulgare nollet. Sed confestim ta-

lia cogitanti, cum læto nuncio assistens Angelus,

dubitationem eam seni soluit. Oportebat enim

clarissimo gratiæ receptaculo & vasi, nihil repre-

hensionis, indignitatis & iniuriæ inferri: quod ni-

mirum vel ipsius solis radiis sit splendidius & illu

strius. Porrò & filium Dauid illum Angelus vo-

cat, per infinuationem declarans, vnde exoptatus

expectatusque ille proditurus esset. Ipsam quo-

que sponsam coniugem nominat, quasi diceret:

Caue, te cogitatio deliberatione vlla conturbet,

vt vereare, ne Deum offendas, tanquam adultera

vxorem domi cohabitantem habens. Tantum e-

nim à piaculo & macula omni abelt, vt ctiam lon

gè lupra naturam lit ilta in vtero fœtus geltatio, Ne igitur dubites, aut timeas ipsam recipere, qua

tu(quantu in te est) repudiasti & extrusisti, Quin

gaudio exilire te magis decet, & animű lætitia &

voluprate, quæ naturá excellit, adimplere. Quod enim, inquit, in ea edit u est, ex spiritu sancto est.

Elifabethä cognatam vi fuat.

Elifabeth eð

Vaticinatio Marie.

Iosephum à Maria Spon Sa discedere meditätem, Angelmin officio retimet.

Quur ange-lui Mariam Iosephi comingë dixerit.

> CAPVI IX.



Vnc lanè necellarium mihi elle videtur,ita vt pollicitus sum, vt ostendam, ad finem exitumque fuum prophetiam illam perue nisse: Non deficiet princeps ex luda,nec dux ex fæmore ei%do

nec veniat cui repositum est, & ipsum esse expe- D ctationé gentium. Quæ propheria, de Saluato- » re nostro hoc liquidissime profert. Tunc enim il- » le aduenit, quum Iudæorum duces in Romanorū » potestatem redacti defecerunt, & sceptro impe- » rióque eorum paruerunt. Sub iugum enim seruitutis ab illis missi, tributum illis soluerunt, & vnà cum aduentu Christi prima illa descriptio & cen sus est actus. Oportebat enim in descensu Regis cœlorum in terram, etiam terræ Principes suum ministerium & munus ei præstare. Veruenimuerò nihil obstat, quo minus denuò per copendium historiam percurramus: vt & ea quæ præmissa sunt, certius clariusq; intelligantur. A tem poribus Moix, & quz illum præcessere, vt antea dixi,à luis principibus, qui ex tribu Iudæ genus du cerent, gens Iudæorum olim regio more regebatur, donec Augustus vnus solusque Imperatoriest renunciatus: sub quo primus Herodes, aduena & alienigena, à Romanis demandatum sibi Iudæorum regnum accepit. Fuit in paterno genere, vt Iosephus opinatur, Idumæus: materno autem, Arabs. Antipater enim, huius pater, ex Arabiav xo E rem Cyptim duxit:quæ eum quatuor filiorum pa trem fecit, quorum vnus Herodes fuit. Vt autem Africano videtur, qui & iple magnam est in scribendis historiis laudem consequutus: Antipater (sic ipse scribit) Herodis pater, filius Herodis cuiusdam Ascalonitæ fuit, sacerdotis cuiuspiam serui, cui in templo Apollinis sacrorum cura deman data fuerat. Huius filium Antipatrum adhuc tenerum, prædones Idumæi captu apud se retinuerunt. Redimere enim pater eum, propter pecuniæ inopiam, no potuit. Itaque quòd apud cos est educatus, pro Idumzo habitus est. Postea verò in Hyrcani Iudææ Pontificis amicitiam peruenit,& in certaminibus illius aduerfus fratrem Aristobu lum commodus compertus est: regnúmque eius admodum à fratre accisum, in libertaté asseruit. Deinde autemRomanis in rebus omnibus se vtilem & industrium, quum aduersus Ægyptios & Arabes bello occupati essent, præbuit. Et postqua Aristobulus quidem à Pompeio turpiter vinctus, Romam missus, & Iudzorum natio servitute oppressa est: beneficio fortuna huic cotigit, vt pro-F curator Palæstinæ fieret. Et quum deinceps Hyrcanus quoque à Parthis captus, in quo vltima dignitatis Pontificiæ constitit successio: & Antipater Herodis pater, qui inde magis magisque creuerat, Malichi cuiuldam dolo necatus esset: is ipse Herodes, magnam vim pecuniæ Romanis ducibus largitus, corúmque se imperata facturu pollicitus, regnum ab eis traditum accepit. Quum enim. Cælar Augustus, cum ingenti exercitu, procellæ & fulminis instar, impetum inÆgyptum fa ceret,eo cossilio,vt Cleopatram, ad quam postremam Macedonica Ptolemzorum ab Alexandro otestas & ditio pertigit, & ipsum Antonium illecebris eius detentum debellaret & caperet:Herodes iste se ei coniunxit, paratus quæcunque illi placerent, præbere & suppeditare: frumentum, ar ma,& pecuniæ numerum ingentem,& quæcunque præterea posset præstare auxilia. Ibi Ægyptus & Cleopatra in potestatem Czsaris & Romanorum venit, duodecimo anno postquam Augustus Imperium suscepit. Huic sand Herodi, quum Ro-

breniter An.

H crodu res.

tipatri er

Digitized by Google

aucopit.

XXX

a Crudelitas Herodu in ciues (was, b Herodes sempli , post captinitaté Babylonica à Zorobabel et Esdra edi ficatio fundo tu diruit. Et maximi samptibus, fommáque magnificentia, aliud secundii formă primi iline good Solomon extruxerat dennò condidet. Io-Seph. lib. 15. cap. 11. de Bell. Indaic. Ubr.1.c. 27. B Idem Simos nem socerano ſuŭ ∫acerdotio privamit, 🕁 Matthiã Theopheli fi lium Potifin designa vis. I de lib. 17.cap. 5. c Ide, vi obscurit atem n414'ii fa0rum tegeret, 🖈 descriptiones tribaum 🛷 genealogias Ludzorii cobußit. d Pontifica ti itë 🕁 ʃacerdotia Ludeorii vens lia habuit. e Christo na to Danielis Ç Hebdoma des implesa funt. f Indzorii

a Variat in annotatione ami huine nativitatie Christi Chro nographi, es temporii obfanatores. Nam quidă etian Chri-Rum natum effe Afferwat, do condito 3944.non-melli.3962. Quidam etiam 3979.

vnctio abo-

lita.

A mam venisset, & Augustus referre ei aliqua pro præstitis sibi officiis gratia vellet, de Romani Senatus cósilio & voluntate, diadema imposuit,& regem Iudææ creauit. qui Hierosolymis potitus, quod sciret ludæos generis obscuritate, quod scilicet aduena esfet,& præterea crudelitaté naturæ eius, ingeniuq; ferox quam maxime aduersari & odisse: quosdă ex ciuibus vrbe exegit, quosdă per iniuriă malè tractauit, nonnullos etiă ferro necauit, templuidenique spoliauit, & vrbe vastauit ac diripuit.b Ad hæc tanta facinora illud quoq; flagi tiolissime addidit: Publicas enim tribuu descriptiones omnes, quæ ab iplo vlque Eldra durauerat, furore percitus flamis cosumpsit. Illud pessimű omnino secutus consiliú, vt qui eo nomine ar roganter superbirent, de cætero ignorarent, vnde quisq; genus traheret, qui indigenæ, quiue inquilini, (quos reségas, hoc est, aduenas etiam, & alienigenas vocăt) essent. Qui quùm stulte admodu & · fordide de rebus huiulmodi iudicauit, tum Ponti ficis quoque magnificérioré vesté iple primus arcæ inclusir, signóg, annuli muniuit: d quibuscug; etia vilissimis núdinari volentibus, hoc pacto Potificatū venale, annuis redditibus & pensionibus, præteritis spretisq; qui generis vetustate celebres essent, proponés. Idémque & de Potificia veste, & de sacerdotiis ipsis, filiu quoq; ei? Archelau, quique post illú à Romanis Iudæorú obtinuerút Imperium, fecisse, losephus tradit. Hec porrò, ne quis quam putet tanqua per digressione, obiter & extra propositu à me dicta esse. Sunt enim etia pro pter alterius Prophetiæ, quæ apparitione & adué tu Saluatoris impleta est, declarationem, & propter veram temporum observationem adducta. Hebdomades enim, quæ apud Danielem sunt, eo tempore Christo Imperium obtinéte, numerum suum compleuerunt:in quibus, simulatque finitæ ellent, clarissimef Iudzorum vnctionem sublatu iri,spectator Dei prædicit propheta: id quod aduétu Christi in terrá est factum, atq; completum.

\* Si hebdomades Danielis computentur à secundo anno Artaxerxis Longinani, que circicer, vsque ad mortem & resurrectionem, & quod eam consequutum est regnum Christi & insticiam sempi-ternam, & perpaucos insuper annos, completa illa certa ratione inueniantur. Resultant enim ex 70.hebdomadibus anni 490. Aus certe de disobus saltem aut tribus annis ambiguitas reliqua est. Caterum certior adhuc computatio fueric, si 70. ista septimana exordis sumant à 32. anno Dary Hystaspis sily, que anno mori Hierusa-lem sunt absoluti. 2. Esdr. 5. 60 6. Reperiontur namque vique ad Christum natum anni 490.

## CAPVT X.



Gebatur tum annus à mundo codito quinquies millesimus quingentesimusquintus, ab Augusti Împerio quadragelimus lecudus, & à Macedonicæ ditionis solutione vigesimus octauus: quum

Saluator noster, sub co qui tum agebatur censu. Cyrenio Syriæ presidente, in Bethlehem natus est.ita vt etiam per prophetiam est prædictum.

b Cyrenium aly Cyrinum nominant . Fortasse autem Censorinus fuit. C.enim Martius Cenforinus cum C. Asinio Gallo consulatum gessit, Anno.ab vrb. condit. 746. Paulo antè verò, an 742.Cofs. fuere M. Valer. Meffala & P. Sulpitim Quirinus, que multi Cyrenium bunc fuisse putant.

Exiit itaque edicum census & descriptionis: in- D uitósque etiam, in serena illa tranquillitate pacis, quæ c ex vnius imperio obuenerai, patria queinq; suam petere, ibíque censeri atque describi coëgit. d Cum aliis porrò & Ioseph, vnà cum Maria, admiratione inter mulieres omnes dignissimal, ad ciuitatem suam Bethlehem, intra Iudææ fines sitam ( quippe qui ex Dauide genus traheret ) est profectus: eam quam tum incolebat, Nazareth scilicet, reliquens. Erat ca illi aliena, sed ibs tum domicilium habebat: quòd ludææ regio, proximis continuis bellis, nunc in huius, nunc in illius potestatem transisset. Edictum autem Cæsaris,in fuam ciuitatem ipfum Iofephū coëgerat, ne quid de vaticinante prophetia illa intercideret : Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Census & descriptionis huius, quæ grauis admodum Iudæorum genti fuir,& iple veritatis confectator Iolephus in decimo octauo historiarum suarum libro meminit, hisce verbis: Cyrenius, vir Senatorius, gestis ordine aliis magistratibus, quùm alia omnis generis digni tate clarus fuit, tum ad consulatum etiam perue- E rebelles connit. Is cum paucis in Syria erat, à Cassare eò mis- " tra hune cosus, vt ius diceret, iusticiamq; populo administra- e spirarus, or ret,& præterea censum ibi ageret. Et post pauca « deinceps: Iudas Gaulanites, ex oppido Gamala oriundus, Saddoco Pharifæo partibus suis adiun-&o,ad seditionem & defectionem plebem sollicitabat, censumque nihil aliud quam meram pror sus seruitutem afferre prædicabat, populúmo; ad libertatem asserendam cohortabatur. In secundo quoque belli Iudaici libro,ita inquit: Vir quidam Galilæus, Iudas nomine, populares ad defe-&ionem sollicitauit, maledichis probrosè illos insectans, si Romanis tributum pendere perseuerarent, & secundum Deum mortales ferrent domi nos. Cui Lucas in sacris Actis consona quoq; scri bit:Post hunc,inquiens, extitit Iudas Galilæus, in diebus descriptionis, & per desectionem auertit populum multu. Periit autem ipse, & omnes quicunque ab eo persuasi fuerant, dispersi sunt.

CAPYT XI.



Vandoquidem autem diui euan gelistæ2 Matthæus & Lucas,genealogiam Christi varie prodiderunt,& non pauci,qui talibus rebus persequendis magni claríque habiti lunt, de ea dissonan

tia integros libros compoluerunt:ego prætermilsis aliis, Africano historico vtar autore, qui aliorum opiniones, vtpote quæ ad veritatem non pertingant, reprehendens atque refellens, quam iple à vetultioribus acceptam, in Epiltolis de Euã geliorum dissonantia ad Aristidem exposuit, inde translatam verbis ipsius in opus hoc inseram sententiam. Nomina eiusdem gentis & familiæ in Israël numerabantur, censebantúrque vel natura, vel lege. Et natura quidem, legitimis & naturalibus liberis patribus suis succedentibus: lege autem, alio sobolem, sub nomine fratris sine liberis defuncti, creante. Quoniam enim nondum satis manifesta data fuerat spes resurrectionis, futuram promissionem mortali quadam =

Monat chie con ditas. Loseph, com sponsa sua Maria in ci uitatë Rethlehem, vt ibi cējeatur 🕁 describatur, contendit.

e Cenfus ymiwerfaliu Sub Augu fto, in orbo altu. f Seditios quidam 💇 malè perie-

Concordătur Mattha' & Lo cas Enange lista, de variante genea logia Christi

F

A imitabantur resuscitatione, ne nomé mortui pror fus intercideret.Et quum ex eis qui in genealogia cam relati sunt, quidam vt legitimi & naturales germanique filij patribus successerint, quidam ve rò ex aliis quidem procreati, aliorum autem nomine, quasi per adoptionem scilicet censi sint, vtrorumque facta est mentio: & eorum videlicet qui genuissent, & corum qui quasi genuissent. Sic neque hoc, neque illud Euangelium, vel à nature, vel à legis necessitudine atque coniunctione genus deducés & numerans, falsi quicquam habet. Implicata enim inter se sunt genera, & quod à Sa lomone, & quod à Nathan descendit, repræsenta tione eoru qui liberos non creassent, secundisque nupriis ac resuscitatione seminum:vt rece iidem quandoq; huius & illius filij fuisse existimati sint, quum quidem ij viderentur esse, illi autem essent patres: & vtraque generis commemoratio verita te nixa, ad ipsum Iosephum, multipliciter quidem illa & variè, sed tamen certò deducatur. Porrò vt clarius manifestiúsque sit, quod modò diau est, mutationem ipsam generis exponam. A Dauide per Solomonem progeniem dinumerado, tertius à fine,iuxta Matthæum,reperitur Matthan,qui Ia cob genuit, patrem Iosephi. A Nathan autem Da uidis filio, iuxta Lucam, itidem tertius à fine est Melchi: cuius filius Eli, ipsius Iosephi pater est. Quum itaque quasi scopus nobis sit propositus Ioseph, ostendendum venit, quomodo vterque ipsius pater dicatur : ipse videlicet Iacob à Solomone, & Eli à Nathan genus ducentes. Simulque quomodo primum duo isti Iacob & Eli fratres, & ante hos, eorú patres Matthan & Melchi, seor sim alter post alterum, eandem ducendo vxorem, vterinos procreauerint fratres: lege videlicet non prohibente, mulieré, vel per repudiu, vel per prio ris mariti obitum viduam, alij nubere . Itaque ex Estha (hoc enim nomen mulieris fuisse traditur) primus Matthan à Solomone originem trahens, Iacob generat : Matthan autem mortuo , Melchi ad ipsumNathan genus referes, viduam relictam, iple quidem eiuldem tribus, sed non eiuldem generis, sicuti antea dixi, vxorem duxit, & ex ea filiú Heli suscepit. Hoc modo, diuersorum duorum ge nerum Iacob & Heli extitisse, eosdémque vterinos reperiemus fuisse fratres. Quorum fratrum al ter, alterius, Heli scilicet, qui nulla creata prole decesserat, vxore ducta, tertium ex ea suscepit Iosephum filium: iuxta naturam quidem & rationem sibi ipsi (proptereaque scriptum est, Iacob autem genuit Ioseph) iuxta legem autem, ipsi He li, ei enim frater Iacob semen suscitauit. Quapropter & ea quæ de eo texitur genealogia,irrita non est. Quam genealogiam Matthæus euangelista dinumerans, Iacob autem (inquit) genuit Ioseph: Lucas verò, Qui erat, vt putabatur (nam & hoc addit ) Ioseph, qui fuit Heli, qui Melchi. De generatione enim ea quæ ex consuetudine & præscripto legis est, significantius quicquam dicere non potuit. Et verbum, Genuit, in hac parandorum quali per adoptionem liberorum ratione, per om nia ad finem víque subticuit, relatione generis ví que ad ipsum Adam, qui fuit Dei, per recensionem facta. Posthæc Herodis genus ordine Afritanus prosequutus, à propinquis & cognatis Chri

sti ea que sequuntur accepta, ad hunc modum ex-

ponit. Quum Hebraicarum familiarum genealo D giæ in scripta relatæ, in archivis & publico tabula 🤲 rio, atque in his etiam corum qui ad prosclytos & aduenas, víque ad Achior Amanitem, & ipsam Rhut Moabitidem, quique ad eos + qui ex Ægypto promiscuè prognati prodierunt, referebatur, asseruarentur:Herodes, quòd nihil ad eum Israëlitarum genus pertineret, & quòd obscuritatis suç sibi conscius esser, ca ipsa gencalogiaru monimeta combussit.tum demum se nobilem genere & illustrem vulgò fore putans, si neq; alsus quisqua ex publico scripto genus suum ad ipsos Patriarchas aut proselytos, ipsosque etiam alienigenas promileuos, qui אינוסאר, vocabărur, referre pollet. Pauci sanè diligentes homines, privatos sibi ipsis genealogiarum commentarios, aut nomina ipla memoria tenentes, aut ea ab exemplaribus peten tes,studio eo delectati, condiderunt: per quos nobilitatis memoria est conservata. In eos commen tarios inciderunt, de quibus diximus, Aumonus, E seu susmini, hoc est, Dominici seu Domicelli & heriles cognominati, propter cam quæ illis cum Seruatore intercessit generis coniunctionem:qui ex Nazaris & Chochaba Iudææ vicis, frequentius reliquam terram visentes, eiusmodi genealogiam etiam ex diurnarum rerum libris, quoad poterat, vulgarunt. Cæterûm, siue ita, seu aliter se res habeat, dilucidiorem expositionem alius quisquam non inuenerit:vt mihi quidem,& vnicuique qui æquo candidóque ingenio præditus sit, videtur. Eam verò ipsi quoque probate, quauis nullo certo restimonio sit confirmata: quòd scilicet certius aut verius quicquam afferri nequeat. Ipsum sane quidem diuinum facrumque Euangelium,om ni ex parte verum est. Sed illa quoq; in fine eius, quam diximus, epistolæ, addit: Matthan à Solomone proueniens, genuit Iacob. Matthan mortuo, Melchi à Nathan ortum ducens, ex coniuge eius procreauit Heli. Vterini itaque sunt fratres Heli & Iacob.Heli, absque sobole suscepta, defuncto, Iacob ei semen resuscitauit : & Ipsum Io- F fephum sibi ipsi quidem iuxta naturam, ipsi au-tem Heli iuxta legem, genuit. Sic amborum Ioseph filius fuit. Hæc quidem sic Africanus, Certò autem colligere quoq; licet, Mariam ipsam ex eadem, quæ Iosephi fuit, fuisse tribu. Quandoquide ex præscripto legis Mosaicæ, tribu alia tribu com miscere prohibitum est. Vt nanque hæreditates & successiones bonorum à tribu in tribum non transferrentur, ex eadem gente & familia nuptiarum coniunctiones contrahi debere, legislator

> CAPVI XII.



Erum enimuerd, edicto cogente, quum Ioseph simul cum sponsa Maria pondus ventris naturam ip sam supergressum, leuiter admodum ferente, in patriam suam, vt

ibi censeretur, iret, neque dum ad domum peruenissent, in agrum quendam diuerterunt, qui ager Salomæ erat. Vigelimus autem & quintus tum mensis Decembris erat dies, quum ibi ineffabile pietatis & amoris erga genus humanum tuæ, Verbum Dei, maximumque inenarrabilis

aight Tou TOP HILLI-

Matheir Luca de ge-Christi con cordantia

Maria de Ioseph einsdem tribus fuere.

Mirifica nostri pati

, Oc.

partus perficitur mysterium. Tugurium humile,

& præsepe ad iumenta excipienda constructum,

cœli & terræ Regi genito hospitium preparatum

fuerat.Hunc ibi falciæ circumuoluút: & quòd ho

noratior in diversorio locus non esset, in præsepi

omnium altor reponitur. Necesse enim erat, qua-

plurimis ad censum & descriptioné confluenti-

bus, multam posterius aduenientibus locorum re

linqui penuriam.Itaque hospitij inopia ad cũ mo

dum laborantem opificem rerum omnium Deu

verbum,inanimantium præsepe excepit . Ibi pa-

stores, greges suos noctu custodientes, præsentia

angelica circumfulsit:& quum in timoré eos spe & aculum id coniecisset, timorem eum rursum ili-

cò posuerunt, Angelo propius ad cos accedente,

& futuram orbi læticiam, per eum qui genitus es-

set, indicante. Cuius sermonem fides statim vera

atque diuina est consequuta. Namque vnà cum il

lo innumerabilis cœlestium virtutum ac potesta-

tum multitudo, circum tuguriolum volitans, lau-

dem omnium summam Domino concinebant:

Gloria, dicentes, in excelsis Deo, & in terra pax, in

hominibus bona voluntas. Hoc modo, quum du-

plex esset, Deus + idémque homo Verbum, hu-

milimè simul & magnificétissimè primordia pri-

mi iplius in terram per natiuitatem descensus ex-

hibuit:atque vt certò fuam cum Iudçis cognatio-

nem confirmarer, hominis more Mosaice legi, ita

vt decebat, debitum suum tribuit ritum. Et die o-

Cauo, Dominico scilicet, cicumciditur in Beth-

lehem,in domo Iosephi, & ibi nomen Iesu acci-

pit (salutem porrò id significat) pro eo atque,an-

tequá conceptus esfet, id nomen diuinus per ora-

culum præscripserat Gabiel. Deinde & purifica-

tionis expectat tempus. Postquam verò status, de

cemnario numero quater reuoluto, aderat dies,

vt masculus,& qui primus omnino & solus vul-

uam adaperuisset, f in Hierosolymitanu à paren-

tibus deportatur templum:vt ibi, iuxta receptum

morem, sacrificium offerret, par turturu, aut pul-

los duos columbarum: sobrietatem scilicet, tem-

perantiă,& simplicitaté in omnibus subindicans:

ibi sanè aderat, qui spiritu ferebatur Simeon, &

grandæua Anna: cúmque, qui in curru Cherubin

vehitur, senilibus Simeon excipit manibus. Am.

bo verò quum infantem paruulu viderent in ma-

terno sinu subsiliente, magnu Israelis in eo per-

spiciebant Deum. Er postquam de eo quæ debe-

bant prædicassent, & id quod futurum erat, qua-

uis sub inuolucro, apertissime tamé, ostendissent,

vt scilicet in multorum positus esset ruină simul

& resurrectione,& in signum cui cotradiceretur:

denique vt virginalem animam, propter eum do

loris gladius olim pertransiturus esset:carnis vin-

culis deinde sunt soluti. Hunc Simeonem, fama

est, ex eis fuisse vnű, qui virtute, dignitate, vitæque

sanctitate excelluerunt, qui quum aliquando illi

prophetæEsaiæ oraculo legés incumberet, quod

ait:Ecce virgo vrerum gestabit, & concipiet filiu:

& de diuini eius responsi fide ambigerer, g Ange-

lum ita fluctuanti ei astitisse ferunt, cum oraculo

eiusmodi:Non illum prius vitæ huius vinculis so

lutum iri, quàm id de quo credendo addubitasset

pro foribus primo quoque tépore appropinquás,

& oculis iple suis cospectum, testimonio suo con

firmaret. Quam ob causam ad tantu senium pro-

In Betha

Ŀ

ï

Ea pastoribus renon-

Angelorii B

† likelewass Cuia hic per ftringitur primus,ifq; humilu in terram advē tw. In simi litudine en I hominii fatlus, & habitu inuetna rt home. Phil. 2. E8 fic, quia forma Dei ascepit formã fermi, vernq; Deut,verūque bomo. Atque hoc toli & De dicitur propter Deum, o home pro pter homine. C Ambr . de myster.incar nas. libr. 4. C49.21. e Circuncifio Christi. f Oblatia o' in tyle.

g Oraculo 33
dinino Simeson certiorat me eft, fe
Christii Do
mini visurili
effe.

uectus, quu Christum Domini oculis suis conspe D xisset, eundémque in vlnis gestasset, carnis mole protinus solutus atque liberatus est.

# CAPFT XIII.



Einde parentes, puero Iesu recepto, domum in Nazareth sunt reuersi. Congruebat enim, quu per quadraginta dies<sup>2</sup> Bethlehemitæs scilicet munus suum, in césu & descriptione, eo loco ritè

fu & descriptione, eo loco ritè obiissent, vt ad domicilium suum in Nazareth redirent:propter eam, quæ tum ibi eis erat, substan tiam & possessioné. Vtrobique enim habitabant, quòd vtroque loco prouentum aliquem, vt coniicere licet, haberent. Porrò duobus elapsis annis, post spontanea illam seminisque expertem coceptionem, vterique geltatione, quum in domicilio Bethlehemitico virgoDei mater esset, seu potius (vt alij tradunt) duobus ante divină nativitaté an nis,patria relicta se in viac Magi Persici dedere:atque itinere peracto, quu etiamnum in præsepi fasciisque iaceret Christus, & simul in casa illa di- E uersorij versaretur Dei genitrix, in Bethlehe aduenere: quod quidem certius est. Sapiétes autem ij, nobilitatéq; generis & opibus infignes fuere. dStella quippe in regione sua conspexerant, nó ex illis vnam, quæ à primordio rerú firmamento cœ li affixæ sunt:neque ex eis, quæ prodigio & quasi znigmate regum successiones prznunciat, & dolia,barbatæ,trabes,iacula,& cometæ, seu crinitæ, pro formarum varietate nominătur:quarum sanè omniŭ ortus ab exhalationibus, quæ supra aerem circum ætherea cœlestémque amplitudiné effuse accéduntur, substantiam capit, (vt quidé illi, qui eiusmodi rebus inquirendis laude sibi & gloriam cópararunt,tradút.) Nó itaq; stellá eius generis il li viderant, sed nouă plane & insolită, ad terră ver gentem, & plurimu relucentem, persimilemque adeò reliquis cœli astris:neque aliis, quá qui sideribus cognoscedis operá dedissent, cospicuá & ap parentem Et illa quidé nó breui, led duos ante an F nos, quàm Christ's natus esset, exorta apparuit, ne quis duobus post natiuitaté annis editam putet.f Sedenim Magi, cùm nouo isto apparentis stellæ spectaculo in ambiguă considerationem cõiecti essent,& de ea diu multuque inquirendo deliberarent:haberéntque simul veteré illum Balaã, qui de ea, quod futuru erat, numine afflatus cecinerat: & fortasse etia ab eis quos in veneratione atque admiratione habuere, sacerdotibus, paulatim per doctrină, ad mysteria eius quæ rationé omné excellit,Dei verbi natiuitatis,deducti+ essent:maximè verò Deus ipse animos eorú ad hoc excitaret: proindég; fummi omniũ regis Christi nati pronidentia stellá, perinde atque animatá quandá intel ligentiæque participé vim, ex perside Iudza versus moueri intelligerent:tanqua viz duce vsi prz cedente ea, omnib. posthabitis reb. pone sunt sequuti.Et iam prope Iudæá,iplamque adeò Hierusalem erant, quu viæ dux stella, quò (vt equidé pu to) natiuitas ca, quæ opinioné fidéque omné supe rat, fama increbresceret, manifestaq, fieret, derepé tè disparet. Qui ergo ambigui illi de nativitate re cés nati regis ingrerent. (AbOriéte enim, dicétes, meratione sua puero adorationa honore prastiterune, i dem ibid.

lehem simul Oin Naza resh Iosephis O Mariam possessivelนี้ habuisse con icctura est. b Häc sen tentiam fequitar Epiphanius con era Alogos. c Mazi orië tales Christo onerätur. d Gesu Per Surum Magi sunt in ob fernatione re រពី (ubiimiពី impostaru, incant at ioni bus,naturalibuj; cotra riorii confen-Conibus 74cantes. Huiusmodi prestigiu quoq; vide-tur studuisse Balaam,qui à Balaac wocat' est, ve quibusdam verbis male. diceret I frae li. Ille verò: Exorietur (inquit) stel la ex lacob, C exurget homo ex 15rad, orc. Nom.24. Quapropter loco Indea quarentes, ré cordatiõe ve teris historiæ renerant, rt cognoscerent, vbi natus ef fet rex Indeoü. Bafil. in Serm.natalis Domiof Quemodo in cognitionë nati Chri fii, Magi †Fortasse ve

tò cim appa

ritione Do-

mini aduer-

esset Tirmior

Magi etiam

efficaciã soã

abolită esse

fentietes, ma

gnamą; pote State nato re

gi attestätes.

propteres mu

Saria potestas reddita

Trigesmo tertio an no regni He rodes mut ? est I e (us Trigesime quinto adue merunt ad eii Magi, & trigesimose plimo mortum eft He rodes. Epiph. contra Alogos.

Quid Ma-

Sto Servato-

re designane

rint.

era in Chri 🗡

venimus, vt congruentem illi cultu & adorationem piè persoluamus) cucta vrbs tumultu imple tur:maxime verò, qui tu regnu ibi obtinebat, He rodes \* conturbatur. Metuebat enim regno: & plurimu, ne id ei abrogarctur, solicitus erat. Itaq; Iudæorū facerdotes ad fe cõuocat, accuratiusque singula percunctatur: & potissimű, vbínam Christum apud ipsos nasciturum, prophetæ vaticinati essent,inquirit. Hic illi Bethlehem Iudææ indicat, & prophetam Michæam testem laudant, vt verbis suis sidem astruerent. Celebrat autem, laudibúsque Bethlehem ille effert, progressur inde ICraëlis ducem diuino instinctu prædicens. Túc He rodes secretis colloquiis solicité & diligenter tépus perquirit, ex quo noua illa illuxisser stella: occultéque & latéter cu Magis sermone comunicato,ire quide illos, & eu qui natus esset inquirere, quumq; inuenissent, ad se reuerti iubet : vt quum magnifico illos viatico adiutos domú suá remitteret,tű iple quoque profectus iultű recens genito regi honore præstaret. Illi igitur insidiosis Herodis verbis decepti, Hierosolymis excunt, & rur sum in stellam viæ ducem incidut:quæ ab Oriete eis præcedens,in Iudæa euntibus euanuerat. Admodu sanè læti, atque incredibili voluptate reple ti, rursum ductu illius sequutur. Postqua aute stella fupra domumculam constitit,& quasi loco firmius affixa,immota permansit, vbi scilicet & ma ter ipsa & divinissimus eius filius erant:ibi latêro quod quærebant, rectè existimantes, lógius progredi supersedent . Vt autem in domum sunt ingressi,matrem & puerum conspexerunt, in obscura, humili, & paupere casa viuentes, & in rebus omnibus ad summam parsimoniam & frugalitatem nihil reliqui facientes. At puer ipse, præter ætatem quasi exultans, & intelligens exceptioné officiúmque, quod per dextrarum porrectionem fiebat, adorationém que Magorum, & munera ité eoru agnoscendo admittebat, quæ munera Deum ipsum & regem esse declarabant, hunc siquidem aurum, illum autem thus indicabat: myrrha porrò mortem, mea causa susceptam, adumbrabat. Sedenim quum eum, pro eo atque æquum fuerat, adoratione prosequuti essent, dextréque admodű & auspicatò salutassent, & vt filium Dei & rerum omnium regem honorassent: in ipso diuersorio sibi pernoctandum esse statuerunt, tanquam fami liarem cum eo consuetudinem studiosè ambientes,& eximium quiddam ipsis(sicuti decebat)cociliare studentes. Sedenim ea ipsa noce Angelus, qui dux viæ coiu fuerat, illos oraculo admonuit, vt Herodis inuidi congressum fugerent. Ita factu, vt per aliam viam in suam reuerterentur regionem, videlicet, vt quam celerrime in Persarum re gionem doctores & nuncij tantæ rei venirent:& præterea, vt tyranni inhiberetur furor: simulq; vt iple conatum le elle, quæ perfici non pollent, intelligeret.

> Regem Deumque annuncians Thefaurus & fragrans odor Thuris Sabei, at myrrheus Puluu sepulchrum pradocet. dentisu.

> > C APYT XIIII.



N ipla quoque Magorum abitione, D loseph in somnis oraculo divino ad-monitus est, vt citra moram & cun-chationem, matre & puero receptis,

quò tyranni cædem euitaret, a celeriter in Ægyptum profugerer:ibique tam diu moraretur, donec, qui pueri anima insidiaretur, ipse animam exhalaret. Et Ioseph quidem id facit, b trienniique apud Ægyptios exilium tolerat. Nec multo pòſt, Herodes turpiter vită finit. & Ioleph rurlum diui no responso commonitus, vnà cũ matre, & supra naturæ captū genito filio,in suam revertitur e patriam Enimuerò Herodes, quu voto suo excidisset,cæptúmq; ei consiliú minus successisset,e quú vindictæ in Magos cupiditate, à quibus fibi illusum esse putabat, incensus, tum periculo regni amittendi cocitatus, cotra infantes, qui nihil ei iniuriæ intulissent, indignationé irámq; omné euomit, & aduersus natura omnem insurgit. d Bethlehemiticos ení pueros vniuersos, qui bimuli teneriorésve essent, edicto interficiendos sancit:in co muni & vniuersali innocentiŭ cæde, simul occisurum se esse eum, cui per æmulationem insidias E struebat, existimans: & lugere eiularéque omnes alios (proh hominem ab omni misericordiæ humanitatisque sensu alienu) volens, vt ipse modò metu omni leuaretur. Observauerat is certò stellæ exortű, quòd eam biennio antè à se in Perside visam Magi dixissent: atque inde coniectura acce pta, extra sensum affectionémque omnem positus, infantes contrucidauit. Quod profectò quispiam ne aduersus inanima quidem commiserit. Quippe tenellos flores conspiciens, per commise rationem ab cis excidendis se abstinerer:neg; carpere (vt ita dixerim) pergeret, quæ comprehendi non possent. Porrò eam infantiu cædem, Hieremias etiä multis antea temporibus vidit & prædixit,Rachelé inducens deplorantem liberos suos, miniméque consolatione vlla, propter immanitatem facinoris Tragici, admittentem. Deus auté, quum inhibere facile posser , ineffabili tamen ratione & consilio, per bonitaté suam, id permisit. Et Seruator quidem, ita vt dictum est, in Ægypto exulabat Filius autem Zacharix Ioanes, in cuius F natiuitate patris vox soluta est, quum prius ab illo Ioannis nomen in tabula fuisset exaratum, alterum cum dimidio annum agebat : 5 & vnà cum matre Elizabetha in spelunca quadam ad regione montanam saluus conseruabatur, fortasse Herodis sanguinariam effugiens manum. Arque inde in folis locis libéter verfari folitus, angelófq; duce vsus, in remotiores syluaru recessus secessit. h Ibi tenerioribus arborū frondiúmque summitatibus pro cibo, cameli pilis pro tegumento, pelliceáque insuper zona vtebatur: quoad vsq, inde progressus, lsraëli se exhibuit, clara essicacique voce pœnitentiam prædicans, & per baptismum homines quasi manu ducens ad Christum. Iesus auté crefcebat sapientia & gratia, atque ita quidé, vt paulatim magis magisque virtutes ex elucescerer, no tamé increment i aliquod caperét. Quum autem duodecimum iam ageret annu, ascédit simul cum matre & Iosepho Hierosolyma, festű ibi Paschæ celebraturus. Quod vbi peractu est, illi quidé reuerti, Iesus autem latenter in templo manere: & quòd præcessisse eum in comitatu putaret, domu

a Exilium paeri Christi in Agypto. b Bienny, Epiphan. Anau Christi and fexto ferèco pleto. Reditor ein( de ab exilio. d Herodu infanticidiü. Herodes Pharifaes, quia finé regni jui adef je pradixerunt, neci de dit. om vém-THE YEAR Sua cognatio nem ferro su stalit. I ofeph lib.17.capite 3.V bi innocent um quoque-cade perstringere videtur. Pheroram frattë idem renens neca wit. Augustin Cefar , qui andiffet, nquos in Syria Herodes rex Indemi intra bimatum infiit in

> ptista à primis flation ING VILA folitaria in eremo affueuit . Syluestris einsdem vita. äxpou o poõp que in Eas gelio dicitur expides, que

locust a appel

lantur.

terfici , filii

quoque eius

occisum ait:

Melins eft

Herodu effe

forcum,qua

filium. Ma-

crob,libr. 2.

Saturn,c.4.

g Ioanesba

Christ 12. in teplo Hie rosolymisa ribus legu disputat.

A ipsi ire. Sic eis ille totu triduum inuisus fuit. Postéa autem se eis,admodum fatigatis & dolétibus, exhibuit in templo sedens, & cum doctoribus legis disputans. Quibus ille, quùm propter questiones, quas nouas inueniebat, tum quòd obscura & abdita loca scripturæ declararet, admirationi fuit. Ad eum porrò quũ mater, ex affectu eo quo vnicè eum prosequebatur, diceret: Cur hoc sic, sili,fecisti, vt tantum parentibus dolorem conciliares?fic enim illa fimul eius qui putabatur esse, patris meminit: ille natiuum germanumque patrem sensim demonstrans, Oportere se (respondit) ver bis operibusque patris vacare & incumbere, atq; in illis potius quàm aliis locis versari.nihil quippe illius in terris templo esse præstatius. Sic ille tum abiir perfectam expectans ætatem: parentibus, quæ decebat, tribuens, & competentem illis subiectionem exhibens, virtutibusque divinis omnibus, operibusque mirifice pollens: nihil tamé quæ opinionem fidémque superarent, edens miraculorum, donec trigesimum expleret annum. Et de his quidem satis.

### CAPVT XV.



Erodes verò furoris sui percipiés fructus, in toto corpore di-uinitùs proueniétibus plagis af-fligitur, & malus malè perit. Hu fligitur, & malus malè perit. Hu ius regnú postea in quatuor di-

uisum est tetrarchias. Quatuor enim reliquit filios. Et Archelaus quidem Iudææ princeps constitutus est, Herodi Gallilæa attributa.Philippus porrò Ituræã & Trachonitidem regionem consequutus est:quarto verò, Lysaniæ sci licet, Abilene obtigit. Quomodo autem post iniustissimam illam cædem, diuina vindicta Herodem hunc, bellum Deo mouentem sit vlta, quasi proœmiú (quod dicitur) futurorum malorű exhibens, operæpreciú est comemorare. Atq; equidem domesticas eius calamitates, & qui ex vxore, liberis, eisque qui genere ei propinqui fuerut, accidere casus sanguinarios, cædésque nefarias, quæ omnes omniú Tragædiarú actiones loge post se relinquant, quum eas luculenter veritatis amator Iosephus in Iudaica tempor fuor historia com memorarit, in præsentia exponere tempestiuu & commodum no est. Vt verò impius ille suscepto aduersus Deum bello, diuino mulcatus flagello, ex hominibus excesserit, æquum omnino est ex eiuldem historici cognoscere verbis: qui in decimoseptimo Antiquitatu libro, vltimum vitæ eius actuita prosequitur. Herodi auté morbus etia atque etiam adaugebatur, vindictam atq; suppliciu pro flagitiis sceleribusq; eius ab eo sumente Deo.
Lentus ei inerat ignis, no tam magna contrectan tibus ostendens inflammatione, quam intrinsecus sæua efficiens vexatione. Ab hoc malo + grauis sumendi cibi proueniebat cupiditas, qué quide no licebat illi no subministrare. Accedebat intestinoru exulceratio, potissimumq; coli acres & acerbi dolores. Item inflămatio humida, & quasi pellucens in pedibus. Nec absimilis in imo vetre extabat excruciatio. Præterea & pudendorum pu tredo, vermes procreans. Ité spiritus ardua & difficilis intensio, multú molestiæ acerbitatisq; affe-

rens, gravitate & dolore respirationis, frequétiáq; D anhelitus. Insuper rigor & distensio membrorū « omnium, cum vehementia & vi intolerabili . Itaque,qui numine afflantur,divini,quiq, prædicere talia pro sapientia habent, Deum pænam à rege, ob plurima eius impia facta, sumere renunciabat. Hæc quidem eo quo diximus loco annotat Iolephus. Sedenim in secundo quoque libro belli Iudaici, persimilia ad hunc modum scribit. Corpus eius omne morbus complexus, variis admodu do loribus distinebat. Febris id affligebat no admodum vehemés, pruritus extrinsecus obtinebat intolerabilis. Erant coli cotinui dosores, in pedibus tumores tang hydropis extabant: accedebat imi ventriculi incensio, & membri pudendi putredo vermes generans. Ad hæc & directa arduáque & difficilis grauisque spiratio:conuulsionesq; mem broru omniu. adeò vt divini pæna scelerum tot " morbos esse dicerent. Ille porrò cum tot tantisq; coflictans malis, nihilominus vitá retinere conabatur:incolumitatémque speras, curationé vale- E tudinis meditabatur. Itaque Iordane transmisso, ... aquis calidis ad Callirhoen,quæ in Afphaltiten la 🛛 🚓 cum influunt, & propter dulcediné potioni com- « modæ sunt, vtebatur. Ibi quu medicis visum esset corpus eius calido oleo fouere,in labrű demissum oculos loco suo sponte motos atque solutos amisit. Qui auté frustra soluto corpore inde reuerte- « retur, tumultúsq; à famulis moueretur, plaga huiulmodi agnouit: & deinceps salute desperata, mi 🦽 litibus quinquagenas viritim dracgmas numerari,& ingente pecunia ducib.atque amicis dari iussit. Ipse porrò in reditu Hierichonté peruenit, insania iam correptus, & tantu no morti ipsi quicq 😞 minitas. Hic prioribus suis sceleribus infandu adiicit flagitium. Couocatos enim ex quoque totius « Iudææ vico inlignes præcipuós que viros, in locu qui Hippodromus dicitur, recludi iubet. Tum Sa lome forore & Alexa viro ei accitis: Scio, inquit, 😹 Iudzos propter mortem mea festos per latitiam 🐹 acturos dies. Ego autem per alior u luctu complorari,& splendidas habere exequias possum, si vos F iussis meis & dictis audientes esse voletis.b Viros hosce qui in custodiam sunt coniecti, simulatque expirauero, circufusis militibus, celerrimè cotrucidate, vt cuncta Iudza cunctzque familiz in funere meo lachryment. Et post pauca verba idem Historicus ait:Rursum verò quu +inedia tussique convultiua distincretur, doloru impaties fatalem mortem præuenire statuit: cacceptóque malo, cul trum quoque poposcit.consueuerat enim eo per resectione purgato, vesci. Deinde circumspicies, ne quis, qui eum inhiberet, adesset, dextram sustu lit,tanquam sibi ipsi eam allaturus. Insuper idem Iosephus memoriæ mandauit, quum paulo ante morte natiuu germanumq; filiu iam tertiu,quòd antea duos per cædé sustulerat, necari iussisset, eŭ confestim vitam cum magno dolore & cruciatu finiisse.

### CAPVT XPI.



Ic igitur Herodis obitus fuit, iustā pænam ab eo sumentibus iis, quas Seruatori tetenderat, insidiis: per quas & in Bethlehé nouű innocétiŭ infantum examen crudelissimè

gregios cofq; cc ros post mor di inbet, qua si mferras. " † lwdda mecc par. c Idem sibi man' affer. re voluis. Fuit is An tipater, que

ei adhuc pri

wate Doss

coniunx ge-

sperat.

a b Herode

plurimos e-

c iij

Digitized by Google

Perenti

Herodu re-

gu quatuor

fily,corumý;

Terrarchia

Herodes ifte

etiam An-

tipa dilim. Herodes PTAIRT YXOres alias. Marianem ex fratre neprim, or alteră neptino filism Simo nis Pontificis Samarisem, in matrimonio ha boit. Salome He rodu regis so C na filios A lexandrii 🕁 Ariftobuli.

parricidij a-

pud fratrens

accusanit:

quos ille pri-mum in via

cula coiectos,

emtes laqueo

deinde inno-

necari inssit. a Plage er morbi divinitis Hero. 33 + largupia ਰੌਕਾਰੀ ਜਦੇਂ ਰੋਕ... □

机场机

a Arche- A law Herodis filius, In dearexGla " firam Ar- 23 chelai Cappadocum regu filiam, Alexandri fratris sui re litlā viduā, contra leges vxorem du-6 791TH48piá zo lixácop The Td-BIKAS KPZAS c Archelai ne Gallie, rbi etiam mortum eft. » Pilatus 1u- 30 dee Préses. "

Alta, que Tub nomine Pilati adnersus Chri stum olim corcumferebantur fichi-

B

concidit. Huic autem 2 Archelaus successit filius, quod ipse etiam Euangelista dicit, quum inquit. Audiens autem Ioseph, quòd Archelaus pro Herode patre iplius regnaret,&c.Quòd enim nuper admodum ille mortem obiisset, nondum in plures ditiones regnum fuerat divilum. Consentit verò cum his etiam quem antea nominauimus scriptor, ex testamento Herodis patris, & iudicio Augusti Cæsaris, inquiens, Iudeorum regnum Ar chelaum consequutum esse: fratres autem eius b trientem quemque reliqui paterni regni obtinuisse. Atque illi suas quidem quisq; administrarunt tetrarchias.c Archelaus autem nono exacto anno, regno pulsus, Pontium Pilatu in tetrarchia sua successorem habuit, duodecimum imperante Tiberio annum: vr idiplum idem scriptor subindicat. Duodecimo Tiberij anno, inquiens, procurator Iudææ cóstitutus est Pilatus, Tiberio quàm maxime amicus atque familiaris: totosque annos decem procurationem eam, ad ipsum propè Tiberij obitum, obtinuit. Vt inde facile tit colligere, figmentum esse, quæ de actis monumentisque Pi lati contra servatorem nostrum editis sunt iactata:vtpote quum ea longo tempore posteriora reperiantur, tempúsque ipsum ante alia præcipuè mendacium redarguat. Siquidem ea ipla acta & monuméta, salutatem passionem & necem, quæ temerario ausu Christo est illara, in septimum im perantis Tiberij annum referunt: quo tempore nondum Pilatus ludææ præfuit, vt losephus ipse scribit:duodecimo scilicet demum anno eum ludæ piæfecum esse, apertè astruens. Ac de his hæc sic dica sint.

## CAPPT XVII.



Æfar autem Augustus quàm plu rimis præclarè felicitérq; gestis rebus clarus, primúlque iple Mo narcha renunciatus, prouectiore iam ætate ad oraculú Pythij Apollinis venit: & factificio om-

nium maximo quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quisna post eu Romanu admi nistraturus esset imperiu? At quu nullu ederetur resposum, alteru quoq; adiecit sacrificiu, denuoq; rogauit: Quid ita oraculu pluribus verbis vti solitum, nunc tandem obticuisset? Tum illud, parua interpolita mora, ad hunc modum respondit:

> Ποῦ, ἐβροῦσε πίλιτο μι, θιὸς μακόρισσιρ ἀνόσσωρ, ٨٥١٦٥ و من المراجع من المراجع والمناجع والماده Swides, in dictione Alizacos.

Me puer Hebrass, dinos Dem ipse gubernans, Cedere sede subet sriftemque redire sub Orcum: Aru ergo dehine tacitus abscedito nostris.

Tali responso accepto, Cæsar Romam est reuersus, batque ibi in Capitolio aram maxima extruxit, cum eiulmodi latina inscriptione: Ara primogeniti Dei. Hoc imperate, Athenienses seditione rebellionémque primum sunt moliti. Cæterum quum breui pænas excitati tumultus dedissent, à cœpto destiterut. Is quoq, Romanoru ciuiu censu acto, numeru iniit: inuenitq; miriades tredecim, bis mille & triginta septem. Sedenim quu quadra ginta tres, siue, vt aliis placet, d quadraginta septé

vnus iple Imperator fuisset, & supra septuaginta D quinque annos vitæ totius cursum produxisset, emorbo tandé oppressus, inter homines esse desiit. Quo tempore solis traditur suisse deliquiu: &fames preterea maxima, vt scilicet denariis mul tis vnus fruméti cópararetur medimus. V bi porrò ille ita vitam finiit, Tiberius priuignus eius Roma num suscepit Imperium. Sub quo quatuordecim minoris Asiæ vrbes terræmotu concidisse, memo riæ proditum est:quarum nomina sunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Mosthene, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Timus, Myrina, Cyme, Apollonia, Hyrcania, Dia, Cibyra. Tiberius porrò maximis coplis contra Persas progressus, legationibus eorum cessit, bellu soluit, & tributu eos pendere coëgit. Ac illi quidé imperata fecere. Ipse auté ab expeditione ea reuertens, Antiochia diuertit:qua splendidius magnificetiúsq; exornare constitués, muro firmo & mexpugnabili cinxit, porticus extruxit, columnis æreis, statuis, alissq; ædificiis variis exornauit. Templa quoq; Ioui, Dionysio, Castoriq, & Polluci ædificauit. Plurimáq, præterca alia illum opera ibi perfecisse ferunt. Opus quoq; eius est Iudan celebris vrbs Tiberias, & qua in Thracia est Tiberia.Expulsis autem qui Cæsarææ Cappadocum post Archelaum tyrannidem exercebant, vectigalem eam Romanis fecit. Porrò ad vrbiū rectores ac magistratus scripsit, si quid fortè eum contra leges mandare contingeret, eos id approbare & exequi, vipote per inscitiam commissum,non debere. Morem quoque illú habuit, vt non facile aut celeriter magistratus & præse-Auras mutaret, aut administrationem eis abroga ret, qui rerumpublicarum gubernationem sortiti essent. Eiusque rei quibusdam causam inquiretibus,respondit: Natura esse omnes, qui rerum administrationi presint, pecunie cupidos, plurimus; studij ad rem magis magisque augendam eos col locare. Cætcrùm îi diutius in magistratu versentur, legniores ad quæstum faciendum fieri:itidem vt muscas, quæ si longius corporu vlceribus insideant, minus graves aut molestæ fiunt, quippe sanie vlcerum ad latietatem vsque refertæ: & eum F qui vlceribus scateat, durius acceptu afflictumq; iri, si saturis ia repulsis, famelicas alias ad vulnera admittere velit. Is quoq;, vt dixi, Pontium Pilatū, pro Archelao filio Herodis, ducem, non regem, in Iudæam milit, duodecimo Imperij fui anno.

## CAPVI XVIII.



Erum enimuerò, quintum decimum annum Tiberio imperante, tertiű verd Pilato Iudzæ præ sidente, tribúsq; tetrarchis, videlicet Herode iuniore, Philippo & Lyfania, Archelai quidem

fratribus, Herodis auté filiis, ditiones suas regétibus:nec no Anna & Caipha pontificatú per vices fuas administrātibus:iuxta diuinitùs afflatű Euangelistam, verbum Domini super Ioanné Zacharıæ filium,qui trigesimű iam annum,& paulo lon gius in solitudine vixerat, factum, vt in Iudaa baptismum ponitentiæ prædicaret, ei iniunxit. Et præstò erat Ioannes: homo quidem ille aspectu primo visus, cateru mente ipsa & animo diuinus

Augu-Ecclipfu solu, & fa-

Terrametus fub Tiberio. Exiftimatur is effe, qui in paf-sione Christi accidit. Plin. lib.2. cap.84. Cornel. Tacit.libro.2. Tiberij Ca-∫aru res.

Notabila Tiberij 💇 prudens com filium.

Confilin lcieum , no temerè mută dos effe publi rum admini ftratores,

prista predi

Seditionu 🛷 rebellionie rindicate. d Quinqua Ewfeb.lib.1. hiftor. ecclef. sap.9.

Quer orace lum Delphi

cum,Christo

nato prorsus

b Ata ab

Angusto, Christo in

Capitolio col

c Exempli

locata

A prorlus atque magnificentissimus, &vt quispiam dicar, Angelus corpore assumpto, vni sincere, om ninóque vacans Deo, moribus puris, & ab omni mundana vanitate alienissimus. Non possessio illi,non alimenta aliqua erant : cæterùm innocentia sanctitasque vita, & mens nullis obnoxia affo Aionibus, animusque simplicitate ornatissimus. Nec ille hominem quenquam aut comitatum secum ducendo trahebat:at circumcirca omni omnium virtutum genere, perinde atq; satellitio plu rimo conspicuus rex, circumdatus erat. Stabat itaque ille ad omnes divinum plane os aperiens, competetem vnicuique, éamque diuinitus inspiratam doctrinam proponens,

Dostrine di

Palea sunt

epostajia.

i,qui ad deii fide fractifi-

Baptismue

Quere Chri

tus à Ioane

Perceta

do Sustalis.

baptifatus.

Ioannis.

Melléque depromens dulcem magis ore loquelam. Siquidem divitibus & opulétis, eleemosynam & misericordiam commedabat:Principibus viris & magistratibus, æquas iusticiæ proponebat leges: publicanis, tributor úmque exactoribus, ne cuipia graues essent & molesti, néve quidquam præter constitutum peterent, lenitaté subiiciebat, & clementiam: stipendia autem facientes, militiamque sectantes, ne proximos suos concuterent, artéve B & dolo malo per sycophantiam circunuenirent, sed vt quisque coru stipendio suo cotentus esset, cohortabatur. Iuuenes porrò moderationem affe dionum, & cotinentiam perturbationum docebat: senibus omnibúsque aliis mente acri valentibus, prudentiam deprædicabat, & ad vberiore eos Dei cognitionem adducebat. Postremò apertè, ne id quenquam latêret, declarans confirmabat, se premissum esse ei qui iam propè adesset, Seruatori Christo, ad occupandas quamprimum, expediendasque vias illius, pænitentiæ disciplina, & aquæ baptilmo.Illum autem iplum iamiam affutu rum, qui igne & spiritu sancto baptizaturus, atq; triticum, & eos qui inutilem & infructuosam atque adeò palearem vitam egissent, discreturus esser. Ad hunc modum præuia Verbi vox, ad se accedentes, Iordanis fluuij vndis, præcedente pecca torum confessione, immittebat, præcidaneisque expiationibus per aquam purgabat: & aduenienti illi reponebat, certoque reservabat. Quum & expectatus ipse Iesus ex Galilæa progressus, tanqua vnus è vulgo aduenit, baptismű subitutus: fortasse quidem, vt contactu suo vndam sacraret & benediceret : reuera autem, simul & baptistă ipsum diuinum attingentem verticem sanctificaret, & aquam fide subituris spiritum suum comunicaret:fidémq; faceret, mandatű à Deo esse baptismi Ioannis ministerium dudum ad iusticiā, id admit tentibus & recipiétibus datum. 2 Itaq; quum má nu eius tingitur & baptizatur, qui terra genitus esset : tum vndis abluitur ille, qui natura inuiolatus, solusque mundus & purus est, nimirum me à peccato repurgans. Sedenim huius tantæ & tam fublimis,quæq; naturam ipfam fuperet, fummiffionis & humilitatis, maximum illum naturamq; itidem supergredictem retulit honorem, quòd ei ex vndis prodeunti portæ cæli aperiutur, b & spiritus sanctus columba specie super ipsum descen dit, perpetuóque in ipso corporaliter manet. Fa-Aum id, quum propter volucris ipsius puritaté, tum quòd ca olim diluuij finé leto prædixit nuncio. Traxit quippe illa tum quoq; secu, in eum qui restimonio coprobatur è cælo fulminis sono

patris vocem, clarè & disertè, filiu hunc dilectum D & vnigenitum, volutatém que suam in hoc vno, beneplacitumque omne & benedictionem esse, promulgantem. Hicigitur Ioannes, maior omnibus ipsissimæ veritatis testimonio contratus, baptismi ministerio, ita vti decuerat, quàm optimè defunctus, sposo Christo sponsam Ecclessam decentissime amplissimeque desposauit, agnum Dei Christum voce clarissima mundi totius peccatum corpore suo, quod affectionibus deterioribus omnibus careret, tollenté: non tantum Andreæ & Petro, omnibúsque qui tum cum eo conuerlabantur, sed & toti mundo, & omnibus deinde generationibus hominum defignauit:filium illum Dei, & Deum Verbum, cælitus propter salutem omnium demissum, datorémque spiritus, & adoptionis filiorum Dei principium & fonté, omnibus illi credentibus, spectator ipse Dei annuncians. Et amicum quidem se eius, pro excelleti illius in genus humanum caritate est professus: sed ita tamen, vt œconomiæ & administrationis eius rationem ne infimam quidem & minimam, propter naturalem tenuitaté, disquisitionem in- E uenire posset.Id ille ore claro & diserto omnibus deprædicauit,& perfuadere est conatus.

> CAPVT XIX.

Vandoquidé verò decebat, qué-admodum iis qui in corporibus versantes viuût, corporalé Chri sti præsentiä prædicauerat, quo eis opus munúsq; tale omni ex parte perfectum constaret: vt ad

inferos quoque mearer,& ibi etiam animabus cõ clusis,iamiam per sidem aduenientem salutem & liberationem annunciaret:ea ipía de causa Herodem manifeste in faciem reprehendit, qui propria reiecta coniuge, (filia hec erat Arabum regis Aretæ) amoribúlque eius nuncio remillo, vanam & effætam erga Herodiade affectionem rebus omnibus anteponebat. Hanc ille, quum vxorem esse sciret fratris + Philippi, contra legis costitutionem (semé enim habebat ex fratre) & quidem eo adhuc superstite, ve Iosepho videtur, duxerat. De F illis enim hoc folis facere permittitur, qui non procreatis liberis excedut è vita: idque prouiden tia confilióque eo factum, vt fratribus femen resuscitaretur. Itaque Ioannes delictum id arguere non cessabat. Ille verò quanuis antea eum libenter audiuisset, quòd admiratione simul & veneratione dignum virum esse, compettum haberet: tamen vehementioribus Herodiadis amoribus, quibus erat captus, sermones cohortationésque eius posthabens, in custodiam hominem demisit. Is porrò, quum se breui vita excessuru videret, duos ex discipulis suis ad Iesum mittit, opinionem eorum quam de se habebant aboliturus. Maiorem enim multò Christo Ioannem esse putabant. Christus verò nihil ad interrogata respon dens:miracula cos, que virtute ipse sua ederet, Ioanni renunciare iubet. Et quum iam illi in veriore opinione confirmati essent, volens Christus & aliis circumstantibus veritatem indicare, Ioanné laudibus vehit, maximam illi tribuens dignitaté, & maiorem omnibo qui ex muliere geniti essent,

c iiij

militatu, 🔗 honorate sub misionu.

> Praclarè nere Juo fuu Etw.

The state of the s

ftum Hero. dıs adulteriö reprehendit. Herodes hic Antipas co gnominatus regnauit annii 24.

Ioannes ince

† Defuncti Tertull. Ha bentis filiam ex illa,non

Testimmin Christi de

A præstantioréme, propheta esse declarat. Deinde

assentationis suspicionem auferens, minorem

quidem se, iuxta corum opinione, maiorem ve-

rò rursus illo in regno cœlorum vocat. Posthæc

conuiuium Herodes natali suo die parat. In hoc,

cum largior compotatio, tum omnis generis de-

liciæ affuere:quibus & incestæ illius puella est su-

periducta, infractos & indecetes corporis motus

& saltationes, quum quidem & virgo esse existi-

maretur, & regis filia, in tot virorum conspectu

exhibens: rem modeltis & pudicis oculis nó tan tum ingratam prorfus, sed esfugio etiam dignam.

Sed arbor ex frudu cognoscitur. Tantz autem

impudicæ saltationis fuere illecebræ, vt,quanuis illa non posceret, Herodes tamen (proh regiam

illam munificentiam) cum ea regnum diuisum

communicare voluerit, irritandám que eam ad id duxerit. At illa, viperz soboles, à matre edocta, ré

longe maiorem, regnisque omnibus præstantio-

rem. Ioannis caput, precium omne superans, pe-

tit. Ille autem, quasi iurisiuradi religione obstri-

Aus: re autem ipla acri Herodiadis, cui latisfa cui

volebat, amore distentus, euestigiò ferro caput

Ioannis amputat: & id etiamnum cruore tabido

& puluere respersum, & lanci impositum, in con

uiuium omni luxuriæ genere diffluens,inferri iu-

bet : spectaculum conviuis quidem ipsis inamœ-

num & triste, matri verò puellæ gratum & iucun

dum. Admodum enim optauerat, quæsiueratque

caput id, quod ei, quas concupiuerat, rebus ex sen

tentia & libidine sua vti inhibebat, ita resectum

spectare: & linguam zelo & zmulatione sancta

velut cote acutioré redditam, postremò mutam

despicere. Arq; sic ille quidem est occisus: capút-

que eius longè præstantissimum, mollioris saltationis præmium, Mænadi illi & furibundæ, tan-

quam munus honorificentius datum. At ipfa Io-

annis reprehésionem quodammodo etiam post

capitis resectionem verita, coniungeréque id rur

fus reliquo corpori timens, apud le remotis arbitris, in ablituliore regiæ loco lepeliendum duxit:

truncum autem ipsum abiicere quópiam iussit.

Eum porrò solum discipuli eius furtim sublatu,

cum solenni veneratione in celebri quodam sepeliere loco. Enimuerò Iesus quum ea quæ so-

anni accidissent, audiuisset, magnum de eo conce

pit mœrorem : & nauigio confcenfo,in locis defertis verfatus est,folitariæ vitæ trāquillitate eum

dolorem solans. Ioannes igitur præter res alias,

quibus pulcherrimis pollebat, martyrio quoque

pro Christi nomine cohonestatus, cœlorum, qui-

bus dignus erat, consequutus est domicilium:tri-

ginta & duobus annis, & mensibus insoper sex,

Conninium in natali die Herodu ma gnificum,

Saltatio puella mereeritia.

Indignifima toạnnis Ædes.

En quomodo periit iufrus, quast no esset Deo dilectus

Sepultura Ioannis

Christus in folisudinem secedis.

CAPVT XX.

munere in terris suo explendo peractis.

Herodiadie mors:



Vribunda sedenim, & adultera, incestáque adeò illa, quæ quidé Herodishabebatur, reuera auté Phillippi erat coniunx, vita lon gius acta, quum prius filiam & saltatricem acerbo fato sublată

vidisset, deinde ipsa quoque decessit: futuri seculi iudicio & supplicio reservata, meras ibi quàm citissimè dininæ iræ seces, intolerabilisq; indignationis Domini calicem haustura. Filiz autem eius D (dignus enim est, qui memoriæ cómendetur) talis tuit obitus. Eundum ei quópiam brumali tem pore erat, & fluvius traiiciendus: qui quum glacie costrictus coagmentatulq; esset, pedes eum trasibat. Glacie autem rupta (idque non fine Dei numine) demergitur illa statim capitetenus:& inferioribus corporis partibus lasciniens, molliús que se mouens saltat, non in terra, sed in vadis: caput verò scelestum frigore &glacie concretum, deinde etia convulneratum, & à reliquo corpore, non ferro, sed glaciei crustis resectu, in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet:spectaculóg eo omnibus præbito, in memoriam ea quæ fecerar, spe-Cantibus reuocat. Herodem porrò ipsum non multo pòst, vindica diuina, quanuis tardior lentiórque ve plurimum esse solita, itidem prosequitur: tam immané, vt equidem puto, nefarij sceleris impuritate precipue ægre ferens. Quòd enim Herodes alieno prorfus, propter vehementem acrémque adultere amorem, ab vxore erat animo, domo eam exegit. Hæc verò tantá contumeliam non ferens, ad patré suű se contulit, (Aretam auté Arabum regem hűc fuille, suprà meminimus) & E illi tam proteruum despectum, aliàque omnia ad minimum víque recensens, vindictam tam indignæ mulierique non ferendærei petiit. Ille verò non minus suam q filie contumeliam eam esse iu dicans, contractis copiis suis omnibus, bellu Herodi infert: exercitum eius concidit, regioné omnem igni vastat, hominum vim magnam capit & abducit:omnibusque rebus ex sententia cofectis, in regnum soum redit. Atque hac quidem no solùm sacrorum Euangeliorum liber, verumetiam veritatis amans Iosephus testimonio suo confirmat, Herodiadis mentioné faciens: vt scilicet He rodes viuo adhuc fratre, cõiugem illius, opera fua ab eo abalienatam, sibi ipsi coiunxerit, in matrimoniumque & domum duxerit:eam autem que ei legibus nupta fuerat, Aretæregis Atabiæ Petræe filiam repudiauerit. Et vt propter adulteram Ioanne cæso, bellum Aretæ, taquam filia eius armorum causam præbuisset, intulerit: in quo bello vniuerlas Herodis copias contrucidatas effe com F memorat. Atq; id ita accidisse addit, propter Ioan nis temerariam & nefandam cædem.Ioanné por rò iustissimum fuisse testatur, & baptismi métionem facit: de rebus eius per omnia Euagelia con sona scribes. Refert quoque, propter Herodiadem regno Herodem excidisse: cum qua exilio quoque sit mulcatus. Exulasse autem eos Viennæ:quæ vrbs Galliis finitima, occidentem versus est sira. In decimooctauo Antiquitatum sanè li- » bro, hisce verbis de Ioanne memorat. Quibusdă » Iudzis Herodis exercitus per iustam vindictam à » Deo concisus esse visus est, ve pænas is penderet » Ioanni, qui Baptista cognominatus est. Occidit e- » nim hunc Herodes vt virum bonum, qui Iudæos » virtute exercenda, iusticia colenda, pietaté que in » Deum prestanda, ad baptismum conuenire iube- » bat. Tum demum enim gratum acceptúmq; Deo » docebat eorū fore baptilmum, li nõ tantum pec- » cata quædam per confessionem deprecarentur, » verumetiam múdiciei & puritati corporis anima » simul iusticiæ cultu repurgata, aliisque virtutibus » omnibus studerent. Valde ení oratione eius per- »

Filia isid em eins faltatricis obitus per quam acerbus pecamus, cifdem plerung: pa nas damus,

Aretas
Arabū rez
cotumeliā fi
lia fue ab
Herode per
repudiü illatam, bello
vindicat.
Iofeph.li.18

Horodes essò lio mulctatus. Iofeph. lib.19.64.7.

Iofephi de Ioanne Baptifta teftimonium. A mouebantur. Herodes sedenim eloquentiam viri, quòd hominibus persuadendis essicax esset, sur sipectam habés: & rem in desectionem euasuram timens (omnia enim de consilio Ioannis Iudæi sa curi esse videbatur) multo melius esse duxit, antequam quicqua ab eo nouatum esset, hominem occupare, & è medio tollere, quàm vt rerum mutatione sacta, tum primum in ipso tumultu & periculo pænitentia duceretur. Itaque ille, propter huiusmodi Herodis suspitionem, in custodia Ma cheruntem coniicitur, atque ibi cæditur. Hæc Iosephus.

CAPYT XXI.

Apud infe ros etiä loan nes aduëtum S aluatorio pradicanis.

Tetatio Chri

Ai indeferto.

Taque Ioannes etiam iis qui apud inferos erant, præcurior aduenit, præfentiam ibi quoq; Christi annuncians. Iesus autem diuino spiritu solus in solitudine agitur: atque ibi ocio pietatis vacans, ieiu-

nus prorsus dies noctésque quadraginta cotinuas persistit, oratione mentisque agitatione atq; con téplatione refocillatus atque cofirmatus. Quum autem naturæ congruenti affectione afficeretur, faméque percelleretur, sua sponte oppugnadum se tentatori permisit. Qui diuină aggressus'men tem & intelligentiam, mentis quoque & intelligentiæ prætextum, experiri tentaréque eam vo-lens, attulit. Atque cum tribus, essque potentissimis congressus affectibus, primum quidem, Si filius (inquit) Dei es,ita vt suspicor, iube in panes verti lapides istos. Deinde verò in pinnaculu tem pli ductum, vt se deiiciat precipit, nihilque pericu li ei rei subesse subiicit : confestim congruentem quoque prophetiá adducens. Adhæc, inanis quoque gloriæ cupiditate eum capere studet,& cucta ei regna ostédit, daturúmque se illi ea pollicetur, si procidens se adoraret:periculu scilicet faciens, exhibendæ declarandæque diuinitatis. Posteaqua autem in rebus omnibus tétatori oracula scripturæ obiiciens restitit. Sathanam à se repulit: & non modò, quas modò diximus, concertationum, sed etiam omnium aliarum incursionum oppugnationúmque illius victor descendit, humana conditione superior omniu virtutum perfectionumque diuini spiritus applausu comprobatus: atque Angelici satellitij, pro eo atque decebat, ministerio cohonestatus, solitudinem relinquit, & ad Iu dææ atque Galilææ ciuitates accedit, omnémque Israelis gentem visitans, ad pænitentiam & resipiscentia omnes cohortatur:appropinquare iam, atque adeò præsto esse regnú cœlorum, læto predicas nuncio. Atque inde initio Euangelij facto, & quasi quibusdam communis naturæ sacris primitiis primordiis quo iactis, Deus Verbu, non lon gè ab cius concionis tempore, duodecim facros deligit discipulos:quos Apostolos etiá, præcipuo quodam honore prosequés, nominat. Horu Andreas primus, vtpote à præcurlore in disciplinam cooptatus, à quo etiam de rebus Christi accuratè edoctus fuerat: & cum hoc Petrus frater, patrem, nauigium, & quicquid præterea habuerant reliquum, abiicientes, le ei coniungunt. Deinde Iacobus & Ioanes Zebedæo progeniti, quos etiam filios tonitrus cognominauit: itidem vt illi facientes, patrémq; & nauigium relinquentes, eum sequuntur. Philippus quoq; à Bethzaida, vicinam D Andreæ & Petro domum habens, hosce cosequu tus, discipulus esse iubetur. Deinceps Thomas, qui & Didymus dictus est: septimusq; Bartholomæus eum comitantur.item Mattheus, ex publicanis: & Simon Cananæus. His accedit Alphæi fi lius Iacobus: & Iudas + Iacobi germanus, qui frater Domini cognominatus est: vterque autem sponsi, Iosephi scilicet, filij fuere. Vltimus porrò & duodecimus Iudas fuit, qui & Iscariotes dictus est.Insuperverò alios quoque legit septuaginta: quos & ipsos in ciuitatem & regione omnem binos ante faciem suam, quò postea ipse iturus fuerat, dimittit. Hisce duodecim & septuagin ta Dominus in societatem arctiorem accitis atq; delectis, fidelibus vtebatur ministris, Euangelija; cooperariis: sensimque cum eis arcana, ineffabilia, deificaque prorsus comunicabat sacra, magis magisque eos ad perfectionem producens, ac no aliter atque propriis filiis vtes, omnem ciuitatem atque regionem perambulabat. Et primum quidem ad ea quæ peculiaris ei esse videbatur, Israëlis accessit gentem. Æquum quippe erat, benè at-E que benigne facere incipiétem, primum apud familiares suos benignitatis iacere fundamenta: ac sic deinceps eos quoque qui remotiores essent, in effulam atque superfluentem recipere gratiam.

nonica.
Septuaginta
item discipulorum rocatio.
Pradicatio
rtrorumque.

I acob an

iste alter est

à Iacobo Al-

phai,primus

ab Aposto-

lu Hierosoly morŭ episco-

pus creatus.

Cuius estab

epistola Ca-

C. 45.

CAPVT XXII.

Eneficétia porrò eius in sermonibus & factis omnibus egregiè est spectata. Siquidem sapiétissimum Verbum Dei sermonibus persectæ sapientiæ & sanæ intelligentiæ, nec non naturá su

intelligentiæ,nec non naturá fu peratibus spiritus vitæ legibus discipulos suos cer tò & accuratè exercebat : vt eos ad cotemplationem & cognitionem Dei, præterea ad actiones Deo placitas, imitationémque diuina adduceret, paulatim eis virtutis colores adubrás : factis verò prodigiorū & miraculorū immenforū magnitudinem cognitionis diuinæ confirmans, vt crederent, fidéque certa assentirétur à se prædicatæ veritati, persuadebat. Atque per fidem & spem per - F fectionis conceptá eos producens, ac per vtranq; conservans atque protegens, ad precipua & summam virtutem, amorem scilicet Dei, prouehebar. Enimuerò ad eum modum familiaribus auditoribus spectatoribusque suis edoctis, factisque & doctrinis per fidem, vt par erat, confirmatis, corroboratisq;,in orbem cos vniuersum mittit,animamq; rectam omnem per doctrinam eorū erudit, sibi ipsi familiariter adiungit, &,quoad eius fieri potest, deificat, + iusticiaque dignam efficir. Accuratiorem saue exactioréme, Euangelicæ do Arinæ orationem, & magnificam miraculorum Christi,& singillatim quæque exponentem com memorationem, quaternio discipulorum, eorundémq; Euangelistarű Christi, repræsentat. Aequű verò mihi videtur, hæc denuò persequi: & nó illa

quidem, quasi præsentis sint instituti aut proposi

ti, vt fusius, sed summatim tantum perstringatur, peropus esse duco : itidem vt in arte & disciplina

omni necesse est, finé & vtilitaté eius cognosce-

re, siquidem no ociose, & quasi aliud agens quis-

Disciplina Christi, qua discipulos suos erudys.

Dollrina fi. dei,spei,charitata.

Hoc est,insticia idoneă

Synopsis do Etrina Euãgelica,

Duodecino Apofeolorie electio.

Victoriam è

geli mir

Grant.

onāii An C

Finis 🕁 [co pm doctrina Christi.

F

.

N'm

Vs nos scili ces filios & heredes Dei, coh eredes Christs officist. Pracepta Emangelica co formant and ma nostra partim 18 As gindy.

Parties 18 **૧૦**μ૩.des.

BIJUMATIKÒV.

Esdem pracepta,pro se odq;, senus & partes nes , spirsens efficia singil latim era diant

Ad habits deducta efficiant, ot homo no peccet. Per virtu tem activa, ad contemplatinam est transitus.

A piam doctrinæ ei incumbere velit. Sicuti igitur in aliis, ita in hoc quoque studio, eos qui ex præscripto Euangelij vitam sibi agendam costituerunt, finé eius in primis, videlicet quæ nam vtilitas cos qui per id ad perfectionem consequendam aspirant, consequatur, scire couenit. Itaque quemadmodum doctori omni ille finis propositus est,vt discipulum, quoad eius fieri potest, disciplina comunicatione libi reddat perlimilem:itidem præceptori Christo Iesu, qui reuera summe bonus elt, costitutum scilicet est, quantum humana permittit conditio & fragilitas, vnumquenque per Euangelium ad se accedentem sibi ipsi coformare, atque ita conformatos filios suo exhibere patri, & hæredes quidem Dei, cohæredes verò per eam adoptionem quæ gratia obtigit, ipsius vuige niti & primogeniti Ielu Christi costituere. Quapropter ad hunc tam magnű & mirificum Euangelij finem,& tam insignis adoptionis honorem spectantes, vnumquodque scorsum præceptum eius ad animum adducere, & penitius perspicere debemus. Horum siquide aliqua rationalem animæ partem repurgár, longéque ignorantiá inícitiamque omnem exigentia, quicquid est in rationis nostræ cogitationibus vanitatis, abiiciunt atq; repellunt: & pro eis cognitionem Dei amantem, Deóque gratam, prudentiám que cum ratione re-&a inducunt. Quæda verò ferociores animi affe-Etus ordinant atque constituunt: incompositos enim, inobedientes & rebelles, quasi catenis con stringunt, iramque & vociferationem vehementiorem atq; deformiorem omnem, præterea blasphemia & maledictionem vel diminuentia, vel prorsus eximentia tollunt: morem verò mité & mansuctum, animumque æquum & forte, rite atque ordine omnia exequentem, substituunt. Nónulla autem, cum cura & diligentia feruata, parté animæ cupiditati obnoxiá erudientia, coponunt: stuprű, omnémy, aliam impuritaté & immundiciem,& (vt vno verbo fimpliciter dicam) omné cordis malá affe&ioné atq; pertutbationé abolét & extinguüt: puritaté verò, sobrieratem, téperan tiã, pudorem, omníq; appetitu malo carente con stantiam, denique innocentiam & múdiciem, atque omni carnis simul & spiritus cotaminatione & inquinamento vacuam castitaté introducunt. Omnia denique, aliud alium fenfum, pædagogorum more, erudiunt atque instruunt, & lingua re-Aè formant atque frenant. Omnia etia ea præcepta, per spiritum efficacia suam consequuta, ritéq; & cum iudicio in animo cocepta, alacres & viuidos exequutores eoru efficiunt, bonos scilicet & iustos, placidos simul & æquos, item misericordes & Dei amantes:&,vt summatim dicam,iniustitiam & iniquitatem quamque nos omnino ex corde eiicere,arque eas auerfari : iufticiă verò om nem & virtutem, iuxta proportionem coformationis & similitudinis ad Doctorem ipsum, exercere & meditari docent: vt deinde quum iam ad dispositione affectionémque cordis, atque adeo ad boni habitum pertigerint,& ea quantum fieri potest observarint, non amplius peccare possint: quippe ad perfectionem, quanuis humana capir, compositi atque deducti, perinde scilicet atque iple qui eis præiit rerum optimarum magilter & præceptor. Cæterum ad eum modum per effe-

Aricem cognitioné præceptorum ad perfectionem perductis, procliuis facilisque fit, per effecti cem eamvim, ad contemplatricem sublimitatem transitus. Si quis enim præcepta rectè exequédo, per timorem Domini, impler, eum ille simul diuina dulcedine & caritate dignatur.Ita is demum effectricis operum virtutis, tanquam pramium, iuxta profectus proportionem, reuelationis diuinorum mysteriorum percipit fructus. Et quas res ne audire quidem potelt, quum ab effectrice virtute ociosus abest: eas, per opera aditú sibi faciés, clarè & euidenter contemplatur. Et quæ intelligendo nó assequitur per interpretationem exposita, ab operum effectrice remotus, ea effectrice persequens ipse quam optime interpretatur, com pósque fit rerum arcanarum, & ineffabilium om nino per contemplationem:ac diuinarum scientiarum altitudinem aggressus, eas inquirit, sapien tiæque profundo libere atque sine periculo innatat.Itaq; is parabolas & ænigmata ad ædificationem discentium eodem proponit spiritu, & quasi gradus & ascélus in corde sibi per mentis acumé costruit: res obscuras, abstrusas, & abditas sapien E tiæ Dei, sancte simul & mystice contemplans. Sedenim præcepta & parabolæ Euangeliorum, quatenus ex breviter dici posfunt, in his que perstrinximus sunt sitæ.Effectores nanque operű atque contemplatores, verósque philosophos, qui Apostolicam planè vitam degédam eligant, imò fratres etiam & participes Christi, eos qui iuxta ea præcepta ad perfectioné pertingunt, efficiunt. Potrò fieri efficique non potest, vt hominis natu ra & tenuitas proprio concita motu & vi natiua, vel ad perfectionem effectricis virtutis pertingar, vel ad altitudinem contemplationum aspiret:nisi quis in intimo corde suo Saluatorem Dominu, vt Deum perfectum, arque eadem cum patre potétia & virtute, eundémque hominem perfectu, tanquam quoddam firmilsimum a fundamentű iecerit : atque eo adiutore vtens, fedulò oret, vt ei fimul & operum effectio, & arcanorum contem platio rectè succedat. Quod sanè tum quidé ipse per leiplum Dominus Ielus luis ostendit leclatoribus:deinceps verò & omnes omnium hominú nationes, per sacra Euagelia docuit, videlicer, Deu se & simul hominem perfectum esse clare & di-F ferte astruens. Id nos quoque in primis considerantes, Deum ipsum & Dominum, eundémque hominem perfectu profiteri oporter, & per præcepta eius probe instructos, ad diuina illam contendere & anhelare perfectionem.

> CAPVT XXIII.



Erum enimuero, quod perfect natura homo Dominus sit, citra tamen naturæ inquinationem & sordes, aperte astruit no uem illa mensium, qua in vtero gelfatus est, fœtura, nativitas e-

ius, educatio, baptilmus, tentationes, fames, sitis, labores, fatigationes, lachrymæ, angores, somnus, tædium,& quæcunque sunt hominum naturales & irreprehesibiles affectiones:adhec alapæ,cola phi,flagra,cotumelie,irrisiones b,sputus,sanne,lu dibria, & reliqua eiusmodi: præterea crux, claui,

BL WITHE ef, w Chri-Rii Saluato rem verame Deum,com démque vecrolu & g

a Füda

tatu affine

ģ; simul 😙

Hemplati.

eatu in Chri

Indicia cer-

ta human

Impara to ore expues fput". Laft. Indicia aper ta dininitatu in codem.

Miraculis

Christus fi-

dem dinini-

SATH (VA COR

firmanit.

+ 1914vep

±6- λίγ6.

Enangelist a

cula scriptie

ois (nut co-

A acetum, fel, lancea: postrema denique mors, funus,& sepultura. Atque hæc quidem à discipulis, tum ad confirmandam carnis eius side, sunt spe-Ctata: posteris auté ex ordine omnibus ea sacrorum Euangeliorum scripta exhibent atque repræ sentant. Itaque omnia, Seruatorem verum esse ho minem, satis indicant. Quòd verò idem perfectus Deus, extra confusionem & contaminationé om nem, (ve qui ad subsistentiam suam diuinam, humanam inseparabili modo natura susceperit, peculiarésque eius naturæ conditiones sibi proprias reddiderit, neque dedecere se quicunque illi sunt naturales & irreprehensibiles affectus putauerit) manifeltò declarat: primum expers leminis èvirgine natiuitas: & qui circa eam auditi funt,cœle-ftis & angelicę militiæ,Gloriam canentis,magnifici hymni: Itella itineris Magorum dux, horumque secretò res magnas infinuans muneratio & adoratio: præterea circa baptismum eximia Ioan nis testificatio: cáque longe sublimior, quæ cælis ápertis prorupit, paterna vox:& qui inde in colúbæ specie super ipsum descedit spiritus, voce eam in eum qui baptizabatur peculiariter trahens ha lium dilectum cœlitus intonás: & alia multa, quæ singillatim recentere prælentis operæ non elt.Sa tis porrò ea quæ dicta funt, diuinitatis eius fidem fecerint illis, qui perspicere eam &intelligere so-lide possint. Cæterum, vt crassus quoque iste & tenebris obsitus mundus illustraretur, & homines in caligine versantes immensam incredibilis & plusquam infiniti divini in genus humanum amoris lucem conspicerent, diuitiasque bonitatis eius cognoscerent, prodigiis & miraculis longè maximis edendis, fidem hominum luculétius adaugens & confirmans, magis atque magis per ea + Deus idémque homo Verbum divinitatem suam comprobauit.

CAPYT XXIIII.

TO SOME MALE

T singula quidem seorsim miracula, quibus divinitas eius est declarata, in præsentia oratione có plecti & explicare, tantum abest vt nostræ, qui & temporibus & moribus logissime ab eotú absu

mus contemplatione, sit facultatis: vt ne ipsi quidem diuini Euangelistæ, quæque singillatim, quæ viderunt, referre potuerint: perinde atque radiorum solis, & fluctuum sibi ipsis conferrim ingruentium, rationem & numerum inire omnino no est.Illis siquidem celeberrima quæque, vt quæ sidem maximè apud auditores habitura essent, comemorare satis fuit: maximam eorum partem, 9 non facilèin vulgus probabilia essent, mundóve, & qui huius studiis tenentur, crassiorique mente funt, vt crederentur, persuaderi possent, persequi supersedentibus. Huc enim referri illud arbitror: Si omnia singillarim perscribatur, ne ipsum quidem mundum recepturum esse, qui scribendi essent, libros. Proinde & nos eorum quæ ad presen tem narrationem sunt accommodata, compendiose exponendorú delectuhabito, ad reliqua instituti nostri ordine persequenda progrediemur. Quænam igitur sunt, quæ certam plenamque dininitatis lesu faciunt fidem? Aqua'in vinum solo

verbo versa: febris verbo itidem propulsata, quâ D apud Petri socrum, quâ apud Regij hominis puerum curatio: leprosorum volutate sola purgatio, claudorum item madato solo sanatio: multorum etiam à natiuitate cæcorum illuminatio: surdoru, corundémque vel difficulter vel omnino non lo quétium, linguæ simul& auditus articulata& clara expeditio:membra quæ longiore temporis spa cio soluta fuerant, ad officiú suum reducta, quùm in eo qui à quatuor baiulis ex tecto per tegulas fu nibus demissus fuerat, tum in eo quoq; qui ad pbatică Solomonis trigita & octo annos æger decubuerat:aridarŭ manuŭ laxata vincula: eorŭ qui in terram corporis inclinatione vergeret, directa restitutio:plurimorum dæmonum præsidia & ca stra vno impetu in fugă versa: lunatici morbi expiatio: fluxus sanguinis occulto fimbriæ vestis co tactu consistens: Centurionis puer expectato & iam imminéte periculo liberatus: Iairi filia à mor te reducta:multifariam variorumg, malorum spi rituum propulsatio & eiectio, atque vnà cum gre ge porcoru in vndis submersio. Iam quinque panibus, duobusq; piscibus quinquies mille viri ad satietaté vsque resecti, horumque reliquiæ duodecim cophini:ac septem rursum panibus quater mille pasti alij, & sportæ septem, quæ insigni superfuerunt miraculo: in mari no alia quàm in folido pauimeto deambulatio, nec ipsius ea tátum, verumetiam Petri Apostolorum \* principis,ipsius Iesu cohortatione suscepta: vehemétis increpatio procellæ, quæ mare pacauit, atque ex tempe state sæua ad malaciam & traquillitatem summa reduxit:hydropici venter nutu contractus, atque ad statum suum reductus: civitas quoque Naim, quæ elatum viduæ filium rediuiuum cõſpexit: atque, vt semel dicam, varij & omnis generis corporum languoris & imbecillitatis auxilium præsens & curatio.

CAPVT XXV.



Edenim diuinorum miraculorum omnium ad fide diuinitatis eius facienda potissimum, maximu, Face euidentissimum est, in montem cum discipulis ascesus ille, a corporis ad diuinæ similem

formam mutatio: cuius spectatores vt tenuibus admodum vestigiis fierent, præcipui ex discipulis, honore tanto digni reputati, obtinuerunt, Petrus, & Zebedæi filij. Orante enim eo, instar solis, multóque etiam clarius, facies eius reluxit, ac vestes perinde arque lux resplenduerunt. Ex imo autem inferorum recessu legis administer Moses apparens, & simul Helias ex occultis latebris existens, præstò fuere. V terque porrò cum eo colloquuti sunt de migratione eius per crucem, quam breui peracturus fuerat in Hierusale. Cæterum, qui per tă sublimis miraculi conspectu arcanis illius facris initiati esfent, magnitudine eius costernati, tum id quidem silentio texere, supra naturæ captum id arbitrantes esse. Quum autem postea eo maius vidissent prodigium, ipsam scilicer ex mortuis resurrectioné eius: tum demum & hoc vnà cum aliis, manifestioris certiorisque sidei faciendæ & constraindæ gratia, omnibus promul.

Potissima Servatoria vojivi miracula,

Metamorphofis & transfiguratio cius.

Resurrectio ipsico Christi amoreuis.

Racil itures

Lazari refu feitalio. girunt.Precellit porrò & illud, quod in amico La zaro, ex vico Bethania orto, Marthe & Mariæ, que ei inseruicbăt, fratre præstitit. Eo iamiam morituro, ad lesum germanæ nuncium mittunt, qui ei id fignificet, opémque eius implorer. At ille, gloriæ id sibi fore sciens, cum discipulis familiarius collo quitur, ac paulo post Lazarum obdormiuisse, lætarique le eis dixit corum caula, quòd ibi tum no affuerit. Vt verò defunctus ille quartum iam dié in sepulchro clausus iacuit, prestò adest Seruator: & quum forores multa miserabiliter cum lachry mis proloquutæ essent, ad monumétum tandem accedir, & lapidem auferre iubet. Ille autem, neruis in compage & connexione corporis diffluen tibus iam putrescebat, grauitér que olebat. Seruator porrò, quum orationi incubuillet, atq; acrius infremuisset, inuocato colitus paterno auxilio, Lazare veni foras, inclamat. Itaque defunctus, pe rinde arque viuens, & amico semper assistens, co sequitur: & sepulcralibus fasciis ligatus, celeberrimum omnibus spectaculu prodit, vinculisque eis folutus domum vadit. Multitudine autem tumul ruante, ac Pontificibus & ipsius & Lazari occidédi cossilium rationémq; quarentibus, Hierosolymis relictis, inde secedir: & finitimu, qui Ephrem dicitur, incolit locum. Ac noua quidem & supra naturam omnem posità miracula, sic se habent.

CAPVT XXVI.

Parabola Salvatoru apod Matthaum Ortasse autem non intempestiuum fuerit, oratione breui & ea que ille per parabolas loquutus est, quoad eius fieri potest, clarioris intelligentiæ causa referre. Itaque prima apud Matthæŭ

parabola est, semen, pro eo arque decebat, in terram cadens,partim trigecuplum,partim fexagecu plum, atque etiam centuplum germinans. Secunda, ager zizania superinsita habens : cui ob id, vt parceretur, dignű vilum elt. Sequitur linapis granum, in altam arborem excrescens. Et farinæ fermentum, tribus satis exceptum. Item magno coparatus ager, propter defollum ibi auri thelauru. C Preciosa ité illa margarita, quam lucri causa mercator emit. Præterea omne genus pilcium, lagena piscatoris conclusum. Postea centum ille ouium grex: & ouis vna, quæ longius inde aberrans, bono pastori seruata est. + Decem milium debitor talentorum. Operarum mercede coductio, in inæquali æqualitate ad æquitatem deducens quod videbatur iniquum. Duo filij,qui à patre vocati, & in vineam suam missi, \* ordine inuerso opus faciunt. His succedunt pessimi agricolæ, qui herili filio necem crearunt. Insuper rex magnificas filio nuptias struens, & cum conuiuis ex tempore conquisitis conuiuium celebrans. Item quinæ & prudentium & fatuarum virginum lampades, vel ardentes, vel extinca. Paterfamiliàs prudéter ser uis suis talenta dividens. Et pastor prudéter oues ad dextram & sinistram segregas. Et has quidem Matthæus habet. Marco verò quatuor tantu ex his referre, in mentem venit. Inæqualem scilicet reditum duplicis feminis: & eos qui patréfamiliàs fuadendo orant, ve zizania euellere permittat: Sinapis arborem, & vinez hzredem pessime à ser-

uis cæsum. Lucas porrò plurimas cogerit: & in- D ter reliquas, has quoque exponit. Primum, de eo qui domum super petra firmiter construit,&non in arena fundamenta iacit. De eo qui à domino p grandioris debiti remissionem magno affectus est beneficio, vnde co plus arque vehementius eum amare debuerit. Deinde viator, qui in prædones incidit, & à Samaritano curaturam obtinuit. Adhæc, is qui intempesta noce accedit, & importunitate, quod petit, impetrat. Item pater puero cogenti, non tes malas, vt lapidem, aut scor pionem, tribuens. Præterea spiritus malignus do mum scopis purgatam inueniens, & in eam cum aliis septem immigrans, prioribúsque deteriora faciens. Obserua mihi & seruum, qui ex nupriis dominum redeuntem expectat. Nec minus & ficum, quæ tertium iam annu stercorationem admiserat : quòd autem fructum non tulerit, ab agricola excisa sit. Alteram item sicum sterilitatis ergò exarescentem. Insuper mulierem scopis domum purgantem, & ob drachmæ inuentionem vicinas vocantem, maiorémque in modum gaudentem. Est præterea luxu perditus filius com E miserantem patrem complexus, adoptionémque paternam præter spem & opinionem consequutus. Dispensator item bonæ laudatæque iniquitatis, qui singulari prouidaque solertia, aliam gratiam sibi ex debitis pecuniis paravit. Pauper quoque Lazarus, viceribus scatens: immisericorsque rursus diues, in media camini flamma aquæ rorem petens. Insuper publicanus, pectus summisso atque humili animo plangens,& cœlum suspi ciens: Pharisæus ediuerso, vano tumore sublatus, humi decides. Minarum distributio in decem ser uos facta. Atque in his quidem parabolæ consistunt. Cum quibus ille & alia quædam per obscu ram infinuatione implicuit, vetus & nouum testamentum significans, & simul futuri regniabsolutam persectione, simul incrementum doctinæ & prædicationis optimè per ea adumbrás:tan tisper dum impersecti ctiamnum, nec dum absolutioribus sacris satis initiati essent discipuli.

## CAPVT XXVII.



Einceps, quum triénalis temporis filij Dei í terris, doctrina íva promulganda, cóueríatio finem ívum haberet, oporterét que ipívum pro eo at que à mundi constitutione præfinitum constitu-

túmque, atque oraculis sanctarum scripturarum prædictum suerat, vitam suam pro mundi vita & salute ponere, necnon per mortem ad inferosdescendere, vt dignos idoneósque, qui videlicet constanter in side perseuerassent, in vitam, ipsumque adeò paradisum, tanquam princeps & autor vitæ æternæ reduceret: quúmque eius rei gratia summum Dei Verbum iam persecisset omnia, ac discipulis suis læto significasser nuncio, appropinquare regnum cælorum: à Satana quoque captis libertatem, essque quorum animi tenebris obsuscati atque incredulitate deprauati essent, ingens lumen assurum annunciasset, ad prædicandum annum Domini acceptum, & diem retributionis, consolationem vertisses de la constante de praus diem retributionis, consolationem vertisses de la constante de la co

Descensive Christi ad inserve.

Somma pra dicationu Enangelica

ApadMar

\* innaanyui

In domo Si. onis Lepro fi Christ wa à Maria ynguento inum Simonia Lazaripater Atribus **mali**eribus Christos vo-Etus eft. Vu de non ulli da Elores, tres Marias faciunt. Triumphalis Christi in vr B bem Hierofolymitanä ingre∬us. \* ésidiov ⊤1 pito Kibik.

COVILS.

\* Stonark-Ace, Eijcit è tem plo Hierosolymu emëtes & rendites Christus,

Ficus infru-Eluofa ad vo cem Chrifti arefcens. De pomo fici primi pa ventes nostri gustarunt. Ide Chri stand Chri s

cris mysteriisque suis imbuerat, accedit ad Bethaniam vicum, qui Hierosolymis ad stadia maximè quindecim abest. Ibi eum Simon leprosus hospitio excipit, quem apocryphi libri patrem La zari fuisse aperte tradunt. Apud hunc, quum cibum caperet, conuiuam simul, quem non ita pridem in vitam restituisset, Lazarum habuit. Ibi quoque Lazari soror Maria humaniter excepto lesu, tanquam Deo, propter rediuiuam restitutionem fratris, vnguento precioso caput eius im buit. Quemadmodum scilicet & alia antehac circiter medium predicationis tempus:atque iterum alia mulier quæ vitam meretricio quæstu to lerauerat, paulo ante passionem extra Hierosolyma vnguento ingentis ponderis & precij, pedes lesu lauit, sepulturæ adumbrans & repræsen tans mysterium. Quæ sane mulier, quibus multos in perditionis attraxerar lubricitatem, capillis, tanquam spongiis, pedes eius extersit: vnguen túmque lachrymis miscens, graui peccatorum est catena liberata. Deinde, vt competentem debitumque finem scripturæ de eo proditæ haberent, pullo subiugalis iumenti, qui thronis Cherubin vehitur, insidens, patentibus portis Hierosolyma ingreditur. Ibi multitudo \* honorem eum qui ex itinere aduenientibus debetur, depro perans, quasi cuidam præstanti, hominémque superanti, reueráque Domino & Regi, carmina publicitus canit. Puerorum præterea tenerorum cateruæ circa eum congregantur, divinos pæanas & victoriæ carmina accinentes: atque ex his alij vestimenta humi sternunt, alij olearum & palmarum ramos frangentes, partim pedibus eius subiiciunt, partim manibus quatientes, magnificis ei applaudunt apprecationibus, perinde atque triumphatori & victori cuiquam: Ofanna, dicentes, filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis. Atque ita vociferabantur longiùs eum producentes, donec cum laude & gloria in templum est ingressus. Vnde ille \* rerum sacrarum núdinatores, sanctarúmque cæremoniarum & mysteriorum deprauatores, flagello, cum libertate plurima ac potestate maxima, ad inuidiam vsque,& furibundam illam eorum insania, expellens, sceleratos & impios euertit. Iræ deinde cedens (iam enim in cædem eius ruebant, tanquam mundum ipsum post eum euntem conspicati) Hierosolymis Seruator precationis ergò egreditur.. Postea verò, interposita aliqua tempo ris mora, eò reuertens (manè tum erat) quum fames ei incessisset, quod scilicet proprium humanæ conditionis erat, ad quandam divertit ficum: cui quum nullus inesset fructus, vitima statim ei per execrationem imprecatur, vipote quæ autor primum & dux transgressionis fuerit. Atque il-la humore protinus omni prorsus exarescente, arida omnib exhibetur. Quod sanè in co spectatissimum omnibus modis divinitatis opus fuit. Etenim, sicuti naturalis simul & hominis &idem Dei voluntas, ita simul & hominis & Dei efficacia atq; actio, in ipso eodem cospiciebatur. Vtraque nanque natura, que propria ei essent, simul& volebat & efficiebat, cum alterius naturæ scilicet comunicatione. Neg; enim seorsim & absq; co-

A rò lugentibus in Sion: receptis secum, quos sa-

municatione, vtraq; natura natiua & propria mu nia faciebat: verùm & divinitas cum humanitate, D & rursum humanitas cum ipsa diumitate, quæ cu iusque essent officij, supra naturæ captum efficiebant. Siquide quemadmodu propria diuinæ sublimitatismunera filio hominis + cómunicata:itidé rursum naturales hominis imbecillitates Deo Verbo manifestė,per quandã quasi remunerationem redditæ \* sunt, propter cam quæ per subsistentia est vnionem. Fortasse autem sicus ista exarescens, inuolucro quoda synagogæ Iudæorú sterilitate, ferendorumque fructuu inopiam expressit. Et profecto omnis anima rationalis incredulitati & diffidentiæ in Christum obnoxia, etiamsi legibus literæ tanquá foliis admodum florere exi stimetur: tamen si lege fidei in Christum qua illa maxime nutritur & fouetur, excidat, longe à benedictione Dei dissita, exarescit.

## CAPPT XXVIII.

Vb hæc cæna paratur in domo, vt aiunt, Ioannis Euagelistę: quam ille, possessione sua (non exigua auté ea fuit) in Galilæa Caiphæ, eius tempo ris Iudææ Pontifici vendita, (cuius possessione sua (non exigua auté ea E gratia etiam illi notus extitit, sicuti ipse alicubi sacro suo testimonio astruit) in locis circum Sion mõtem litis cõparauerat.Ibi igitur dilcipuli apud hominem certum, priusqua Azymorum instaret dies,ita vt illis mádatum præscriptúmque fucrat, legis palcha instruunt. Veruenimuerò, quumperopus ester, parasceues die ad vesperam, vt lex præcipit, agnum immolari: nihilominus tamé eo verum agnum qui iamiam pro nobis pascha immolandus erat in cruce, pręueniti, & typu imaginémque legalis paschatis coplere, circiter quintæ diei vesperam oportebat. Opinio sanè obtinet, quùm multis aliis, tum Chrisostomo præcipuè compro bata, irrationalé tum agnú primum, itavt par erat. Christă că discipulis omnino edisse: Deinde quă ad mystică arcanăq; illam cœnă cosedisset, parua interpolita mora confurrexille, vestimenta (vtpo te qua eum fortalle grauarét,& in ministerio obeundo impedirent) statim deposuisse, linteum sibi circücinxisse, atque ita próptè & alacriter discipu F lorū pedes lauisse:vt simul & nouž summissionis atque humanitatis ostenderet sublimationem,& per symbolum atque signum ipsis propriè copetere métis corporisque expiatione & purgationem declararet. Insuper verò illud eis innues, pedes corum ad profectioné in gentes, aptos atque idoneos este. Adhæc, obscurè etiam, divinorum pedum, pacem læta prædicatione annúciantium, pulchritudinem infinuãs. Quum verò rurfum di scubuisser, myslicum tradidisse sacrificiú horrendorum simul & viuificorū nostorū mysteriorum pane + fermentato, & vino ex vite expresso. Eaque quum per gratiarum actionem & sanctifi cationem benedixisset, discipulis dedisse. & quu verè corpus & sanguiné suum esse, quali fide sua interpolita, confirmallet : accipere & participare eos illa, quippe 🖈 nulla re à diuina carne sua. discrepantia, iussisse : atque id, ad eundem modu, in futurú deinceps fidelibus faciendű, ad fincerá

euidétémq; sui memoriam, per manus tradidisse.

† μιζαθίδοται.
\* ἀντιθίδο.
Ται.
Ficsu ista
exarefics ey
infructuofa,
Synagoga'
floretu quide
fed fterdu,ty
pus eft.

Ioann Buagelift a dom? Hierofolymn.

Extrema Pa Schalu Chri-Sti cæna,

Verm agn<sup>o</sup> Pascha,

In ea cæna primim lega le pascha edstur.

Pedes discipulorum lanantura

Lotionis cine mysterium .

Pascha verü in Eucharistia exhibetur.

† lv ζύμω Ze τω, hoc sic re ab homine Grace disti

\* دهید پیمانی دیم طبحه ورز. هم دهودلم و ره چنودلم

...

NIC.

Itaque quum quibus oportuit cœlestibus mysticisque sermonibus conuiuas sodalesque suos instituisset, nouasque & arcanas res proloquutus
esser, aduentumque Spiritus, qui à Patre (filioque)
procedit, secretiore ac sanctiore modo eis spopondisset, nouu denique postremò omniu testamentu exposuisset, in Getsemani agrum oraturus vna cum illis egreditur. Atque ibi humanam
imbecillitatem declarans, precatione, siquidem
Patri ita visum esset, vrab eo mortis poculu abiret, deprecatur. Discipuli sanè grauedine somni
pressi, segnes admodum esse, « quomodocuque
vbi sors tulit, concidentes, quisque obdormire,
ipse verò magister eos reprehendens obiurgare,
& præcipuè Petrum, aliis feruentiore acriorémq,

CAPFT XXIX.

Cire autem conuenit, diuinam

scripturam innuere, Seruatorem

& qui constanter se in periculis perstiturum esse

fuisser pollicitus.

Intra quod B
tempus Salmator doctri
na sua cursum pergerit

Christus in

horto ad Get

Semani pra-

dium orat.

Cafaris pcuratores p fua libidina & auaritia facerdotium conferebant. Eutrop.li.1. eap.12.

† Alÿ legüt Iabi fil, Iofaph.li.18. sap.7.

Aliplum omnem doctrinæ luæ cur Sum sub Anna & Caipha pontificibus absoluisse: quandoquide intra istoru Pontificatus rerumque administrationis annos, totum Iesu doctrinæ tempus ad finem suu petuenit. Initium enim docendi Annæ pontificatu fecit,& munus id vsque ad Caiphæ administrationem cossummauitb. Tempus autem doctrinæ Seruatoris omne non totum expleuit quadriennium. Quum enim con stitutiones legis paulatim solutæ interirent, præter alia etiam is qui ex maiorum successione per sanctioris vitæ mores excellebat Dei cultus, sacrúmque ministeriu collapsum intercidit. A ducibus enim & præsidibus, qui temporibus quisq; suis Roma mittebantur, aliàs alij ministerium sacrum pecunia comparantes, non vno longius anno in eo perseuerabant. Quòd autem id verum sit, teste losepho vtar, qui post Annam quatuor per successionem pontifices vsque ad Caipham fuisse, in Antiquitatibus suis hisce verbis prodit: Valerius Gratus Anano pontificatu abrogato,Ifmaëlum pontificem creat, + Phabi filium. Sed & huic quum paulo pôst dignitatem eá ademisset, Eleazarum Anani pontificis filium potificem designat. Anno porrò exacto, & isto quoq; à pon tificatu reiecto, Simoni Camithi filio sacram administrationem tradit. Verùm & huic honorem eum obtinenti, non annuo longius tempus fuit: cui Iosephus, qui & Caiphas dictus est, successit. Ex his igitur consequitur, non prorsus quadriennij integri Seruatoris nostri doctrinæ fuisse tem pus, quum quatuor annis quatuor pontifices, ab Anna víque ad Caiphæ ordinem & creationem, annuo functi sint ministerio. Caipham verò ip. sum Pontificem eius anni, in quem salutifera incidit passio, fuisse, scripta Euangelica attestantur. Vnde & hæcilli, de tempore Christi doctrinæ, quæ modò proposita est, consona esse obseruatio, liquidò ostenditur.

d De quadrienny istius observatione Nicephorus Euseh lib.1.cap.
10.est imitatus.Verü ea cü 18.c.huius lib.3.& cü Luc. nö cönenit.
Et Valerius Gratus ante annos serè x.priusqua Pilatus Roma
in Iudaam prases missus est puincia eius prasectus suit. Quid verò
eade tépore Hicrosolymis Gratus saccret, quü ibi corū obtineres a

ministrationem Pilat. Dealio itaq: tempore, Iosephi verba ista sunt D accipieda. Et autori èpsi in ca.18.atq: pracipue Luc.c.3.hac in resides habenda. Hoc esiam declarat ca.4.lib. 2.insià.

CAPVT XXX



B hoc ipfo Caipha, & improbo feribarum confilio corruptus lu das Ifeariotes, & quafi morbo auariciæ correptus, qui dicendorum tacédorúmque ac rerú præterea omniú cum reliquis difeipu

lis particeps à Seruatore factus, fuerat, quu alienu seipsum & expertem diuinæ gratiæ, per excellen tem malignitatem suam reddidisset, post lotioné ipsam, arque \* arcanorum + sacroru initiationem, vitalém que ip sum panem, viuus etiam dum in potestatem inimici captus peruenit, cui se antea quoq; voluntatis animique destinatione dediderat 4. Itaque ab apostolorum choro seiuncus, quæ cum scribis & pharisæis inierat pacta conuenta adimplet. Cohorte enim cum tribuno & multitudine ea quæ rapinis & latrociniis gaudet, adducta, quibus quidem laternæ & faces accensæ & fustes in manibus erant, osculo Dominum prodit, & abit. At ille captus, vt ouis in- E nocens ad mortem fertur. Neque enim contentionem vllam subindicans, neque percussorum impetum ægreferens, placido quietóque animo trahentes sequebatur. Necidille tantum præstitit, sed & feruidiorem discipulis aliis Petrum, qui gladium strinxerat, obiurgat, ferrum in loculos suos reponere iubet: tum autem Pontificis serui, cui Malchi nomen erat, resectam aurem restituit: non inopia aut imbecillitate hæc se pati, quippe cui legiones quamplurimæ auxiliares, si vellet, præsto essent, sed arbitrio alterius ea permittere: & superari in præsentia, vt quæ in scripturis essent constituta, legitimum debitumque caperent finem, testatus. Sic itaque abductus ad Annam primum: deinde ad Caipham, qui eius anni Pontificatum sortitus fuerat, ducitur. Atque ibi iureiurando obstringitur, vt profiteretur an ipse sit expectatus ille Christus. Vt autem quod verum erat, Pontifex audiuit (non grauatè enim Christus se Dei silium esse profitebatur) confestim vestem discindit, impium atque bla- F sphemum vocat, dignúmque morte præiudicat. His à Pontifice dictis, in caput ei plagæ impinguntur, facies conspuitur, atque per noctem totam omni ludibrij genere per vinum & temulentiam importunorum hominum, probrisque & contumeliis afficitur. Porrò autem quum illuxit, manibus eum vinctis ad Pilatum ducut. Et iam dies erat,pręfésq; pro tribunali cofederat.Ibi Iudæi tanqua rabie agitati, eum circunsistunt, con uiciisque proscindunt: ille contrà silentio & placabilitate corum obturat & refellit accusatione. Pilatus verò tam acerbum, ab omníq; humanitate alienum latratum eorum audiens, quænam eius causa esset, rogat. Seruator autem eum responso non dignatur. Interim clamor, ad crucem eŭ codemnandu esse, minaci horribiliq; voce de-

Augustinus apostolos reliquos in cæna Dominica panem Dominum, Iudam vero panem Dominic contra Dominum sum-psisse, scribit. In Ioan. trast. 59. Si Dominus hoc (Eucharistiam) quod isti cauendum putant, vellet intelligi, no ipse suo traditori dedisti quod in suam ille perniciem, sine culpa dantu, cum dignu indignus accepit. Id. lib. I. de adult. coning. ad Polleut. cap. 27.

t meik tie poseip ngi tie Catalia ägTov.

Indas Ifcariotes Chri flum prodit.

Christus capitus

evasiriilai.

A Caipha dänatm

₩ĸęŧwiū Tię,

Apua Pilatum.

D

CAPVT XXXI.

Ad Herode mistitur. عن اوشاه د مع AMAYOU iy-RAMMATI. Maieltasis leja.

ad flagra. Ad Supplicium crucu ducitur. e Crucifigid Inter feele TALOS TEPHLA ter. Iesus verbis Dei incarna swas suspens-swas est swper lignum. Iren. Pericula ve rò Deo ftasais (ni reallis fuit Tertull. \*Felle & 4:0 to bold: ur. Moritur. Latus eius perforatur. Tertullisnu in Apo logetico,cap. 21 de Pasio ne or morte Christi: Po-∫tremò ,in⊸ quit, oblatib Pontio Pila so,Syriam इबंद स्त्र भूगाte Romana pcuranti pri mores Indao rum violensia suffragio TH in CTUCE ID I efum dedi fibi extorfe-Predixeras 🖝 ipfe ita fallures. Pa ru bec fi no & propheta restù aisso. Tame suffipartie illine **ppria** ostēdie ซีเฐทเล. Nã Spirită cum ubo sponte dimifis prasis officio. to dies , mediii orbe signan, A poscentium, exaudiebatur. Ille auté, qu'um à coniuge sua Procle per internuncium, ne quid aduersi contra homine iustum decerneret, admonitus, tum sua ipse cóscientia perculsus, absoluere eum contendit:nihil enim capitalis afferebatur criminis. Sedenim ad Herode, qui tum Hierosolymis diuersabatur, eŭ mittit: vt ille anquireret, si quid capitali supplicio dignum comisisset. Vt verò ne ille quidem quicqua inuenit, apud Pilatum rurfus sistitur. Tum illi crimen ei + capitis intendut, tan quam regem feipfum costituerit: & Pilatú ad absoluédú propensum, contra Cesaris amicitiam sa Aurum, si eum dimitteret, dicunt. Quod vbi Pilatus audiuit, metuens ne mala à Tiberio initet gra tiam, proindéque prefecturæ dignitate excideret: atq; honorem retinendi, hominibusque placendi studio victus, flagellum de collo eius supendir, & făguinariis carnificibus flagellădum permittit. Et iam rurlus in prætorio Saluator erat : multitudóque & vilissimi quique ex plebe, impunitaté sibi quodcuque vellent aduersus eum faciedi, sumpse rant. Ibi ex impuris illis quida vestimenta ci detra hunt, atque chlamydé coccineam in moré purpu ræ circudat a. Præterea corona spinea caput eius tang regis coronant, & arundiné sceptri loco in manib.reponunt.nonulli genib.flexisadorationé gestu ei offerunt, Aue rex Iudzoru, cum risu cotu melioso ingerétes. Aliqui arundine caput pulsantes, plausum addunt. Erant qui colaphis maxillas eius cedétes, irrisionémque naso per sannas suspé so iungentes, quærerent, Vaticinare Christe, quis est qui te percussit b? Postea suis ipsum vestib.rur sum indutum, cruce in humeros tollere iubet,& extra portă producunt c. Postea qutem ad Caluariæ locu est ventum, ibi crux copingitur, Seruator in ea sustollitur, clauis affigitur, & à prætereutibus plurimis couiciis exagitatur. Vt verò malefi cus cria existimaretur esse, duos latrones ad parté vtranque codem supplicij genere torquent. Titu lus porrò supra caput eius positus, condemnationis causam triplici literarum genere indicabat d. Ex prædonib. verò alter, ipsum qui sic codemnatus esset, Deum professus, paradisum rapit, eumq; per vim ingreditur:alter auté, vt blasphemus despicitur. Caterum quum omnia iam cosummata essent, Sitio, inquit. illi potrò ad malitia celeres , acetum felle mixtű cőfestim afferűt:quibus olim in locis aridis siti pressis, petra fonté prouoluens, aqua sumministrauerat. \* Et fel præbet, qui mel antiquitus suxerant f.Postremò, quum voce magna conclamasset,& in manus Patri spiritum comendans depoluisset, vită finit. Et corpusmortuu aliquandiu ita pendebat: quu ex militibus quidă, Iudzorum genti gratificaturus g, latus eius lancea perforat: ex quo vulnere sanguis & aqua, præter opinionem omnem, profluxir. Quum verò metu homicidarum omnes profugissent, sola ibi aderat mater, & qué diligebat discipulus, qui omnia que vel ante vel post mortem eius gesta essent, oculis ipsi suis spectarunt: sanguinémque & aquam è la tere eius, quasi adhuc viuentis, recens profluenté, religiosè simul & honorificè admodum vasculo exceperunt. Deinde & Deipara mater, discipuli mater dicirur: cui à se multum amato filius cam commendans, ve pietatem quam parentibus debent liberi, ei præstaret, iniunxerat,



Nimuero anectiones experpersiones, quas diximus, Christo nó vt puro homini, sed vt Deo, eidémque homini carne accidêre h. At quæcunque supra hu manæ natuæ conditionem, & Nimuerò affectiones & perpes-

ante mortem, & post depositionem de cruce,sepulturamque iplam magnifice, vt Deum decer, in eo euenere, citra controuersiá, certò & euiden ter ipsius declarant diuinitatem. Quænam verò ea lunt? Tenebræ denlæ, & propè contrectabiles, à sexta vsque ad horam nonam. Sol 1 non ordine aut ratione naturæ, sed quòd creatori copateretur, per deliquium extinctus, & rursum rélucens: terræmotus immanis, petræ ruptæ, tépli velű scissum, monuméta aperta, & mortui è sepul cris exilientes: multisque sibi notis, qui scilicet di gni atq; idonei visi fuerant, manifestò apparetes: nec no resurrectioné eius, qui eos excitauerat, cer tissimè coprobates \*. Ipse esim iusticia sol Chri stus, anima sola per mortem à corpore \* segre-E gata, apud inferos iustorum animis præstò fuit:& dux itineris ad paradisum feretis præijt, lucis prin ceps viæque ductor eis perinde atque latroni factus. Eadem nanque die, ac potius eadem hora ab inferis rediit:vt quidem quum alij nonnulli,tum is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accuratius certiusque exposuere. Nec enim rationi consonum erat, animam eius apud inferos retineri: qui nihil prorsus à primi parentis maledi-Aione & exitio secu attulisser 2. Subitò verò, &, vt ita dicam, fulgetri celeritate, dignos atque idoneos, luce summè coruscantis Deitatis illustrans, ac immésa potentia ex caliginosis illis, soléque ca rentibus latebris reducens: & principibus ibi tenebrarum, ducibusque malorum, diuinæ potesta tis splendore, & angelicarum cohortium militia quasi obtritis, + nullo tempore, & labore nullo, atque (vt semel dică) eo qui solum Deum decet modo, in momento vno, ad sacra immensaque luce relucetia paradisi ≯ tabernacula tradu xit, cáque tabernacula, perinde atque quosdá arrabones & primitias earum quæ in cœlis aliquan- F

te sole, sub ducta est. Deliquium vique puta verunt,qui id quoque su per Christo pradicatum non scierunt. Et tamen eñ mūdi calum relatum in archini vestru habetu, erc.

h Dinina p digia in pajfione Christi exhibita. i Defect ifte solu mirabi lu crat & paigiofus. Augusti. k Defeen fue eius ad inse-

Piarum ani marum in Paradilum reductio.

t exclusion exterios. Paradifus, Sanctarii ani marumante resurrectione fedes.

\* Quid fecit Christi passio? quid fecit mors? nist corpus ab anima se paramt, animam verò à verbo non separamit. Aug. super 10.trast. 47. Christo Domino omnia tradita sunt, et posestas in celo es in terra, à Patre videlicet. Tuen verò tradica est duta, cum Verbum ca ro factum est. Ve quemadmodum in calu primas (τλ. πρωτθα) habuit verbum Dei, sie & m terrie primae obtineret ve home instue, qui peccatum uon fecit, nec inventus est dolus in ore eius : pri-mus quoque eorum que sub terra sunt serret, Primogenitus ipse mortuorum sactus, re riderent omnia regem suum, & in carnem Domini incurreret paterna lux, & à carne eins plendida veniret in nos, at fit demum veniret homo in incorruptibilitatem lumine pa terno circundatus.Irmaus libro quarto cap. 37. Hic ridere est cau-fam descensus Christi ad inseres, & finctum primogenitura eine ex mortuis.

\* Prophe:icum quoque (nemontov) adest Abrae.id est prophe-tarum domicilium, & dignam habitationem vnaqueque gens per-cipte, etiam ante indicium. Irenaue libro secundo, cap. 64. Cur-non capiat (lublice la simulo Abrae dici temporale aliquod anmarum recept aculum, in que iam delinietur futuri imago ac candida quadam reriusque indicij prospiciatur. Tertullianus adversus Marsum,libro 4.

d ij

do, post communem scilicet illa resurrectionem omnium, condignis atque idoneis paratæ sunt, mansionum, sempiternorumque hærediorum, ita vt pat erat, eis donauit. Et quemadmodum nu da anima nudis apud inferos animabus, eo quo di ctum est modo, Saluator vespertina parasceues dici hora præsens affuit, resurrectionémque quodamodo subindicanit: sic rursum tertia post die, quum profundum etiamnumvna sabbatorú esset diluculum, at sol quidem tum circa paradisum in Edem oriretur, altioráque & sublimiora montiű iuga attingeret: circa nostrum autem horizotem septima, vt sic dicam, aut etiam octaua obtineret hora nocturna, + cum vitæ principe, Deo simili, animato, & purè intellectuali corpore ex sepulcro prodiens, ita vt antea prænunciauerat, resur-

> CAPVI XXXII.

rexit.

Tque equidéDeus iple, idémque homo, non in angulo aut occulto quopiam loco,non etiam obscuro vel tempore vel modo, est defunctus: sed in ligno sublime

The imaia-T0.

† 780 TIALO

Resurrectio

† μιπα ζωας

ngi Broff ge

Bufixo Th

القادم ومقا

SELETO.

Alors Chri-

B

sti illestris.

xix3 dire

Christi.

Sepultura item magni

Certi refor-

Quyr refur. rectio Salua toruno perin de ve mors eius, aperta e manife sta fuerit om

Quibus post resurrections apparverit.

fublatus, gentibus fimul & Iudæis spectantibus, & quidem in loco atque die celebri & insigni festi Paschæ, + vită finiit. Nec minus sepulcrum magnificum illi fuit : hominis quippe opulenti, & nouum, nupérque adeò in la pide excilum. Quale & funus, ipsaque sepultura fuit. Aloë siquide & myrrha admodum comista, corpus mortuum sindone & linteis exceptum co plectebantur : atque arctissime cotinentes vsque adeò constringebant, vt omnia ea corpus vnum esse existimarentur: quòd quouis glutine ca quæ diximus aromata, cuicunque iungatur rei, arctius potentiúsque cam constringere possint. Et quéadmodum mors & sepultura Christi irrefragabilem in conspicuo peractæ loco fidem sunt conse quutæ: itidem sanè consequens erat, decebátque resurrectionem eius, ad sidem faciendam, certum quiddam absolutumque habere, vt omnibus mo dis firmam indubitatamq; dignis & idoneis persuasionem credulitatémque astrueret. Itaq; qui substantiam nostram, excepto peccato, susceperar, viuificas & salutares perpessiones in conspectu omniu sustinuit, ita vt recesuimus. Cæterum vitalé triduanámo; ex mortuis refurrectione sua, no oibus prophanis simul & facris codem modo perspiciendam permisit : p nec æquum, nec sublimis, divini, & iusti iudicij Dei esse creditum sir, impuris ingratisque oculistalia committere, & peruersitati cordis in periculum & experientiam rursum sanctum Israelis tradere, vt in ancipiti du biáque consistentes opinione, que admodum etia antea, & in cogitationibus variantibus non rectu adhibentes iudicium, eum reprobatent atque repudiarent. Illis verò qui mentem rectam & cor quàm maxime purum obtinerent, claram, & ab omni ancipiti dubitatione alienam resurrectionem suam exhibuit, fidéque certa comprobauit: primum quidem à matre & reliquis conspectus mulierib, deinde à delectis discipulis, aliàs aliis, p dies quadragitavilus, ac verbis nouis atq; infolitis, simulque signis & prodigiis natura superantibus, omnem illis (quantum fieri potuit) soluens atque

adimés resurrectionis ambiguitatem. No his au- D tem solis, sed aliis quoque miraculis sepulcrum consequutis, sidé resurrectionis suz confirmavit. Quæ verò ea sint,agedum dicamus.Primùm,sigil lum sepulcro impressum, quod intactum perman sit: & custodia militaris illa, & genere alienigena, quæ in propinquo figillú id observabat.Præterea ingens ille lapis ad os-sepulcri appositus, qui inde deflués, ac potius manu & robore angeli deuolu tus, (quod sanè in his omnibo opinionem omné excellit) ne iple quidem vel minimu fignum suu corrupit. Traditum enim nobis est ab antiquis, lu deos lapidé eum qui in salutiferu illud sepulcrum pro operculo positus fuerar, ad summu monumé ti labru, petràmque infernè illi se coiungente, fer ramentis quibusdă fabrili lapicidarum arte perfo rasse, ferrumque ingens à fabro ex propinquo acceptu, per vtruque foramen immilisse, & in circi sine annuli formă circumegisse: atque ita firmiter capitibus cómissis, omni ex parte quasivinculum circuduxisse, vt lapis, qualicuque modo, loco suo reuelli, aut saltem ratione aliqua moueri (nisi arte quapiă & vi adhibita, necellariò aut ferru con- 📙 . fringeretur, aut petra perrumperetur) no potuerit. Atque ad hune modų cum magna cura, atque etia signo appresso, quum sepulcrum sirmissimè comunissent, custodia insuper copeteti adhibita, eos abiisse. Quapropter, quum nihil prorsus designis illis motu mutatumve esset,& lapis + absq; fragore & sonitu inde defluxisset, (qui quidé ma gnus fuisse perhibetur)ita vt vnguenta afferetibus mulieribus,& discipulis ipsis accedétibus, locum is, vbi corpus depositum fuerat, magnitudine sua apettè indicarit: quis non euidentem hanc & irrefragabilem resurrectionis + probationem atque demonstrationem agnoscat? Et talia quidem sunt hæc resurrectionis Seruatoris indicia apertissima. Sindonis verò & linteoru, ipsiusque adeò, si placet, in capite sudarij, rursum qualia? Hæc erenim myrrhæ, & aloæ, & ité viuifico corpori illi copacta, & quasi vnú corpus, vguétorum vi atq; efficacia, facta, haudquag corpus furtim auferri permifere, iuxta Iudzoi u infana clementia. Quomodo enim corpus ipsum nudantes, hec fures sic detraxissent? quu sepulcralia lintea inta-F Cta,& decéter,perinde atq; ei circundata fuerant, fuo queq, loco reperta fint? Et sudarium no teme re, sed in vno capitis scilicet loco, ritè circumuolutu iacuerit? Certum itaq; est,ac persuasum omnibus, qui intelligere cognitionémque assequi & recte sapere volunt, Dominu non solum die tertio cũ corpore lutrexisse, sed etiá cum corporetenui ac leui:nec amplius mortali & corruptibili & crasso, vt antea, sed prorsus incorruptibili & immortali, atq; (vt semel dicam) spirituali magis & diuiniore, quodq, + simul Deus esset, (nam sic di \* cere ausim)captú sensus ois excelléte, vestitúq, & aliméto, quo no indigeret, superiore, ita vt & clau sas fores naturaliter pertransiret: quanuis mirifica \* ratione summissionis atq; coformationis, eis quos fibi in arctioré cófuetudiné acciuerat, có specto sit, & latus fissurásq; clauoru cotrectari si-

\* Perfectus Christus est ,non propter deit ate modo ,quanihit perfe-Clim, sad etia propter carnem assumptă, qua deitate vncla, eridem quod vuctio facta eft, adeo q condem (441919) facta. Greg. Theoly.

Signa evide tiğima Chri fii reforre-Elianis.

\* trifffip.

Corpus Chris

sti post resur \* ovykajabá own highes. Vt refurrectio crede ratur , talem Se exhibuie Chryfofti Ex diffejadebita corpo ru sui gloria sed in prima figura cerne batur.Cypr. Sed neg; ea dem gloriam n antes oftedit Apo Stolie , illica oftendis. Sed quod videre T CĎ/BCBCTAR**S**, hos videris: dilusa est claritatis pla nitudo, qua im se eras per fella.

A nerit, cibumq; cæperit, ac pisces & mel gustauerit, non ille quidem quòd esuriret, sed vt fidem resur rectionis nouæ faceret, & phantasmatis opinioné aboleret, ineffabili quodam modo præter naturá alimento à divinitatis igne consumpto.

a Santtorii dierii de resurrectione testimonia.

Hecesha- B giographio

decerpea.

b Nomen clatura carii. Maria Ma 6 Es Chamanee illins filia habita eft. † Maria Iu da Apojtoli Malim legere,mater. Sedenim & Indas Iacobi,ac proinde & Domi mi frater,infià bb.z. ca. 10 nepòtes ex filiositaq; & coingem, ex qua illum suscepie, ba-buisse scribitor.V erü eä coniugem, fi Maria nominata fuit, aliã à matre Iacobi & Io Sa,&c.fuisse uccesse est. e Discrepăt ifta a cap.z. lib.fequen. si, &c. que Doc Marie Christis from-Etura ad mo Hean b Eifde 4

para Christ

Eque verò minus ad veram cer-rámq; refurrectioné confirman dam faciunt, mulierum veca ta ferétium ten hæc fidem apud Deum meretur. In Christo nanque Iesu neg; ma

sculus, neq, fæmina, neque seruus, neq; liber: sed vnus, in dignisatq; idoneis, atq; adeo in omnib. Dominus: vna fides, vnus sanctus spiritus, qui effi cit atque operatur pro arbitrio & voluntate sua, omnia.Itaque quéadmodum reci integríque ho mines, per quos & mundus vniuersus euangelica sagena captus est:& secundu hos alij, secundas in fide veritatisque cognitione feretes, qui præ cæte ris propter fidé egregiam susciperentur digni visi sunt: sic & mulieres plurimæ credétes, & necessaria ei ministrates, à Christo sunt admissæ. In quibus omnib. bceleberrima est Maria Magdalis or. ta, quæ quidé antea septem spiritibus afflata atq; detenta, eísq; ab Iesu liberata, de cætero couersan dum viuendúmque fibi cum curatore fuo putaue rar. Quapropter cum genitrice Dei, & Salome, & alia Maria sponsi Iosephi filia, ex Cleophæ fratris eius, qui sine liberis procreatis decesserat, cõiuge procreata, atq; cum aliis familiarem coluctudine habens, obsequi & ministrare Christo & discipu lis eins non intermiserat c. Magdalena portò ista Chananeæ illius filiam esse quidam prodiderunt Cum eis auté, quas diximus, alia rursum Maria erat, Iudæ Ioseph filij, vnius ex duodecim + coniunx : quam etiă minoris Iacobi & Iolæ matrem nonulli memorant.Item Ioanna filioru Zebedei, lacobi & Ioánis mater <sup>e</sup>. Has 9 matri lefu, nec mi nus ipsimet Seruatori omnib. officiis præstádis fi deles essent, aliz plures ex Galilza sequebatur, ad vestimentoru vsum reliquumque ministeriu percomode. Hæ igitur desiderio magistri flagrantes, metu auté persequutorum sese cohibétes, in sabbato quietæ esse, vt decebat, cogebătur. Vespere auté sabbatoru, hoc est, post sabbata omnia, (con sueuere auté Iudzi ipsos dies septé sabbata vocare)post totius videlicet hebdomadis peractú circuitum, & post mediæ noctis horas vnius sabbatorum, ipsa nimiru illucescente Dominica: Maria Magdalena, & alia Maria (Dei verò genitricé hác esse, sacri nobis prodidere libri) vt reliquis feruidiores, vehementiorésq; affect & dolore, vnguéta quædá ritè præparata habentes adueniebát, de Iu dæorum cóluetudine Ielum vncturæ,atq; ex matutino tempore coploraturæ, lachrymisque aded animoru mœrorem exatiaturæ.Ecce aut lapidem cospiciunt longe à foribus deuolutu g, angelumque ei insidenté, lucis fulgore oculos perstringen tem:bonóg; animo eas elle, atq; euestigiò redeun tes, mystis discipulisque cu læticia resurrectioné renunciare mihi iubenté h. Revertétibus itaque illis obuius fit Christus, saluere eos iubens: Petróque & discipulis dicere, vt primo quoque tempo re in Galilæam, desideratű ipsum visuri, irent. At-

que ille quidem stupore multo perculsa,ita abie- D re.Prima hæc post resurrectionem duabusMariis apparitio atque exhibitio facta, quàm Matthæus & Marcus deprædicant. Illæigitur, vt dicere cæpi, abiere, timore à seipsis dissidétes, neque quidquam eorú quæ vidistent i Magdalena certè quidem, licuti Ioannes scribit, desiderio tabescés, ad monumétum rediit, iterúmque lapidé sublatum videns (somnű enim seuvisionem sibi vidisse visa fuerat) confestim cucurrit, Petro & Ioanni, qui reliquis acriores calidiorésq; erat Apostolis, sublatum quidem è monumento esse lesum, se auté vbi locorum esset ignorare, annunciatura. Illi por rò soliciti atque anxij cofestim ad sepulcrum accurrere, atque intus ritè locoque suo sepulcralia lintea copolita cernere,& verború quæ is qui resurrexerat proloquutus fuerat, meminisse, resurrectionique fidem habere, cæterùm propter metum rurlum leiplos cohibere:Maria auté stans ad monumentű flere,&dubitans ambigere, vbínam corpus esset. Tum ibi humana specie angeli duo, alter quidé ad capitis locum, alter autem inferiore parte, sedetes, quænam luctus fletúsq; eius causa esset cam rogant. Quibus illa responder: no ad-E esse eo loco Dominu, séque vbinam positus esset nescire. His dictis, à tergo ei præsto adest Seruator. Angeli autem eo viso, ilicò consurgunt. Illa porrò angelor u assurgétium statu exterrita, cou ex titur, Iesúmque astantem videt . cæterúm hottulanum eum esse existimãs, (in horto enim monu mentum erat) ad interrogationé eius modicæ fidei profert vocem: Si tu, inquiés, illum inde sublatum quópiam deportasti, dic sodes vbi locorum sit, & ego illum tolla. Sedenim Dominus amentiam incredulitatémq; eiusvna appellatione corrigit & emédat.lbi illa statim cosuetam dulcémque agnoscens vocem ex læticiæ abundantia, ma gistrum eum vocat, & mysterio sidem adhibens, vitales pedes subitò contingere parat. Eámque ille quòd tam crassa etiamnum mente esset, ne se tangeret, donec ad Patrem reuerteretur, inhibet. Tum enim eos, qui spiritu adhærere adiungique ci possent, potestate ea frui debere, dixit. Iraq; Ma gdalena ter ad sepulcru venit, & bis Christumvi F dit:primű, cum ipsaDei genitrice, vt diuus comemorat Matthæus: secundò auté & tertiò, sola, ve quidé diuinus scribit Ioanes. Iam verò & quartò aduenit.erant auté cum ipsa, Maria Iacobi, Ioána, Salomæ,& aliæ plures quæ à Galileavenerat sole reces admodú orto. Quibus, iuxta diuum Luca, co ruscantibus stolis præstätes humana specie ange li dicunt, Viuenté nihil habere cú mortuis per cu riositatem negocij.Resurrexisse enim,&non adesse eum in monumento, testificantur: verbaque eius in memoriam reuocare, atque discipulis abeuntes eadem indicare iubent. Ita demum illæ cū feruidissimaMagdalena reuersę, vndecim illis, prætereaque aliis omnibus, quæ viderant, renunciant. At illi muliercularű verba pro nugis haben tes, animum ad credendum inducere non potuerunt.Et iam fama viribus magis magisq; sumptis, passim vnà cũ die lesum ex mortuis resurrexisse, increbrescebat : quú Pontifices,& qui in Concilio alicuius essent nominis & existimationis, con filium texunt: & argento dato milites corrupunt, vt persuadere omnibusconarentur, quu ipsi som-

i Maria Magdalena donnò ad sepulcris currie

Petrus itens & Icannes.

Maria Ma gdalene an geliduo apparens.

Apparet 😎 ipse Do.

Quoties Ma ria Magdalena ad sepul palera Chri

Mulieres di scipulu tesur Christi renii Milites sepu chri custodes pecunia cor 🕳 rupti, corpse Christi furto sublatu esse

A no profundiore consopiti essent, discipulos corpus defuncti magistri rapuisse.quod ad bunc vsq; diem, apud eos Euangelista falso iactari dicir.

CAPPT XXXIIII.

De appari-ssone Christi post resurre-Elione, o mb raculu cius-

Cleopa.

No Lucam hour fed Na

thanaele fuif

le arbitratus

Epiphanius.

cim discipa-



Einceps, quoties discipulis appa ruerit, quibusque signis & mira culis, eis perculsis cognitus sit, ne iplis quidé, qui luis iplorum oculis ea lpectarunt, in publica

monuméta referri oportere visum est, sublimi Deumque decente terrore simul & admiratione, facilis compendiaria que orationis occasionem illis præbente: quippe quibus illud studio fuerit, vt ea tantum exponeret, quæ ad fidem non satis idoneis parúmque credulis homi nibus faciendam sufficerent, plurima autem secu ritate silentij committeret. Diebus enim, diuinus inquit Lucas, quadraginta ex internallisse illis exhibens, & quidem no fine miraculis & prodigiis, quæ regni Dei essent, læto recensuit nuncio.Primum itaque, sicuti antea dictum est, mulieribus, vtpote fide feruentioribus ac desiderio cordis magis flagrantibus, conspectus est. Deinde Simo ni Petro, & ipsi singularem ardorem erga magistrum obtinenti, in primisque linguæ lubrico laplo, atque maiorem in modum supra alios reru suarum satagenti. Ac eadem ipsa, tertia quidem illa, sed prima resurrectionis die, à Luca & Cleopa, iter carpétibus, quum vespere ad cœnam cum eis consedisset, per panis nimirum fractione, cognitus est: qui, quum è cospectu coru cuanuisset, ipli cœna relicta, nullaq; mora interpolita, eo ipso tempore cum festinatione Hierosolyma reuer si sunt:atque in cœnaculum, vbi & cœna peracta fuerat, & tum discipuli metu percussorum cofertim conuencrant, quàm primùm ascenderunt.Ibi eis apparitio Christi Simoni Petro exhibita, aliáque de ipsa Magdalena, de lapide, & de angelis, præstátissimis vestimentis coruscantibus, magna cum voluptate renunciata sunt. Et ipsi vicissim, quod illis in itinere euenisset, & vt eum panem frangentem cognouissent, commemorarunt. Sedenim non exigua quoq; tum ibi excitata est tur ba ab eis, qui inter se ancipités adhuc erant. Cæte rùm illis ita ambigentibus, propter earum rerum quæ dicebantur nouitatem, circa eius ipsius diei serum, vespera increbrescente, quum fores firmiter clausæ manerent, (metuebant enim, ne quis clam ingrederetur) derepente in ipsorum addubi tantium medio consistens Dominus, serená tran quillitatem animis corum immittit:ac turba ſeda ta, pacem eis more suo apprecatur, manus quoq; & pedes præterea & divinum latus contrectandum permittens, fluctuantem eorum de resurre-Aione opinionem dissoluit, & plenam illis certamque facit fidem, vt firmiter costantérque crederent, se eum ip sum, qui clauis nuper admodum transfixus fuerar, non spiritum esse'. Quomodo enim spiritus carne & ossibus vteretur? sicuti illi illum habere viderent.aut quomodo atta&um admitteret, qui prorsus incontrectabilisesset? Itaque ego, inquit, sum, no prorsus omníque ex parte mutatus. Atq; equidem primus nunc primi-

tias Paracleti vobis in faciem spirans, Accipite, di

co, Spiritum sanctum, per quem potestatem etia D tribuo soluendi ligandique quicunque peccauerint homines. Conuenit autem vos scire, id quod sepenumero vobis à me est dictu, sic omnia opor tuisse fieri: Christumque ex prescripto litera pati, & ad gloriam fuam reuerti. Vt autem non oculis modò ipsis, audituque & tactu, verum etiam gustatu fidei confirmationem habeatis, o scilicet no spectrum, sed ego ipse sim, qui in ligno quidem mortuus, & in sepulchro clausus fuerim, inde autem divina vi & potentia euaserim: si quid vobis in promptu est cibi, proferatur. Atque illi partem, piscis assi, & mel fauo suo mixtum, ei apponunt. Iraque in conspectu omnium,manibus,que proposita erant, carpens, edit: & præterea potum degustar, ex mortuis corporis resurrectionem costr mans. Et talem quidem Seruatoris apparitionem & exhibitione apud discipulos, divi Lucas & Ioa nes optime in Euangeliis suis promulgarunt. Ea autem quæ porrò sequuntur, tonitrus filius intonuit. Thomas naq;, cui & Didymi cognomé erat, vespertino spectaculo Christi no aderat. Quapro pter quum reliqui discipuli cum gaudio aduenie- E ti ei apparitioné annunciarent, moleste cum sermonem ferebat: atq; iniuria se affici putans, animo propter fluctuanté opinionis ambiguitaté in partes varias diuidebatur. nó modò vt annuncian tibus non crederet, verùm etia illum resurrexisse negarer. Qui enim id, homo quum esset, faceret? Quin & obnixè cotra asseuerantes contendebat, se non credituru, nisi manibus ipse suis clauorum fissuras attingens, manúmq; intra latus immittés, rem ipsam per cotrectatione certò deprehenderet.Postg autem deinceps octaua aduenit dies,fo ribus modo suo ritè occlusis, sectatoribus Christi omnibus simul ibi metu congregatis, (aderat autem cu eis& Thomas) rursum lesus sine strepitu omni adest, tacités; spirituali, & vt vno verbo dică, diuino corpore illo, nullo obstante impediméto, in medio corum astans, cosuctam sibi vocé profert. Deinde & Thomæ dubiá ambiguitatem adimens,& per illum apud alios omnes certa firmáq; iaciens resurrectionis fundaméra, manus simul & pedes ipsúmque latus ostentat, accuratéque & diligenter pertra dare inbet clauorum vestigia,& quæ satis alta erat, lateris fissura. Itaq; in F tantú illius fides ea cotrectatione est cofirmata, ve voce magna & Dominű & Deű iplum, pfiteretur.

> CAPVT XXXV.



Ostea rursum Petro, Thomæ,& Nathanaeli, Zebedæi liberis, & duobus præterea aliis, in Tibe-riadis mari capiédis piscibus oc-cupatis, cernitur. Nox verò tota illis abierat, quum admodú labo

rassent, nihil autem prorsus eius quod sperassent consequati essent. Cæterùm vna cum diluculo Iesu appetente,& verriculum ad dextram immit tere laxaréque iubente, tanta vis piscium extrahitur, vt sagenam pertrahere non possent. Piscium igitur immensa opinionémque excedente captura,quisnă esset, qui in littore astabat, cognoscitur. Et Petrus continuò natat. (circiter enim ducentos cubitos à terra aberant). Ardenti namque deEifden spiri tom (aucti afflæ. Pacta li له کر چی تله

> Christian in rospecto do

Denuè Chri ft**u Sp**ofto lu cogregatu apparuit.

Thoma fe co trestand prabmit.

lis quibusda

n pifai

† ànario. Cibus dinimins prapa raim.

\* td želsop. B

n nga

Christus de

le Petri cer-

Quid fibi

velit triplese

interrogatio

Hotolok (t \*

Mors SuaPe

tro pradicta

† laightiop.

loanu quo-

que obito co

riosè inqui- C

Petrus de

tior fieri

subitò tempus suppeditauerat, lumbos circumcir ca cinxisset, vndis innatans, suauissiméque subinde aquam spiritu attrahens atq; remittes, a'd Christum contédit. Reliqui verò + naui piscatoria remigantes, ad littus appellunt. E naui itaq; digressi, desideratum illum suauiter salutant, & amplectutur. Et ecce, in solo prunas & piscem cu pane posi tum cernunt, sanctorum scilicet angelorum, vt pu to, manibus ientaculum præparatu. Iubentur preterea & ex recens captis piscibus aliquid afferre ad epulas. At illi conscenso nauigio, rete pertrahunt piscibus confertum, & numero & magnitu dine præstantibus. ad cétum enim quinquaginta & tres erant. Mirandű auté erat, quum tot & tanti illi essent, verriculu ruptum prorsus no esse: adeò vt eo ipso prodigio, certò illis Dominu eum esse, constaret. Quapropter magna inter se affecti sunt voluptate atque leticia: & ille cum eis ex eo quod propositum fuerat, communicauit cibum. Enimuerò, quum admiradum illud x ientaculum finé suu haberet, no semel, sed iteru ac tertiò Dominus Simonem interrogauit, an se plus aliis diligeret? non ille quidem rescire hoc voles, (quomodo enim id ei opus esfet, qui manifesta compertáque etiam quæ nondű facta ellent, haberet? led vt per triplicem expressam professione triplici mederetur negationi. Vt autem ille celerrime amoré est professus, hactenus audiuit se \* legitimu veruq; officium præstiturum esse, quatenus re ipsa & opere rationales oues pasceret. Id verò tum demű fore, si animam quoque, sicuti ipse, pro illis ponere vellet.futurum enim, vt ipse ouibus præfectus, itidem per crucem Deum glorificaret. Id namque innuit verbum illud,iuniorem ipsum quidé,quocumque voluisset, iuisse: senem autem alij manus ad vinciedum præbiturum, viamque ad mortem ferentem, quam natura, vitam quam longissimè producere cupiens, abhorreret, iturum. Intellexit ille quæ dicta fuerant,& discipulum eum+ qui su per pectus Domini recubuerat, ponè sequentem vidit. Itaque & de fine obitúg, eius quæsiuit. Cæ terum Dominus, eo quod temere & frustra arcana inscrutabilis iudicij Dei inquirere & inuestiga re vellet, acrius obiurgato: Si eum, inquit, volo in præsenti vita cum corpore manere, donec venia, (casum Hierosolymorum,aut secundum aduentum suum scilicet innuens) quid id ad te? Tu, quéadmodum tibi constitutum est, itidem vt ego, ad crucis morté te para. De Ioanne verò, aut aliquo aliorum, non tibi, sed mihi curæ erit. Atq; inde famaincrebuit, discipulu illu mortem no visurum. Quam quidé multor opinion é tanqua importuná, minusq, verá iple corrigés, Nó dixit ei, inquit, Iesus, quod moriturus no sit: moriturus est enim co, quo Dei genitrix, modo: confestim verò reuiuiscet ac resurget, incorruptibili scilicet corpore

siderio concitus ille quum linteolo quod ei tum

Iomnis apo fioli, et Ma ria Deigeni tricii dece∫<sup>5</sup>.

Postramamo se discipulis Christmo ese hibais.

d Et exinani tionu formă



Einde iuxta sublimem Matthæum ab eis conspicitur in Gallilææ mőte,& ibi à patre potestaté summá cœli & terræ sibi, iuxta 2 humanitaté scilicet traditá esse consirmæ:

alterum magistri expectaturus aduentum.

CAPPT XXXPI.

eosque cohortatus, proficifci ad gentes omnes iu D bet, arcanis sacris initiaturos : baptizaturósque in nomen patris & filij & spiritus sancti, credentes, præceptaque seruaturos omnia: se quoque futurum cum eis per dies omnes, ad consummatione víque feculi præfentis, pollicetur. Postea per Bethania eos in monté olearu ducit, & promissioné spiritus promittit, in Hierusalem videlicet sedentibus, expectantibus que, donec cœlitus divinoru omnis + generis armorum spirituali apparatu instruerentur.Et quű præcipua mandata & munera functionis Apoltolice concionas expoluisset, benedictionémque eis, pro eo arque decebat, largitus esset, spectantibus eis, lucidissima nube circun datus, bin cœlos \* sublatus est : & cum ea, + quá receperar, accessione Deificata, reuersus ad dextrá patris consedit. Ne auté ea res mœrorem eis crea ret, (quòd non iniquum esset cos magistro orbatos,immenso corripi dolore) & hoc ipsum pasto ri bono cure fuit. Angelos enim duos demisir, qui reditum eius in cœlos indicarent, admirandaque & ineffabili eos implerent læticia, sic illum cum illustri magnificentia rediturum annunciantes. E Itaque adoratione peracta, libentes domum redeunt, & in conaculo illo Paracleti expectat aduentum.Precatio autem eorum erat exercitium, vt diuus Lucas testatur. Catalogo namque vndecim discipuloru recensito, deinceps addit: Et omnes isti vnanimes constater orationi & precationi incumbebant, vnà cum mulieribus,& ip ſa Ma ria matre lesu, cúmque ipsius fratribus, tantisper dum paracletum decimo ab ascensione, quinquagesimo autem à triduana resurrectione die, substantialiter descendentem acciperent.

gnum & admirabile & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab angelis & archangelis & Cherubin & Seraphin.hoc sape in mente mecum versans, excessium patior, & ma iora de genere humano imaginor. Maiora quippe video & clara exordia, multum Deo satagente pro natura nostra. Chrysostomus Hebr. 2:

# C APPT XXXVII.



Erum enimuerò, fortasse quispiam eorum qui discendi studio nullum refugiut laborem, & eiusmodi rebus inquirendis dele ctatur, dixerit, quam ob causam tertio quidem die Domini resur

rectio, reditus auté in cœlum quadragesimo peracta sit: decimo porrò deinde, à sancta autem resurrectione quinquagesimo, Spiritus divinus, ita vt promissus suerat, missus in Apostolos descenderit. Arbitror enim nihil temerè & casu aliquo, sine singulari quapiam consideratione, à Servato re verbo, cum ratione & ordine decéti, vt par est, exequenti omnia, factum esse: nisi quòd propter cognitionis incomprehensibilis difficultaté, humanæ mentis ea superant captum. Mihi quidem nonnihil super intelligentia ipsam & noticia audenti, Vniversitatis huius Dominus resurrectionem suam propterea in diem tertium contulisse videtur: quum tres præcipui ordines, sive ætates hominu vitæ, ex quo patria nostra eiecti sumus,

to est facta. Niceph. b Oscopia & contemplatio, quánam ratione terrio à morte die Christus resurrexerit.

d iiij

TTRO EVE **ΞΦ**0Σλίαμί b Ascensid Christi in coclum TOTS ME XAL ود برون و مناورها דוף צודמו. Theolog. \* VE coriam in terrenis, fed in calestibus. O IN PARTIE dextera collocares, Rufinns. Hee enangelies ja eramenti er humana spei reritas est, bemană na turam corruptibilém que carnem, per huis gloria demutationem in 4cc ternam esse cc transform cc tam subjtan tiam, Hilaropfal. 143 V nigenitus filim fi queritur, in fine Patris End gelico Spiritu reperitur. Ambro, de incarn. Do. SACTA.CA. IS. Revera ma-F

Vs quideno coniectura colligere licet, post dies duos Hierofolyma swnt renerli i Sab bato. Huiu enim gratia Ar Subbaci habebant riam, rt diuus Lucas di ut. Eft anie Sabbati iter,passus bis mille,quantum videlices castra à *tabernaculo* testimonÿ aberans: que admodum dininus con-Stituit Mofes. Sancta porrò & dinina ascensio die quipC MY MESSIN

d dvaceszéworp. e evesasiy. Quatri-194 LAquid designet. g Que my Serio quadragefino à resurrectione die Chri- B Rus calos 4scenderit. \* Primoge mitus mor tstorum & princeps ta Dei. Nam Dens transinit in hominem, ve homo tranfçat in Deü. Iren,lib.4. сар.59. TANTON IL-Parispo Tipor कोन्ड देगाण प्रकृष बंदावम.

† Isidupia.

\* 8 # # 15 P-

numerentur, eorum nimirum qui ante legem datam, deinde qui sub lege ipsa, postremò qui post cos extitêre (qui etiam vitæ, quæ per gratiam elt, participes sunt ) quòd is qui pro salute omnium mortem obeundam susceperat, restituere triduanam mundo e vastitatem & direptionem debuerit, vnicuique parti carum atatum quali signo impresso, libertate à corruptione & pernicie, accommodata convenientique proportione descensus ad inferos, seu potius corporalis in sepulchro mãsionis mortificationisque sux, confirmans. Quod si cui placeat, generis humani d in principia elemé taque sua resolutionem, einsdémque e restitutionem, ad causam Dominicæ resurrectionis referre: & propterea quòd ea à perfectice rerum cunctarum Trinitate effecta sit, tribus, à Domino omnium, diebus mortem esse abolitam, affirmare: ab eo quoque nostra non dissentiet contemplatrix consideratio.f Lazarus siquidem, mundanz corru ptionis elementarisque resolutionis & regenerationis typus & exemplar, in fatalem ac morti ctianum obnoxium restituitur ordinem, quem in ele mentaribus eodem numero principiis ipse Christus constituerat. g Quadragesimo autem die ad cœlos paternúmque reuertitur thronum Dominus:quòd & lex,rerum futurarum exemplar & figura, iis qui ex corruptione progeniti essent, per hunc numerum, quali sacrum ductorem, aditum & ingressum ad sacra adyta permittit. Eam scilicet ob causam etiam nunc \* primogenitus ex mortuis factus Christus, immortalitatémque creature sux per restitutionem asserens, ad supercœleste nullaque manu factum, nec non+omnium facrorum sacratissimum ipsius sandum sandoru splen didè ac magnifice contendens recipitur.

CAPVT XXXVIII.

Consideratio C
pia, quar
quinquagosi
mo à resurre
Etione die,
Sporiis sanEtum Christur Apostolis mistione sua, seu

Æterùm quinquagesimam dié reperio, non solum quòd ipsa sa cra, è radice sacra ortum ducat, ex illa nimirum die, sua ipsius circulari in se ipsam reuolutione emergens, qua die, ab omnibus

quacunque voluisset operibus, seu+in peregrinatione sua, seu in mundi x constitutione effectis, creator iple coquicuit: verumetiam, quod typum & imaginem impleuit perpetuæ illius omnísque vesperæ expertis remissionis diei. Quapropter etiam eis qui iuxta veterem literam viuebant, tanquam per vmbram exhibita, libertatem rerum omnium concedebat, circulari annorum cursu in numero isto consistente: eisque rebus, quæ tum agebantur, indicantibus, post septimanum hunc fatis ac seruituti obnoxiz virz nostrz circuitum, aduenturam esse diem illam, qua in antiquum nos statum recipi, pristinamque & cœlestem libertaté restitui oporteret. Quum itaque & nunc Spiritus fancti adventus ita comparatus sit, vt nouum nobis vitæ modum præscriberet, & ad illam ipsam diem, ex obscura & caliginosa præsentis vitæ no-Ac, nos excitaret: ideo in hac ipsa aduenit ille die. Decima autem ea est post ascésionem dies, quòd, sicuti septenaria in seipsam per circuitum reuersa, quinquagesimam remissionis diem profert : itidé & tertia in seipsam reuoluta, hanc ipsam nobis sacram substantialis Spiritus aduentus diem creat. D Erat quippe hoc sic consequens & consentaneu, non tantum + propter divinam rerum omnium principis trinitatem, verumetiam quòd ingés hoc resuscitationis & restitutionis mudi opus kquod tertium in trinitate est Verbum: arcana admodu, vt paulò antè memorauimus, ratione peregit. Di-Aum præterea à nonnullis est, decima ab ascéssone die Spiritum, alium quippe paracletum, propterea venisse, quòd reuertente cum Deisicata hu manitatis accelsione Deo Verbo, ex nouenaria principum angelorum classe, ordo quilibet seorsim accedens, accessioni ei Deificatz vnà cum Di uino Verbo, debitam sacrarit atque præstiterit adorationem: quippe quæ res reconciliationem ge neris nostri, sapientissime optiméque administrarit: & postea iuxta promissionem, divinu missum esse Paracletum. Ad hunc quidem modum nobis hæc dicere in mentem venit. nihil enim temere, aut citra singularem insignis considerationis con templationem, Verbum fecit atque impleuit. Si quid verò est alterius arcani mysterij, abditaru secretarúm que rerum Ielu amplitudine dignum, id E illi viderint, quibus profundam altitudinem rerū ineffabilium diuinitusque peractarum, acrioribus contemplationis oculis perspicere est concessum.

\* Les duotio to Apocalhunati Aprinulivo, auvaun to beio hipe agrocionald acousts. Descripta sunt hac ex veteribus Gracis theo logis. Quid verò ad ea dicent nostra atatu theologi, qui carnem Christiglorificatam, & c.in ordinem creaturarum redigunt, & adorationem in un in dubinum vocant? Agunt in calestibus paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, & resurgentis Domini glorium admirantur: la tantur & delectantur in eo, quod forma serui reuersa sit in formam Dei, & exinanisio humilitatis ad deposita altitudinu redierit maiostam. Cypr. Sermon. paschal. Inde Theologus, Pascha Domini diciti esse esse reues paschal. Inde Theologus, Pascha Domini diciti esse esse reues paschal since esse sun decum Trinitatio.

C APVT XXXIX.



Tque equidé quæ de Christo, in sacrorú Euangeliorum librum re lata sunt, vt ea quá breuissimè exponi potuerút, ad húc sese habét modum. Reliquú nunc esse puto, Fiosephum quoq; veritatis aman-

tem apud Hebræos historicum, in medium producere,& quæ is in decimooctavo Antiquitatum libro de Seruatore nostro Iesu Christo scripta reliquerit, primo huic historiarum libro, tanquam coronidem apponere. Quum enim de præcursore loanne, ea quæ paulo antè recensuimus, exposuisset, deinde de Christo verbis hisce ita scribit: Extitit eo tempore Iesus, vir sapiens, siquidem virum eum dicere fas est. Erat enim operum, opinionem fidémque omnem excedérium, effector: & hominum corum qui libenter veritatem complecterentur, magister. Multos enim simul & ex Iudæis,& ex Græcorum fuperstitione,in disciplinam suam ascivit: Christus is fuit. Et quum eum principum apud nos virorum delatione, Pilatus crucis supplicio affecisset, non tamen, qui ante eŭ erant complexi, consectari supersederunt. Apparuit quippe, illis tertio post die superstes ac redint uus. Quandoquidem diuini prophetæ & hoc & alia, de eo admiranda, vaticinati fuerát. Et ad hodiernum vsque diem, quæ ab eo est cognominata

diem, e
cte, nos

Quidira decimo ab afici

sione die Spi

ritus Sancto

Digitized by Google

+ 04 ti

সুধারীকা.

₩Ð.

The Bumples

t marie G

C reflicaciones generis hamané,

Luculenciffimum lofephi historici de Salmatore nostro restimonjum, CAPVT XL

t chipter-

\* biffip

enexel®.

De colore tri

tici mature-

sintelligendii B

dica fuscedi-

ne rubescit.

Primi buius

libri anni.

Orrò effigies formæ Domini no. fari Iesu Christi, sicuti àveteribus accepimus, talis propemodum, quatenus eam crassius verbis coprehendere licet, fuit. Egregio is viuidoque vultu suit. Corporis

statura ad palmos prorsus septem. Cæsariem habuit subflauam, ac non admodum densam, leniter quodammodo ad criípos declinantem: fupercilia: nigra, non perinde inflexa. Ex oculis subflauescen tibus mirifica prominebat gratia. +Acres ij erat, & knasus longior. Barbæ capillus flauus, nec admodum demissus. Capitis porrò capillos tulit pro lixiores. Nouacula enim in caput eius non ascendit,neque manus aliqua hominis, pręterquam ma tris,in tenera duntaxat ætate eius. Collum fuit sen sim decliue,ita vt non arduo & extento nimium corporis statu esset. Porrò tritici+referens colorem, non rotudam aut acutam habuit faciem, sed qualis matris eius erat, paulum deorsum versum vergentem, ac modicè rubicundam: grauitatem atque prudentiam cum lenitate coniunctam,placabilitatémque iracundiæ expertem,pre se ferentem.Persimilis denique per omnia fuit diuinæ & immaculatæ suæ genitrici. Ac hæc quidem hacenus. Complectitur auté primis hic historiaru Liber, annos triginta tres: initio sumpto à quadragesimo secudo Augusti Cesaris iá senescentis Imperijanno, quo Dominus noster Iesus Christus cum carne, ex sancta processit virgine: fine autem in decimum octauum Tiberij Cæsaris imperantis annum definente. Qui quidem à mundo condito. Quinquies millesimus quingentesimus trigesimus octauus, à natiuitate autem Domini trigesimus tertius fuit.

†† Gen. 49. de Inda diciem, χαροποι οι δφθαλμοι αυτά απ' δινα. Fului oculi cius à vino.Fuerunt & Domino Christo oculi xaço ani. id est fului, splendescentes, nigroris habentes aliquid. Theodorus Ga-Za fuluos vertit in Aristotele, qui leonem oculos habere scripsit xa-\* Hic mihi ingenue fatendum est , cum ingentem esse viderem inter veteres & nouos Chronologos & temrum observatores dissonantiam, annis à condito mundo notandu me in Nicephori nostri prioru editionu libru rbique mille annos detraxisse, et notatio eius & computatio propins ad recentiorum quas è facris Bibliu acceperunt rationes, accederet. Sed in posteriore ista & accuratiore edicione, millenos eos annos rbique resticui, isa re in Graco exemplari positos reperi. Feci id ea potissimum adductue vatione, quod & Lactautium & Augustinum viderem scripsisse atate corum sextum mundi millenarium cucurrisse. Lactautius 'lib. instit.7.cap.14.Sciant,inquit,philosophi,qui ab exordio mundi se-culorum millia enumerant,nondum sextum millesimum annum esse conclusum, quo numero expleto consummationem sieri necesse est, & humanarum verum statum in melius resormari. August de ciuit.li. 20.cap.7.de mille annie Apocalypfeos feribens: In Visimis, inquit, annie mille ifta res agitur, id est. fexto annorum miliario, tanquam sexto die, cuim nunc spacia posteriora voluuntur , sequuturo deinde bato, quod non habet resperam. 🕜 qua ratione non multum sotatio Nicephori annorum mundi discrepat. sabbato, quod non habet vesperam.

\* Nicephorus, atque aly itidem authores, passionem Christi sess Salaatoru nostri, in decimumostanum imperantus Tibery annum re feruntiquo anno Consules suere Fur. Camill. Aruntina Scribonianum, & Cn. Domisius Aenobarbus. At Lattantina Instit. dinimalib. 4. Tibery, inquit, anno quindecimo, id est, duobus Geminia Consulibus, ante, diem septimum Cal. Aprilium, Iudai Christum eruci assix entre Eorum consulum integra nomina suerunt, C. Rubel lium Geminus, & C. Fusius Geminus. Lattantius Tertulliani sententiam est secutus, cuius hac verba sunt in lib. aduersus Indees: Tibery quintodecimo anno impery passus est Christus, annos habens quass 30, quum pateretur, & c. Qua passio perseta est sub Tiberio Casare, Cos. Rubellio Gemino, & Rusius Gemino, mense Martio, temporibus Pascha, die octano Cal. April. die prima Azymorum: que agnum ve occiderent ad resperam, a Mose suera praceptum.

# SECVNDI TOMI CAPITA.

Vt post ascensionem Domini, Matthias pro Iuda in numerum duodecim Apostolorum sit cooptatus.

De Spiritus sancti ipsa die Pentecoste subito aduentu, o de miraculis per Apostolos editis.

De fidelium vnanimitate & vita, & de septé diaconorum seu ministrorum electione.

De electione l'acobi fratris Domini. Et expositio de genere l'osephi, ponsi Maria, co l'oannis Baptista, nec no santissima Dei genitricis: ex scriptis Clementis colletoris, Euody, co Hippolyti, qui Apostolorum successores fuerunt, decerpta.

De Pontificibus Hebrais,qui ab ipfo Aaron, ad Iacobum primum Hierofolymitanum epifcopum, & captiuitatem Hierofolymorum vsque,ordine successerut.

De Stephano primo martyre, & Paulo organo electo.

De Philippo vno ex septem diaconis, & de Simone
Mago. Item de Eunucho Candaces regina Aethiopum.

Item de miraculis diui Petri. Praterea de Cornelio Centurione, & eis qui ex Ethnicis animum applicuerint
Christo. Et vt Antiochia Barnabas & Paulus primi
fideles ipsos Christianos cognominauerint.

Eaqua ab Augaro, in ciuitate Edessa, per Apostolia Thaddaum sunt acta: co de imagine Seruatoris Christi, nulla manu interveniente, picta.

Pe Tiberius Casar rebus Servatoris Christi ex literis Pilati cognitis sit permotus : & qua de eo Tertullianus memoria commendarit. Vt Caius Tiberio successerit, & de Philonis ad eum 9 legatione, & qua de Caio Philon & Iosephus memorent,& ut inde Romanorum in Iudaos furor rabies coortasit.

Qua mala Iudais conciliauerit atque intulerit Pilatus, & vt is illata fibi ipfi manu interierit.

De Imperio Claudy Cafaris, qui Caio successit: o II de fame, qua sub ipso invaluit, o de Theuda impostore.

Martyrium Iacobi apostoli fily Zebedai:eiusdémque 12 fratris Ioannis Theologi

Ve Agrippa, qui & Herodes dictus est, persequutio- 13 ne in Apostolos capta, divinam statim vindictam sit expertus.

De Simone Mago, ciúsque hares, en ve ei restiterit in primis Roma dinus Apostolus Petrus.

De Euangelio Marci, O vt in Negypto & Alexãdria ab co primum Monachorum vita fit instituta.

Qualia sapientissimus Philon memoria prodiderit, 16 de eis qui primum in Legypto Christi philosophiam profess sint & exercuerint.

De Philonis scriptis, de moribus eins dem. 17

De losephi veritatis consettatoris libris, & quales 18 eius quoque mores sucrint.

Pt Paulus gentes ad professionem fidei Christiana 19 perduxerit: & de quastione mota de lege Mosaica à Gentibus seruanda. & quid Hierosolymis congregati

admodum, à
veteribus discrepant.
Quorum qui
dam hüc an
num mundò
condici censent esse
sent esse
dorus Bibli
der penis
4011.

Neoterici

Chronologi

Apostoli de ea per Epistolam decrenerint.

De sacrosanti praconis Pauli in Macedonia rebus gestis: de Dionysio Areopagita librisque eiusdem.

Vi ipsa Dei genitrix natura lege mortua, ad coleftia

tabernacula corporaliter sit translata.

2 Ex Dion sio Areopagita, vt di ni Apostoli, cum ipsius filio, ad producendum Dei genitricis funus, ex vl timis terra finibus vniuersi conuenerint. & de Iudao, cui manus exarescens decidit, quòd loculos seu pheretra Diua Virginis impiè & irreuerenter contrectarit.

23 Qualia etiam Iunenalis Hierofolymitanus de sacrosancta assumptione purissma Des genitricis memoret:

or de einsdem formamoribusque.

24 Pt diuus Paulus ex Oriente in Occidentem transierit: or inde rursus in Orientem migrarit diuinum or An gelicum annuncians sermonem. or ut Epheso mari in Syriam vadens Hierosolyma peruenerit.

25 Vi idem Paulus Ephesi sub praside Hieronymo, ad be luas damnatus, cum eisdem depugnauerit, & diuino

auxilio victor euaserit.

De seditione Hierosolymis sub Claudio orta, & de im pudenti audacia sacerdotum sub Nerone & Felice: & de prædonibus sicariis, nec non pseudopropheta Aegyptio.

27 De Petri apostoli miraculis, & item Simonis Magi prastigiis: & ut utrunque Nero Roma expulerat. 28 Vt Paulus Hieroslamo

28 Vt Paulus Hierosolymis quum esset, sese tempori coloco prudenter accommodarit, in eo quod ibi iuxta veterem legis ritum vixit. Ev vt graui catena vinclus à tribuno concionabundus, qua ei acciderint, disseruerit.

Item vt Casaream ad prasidem Felicem sit deductus, in custodianque coniectus.

9 Vt Paulus cum eis qui Hierofolymis venerant, se defendens disputarit. De Felice & Drusilla: item de Fefto, qui Felici successit, apud quem libere causa dista, ap

pellaust Cafarem.

30 De Agrippa & Bernice: & de cancione, quam apud eos Paulus habuit.

31 Detraictione Fauli in Italiam, & de naufragio einsidem.

32 Vi in insula Melita manum Pauli vipera morsu vio larit de Publio, alissque Pauli miraculis. VI inde Paulus nani Alexandrina, per Syracusas 33 Romam venerit: & cum primariis ibi Iudais sermonas disputando contulerit. Et vt apud Neronem se stiterit, & tum quidem absolutus suerit: bienniúmque Roma permanens, regnum Christi, citra impedimentum, sum multa libertate pradicarit.

VI poste a Roma excedens, rursus ad pradicandi mu- 34 nus ierit: & denno Roma venerit, martyriumque sub-

serit. o de dininis eins Epiftolis.

De peregrinationibus Petri apostoli. O de sacro Cle- 35 mente, O genere eius: O ve ipse quoque postea Roma venerit.

De miraculis Apostolorum Roma editis. De interi- 36 tu Antichristi Simonis: & vt Petrus & Paulus Ro-

ma martyry certamen absoluerint.

De crudelitate & turpitudine Neronis:qualia qui- 37 dam ex Ecclefiafticis scriptoribus nostris de eo, déque sacro obitu sanctorum Apostolorum memoria prodiderint: & de dinina eorum vultus saciesque sigura.

Quomodo frater Domini Lacobus certamen pro Chri- 38

sto peregerit.

De Andrea & Bartholomao facrofantiis Aposto- 39 lis,quomedo martyrio pro Christo sint cohonestati.

De Thoma, l'acobo Alphai, Simone Zelote, l'uda, qui 40 & Lebbaus est distrus: & de Matthia, qui in locum pro ditoris est subrogatus.

De sancto Apostolo & Euangelista Matthao. 41 De sancto Apostolo & Euangelista Ioanne, & de di . 42 uina eius assumptione.

Defanctis Apostolis & Euangelistis Marco & Lu 43 ca,qui ex numero septuaginta discipulorum suerunt.

Qui sint duodecim Christidiscipuli & Apostoli, 44 qui ex eis matrimonium contraxerint.

Qui ex Apostolis testamentarios siue Canonicos re-45. liquerint libros & de sacrosanctis quatuor Euangeliis, ex quibus causis sint scripta, atque de corum ordine. Ité de Apostolorum actis, Catholicísque & aliis sanctoru Apostolorum epistolis.

De Testamentariis libris quibus dam in dubium 46 vocatis, ve posteu robur & autoritatem obtinuerint. Item de spuriis & adulterinis, omnino que repro-

bandis scriptis.

# ^ E C C L E S I A S T I C AE H I- D

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPVLI, TOMVS SECVNDVS.

C A P V T I.

Stel flesh

Que primo libro fint di-



RIMO libro, quæ opus fuit, de Verbi diuinitate, & docerinæ Christia næ antiquissima origine, que videlicet institutum ex præscripto Euange lij viuendi, vna cum ipso mundo extitit: à veteribus Deo di-

lectis hominibus, quasi per vmbram frequentatum:præterea quòd appellationes Seruatoris nostri in magnum antiquitus fuerint honorem, & quomodo Iudzorum regnum iam inde ab initio ad Herodem vlque sit deductum : tum autem de apparitione & præsentia Seruatoris Christi in ter ris, simulque de vita & institutis eius: insuper de Apostolorum electione, de baptismo, divina passione, resurrectione, & reditu eius in colos, denique de restitutione mundi exposuimus. Deinceps ea quæ post ascensionem Servatoris acta sint, bre uiter percurremus, rebus Apostolorum gestis suauiter immorantes, vbinam & quomodo salutiferum Verbum per habitabilem orbem increbuerit,quaslibet etiam vniuscuiusque eorum per spiri tum effectiones & opera, & quem quisque vitæ finem habuerit, quas ve ex gentibus constituerit C Ecclesias, postremò quibus functionis suz illi reli querint successiones. Eáque partim ex diuinis lite ris colligem, partim ex aliis historicis, vt sese quis que locus dabit, afferemus. Itaque sacri & divini Apostoli, quum ex monte Oliueti in domum Ioã nis Euangelistæ ad Sion sitam, (vbi quoque Dei genitrix à virgine eodémque discipulo seruata vsque ad vitalem obitum eius, vt antiquitus fama obtinet, vixit) reuersi essent, orationique & preca tioni vacarent, paulo post, quum eò centum & vi ginti conuenissent homines, Petrus, concione ha bita, primus duodenarium Apostolicæ electionis numerum supplendu esse arbitratur: & ex septua ginta illis, qui & sermone & opere illustres essent, duos producit, vt ex eis alter pro Iuda, qui suum ipse prodiderat Magistrum, locum ministerij sortiretur. Iustus & Matthias dele &i isti erant. Quum autem sortes missæ essent, adhibita congruenti ozatione, vt, qui idoneus Verbi ministerio esset, cœ lesti suffragio & indicio declararetur, sors in Mar thiam peruenit, Ita sacratus ille numerus suppletur, Matthiasque impositione manuum duodecim Apostolis adscribitur.

CAPPT II.

T iam decima, ab a céfione: quin quage sima autem, ab resurrectio ne adderat dies, omnésque vnà in cœnaculo congregati erant. Quum derepentè tertia diei hora sonitus ingens, tanquam ven-

Quum derepentè tertia diei ho-tra sonitus ingens, tanquam vento subito & vehementi flante, exauditur, toramq; is complet domum: & linguæ igneæ pari cum discipulis numero dispertitæ, in vniuscuiusque vertice considere vidétur. Itaque illi sanctissimo Spi ritu pleni, variis linguis gloriam Dei loquuntur, di uinitatémque Iesu eis qui confluebant, deprædicant. Accurrebat enim, inquit, multitudo ad fulmi nis sonitum, & circum domum eam currebat, va- E rietatem audiens linguarum. Aderat quippe tum ibi propter diei celebritatem, ex omni propè orbe,Parthi,Medi,& Elamitæ,Syri fimul & Arabes, Romani & Iudzi, Phryges & Cappadoces, & c. Et illi víqueadeò miraculo eo funt consternati, quòd quidam loquentes intelligerent, quidam verò mi nus, vt ebrietaté quoque eis probrose obiicerent, & vario multiplicíque percunctárium colloquio conuiciarétur. Ad quos diuus Petrus, diuino aperto ore, causam varietatis linguarum indicans, non vinum id, sed Spiritum sanctum esse dicebat, qui+ per spectatorem Dei Iohel promissus esset: Extremis videlicet diebus, eum à Deo super carnem omnem effusum iri. Oraculumque id allegans, firmissimis sermonibus Seruatoris res gestas confir mabat:omnésque cohortabatur, vt per pænitentiam resipiscerent, in salutifero Iesu nomine baptizarentur,& spiritum acciperent. Ipsis enim, liberisque eorum, & quos præterea Dominus vocasser, promissionem peculiarem esse, confirmabat. Et confestim ad tria millia hominum ad diui- F num accedunt baptismum, qui etiam inde per có munionem in do&rina fimul & oratione, arque etiam mensæ participatione cum Apostolis perse uerabant.Et quum multa miracula per diuos apo stolos ederentur, timor animum omnem occupa bat. Multi portò facultates suas védentes, ad Apostolorum pedes ponunt: & quæ ad necessarium vlum esfent, duntaxat capiunt. Communia quippe omnia erant omnium, & vno viuebant in loco:neque cuiquam dicere licebat, se quicquam ha bere proprij. Quod sanè quum Ananias & Saphira audendum sibi putarent, vt qui diuino mentiti essent Spiritui, repentina morte tolluntur. In tem plo quoque conueniebant, laudibus Deum vehen tes,& cibum cordis simplicitate communem habentes. Quamplurimi autem ad diuinum admitte bantur lauacrum, & diuina vis atque virtus Apostolos cosequebatur, nihil prorsus erat malorum, quod non præsentia & attactu illorum celerrimè diffugeret.Itaque pro foribus & fub dio m plateis deponebantur, qui diuturnis confecti erant mor-

Ipfo die Pësecoftes Apoftoli Spiri tum fanclio accipiunt.

Concio Petri ad multitudinem.

t dik orgala

Ea concione tria millia hominum ad Christum co uersa

Conobium Christianorum. Anania & Saphira horrendum fatum.

Miracula per Aposto los edica.

Christianorum persequatio.

Gamaliel ve rus Ofincerus confiliarius.

kų lieka-

Rebellio con sra ce sum co descriptione vindicata.

Septem da conorum ordinasio. A bis: vt salté vmbre Perri participes facti, ab ea qua premebantur ægritudine liberarentur. In quibus ille quoque fuit,qui à natiuitate fua claudus,ad té plum decumbebat.attacu enim Apostolicaru ma nuum, artubus recuperatis exilire est visus. Inde verò contra eos inuidia exoritur, quæ nomen Icsu profundo silentio premendum hortabatur. Illis autem id haudquaquam tolerandum fuit.Quũ ergo multa cum libertate Verbu publicitus prædicarent, in publicam coniiciuntur custodia. Cæte rùm per angelos inde educti, & templum ingressi,idem quod antea facere pergunt. Deinde ab An na & Caipha cocilium cogitur. & qui facile apud eos princeps erat Gamaliel, no prohibendum Apostolorum opus esse suadebar: hortabatúro,, coalescere & obtinere id necessariò oportere, si ita Deo visum esset : etiamque atque etiam videndum eis esse dicens, \* ne bellum contra Deum susciperent. Theudam quoque quendam, & Iudam Gallilæum in medium afferebat, qui cen-B sui & descriptioni primæ, multitudinis manu coacta, restitisset: &, quòd contra voluntaté Dei conatu's fuo venisset, periisset. Tum illi Apostolos pla gis mulctandos curant: & absolutis, nequid posthac in nomine Ielu vel dicerent, vel facerent, precipiunt. Sed enim quum ingens magis magisque ad fidem coflueret multitudo, indignatio in ca & murmur Græcorum exoritur, quòd viduç eorum despicerentur. Ita Stephanus, & cum eo sex viri, diuini participes spiritus, precatione & manuum impolitione ad ministerium publicum delecti or dinantur. Ipsi verò Apostoli soli sibi verbo vacan dum esse statuunt.

CAPPT III.

a Iacob' fra ter Domini, primus Hie rofolymin Eposcopus eligitur. b Epiphanius aduer-Sus Nazareos scribit I acobii hiic primogeniti filiülosephi, non ex Ma ri4 virgine matre, sed ex coninge alia » susceptum et (anctificati fuisse: Eideq; fratres ad-dit losin, In dam & Sy. ,, dem ve Hip polytes. Hoc ipsum uoque Epi phanisu scri bie adversus Amidico 20 [ Acobi

d gas.

Anè quidem & <sup>2</sup> Iacobű, qui fra ter Domini dicebatur losephi fili" is, & mater lelu spó la Iolephi ellet,propter excellétem cius virtuté& præcipua alia Jornaméta, Iultű ab omnibus cognominatů, primum Hierofolymitanæ ecclefie episcopú creant. Testatur hoc Clemés cótextor in sexto Dispositionu libro, ad hune modu scribens: Petrus & Iacobus & Ioanes, quos Dominus præcipuo dignatus fuerat honore, post ascensionem eius, gloriam non affectarut: sed Iacobum Iustum episcopumHierosolymorú legerűt.ln septimo au tem eiusdé argumenti libro hac quoque de eo co memorat: Iacobo Iusto, & Ioanni, & Petro post resurrectionem Dominus cognitioné & scientiá tradidit.Hác illi reliquis Apostolis, atq; ij rursum aliis septuaginta, quorum vnus quoque Barnabas fuit, tradiderunt. Duo auté fuêre Iacobi: alter Iustus, qui ex templi pinnaculo deiectus, & à fullone fuste ad necem vsq; cæsus est:alter auté, qui capite est ab Herode plexus. Iusti porrò istius & Pau lus mentionem facit, scribens: Alium auté ex Apo stolis quenqua no vidi, præter Iacobu fratre Domini. Porrò diuinus Euodius, qui & ipse Apostoloru successor fuit, in commentariis suis, præcipuè autelin Epistola quamd Lume inscripsit, hæc quoque posuit Christus, inquiés, manibus ipse suis Pe tru tantumodo baptizauit. Petrus porro Andræã, & filios Zebedæi. Ij deinceps reliquos Apostolos.

Septuaginta auté illos Petrus & Ioanes Theolog dicus, baptizatunt. Adiicit is præterea illa. A baptismo vique ad passionem Christi intercessisse annos tres: à passione verò, resurrectione, & ascésione eius in cœlos, vsque ad lapidationé Stephani, annos septe: à Stephani deinde martyrio, vsque dum Paulu lux circufudit, menses sex. Inde vsq; ad sanctæ Dei genitricis decessum, annos tres. Cæterùm tépus omne à natiuitate (hristi, vsque ad Dei genitricis migrationem, annos fuisse dicit quadra gintaquatuor. Totius auté vite cius, annos quin quagintanouem. Siquidem trimula quum esset, in templum est præsentata, & ibi in sanctis sanctorum traduxit annos vndecim. Deinde verò sacerdotú manibus Iosepho ad custodiá est tradita : apud quem quú menses peregisset quatuor, ab angelo Gabriele lætű illum accepit nunciű. Peperie auté Mundi iplius Lucem, annum agés quindecimum, xx v. die mésis Decembris. Deinceps annos peregit triginta tres, quos etiá æternű & ante lecu lare Verbu, & filius eius in terris exegit. Post crucis autem suppliciū illud, in domo Ioannis annos impleuit vndecim: vt ætatis eius anni simul colle-&i, sint quinquaginta & nouem. In ea ipsa Ioan nis domo primum Pascha mysticum couiuiu Dominus cum discipulis instituit. Inde hymno dicto in montem Oliuarum exierunt, ad villam Getlemani. Ibidem propter metum Iudzorum discipuli claudebantur.Ibidem etiam foribus claufis,quú refurrexisset, ab ipsis est visus: quum in facié quoque corum inspiravit, & Spiritu eis sanctum dedit. Ibi octaco post die Thomæ sides est cosirmata:eò Spiritus sanctus specie linguarum, ipsa Pentecoste aduenit. Ibidem Iacobum Iustum primű Hierosolymorum episcopum Apostoli suffragiis suis designarunt, & Stephanum cum reliquis sex Diaconis legerunt. Hanc porrò domum Ioannes fertur comparasse post mortem patris sui Zebedzi, qui quidem propriz nauis rector fuisse perhi betur, celebris inter Gallilæ incolas vir. Decedés autem in Gallilæa,filiis ambobus Iacobo & Ioanni hæreditatem reliquit. loannes igitur parté suã, quæ ex hæreditate ei cesserat, Caiphe eius anni Pó tifici vendiderat. Quapropter pervenditionis eius addictionem, notus quoque ei erat:sicuti ipse in Euagelio suo dicit. Alienata autem ad eum modu, quæ ei obuenerat in Gallilæa,possessione,aliá domum Hierosolymis ad sanctam (ita enim dicta erat)Sion,sibi comparauit,in qua deinde purissima mater Christi, ad extremum vsque diem suum vitam peregit. Consimiliter verò & frater lacobus fecit.nam & is bonis suis in Galilæa alienatis, Hierosolymis fuit, atque ibi salutare Verbū duodecim tribubus Ifraël prædicauit. Nó importunű equide, vtputo, fuerit, præsenti inserere historiæ, quæ diuinus Hippolytus Portuensis episcopus, de Iacobo fratre Domini memoriæ mandata reliquit:Ioseph, inquiens, faber ex vxore sua Salome (quæ quidé filia fuit Aggæi, fratris Zachariæ prophetæ, eiuldémque Ioannis baptistæ patris: Zacha rias verò & Aggæus filij erant Barachiæ sacerdotis) quatuor suscepit filios, Iacobum, Simeonem, Iudam, & Iosen: & item filias duas, Esther & Tha mar.ita vt Salome ipsa, & Ioannes baptista, duorufratrum liberi fuerint. Etenim Aggæus filius quidem est Barachiæ, patruus autem Ioannis.

D dio quadă,
« ad hifterid
Enangelică
" illustrandă
pertinentia,

Virgini matru at 4, Graita totim anno.

Domes

loannu Enangelifte

Hierofolymu ad mote

Sion sta.

iστου delrap⊕.

wipno τζς
πριοβοτίρας
ρώμες λείω
ευσιθο.
Επ. Η ippolyto Postnöβι episcopo de
loscopis βρός
Ματία en
priore cominage sua Salome libarus.

De cosa Maria migmu.

Maria virgo dina Elizabetha consobrina .

Christus ite Salvator & loannes baptifta confobrini swa8.

a Amra is dicitur Exed. 6. Num.3. b Catalogus Pontificum I udaicorum & Hieroso lymitanorนี้. vsque ad I a cobum fratrë Domini,iui tio ab A4rone sumpto. c Post Ioan nem istum alij Iudam <del>11112m</del> [4 cerdotem pount.qui Ie fine fratrens fina germa nom Hiero folymis in të plo interfece-† Home a-lý Iodam 70 I ofeph lib. 11.cap.8. d Hic In-

ifte non recë feter ,∫ed Manasse Si monssubstif Hic etiz Ísfon dill". Hak Antiochnu Sacer

ftu appella-

lios Onias

tw. Apod 4. A Similiter & Zacharias frater quidem Aggæi, patruus autem Salomæ Iosephi coniugis. Salomen porrò dico, non illam in Bethleem obstetricem (illa enim Bethleemitica, confobrina Elizabethæ erat,& item san&æ virginis Mariæ, vt hoc sacrū Lucæ Euangelium indicat) Siquidem tres fuere so rores Bethleemiticæ, filiæ Matthan sacerdotis, & Mariæ coniugis eius, sub Cleopatræ & Casoparis Perseregno, ante Herodis Antipatri filij regnum. Primæ Mariæ, secundæ Sobæ, tertiæ Annæ nomé erat. Nupfit prima in Bethleem Maria, & peperit Salomem obstetricem. Nupsit quoque secunda itidem in Bethleem Sobe, & genuit Elizabetham. Nupsit postremò & tertia Anna in terra Gallilea, & protulit Mariam Dei genitricem, ex qua nobis exortus est Christus, ipsa veritas. Ita vt Salome ista obstetrix, & Elizabeth, & Dei mater, trium so rorum reperiantur filiæ. Proinde Ioannes baptista,& Iesus verus Deus noster,consobrini esse dicuntur. Iosephi verò filius Christus esse dicitur, B & filiorum eius frater esset, propter conseruationem familiarem & cognationem Aggæi, fratris Zachariæ sacerdotis. Atque hæc quidé Hippolyt.

\* Iacobus, qui appellatur frater Domini cognomento Inftus, vt no-nulli exiftimant. I ofephi ex aliavxore, vt auté mihi videtur, Maria fororu matru Domini, cui" Ioan.in lib. suo meminit fili" Hierony. C APYT IIII.

Go verò etiam, qui Pontifices, ab ipío Aaron incipiens, ad Iaco bum istum fratrem Domini, & ad captam víque vrbem fuerint, historiæ huic attexam. Iacob ipfius tertius filius fuit Leui, huius

autem Caath, huius rursum 2 Abraham alter, ex quo Moses & Aaron geniti sunt. Et Moses quidé dux profectionis populi Israel ex Ægypto fuit . b Aaron autem primus Pontisex à fratre Mose est vnctus. Primus itaque Aaron, secundus Eleazar, tertius Phineas, quartus Eliezer, quintus Bochchi, sextus Ozi, septimus Eli, octauus Achitob: sub quo vates Samuel, simul propheta & sacerdos & iudex populi fuit. Nonus Abimelech, quem vnà cũ sacerdotibus, Saul, propter Dauidem benignè ab eo acceptum, occidit. Decimus Abiathar, qui vuus ex cæsis illis sacerdotib.saluus superfuit. Vndecimus Sadoc, sub quo templum à Solomone constructum est.huic successit Achimaas, illi rursum tredecimus Azarias. Hunc sequutus Ioram: illum Iodas, qui annos centum & triginta vixit, & Godoliam Davidis genus extinguere volentem interemit. Huic ordine successerunt Axiorá, Phadæus, Sudeus, Iculus, & vige simus Ioathamus: hunc sequutus Vrias, qui temporibus Achaz & Ezechiz sacris przefuit.illum Neri, Ioas, Sela, Chelzenia cias, qui sub pio Iosia pontificatum administrauit. Post hunc fuit Sareas: deinde Iosedec, sub quo populus à Nabuchodonosor captiuus est abductus: postea Iesus Iosedec filius, sub quo Iudzi è captiuitate à Cyro liberi dimissi sunt is vnà cum Zorobabel Iudæorum genti præfuit.Huic fuccessit Ioachim, sub quo Esdras leges recognouit. Hunc sequutus tricesimus Eliaseph.Illi+Ioachaz,in quem res ipsius Esther & Mardochæi inciderunt. Deinde fuerunt c Ioannes, Iadæus, quo tempore templú in Garizim ædificatú est, Onias d, Simon Eleazar: sub quo sacra Biblia de Ptolemzi secundi

consilio à septuaginta duobus interpretib.in Græ D finlit, & ld cum sunt translata sermonem. Marralles, conias, Simon.Quadragelimus numero Onias, f Ielus, & Onias alius: quo tempore populus ab Anthiocho Epiphane grauiter est afflictus. g Alcimus, quem quum non esset ex tribu sacerdotali genitus, Antiochus, Onia cæso, potificem constituit. Post hűc fuit Onias, Oniæ filius, qui in Ægyptű profugiens, remplum ibi Hierofolymitano fimile in Heliopo litarum agro extruxit. Post hunc quadragesimusquartus ex Asamonæi filiis, Iudas Machabæus: cui ordine successerunt, Ionathas frater, rursus Simon frater: Ioannes, qui & Hyrcanus dictus: Aristobulus,qui primus diadema libi impoluit:Iãnæas, cui etiam Alexandri nomen fuit. Quinquagesimus porrò fuit Hyrcanus, sub quo Pompeius Romanus dux vrbe vastata, sacra quoq; templi donaria inspexit. Quinquagesimus primus Antigonus, h qui Parthos propter Hyrcani inimicitias aduersus templum adduxit, & ab Herode pontificatu deiectus est. Quinquagesimus secundus Anaelus ab E Herode, quum non esset sacerdoralis generis, pótifex creatus est. Quinquagelimus terrius Aristobulus, quem Herodes, Anaelo reiecto, substituit: idémque rursus Aristobulo dolo cæso , Anaelum restituit. Anaelo Iesus i Phabi filius successit, dein de Simon Herodis+socer Pontifex fit: post hunc Matthias, deinde Iosephus, cui Iozarus successit. Sexagesimus porrò fuit Eleazarus, sub quo Herodes pessimè periit. Ei verò ordine successerunt, le fus Seæ filius, \* Ananus Caiphæ socer, Ismaelus fi lius Phabi, Eleazarus Anani filius, Simon Camythi filius. Sexagelimus septimus fuit Caiphas, qui etia Iosephus dictus est, sub quo pro nobis salutiferam mortem Dominus obiit. Post hunc Ionathas Anani filius, Theophilus eius frater, Simon Boethi filius, deinde Ionathas Anani filius, post hunc frater eius Mathias, mox Elinæus: rurlum Iosephus Camæ filius: qué infequutus est <sup>m</sup> Ananus Anani filius, qui Iacobum fratrem Domini, primum Hie rosolymorum episcopum interemit. Huic quoq, magna dicendi libertate vius Paulus: Perculiurus est te Deus, dixit, paries dealbate. Ei portò successit Gamalielis silius Iesus, huic Mathias Theophili filius:ſub quo,o&auo Claudij Cęſaris anno,bel lum contra Romanos susceptum, initium habuit. Postremus omnium Phinæus fuit, sub quo vrbs, templum,& gens cun&a à Tito capta,omnésq; & templi & legis res prorsus extinca corruerunt. " Atque hæc quidem sic se habent. Nos verò ad Apostolicarum rerum historiam ex diuerticulo redeamus.

Tephano plurima Spiritus gratia erat, multaq; is prodigia edebas & quum elocus omnibus Seruatoris & Domnibus Seruatoris & Coltú fuadens, furore Iudæi accéleret, concionaríq; non cessaret,

dutur.2 A quibus ingenti vi lapidum obrutus, primus iple pro Christo mortuus, siparer, hoc est coronam accepit. Cæterùm quum adhuc spirarct, diuina illustratus gloria,cœlos apertos , & Seruatorem ad dextram Dei stantem, séque confirman tem vidit . Itaque iple anima tota ad delideratum

Onia , id et Menclaus dictus concesit. Vnde seditio mota, propter 14 ∫ onem & Menelaum frattes. g Alchym? à Lysia jum mus l'acerdoe confrientus. h Pacorus Parthorum rex Indea bellum indixit. Antigonu à Par thu, vietu 👉 captisFa Selo & Hyr cano, rex con stituitur, Fa sel sibi mor tem consciwit, Antigonsu Hyrcano, aures prajeidit. Egesip.li. L. 10 seph.lib. 14. cap. 24. i Alqbabent, Sabetù fil. † KHVOLEÁS. . Ananum Cyreni? sum mum Ponti ficem conftisuit. Ioseph. li.18.cap 5. k Ismaelem Iabi filium, Valeri Gra tus Anano amoto ponti ficem creauit, ve suprà lib.I.ca. 29. I Sed non Pontificatus huins tempo re. Nam his in annum à Christi nati wit4te 22. incidit. An no portò Christi 33. idem Caiphas ponti-fexfait,quii Christus pro nobu, oc. m Pro Anano in Emange.legi-tur Annas, o in Act. apoft. Ana wist. n Initions belli tudaici, & finu.

4 Stephani

martyrium.

A illum anhelans, pro percussoribus suis, ne eorum

peccata Deus in rationem aliquam computaret,

Persecutio ecclesia Hie rosolymina ne.

Saulus Chri Stianorii per Sequestor pri

Idem va electionis.

Connerfie Pauli.

Insidia Indeorum Da mascenorum adver(us Paulum. Eas Paulus mi∬us effu-Idem ab Ec clesia Hiero folymitana suscipitur.

orans, ita ad Deum migrauit. Maxima verò inde & prima à Iudæis Ecclesiæ Hierosolymitanæ coorta est persequutio. Porrò discipuli omnes, extra duodecim illos, per Iudzam & Samariam dispersi sunt. Quidam etiam eorum ad Phænicen,& Cyprum, & Antiochiam vsque peruenere, nondum illi gentibus ipsis sidei Verbum com municare ausi, solisque tantum Iudæis id annunciantes. Tum Paulus quoq; Tarso ciuitate ortus, quum in lege patria (pharifæus enim erat) accurate & diligenter à præceptore Gamaliele eruditus esset, amulatione legis flagrans, eamque Apostolico marte admodum concuti videns, multum detrimenti Ecclesiis afferebat. Ac primum quidem cædis Stephani suasor fuerat, eorumque vestes, qui lapides in illum iecerant, seruauerat. Deinde in domos fidelium impetu, ranquam agrestis quepiam & immanis fera, faciens, viros simul & fæminas vinctas trahebat, & in carcerem coniiciebat. Sed is postea, serius aliquanto, ingentes admodum minas spirans, epistolasque à sacerdotibus, impunè ei fore quidquid aduersi, arbitrio suo, in Ecclesiam Damascenam contulisset, petens:Electionis vas, non ex hominibus, neque per B homines, sed per reuelatione Iesu Christi & Dei patris, qui illum ex mortuis suscitauit, maximusque Apostolus designatur. Quum quidem cœlesti lumine oculi eius perstricti atque extincti, & voce cœlitùs ab instituto suo retractus esset, Saul, Saul, dicente, quid me persequeris? Hic, quum ei Ananias per Arcanam reuelationem manus imposuisset, visum recipit: & in animo suo longe etiam magis illustratus, confestim, quam antea cotra nos ferociter spirabat, tam acriter pro nobis stare incipit, ita ve celerrime omnibus qui cum eo sermonem sererent, astrucret, atque ex scripturis probaret, Christum verum esse Deum. In tantam autem apud populares luos, qui in perplexibili oratione summam & ineuitabilem defensionem collocabant, peruenit inuidiam, vt per dolum occultè cædem ei strueret, eaque de causa ad portas civitatis Damasci in insidiis excubarét. Sed enim discipuli techna ea cognita, è muro eum in sporta demiserut. Qui quum Hierosolyma peruenisset, periculumque, vt ei cum discipulis conuenire lice rer,fecisset,fraudalenter eum illi agere credentes, auersabatur, neque persuaderi poterat, eadem eu cum ipsis sentire. Certò quippe sciebat, quàm aduersus illis fuerit, qui veluti ignem prorsus cotra Ecclesias spirarit. Ac nisi Barnabas, clarus in septuaginta illorum ascripto ordine vir, oratione sua, vera esse, quæ ille præ se ferret, confirmasset, & quæ illum facientem vidisset, testificatus esset, re infecta abiisset. Itaque Barnabæ suasu admittitur:qui deinde,eadem quæ alij faciens, Hierosoly mis disputabat, argumentisque Christum verum Dei filium esse cofirmabat. Cæterum quum Græci ei aduersarentur, cædemý; homini molirentur, discipulorum prouidentia Cæsaream deducitur. Inde porrò Tarsum mittitur, Christi Ecclesiam adaugens, & aliquos illi credentes semper adiiciens. Sed de his postea.

CAPPT YI.



Stephanum excitata, Philippus ex his vnus, qui cum Stephano ad diaconatum erant electi, per dispersione eam in Samaria erat edendorum miraculorum vi op f Ersequutione in primis contra D

pidò quàm pollens. Siquidem tantum ab ea virtu te valuit, 2 vt & Simoni, arti suz nuncium remittere persuaserit, qui magicis præstigiis longo tem pore populum seduxerar. Vsque adeò enim impo sturis & incantamentis homines ceperat, & tam celebrem ea ætate magica arte famam confequutus fuerat, vt Simonem illi magna virtutem Dei esfe arbitrarentur. Is igitur Simon talis quum esset, mirificis tamen Philippi rebus, quas supra opi nionem fidémque hominum edebat consternatus, baptilmum vnà cum reliqua Samaria subit, & verbotenus professionem & fidem in Christű egregiè simulat: cid quod & alij, qui abominanda eius sectam+erant complexi,faciebant, fraude & dolo autoris sui venenum pestiferum in ipsis occultatum, quoad possent, eis qui id suscipiebant, communicantes qui tamen postea, quum malitia peruersitasque eorum deprehensa esset, meritò sunt reiecti. Quemadmodum & Simon iste à Diuo Petro, qui impositione manuum Spiritum cotribuebat, manisestò deprehensus est, gratiam eam venalem esse arbitrari: eóque nomine, vt nul li rei homo reprobatus atque repulsus est. Itaque ille æmulatione percitus, contra Apostolos corumque doctrinam se armauit. Porrò, quum diuina prædicatio instar incendij per omnem iam serperet terram, e Candaces Æthiopum reginæ (patrio quippe more gens ca à muliere regebatur) Satrappa, diuina dispositione, primitiæ ex gétibus in Christum credentibus sit. Quum enim in Philippum iter ex visione faciétem incidisset, & per vnicum Esaiz prophetz oraculum, arcanis facrorum nostrorum mysteriis ab eo initiatus & baptizatus fuisset, in patriam ipse suam reuersus, primus in Æthiopia hominibus Dei Seruatorisq; nostri cognitionem læto attulit nūcio. Per quem prophetia illa reipsa est adimpleta: f Æthiopia prior porriget manus Deo. Atque in iis quidem res Pauli, quas paulò antè perstrinximus, con-F sistebant. Petrus autem Lyddam & Assaronem veniens, Eneam triginta octo annos le-&o affixum, verbo solo sanat ac restituit. Ioppæ autem quu ellet, eumque inopes & viduæ circunstantes, pro defuncta Tabitha, vestes aliasque res, quas eis Dorcas, pro eo arq; debebat, dederat, osté dentes supplicarét: dicto citius illam quidé resuscitat, multitudinem auté cam omnem sacro initiat lauacro. Deinde Cæsareæ centurioni Cornelio officium fuum præstat, quum linteum illud à quatuor partibus supernè demissum vidisset. Ita Cornelio, & qui cum eo erant, per do Ariná initiatis omnibus, gratia Spiritus sancti superuenit, & linguarum varietate gratia ea manifestò appa ret.quibus ad eum modum mirifice peractis, diui num deinde illi per aquam cosequuntur lauacru. Enimuerò Petro reuertenti, qui Hierosolymis ex circumcisione erant, gratiam ipsam non satis intelligentes, maximopere succensebant, quòd salem diuinum arcanáque mysteria, viris præputio obductis communicasser. Qui sanè rem ea edocti

Philippu diacon us Simonë Ma gum couertit in Samaria. b Simon ba pizam, or fidem Chrifiani fe cole n gregiè fia c Sie istim baresis quam hypocrita a & fimulate res confect #d Omnes qui quoque modo adulteraut Veri-SALE, OF PTA comű Ecclefia ladite, Si monis Sawa . ritani magi discipuli & fuccessores fuut, .† Simonis hypocrifis à Petro deprebenja. e Candaces Adhiopii regina Enwech' à Phi lippo ad chri stani(mano

> f Acthio pia praveeim Doo bec oft fily Ac thiopia current ad expă dendom ma nas suas in oratione coram Deo. P/al.67.

perducitar.

A ther la age plices ARPE KUTES 7ã kã. Diai Petri

Gसंस वृष्क्वद् ad com gdÿ & pænitentia reFideles primom Antiochia Chri fiani nomimari capit, Pradictio famu futu-

B

Agiogra-

Ewfeb.lob.1.

Augarus Ede∬enorii

ารีเลอร,พอา-

bo incurabi-

li detentus.

ad Christib

Christi ad

eum resposit.

Taddem 7

um èseptua-

mißä, à The

ma Edessam mittitur , i-

biq; Auga rano & filiib

eim Ændû

fanat, &r fa

cris Christia

ginta, inxta C Christi pro-

scripfit.

*с4*р.13.

A statim conquieuere, animis eorum admiratione consternatis, quòd Deus etiam gentibus pænitentiam concesserit ad vitam. Qui verò passim dispersi erant in Phænicia, & Cypro, & Antiochia, fidem solis Iudzis przdicabant. Cyprij tamen quidam, & Cyrenij, Antiochiæ, diuina eis opitulante manu, multitudinem ingentem nume roque superiorem, ad fidem adduxerant. Quod quum Ecclesiæ Hierosolymitanæ innotuisset, Bar nabam Antiochiam mittere properat qui sanè di uina refertus gratia, Tarsensi conquisito Paulo, cum eo Antiochiam proficiscitur. Atque ibi anno toto docentes, innumerabilem ad Christum pertrahunt multitudinem. Ibíque primum discipulos Christianos vocari debere sanciunt. Sedenim Agabus, vnus ex his qui cum eis erant prophetis, famem futuram prædicit. Paulus porro & Barnabas fratrum ministerio subseruituri, propter famem ingruentem, passim in loca omnia mittuntur.

CAPYT VII.

Ecessarium quoque, vt sciatur, illud est, quòd Seruatoris nostri diuinitas, & operú supra fidem & opinioné omnium effectrix virtus, per terram vniuersam decantata: multos quoque ex lon-

cantata: multos quoque ex longinquissimis-regionibus, sanationis incurabilium morborum spe permouerit. Vnde Toparcha Augarus ditionem suam vltra Euphratem cum laude administrans, eo quòd incurabili torqueretur morbo, quum nome Iesu celebre per terram increbrescens audi let (testificabatur nimirum fama & resipsa) supplex ei per epistolam fit, liberationem à morbo eo rogans. Ille verò ad sum quidem venire supersedit, per epistolam tamen manibus suis scriptam ei respondit: Oportere se, commemorans, quum quæ ei à Patre imperata estent persecisser, ad eum reuerti. Prosectione ve rò ea cofecta, ex lectatoribus fuis vnú Taddæum nomine, ad illum missurum, qui quum morbum illum sanaturus, tum vitæ sibi suisq; meliotis administer futurus esset. Itaque post resurrectione à mortuis, & ascensionem in cœlos, Thomas ex duodecim vnus, diuino quodem motu, Taddæű, qui ex septuaginta illis esse, cognitus est, ad Edessam, præconé & Euangelistam mittit, vt per eum quæ Christus promiserat, omnia exitum suum consequerentur. Arqueibi Taddæus quum esset, Tobiæ cuiusdam hospitio exceptus, omnem curabat valetudinem. Quod vbi audiuisset Augarus quæ ei à Iesu per epistolam scripta fuerant, in memoriam reuocans, statim illum accersit: cuius quu faciem conspexisser, & ad splendorem inde emicantis lucis obstupuisset, in conspectu primariorum circa se virorum procidens, adorationis reue rentiam Taddzo præstat, diligentérque, an eius qui epistolam ad se missifet Iesu , discipulus esfet, inquirit. Tum ille, eius se esse dicit : proptere aque venire,vt + fidei fide digna præstaret . Quòd si in priore perseueraret sententia & fide, maiora eum visurum,& optata cordis eius ad debitum finem soum peruentura. Augarus verd: Ea est, inquit, fides & persuasio mea, vt etiam no dubitarem, ex-

ercitu coacto, cotra eos qui illum in crucem ege- D runt, bellum suscipere: nisi à Romanis, \* quibus colla ipsi submittimus, metus & periculum immi neret. Taddæus verð: Dominus noster Iesus, inquit, manu & auxilio humano non indiget, qui voluntate Patris sui completa, ad ipsum est reuerfus. Augarus rurium : Sed ego, ait, ipsi patrique eius,quæ fidei sunt rependerem . Si hoc ita est , infert Taddæus:En tibi in nomine Ielu Christi ma num meam impono. Simulque cum attactu, & morbus profugiens euanescit: & ipse breui momento, qualis ante morbum fuerat, agnoscitur. Ac non ipse modò, verumetiam Audus filius eius pedum morbo laborans, multique præterea alij ciuitatis eius, variis conflictantes morbis, oratione simul & attactu, celeriter grauamine omni liberantur. Post hæc conuocata ad concionem ciuitate omni, Apostolus obtam salutis nostræ Ser uatori Christo + functionem omnem exponit, perfectioribus eos sacris imbuit, ad sacrum admittit lauacrum, sacerdotes, quos opus erat, creat: alia omnia ritè & ordine costituit, vrbémque om E nem Deo consecrat. Quum verò ab Augaro ad Apostolum deinde pecuniæmitterentur, accipere eas renuit. Si enim, inquiés, nostra reliquimus, quomodo accipiemus aliena? Porrò Augari epistola ad Christum, quam per Anania expeditum & celerem cursore misit, \* quoad crassiore modo concipi potuit, verbis suis hanc complexa est sententiam. Quum de te curationibusque tuis au direm, te sine remediis & herbis, solo verbo, czcis visum, claudis pedes suos, leprosis corpus mun dum, & qui diuturnis premutur morbis congruétem valetudinem, & quidem gratuitò prabere, aliaque multa viribus nostris maiora efficere ope ra, in mentem mihi venit, alterum te duorum isto rum esse arbitrari:vel Deum, qui cœlis relictis ad nos secesseris: vel saltem Dei filium, res tantas supra fidem & opinionem omnem gerentem. Itaque te hoc scripto oro, vt ne molestum tibi sit, ad me venire, méque, qui iam dudum affligit, inueterato morbo liberare. Persuasum porrò habeo, quum Iudzi iniquo erga te sint animo, non opti- P ma cos de te capere consilia. Mihi verò oppidum est modicum quidem illud, necadmodum celebre, vtrique tamen nostrûm percommodum. Postquam autem Augarus scripto suo persuadere ei quod voluisset non potuit, desperato Iesu, propter responsum acceptum, aduentu, quid caperet consilij incertus, eo tamen quo in Chri-Aum tenebatur desiderio perculsus, pictoré eximium ad eum misit, eique vt diligenter & accurate faciem eius in pictura effingeret,imaginémque pro desiderato illo sibi afferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiore stans, pingere Christi vultum, vt decebat, conabatur. Quum verò cœprum opus non succederet (divinus quippe splendor & gratia in vultu eius corufcans impediméto erat) re ca cognita Sal uator textum lineum petit, in coque prius loto fa ciem suam exprimit, & ad Augarum mittit. Dicitur quoque Persaru rex, manu ingenióq; promptum pictorem milisse, & per hunc, feruenti fidei desiderio, simul & ipsius Christi, & quz eum divino modo genuit, matris, quam celerrime ima-

ginem depictam accepisse. Atque hæc qui-

\*İxtivois fly
auxiva xAs.
vāvtap.
Est hoc sum
missionu O
rientaliü po
pulorü Gra
corum, &r
Ruthenorü.

さることでは、からないことではなると、との

Bexevo pide:

Civitas Edessenorii per Taddavm Christian s mii suscipit.

ce Epifola au
ce gari toparce cha ad Chri
fium.

Augarus
pictorem ad
Christi, qui
eius formam
depingat,
mitris.
Christi ima
ginem suam
ginem suam
ginem suam
tex
tum impressum pictură
feilicet wripurop, ad
illu remitrit.

TÄZİSE TIŞÊ

Tiberim Ca

Sar per Pot.

Pilatum de

rebus lesis

Christi car-

tior factus

contraSena

tas Rom.

fententiam.

in deo s retu -

n etiam

dem ex tabulariis & archivis civitatis Edessa, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta.Fuerant enim in publica librorum monumen ta relata. Et libri de Augari rebus conscripti, hæc quoque complectebantur, ex Syrorum lingua tras lata. Qua à me etiam recte hoc loco opinor esse expolita.

CAPVT VIII.

T iam vbique terrarum mirifico Verbo disseminato, sermonibus

omnium resurrectio, aicenno, alia diuinam potentiam testantia miracula publicè ferebantur. Co suetudo autem iam indeà plurimis annis obtinebat, vt qui præfecturas aut prouincias sortiti essent, res nouas, quæ sub eis accidis sent singulas, summum Imperium habenti Cesari significarent, vt illum nihil prorsus rerum omniŭ latêret. Itaque de refurrectione ex mortuis, alissq; prodigiis Ielu Christi, Tiberio Czsari scribens Pilatus:quum res eius plerafque,tum, quòd ex mortuis rediuiuus, sibique ipsi superstes, Deus iam à multis, & quidem præcipuus interalios Deus esse crederetur, renunciaujt. Quam rem Tiberius ad Senatum Romanum retulit. Senatus autem no es se deliberandum de ea censuit, sub illo quidé pretextu, quòd ille non priùs, veteri more, ipsius Senatus sententia, in Deos esset relatus:re auté ipsa, quòd diuinæ doctrine disciplina humano prorsus non indigeret auxilio. Sed enim etiamsi senatus ad eum modum verbum de Seruatore reiecisset. Cæsar tamen in sententia sua persistit, salutarique prædicationi impedimento non fuit. Scriptű hoc nobis reliquit Tertullianus, vir insignis, accuratáque legum & actorum Romanorum peritia cla rus,in ea que ab ipso latina quidem lingua scripta, in græcam verò translata est, pro Christianis Apo logia.in qua hæc quoque commemorat, ita scribens:Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Chri-C stianum in seculum introiuit, annunciatam sibi ex Palæstina veritatem dogmatis istius (ibi enim pri ma initia sumpserat) ad Senatum retulit, cum prerogatiua suffragij sui. Senatus, quia ipse non probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus mortem Christianorum accusatoribus. Cœlesti nimirum prouidentia, per ordinationem atque dispositionem competentem, hoc illi suppeditante, vt nullo obstante impedimento, Euangelij Verbum per terras passim omnes cursum Suum reneret. Sic scilicet vi & efficacia cœlesti salutare Verbum, quasi quoddam solis lumen , vni7 uersum habitabilem orbem prorsus illustrauit. Confestim nanque, iuxta divinarum scripturaru præscriptum, in omnem terram exiuit sonus diuinorum Euangelistarum,& Apostolorum eius, & in fines orbis verba eorum. Proinde per vrbes & vicos omnes, copiosissimæ messis instar, frequen tilsimæ numerosissimæque passim Ecclesiæ sung

constitutæ: & qui maiorum suorum successione,

veterisque erroris & idolorum superstitionis con D tagione, animis suis erant infecti, diuina Christi vi atque virtute intercedente, per sectatorum discipulorumque eius doctrinam, simul & miracula, tă quam à grauibus molestisque dominis liberati, vinculisque durissimis soluti, omnem illam diabo licorum deorum multitudinem conspuerunt, vnúmque & solum Deum esse confitentes, qui om nia condidisset, eum ipsum veræ pietatis legibus, diuinóque& fobrio cultu, per Seruatorem nostrú generi humano illato, coluerunt.

C APYT IX.

Iberius autem annis viginti duobus cum dimidio, Imperio admi nistrato, Caio moriens id relinquit. 2 Hic confestim Agrippæ diademate imposito, regem eu g

Iudzz creat. Philippi quoque & Lysaniæ tetrarchias eidem tum attribuit. neg; ita multo post Herodis quoque regnum, qui Ioanné occiderat, addit:Herode iplo vna cum Herodiade vxore, plurimis de caulis, b vt & Iolepho videtur, perpetuo in occidente exilio mulctato. Ea ztate & Philo floruit, vir non tantum apud nostros, verumetiam apud profanos philosophos celebris. Genere is Iudæus fuit, inter ciues & magistratus Alexandrinos clarus. Quantus ille quidem in patriis disciplints fuerit, quantoue in eas labore incubuerit, ipla res declarat. Quantus verò etiam in liberalibus externæ philofophiæ artibus , quid attinet dicere? Platonis nanque & Pythagoræ institutum summoperææmulatus,omnes sui tem poris philosophos longè superasse dicitur. Hic res Iudaicas sub Caio quinque libris est complezus, in quibus etiam vælanam eius dementiam, & quæ ille contumeliosissimè improbissiméque in Imperio suo egerit, & quas sub eo Iudzi pertulerint calamitates, persequitur. Illorum nimiram gratia orator quoque Romam venit, quum apud Caium pro Iudzis patriifque corum legibus & moribus orationem haberet, risum inde,& przterea nihil retulit. Parum verò abfuit etiam, quin de vita quoque ibi periclitaretur, quemadmodum cius in decimoo cauo historiarum libro circa finé d Iosephus meminit. Seditione, inquit, Alexádriæ inter Iudzos ibi incolentes & Grzcos orta, terni ab vtraque factione oratores lecti, apud Caiú ado rant. Vnus horum Appion fuit. Els quum multa acerbe in Iudæos dixisser, tum illud quoque adiecit, quòd Cæsaris negligerent atque despicerent honores. Quum enim alij populi omnes, qui sub Romano essent Imperio, aras & templa Caio cóstrucrent, rebusque aliis omnibus, vr Deum, venenerarentur: solis Iudzis absurdum videri, statuis eum honorare, aut per nomen eius iurare. Hzc aliaque multa quum Appio dixisset, quibus Caiu, p ingenio cius vt par erat, elatũ iri sperabat,Philo princeps legationis Iudzorum, magna gloria vir, & philosophiæ non imperitus, Alexandri Alabarchi frater, per defensionem obiecta diserte refellit. Explostrautem eum Caius, abire à se statim iubens. Atque ille ira percitus. C. Calligula

a Agrippă Cains Cafat gem tetrar-chia Philip pi & Ly fa-mia fecit. Io-*∫opĥ.lib.*18. cap.15. de bell Inda.li. 2.cap.5. b Lib. 9. cap.7. c Fuit is Roma apad m pro Inden , lexandrinis orator: sed pa mab coeft acceptus. c Initio Ca ligala se popularem ofte dit, animosque & Studia ∫e incendit. Deinde verd luxu.inconti newia<sub>s</sub>atrocitate, avari tia, & vitik emnibas, mõ strum exbibait. d Iosephica de retestimo e Indei iußi à C.Cafare effigiem eins care, arma potinu fumpscre.quë ma tum, Cefaris mors dire mit.Tacit. lib.21.

rilajjap A שמש ששו שני ב 7015 2710ming, igyop of Wa to Blog COTIZAÇI EA-70VT . g Propter mnocentissimam Christi cedë maximu quas-que Indai pertulere cla h Seians In dais infenſw. Pastringun tur calamita tes Indaorio quas sub Tiberio et Caio pertulerunt, extremi exci nbis Hierofolimitana proamia. Tumultus Tudeorii ingens propter Cefaris ftathas in tem- 33 plum à Pila to inductas. Ioseph.de bel 33 lo Ind.lsb.2. 33 64p. 3. Ege- 29 sip de. 2.capi. 33 5. De hoc ca pi.seq. Caim tëpla Indecruno statuis suis implenit. ä+0050p,200

videbatur graue quiddam in eos decreturus esse. Philoporrò contumeliose reiectus, exiit, & ad eos qui secum erant Iudæos, Fidendum esse, inquit, animumque sumédum. Caium enim iratum quidem eis esse, reipsa autem Deum aduersus illum iam auditorem adelle,& liberatorem. Hæc quidé Iosephus. Sed & ipse Philo singillatim quæ in legatione illa acciderunt, commemoratiex quibus equidem alia prætermittam, & illa tantum oratione persequar, per quæ perspicuum fiat, quæcung; nó multo pòst Iudæis accidere, g propter piacularem temeritatem, quam in Christo necando exhibuerunt, accidisse. Itaque ille primum refert, h Scianum quendam, qui plurimum apud Imperatotem Tiberium autoritate valuit, illud in primis studuisse, vt funditus tota gens Iudæorum deleretur. Deinde Iudær præsidem Pilatum, sub quo piaculum illud in Christum est commissum, stante adhuc Hierosolymis templo, nouum quiddam atque infolens contra leges, sanctiones, morésque eorum fecisse, eósque per id in magnam conturbationem & motum coniecisse. Post Tibe rium autem idem memorar, Caium Imperio suscepto, quum plurimis Iudeorum gentem contumeliis iniurissque affecisse, tum maximis etia detrimentis arque cladibus afflixisse. Quæ vt omnes ex ipfius oratione intelligerent, commodius esfe duxi, eam hic referre. Verba eius hæc sunt: Tanta moru Caij erga omnes, præcipuè verò in Iudæorum gentem, quibus grauissime erat infensus, fuit peruersitas, vt in plerisque vrbibus, ab Alexandria exorsus, oratoria corum signis & statuis imaginis formæque sue complens, sibi ipsi arrogaret atque dicaret. Quæ enim ab aliis sacrata erant, concupiscens ipse vi occupabat. Templum autem sanctæ ciuitatis,quod sacrosan&um,inuiolatum,+& à di reptione omni liberum permaserat, improprium mutaret & transformaret delubrum, Iouis id illu stris, noui Dei, Caij nominari iubens.

CAPPT X.



Nnumerabiles insuperalias calami tates orationem omnem superantes Iudæis Alexandrinis accidisse, idem Philo, sub eo quem diximus Caio, in secudo libro, cui titulus est De virtutibus , \* sermone assimu-

lato commemorat, cui & Iosephus consentit : itidem à Pilati, & in Seruatorem commissi piaculi té poribus, calamitates Iudzorum initium sumpsisse memorans. Qualia igitur & is in secundo Iudaici belli libro scribat, audire est operæptecium: Pilatus, inquit, à Tiberio procurator in Iudæam missus, noctu velatas tectasq; Hierosolymam infert Cæsaris statuas:signa ez vocatur. Qua rei nouitate interdiu maxima à Iudeis turba est excitata. Qui enim propius assistebant, ad conspectum earum consternati sunt, tăquam aperte legibus eorum proculcatis: quippe simulachrum aliquod in ciuitate habere, illis religio erat. Hæc si quis Euangelicis addat verbis, veritatem ipsam inuenier, celeriter enim cos vindicta est consequuta, propter cam, quam apud Pilatum insolenter edi-

dere vocem:non alium se, clamantes, habere regem, præterquàm Cæsarem. Paulò pòst alia quoq; calamitate pressos, idé losephus scribit : Post hæc, dicens, aliam quoque turbam conciuit Pilatus, sa cro thesauro (cui nomen Corbona) in aquæ ducto constructionem consumpto, qui quidem ad trecé ta dirigebantur stadia. Aegrè ferebat eam indigni tatem multitudo, & præsente Hierosolymis Pilato,tribunal circumsistentes vociferabantur. Ille porrò, quòd Iudzorum przuidisset tumultum, tur bæ eorum milites armatos, qui militaribus operti essent vestibus, immiscens, ferro quidem petere quenquam prohibuit, fustibus autem vociferates pullare præcepit: eiúlque rei caula lignum, vti cóuenerat, eis pro tribunali dedit. Quapropter Iudei ad eum modum verberibus cesi, multi plagis sunt interempti, multi etiam à suis inter tumultu protriti interierunt • Multitudo porrò ipía ad cladem eam exanimata conquieuit. Alias item innumerabiles,nouandis rebus,excitatas calamitates , idé Historicus persequitur, per quas astruit atq; probat, quod à perpetrato in Saluatorem piaculo, núquam & in vrbe ipsa, & in Iudæa omni, esse desse E trasunt. rint seditiones, tumultus, pugnæ, alior úmque into lerabilium cladium aliæ super alias incursiones, donec postrema omnium vrbis sub Vespasiano obsidio eos inuasit, ac prorsus extinxit. Atque eorum quæ Iudæi in Christum commiserunt, talem illi divinitus sunt experti vindictam, sensim cos carpentem. Verum enimuerò & iple Seruatoris iudex Pilatus, quũ fub Tiberio (quòd Maria Magdalena Romam adierat, & Seruatoris res ibi retulerat ) maximis affectus esse dicitur contumeliis, tum Caij temporibus postea extrema calamitate oppressus esse fertur: quemadmodum id tradunt, qui Græcorum Olympiadas, quæque in eis acta sunt, composuere. Ad eas enim necessitatis angustias variis aduersisque casibus est redactusbyt ma nus iple libi attulerit, & lui iplius vindex iple fa-Aus sit: vltione diuina (ita enim coniicere oportet)breui eum consequente. Id quod & de Anna, & de Caipha , aliísque item scribis & Pharisæis di citur: qui & ipsi dignas variásq; dederunt pænas, eius, quam Christo intulerunt, iniquæ & iniustæ necis.

> CAPVI XI.



Einde nondum quatuor prorsus exactis annis, Caius, qui tum Im periū tenebat, furore correptus, & vsque adeò est effeminatus, vt vestimentis, plicaturis, alisse; ornamentis mulieribus vtere-

tur.+quapropter in balnæis cæsus, Claudio succes sori Imperium reliquit. sub quo ingens illa fames fuisse scribitur, quam etiam Agabus prophetiæ dono clarus futuram prædixerat. Eáque de causa Barnabas quoque & Paulus ex Antiochia fratribus per ministerium suum victum summittebant. Quo tempore etiam Adiabenorum gentis regina, Helena nomine, Iosepho teste, ingenti pecunia frumento in Ægypto comparato, indi-gentibus id transmittebat. Huius sanè Helenæ, cuius, quem modò diximus, historicus iij

Sacer templi thefaurna à Pilate in a queductom edificatione cc consumptus.

A Charles of Contract of the a

populares, di

b Pilatu vitione diui ipse sibi attu

L. Vitellius Syria prafectus, Pilatii propter Indeorum accusationem Roman ita iußit, , & Marcellium Indais prafecit. Ioseph. lib.18.ca.11. Reliqui etiã Christi Salmatoris perfe outores ma lè disperie-

Caij cedes. De ea histo rici variant. Boco lo Baraveige itymes... lês.

Fames in In dea, 😙 sub Claudio.

Alas REIMPL

C

Hdens Adiabemregi na inspia Indea, sub-De Theuda impostere seditiofo,ex lo >> Sepho. vindicata fe ditionis Ժ 🤋 23 rebellionis.

A meminit, statuz illustres in suburbanis Ælizl ocis longo post tempore sunt visæ. Itidem losephus & Theudx impostoris & malefici, de quo in Actis quoque Apostolorum mentio fit, meminit hisce verbis: Quum Fadus Iudæ præesset, impostor quidam Theudas nomine, persuadet ingenti hominum multitudini, vt facultatibus suis secum receptis, ad Iordanem fluuium se consequerétur: dicebatur enim propheta esse. Is, quòd se iussu suo fluuium eum diuisurum, faciléque eis transitum præbiturum esse polliceretur, multos seduxit. Ceterum Fadus eos ea velania no diu frui pallus elt. Turmam enim equitum in eos immisit, qui illos ex improuiso oppressos, partim trucidant, partim captinos abducunt. Ipse quidem Theudas viuus in corum peruenit potestatem, ciúsque necati caput Hierosolyma perlatum est.

## CAPVT XII.



B

Iacobi A-

postoli mar-

qui Lacobii

ad supplició

duxis,Chri

fianu fa-

Elm, gram

anderno decol-

latus eft.

tyrium.


Vic deinceps historiæ idem Iofephus magnam illam famé addit, sicuti & Lucas in Actis, ea ipsa fame, Apostolorúmque ministe rio exposito,illud deinde infert: Eo autem tempore, sub Claudio

videlicet,Herodes rex(quem AgrippamIosephus nominat, Lucas autem Herodem vocat, quòd for tasse binominis fuerit) manus in nonnullos ex Ec clesia, vt eos affligeret, iniecit. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis, gladio De quo Clemens quoque spe ματιθε, seu contextor, memoria quiddá dignum in septimo Dispositionum libro, ex maiorum comemoratione acceptum scripsit: Quod is, qui illum ad martyrium ducebat, quum eum ge nerose admodum, & magna cum constantia ad supplicium ire videret, se quoque Christianum es se professus sit. V terque igitur, inquit, simul abdu-&i funt. Atque inter eundem, noxam fibi ille à Iacobo remitti rogauit. Iacobum porrò paululum deliberasse:móxque ad illum,Pax tibi,dixisse : osculumque ad vocem eam addidisse, & sic vtrung; capite truncatum esse. Herodes autem, vt sacra inquit Scriptura, quum gratam esse Iudzis Iacobi czdem videret, Petrum itidem comprehensum, grauique catena vinctum, in cultodiam coniecit, eidémq; supplicium itidem capitale molitus est. Et perfecisse ille impiam illam cædem, nist angelus noctu adueniens, vinculis illum liberasset, & in pristinum prædicandi verbi ministerium reduxi let. Atque equidem res divinz dispositionis de Petro, sic se tum habuere. Cæterum vindicta cona turn Herodis in Apostolos nefarium persequuturaminime cessabat:sed quæ alias vt plurimum tar die r'elle consueuit, tum præstò statim affuit.

Petrus per angelum è carcere libe-

#### CAPPT XIII.

Periano &



gna vocis contentione vehementius copiosiúsq; D Lysania adpro tribunali ad populum verba fecit. Ad cuius orationem quum plebs adclamasser, Dei vox, non hominis:confestim, vt sacræ litere inquiút, Angelus occulta plaga eum mul&auit:avnde eriă à vermibus corrosus atq; cosumptus, anima egit. Enim uerò preter alia, illud quoq; mirari mihi in menté venit, quòd Hebræorū historicus losephus, in vniuersum diuinæ scripturę consona scribere videtur. Qualia nanque de Herodis obitu in decimonono Antiquitatu libro e memoret, verbis ipsius referre libet. Tertius, inquit, annus, ex quo totam Iudzam regebat, peractus fuerat, quu is Czelarez, quæ antea Stratonis turris vocata fuerat, esfet, edebat ibi in honorem Cesaris, pro cuius salute, festos quosdam instituerat dies, spectacula. Conflue bat tum ex ea provincia, corum qui magistratus & honores gerebant, ad eum multitudo. Porrò secundo spectaculorum die, vestem ex argento miro artificio contextam induit, & in theatrum cum prima luce venit. Ibi primis solarium radiorum ictibus argentum illustratum, mirandum in modum coruscabat, metuendum atque horrendū E quiddam inspicientium oculis splendore suo inferens.d Itaque assentatores hinc & inde, vocibus ne ipsi quidem bono futuris, acclamabant: Deum enim appellabant, & vt beneuolus propitiúsque eis esset, rogabant: Si hucusque eum vt hominem veriti essent, de caterò humana natura superiore præstantiorémque professuros esse, pollicentes. Non increpuit eos rex, neque tam impiam assentationem est amolitus. Sed paulo post inflatum ca put suum sustulit, f & angelum funiculo cuidam infidentem conspexit. \* Statim hunc ex malis illis esse, qui aliquando boni fuissent, cognouit. Itaque immensus illius pectus dolor, ventrémque cruciatus, cum vehementia summa inuasit. & ad amicos conueríus:En ego, inquit, Deus vester, vitam relinquere cogor,Parcis iplis derepentè emé titas in me voces vestras coarguentibus: & qui " Lucas Amodò à vobis immortalis sum dictus, nuc ad mor estimate tem abducor. Sed accipiendum venit, quod Deo est visum, fatum. Non obscuram tamen nos, sed F firibero rifelicioris splendidiorisque sortis exegimus vitam. a detur. bant. Quapropter magna celeritate in regiam est "fHerodisädeportatus. Et sama apud omnes nasitation est "gelum aides buit, paulo post eum omnino moriturum esse. « sues s lusus Tum multitudo omnis vnà cum coniugibus & li- « TÃV κακᾶν beris, sumptis patrio more faccis, locísque omnibus fletu & luctu repletis, Deo pro salute regis « 103 av 24444 Supplicarunt. Et quum in sublimiore cubiculo is « vov. decumberet, & inde homines supinos procum- « g Claudiu bentes prospiceret, ne ipse quidem lachtymas co- « postes Atinere potuit, ac quinque continuos dies ventris « grippa iunie doloribus confectus viram fininir ettris quinque vi Philappi doloribus confectus, vitam finiuit: ætatis quinqua e tetrarchi gelimum quartum, regni septimum agés annum. « Traconitide Quatuor quidem ille lub g Caio regnauit annos, « concessit. tetrarchia Philippi trib.annis administrata, Herodis autem quarto anno recepta. Tres porrò reli- « quos annos sub Claudij imperio consumpsit. Dignus certe quidem est losephus iste admiratione, qui fic diùinis consona literis scribat.

cc Eodem mon two,regnum eine Agrip pa inniori cc Clauds' stace didit. qui id rsque ad va Statione His rosolymorii obtinuit. " Ibid.cap.9. cc 4 Horrenda a miserandá « que Herodis ec b Iosephi « testimomű. ec c Cap.7.de e bell. I ud.lib. a d Illustre ecc xempli perce miciosa impa dentium adulatorii affentationis. Sub He ce rodu nomine Actis de-

Hetodem

Agrippa frastë Chal-

cidu regene

conflituit, le

cap.4.de bel.

Indas.lib. 2.

Herodes facerdotum a

templi admi

niftrationem

à Clandia

impetranit. I ofeph.libro.

• fepb.lib.19.

ca.4. 1de

CAPVT XIIII.

Simonem vico Gitthon ortum, qui antea Orien-

sturis compleuerat, eò mittit, ibíque ille breui ci-

ues (paucis exceptis) magica sua arte seducit. Eò

autem impietatis peruenit, vt quum Deus esse cre

cotra hæreses libro, Irenæus Lugdunensis episco

pus. Vterque autem non longè post Apostoloru

tempora vixit: de quibus suo loco, quæ par est,

exponemus.Hæresum portò omniŭ dux & prin-

ceps Simon iste habetur. Vnde in hodiernum vs-

que diem, qui eins sunt sectæ & opinionis, sobriu,

& sincerum Christianæ philosophiæ institutum

egregiè assimulantes, renunciasse quidem idolo-

rum errori videntur: nihilominus tamen eam re-

tinere cotendunt, simulachra & imagines Simo-

nis & Helenæ istius erigentes, libationibúsque &

ceremoniis eos colere studentes. Horum res tur-

pissimæ, stuporem & costernationem mentis ho minibus afferunt. Quippe quæ tales sint, vt tan-

tum absit vt stylo scriptis rectè mandari possint,

vt propter obscenz fæditatis exuberantiam, nul

lum eas modestú & pudicum os eloquatur. Quic

quid enim extare aut cogitatione concipi potest, quod turpitudine quauis sit impuri, id omne hæ

resis ista omnium scelestissima atque nefandissi-

ma longè superauit, hominibus miseris, peccatis-

que oneratis mulierculis imponens. Tantum pa

rentem, autorem, & ducem, aduer sarium magnis

Christi discipulis, iam inde ab initio humanæ salutis infidiarrix verfuta illa vis obiecit. At diuina

è diuerso gratia & îexpugnabilis virtus, ministris

ipla suis sedulò assistens, tantorum malorú facem

vbique incendium spargentem, quam celerrime

extinxit, sublimitatem omnem quæ se aduersus

cognitionem Dei efferret, disijciens atque pessun

dans. Quapropter nihil corum quæ tum tempo-

ris succrescere coperunt malorum, ad statum &

vigorem suu peruenit. Veritatis enim ipsius lux,

mirificè resplédens, coruscabat, & recens cælitùs

relucens ineluctabilevigebat verbum, Apostolo-

zum cocionibus & institutis magis magisque in-

ualescens. Proinde & magus iste, gratia miser ve-

nalem esse existimás, primúm in Iudæa à diuo Pe tro,tanquam luce clariore, mentis oculos perstri

Aus, maxima eaque maritima profectione susce-

tem peragrans, incantamentis eum arque impo-

imperium, præripere atque occupare contédens,

A

Simon Ma-

gus Romano

o honores ci

ibi attribati.

ஆங்ர⊜

Helma co

Nõnulli häe

Selen vocat.

\* жылы

mes eins.

it.Dius-

Vum ad eum modű persuasio & sides in Serveros nem propagaretur terram,antiquus ille generis salutisque nostræ hostis, arte quadam vrbem cam,in qua tum fummum effet

deretur, tum statua magnifica in slumine Tiberi inter duos pontes honoraretur, cum inscriptione tali: Simoni Deo sancto. Atque ita Deus no tantùm apud Samaritanos, verùm in aliis quoque na tionibus + princeps Deus colitur. Quin & Hele na quædam comes eius, quæTyri Phænicum, ante hac in lupanari corpore prostituto quæstum fe cerat, parem cum eo honoré consequuta, \* principis intelligentiæ nomen obtinet.Hec sic in defensione professionis nostræ ad Antoninum, phi losophus idémque martyr Iustinus commemorat. Quibus similia quoque scribit in primo suo

Simon ifte berefum one H erefis eins [purci [so ma 🕁 fædif ßima , qua Chrifti noïa quă obtě to 👉 prateetu quodano ad flagitia et

Dew Sime viisti ma-K Apostoles oppo-Sat, & Pe-» praci-

pta, ex Oriente Occidentem versus migrat, Ro- D manamque vrbem præoccupat. Atqueibi quum cœptis suis maximè suprema inseruiret potestas, brèui admodum tempore víque adeò res ex sententia succedut.vt quum sibi incantationibus & præstigiis totam cociliaret vrbem:tum statua posita, vt dictum est, diuini ei tanquam Deo exhibe rentur cultus & honores. Sedenim no diu illi frau de ea vti concessum est . nam sub eodem Claudij ' Imperio, quæ omnia sapienter propter summum in genus humanum amorem dirigit Prouidentia, quali antelignanum & Inluperabilem atque inui &um fidei propugnatorem, \* qui virtutis ardorísq; gratia primas inter Apostolos divinitús est consequutus, Petrum, perinde atque cotra feram agresté & perniciosam, excitauit. Is no secus atq; fortis & generosus Dei dux, diuinis instructus ar mis occidentalibus ex Oriente supercœleste perfert lumé, arcanum scilicet de Christo mysteriu, &regnum cœlorum læto promulgat nuncio.Atque ad hune modum quum in Occidente Euangelica reluceret lucerna, ilicet Simon ipse vnà cũ fraude & seductione sua, cofestim extinctus eua- E CAPYT X V.

Pars Aps stolorii princeps, AIR & NOW BLP porur Ge A TOTE & LAND צמין שי דמי äzbsoλων lguri zaliliy Pigov.

The efficience



Antum autem in auditorū animis pietatis reliquit lumen Petrus, vt auditis contenti esse, & in iis quę fine fcripto,de diuino verbo addicissent, permanere non possent. Quam ob causam

Marcum, qui tum Apostolum consectabatur, magna animorum contentione obtestantur, vt monumentum aliquod traditæ sine scripto disci plinæ, in literas relatu, eis relinqueret: neq; prius inde discederet, quàm id quod rogatus esset, perfecisset. Quo cognito Apostolus, divini instinctu spiritus, perquàm est tam eximia eorum virorum delectatus volutate & cupiditate: proindéq, scriprum id iudicio suo comprobauit,& vt in Ecclesiis legeretur, constituit. Hanc quippe causam scri pti à Marco Euangelij extitisse, Clemens in sexto Dispositionum tradit. Atque his consona Hierapolitanus comemorat Papias. Proptereaque Pe-F tri, quod secundum Marcum est dicitur Euangelium. Meminit porrò Marci in priore epistola sua Petrus, quam Rome agens composuisse fertur, in qua etiam figuratè Romã Babylonem nominar, ita inquiens: Salutat vos ea quæ in Babylone est, coëlecta, & Marcus filius meus. Qué Luças quoque in Actis Ioannem vocat. Dicunt præterea di uinum hunc Marcum, primum in Ægyptum & Alexandriam missum, Euangelium quod conscri plit prædicasse, Ecclesias ordinasse, atque ei quæ ibi est Christianorum monachorum solitariæ vitæleges dedisse. Tanta autem virorum & mulierum à primo statim initio confluxit multitudo, vt exercitij studisque corum philosophiam, institutum, mores, vitam, rationémque conuersationis omnem, in scriptum retulerit, in vtroque philosophiæ genere celeberrimus Philo: quem ad colloquium Petri, Romæ diuinum Verbum concionantis, fama est peruenisse.

ditorii Petri, Marcus fe-Etator eins Evägelium scripsit, à Pe tro deinde co probatum.

Rogatu au-

Roma figurate à Petro Babylödilla

Marcus ide in Actu Io annes.

Marcuspri mus & Acgypto Euan gelin predicauit,& mo nasticem ibi instituit.

Philo cũ Pe tro Roma collocutus,

ç iiij

Λ

Philo de mo
nachis Chri
floans i Ac
gypeo scripsis
\* Tel Biss
0,000 ccrizs.
Tel int so

Iesus hebrai co sermone Curator dicitur fine me diens or Sal nator. & ab hoc fortasse viileffes prim dilhi funt , quàm Christiano-งน์ cognomen fideles obtinucriie. Ab Antiochia B năque sicuti verstatis arwentű ha gumento .... bet, discipuli 👉 ecclesia fa, Christiami diçi cæperist. Reperise eine rei argu mentii (i Phi lenu comentarios legerie in libro cius quë de lesse is inscripsis. Qui horii vi ta cofuetudinë 👉 laudes expones, 🚓 monasteria que i regione circa Ma tia lacii habuere comemorăs, no de alys quam Christiania primu, histo Fiam texuit, ocu eis peragratis. Epipha.9. De Nazareis. c Christia-พงาพี, พงี (งไมี Monachoril homini, instituta & d वाम्रप्संब,nö Solùm Mochnaorü, sed hominiiChri fianorii om niŭ oratoria. † it to sim ९१८ मण्डरको \* 7(AB-201-Esh.



On rantum verò is quali numine afflatus, profequitur inftitutum eius temporis Apostolicorum ex Iudæis, vt videtur, progenitorum virorū: sed id quoque iudicio suo coprobat, quan

que iudicio suo coprobat, quan uis etiam tum plurimæ veterum Iudæorum consuetudines obtinerent. Asseuerat quoque verbis disertis, nihil se veritate ducere prius aut antiqui, neque quidquam ex sepsso rei ipsi addere constituisse. Quapropter scriptum id, canones & regulas,quæ etiamnum in Ecclesia seruantur, liquidò continet. Inscriptio auté libri est, & titulus \* De vita contéplatrice, siue + de supplicibus. Eos auté qui vitam eiuscem odi amplexi essent, sipamividi, hoc est, cultores seu curatores vocat.vel quòd ita tum appellarentur, nondum Christianorum nomine late diffuso: vel propter purum sincerumque Dei cultum:vel quòd tanquam medici, exercerent, curarent, atque colerent eorum qui ad eos venissent, animos, omni eos vitiorum perturbatione liberantes: vel aliam quamcunque ob causam. neque enim de eo contendere necessarium est c. Hos à principio, quum Christiana philosophia initiaretur, dicit, rem familiarem facultatésq; suas relinquere solitos esse: ac deinde nun cio omnibus vitæ huius curis & solicitudinibus remisso, extra muros in semotis aliquibus agris& hortis, aut etiam montibus, versari arque viuere, dissimiliúmque omnium consuetudinem tanquá perniciosam auersantes, vitam propheticam flagranti atque feruenti fide meditari atque æmulari. Non solum autem eo in loco, verúm etiá alibi in orbe hoc genus fuisse scribit. Decebat quippe summi boni & Græciam & Barbariam participes fieri,in Ægypto tamé & maximè circa Alexandriam institutum hoc frequetari. In vnaquaque autem solitaria, inquit, mansione sacram domum reperias, quam donurun hoc est honestatis grauitatisque locum, & monasterium vocant: in quo scilicet ab aliis seiuncti & solitarij, + honestæ sanctæque vitæ mysteriis imbuuntur. Eò nihil infertur vel frumenti, vel potus, vel etiam alte rius rei ad necessarium corporis vsum pertinétis. Sermones tantum & leges, dictaque prophetaru at que hymnos diuinitùs inspiratos ibi meditantur, atque etiam alia quibus doctrina & pietas augelcens, \* lummum consequitur bonum.Interuallum porrò temporis ab ipío diluculo ad veípe ram víque, in exercitio eos continet. Sacris enim incubentes literis, in patria sedulò desudant philosophia. Ac quasi fundamentum primum iacien tes ipsam continentiam, reliquas ei superstruunt virtutes, neque ante solis occasum, alicui ex eis pa nem aut potum sumere licet. Virtutis enim studium luce dignum, ita vt par est: contrà autem ad tenebras pertinere eas, quæ ad necessarium corporis vsum sumuntur, curas iudicant . Sunt auté qui post tres aut plures dies demum cibi reminiscuntur, quibus videlicet maior doctrinz inest cu piditas. Nonnulli etia ita lætantur, deliciísque affluunt circa sapiétiæ epulas, plutimas suppeditan tes doctrinas, vt duplicatum etiam id tempus se abstineant, & sexto vix die de necessariò alimenfactorum oraculorum per allegorias arcanas occultásque fententias, & anagogas fiue contempla trices & mysticas intelligentias instituunt. Studiú fiquidem, & quasi lex philosophorum istorú animanti persimile est, cuius corpus dictú literæ anima autem sit abstrusa in ea atque invisibilis més

to participare consucuerint. Expositiones portò D

& intelligentia. Sunt quoque apud cos & mu-

lieres solitaria, spanwridu, hoc est cultrices diaç

quæ facrá hanc vitá & institutum fectátur:quarú

pleræque modesta & sobria senecture ornatæ,pu

titatem & virginitatem non necelsitate, sed spo-

tanea animi destinatione colunt, nullamque cor-

porisvoluptatum curam aut rationem habentes.

non mortalium, sed immortalium liberorum gi-

gnendorum cupiditatem obtinet, quales liberos

sola ex seipsa Dei amans anima procreare potest.

Verùm enimuerò quum duo sint hominum vite

instituti genera: vnius nimirum, eiúsque inferio-

ris coniugalis consuetudinis: alterius autem su-

permundanæ & angelicæ, Deo videlicet dile&æ

virginitatis, ac solitariæ puriorisque conuersatio-

nis: si quis legitimu ac impollutum sequatur ma-

abelt, sed pauciora ei cotingunt charismata & do

na. Sobriè enim pudicéque & is viuere dicitur, &

trigecuplum virtutis fert fructum, difficulter cer

tè quidem sexagecupulum. Cui verò sincerè An-

gelicam vitam degere fit datum, etiam fi ea afpe-

ra lit & ardua,facilè tamen ei fuerit lexagecuplú,

atque etiam centuplum ferre fructum, certò (cili

cet ad perfectionem & summu bonum colliman

ti. Scripta autem iis esse dicit veterum, qui auto-

res & duces professionis corum extitere, & mul-

ta monumenta ideæ & formæ eius quæ allegoriis

delectatur post se reliquerunt, virorum: iis illi

quasi archetypis, primisque exemplaribus vtetes

morem modúmque eum imitatur. Ea porrò mo-

numento, diuina Apostolorum Euangelia, & Pau

li Epistolas esse puto, interpretationem antiqua-

rum scripturarum recam continentes. Non so-

lum autem, inquit, cotemplationi vacant, sed no

uos etiam hymnos, carmina, & laudes in Deum

omni genere grauiorú numerorum atque rhyth-

Philonem non hæc de Euangelicæ vitæ insti-

tutis dixisse, vt quæ aliis quoque accommodari

queant: sed is certum indubitatumque esse sibi

perfuadeat,nostram illum depinxisse viuendi có-

suetudinem. Quum ad hodiernum vsque diem,

no apud alios quam apud nostros homines regu-

las tales viuendíque mores conservari comperto

sit: conventus scilicet in vnum,& seorsum quidé

mulierum, seorsim etiam virotum, frequentatas

conversationes, solitaque & stata exercitia, quæ

etiam nunc nos soli, & maxime vnà cum inedia

cibíque abstinétia, cum precibus, & cum diuino-

rum oraculoru meditatione, & peruigiliis & ora-

tionibus, salutiferæ Passionis feriis, atque etia an-

te eas ferias celebrare consueuimus. Addit insu-

per Philo & illud: Solere apud nos ita catari hym

nos, vt quum vnus certis conservatis numeris, ti-

tè atque decenter præeat, reliqui tacitè illum au-

dientes, hymnorum tandem extremas partes con

cinant.Præterea téporibus suis illos humi in her-

ba stipadio iacere solitos, vinum prorsus, vt ipsius

morum componunt. Videbitur fortasse cuipiam, F

trimonium, longe ille quidem à reprehensione E

Antiques Afetriaris Status

Collatio coin Zalu & calo vis vis a,

Libri Chris
ftsanorii &
Monachorii
fanctorum.

Noul teftamineum, reteru est expo sitio.

Nonde alie qu'am Chriftianis homi nibus canones hos Philo scripsis.

Pernigiliand Christianerum in pafsianu Christiere.feriu. A verbis vtar, no attigisse, neque quidquam sanguinei gustasse refert. Potum quippe illis suisse aqua tantum, cibum autem cum pane salem & hysopum. Adhæc morem quoque Ecclesiis præsidentium magistratuum describit: atque in iis, quum cæterorum ministrorum munia, tum summæ omnium Episcopalis dignitatis sublimitatem. Quod verò hæc Philo de primis pietatis præconibus & traditis ab eis antiquitus moribus scripserit, satis ei persuasum fuerit, qui diligeter & accurate, qua diximus, historiam eius viri legere voluerit.

CAPPT X FII.

Dingidus.

Philonis locubrationes,

\* The place -

# 8 wolestwho,

† Swides, phi
lones reconfens lucubra
tiones, hoic li
bro titu. dat,

wight the
yorke the
growers,

planens

Hilo porrò iple & verbis est co piosus, & sententiis diffusus: exponendis auté per arcaná & my sticam interpretationé diuinis scripturis altus & sublimis, plurifariam sacrorum oraculorú te-

xens enarrationem.Ostendit id partim in comen tariis suis in Genesim, quibus titulum indidit, Sacrarum legu allegoriz:partim in distinctionibus, ambiguitatibus, & solutionibus earum scripturarum,quæin quæltionem trahutur, lummatim & per capita relatis. Sunt præterea aliæ quoque eius feorsim edite lucubrationes.De agricultura duæ. De ebrietate totidem. Alia item variorum titulorum scripta: quale est, Quas res mens sobria per orationem vel precetur, vel deprecetur. Item de linguarum confusione 🖈. De rebus expetendis & fugiendis. De natura & inuétione. De his que in disciplinis simul conuenire debeat, siue de Encyclopædia & disciplinarum orbe. Alius præterea liber, Quis sit rerum diuinarum hæres, vel de ea quæ fit in æqualia aut inæqualia sectione. Item de tribus virtutibus.Item de iis quorum mutatur nomina, & quibus ex causis mutantur: in quo se quoque scripsisse de testamento priore & posteriore testatur. Composuit etia librum de secessu & vita sapientis. Alium quoque de Gigantibus, de rebus Mole: & quòd somnia divinitus accidat, libros quinque. Atque hæc equidem funt, quæ in Genesim ab eo scripta, ad nos puenerut. In Exo-C dum verò, quæstionum solution úmque quinque libros eius esse cognouimus. Vnum de tabernacu lo, vnű de Decalogo. De iis que sub specie legum lata ad Decalogum referutur, libros quatuor. De facrificiis animalium, & quæ sint sacrificiorum ge nera, libru vnum. Item de propositis in lege præ-\_ miis,honoribus scilicet & pænis. Inueniuntur etiam singuli eius libri: vt de Prouidentia, Contra Iudzos, \* de Republica: Alexander, siue de animantibus irrationalibus rationé habétibus. Item, servos esse malos omnes. Et qui hunc consequitur, Omnibus modis bonos liberos escendu hos, + de vita contemplatrice, seu de supplicibus est copositus:vnde ea transtulimus,quæ de Apostolis & primis Christianorum institutis & moribus suprà diximus. Hebraicorum quoq; nominum in lege & prophetis interpretationes eius, esse perhibentur. Itaque Philo iste, Caio imperate, quum Romam venisset, libros de Caij amétia & vecordia composuit, quos per + vrbanitatem & ironiam, De virtutibus inscripsit. Eos deinde Claudij temporibus quum in Senatu ibidem recitasset, tanta fuerunt in admiratione, vt digni iu- D dicati sint, qui in bibliothecam Palatinam referrentur.

CAPPT XP111.



Odem porrò seculo, paulo pòst & losephus sloruit, & ipse vir Iudæus genere,& ex sacerdotib° ortus. Tan tum autem disciplinarum dostrina excelluit, yr summam & patriæ&

lexcelluit, vt summam & patriæ& Græcæ linguæ peritiam sit consequutus. Multa is quoque volumina reliquit. Machabæorum certè libros, eius esse ferunt: potissimumq; eum qui inscriptus est, + Animum rationémque esse, quæ summu in homine obtineat imperium. Antiquitates Iudaicas viginti libris est coplexus. Septem auté de bello Iudaico Hierosolymorúmque euer sione copoluit, quos fama fert, Titu Cælarem 🖈 manuum suarum descriptione comprobatos, pu blicari vbique, atque etiam in Romana bibliothe ca reponi iussisse. Edidit etiam alios duos de Antiquitate libros, in quibus Hebræos primos homi num omnium extitisse, scriptaque corum cateris vetustiora esse ait. Præterea cotra Appioné gram E maticum, qui tum orationes aduersus Iudzos inuectivas scripserat: & cotra alios itidem, qui patria Iudzorum gentis instituta & mores caluniari aufi fucrant, refutationes. In quarum refutationum oratione prima numerum testamentarioru seu canonicoru veteris, quod dicitur, instrumenti librorum iniens, 🖈 qui apud Hebræos maiorū traditione recepti fint, & citra ambiguitatem atque controuersiam omnem pro legitimis verisq, habeantur, hisce verbis docet: 2 Non multa volu minum nobis sunt millia, dissonantium inter se " atque pugnantium. Sed vinginti tantum & duo " libri, acta temporum omnium complectentes, " qui quidem iustis de causis, diuino afflatu scripti " esse credutur. Horum quinque sunt Mosz, legés-" que ipsas atque humani generis propagationem " atque successionem ad illius obitum vsque conti " nent, quod tempus no ita multum à ter mille annis abest b. Deinceps verò à Mosæmorte vsq. ad " Artaxerxis, qui apud Persas Xerxi successit, re-" gnum, qui postMosen fuerunt, prophetæ, res tem " poribo eis gestas, sunt persequuti libris tredecim. " Qui verò sunt reliqui quatuor, hymnos & landes F in Deum compolitas,& præcepta hominum vi... " tæ habent. Ab Artaxerxe auté ad nostram vsque » ætatem perscriptæ quidem sunt res vniuersæ: sed " nó cam libri tales, quam illorum qui eos præces- » serunt apud nos meruerunt sidem : propterea & » non tam certa atque explorata prophetarum po- = steriorum sit successio. Satis porrò res ipsa decla- » rat, qua religione nos libros nostros adire arque » versare soleamus. Cuu enim tot ia secula pre- » terierint, nemo vnquam inuentus est, qui vel ad- » dere quidquam, vel detrahere, vel mutare deniq; ». in sacrosanctis oraculis ausus fuerit. Omnibus = quippe, ab ipso ortu, ludzis ingenitum est, diui. » nitus proditam editam eam esse doctrină crede- » re,in caque constanter perseuerare, atque adeò, si » opus sit, pro ca etiam non grauate ipsam adire & 🖘 perferre mortem. Ad finem auté vigelimi An- » tiquitatum libri indicat, quatuor le copoliturum 🕶

libros de Deo : quæ Iudæorum de co fint patriæ

Tofephilucu brationes.

† The Theirs dutokpáto... Pos hogispå.

\* idiais ys... yeaqd[axse...

Infrà lib.3.

cap.II. Vespafianus Iotapata op pido subacto Iosephii cepit eŭ Roma ad Neroné mittere flatuit. At ille imperiü Rom. ipsi V espasia no & Tito deberi post Nerone dini nãs, eis perfuafit, re captiaŭ fe in ca stris secti reti Apud quos deide Roma š magno fuit tha cliam ei, ppeer histori ci styli nitos rë,ibi publici tus eft posita Iosephus de Canonicia veteris tefte menti libris. b Enfe. lib.

3.ca.cap.10.

Theodor's Bi A bliader à mi do condito ad Mosa obiti, numerat annos 2488.

Librorii corii 22 sinceritat. 22

Iofephus vevitase in primu est i histo
via scribenda
consectatus.

Hic Agrip
pa, vique ad
Hierofoly more excided
duranic He
rodu Agrip
pa (de quo
Luc, in Act.
circa fi. scribie) sium.
Insephi stylus.

Colletio Phi lonn & Iofaphi. opiniones, De substantia eius, Et de legibus: Quapropter apud eos quadam permissum sit facere, quæda verò sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idem ipse in operibus suis asseuerat. Verum in fine Antiquitatum, in Iustinum quenda ex Tiberiade, qui de eisdem, quibus ipse temporibus& rebus, minus vera scripsit, stylo inuehens, quum alia permulta ei vitio dat, tum hisce vtitur verbis: Non equidem, inquit, itidem atque tu, de mea so licitus sum historia. Sed imperatoribus ipsis scripta mea obtuli, quum res iplæ gestæ propemodū adhuc cernerentur. Conscius enim ipse sum mihi me veritatis colectande precepta colerualle. Cuius quum me testimonium cosequuturu sperarem, non me fefellit opinio. Quum multis nan que aliis historiam meam legendam exhibui, ex quibus nonnulli in bellu ipsum etiam inciderut, quemadmodum Agrippa rex,& quidam cognati eius: tum Imperator Titus, adeò per scriptorum meorum monuméta tantummodo rerum gestaram cognitionem in homines vulgari voluit, vt manus suz annotatione historiam consignată pu blicari præceperit. Rex præterea Agrippa sexagin tal&duas scripsit epistolas, quibus fidei atque veritatis historiæ meæ perhibet testimonium. Ex quibus duas quoque apponit. Tantopere auté historico, rebus gestis ad imitationem Thucydidis scribendis, stilo enitet, vt neminé in ca laude primas ferre patiatur. Siquidem nouis subinde gaudens argumétis, cum facilitate multa, nihil de artis vigore remittés, suauis admodum & lætus incedit: & quum mirifica eius est eloquutio, tum in concionibus gloriam & laudem meruit singularem. Philo certe quidem philosophiz plurimum operæ navasse, at losephus oratorum sacra magis coluisse videtur. Et ille ad Platonem, hic ad Thucydidem respexit. Sed de Philone & Iosepho satis. Ad ordinem enim & contextum actorum Apostolicorum redire nos conuenit, vt per compendium summatim ea percurramus.

CAPPT XIX.

Alla Pan li & Barna ba,

Serg. Paulus Precéful à Paule ad Chriftum co

Gentium ad fidem Eu an gelicam 18ceptie. Osteaquam Paulus & Barnabas ministerium fratrum copleuêre, & Hierosolyma reuertêre, à Spiritu sancto ambo designantur atque deligatur, ad quod vo cati suerant opus. Ac per Seleu-

ciam, in insulam Cyprum, ipsamque Salaminem veniunt, Iudzis Diuini Verbi Euagelium annunciantes: Ioanne, cui & Marci nomen fuit, eis inseruiente: qui deinde à Perga reuersus est Hierosolyma. Paphi autem Helymas magus, qui idé Bariesus est, increpatione acriore Pauli oculos ad cæ citatemvsque perstringitur. Et proconsul Sergius cócionibus Pauli credit. Iudę porrò Antiochiam Pisidiæ peruenit, & in Synagoga salutiferum verbum prædicat. Et iam ex gentibus ad fidei profes. sionem accedunt non pauci. Opportuno autem tempore oblato, Paulus rursum concionatur. Ad quem quum infinita conflueret turba, zmulatione maligna Iudæi accéduntur, & Paulo aduersan tes resistunt. Ille verò ardoris & zeli melioris ple nus, auersari quidem ipsos, & se ad gentes conuer tere dicit.Itaque ingens coorta est lætitia, quæ ita

recipiebantur, gentium. Iudei autem techna qua- D dam, multitudinem corum qui honores gerebat, primarioru virorum cocitant, lapidibusque Apostolos petere atque persequi persuadent. Quare Apostoli inde Iconium, deinde Lystra, mox Derben profugiunt. Postea reuertuntur Lystram, & Iconium, & Antiochiam Peragrant inde Pisidia & Pamphiliam. & ex Perga deinceps Antiochia maiorem perueniút, atque ibi fratribus gentium fidem exponunt. Postmodum Iudzi quidam exoriuntur, ex præscripto legis Mosaicæ, eos ex gen tibus ad fidei professionem accederent, primu cir cucidi, atque ita demum in Christum credere, totamque Mosæ legem seruare debere, contendentes. Barnabas igitur & Paulus Hierofolyma petűt, quæstionem eam ad maiorem gentium Apostolos relaturi. Atque ibi in conuentu multoru, Petrus legis iugum deprecatur: & Iacobus cócionás edicit, non esse facessendam molestiam eis qui ex gentibus fidem susciperent:sed per epistolam illis significandum, vt se à contaminatione corum quæ idolis essent sacrificata, à fornicatione, & à suffocatis abstineant. Ita cum Paulo & Barnaba, E Iudas qui etiam Barlabas dictus est,& Silas,ad fra tres Antiochenos legantur: eisdémque, quæ Apo stoli Hierosolymis decreuissent, per epistolă insinuant. Neg; ita multa pòst, Antiochia illi rursum discedur. Porrò Paulus & Barnabas + offensa & exacerbatione intercedente seiunguntur. & Barnabas quidem Marco assumpto in Cyprum traiicit, Paulus autem Sila sibi adiuncto Syriam petit: Lystrámq; & Derben peragrans, Timotheu quoque suscipit, Greci quidem patris, fidelis autem Iu dzz matris filium. Quem sanè propter Iudzos, confilium pro tempore capiens, & illorum se ingeniis accommodans, quum iple circuncilionem abrogaret, nihilominus tamen circuncidit. Omnes nanque ex Iudæis fideles, patrem eius Græcu hominem esse sciebat. Itaque illi ciuitates passim adeunt, & Apostolica decreta promulgăt. In Phry gia autem & Galatia, atque etia in + Mysia, quum verbum prædicassent, in animo habent prouincia quoque Bithyniam adire: sed quo minus id faciat, Spiritus eis oblistit. Cæterúm Troade quú essent in fomnis Paulo admonito, Macedoniam inde pe tunt. Et naui egressi, per Samothracem & Neapo F lim, & in primam' Macedonica ora ciuitaté Philippensium colonia perueniunt. Inde potrò Thes salonicam,& finitimam ei Berrhæam,mox quoque Athenas adeunt : ac deinceps occidenté versus, Euangelių anunciantes, proficiscuntur. Enimuerò epistola illa quæ Hierosolymis ad eos qui Antiochiæ in Syria & Cilicia, locísq; aliis oībusad fidé se ex gétibus cotulissent, per Silam missa est, in hæc verba est cócepta:. Quandoquidem au- » diuimus, quòd quidam venientes vos turbarint, » dicentes, oportere vos circuncidi, legémque ser- » uare, quibus id non mandauimus : visum est Spi- » ritui lancto & nobis vnanimiter congregatis,ni- » hil vobis vltra imponere oneris, præterquam hec » necessaria, vt vos abstineatis ab immolaticiis si- » mulacrorum,& sanguine,& fornicatione,& suf- » focato. A quibus vos custodientes, bene agetis: Valete.Misimus auté Iudam & Silam, primarios ex fratribus viros, cum Barnaba & Paulo, dilectis nobis fratribus,hominib<sup>9</sup> qui animas fuas pro no

Difceptatio an fideles ex Gétibus obfernanda legu overe gra nădi esfent.

Decisio cias,

† zapolosµ3 7000 pivov. Offensa n.ter Paulom & Barnabã

وأصروبية. • كاستورو

Exemplum apoftolica di fpenfationis. † ngà táv μυ σίου έσω τῶν λίγον Эషుషణ

Epifola apo flolorum of presbyterorii Hierofolymu Antiochiam ad fidiles ex Gitibus data, All.15. A mine Domini nostri Iesu Christi deuouerunt, vt verbis hisce vos consolarentur.

CAPVI



m'à Par

r Phi

Paulau i can લાર્કે લેંગુલાશાજ

Caftes cared

ru tu fuis ba

ptifatior, &

in Christum

Alla Pan

b Ashavus

ترويد المرابع

716.

credie.

Orrò quumPhilippis essent, pur puræ venditrix è ciuitate Thyatirorum fæmina'ad diuinú acce dit lauacrum. Et spiritus Pythonis,iusu Pauli ex puella pfugit. Cuius dominis, quum spes que

stus eius, quem ex ea capiebant, esset præcisa, ilicet plagæ & vincula Apostolos arripiunt, & catastæ podes eorum admodű constringunt. Sedenim intempesta nocte preces ab eis fiunt, quas qui in eodem carcere vincti erant, exaudiunt. Ac Deus quidem terram mouet & concutit: fores autem, claustra,& vincula omnia soluuntur.Custos porrò carceris fores omnes apertas conspiciens, ipse sibi attulisset manus, nisi cum voce sua Paulus co hibuisser, omnes adhuc intus esse dicés. Ita custos lucerna arrepta, carcerem ingreditur, & quid sibi faciendum sit, rogat. Tum illi ei Verbum depræ dicant, & ipse recentes eorum vibices sub calida lauat aqua: pro qua ab illis diuinum simul lauacrum. Itaque is cum suis omnibus lætus Christo sese dicat. Deinde illi bene manè magistratus primariorumque viroru iussu carcere emissi, per Am phipolim & Apolloniam, Thessalonicam perueniunt. Ibi Iudai infideles tumultum in vrbe mouet, & Iasoni, qui eos benigne hospitio exceperat, negocium facessunt. Nec minus & Berrhæz similia eis accidunt. Sed Paulus à fratribus ad ma re deductus, Athenas venit. Eam vrbem simulacrorum cultui deditam cernés, sermones & cum eis qui ex synagoga erant Iudæis & cum philosophis Epicuræis simul & Stoicis confert. A quibus tanquam + nugigerulus,inaniúmque verborum fator,& peregrinorum deorum annunciator,coniciis grauiter exagitatur: & comprehensus,in su premum ibi iudicium, Areopagum, seu Martisvicum nominăt, producitur, atque ad iudicu subellia sistitur. Nouem ij erant, sapientia, virtute, genere & opibus omnibus aliis præstantiores habi ti,& ad iudicium munus obeundum, prout quisque corum visus est optimus, ad tribunal lecti.In medio horum cossistens, superstitionem eorum, arzque eius quz apud cos Ignoto Deo consecrata erat, annunciat : seque eius apostolum & legatum esse asserit, quem & Dominum & creatorem cœli & terræ, quòd scilicer per eum confissat om nia, ipseque nullius rei indigens, & nulli omnium materiæ similis sit, laudat. Illi insuper addens, nul la eum alia re qu'am piis bonoru operibus, & veritatis cognitione coli: & peccata quidé, per igno rantiam huc vsque à nobis commissa eum dissimulare atque remittere, de cætero autem relipiscendum, & verbis fidei cedendum esse. Ac iudicădi quoq; eum potestatem propterea recepisse dicit, ipsum scilicet lesum Christum, qui divinis prorsus factis & operibus Deus perfectus, & ide perfectus (citra tamen peccatum) homo declaratus, pro omnibus crucifixus sit, & à mortuis resur texit,omnibúsque spectantibus ad suum in cœlű redierit patre, rerum nimirum vniuersaru Deum. Quibuldam itaque, quòd resurrectionem ab eo

audirent, res tota ludibriú & fabula videtur.qui- D dam autem verbis eius credentes, eum sectantur. In quibus & Dionyfius Areopagita ille fuit, vnus ex sapientibus illis & delectis viris. Tanta aurem fuit in Chrstum fides, vt non modò dignus diuino lauacro esset, sed etiam ipsius Pauli manibus Atheniensium designaretur episcopus, mirificis prorsus atque diuinis charismatibus & donis pol lens: Vixit is etiam familiarius cum diuino viro Hierotheo: quorum vtrique res summas Paulus, vt eis,in tertiu vlque cœlum & paradisum ipsum raptus, initiatus fuerat, de Theologia, Deíque Ver bi ratione scilicet, necnon colesti hierarchia, rerúmque omnium absolutissima dispositione atque ordinatione, communicans tradidit quas res Dionysius postea etiam in scripta retulit. Qui por rò, verbo pietatis veríque cultus magnifice prædi cando, magna vsus est libertate, multosque annos in partibus occidentalib' Christum glorificas, ad multam peruenit senectutem, & pro ipso martyrij corona est cohonestatus. Ferunt autem eum, caput suum, quod gladio resectum fuerat, in manibus gerétem, ad duo millia passuum tulisse: ibíque id, in quam inciderat, mulieri tanquam depo E situm tradidisse. Que autem ille scripta, sublimi rerum diuinarum contemplatione, sententiis,& eloquutione, admiranda prorsus & excellentia, longéq; ab iis quæ pro hominű captu edita funt, dissita composuerit, sic se habent. Primu quidem opus de Diuinis nominibus conscripfit, tredecim capitibus: in quo ad centu quoq; alia capita sunt adiecta diuinæ sapientiæ plena. Secundus ab eo li ber scriptus est, cui titulu fecit, De cœlesti + hierarchia, capita habens quindecim. Tertius de Ecclesiastica hierarchia, capitu septem. Quartus de arcana seu mystica Theologia, quinque capitum. Reliquit etia epistolas decem, quarum postrema Euangelistæ Ioanni, qui supra pectus Domini recubuit, est scripta. Atque hec quidem eius scripta hodie quoque circuferuntur. Ipsem aute aliarum quoque lucubrationu suarum mentionem facit, quales sunt, quæ ab eo Theologicæ dispositiones sunt nominatæ. Item symbolica Theologica.pręterea de Angelicis proprietatibus & ordinibus. Comentarias de Anima. De iusto & diuino iudi- F cio. De divinis hymnis. Item de iis quæ vel intelli gentia vel sensu deprehenduntur. Comentarij au tem isti omninovisi no sunt, neque nobis, neq; iis qui ante nos fuerunt, cogniti. Sed de Dionysio operibusque eius hæc satis sint.

> CAPFT XXI.



O tépore, a quú Claudius quintum imperaret annum, & imma culatam Dei Verbi matré mortem obire oporteret (quádoqui dem & filius eius, verú se homi nem esse probans atque confirmationem esse probans atque esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse probans atque confirmationem esse pr

mans, + ad grandiorem exoletz senectutis atatem non peruenit) vndesexagesimum illa agens annum, nuncium à filio, per Angelu b, de migratione & aduentu ad se cius, ita vt antea quum ipse ad eam venturus fuerat, accipit. Itaque migratione sua ad \* hunc modu cognita, immensa repletur lætitia,) quid enim dulcius ei, quam vt cum fiDietyfiat Arcopagi

Historbeut

Dionyfil atyri Et in ender mattyrio mi raculă isigne Dienysii Ariopagila scripta. † Qui Hin-Tarchiam na minat. vno rerbe fummation reru factarii o'im dispositione ordinată ab Solutámy; di cit. Et qui hierarch ne afflatü,di લાંત પ્રાથમિક જોrii, sacra coguitionis peritum fignifi set. Dronys. Ariopag.

a Agiogra t àx ifapeq b Migratio Dei genitricis in calum b Hier.9. Paulum & Eustochiü. Ne fi veneris restrictes manib" illud spectyphum de transito Maria beasa gloriofa Sempérg; vir ginu, dubia p certis recipiatu . quod multi Latiwork pietatie amore studio legedi chari amplective prafertim cit ex hu nihil exprimi pos pcerto,nifiq. hodierna dia

Asopagica,

Süma töciad Arm-

transitionem eam pertinent, præparantur: nuncium etiam illa, quem acceperat, iis qui cum ea erant, exponit, & præterea victoriæ mortis tropçum (erat autem palme ramus) monstrat. Etiam tempus instabat, quum in Sion super humiliore lecto reponitur. & aderat loannes, qui eam domi suz fouerat:& przterea quidquid Hierosolymis erat fæminarum celebriorum, quæ vel amoris necessitudine, vel generis propinquitate ei có iunctæ essent. Tum virgini discipulo & itidem aliis ipla virgo præcipit, vt duas eius tunicas vicinis viduis, quæ præter cæteras propensiore erga eam amore atq, pietate fuissent, donent. Sub hæc vis lachrymarū ingens ex oculis omniū profluit, orbitaté suá migratione illius complorantiú.Deinde cœlitùs filius eius, cum innumerabili angelorum exercitu descendit, animam illius sanctam prorsus & divinam assumpturus: & tonitrus atq; nymbi sonitu confestim ex finibus omnibus suos congregat discipulos. Hæc quú immaculata pror sus virgo sciret, vnicuique quæ optaret, precatur, benedictione omnes dignatur, + & extremis illos vocibus copellat, Vale dicens: migrationémq; suam no luctu eos, sed gaudio potius prosequi iu bet: & quæ ad exequias sepulturamque eius perti nerent, suauiter & læte exponit. Deinde Petrum ad se venire iubet, mox reliquos etiam Apostolos vocat, ardentes habentes faces: & mirificè ex-

A lio & rege suo esser, contingeret ) lumen ad eam

infertur, domus purgatur, genere propinqui, vt

par erat, accersuntur, ritéque & ordine que ad

deponit animam. CAPPT XXII.

Oeterùm ne temerè videar con

ultans, labiáque aperies, gratias filio agit: atque in

lectum rurlum repolita, manus reuerenter & gra

uiter,ita vt illa decebat,eleuat,& venerandú pror

sus soléque ipso purius corpus pulchrè coponens

arque conformans (videbat enim illum angeloru

gloria circumcirca tanquam satellitio stipatum) cum voluptate & miraculo:Fiat mihi rurlum fe-

cundum verbum tuum,inquit, atque ita in charis

illius manibus, perinde atque obdormiens, beatá

uenrus Apostolorum in dormitione Dei genitricis meminisse, necessarium esse duxi, a proferre ea quæ Dionysius Areopagita, in tertio capite ad Timotheŭ Ephesium episcopum scribit, quod caput tales ha bet inscriptiones: Quæ precationis sit vis, de beato Hierotheo, & de religione atque Theologica historia. Verba eius hæc sunt de Hierotheo: Čogressus etiam est cum hierarchis divino numine afflatis, quum & ego & ipse, alisque multi ex sanctis frarribus nostris, ad spectaculum b diuini illius & saluriferi corporis conuenissemus. Aderat ibi Iacobus quoque frater Domini,& item e Petrus theologorum coryphæus & princeps. Deinde post id spectaculu, visum est, vt hierarchæ om nes, pro se quisque ve posset, hymno cantato, infi niti potentem divinæ virtutis bonitatem cocelebraret. Meministi tu satis, vt ibi secundum theologos ipsos, omnes alios sacros mystas longe superarit, totus à seipso secedens, totus mente extra leiplum degens,& prorlus conuenientia eis quæ

canebat paties, d ita vt à quibus audiebatur &co- D Monfirdum spiciebatur, simul & nó cognosceretur: numine af flatus,& diuinus hymnoru cantor iudicatus.Sed quid tibi de iis,quætum fancti illi viri theologati fint, dicam? Quum, nisi mei quoq; ipsius sim oblitus, meminerim, me multos hymnos & partes qualdă dininitus inspiratarum illarum laudum, te canente audire?Hæc Dionyfins. Apostoli autem, & qui præterea ibi aderát, viri egregij, lectum corona circundantes, reueréter illam exosculantur. Ad quam deinde quàm plurima fiunt miracula. cœci nanque, præter spem expectationémq; omnem, oculis suis solem cernut, surdis auditus suus datur, claudi gressus recipiunt: & vt semel dicam, omne morbi genus attactu solo prorsus cedit & profugit. Deinde cereis ardétibus prælatis, & vnguentis floribúsque sparsis, atque Angelis cœlitus e pheretrum vel præcuntibus, vel stipantibus, veletiá cósequentibus, divinis patribus & Aposto lis mirifica quædam carmina ? cocinentibus, intelle Qualis illa atque spiritualis arca, ex Sion in Gerlemani, Apostolicis cam gestátibus manibus fertur. Atenim in hanc tantam lætitiam, molestű & durum quiddam incidit,quod filentio præter- E eundum non sit. Quum enim divinu illud tabernaculum, itavt dictum est, ad Getsemani portaretur, vbi Dei genitrix sepeliri se mandauerat: Iudei inuidia tabelcétes, quum occultare non possent, eum qui in métibus corum foucbatur, liuoris affectum produnt.Inter quos aliis quidam coniden tior, furibundúsque magis, (erat autem ex facerdotum ordine) quum sacrum tabernaculum portaretur, impetu quodă præter rationem percitus, in id ferebatur, humi prosternere sacram illam ar cam, atque pessundare in animo habés. Sedenim vindicta nequag moratur f. Náque ab vlnis ma nus illius recifæ, ex pheretro dependent. At quæ diuina natiuitate sua, lætitia habitabilem orbem omnem repleuerat, ne in obitu quidem cuipiam molestiz aut zrumnz alicuius causa futura erat. Portò is cui hoc cotigerat, quú malus quidem, sed tamen non prorsus desperatus & incurabilis ester, pænitentiæ rite prætendit remedium: & quoniam manus quas non habebat, protendere nequid, lachrymas profert, & simul cum ea resipi F scentiæ disciplina, cura quoque adest. Pheretrum enim consistir, & manus ad resectione, vnde deciderant, accommodatæ (Petri id iussu factu) con festim pristinű statű suum recuperant. V bi autem ad Getsemani peruentum est, sepulturæ quidé illa, filium imitata, traditur:h per illum autema d di uina tabernacula, ad ipsum scilicet Paradisum, vbi &vitæ arbor consita est,ratione ea,quam qui hæc fecit, Deus nouit, transfertur.

Sepulcrii com

cernétib<sup>®</sup> m

bu rsquead prasens yval lis Issaphae

medio, and

vallu eft ïta

motem Sion

et manten Olivai pofi

ta,in qua fe

polta fuisse

pradicator.

Sed mans 74

cni e∬e man

sibm oftedi

tur. Hecid

circo dixeri,

quia multi

nostrorii du-

bität verna

assupta fue-

रांस विकास तर्ह

corpore,415

abserit reli-

the corpore.

Hierony. e Epiphan, aduet§ An

tidicomans.

mitas, non fe

poffe affirma

re & dicae

feribit, de ge

nitrice Dei,

vel op immor

ferit, rel o

comment.

deis sacerdo ei cuidi phe-

rari Dei ge

mitricia impa

twose inmide

ti,manu de-

cidüt,& ex

pheretro di-

g Manm eide mox,per

pænitentiam

resipisceti, re

fituunter.

h Corpudi

na virginis divinitùs in

š paradijum

translatum.

Qued, quia Des ui hil est impos

fibile, nec nos

de beutaMa

ria fallum

abnuimus:

Cofirmator

Innenaliseji

Scopi Hico-

solymitani.

Mann

pendent.

vitam morte

Ex lu-

salu per

foloji com

### CAPPT XXIII.



Orrò vitalis & salutiferi tabernaculi huiustranslationem, quu multi alij disertis verbis clarè deprædicant, tum omnium maximè Iuuenalis Hierofolymorú epifcopus:magnus fanè diuinó-

q; afflatus numine vir, ex vetusta traditione, rem hanc sic gestam, scriptis suis cum side confirmat. Dicit enim, totum triduum Apostolos ad monu mentum

Morti & fo neri virginis matris Apo foli Christi affuerunt.

† it ifirkere ءزان س©۱۹۰۶ moor pliggLTP.

C

a Testime-

ทที่ Diony

Si Areopa

6 Bunging "

Har Smoties "

८ अध्यक्षकां जुन्दिक ३३

y Koladorindi 20

<del>пр</del>евитати

சப்µளு.

דמש פנטאלzapárei Tas,

ter cantelă salma fide più nazio deside orteat, quã ucb∫oltè defi ire good si Quo Maria Tantta vuà com carne re guű cælorum m cernat. qua neq; la-scinieris,neq; formicate fue rit, neg; adul teris comiferit.sed neque aliquod in-fandŭ carnie opus patra-uerit sed inspolluta per B phanies adnersus Mar ל דנאנזוף.

tiam logi rt.λιστίν i. finë
obiti, affim
ptionem.
Dina Dei
genitricis mo
res.Statura
& forma.

Potest his e-

\* pagifier,

dientes, perseuerasse. Accidit auté rursum, ve Tho mas ab eis abesset: videlicet vr nota perspectag; diuæ genitricis fieret assumptio, itidem vt antea filij eius, pro eo arq; decebat, post diem tertiú resurrectio ingenti afficiebatur dolore, neq; quieto animo esse poterat Thomas, quippe qui tati boni non fuisser particeps. Sacer auté ille chorus, iniquum esse iudicans, si ille quoq; divinum virginis matris corpus non spectaret atque complecteretur, aperiri monument ü iubet. Quod quidem vbi ita est factum, desideratu illud corpus non coparuit. Sepulcralia tantum lintea ritè composita loco suo manebat:itidem vt filij quoque eius in sepulcro relicta. Quæ & ipse, & qui cum eo aderát, cum veneratione exosculati, incredibilíque volu ptate, odorí sque su auitate repleti, sepulchr ú quidem ad pristinum conformant modum: miraculum autem ipsum quasi per manus subinde poste ris traditum, ad nos quoque trasmiserunt. Quod verò divinum hoc Dei genitricis tabernaculum resurrecturu fuerat, prophera quoq; Dauid prædixit:Exurge,inquiens,Domine,tu & arca sanctificationis tuæ. Inde fama est, non ita pridem san-Aissimæ virginis quoque sacra primum celebrati cœpta esse. Mores autem, formæque & staturæ eius modus, talis, vt inquir Epiphanius, fuit. Erat in rebus omnibus honesta & grauis, pauca admo dum cáque necessaria loquens, ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suu & venerationem omnibus exhibens. statura mediocri: quauis sint, qui cam aliquantulum mediocré longitudiné excessisse dicant. Decenti dicendi libertate adversus bomines omnes vsa est, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas, & tang olez colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erat inflexa, & decenter nigra:nasus longior,labia florida,& verborū suauitate plena: facies non rotunda & acuta, sed aliquanto longior, manus simul & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, miniméque vultum fingens, nihil molliciei secum tra hens; sed humilitatem præcellétem colens. vestimentis, quæ ipsa gestauit coloris natiui contenta fuit:id quod etianum sanctu \* capitis eius velamen ostendit. Et, vt paucis dică, in rebus cius omnibus multa diuinitus inerat gratia. Aetas autem eius sic se, vt antea dixi, habuit. Nunc ad Apostolica acta reuertamur.

mentum id, diuinorum hymnorum carmina au-

CAPPT XXIIII.

Atla Pau

Aquilla
Prificila.

Aulus Athenis discedens, Corin thum venit. Ibi in Aquilam aulæorum textorem, & Priscillam cóiugem eius, qui nuper admodú Roma venerant, incidit. Edicto enim Claudij, omnes ex Ita-

lia Iudzi eiecti erant. Cum iis Paulus diphtheras faciebat. Iudzi auté Pauli doctrina audita, ei resistunt. Quapropter is ira percitus: Sanguis, inquit, vester super vos: à quo ipse purus, ad gétes prosicicar. Ibi quoq; synagogz princeps Crispus, vnà cu coniuge & liberis, diuinu suscipiunt baptismu. Annu porrò integru cum dimidio Corinthi Pau-

lus fuit, & Gallio Achaïz proconsul à tribunali Iu D dæos repellit. idemq;, quum Sosthenes verberaretur, pro nihilo că rem habuit. Paulus verò inde pfectus, in Syriam nauigat. Ephelum auté quum venisset, manere quidem ibi tépore aliquo cogebatur:fest ű autem diem proximum Hierosolymis peragere cupiens, inde abiit, & mari Cæsarea Palestinę peruenit.Inde Hierosolyma ,pfectus mox Antiochia Syriæ rursum tédit. Vnde deinde egres sus, Galatiam & Phrygiam, ecclesias visitans, peragrat. Apollos verò quidam, patria Alexadrinus, eloquentiæ vi pollens argumétis demonstrationibusque certis atq; firmis omnibus demonstrabat, Christum eum esse qui ab ipsis expectaretur. Hic Ephelo profectus, Corinthu appulit, arg; ibi magna cum libertate fidei verbum deprædicauit. interea Paulus ex terra Syria Ephesum venit : & qui ibi adhuc Spiritum sanctum esse nesciebant, eu manuu illius impositione abunde suscipiunt, peregrinísque sermonibus & linguis loquuntur. Biennium totum in Asia Paulus peregit in cuiusdam schola, cui nomen Tyranno erat. Ibi omnes & Iudæos & Græcos ad Verbum audiédum pertraxit. Fama porrò inauditorú antea miraculorú E eius increscebat, adeò vt sudaria quædam & semi cinctia (tenues videlicet fasciæ) quæ corpus eius attigissent, qui morbos curaret, tum dæmonibus formidolosæ essent. Erant præterea Sceuæ cuiusdam sacerdotis filij septé, qui nomine Pauli damones adiurare & expellere audebant:qui ita fugati, Paulum se quidem scire, illos autem minime nosse, dicunt:atq; cum impetu in illos insiliétes, eos conuulnerat. Quapropter res ea audita,omnibus timoré incutit. Mox etiá qui \* ex curiosis artibus viuebant, libros suos vendentes, precium eorum ad quinque + myriades denariorum redi gut. His porrò ita actis, in animo habebat Paulus per Macedoniam perere Achaiam, & inde reuerti Hierosolyma, deinde Romã etiã videre. Quum autem adhucin Asia esset, Timothem & Erastum in occidentem misit. Ibi tum Demetrius faber ar gétarius, quòd aurei, quos faciebat, dij, Paulo illos despicere persuadente, negligerentur, tumultum non paruu Ephefi excitat: Actum esse de Diis, periclitarique etia templum, que apud ipsos coleba-F tur, Dianæ, quiritans. Vulgus itaque furore & indignatione percitum, Magna, Epheliorum Diana: & impetu beluino quosda ex Pauli sectatoribus coprehendit. Ac nisi Alexander scriba consistens, sublata in altum manu, suauibus multitudiné demullisset verbis, fortasse Paulum ipsum etiam interemissent. Qui Epheso discedés, in Macedonia proficifcitur, Ecclesias confirmans. Atque inde in Græciam venit. Cæterùm quum ibi à Iudæis ei struerentur insidiæ, rursum per Macedonia reuertitur. Sequebatur eum Sopater, Aristarchus, & Timotheus. Tychicus auté & Trophimus Asiani, qui præcesserant, Troade eos expectabant . Paulus porrò vnà cum Luca (erant tum Azymorum dies)Philippis Troadem & ipse venit.Ibi die Sab batorum vna, quum Paulus concionem longam haberet, & oratio in media noctem produceretur, adolescens quidam Eutychus, qui in fenestra quadă sedebat, verborum suauitæte delibutus, & in somnű profundiorem delapsus, ex tertia cotignatione decidit, & moritur. Ei verò Pau-

Spollos

Miracula Pauli,

\* le Wiesie glacarrie. † Quinquaginta millia argenti.

Eutychana mortuä Tro ade, Paulue in vitam refituit.

Cocio Pauli quã Mileti ad Episcopos Ephejios ha

† GINAW NOW B girdians.

Philippi cod gelista qua-tuor filia ppheti∬a. Azebu

A lus incumbens, bono animo esse, minimeque cos tumultuari iubet, esse adhuc in homine animam dictitas.Ita iuuenis incolumis & saluus, multum eis qui congregati fuerant, præbuit lætitiæ & iucuditatis. Et colloquio ad aurora víque producto, inde abit, atq; Mitylenem, mox Samum venit: & Trogyllij quum mansisset, inde Miletu adit, Hierosolymitanum iter vrgens. Miletű porrò sacerdotes Epheliorum eccleliatumque epilcopos accersit, morémque & vitam eis suam commemorat, vt videlicet nihil eis earu rerum quæ profutu ræ fuerat, indicare intermiserit, pænitentiamque & fidem in Christu privatim & publice testificatas docuerit. Proinde eis horratur, vt & se & greges, in quibus eos Spiritus sanctus Episcopos con stituissent, attentè curarent, vt vigilarent, seduloque cohortation u præceptor umque suorum, que eos triennio toto docuisset, meminissent, & vt lu pos ecclesiis graues iamiam aduéturos cauerent. Multisque preterea commodis atque vtilibus rebus expositis, cum multo plancu, vix tandem ab eis auellitur: & cum ingenti desiderio, ipse simul & + præbés & excipiens oscula, in nauem deducitur.Itaq; in insulam Coo defertur.Deinde Rho dum, atque inde per Patara in Phænicem secudis ventis peruehitur. Relictaque ad sinistra Cypro, rectà in Syriam nauigat. Tyrum porrò quum applicuisset, rursum naui Ptolemaidem, ac inde Cæ faream Palæstinævenir.Hic hospitio Euangelistæ Philippi, quivnus ex septem diaconis erat, excipitur.ei quatuor filiæ fuere, quas Deus oraculari & prophetico dono dignatus erat. Apud hūc quum plures dies maneret Paulus, eò etiá Agabus propheta ex Iudæa venit, corrigiisque zonæ Pauli, manus pedésque vinciens suos, numine affla tus: Hæc, inquit, Spiritus sanctus prædicit: Ad húc modu virum hunc Iudzi in Hierusalem ligabut, & in manus gentium tradent. Quapropter quum Paulum multi à pfectione Hierofolymitana dehortantes distinerent, tantum abfuit vt ille persuaderetur, vt no modò vinciri vellet, verùm etiá mortem obire pro nomine Ielu Christi paratum se esse contenderet. Eis autem qui cum eo erant, ve voluntas Domini fieret, inferentibus, dimissus ille Hierosolymam venit.

CAPVT XXV.

Paul Ephe si in carcere conjectur.

Erum enimuerò qui profectiones Pauli descripserunt, quum quáplutima alia eum simul & fecisse, & passum esse, tum hoc quoq; quum Ephesi esset, de eo memorie mádarunt. Quú enim memorię mádarunt. Quű enim

ibi principem locu Hieronymus obtineret, multa cum libertate Paulus est concionatus. Quare Hieronymus ille bene quidem & diserte dicere, sed orationem eius non esse corum temporu, testatus est. Plebs quidem certè, per insolentiam & furorem, Paulo compedibus iniectis, carceri eum includit, vt leonibus vorandus obiiceretur. Ibi tű Eubula & Artemilla, clarorum Ephesi virorú con iuges, fidem edoctæ à Paulo (noctu enim ad cum veniebant) diuini lauacri gratia ab eo petunt. Itaque virtute diuina atque angelici fatellitij ministerio, caliginem noctis, exuberatia splendoris il-

lustrante, Paulus ferreis compedibus liberatus, il- D las divino baptilmo ad littus maris initiat:& quū id nemo omnium, quibus custodiæ cura mádata fuerat, sensisset, ad vicula rursum sua, in quib'sleonibus esca asseruabatur, redit. Sed enim ingéti ma gnitudine & robore intolerado, leo, cotra ipíum immissus, in arenam quidé ille pourrit : sed mox ad pedes Pauli consedit. Et quum itidem aliæ immanes feræ immitterentur, ne tagere quidem vlla sacru corpus ad orationem erectum arque copolitum, sustinuit. His ira actis, de repente fragore multo vehemens quædam supra + naturæ ordinem grado decidens, multorum fimul & virorum & ferorū animalium cominuit capita, ipsiúlque etiam Hieronymi aurem amputat : qui deinde cum suis per Paulum Deo conciliatus, salutife rum suscipit lauacru. Leo autem ille profugus, in montes proximos euadit: & Paulus inde in Mace doniam & Græciam transmittit.mox rursum per Macedoniá vadens, Troadem & Miletum cotendit. Atque inde tandem Hierosolyma proficiscitur. Mirandum verò non est, Lucam hanc Pauli cum beluis pugnam reliquis eius actis non inseruisse. Nam etiam si ex Euangelistis solus Ioannes E Lazari resuscitationem commemorat, minus tamen de fide veritatéque eius ambigendum. Scimus enim, no omnes omnia scribere, credere, & nossed vei vnicuique largitus est Dominus, & vt cuilibet diuidit & dispensat Spiritus, ita etiam intelligit, credit, & scribit spiritualiter ea que sunt Spiritus.

CAPVI XXVI.



dæos Roma exigit, Qui quú au-huc sceptra Romani imperij ge feriis Hierosolymis tanta se-exitit, vt eorú tantum "olentes, circa Vum ad eum modumPaulus ab

reret, ipsis Palchæ feriis Hierosolymis tanta seditio & tumultus in plebe exitit, vt eotű tantum Iudzorum, qui vi ex templo exire volentes, circa fores eius se inuicem premebant & collidebant, myriades tres poulcatæ inter le & enectæ, fint b. Quapropter festum id populo omni in ingen-F tem est conuersum luctum, & ferè ad domos om nes dolor is & planctus peruenit. Multa quoque præterea Iudæi eo tempore experti perpessíque sunt mala. Hisce porrò de rebus Iosephus quoq; scribens, ad húc modum refert: Claudius auté Arippam Agrippæ filiű,Iudæorum regé creat, & Felicé regioni omni Samariz & Galilzz, & cius infuper quæ extrema feu trans Iordanem dicitur, procuratoré constituit. Qui Claudius imperio tre decim annis & mélibus octo administrato, decedit, & Neroné filium successoré relinquit. Neronis porrò teporibus d, Fælice Iudæz præsidente, idem Iosephus in xx. Antiquitatu libro, de ciuili inter le lacerdotú factione atq; leditione,propemodum hisce verbis comemorat e: Exoritur autem & Pontificu seditio cotra sacerdotes & primores plebisHierosolymitanæ. Atq; quilibet temerariorum nouandarumq; rerum studiosorum hominű coacta manu, dux erat. Itaq, cógressi inter se, quu couiciis atq; maledictis alij alios pscin debant, tum lapidibus quoq; se inuicem petebat.

co feru. Pau li. de qua.1. Corio.15. † New Legoois **Lucas** bão Pauli cũ bestijspugnā re liquisactis eim no iferuit a Clades& calamitates Indaorii gra nes & varia Sub Claudio. b Sedicio L ter Indees et Samaritas exorta: rade latrocinia p-Quadrat no Seduciomis pri cipes in cruce egit, Iofeph. lib. 20.c.II. GIZ. Tacit. lib.12. · Hoc fic iti dë reperisor apad Ewide. lib. 2. ca. 19. Initili tantil tumultus ci\* allegatur. Se ditio aŭt ipfa sicati à Iosepho comem retur,no adducitur. d Felix Indee prefett? Drofilla Agrippe sororë, Aziazi Amasorum regu coinge, vxorë daxit Io∫eph. eode cap.14. Antonius

Suprepuszia,

boc eftpugna

e Seditio Hierofoly mitana inter Pontifices et facerdotes sub Nerone.

Felix Class

dÿ libertsu,;

omoč senkiž ac libidinem

iau regiú fa-

wili ingenio exercuit :

Drefilla Cle

opatra et A s tony nepte 1

accepta, Ta-

cit.lib.21.

Indea pa

bopuza.

Enbulz ibi-

dem etrante-

milan com

mir sculo

mone. I tidë inter se mira certant.

Impolare & prastigia muMa gi , perinde Atque Protes cuiusdam.

omni carente, per vim impune fiebar. Tanta porrò Potificibus incessit impudentia & audacia, vt non vererentur seruos suos ex vrbe in prædia & villas, decimas eas quæ sacerdotibus debebantur, direptű mittere. Quapropter euenit, vt ex facerdotibus nonnulli ad eam penuria redigerentur, vt inedia in conspectu multorum morerétur: vlque adeò factiosoru vis & iniuria iuri & æquitati omni præualuerat. Idem ipse historicus, rursum eildem temporibus exortum prędonű quoddam genus refert, qui (vt ipse inquit) interdiu atque in media vrbe obuios interimebat. Potissimu enim diebus festis se mediæ plebi immiscentes, & sicas sub vestibus tectas habentes, + aduersarios confodiebant. Deinde eos quoq; qui ad cædem eam illos subornarant, per speciem ægrè eam indignitatem ferentium, aggrediebantur. Itaque factum, vt eo prætextu bonæ fidei habiti, deprehendi no possent. Primum equidem illi Ionathan pontificem trucidauere, & post eum quotidie coplures: &periculo ipse periculi timor grauior erat, quum pro se quisque, sicuti in bello, in horas morté expectaret. Deinde illa quoque infert: Maiore infuper calamitate Iudzos affecit ppheta Ægyptius. Aduenies enim in regionem corum homo præstigiator, & qui prophetæ sibi fidem arrogaret, ad triginta millium, quos seduxerat, hominum multitudinem cogit. Eos ex solitudine in motem qui Oliuaru est dictus, ducit. Ex eo loco + i animo ha beat Hierosolyma vi capere: superatóque Romanorum præsidio, tyrannidé sibi in populo, satelli-

A Neque qui hæc prohiberer, quisquam aderar, sed hæc omnia quasi in vrbe, tutore magistratúque

CAPVT XXVII.

tio eo, quod secum imperum in vrbem facturum

esser, fretus vendicare. Sedenim conatú eius præ-

uenit Felix.nam is Romanorum copias vnà cum

Hierofolymitanæ plebis auxiliis, contra eum du-

cit:&pugna commissa, Agyptius statim infugam

vertitur,& g plurimi in exercitu eius vel cedutur, vel capiuntur. Hec Iosephus in secundo de capti-

uitate Iudaica historiarum libro refert. Huius au-

tem Aegyptij & acta Apostoloru mentionem fa

ciunt, vbi Iudæorum multitudo seditionem con

tra Paulum excitat. Dicit enim ad eum tribunus: C Non tu Aegyptius ille es, qui paucis ante diebus tumultu per seditione concitato, in solitudine ad quatuor millia hominum sicariorum eduxit?

Simon Ma zw Rome prestigiu ho

Alim Hie

รอ]อไวเทน โเ-

carnorum 24

blice & sm-

punè gra∬an

tium borren

dus tumalt°

† frapiess.

Ionathas po sifex cesus.

Aczy

ptim pjendo

propheta per

† 010- TE

de peterat.

ellu oppri

B

22

خخ

T105.

Canis pro fo loquitur.

Erone aut imperate, Simon magus Rome miracula p îposturas & prestigia edebat. Canem auté maximū pro foribus catenis vin ctum habebat, per qué ad se ve-| nite volétes, si ei minus placuis-

sent, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simoné visendum: qui canem eum efferatum & horrendu in se ferri videns, quum autore eundem ante aduentű luum, mortis permultis fuille, qui ingredi voluissent, intellexisset, vinculis eum foluit, atque humana voce annunciare hero fuo, Petrum Christi seruum adesse, iubet. Canis porrò quo iussus fuerat modo, núcium perfert. Ad eam rem, qui tum cum Simone erant, consternati obstupuerunt. Quibus ille:nihil noui esse, se quoque eadem facere posse dixit. Itaq; cané exire, & Apo D Colloquium stolum ad se vocare inbet. Petrus accitus ingreditur. Ibi in colloquio mutuo multa inter se verba faciút. Miraculis equidem & variis prodigiorum operibus Simon longè superatur. Qua propter multi ex illis ad Christū accedunt, atq; baptismū subeunt.Enimverò & Simon ipse, dæmonum ei inferuientium opera, multa admiranda faciebat. Nam vt statuæ mouerentur curabat,&in ædibus vala atq; instruméta domestica le sponte propria hinc inde transferebant,& iple flammis circudatus no vrebatur. Ferebatur quoq; volans in aëre. Ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes fa ciebat.Draconis quoque formam induebat,& in varias animantium species mutabatur:duplici facie indutuscospiciebatur, in aurum sese totu trasformabat, fores vectibus & claustris probè communitas & occlusas dicto aperiebat, vincula ferrea difrumpebat, in conuiuiis omnifariàm formu larum fimulacra exhibebat, vt plurimæ ante eum præcederét vmbræ efficiebat, quas defunctorum dudú esse animas nugabatur. Necipse modò, ad quam veller, transformabatur speciem: verùm e- E riam alios quos voluisset, in variatú animantium formas mutabat . Quoldam autem, quum planŭ eum & scurram esse coarguere & conuincere té. tarent, amicitiæ prætextu simulato, bouem sacrificans ad epulas inuitabat, & inde multiformibus císq, incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus subiiciebat. Hæc atque his similia, quum di uus quidem Petrus vere ac reipsa, Simon autem falso & imposturarum fuco facerent, Nero vtrūque euocat: & quum, quod melius esset dispicere posset, tum quidé, vt insolentium prodigioru no effecto res,ambos, tanquam errones & scurras, Roma expellit. Postea autem animum ad impostorem & impurum Simoné, quippe & ispe impius, maxime confert.

CAPVT XXVIII.

Isdem temporibus, Paulus vnà cũ discipulis suis, clitellis jumen tis impositis, Cæsarea ascendit Hierosolyma:& die sequenti ad diuum Iacobum hierarcham & F presbyterosveniens, eos salutat,

& quæ Deus per iplum apud Gétes effecillet, exponit.Illi porrò gloria primum Deo ferebat: deinde Paulum admonebant, quàm plurima esse Iu dæorum fidelium millia, qui legis zelo & æmulatione perciti, de co certiores facti essent, quasi omnes doceret à lege deficere, circucisionem abolere, & patrios mores negligere. proindéque au tores suasorésque ei erant. vt consilio + ad tépus accommodato, purificaretur, & ex legis præscripro caput traderet, ne scilicet legem abrogare videretur. Atque ille quidem ita purificatus, templum ingreditur : Iudæi autem Asiani eo conspecto,ira vehementiore ducti, manus ei inferut. & alius alium cohortati, tang eum qui templum pphanaret, inde extrahunt, & occidere moliuntur. Cæterùm cohortis Tribunus,tumultu eo ciuitatis audito, magna cum celeritate accurrit, & Paulum ex percussorum manibus raptum, grauibus duabus catenis vinctum, in castra ducit, & o eum

Paulus Hie rosolyma ve

Nero veruq

Roma exigit

+ oixeveula gedµdò⊕. Difpenfatio apostolica.

A Indain Asianis ibi in tëplo per tumale

Carfam apud Indaes dicit.

† μιθυφ τι vi.

Conspiratio quorundă Iu deorii in necem Pauli.

Paulus Ca- C sareã adFeli ceus ducitur.

Accufatur apud Felice Paulus.

Pavles fe defendit, A Ægyptium illum esse, de quo paulò antè diximus, opinaretur, idipsum inquirit. Ille auté Tarsensem se ex Cilicia esse dicit. Deinde qui eum in gradus statuisser, causam dicere iubet. Ibi Paulus stans, de rebus suis comemorat, p spectatum scilicet satis esset, zelo se & amulatione patria legis flagranté, apud Gamalielem cæremonias eius accuratè & di ligéter didicisse: acceptisq; à senioribus epistolis, Damascum, vt ibi in vincula, qui Christum prædi cassent, coniiceret, contendisse. Immensam verò tum cœlitus lucem circu se coruscasse, vocemque inaudită antea ad se delatam esse: excœcatu inde circuifle, vilum postea rursus ab Anania recepisse, deniq; baptilmo colignatum, Ielu Christo nomé dedisse. Hac omnia quum referret, magis etia ma gísq; tumultuari multitudo incipit:tollendű eum esse, neq; talem hominé viuere debere, clamitas. Tum tribunus Paulu flagris cædit. At ille, quum Romanum se ciuem esse diceret, plagis liberatur. Deinde, cum prima luce Tribunus, rem omné cer tius cognoscere volens, Pótifices & consiliú euocat:atq; ibi,quum Paulus rursus cocionaretur,ab Anania in os verberatur. Quem Paulus Pontificé este nescies, quum parietem eum dealbatu vocat, tum illegitimű iniquúmque ei iudiciű obiicit.deinde + consilio quodă pro tempore capto,Phari sæum se nominat:& p mortuorum resurrectionem prædicet, propterea se in ius trahi dicit. Hoc modo, Pharifæorū sibi, nihil eum criminis admifisse credentiŭ, conciliat studia: & Tribunus veritus,ne quid multitudo, quod minus deceret, faceret, eum abducit. Nocu verò Christus Paulo assi stens, forti animo esse iubet: eúmq; sicuti Hieroso lymis,ita Romæ quoque de se testificaturum esse dicit. Erant auté quidam qui iuramento cofirmaucrant, persuasuros se quidé sacerdotibus, vt Paulum è ciuitate producerer, ipsos verò ad eum necandú paratos fore. Quod quum Paulus cognouisset, (na id ad eum sororis eius filius detulerat) Tribuno significat. Ille porrò, Claudius scilicet Lysias (ita enim vocabatur) duobus ceturionib, ducentisq; hastatis, & septuaginta equitibus diuinum comittit Apostolu, vt noctu iumentis vehen tem,Cæfaream cum epistola ad Felicem ducerét. Et ille, quum eos qui Hierosolymis venissent, excepisset, expectaturumque se, qui eum accusaret, dixisset, in Herodis pretorio asseruari illum iubet.

CAPYT XXIX.

Vinq; dies intercessere, quú seniores Hierosolymis eò veniúr, Ananias pótisex & orator quidam Tertullus nomine: qui quú alia multa Paulo accusans, nugis suis & loquentiæ conuenientia

obiicit:tum vt pestiferű & seditiosum hominem conuiciis proscindit, prophananté sancum sanctorum, & templű ipsum. Insuper etiá, magni & grauis criminis loco adilcit, antesignanű hűc esse Nazarænorű sectæ. Paulus verò facilè criminib aliis oratione suaui consutatis, colere se Deum, iuxta eam quá illi dixissent sectá: neque se iis quæ in lege prophetis sint, dictis refragari: neque aliter que accusatores conuiciatorés que suos credere constituisse. annunciare etiá mortuorum qui vel piè, vel impiè vixissent, resurrectione, qua de re

potissimu in præsenti causa iudiciu sit, profitetur. D Quibus auditis, Felix iudiciú ad Lysix tribuni aduentum coperendinat. Qui tribunus quaprimum venisset, causam se iterum audituru dicit. Paulum autem in custodia mittit, neque quenqua ad eum adire, quaque ei vsui essent, subministrare volentem, prohibet. Cæterùm paulo pôst Felix vnà cũ Drufilla vxore accersitum Paulum, de salutifero. Verbo concionanté audit.Itaque metu ex cócione cius cócepto, Felix paulatim eum absoluebat. Professionem verò sidei suscipere volens, pecunias se ab eo accepturum sperabat:camq; ob causam frequenter cum eo accito, familiarius libentiúsque sermones conferebat. Enimuerò biennio exacto, Portius Festus à Nerone successor Felici mittitur:qui quu Cælarea Hierosolyma ascenderet, Ananias pontifex, Paulu vt eò vocaret rogat, eo nimirum cossilio, vt in itinere clàm ferro ille à coiuratis trucidaretur. Festus petitione eam reiiciens, eos Cesaream, vbi cotrouersia decideretur, venire iubet.Eò quum Festus & presbyterivenissent, Paulus pro tribunali crimina sibi ab eis obie cta,tanq aranearum telam foluit,nihil se vel in le gem, vel in templum admissse pulcherrime de- E monstrans. AcFestus quidé, vt ludæis gratificaretur, Hierosolyma Paulu venturu esse dicit. Idverò ille deprecatur, ad Cæfaris tribunal fe staturú atte stans. Nemini quippe fas esse, hominé ad Cæsaré prouocanté, Iudæis per gratia donare. Adhúc mo dum quú Paulus techna quadam Festú constrinzisser, ille re in consiliŭ relata atq; deliberata, tandem: Cæsarem, inquit, appellasti, ad Cæsaré ibis.

CAPVT XXX.



Nterea Agrippa rex, vnà cum Bernice coniuge Cesarea ad Festu venit. Atq; ibi quum plures dies mo raretur, Festus causam Pauli regi exponit, vt scilicet is vinctus à Felice relictus fuerit, & vt presbyteri

& pontifices, officium iudicis aduersus eum implorarint:vt denique pro tribunali hominé accufatoribus præsentibus statuerit, atque ibi nihil cri minis in reo, quatum suspicari licuerit, copertum sit, præterquam o questiones quæda de religione F iploru, & de quodă Ielu defuncto, quem Paulus viuere assereret,& ab accusatoribus ei obsicerentur.Et quú ipse dubius ancépsque de iudicio hoc fuerit, Paulu ad cognitionem Cælaris prouocalfe.Hic Agrippa: Peruelim,inquit,& ipfe virú audire.& Festus: Cras audies, ait. Itaq; maximo cú+ apparatu prima luce Agrippa cu Bernice frequés. conuocat auditoriu. Et aderant ibi etia festi iussu, quicunq; in ea vrbe fuere viri clari.Itaque Paulus vinctus adducitur. Tum ibi Festus sermoné exorfus: Agrippa rex,& quicunq; in couentu hoc adestis, inquit, hic ille est, quem Iudzoru multitudo, tumultu ingenti concitato, ad me veniens è viuis tollendű esfe omnibus modis contendit.Ego verò, quum nihil eum morte dignum comilisse ani maduerterim, & ipse iudicium Augusti appellauerit, eò mittendu esse duxi. Quum verò nihil cer ti, quod de eo scribam, habeam, ad iudiciū tuum produxi, rex Agrippa: vt caula cognita, tádem habeam, quid de eo Cæsari significem. Admodum enim ablurdu mihi videtur, vinctum quenquam

Felix pecuniam apud Panlum captat,

Portion Fefine canfam Pooli andit.

Paulus suspectio Festi modicium ha beus,Casari appellat.

Agrippa rex cũ vxore Bernice Cafareă ad Fe stum venit,

4 correcte

Panlusapud Agriopāde reins fuu ver bu fasit.

Nero Agrip re, Galilea partem dona Lit. Cinitaté garg; Iuliadem că vicu XIIII. corcefit. . Ariftobele 11erods Ciralcida regis filio Ar meniam mi-194) em permi j.:. Laseph.li. 20.cap.15.

mittere, & non simul causam vinculorum indicare velle. Tum Agrippa ad Paulum: Permittitur tibi, inquit, de te ipso quod visum est, dicere. Ibi Paulus consuetudine fortasse quadam, manu extenta, verba fecit. Et primum arte quadam pru denter Agrippam, vr virum iustum, consucrudinúmque & quæstionum Iudaicarum egregiè peritum, laudare non omisit. Deinde felicem se eo nomine, quòd in talem auditorem causæ suæ incidisset, iudicavit. atque huiusmodi præfatione præmissa, res suas exponens: Ab incunte ætate, inquit, accurate & diligenter in patria Pharifzorum secta educatus & doctus sum. Ac ne nunc quidem alia de causa ad tribunal sto, quàm quòd mortuorum resurrectionem futuram esse doceo, quam Deus olim patribus promisit. Quod quidem ad nomen Iesu Nazareni pertinet, zelum & defensionem patriarum legum spirans, multa que non decuerunt admiss, caque omnia aperte facere sum visus. Testatur id vniuersa Hierusalem: per multi enim à me, qui potestatem cam à sacerdotibus acceperam, in custodias sunt coniecti. Tantum autem in me furor is exuberauerar, vt etiam in loginquiores vrbes sim profectus, persequens, omnique (quod dicitur) fune moto, euertere sectam hanc contendens. Itaque Damascum quum iter facerem, meridie ipso lux sole illustrior cœlirùs me circunfulsit. Cuius splendoris magnitudine oculos perstrictus, & proinde caligine oblitus, in terram decidi. Ad hæc vox de cœlo audita, quæ Christum persequi vetabat, & mox vt exurgerem iubebat : eam ob causam visionem mihi talem oblatam esse indicans, vt me testem producerer, earum, quas sciret, quasque paulò post indicaturus esset, rerum: vt scilicet cæcorum aperirem oculos, & homines à tenebris ad lucem, & à potestate atque imperio Satanæ ad Christum converrerem, remissionem peccatorum, hæreditatémque inter sanctificatos, per eam que in ipsum est, sidem & persuasionem recepturos. Visioni porrò tali, quæ naturam omnem longè supergrederetur, non morem gerere, religio erat. Itaque Iudzi simul & Gentibus, C vt per resipiscentiam & ponitentiam ad Deum convertantur, dignaque pœnitentiæ opera perficiant, annuncio, nihil prorsus extra prophetas & ipsum Mosen docens, nimirum quòd Christus, qui passus sir, & primus ex mortuis resurrexerit, lucem Gentibus, vitamque & salutem æternam proprio suo denuciet populo. Hzc quum Paulus cum diserta facilitate diceret, Festus, vtpo te animalis quidam homo, qui non satis ca quæ spiritus sunt assequeretur, stultitiamque adeò & insaniam esse suspicaretur, tanquam per multas literas méte captum, neque satis quæ diceret intelligenrem, cum conuicio Paulum ridebat. Cui ille, non insanire se, sed veritatis & sobrietatis verba toqui asseuerat, Quemadmodum id regi ipli, ad quem hæc libere diceret, probe cognirum esset: quem nihil earum rerum lateret,omnibus quæ prophetæ annunciarunt credentem. Ibi ad cum Agrippa perhumaniter: Modica ex parte, inquit, mihi, vt Christianus siam, persuades. At ille: Mihi verò in primis apud Deum in optatis est, non solum modica, verumetiam ma-

xima ex parte, non te folum, veruetiam qui ora-

tionem meam hodie audierunt omnes, tales sie-Dri, qualis ego sum: extra vincula dútaxat ista, quibus & obstrictus sum, catenarum.

### CAPPT XXXI.



Grippa auté,& qui cum eo erant ex confessu statim consurgentes, & secorsim consistentes, Nihil (inquiunt) homo iste, quod vinculis aut morte dignum sit, facit. Ad quod Agrippa adiicit, absoluen-

quod Agrippa adiicit, absoluendum eum fuisse, nisi Czsaream appellasset. Ea porrò de causa in Italiam ei nauigandum esse, decernitur. Ita Iulio cuidá ex cohorte Augusta com mittitur. Nacti autem nanem adramyttinam, in eam conscendunt. Porrò cum Paulo erat Lucas, & Aristarchus ex Macedonia Thessalonicensis. Inde Sidoné funt delati.mox progredientes,iuxta Cyprum nauigant: & deinceps Ciliciæ & Páphiliæ mari transmisso, ad Mysa Lyciæ appellunt. Ibi Alexandrina naui in Italiam tendente,inuenta, Iulius vinctos in cam imponit. Et ad Gnidum quum propius accessisset, præter Creta, iuxta Sal- E monam vehitur. Dehinc ad oram, cui Boni portus nomen est, deferuntur, à quo non longe oppi dum erat, Lalæa dictum. Et quum periculosa esset nauigatio, Paulus nauem tempestate ad iacturam víque, vectorésque de vita ipsa summe periclitaturos præmonens, non tráfmittendum inde fuadet. Sed Centutio in eo gubernatorem nauis, ma gis quam Paulum audiebat. Quapropter inde, & portus ad hyemandum non fatis idoneus esfet, di scedunt: & Noto spirante, Asso superata, Cretam præteruehuntur. Mox ventus exoritur typhonicus & turbulentus, quem procellosum Eurum, seu Euro aquilonem vocant. Itaque naui ab eo ra pta, quum contrà niti non possent, tempestati ali quantum cedentes, feruntur. Et ad insulam quan dam paruam, quæ Clauda dicitur, cursu directo, vix scapham consequentur. Eáque in nauim sublata, nauim ipsam quam possunt sirmissime, contra incursiones & procellas fluctuum cingentes, instruunt & communiunt. Deinde ne in Syrtes, quæ dicuntur, inciderent veriti, velo laxato ve-F huntur.Et turbulentissima coorta hyeme & tem pestare, tertio demum die iacturam faciunt, & manibus ipli luis omnia nauis armamenta in pelagus proiiciunt. Quum autem diebus pluribus neque sol neque astra in cœlo conspicerentur, immanisque præterea immineret tempestas,om nis spes salutis præciditur. Eaque de causa ve-Aores cibi abstinentia & inedia longiore macerantur. Atque ibi Paulus: Decebat, inquit, vos mihi morem gerere, & è Creta non soluere. Sic enim tempestatis huius iniuria & iactura careretis. Sed nunc quoque quieto vos bonóque esse in beo animo.Præter nauim enim nulla vectorú intercidet anima. Hac en i pla nocte Angelus Dei, qué colo, mihi assistés, timoré me abiicere iussit. Oportet enim, dicés, apud Cælaré te listi. Et 9 + gratiofus apud Deumes, vectores simul omnes tibi ille donat. in insulam auté vos quandam eiici necesse est. Quartadecima deinde superuenit nox,& illi in Adriatico affli@átur mari: atq; altitudine inquiretes vnde, ad vigiti passus inueniut. f iij

Paulus Romā navigat.

T XAPIVES

SOI WASTED

WHOIC.

Digitized by Google

Sima predi cationis Pan lina.

 $\mathbf{D}$ 

\* iμiem ys vidau iscoλλύτουμ.

Naufragiu.

Et ne in aspera inciderent loca metuétes, quatuor è puppi anchoris proiectis, diem \* à Deo precibus optant. Tom demum nautæ scapham è naui in mare proiiciunt, & fugæ consilium capiunt. Centurio autem Pauli suasu, funes scaphæ incidi iubet, eamque ventis auferendam committit. Et priusquam illucesceret, Paulus omnes, vt cibum capiant, hortatur, ne capillum quidem vnicum è capite corum omnium decisurum pollicens . Ipseque primus Deo quas decebat gratiis sacratis, cibum sumit: quòd itidem vectores reliqui, qui ducenti & septuaginta sex erant, faciunt . Vt autem dies illuxit, terram quidem dinoscere nequeunt: sinum verò conspiciunt littus habétem. Subductis itaque ancoris, gubernaculorumque remissis iuncturis, & artemone aliquantulu sub-·lato, spirantis venti vi ad littus tendunt . Et prora quidem integra permanet, pupis autem fluctuum violentia soluitur. Milites portò illud con filij capiunt, vt vinctos omnes interimant, ne ex eis quisquam natando euadat. Centurio autem, propter Paulum, cædem eam inhibet : & pro se quenque, vt posset, consulere sibi iubet.

CAPVT XXXII.

T confestim omnes <sup>2</sup> in littus euadunt. Insulæ nomen <sup>b</sup> Melita erat: cuius incolæ barbari quidem illi, non parum tamen curæ & benignitatis naustragis exhibent. Itaque proprer imbré

exhibent. Itaque propter imbré copioliorem, & frigus vehementius, pyrā illi ingétem accendunt, & circumcirca confident. Ibi quum Paulus multa farmenta congesta pyræ imponeret, & vipera, quæ in dumis eis latebat, calore eo excitata proreperet, manum eius illa mordicus arripit. Quod vbi Barbari, ita scilicet feram eam ex manu illius dependere, conspiciunt, non bonum cu esse virum, sed homicida, & immanem quempiam, qui etiam si sæuæ tem pestatis vim euasisset, præsentem tamen à venenoso serpente icus, ne diutius viveret, vindicam fentiret, suspicantur. Sedenim nihil inde periculi Paulo accidit. nam serpétem excussum in slam mam coniicit. Illi verò existimantes eum euestigiò vel ex incensione arsurum, vel exanimatum pessum iturum, improba venenati morsus contagione: vt aliter rem euenire viderut d, pup pi, quod dicitur, ad inhibendum citatiorem cursum impulsa, longè diuersa de co loqui incipiut, diuinisque eum prosequuntur honoribus. Agri & prædia insulæ eius, Publij, primum ibi tenentis locum, erant: qui per triduum ad summam hospitalitatem nihil faciens reliqui, benignè eis facit. Cæterum copiosam is humanitatis eiusmodi reportat gratiam. vehementes enim febres,& dysenteria, quæ mala Publij patrem dudum vexauerant e, attacto Pauli pelluntur. Alij præterez qu'am plurimis afflicti morbis, dolore & cruciatu statim omni, pristinæ restituti valetu dini, leuantur. Vnde magnus Paulo honor proue nit, vectoribusque quæ ad nauigandi ysum pertinerent, abunde subministrantur.

Bi verò etiam aliud nauigiu m Ale xandrinum, Castoribus, diis falsis, quorum imagines præse ferebat, consecratum hyemabat. Quemad modum enim Christianam pietatem colentes nauium gubernato-

res, naues suas sanctis quibusdam dedicant, inscri ptionéque id testantur:itidem olim, pro eo atque volebant, falsò creditis diis, picturis eas inscribebant. Hac igitur naui, tertio post mése, diuus Paulus conscensa, Syracusas, deinde Rhegium, atque inde perendino diePuteolos perfertur. Ac postre mò saluus Romá peruenit. Verumenimuerò fratres quidam, Pauli aduentu cognito, víque ad Ap pij forum & Tres tabernas (quæ loca extra vrbe Romam funt sita) obuiam ei processerant. Rome porrò Centurio cæteros quidem vinctos, quibus oportuit, tradit: Paulum verò secum ipse retinet. Triduo post Paulus primoribus Iudzorum ad se vocatis, oratione confirmat, nulla in re patriam legem se præuaricatum esse: cæterum quum vin- E Aus in Romanorum manus esset traditus, illíque caula cognita, le absoluendum iudicassent, popu lares autem sui vehementius eum persequuti-essent, necessariò se eò descendisse, vt Casarem appellaret: No equidem, inquit, quòd gentem mea in quopiam accusem: sed potius, vt vos viderem atque alloquerer. Quam enim circundatam mihi cernitis, propter ipsam Israëlis spem gero catená. Qui ipsi quoque suspicionem amouentes, nihil se quidquam mali vel sermonibus vel literis de eo accepisse:paratósque esse, de quibus dicturus esser, audire, testantur : scire se, vbique sectæ Christianæ contradici, allegantes. Designatur ergo dies, & illi omnes adsunt. Tum ibi die inregro Paulus de Christo, atque eius regno orationem habet: atque ex lege & prophetis, ad lo cum quemque congruentem afferens testificationem, probationes adducit. Illi portò partim quidem obsequuntur, paulatimque sermones eius complectuntur: partim verò, vt dictis eius fidem haberent, non adducuntur, & sic in diuersas opiniones scissi discedunt. Deinde Festi literis Noroni redditis, Paulus ad tribunal F eius sistitur: & defensionibus disertis, admodúmque prudenter ad persuadendum accommodatis, variam illam & versutam feram, non the quidem populares fuos perstringens, sed crimina tantum sibi obieca refellens, effugit. Ex eo tempore biennium Paulus Romæ permansit, mercede operis sui viuens: omnes quæ, ad se venientes perhumaniter exceptos, duplici, in primis tamen diuina & cœlesti alimonia fouens. Atque ad hunc modum cum magna simul & animi & linguz libertate regnum Dei, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, nullo interueniente impedimento, prædicans, Euangelium omnibus annunciauit,

Panlas Romam personit.

Idžibi apud Iudaos de do Etrina Eudgelica differit.

Idem priore Neroniciodicio abfolutan.

Enangelian toto biennia Roma pra-

Pęöµvan äva redictas, boc est, puppins imp:llere, est fenfim retrocedere navigio no inver Jo.Qui enim fe ita cedens recipit, puppim remigan do impellit. id quod propteres facit, ne pro palam fugere, dum se paulatim subducit, videatur,et ne eergii bosti-L' aborret Proverbiati ter antë est, fententia pri stină sensim mutare. Swid. b Paulus ณี reliquie ve-Melitë insu lam enatat. c Vipera ve nenoja ietu Suo Panlo no שואן לינה א resskulpe TAVEYTIE ALgovils hoov. o Miracula à Paulo im Melisa ediCAPPT XXXIIII.

a Secondo operantis Neronis 40 no primúm Panlus Ro-A quo etiã sum eft abfo latus, intra inquenmiam illud, que telerabi lis Tyrānus u fuisse dicib Tredecime Ітретў № romis anno. Roman Paules iteris artyriü ibi subiit. d Epistola prior ad Ti. B otheum. e E Ladicas Phrygie Pacatia na metropo-† 4 TE ZA. f Alia e-insdem epi-

Confiliens pistolu scri-

Stola.

Epiftola ad

Actenus sacer & divinus Apoftolus & Lung ftoriam actorum Apottone fcripfit. Deinceps porrò eccle-chicorum aperta vestigia se-historiz nofiasticorum aperta vestigia se-quentes, reliquas historiz no-

stræ res, Deo confis, exponemus: & Spiritus san-&i instin &u, quæ supersunt, adiiciemus. Ac tum quidem absolutus à Nerone Apostolus, ad concionum ministerium rursum est profectus. Quum autem iterum in vrbem Romanam venisset, mar tyrio ibi vitam finiise creditur. Non mirum quip pe erat, Neronem, quòd ab initio humanitate qua dam præditus esset, facilè Pauli pro doctrina insti tutæ defensioni acquiescere:postquam autem idé in impia atque nefaria flagitia tanquam in scopulos impegisset, ad alias aliorum cædes quoque Apostolorum adiicere. Itaque tum primum, sicuti dictum est, dimissus, d priorem ad Timotheu scriplit epistolam,e quem episcopum antea Epheli co stituerat.In hac tanquam + in forma adumbrata, rationem & vitam Hierarchicam copiose exprimit, qualibus moribus esse coueniat eos, qui Chri stianis sacris præesse volunt, spiritus afflatu scribens. Non solum autem Timotheo, & per illu Ec clesiis Christi omnibus, sed eriam sacro Tito aliam epistolam scripsit: quem ante hac insulæ Cre tæ episcopum ordinatum, ibi reliquerat, vt si quid in Euangelica prædicatione sua adhuc deesset, ille adimpleret. Ad Corinthios etiam, Ephelios, Galatas, Colossenses, Philippenses, Thessalonicenses, præterea ad Iudæos,& Romanos,& plerosque alios quos eum adire Spiritus sancti vis & gratia insterat, quosque per fidem in Christum Euangelicam magnifice regenuerat, quæ prælens oratione sua dilucide docuerat, eadem per compédium absens in memoriam reuocas, epistolas dedir. Ita verò ea quoque quæ secretioris mysterij, magisq; abstrusa antea silentio præterierat, postea per sacra (cripta sua, aut gradioris sapientiæ verbis accu rate & dilucide declarauit:aut saltem (vt ita dica) parabolarum more & specie, tanquam per ænigmata adumbrauit: neque propter eos qui ad res di uinas audiendas idonei futuri erant, ea occultans: neque propter ineptos atque indignos, dilucidè prorsus & apertè, ad contemptum euitandum, exponens. Quum autem denuò, vt dictum est, post longam variamque profectionem & cursum, Ro mam venit, morte ibi pro Christo est mulcatus: quo tempore quum adhuc vinctus esset, posterio rem ad Timotheum compoluit Epistola: in qua, quum priorem defensionem suam ostendit, tum eam quæ iam sibi imminebat martyrij consummationem declarat. In prima enim, inquit, defensione mea nemo mihi affuit, sed omnes me destituerunt, ne id illis imputetur. Dominus autem mihi præstò fuit, & confortanit me, vt per me pre dicatio impleta perficeretur, eámque omnes gentes audirent:& liberatus sum ex ore leonis.Neronem ita, propter fæuum & ferocem eius animum, designans. Et quum in spiritu sciret, iamiam ipsius pro Christo adesse mortem, simile quiddam infert:Et liberabit me Dominus ab omni opere ma lo, & conferuabit in regnum fuum colefte marry

rium impendens significans. Id quod significatius D in cadem ipsa, diuino instinctu, prædicit Epistola. Ego enim iam, inquiens, delibor & offeror, rempusque resolutionis mez instat. Indicat porrò in hac posteriore vitimáque ad Timotheum epistola, Lucam sibi affuisse: in priore autem defensione,ne eum quidem ipsum. Vnde colligi recte potest, Apostolorum acta diuum Lucam vsque ad id iplum tempus perscripsisse, historiamq, omnem & acta corum magnifice, tantisper du Paulo prius adfuit, prosequutum esse. Atque hæc quidem rece sui, illud ostendere volens, Paulum testimonium suum, quod Lucæ perhibet, non ad id quod ille de aduentu Pauli Romam in actis suis scripsit, sed in posterius -k tempus referre. Toto enim ferè orbe peragrato atque triginta & quinque annis Euangelico pro Christo certamine peracto, quum postremò iterum Romæ esset,& in coryphæum præ cipuumque Apostolorum Perrum incideret, vnà cum illo sibi immortalitatis coronam accepit.

Lucas acta ∫ua ⊿pofté lica ad priorem Pauli in whi Ro. adventii con timmanit. \* Que scilices tempere posterioré ad Timathe dedit epiftolam, or who culis à Nerone constrá Etwe fuita

るる。

CAPVI XXXV.

On minus etenim Petrus quoq; orbe peragrato, & iis qui ex circuncisione erant, omnibus, in Palæstina & Syria & vbique serè terrarum prædicatione pro-mulgata, quum sub Neronis im-

perio Romam, propter detestandum illum Simo nem, qui publicis inscriptionibus Deum se vocare,prædicationémque Christi euertere est ausus, venisset, factisque illum simul & sermonum vi co arguisset: atque Romanorum Ecclesiæ, primum quidem Lino, deinde Anacleto, & post hos tertiò, ad mortem vadens, sapientissimo Clementi claues commissifet, ad Deum migrauit. Is portò vnà cum Simone, tanquam prodigiorum effector, à Nerone Roma pulsus, Hierosolyma rursum & Orientales ciuitates petiit: & orbem miraculis illu strans, in Faustinum & Faustinianum, siuc Nicetá & Aquilam incidit, qui filij quidem clarissimi viri Fausti Romani, Cæsarem genere attingétes, fra F tres autem Clementis erant. Hos quum ab Simonis præstigiis prodigiosis abduxisset, ciuitates visebat, Simonis semina vbique radicitus euellens. Deinde verò etiam sacrum Clementem ad se pertraxit, eúmque sibi ad arcanas obscurásque illius de anima & restitutione hominis, alissque rebus ingentibus quæstiones, per appositas solutiones rite & præsenti animo respondens, atque insuper miraculis multis, & secretioris sapientiæ vi samiliarius coniunxit. Multis verò deinceps annis & Matthidiam, nobilem mattem corum, quá in infula quadam ex naufragio zrumnose viuentem re perit: quippe quæ Roma Athenas liberorum suorum doctrinæ gratia ynà cum illis nauigans, naufragium passa fuerit: quum illi quidem alius aliò diuina prouidentia incolumes euasere, ipsa verò in insulam eiecta, in scruitute vitam egit. Hanc diuus Petrus ibi inuentam, quum ad spectandas vitiferas columnas divertisser, eúmque (quos diximus)liberi illius tres sequerentur, matrémque sua præter spem & expectationem omnem cognosce rent, divino regeneravit baptilmo. Vt autem & pa ter corum Faustus Roma ad vxore& liberos quef iiij

« Parus 🐠 cc Paulus Ro

E

Primi Re. Ecclefia Episcopi. Dini Petri alta. Clemens Rom.spifco-pu. Pater eim, & fratres.

Dinne Cleensië due bus fratribm, & deinde patéte vtraque,comes & Socius Pe tri, pradican di in orbe E a năgelÿ fuit,

Primi epilco

pi ecclesia

Alexan drine.

Antioche BLONIET P بجد المواجعة

Sicule.

Poftres Neronis tem poribus Petrus Romã pervenit.

A rendos profectus, Ægyptúmque, Syriam & Phænicen peragrans, diuino quoque nutu in Petrum subsque incidit, & itidem vt illi, sacrum suscepit la uacrum, vnà cum illis Apostolum per orbem comitatus est. Ita illi longo tempore veri certiq; rerum eius gestarum precones fuere, simúlque cum co Christum prædicarunt. Petrus porrò ad eŭ mo dű per orbem habitabilem passim vadens, ecclefias vbiq; constituit. Et Romanu, quos suprà diximus, successoribus commissit: Lino videlicet, Anacleto, & terrio sacro Clementi. Ipse quidem Clemens se à Petro in obitu eius lectum dicere, & à Petro secundum numerare videtur. Alij autem quartum eum à Petro esse referunt, in quibus etiá est Eusebius Pamphili. Alexandrinæ autem Marcum præfecit:in cuius sacro ministerio, Nerone octanum imperante annum, Anianus successit. Porrò Antiochenam primum Euodio, deinde reuera \* numine afflato Deumque ferente Ignatio regedam tradidit: quem Ignatium tenellum etianum, tanquam simplicem & integrum, manibus suis sublatum Christus exhibuit:atque simplicitatem integritatémque discipulis ostendere & com mendare volens, Nisi ei ipsi similes fierent, nequa quam illos in regnum, quod tum prædicabatur, peruenturos esse dixit. Siculorum verò ecclessæ
B Pancratium: alissque regionibus, insulis, & vrbib Episcopos alios, qui ab eo sacram Christi disciplinam accepissent, præposuit. Ad hunc modum ipse in Palæstina, Syria, Phænice, Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, breuiter in totius Asię & Europæ oris, omnibusque adeò qui in dispersione erat Iudzis & Grzcis Euangelio Christi virtute & vi verbi(fignis & miraculis accedentibus)promulga to, extremis Neronis temporibus Romam, vrbiú omnium reginam, quum ibi quoque Paulus effet, peruenit.

#### CAPPT XXXVI.

Ed enim quum ibi mirificis am-borum miraculis tanta ad Chri-Altianismum conflueret multitudo, vt numerus eius iniri no pol-let: Nero penes quem lumma re rum erat, ad improba impiáque

delaplus flagitia, ca re cognita, contra iplam diuini cultus armatur pietatem: & percussoribus dispositis , tot fideles ferro necat Romanos, vt etiá Senatus admodum iam propter paucitatem sui ordinis hominum imbecillis, alias super alias accu mulatas cædes ægrè ferret. Inde Simoni admodú Apostolos persequenti, aditus liber ad Senatum & Neronem datus. Atque is omnem (vt in prouerbio est)mouet funem, vt illorum etlam nomina è medio tolleret, tanquam qui cædis tantæ mul titudinis autores fuilsent. Itaque Nero Apostolis infensus, planum Simonem ipse quoque planus est complexus. Quum igitur Petrus Simoni resistens, cum eo sæpe conflictatus esset, tumórq; impietaris in malefico illo supra modu excreuisset, postremò quàm licentiosissime in conspettu om nium Romæ ad Petrum, Tu verò quid ais? inquit: proptereane Christus tuus magnus est, quod à ter ra cœlos conscendit? quin & mihi id facere prochi ne est. Et confestim manibus extensis, sursum ver

sum, demonibus eum, quibus se permiserat, ducé- De Parinetibus, ferebatur. c Petrus autem admodum anxius esse, & cum Deo in corde per precationem colloqui:& tandem spiritu plenus, potestates illas quæ nefarium hominem in sublime attollebant, incre pare, & vt ab eo discederent inbere. At ille statim przceps deorsum versum fertur, & humi allisus, mortuusque rumpitur. Ibi ex populo qui antea Si monem diuinos vsurpantem honores laudibus celebrauerant, subito ita profiratum videntes, lau désquespristinas per palinodiam recantantes, ingé ti claraq; voce, Vnus est magnus Deus, acclamant, quem Petrus & Paulus aperté & claré prædicant. Locus sanè ipse, in quem luctuosum hoc spectacu lum incidit, ad hodiernum víque diem, Simonium vocatur, etiamnum Simonis Antichristi pernicié & interitum declarans. dEt erant ibi nonnulli, qui eum reui&urum esse opinarentur,&ob id diutius in publico iacuit. Cærerum vbi ia cadauer diffluere, maléque olere cœpit, re desperata, in occultis il lum sepeliere locis. Nero autem certior factus à Petro & Paulo Simonem peremptum esse, Petru quidem pedibus ksursum versum sublatis (nam id E ita petierat : simul quòd se indignum reputaret, qui itidem vt Magister suus, recto corporis statu pateretur:simul vt leuior expeditiórque ei in cœlum esset cursus)ein crucem egit. Paulum verò gla dio feriens occidit, eodem tempore, eodémo; die. Sepulti autem sunt in Ostiensi, quæ dicitur, v1a, tri gelimo & septimo post salutiferam Christi paslionem anno. Ferunt autem Paulum Neroni antea testatum esse, se illi terrio à cede sua die viuum repræsentaturum. Quod vbi est factum,in consternationem illum coniecit. Et quum post mortem Paulus,itavt prædixerat, <sup>f</sup>certò & verè illi aßi stens, libere Christum verum esse Deum profiteretur, neque veram salutem in alio quam Tesu nomine esse ostenderet: illum quidem dicunt conatum esse, minime autem (quod visio ea repente euanuerit) comprehendere Paulum potuisse.

† fim. Cum Simon fe Christü diceret, 🗗 tanquam filium ad patrë se volando assereret posse conscendere, at que elat su substo magicu artibus volare capiffa , tunc Petrus fixu genibus precatus est Dominum, & precatione fant la vicit magicam lenitatem, & velut vin-tlum illum de sublimi aere depositi, & pracipitio in sacce elidens cru l'a eius confregit, & c. Augustimus in sermonibus de sant is. Idem Aug.epist. 26. de iciunio dici Sabbati agens. Est quidem, inquit, & hac opinio plurimorum, quamuiu eam plerique falfam perhibeat, quòd Apostolus Petrus Roma cum Simone mago die Dominico certaturus, propter ip (um magna tentationis periculum pridie cum e-iu sdem vrbis ecclesia iciunanerit, & consequato tam prospero glorio-Soque successu, cunders morem tenuerit, cumque imitata sint nou la occidentales Ecclefia.

# CAPPT XXXVII.



T diui quidem Apostoli ita mar tyrij cursum perfecere. Nero au-tem quo magis Imperij eius cre uere vires, eo deterior factus, ad nefandilsima quæque lcelera est prolaplus,armis etiam contra eã prolapíus, armis etiam contra cá

quæ Deo præstatur pietatem sumptis. Illius verò improbitatem, morúmque importunitatem percurrere, nequaquam præsentis videtur esse opera. Quicunque autem hominis peruersstatem, apertumque furorem perspicere velit, is monumenta

me Simon ope in calos evolans, bems fermium etr moritue.

KE MBAXOV d Dicat Si mon qui se magnă vittotem Dei, 🗗 marariculam fuam fpiritum fau Etum appellauit, quome do tempore certo Roma debitam na tura per suç. cessionem ad se delatoro persoluerit, quando in media ipsa rebe con dens extin-Elm eft? Epi phani, adver Suu Simopian,here-#

e Martyrin Petri et Pass f Paulus ter tio à morte Sua die Neroni appa-

Partringi tur paucu flagitiofisi me & pn brofisima Nerona 7

Digitized by Google

Persequ

agus Ro Aposto

A historiarum, quæ multa à multis de rebus eius cu fide & cura sunt composita, cosulere poterit. Quu enim permultorum interitus autor extitisset,adeò se cædium piaculis contaminauit, nihil rerum om nium cum ratione & modo faciens, vt postremò ne charissimis quidem capitibus parceret:& citha ræ musicisque carminibus operam nauans, atque indecentibus prorsus, infamibus & meretriciis motibus ludens, ridiculéq; prorsus in theatro publice saltans, neque quidquam omnium que Deo ingratæ inuifæque sunt rerum intentatum relinquens, primus ipse acerbissimus Verbi veræ pieta tis hostis extaret: & denunciatis ei quæ contra illum structæ erant insidiis, matrem ipse suam,fratrem & coniugem ferro sustulerit:& innumerabi les præterea ex clarissimis Romanæ vrbis ciuibus, qui etiam genere sibi propinqui essent, variis suppliciorum generibus perquam crudeliter interemerit. Ad quæ omnia illud etiam addidit, vt primus ipse Imperatorum omnium, impietatis eius B quæ aduersus Deum suscepta est, primitias tulerit. Itaque ad summam eius insaniam hoc fuit reliquum, vt mente per intemperias captus, manus tá dem iple sibi afferret:quatuordecim annis,præter paucos admodum menses, Imperso cum ignominia & probro summo administrato. Cuius etiam Tertullianus, Romanus scriptor, mentionem facit hisce verbis: Consulite commentarios vestros:

illic reperietis primum Neronem in hanc sectam

tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio

ferociisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ

etiam gloriamur. Qui enim illum scit, intelligere

potest, non nisi aliquod bonum à Nerone dam-

natum. Ad hunc modum primus iste Dei oppugnator renunciatus, ad cædem Apostolorum est

actus. Et Paulus quidem Romæ capite plexus, Pe-

trus autem crucifixus ele, eodem tempore tradu-

tur. Rem hanc confirmat Petri & Pauli hucusque

etiam obtinens in codem ibi cœmiterio monu-

mentum. Atque hæc quidem, quem paulo antè al legauimus, Tertullianus. Sed non minus & alius

Acriptor Ecclesiasticus, Caius nomine, qui Zephy-

rini Romani epifcopi tempore viuens, contra Pro

clum. Cataphrygas heresis ducem scripsit, de locis

vbi facra tabernacula corum Apostolorum repo-

sita sunt, hæc refert. Ego verò Apostolorum tro-

aut Ostiensem viam ire velis, Apostolorum qui ec

clesiam hanc fundarunt, tropæa inuenies. Quod

autem eodem tempore ambo martyrium subie-

re, dudum Dionysius Corinthiorum episcopus

ad Romanos scribens, ita astruit: Sed & vos per ta

lem doctrinam & cohortationem, plantationem

Romanæ & Corinthiæ Ecclesiæ à Petro & Paulo

consitam, contemperastis. Ambo enim & Corin-

thi apud nos verbum serentes, eadem docuerunt:

& isthic in Italia apud vos, quum cadé simul pro-

mulgassent.+eodem tempore martyrio sunt per-

functi. Cæterum hæc propterea sunt adducta, vt

certiore fide res Apostolicæ historiæ confirma-

rentur. Non enim ignoro, esse quosdá qui dicunt,

vno exacto anno, die eodé, martyrio Paulú quo-

que finem vite cepille. Staturam autem & corpo-

ris formam diui Apostoli, quatum per descriptio-

nem umpliciorem assequi licet, talem habuere. Pe

trus equidem non crassa corporis statura fuit, sed

C pæa demonstrare postum. Si enim in Vaticanum

Primus is
inter Rom.
Imperatores
Christiano
rŭ fuit perfe
quator.

Obitm Ne-

ronu.

Eodem tempore Roma Petrus (5° Paulus mar tyrium consummarunt.

Festus apostolici nobis
redit hic
dies triumphi. Pauli
atque Petri
nobilis cruore. Vuna vtrunque dies
pleso tamen
invosatus
anno Vidie
superba mor
te laureatii.
Prodentius.

† imagisencap xaik töp abtupngigér.

Staturà de forma dini Petri,

quæ aliquanto esset erectior,facie subpallida & al D ba admodum: capilli & capitis & barbæ crispi & densi, sed non admodum prominentes fuere:oculi quasi sanguine respersi & nigri. supercilia prope euulsa:nasus autem longior ille quidem, non tamen in acumen desinens, sed pressus, simusq; magis. Paulus autem corpore erat paruo & contracto,& quasi incuruo, atque paululum inflexo, facie candida, annosque plures præ se ferente, & ca pite modico: oculis multa inerat gratia, supercilia deorsum versum vergebant: nasus pulchrè inflexus, idémque longior: barba densior, & satis promissa:eáque non minus quam capitis coma, canis etiam respersa erat. Ambo autem Christi discipuli, quum inspicerentur, diuinum quiddam præse ferebant: Spiritu sancto & diuina gratia ita referti, vt qui cos viderent fideles, ex aspectu solo arcanam quandam & latentem conciperent gratiam, morésque & vitam vnà cum fide ritè cofor marent, & in melius converterent. E

CAPVT XXXVIII.

Ed Ccip riis cur effe

Ed hæc, de primoribus Christi di scipulis sint satis, quorum martyriis expositis, quum ad hunc locum peruenerimus, consequens esse videtur, & reliquorum decem, vitæ sinem in secundo hoc

cem, vitæ finem in secundo hoc Tomo perstringere: non quòd codem tempore beatum felicémque exitum omnes sint cosequuti, sed id fieri oportere duximus, vt & \* compendiosa & dilucida nobis constet historia. Deinde qui eorum coniugium sint complexi, quíque sincera ecclesiæ scripta reliquerint, memoraturi, finémque ita secundo huic sacræ Historiæ volumini imposituri:vt scilicet post primam, qui Christi res omnes continet, secundum huc de duodecim Apostolorum actis absoluamus librum: quanuis longius nobis instituta excrescat historia. Sedenim post Petri & Pauli obitum, Iacobi, qui frater Domini est nominatus, & Ecclesiam Hierosolymitanam primus ab ipso Seruatore Christo, seu (vt quidam volunt) ab ipsis postea Apostolis sibi commissam administrandam suscepit, Obliasque, + hoc est Iustus appellatus est, mortem exponam. Quod enim diuus Paulus Iudzorum dolum, per Festum, & prouocationem ad Cæsarem, effugisset:illi quæ in Paulum structæ non processerant, eas in Iacobum convertunt insidias. Qualem autem is habuerit finem, Hegesippus, qui primæ suc cessionis Apostolorum temporibus vixit, in quin to Commentariorum suorum libro ad hunc modum recenset. Suscipit autem ecclesiam vnà cum Apostolis administrandam, frater Domini Iacobus, qui ab omnibus Iustus cognominatus est, ab ipsius Domini ad nostra vsque tempora.Plures equidem hoc nomine fuere lacobi: sed iste ex ipso matris suæ vtero sanctus fuit, vinum & sicera non bibit, neque de animante quopiam comedit, nouacula super caput eius non ascendit, oleo vnctus non est, balneo quoque minime vsus. Huic vni in sancta sanctorum ingredi fas erat : neque vestem laneam vllam, sed lineam tantum gestabat. Solus quadoque in templum ibat, ibíque in genua procumbere, & pro remissione peccatorum populi

Item dini Pauli,

Propositio

eglitahha Jacgoz Joh

Martyrium
Iacobi fratris Domini.
† Dictus atriam Oblias
hoc oft muni
mentum populi & infis
tia.

B

\* +1, 1 0bp# 33

TR inig,

A orare comperiebatur. Genua quidem eius cameli instar per callum induruerar, propterea quòd sem per ea inflecteret, orans ad Deum. Quum itaque multi etiam ex principibus fidem amplecterentur, tumukus concitatus est à Iudeis, scribis & pha risæis: qui eò periculi rem deuenisse dicebant, vt populus omnis Iesum pro expectato illo Christo haberet. Quare ad Iacobum couenientes, inquiut: Cohortamur te, vt cohibeas populum, qui de Iesu ipso seductus est. Christum eum esse existimas. Disluade, quæsumus, iis qui ad diem Paschæhuc venêre, opinionem & fidem de Ielu, Tibi enim pa remus omnes, & cum populo vniuerso testificamur te iustum esse, neque personarum rationem habere.Persuade ergo multitudini, ne de Iesu errer. Cun dus enim populus & omnes nos tibi obtemperamus. Consiste in templi pinnaculo, vt quum ex superiore loco omnibus sis conspicuus, tum verba tua ab omni exaudiantur multitudine. Propter festum enim Paschæ conuenerunt tribus omnes, vnà cum gentibus. Statuerunt igitur, qui dicti sunt scribæ & pharisæi, Iacobum in pinnacu lum templi, & vociferati sunt dicentes: O Iuste, tibi omnes obtemperare debemus: & quandoquidem populus fide sua de Iesu crucifixo seducto errat, annuncia nobis, kquod sit Iesu ostium. Ille verò voce magna respodit : Quid me de Iesu filio hominis interrogatis? Ipse sedet in cælis, ad dextram magnæ virtutis & potestatis, venturúsq; est in nubibus cœli.Ibi, quum multis de certa indubi taraque fide satisfactum estet, gloriabantur leti de Iacobi testimonio, & dicebant, Osanna filio Dauid.Scribæ autem ipsi & Pharisei inter se dicebát: Malè fecimus, qui tantum Iesu procurauimus testimonium. Verum age ascedamus, & deiiciamus eum, vt populus conterritus, nó credat ei. Et simul exclamarunt dicentes: O, ò,& Iustus ipse per er rorem seductus est. Itaque pinnaculum ascendentes, Iustum ipsum pessum dederunt, & alius ad alium dixit,Obruamus eum lapidibus:&inceperűt eum lapidare. Quum autem lapidibus ictus nondum mortuus esser, sed couersus genua posuisset, dicens: Obsecto te Domine Deus pater, remitte iplis, nesciunt enim quid faciunt: sic, inquam, quu lapides in eum iacere pergerent, vnus ex facerdotibus, filiis Rechab, de quibus testificatus est propheta Hieremias, exclamás: Desistite (inquit) quid facitis? Iustus ipse pro vobis orat. Et fullonu quidam, ligno quo vestes complanabat arrepto, caput Iusti comminuit. atque ille ita martyrio est defunctus,anno leptimo Imperij Neronis : & lepultus est in loco quodam iuxta templum, monu mentumque eius adhuc ibi manet. Verus is testis Iudæis simul & Græcis fuit, Iesum esse Christum. Postea statim Iudzorum oppugnatio, vrbisq; Hie

rosolymitanæ obsidio cæpit. Tam mirificus auté

iustitiaque clarus fuit Iacobus, vt etiam prudentio

res apud Iudzos viri, in piaculum aduersus eum

perpetratum, causam Iudaici belli ex professo refe

rant. Quemadmodum id ipse quoque Iosephus

scriptis suis testatur, alicubi ita dicens: Iudzis auté

hæc acciderunt, propter Iacobum Iustum, qui fra

ter erat Iesu, qui dictus fuit Christus, vitione diui

na vindicandum. Eum, quum iustissimus esset, Iu-

dei interemerunt. Sed in vigelimo Antiquitatum,

mortem eius hisce verbis exponit: Cæsar Festi

morte audita, Albinum in Iudzam presecum mit D tit. Ananus autem iunior, quem Pontificatum iniiste diximus, moribus confidens, & audax admodum, ex secta Saducæorum erat, qui in iudiciis supra omnes alios Iudzos fzui funt,& crudeles. Ta- 🧸 lis itaque quum ellet Ananus, oportunum idoneúmque tempus se, Festo defuncto, quum adhuc a na Albinus in itinere esset, nactum esse existimans, a sime who mias, mortu Iudicum consilium cogit: & fratre Iesu, qui dicebatur Christus, Iacobo ei nomé erat, quibusdamque aliis in iudicium productis, & actione legum præuaricatarum instituta, vt lapidarentur effecit. Quicunque autem in vrbe equiores legúmque pe ritiores videbantur esse, grauiter id tulere. Et ad Imperatorem clàm legatos misere oratum, vt ille ad Ananum, ne talia faceret, scriberet: eum quippe necantea rece fecisse asseuerantes. Nonnulli etiam Albino obuiam processere, Alexandria iter facienti:eúmque docuere, non licuisse Anano, citra eius sententiam & voluntatem, consilium iudi cij faciendi gratia cogere. Albinus portò verbis eius persuasus, ad Ananum animo commoto scri- E plit, pænalque le ab eo sumpturum minatus est. Quin & Agrippa rex, eam ob causam pontificatú ei, quem tres administrauerat menses, ademisse, eumque Iesu Damnæi filio dedisse videtur. Et Iacobi quidem res sic se habuere. Huius esse creditur prima inter Catholicas epistola, ad omnes Ecclesias:vt ipsius quoque Iudæ, magnificè cum libertate multa scripta. quamuis vtriusq; vetustiores mentionem nullam faciant.

> CAPVI XXXIX.

Ost hunc & Andreas, coryphæi Petri frater, qui primum Dominum Ioannis indicio cognouit, germanumý; suum ad eundem adduxit: ritè verò, & vt decebat

prorsus, à prima vocatione vsq; ad Christiin cœlum ascensionem, vestigiis eius insistens, officio suo functus est. Et cælitus in specie ignearum linguarum Spiritus sancti gratia ac- F cepta, sorte quoque ei prouincia ea obtigit, vt ad Gentes mitteretur:in Cappadociam scilicet, Gala tiam & Bithyniam: Quibus ille peragratis, ad eam quoq; accessit quæ Anthropophagorum dicitur, & ad Scytharum folitudines, ad vtrunque Pótum Euxinum, orasque septentrionales & australes, ad ipsum quoque Byzantis solum. Vbi ecclesiæ à se primum institutæ, primum episcopum diuum Sta chyn prefecit. Deinceps Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, & Achaia peragrauit. In quibus prouinciis omnibus, longo tempore, sermonibus diuinis, signisque, & prodigiis mirificis Christum glorificans, tandem à proconsule Ægæato in crucem quoque est actus: illo ei crimine obiecto, p coniugem eius Maximillam, fratrémque Stratoclem, impietatem eius detestari docuisset, & ad Christi fidem adduxisser.Philippus autem, & Bartholomæus, Syriam & Asiam superiorem sortiti funt. Atque in corum locorum ciuitatibus omnibus, sidei fundamentis iactis, tépla construxerunt, sacerdotésque & episcopos eis præsecerut, Philip us etiam Asiæ vrbibus peragratis , Hierapolim Phrygiæ peruenit, ciuitatem opulentem atque ce-

tificatus abrogam. lelium Gama lielu fuisse, doxie juprà codem ca. 4.

a AlbinuIn

des prefe-

. Andres Apoftoli a Eta, 🕁 mar tyrium.

Philippi &

Quidam ca deus Iacobi in tertium Neronis Im тў анпит referunt: secนี้ " dum scilicet, 22 postquă P 40 33 lus vinctus Romam est "

Fuere, qui cadem eam causam Hie rosolymitana expuena tionu fui∏e

abductus.

\* Ex à petgoven, Seleme hos estate vofira estam fuit in Livonia & Samogitia. Marianna Philippi. A lebré, + nominíque ipsa suo respondentem. Adeò autem idolis addicta erat, vt etiam viperam, impu ram venenosamque feram, sacrario inclusam, tanquam Deum magnifico præcipuôque cultu vene raretur, sacrificissque quibusdam foueret, & tota illi mirifice addicta esser. Sedenim quum eò Apo stolus peruenisset, vnà cum sorore sua Mariamna, quæ eum, quum dudum vitam per virginitatem sibi exigendam statuisset,comitabatur:statim idolorum cultus in ea regione extinctus, & insolentia incolentium ibi dæmonum est labefacta. Siquidem viperinus ille Deus, quem diximus, ex do micilio suo erupit: & quasi ab ardente igne profu git.llicet, qui illu tanto studio coluerat, pudore af fecti sese occultant. Cæterùm quum quamplurima à Philippo & Mariamna miracula ederentur, seditio in multitudine exoritur. Partim enim Bartholomæi & Philippi Deo adhærebant (ex propin quo enim Bartholomeus Philippo à Domino auxilio missus fuerat)partim verò dæmoniacæ, per anticipationem conceptæ præsumptioni intenti permanebant: qui etiam coniuratione & coitione facta, cum impetu prorsus in Apostolos irruunt, eisque arreptis, Philippum quidem tanquam victi mam quadam in columna capite suspendunt, Bar tholomæum auté directum in lignű sub crucis for ma agunt. Atque illi talibus affecti suppliciis, ad preces convertútur. Cedebat autem statim locus, in multam altitudinem subsidens, simúlque multitudo demergebatur, atque ita in summum tota vrbs decidit periculum.Ibi,qui reliqui erant, sentientes perniciem & cladem, cam vindictam esse eius, quæ in sacros Christi ministros contumeliose patrata fuerat iniuria, confestim omnes sidem Christi suspeciunt: & Bartholomæus ab eis vinculis soluitur, qui Philippo sancte fortitérque tum martyrio defuncto, sepultura honore prastito, & vrbe tota illustrata, Christóque dicata, aliquanto post tempore Vrbanopoli prouinciæ Ciliciæ in crucem rursus actus, ad vnice desideratum Christum migrauit.

CAPPT XL.

Dini Themadla



Vemodo autem Thomæ, qui & Didymus dictus est, vehementifsimum in Christum amoré prætereamus? qui Æthiopes & Indos sortit?, à prosectione ea abhorrens, sese subducebat: nigros

que & deformes earum gentium vultus, prætereaque caliginosas atque intractabiles earum men
tes auersans, iter ad eos suum differebat. Apertè
igitur & clarè ei, is qui pulchritudine & forma
præstat, assistit, eumque ad ministerium suum capessendum cohortatur. Et vt certum securumque
redderet, eum eo se per vitam omnem suturu, auxiliumque, in certaminibus laturum pollicetur.
Quin etiam cuida ex Æthiopibus, quibus ex mercatura sucris inseruiens est vita, vt vendatur essecit, atque ita ei aditum ad Æthiopes sacit. Inde in
notitiam Smindæi, regionis eius principis, regnu
illi cœlorum studiosissimè parans, peruenit. & mi
raculis prodigisque maximis Parthos, Medos, In-

dos, ipsósque Æthiopes in admirationem adducit, D Adhæc,quicunque in extrema Orientis ora, & ad vltimum Oceanum colunt : infulam quoq; quam Taprobanem vocant, gentémque Brachmanum, prædicatione verbi illustrat. Templisque vbique maximis, aliísque pro eo atque decebat rebus omnibus sancte ordinatis, postremò lanceis latus con fossus, ad eum cuius ipse pertrecauerat latus, peruenit. Porrò Iacobus etiam Alphæi filius, & ipse ex duodecim illis vnus, iuxta eius, qui eum regebat spiritus sancti voluntatem & ductum, ab Apo stolorum corpore seiunctus, Gazz primum, deinde Eleutheropoli,& in vicinis ibi corundem po pulorum ciuitatibus versans, maxima quæque mi racula edit:& cœlestibus spiritus sancti sermonibus ab eo pacata quadam & inermi vi ad gentes delatis, restimonium regni Christi maxima incrementa capit. Posthæc ad Ægyptios extremámque corum regionem perueniens, & Christum Seruatorem & Deum esse annuncians, ad vrbem tadem cui Ostracinæ nomen est, adit. Atque ibi quum satis longo tempore vixisset, periculisque & certaminibus plurimis conflictatus esfet, tandem ad co firmandam eorum quos docuerat salutem, cruci iple quoque à quibuldam, qui Verbo fidei aduersabantur, affigitur: vt & in ipso non ita multum imitatio mortis Magistri sui abesset. Operæ preciú etiam fuerit, Simonem Cana Galilæz ortum, qui propter flagratem in Magistrum suum ardorem, summamque Euagelicæ rei per omnia curam, Zelotes cognominat' est, hic referre. Accepto enim is cœlitus adveniente sancto spiritu. Ægyptú, Cyrenem, & Aphricam, deinde Mauritaniam, & Libyam omnem, Euangelium deprædicans percurrit : candémque doctrinam etiam ad occidétalem Oceanum, insulasque Britanicas præfert. Permultis verò signorum & prodigiorum miraculis, diuinaque doctrina Christum, ita vt debuit, celebrando, innumerabilibusque insuper erumnis & afflictionibus obuiam eúdo, postremò & ipse incredibili quadam letitia mortem per crucem subiens, ad Magistrum suum transiit. Non minus & diuus Iudas, no Iscariotes ille, sed alter, cui duplex cognomen fuit, Thaddæi scilicet & Lebbæi, filius quidem Iosephi, frater autem Iacobi, qui è pinna-F culo templi deiectus fuerat, Iudæam primum & Gallilæam, Samariam & Idumæam, deinde Arabiæ ciuitates, nec non Syriæ & Mesopotamiæ regiones, sagena Euangelij cepit. Postremò Edessam peruenit, Augari civitatem, vbi antea alter quoq; Thaddzus ex septuaginta illis vnus Christum do cuerat. Atque quum ibi, si quid adhuc ex alterius illius ministerio deesset, pulcherrime expleuisset, Christumque, simul & divinis concionibus & operibus admirandis glorificasset, morte pacificase quieta ad illum commigrauit. Matthias porrò, qui iacturam duodenarij Apostolorum numeri sarserat, primam Aethiopiam adiit, atque ibi à feris, infestis, immanibusque gentibus multa pertulit. Quum verò, quæ oportuit, & verbis & factis diuino Euangelio annunciando præstitisset,& Chri sto magnam hominum multitudinem accumulas set, animo intrepido & forti martyrij coronam + suscepit.

Martyrians

Iacobi Alphaires,

Cades einfdem. Simonis Ze lota res.

Martyrian eiu(deno.

Inda Thaddai alla,

Mors einfde 1000 violent 4

Matthia res.

Martyrius
einfdern.
† Lapidibus
pene obruens
ad postremis
facuri per .
custus.

C APVT XLI.

Atthæus autem, ex publicanis af fumptus, ignea lingua non minorem quam primarij Apostoli gratiam consequutus, sacrotum Euangeliorū historiam primus Hebræis scripsit. Is quoque san-

Antropophagi.

Matshei

afta.

Hebræis scripsit. Is quoque sandus Apostolus, profedionibus multis ex alia regione atque gente in aliam subinde migrans, Eua gelio prædicando perfectis, ad postremum Spiritus sancti ductu ad Antropophagorum terram,in ciuitatem cui nomen est Myrmenæ, peruenit: in qua Platone, sectatore suo, Episcopo declarato, ipse in quendam ciuitati proximum collem conscendens, vt sibi gétis eius salus reuelaretur, orat. Hocita agenti Apostolo, Dominus Iesus formosi pueri specie assistens, quum pacem illi precatur, tum virgam in manus ei dat. Eam, quum descedisset, in vrbe ad ecclesiæ, quam ipse & Andreas co-B struxisser, portam plantare iuber, in arborem magnam & excelsam ilico euasuram, fructúmo; plurimum magnitudine simul & sapore aliis longè superiore laturam: fontem præterea copiosum & pellucidum, cum leni susurro, ex radice eius erupturum esse pollicitus.in quo quicunque Antropo phagi lauissent, corum simul & vultus ad formam decentiorem compositum,&corda agresti feritate posita, ad placabilitatem & lenitatem conuersum, prorsusque eos in melius mutatum iri. Descendenti igitur, ciuitatis eius Princeps vnà cum coniuge & Filio (Fuluianorum patri & filio, Fulnianæ autem matri nomina erant) obuius fit. Malignis autem illi excruciabatur spiritibus. Quibus quum manus statim imposuisset, dæmones illi tur batores profugerunt. Pangit verò & virgam illam, & confestim ea in arborem excrescit: simulque à radice vndam, quum aspectu amœnam, tum potioni commodam, scatentem profert. Hoc tam insigni miraculo multitudo consternata, quum eò conflueret:ille è superiore loco, patria eius gentis C lingua, salutiferum eis annunciat Euangelium. Et statim ex intimo animi affectu, in eo ipso fonte, sa cro lauantur baptilmo: fruduque itidem arboris illius gustato, omnium pulcherrima illa mutatione perfruuntur. Fuluianus verò statim pænitentia ductus, & quòd multitudinem ad Apostolum confluere videret, amulatione sinistra accenfus, grauiter id ferre, manúmque militarem ad eum comprehendendum mittere. Quæ quum re infe-& rediret, ipsemet quamplurimis secum ductis, contra Apostolum it: atque inter eundum plaga inuisibili icus, visum amittit. Ibi multis precibus Apostolo exorato, oculorum quidem vim pristinam recipit, cor autem eius induratum cæcumq; permanet.Nulla enim interpolita mora, Apoltolum clauis longis terræ affigi iuber,picique & bitumini ministri cius multa superaccumulates sarmenta, materiam que aliam facile ignem corripiétem iniicientes, ab inferiore parte cam accendut. Verùm ea res præter spem& expectationem in ro ris euadit refrigerium. Quod vbi multitudo vidit, Matthæi Deo aggregatur. Princeps autem ediuer lo præstigias esse, quæ Apostolo accidebant, credens,&ira exardescens, quos ex argento & auro habebat facticios Deos (duodecim autem erant)

efferti iubet:eisque circum Matthæi pyram dispo- D sitis, vt videlicet eorum ope ignis officium suum faceret, incendere illa præcipit. Ita sarmenta quidem flammam corripiunt, incendium autem aduersus Deos conuertitur, eosque comminuit diffluentes. Vnde simulacrum tanquam serpentis ar dentis prosilit: & à tergo Principis prorepens, cu ingenti fibilo eum persequitur, ita vt non facile il li esset in regiam suam cofugere. Quapropter desperatis rebus omnibus, ille denuò ad Apostolum convertitur, eumque, vt ab impetu consequentis eum serpentis liberetur, obsecrat. Apostolus aute, quòd hora iam instaret qua ad desideratum sibi Christum transiret, rebus omnibus postpositis, ignem increpat, atque is repenté extinguitur, & serpes ille euanescit. Principi autem extremis, quæ oportuit, mandatis expositis, omnibusque precatione confirmatis, in pace emittit spiritum, & ad Christum transit. Cuius quidem sacrum tabernaculum in aureo repolitum lecto, splédidisque inuolutum vestibus, palatio Fuluianus infert. Idque E arcæ ferreæ, plumbo insuper probè communitæ inclusum, demittere in mare iubet, hoc sic cogitans:Si is, qui illud ab igne conservatum tutatus es fer, ab vndis quoque vt in ferrea vrna politum lupernataret, vindicaret, se diis suis omnibus repudiatis, vni quem ille prædicasset Deo, per pietatis cultum seruiturum. Quum ergo ita in mare proiiceretur, statimque divina id cœlitùs gubernante manu in littore rursum exponeretur:populusvniuersus vrbe effusus, Platone episcopo prætereute, hymnis laudibusque à Matthæo prædicatum con celebrat Deum. Fuluianus verò rebus omnibus posthabitis, sacrum suscipit baptismu, & Matthæi fibi nomen arrogat, occulto quodam arcanóque Apostoli ductu. Simulque, qui eius imperio subdi ti erant, omnes patriam superstitionem reiicientes, diuinum complectuntur lauacrum. Deinde post annos tres, episcopus quoque Plato ad sempi rerna conscendit tabernacula. Porrò Fuluianus adhuc viuente episcopo, alij regnum concessit:& iple summissa humilitatis habitu assumpto, quu secretioribus Christianorum initiatus est sacris, tú presbyteri dignitaté à diuo suscepit Platone. Post cuius ex hac vita decessum, ab sancto Apostolo per nocurnam visionem admonitus atque consecratus, Episcopalem quoque assumpsit honoré. Et quum rite sacro ministrasset Euangelio, multosque per fidem lucrifecisset Deo, vitam quoque hanc meliore alia commutauit.

CAPTT XIII.

Vperest nobis Ioannes dilectus ille, quique supra pectus Magistri recubuit, discipulus: cuius prosectiones, in eisque miracula divinaque opera edita, mirisicosque & arcanos de Deo sermo-

nes, sicuti & aliorum discipulorum & Apostolorum res gestas, singillatim exponere, præterquam quòd virium nostrarum no est, ab instituto quod in manibus habemus opere alienum etiam esse ab bitror. Sedenim historiaru monumenta produnt, diuinissimum hunc Euangelistam, post Iesu in cœ lum ascensum, cum matre Dei in ea quam ad Sion fuisse ·

\* ieselis9

rangelife.

Martyrium Matthai,

Quindecim u imperants annu-

Exemplum
motabile,
quatum vel
ad impietate
intermissa,
vel ad religionem since
ram observa
ta disciplina
ecclesia valest.
Ioannes episcopo certo in
wenem libevalu ingeny
instituendi
comendanit.

Tuneniu iu à faiplo per Epifcopi negli gentiamo degenerat, & dux tandem pradonii fit. A fuisse scripsimus, domo sua vixisse, vsque ad illius ad Dominum migrationem. Postea autem in Asia Christum per Euangelium promulgasse, ibíque templum Dianę solo æquasse. Cæterum persequu tionis fub Domitiano tempore exilio damnatum, & in infulam Patmum relegatum: decimoquarto Imperij illius anno, Spiritu sancto plenum, Euangelium ibi suum sublimem in modum intonuisse sacramque & divinitùs inspiratam Apocalypsim protulisse. Qui deinde post Domitiani obitum Ephesum in Asiam reuersus, quæ ibi fuere ecclesias rexit, templa construens, clerum omnem docens, ecclesiarumque sacros ministros instinctu Spiritus sancti ad perfectionem instituens. Et quum aliquando in civitate quadam esset, adolescentémque vultu quidem liberali & honesto, animo tamen & ingenio feruido conspexisset, Epi scopum loci eius intuitus, Hunc(inquit) tanquam depositum tibi cura & diligentia summa, sub Christo arque Ecclesia eius teste, commendo. At-B que ille quidem illum, nihil se in eo excolédo rerum omnium pretermissurum pollicitus, suscepit. Ioannes autem Ephelum rediit. Epilcopus porrò ille adolescentem domi suz fouebat, & ad cognitionis & doctrinæ lucem ducebat. Procedente au tem deinceps tempore, attentiorem illam diligen tiam & curam remittit, perinde atque supremum & perfectum Christi signaculum ei iam impressisset.Ille autem quum ante tempus potestati suæ permissus esset, atque insuper ab zqualibus suis ocio corruptis, præfractis, malísque artibus imbutis, & disciplinæ omnis impatientibus corrumperetur, primum propter illicita intempestiuáq; con uiuia prædatu ab eis dicitur, ac mox iteru ac tertio ad perpetrada maleficia mutatur. Deide verò quo logius, eo quoque magis sceleribus atque flagitiis assuefactus, perinde atq; equus robustus frenis ruptis in barathru fertur. Et que iam spe omni meliore excidisset, salutém q; ipse suam coplorasset, la tronum prædonúmque complectitur vitam, ipféque adeò maleficorum manipulo tanquam dux præest: & alios feritate, cædiúmque immanitate longe superans, impetum subinde in viatores ex improuiso factitat. Intercedunt anni aliquot, & Apostolus rursum ibi adest. Qui ad Episcopum: Age, inquit, quod tibi, Christo teste aduocato, cre didi,mihi depositum redde.Ibi ille obstupescit,pe cuniamque à se, quam non accepisser, per sycophantiam exigi putat. Fidem certè quidem Ioanni dicenti non habere, prorsus non licebat: neque rursus ad ea crededa, quoru sibi coscius non esset, induci poterat. Vt auté adolescenté ille, animamq; eius flagitabat, alte admodú suspitio ducto illacry mans: Iamdudu, inquit, ille mortuus est. perditus enim, & modis omnibus perniciosus homo erat: & vt caput tibi malorum eius indicem, prædo. ná Ecclesia relicta, & monte quodam occupato, predonum ducit manum. Tum Apostolus veste scissa,& capite suo cum eiulatu & planctu multo pul sato: Egregium sanè custodem, inquit, animæ fratris constitui. Sed equus mihi detur, & dux itineris aliquisadsit. Confestim itaque ex eo loco ab eccle sia ire pergit: & quum ad regionem designatam peruenisset, ab exploratoribus illius comprehenditur: neque fugere cupiens, neque quicquam

deprecans. Quinimò ea de causa venisse se dicit, séque ad ducem eorum deduci petit. Ille porrò tum ita fortè, vt armatus erat, in via stabat. Vt autem Ioannem paulatim ad se venientem cognouit, qu'am celerrime potest retrocedit. Ioannes autem senectæ suæ; rerúmque aliarum omnium oblitus, illum consequitur, ingenti voce clarè inclamans: Quid me fugis, iuuenis senem,patrem tuum fili, nudum atque inermem armatus? facessat metus:adhuc tibi vite spes est reliqua. Ego pro te Christo rationem reddam: ac si opus fuerit, ipse pro tua animam meam statim proiiciam. Consiste, méque à Christo missum tibi crede. Tu ille, his auditis, primum consistit, oculis in terram demissis: deinde arma deponit, ac tremore multo correptus acerbissime lamentatur: accedentémque complectitur Apostolum, & lachrymis, quod potuit, noxam deprecatur, genibusque flexis dextram ad sinum Apostoli extendit. Tum Ioannes, iureiurando addito, salutem, noxæque remissionem illi à Seruatore pollicetur : dextram E eius per pænitentiam iam expiatam deosculatur, eúmque in Ecclessam reducit. Ibi frequentibus orationibus, ieiunissque continuis cum co vacans, suauíque verborum Syrene tumorem animæ illius tanquam incantatione curans, non prius ex eo loco abiit, quàm valentem illum & firmű pror sus Ecclesiærestituit. Magnum mediussidius ille hoc Ecclesiis ponitentia specimen, pulcherrimuque regenerationis exemplum, atque adeò tropeu resuscitationis atque restitutionis ante communé illam resurrectione constituit. Quod sic Clemens i spωματιώς, seu contextor, in commentario eo qui inscriptus est, Qui diues saluus siat, ad memoriam posteritatis scriptum reliquit. Verum enimuerò, quum ad hunc locum peruenerimus, necessarium esse duxi,sacram quoque translationem diui istius Apostoli persequi. Quum enim dudum transitione suam ad Deum, diémque & horam eius præuidisset, presbyteris ministrisq; ecclesia, & præterea quicunque flagranti essent fide fratrib.assumptis, extra Epheliorum vrbem progreditur: & cum eis in vicinum quendam tumulum, quò frequenter ire precationi opera daturus solebat, conscendit: ibi vehementius orans, Ecclesias Deo comendat. mox sarculis quibusdă & ligonib. celeriter sepulchru sibi fodi præcipit: deinde eos qui tu aderant, arcanis de Deo verbis & preceptis optimis de fide, spe,& potissimű dile&ione(quippe dile&us ipse) erudit. Et corda eoru con mans, Seruatori Verbo comendar. Postremoque illis in Domino saluere & valere iussis, vbi se crucis signo communisset, in monumentum descendit : operculumq; ei imponere, & id firmius comunire, deniq; reuerti eos postea, sepulchru aperire, diligentérq; perspicere mandat.Hoc modo quú ille, vr vestib. sepulchralibus amictus erat, in fossam descendisset, seque ad obitum composuisset, statim co qui iustis debetur, sopitur somno: quum quidem ad multa sene-&utem post passionem Seruatoris Christisexage simooctavo anno peruenisset. Oportet enim nos ipsi, ac potius Christo, & sapienti credere Chrysostomo, ad testificandam mortem eius illud adducenti:Et non dixit ei Iesus,illum moriturum non esse:sed, Si illum volo manere donecve-

Renocatur
atque reducitur ad frugem bonam
innenin perdi
tun.

Eximiem refipi(centi& exemplum. 子の日本

Pænitentia vera formula,

Demigratione toannu Enangelifta ex hac vita,

g

Expositur locus ille, Si relo com ma mere dones veniam: Inan.yls.

A nia (Hierosolyma videlicet euersurus: vixit enim ad id víque tempus, atque etiam aliquanto, ad Tra iani scilicet ætatem, longius) quid ad te? Et Ioannes quidem ita diem suum obiit. Dei autem ineffa bilis atq; inuestigabilis gloria, ea quam ipse solus nouit, hora illucescens, corpus eius terrenum & corruptile in immortale & incorruptibile (ô miraculum ingens)transmutauit, & in divinum paradisum, itidem vt omnib. laudib. celebranda Dei genitricem, quæ per gratiam mater eius fuit, recepit. Decebat quippe & iplum, qui matris loco incorruptam, sempérque virginem habuisset, & dilectus in primis mirifice Christo fuisset, fratérque adeò immortalitatis promptuarij extitisset, paula tim quodammodo immortalitatis participem fie ri. Porrò die sequenti, quibus id commissum fuerat, ita vt præceptum acceperant, ad monumentu venerunt:operculóque eius auulfo, nihil ibi aliud quàm sepulcralia lintea repererunt. Atq; hæc quidem de loanne.

De dinorum Apostolerum Petri, Pauli, Ioanniu martyriu, Tertull de Prascriptionibus haroticorum: Felix iuquis, ecclesia, cui totă doctrinam Apostoli cum sanguine suo prosuderum: rbi Petrus passioni Dominica adaquatur, rbi Pauliu Ioannin exitu coronatur: rbi apostolus Ioanes, posteaquam in oleum izueum demersus, nihi lque ibi passu, in insulam relegatur. Loquitur autem de ecclesia Romana.

Nonnulli aftruere volunt, Virginem Mariam iam resuscitatam beata cum Christo immortalitate in calestobne restiri. Quod & de beato Ioanne enangelifta eine miniftro, cui rirgini à Christo rirge commissa est plurimi assenerant, quia in sepulcitro eius (vt fertur) non mis manna innemitur, quod & scaturire cernitur. V erumtamen quid horum rerius censeatur, ambigimus. Melius tamen Deo totum, cui nibil impossibile est, committimus, qu'am aliquid temerè desinire relimus autoritate nostra, qued non probamus. Hieronymus.

## CAPVT XLIII.

Acta stati Marci enan gelift 4.

àd's Apid & L

Martyr

Æterùm Marcum quoque & Lu cam, etiamsi inter Septuaginta il los numerentur, adiungere tamé istisvisum est, quòd alter quidem Petri, alter autem Pauli suerit di-scipulus. e osque vt Euangelistas, cam,etiamsi inter Septuaginta il

maximis duobus Euangelistis connumerare conuenit. Sedenim de Marco, eiúsque in Ægypto predicatione, in hocipso libro antea à nobis satis est dictum. Is enim Petri-kex sorore nepos, imperante Tiberio, Ægypto & Libiæ Barbariæque vniuer sæ, Christi verbum euangelizans annunciauit, Euangelium suum dictante atque comprobante Pe tro Icripsit, apud Cyrenzos & Pentapolitanos quàm plurima admiranda fecit, ecclesias construxit:clerum & episcopos,atque alia insuper quæ opus crant, ritè & ordine constituit. Et tandem Alexandriam est reuersus: vbi cum quibusdam fratribus, in loco cui Buceli nomen erat, habitauit, li berè Christum deprædicans. Atque tum ibi cultores idolorum repentè impetum in eum faciūt, funibus pedes constringunt, atque ita crudelem in modum per vrbem raptant. Itaque corpus eius faxis allifum, admodum conscinditur, & sanguis ex eo abunde profluit. Deinde carceri virum san-Aum includunt. Ibi ei apparet Dominus, futuram illi gloriam renuncians. Denuò autem ex carcere extractum, per plateas immanissime trahunt. Atque ad hunc modum raptatus, tandem spiritum

Deo commendat:corporis ingentibus gratiis, ani D mæ virtutibus mirificè collucentibus atque corre spondentibus. Fuit autem is staturæ & ketatis statæ, atque semicanus. Lucas autem Antiochiæ, quæ in Cœlesyria est, ortus, medicus simul & pictor egregius , Thebis, quæ vrbs feptem habuit portas, ad Paulum venit:atque ibi nuncio errori patrio re misso, ad Christum accessit, pro corporum curatore animarum medicus factus. Euangelium is fuum Paulo præeunte scripsir, atque itidem Apostolorum acta. Cum Paulo autem Romæ quum fuisset, in Græciam est reuersus, plurimósque ibi diuinæ do&rinæ & cognitionis luce illustrauit,& tandem à diuini verbi contemptoribus⊁ex fru&i fera olez arbore suspensus, quòd aridi ligni vnde crux fieret copia non esset, Deo spiritum comme dauit:quum octuaginta, vt dicitur, annos natus ef set. V bi autem corpus eius inter alia coplura monumenta sepultum esser, fidelium oratione est indicatum. Salubria enim Deus collyria cœlitùs in monumentum eius demisit: ad indicium, vt opinor, curæ sanations sque eius. Vnde etiam sepulchrum eius à fidelibus omnibus est cognitu. Fer-tur is quoque primus, Christi, & quæ eum ita vt Deum decebat genuit, matris atque item principum Apostolorum effigiem pingendi arte adumbrasse.vnde in omnem deinde habitabilem orbe tam venerandum & preciosum opus est illatum. -honore quouis di , Reliquias quidem certè eius gnas, Constantius, Constantini magni filius, per Artemium, maximum illum martyrem, Thebis, sicuti etiam qui primus ad Apostolatum est vocatus, Andrez, Patris ex Achaia, & iridem Timothei apostoli ex Asiæ Epheso, in cognominem patri suo vrbem translatas, templo sanctis Apostolis sa cro intulit. Verum de divinis Christi discipulis hæcdicta sufficiant. In terrio enim deinde libro, de reliquis Apostolis, eorúmque successoribus, & quæ quisque corum reliquerit scripta, historiam texemus. In præsentiailla persequenda veniunt, quinam fuerint Christi Apostoli: qui ex iis coniu ges fuerint, qui rerum à Christo gestarum monumenta ediderint,qui etiam epistolas:que item scri pta, vt irrefragabilia & testamentaria, Ecclesia re-

CAPFT XIIIII.

ceperit: quæ etiam vt spuria & adulterina eie-F



cerit.

Tque equidem duodecim fuerunt Apostoli:septuaginta autem discipuli. Et præter hos, innumerabiles alij. Quandoquidem verò multi, qui fuerint Apostoli ignorant, faciendum putaui, vt facra

eorum nomina scripto huic insererem. Coryphæus itaque & princeps chori eius, est Petrus. Secudus, frater eius Andreas. Tertius, Iacobus, qui Zebedzi est dictus. Quartus, Ioannes frater eius, dilectus ille, & virgo, qui supra pectus Magistri re cubuit. Quintus, Philippus. Sextus, Bartholomes. Thomas, septimus, deinde eu ágelist. Matth. octauus. Nonus post hos, Iacobus Alphæi filius: non alter ille frater Domini. Decimus, Iudas, qui

Premyal Kar hrems eyies

gelifta Luca

Martyrian esoldem. \* laixeere. ples inches èver this.

Lucas Chri fic matru cine. Patri quoque et Pauli Apostolos um effigies depin

Dinorii Luca, Andree or Timothe i corpora,Constă perlas a

a postoli 12.

A item Taddæus, atque etiam Lebbæus est dictus: is filius quidem fuit Iosephi sponsi, frater autem Iacobi quem fratrem Dei dixere. Vndecimus horū, Simon Zelotes. Duodecimus, proditot Iudas: qui quum inexplebili auariciæ cupiditate crepuisset, Matthias duodenarium expleuit numerum. Et ij quidem sunt reuera Christi discipuli. Paulus verò, electionis vas, neque inter duodecim, neq; inter septuaginta recensetur: sed in omnibus is est, & ante omnes,& cum omnib.quippe qui cœlitùs vocatus sit,& supra omnes præcipuè divino Euan gelio propagando laborauerit. Ex his coniugium funt amplexi, vt quidem Clemens contextor, in tertio libro corum commétariorum quos spuna-नणं inscripsit, tradit:in oppugnatores namque con iugij acrius inuehens, sic verbis hisce vritur. An isti tandem Apostolos quoque reiicient? Petrus fiquidem & Philippus liberis creadis operam dederunt. Philippus porrò filias etiam suas viris in matrimonium locauit. Paulus quoque non veretur in epistola quadam \* comparem suam salutatione compellare: quam quidem ille propterea secum non circumduxit, vt facilius ei expeditiúsq;

esset Verbi ministerium. De diuo sanè Petro, in se-

ptimo quoque eorum quos diximus, libro: Beatus

Petrus, înquit, quum vxorem suam ad morté ab-

duci videret, simul & ingenti est voluptate affe-

Aus, \*propter vocationem eam, reditumq; in pa

triam eius.& pulchrè admodum eam alloquutus

atque cohortatus est, ac de nomine quoque ita co

pellauit:Memineris,ô mea,Domini oblecro. Et ta

lis quidem beatorum hominum coniugij fuit sta-

tus:tam perfecta eorum qui sibi essent charissimi

inter se, animorum affectio. Sed & Polycrates, ec-

clesiæ Ephesiorum episcopus, ad Victorem Roma

num epilcopum scribés, Philippi, filiarumq; cius,

atque Ioannis Euangeliste meminit, hisce quoda-

modo verbis:Etenim in Asia magna professionis

nostræ conquiescunt & dormiunt kinitia, que re-

stituentur atque resuscitabuntur die extremo ad-

uentus Christi, in quo cum gloria è cœlo veniet,

& sanctos omnes resuscitabir: Philippus videli-

cet,ex duodecim Apostolis vnus, qui Hierapoli

dormit: & duæ item filiæ eius, quæ virgines con .

senuerant. Et alia præterea filia eius, quæ in spiritu

sanctovite cursum peregit, Ephesi quiescit. itide-

que Ioannes qui supra pectur Domini recubuit:

quíque,quòd sacrorum antistes esset, \* insigneE-

pistopale gestauit, testis & doctor egregius, Ephe

si+dormit.Quin & Caius, cuius pauloante memi

nimus, his similia ad Proclum quendam ita scri-

bit:Post hunc,prophetissæ quatuor, Philippi silię, Hieropoli in Asia suere:vbi earum, patrísque etiá

est sepulchrum. Mentionem itidem in actis Apostolicis diuus Lucas facit alterius Philippi, non A-

postoli, filiarum, vt prophetici illæ spiritus gratia

fuerint condecoratæ, quum Cæsareæ Palæstinæ adhuc cum patre suo essent, in hæc verba scribés:

Venimus Cælaream,& ingressi in domum Philip

pi euangelistæ, vnius ex septem, apud eum mansi-

mus.ei erant filiæ quatuor prophetantes. Multis autem, eisque magnis apud nos vitis, non videtur

Paulus coniugem habuisse: idque ex verbis eius, quibus virginitatem & cœlibatum commendat, colligunt, quum dicit: Peruellem equidem omnes

elle, vt ego fum. Illud verò, Salue mihi & tu com-

નૈક પ્રતોકાલક દ્રવેશખ, મહોનોંડ જેૐ ' ર્રોપ્રક્રમ તે. પ્રત્યેશમાઈ કેડ,

Apostdu

יום מדם יווד

Zorop.

uges fue-

seizeg

Witakap. †Supra di-Elü eft,t ranf latum eü effe, in cæleftia.

As dians

Paslus con-

par:non mulieri,sed viro cuipiam, ita fortasse no- D minato,dictum putant.

## CAPPT XLY.



Vcusque de duodecim Apostolorum nominibus, & qui inter eos mariti suere, diximus. De iis verò qui scripta post se reliquerunt, quæ legitima & testamétaria habentur, & de sacris quatuor

ria habentur, & de sacris quatuor Euangeliis, ac divinis Apostolorum actis, tum autem de epistolis catholicis, simul & aliis, insuper & de ordine earum, atque etiam quæ Ecclesia vt notha & illegitima repudiauerir, reliquum est vt scribamus. Ac primum quidem de diuinis Euange liis est dicendum. Itaque de rebus Seruatoris & Domini nostri, duos ex duodecim Apostolis tantum, historiam scripsisse scimus, Matthæum & loannem. Et ex septuaginta illis itidem duos, Mar cum & Lucam. Omnes autem isti necessitate qua- E dam ad scribendum adducti esse videntur. Statim enim primus Mattheus publicanus, Hebræis salutifero Verbo prædicato, quandoquidem aliò ad gentes ire maturabat, fermone patrio euangelium luum, quindecimo post Christi ascensione anno scriplit:atque id eis relinques, absentia sua profeaus scripto præsenti compensauit.Longo deinde intercedente tempore, Marcus & Lucas euangelia sua,iustu Petri & Pauli composuerunt.Ioannes au tem, qui prius sine scripto verbum deprædicasset, post triginta sex à Christi ascéssone annos, postre mus omnuim creditur ad scribendum descendisse,tali ei prebita causa & occasione. Trium prioru Euangelistarum libri passim iam publicati erāt. Qui quum in Ioannis quoque manus peruenissent, recipiédos cos esse censuit, sidé illis veritatis attestatus:desiderari tamen in eis quedă dixit,que Seruator initio prædicationis gessisset. Etenim tres illi, res traummodo Christi vnius anni, à vinculis Ioannis exorsi, prosequuntur: id quod in F principiis scriptorum suorum indicant. Siquidem Matthæus post expositum quadragesimale iciunium, & quæid consequuta est tentationem, ab ee tempore scriptum suum texit. Audiens enim, inquit, lesus, quòd Ioannes traditus esset, reuersus est ex Iudza in Gallilzam. Consimiliter & Marcus scripsit:Postquam autem traditus esset lo annes, venit lesus in Gallilæam. Itidem porrò & Lucas, priusquam res Christi narrare incipit, de lo anne & Herode, quomodo isillum in carcerem coniecerit, commemorar: ac deinceps Christi acta exponit.Proinde apostolus Ioannes, rogatus, tem pus quod Ioannis vincula præcessit, & res in eo à Servatore actas, in evangelium suum retulit. Atque id ipse diserte & varie ostendit, aliquando quidem dicens: Hoc initium miraculorum suorum fecit Iesus. Nonnunquam autem inter medias Ielu res, Baptistæ tantum faciens mentionem, pluribusque eas persequens, ve ibi, Quum ille adhuc baptizaret in Enon ciuitate prope, Salim : & alibit item, quum illud infert, Nondum enim Ioannes coniectus erat in carcerem: hoc aperte confirmat.

De legitimis & Canonicis Apostolorii scriptu.

Euägelium Matshas hi braicè scriptum,

Quaratione loannes ad ewangelium Sum scriben dum sit a iductius. Epiphanine contra Ebio mit as scripfit Enangeliü loannu etid ex Graco in Hobre i fer monem trāflatum in Ga zophylacin Indaorii af-Seruatű e∬e apud Tiberiadem.

gij

A Satis igitur constat, Ioannem quidem res Christi ante Baptistæ vincula ve plurimum prosequutum esse:reliquos autem tres, que post id tempus ab eo sunt actæ, scripsisse. Quapropter quibus ista accurata ratione observabuntur, minime dissidere inter se Euangeliste videbuntur: si hic quidem priores Christi res, quas illi præterierant, complectitur,illi autem posteriores commemorant. Ostendit id satis, quòd Ioannes quidem Seruatoris genealogiam carnalem præteriit, à Mattinæo & Luca antehac expressam. Theologiam autem & divina generationem eius, tanquam illa longe præstantiorem, & sibi à Spiritu sancto reservatam, ab initio Euangelij sui explicat. Fortasse autem & alias qualdam caulas afferre quis pollit, quare loannes Euangelium suum scribendi consilium corperit. Quòd enim illi præcipuum illud resuscitati Lazari miraculum, maximum futuræ refurrectionis specimen omiserunt, neque veram illam Theologia principióque carétem generationem, tum autem B neque suprema morituri Saluatoris madata, testamenti instar obtinentia attigerunt,satis causæ habuisse videtur, quur ad illa tria euangelium suum adderet. Marcus autem, qua adductus causa suum

Quá occasione Marcus Euanzeliű

Alta apa ftolorum à Luca etiam composita, De epistolio Catholicie.

Ite Panlinu.

quoque scripserit, paulo antè in quindecimo libri huius capite retulimus. Quum enim Petrus aduer fus Simonem fortiter rem gereret, vastitatique illius obuiam iret, ac simul occidentali oræ lucë inferret, tantum concionum fuarum in animos auditorum immilit deliderium, vt viua voce contéti esse non possent. Quamobrem illi Marcum, qui tum Apostolum comitabatur, rogarunt, vt conciones à Petro habitas, in monumentum scriptis relatas, ipsis relinqueret. Delectatus est Apostolus tam propenso illorum desiderio, & Marco euangelium dictauit, atque vt id in Ecclessis deinceps legeretur sanxit. Talem causam euangelij secundű Marcum recenset Clemens, in sexto Dispositionum libro: atque itidem Hierapolitanus episcopus Papias. Lucas porrò in initio statim scripti sui consilium, quo ad scribendum peruenerit, exponit.Dicit enim:Plures quidem, de quibus ipse certò edoctus esser rebus, temerè scribere ausos suisse: se autem dubiis ancipitibusque libris reiecis, & sermonum veritatis certitudine percepta, quip pe qui cum Paulo & cæteris Apostolis vixerit , il-

lorúmque hisce de rebus colloquiis, convictu, & familiari consuetudine sit adiutus, necessariò ad conscribendum euangelium adductum esse. Hzc germana sunt & natiua Apostolorum euangelia, iam inde ab initio promulgata,& quæ indubitatæ certæque fidei in Ecclesia habentur. Lucas verò & actorum Apostolicorum composuit librum, Pau li(vt alunt) iullu. Atque equidem duo ex duodecim,& duo item ex septuaginta discipulis & Apo stolis, quatuor euangeliorum scripturam absolue runt.Porrò diuus Iacobus, frater Domini, duodecim tribubus vnam Catholicam conscripsit epi-Rolam: duas itidem Petrus, & tres divinus Ioannes:vnam autem Iudas, Iacobi, fortasse autem & Domini dicendus, frater. quas numero septem vniversas, vt germanas atque nativas, dudum Ecclesia recepit, & in numerum Noui testamenti vernaculorum librorum quam maxime retulit:sicuti criam quatuordecim diui Pauli epistolas, qui simul & verborum & sententiarum apparatu in-

structissimus, nihil sibi præterea scribendum esse D duxit, quum quidem innumeros de rebus arcanis & ineffabilibus potuisset componere libros, quip pe qui in tertium vsque cœlum raptus, & in paradisum divinis voluptatibus affluentem sublatus, maximas ibi, que dicere non est, res audiuerit. Deinde & Ioannis Apocalypsim nouimus Ecclesiæ postremum traditam. Alia autem, præter hæc, om nia illegitima sunt,& adulterina. Ordo autem librorum simul, quum causam editionis autorésque corum exponerem, à me recensitus est.

> XL YI. CAPYT

Vandoquidem verò apud antiquos quidam, ex eis libris quos retulimus, Ecclesiæ certò traditos, obelisco quosdam confode-

runt: de ea quoque re vbi pauca dixerimus,& que Eusebius Pam E philitradiderit adduxerimus, secundo huic tomo finem imponemus. Ac de quatuor quidem que di cta sunt Euangeliis, nemo adbuc ad hunc vsque diem controuersiam mouit, omnésque ea germana & natiua esse sunt professi. Idem quoque de Actorum libro dicendum. De quibus autem addu bitatum sit, hac sunt. Prima inter Catholicas Iacobi, fratris Domini: & septima Iuda, fratris eius: item posterior Petri epistola. De his enim anceps apud antiquos fuit opinio. Præterea ex tribus que dicutur este Ioannis, extra primam, reliquis duabus aliquandiu non integra data est autoritas. nam alterius Ioannis presbyteri esse creditz sunt, qui Ephesi post Ioannem Ecclesiæ præfuerit : vt Papias Hierapolita dicit, duo monumenta Epheli este memorans, vnius atque alterius Ioannis: quorum vaius, Presbyteri dicti, discipulum seiplum nominat. Recensens enim Apostolorum seniores,&duorum istorum meminit, ita inquiés: Quod si quando quispiam, qui seniorum Aposto lorum sectator fuisset, aduenisset, illorum requirebam verba & sententias, quid scilicet Andreas dixisset, aut Petrus, aut Philippus, aut Iacobus: aut quid Ioannes, Matthæus, aut alius quisquam Domini discipulorum:quæ item Aristion, aut Ioannes presbyter. Non enim libris tantum me, quantum viua voce adiuuari credeba. Eius igitur presbyteri ecclesiæ Ephesiorum secundam & tertiam epistolam, & Apocalypsim insuper, nonnulli esse ⊀somniarunt,Pauli autem epistolarum, przterquam quæ ad Hebræos est, omnes indubiæ, certæque permansere autoritatis. Et Clemens Roma nus, quùm mentionem eius ipsius epistolæ facit, tum authoritatibus etiam locorum quorunda qui in ea sunt, decenter vtitur. Vnde satis apparet, non nouam eius esse editionem, rectéq; inter reliqua Pauli scripta censeri. Causa quidem, quod de eius autoritate sit addubitatum,illa esse videtur : quòd non itidem, vt in aliis suis epistolis fecit, dinus Pau lus nomen ei suum præsixerit. Id verd factum, ne in iplo statim proæmio, tanquam ab eis desciuisset, cos perturbaret. Quapropter rectè nomé suú omisit, præsertim qui sermone patrio ad Hebreos eă Apostolus scriberet. Quam deinde alij quidé à Luca Euangelista, alij vero à Clemente, quod

specaly pfis Loan

De feripeis ti,queră

De epiftola

Hébraice e 4 Scripta.

Simplici &

rudi ser moi

atque stylo in dostrinio

👉 scriptu

Suis vis suns

Apostoli.

Ilegitima adulteri BA [CTIPLA.

A verisimilius est, versam esse afferunt. Persimilis enim est epistolæ ad Hebræos stylus, per omnia, Clementis epistolæ. Sententiæ præterez vtriusq; non admodum inter se differunt. Sedenim libri ij, tameth cotrouerh ab antiquis fint habiti, postca tamé in omnibus quæ sub cœlo sunt Ecclesiis, autoritatem sacrosanctam & irrefragabilem obtinuerunt, & tanquam principia atque elementa pietatis nostræ sempiterna permanserunt. Cæterum illegitima & adulterina omnino scripta esse, scire debemus: Prædicationem, quæ dicitur, Petri, & quod secundum eŭ est Euangelium: Actorum item eius librum, & quæ sub nomine eius circunfertur Apocalypsim. Accepimus verò inter ambiguæ quoque autoritatis scripta esse, actorum Pauli librum : & eum qui Pastoris habet titulum, quem Hermæ quidam ascribunt ei, cui in epistola ad Romanos Paulus salutem nunciari iuber. Nonnullis autem is admodum videtur esse necessarius, eis præcipue qui prima pietatis discut rudimenta, multu afferens maturi fructus & vtilitatis. Non pauci quidé certe apud antiquos co sunt vsi. Inter adsciticia etiam est Barnabæ, quæ circumfertur,epistola: & quæ dicuntur Apostolorum doctrinæ. Eodem quoque loco habedum, fecundum Hebræos Euangelium: quo in primis, qui in Christum ex Hebræis crediderut, sunt delectati. Verùm enimuerò necessitas quædam nobis imposita erat, vt mentionem inferremus librorum eorum, qui vel ex professo per veram costantémque traditionem ab Ecclesia accepti, vel controuerlæ quidem fuere autoritatis: plutimorum tamen temporum vsu & præscriptione com probati, in testamentariorum atque canonicotú scriptorum numerum relati sunt : vt scilicet norimus, quæ legitimæ & propriæ sint Ecclesiæ scriptura, & qua item ab ca qua fallo nominatur scientia, in primariorum referuntur Apostoloru nomina, Petri puta, & Thomæ, & Matthiæ, & fortasse aliorum etiam quempiam, Euangelia & acta Apostolorum complectentes quales sunt, quæ Andreæ & Ioannis præferunt nomina: qua-C rum nullus Apostolicorum successorum, aut Ecclesiasticorum deinceps scriptorum mentionem facit. Stylus quoque earum longe ab eloquutione & more Apostolico abest. Et institutum etia atq; sentétia earum, expectationi ei quam titulus pro-

mittit, minime respondet, & à recla ipsius verita- D tis doctrina longissime excidit. Vnde astruere licet, scripta talia à viris demonum malorum intem periis agitatis esse conficta. Quam ob causam ea vt adsciticia & adulterina, attingenda non sunt, sed omnino potius detestanda, & modis omnibus quàm maximè fugienda:atque aliis illis tátům, vt diuinitùs inspiratis incumbendum, atque simpliciter ita vt etiam scripta sunt credendum. Divini siquidem Apostoli, sanctitate vitæ supra naturæ captum conspicui, & omni genere virtutis in animis suis exornati, quamuis alioqui ore rudi sermonéque incompto, fiduciam tamen ex concessa eis cœlitus vi & gratia spirantes, Magistri sui doctrinam oratione ad perfuadendum composita promulgare neque sciuerunt, neque adeò tentarunt. Sed Spiritus sancti res longe maximas efficiente virtute, & miraculorum operibus demonstrationum & probationum loco vtentes, & artificiosæ vel loquutionis vel scriptionis rationem nullam habentes, cœlestem disciplinam annunciarunt. Idque ita fecerunt, quòd se maiori cuida, quem quod hominum assequeretur captus, mini- E sterio inseruire scirent. Cæterum de Clemente & Deifero Ignatio, Polycarpo, & Iustino, alissque Apostolorum successoribus, & quæ scripta ij Eccle fiæ reliquerint, in lequenti commemorabimus hi storia. Atque equidem acta Apostolorum &obitus, quo ex duodecim illis quisque ad Deum trans ierit, scriptaque eorum germana & canonica, sic se, vt diximus, habent. Finem verò iam secundo quoque tomo huic, qui necessariò in tantam à decimonono Tiberij, vsque ad quartumdecimum Neronis annum, quo Apostolorum principes Petrus & Paulus martyrij receperunt coronam, euasit magnitudinem, impono. Continet autem annos triginta septem:quum quidem à mundo condito quinquies millesimus quingétesimus septuagesimus x quintus, à Christi autem natiuitate lxx. omnino peractus esset annus.

liber hic com plestatur. \* Secundil recentiores Chronices 4048.

Annua a nativitate Christi Saluatoris 70, incidit in tempus Imperij Casarum Ser.Sulpit.Galbe mensium 7. M. Syluy Othonis mens. 3 dier. s. o A. Vitelly mens. 8. dier.10.

2

#### CAPITA TOMI TERTII

Epiftolis eins.

Qui primi sanctorum Apostolorum sucrint succes-

De in qui post A postolos Roma, Alexandria, Antiochia, & Hierofolymuprafuerint ecclesia:alisque ité

viris Apostolicis pollentibus donis.

Que causa Romanie fuerit, Indaie belli inferendi. Quanto tempore Iudai post Christum bello impetiti non fint. Et vi fideles homines per renelationem admoniti Hierofolyma reliquerint, & Pellam migrarint.Et qua to tempore alsenigena ex Herode progeniti, apudindaos regnum obtinuerint.

Vt ante bellum Indaicum maxima Septem prodigia diumitus cladem Hierofelymitanam portenderint.

Vt post Nerone Galba & Ottho & Vitelline, & dein de Vespasianus Romanus imperarit: O particularis comemoratio calamitatum, qua sub Vespasiano Hierosolymis acciderunt.

Exquinta historia Iosephi de captinitate Indaica expositio, vt fames Indaes afflixerit.

De muliere Iudaa, qua suum sibi puerum denoranit in obsidione Hierosolymitana.

De verbu Christi, quibus Hierosolymis exitium pradixit: co de historia 10sephi.

VI post Hierosolyma capta, Simeon Cleopa filim Episcopus ibi creatus sit. De Domitiani crudelitate: 📀 de cognatis Servatoris nostri secundum carnem.

Ex Egesippo, quod ad id vsque tempus, qui familia Or generu Dauid suere, inquisiti sint, co occisi.

Obitus Vespasiani, Titi, Domitiani, & Nerua: & de imperatore Traiano.

De Menandro, secundo à Simone Mago haresiarcha. 12

De haresi Ebionstarum.

De Cerintho haresiarcha,

De haresi Nicolaitarum, ut ea à Nicolso uno ex septem Diaconis orta extiterit.

Vt Simeon Cleopa martyrium subierit: co- unde hareses à principio in Ecclesiam Christi innaserint.

De persequutione sub Traiano, & quale edictum u contra Christianos promulgauerit.

Martyriu sancti Clementis Romani, co de libris eius. 18 Vt dininus Ignatius ex Antiochia Romam delatus, nem opinionem, memoria fint prodita.

propter Christum bestiis deuorandus obiectus sit : 🖝 de

De Papia Hierapolita: 🖝 qua ab eo,prater commu- 20

De Quadrato & Aristide, Apostolicie plane viris, 21 qui pro defensione sidei nostra Apologias scripserunt. Qua etiam sub Traiano Indais acciderint clades.

DeTraiani moribus & operibus, structurisą́ eius, 23 quas Antiochia fieri curanit: & de quinque martyri.

De Imperio Aeloj Adriani, & de suprema sub eo 24 Inderrum internecione.

Qui ea atate maximis quibusque ecclesiis Episcopali 2 < ministerio prafuerint.

De Instino philosopho, codémque martyre: & de 1-26 pologetico eiusdem Antonino exhibito. Praterea de Egesippo & Melitone.

Pr Adrianus edicto pro Christianis publice proposito 27 vetuerit pe in nos indicta & non indicata cansasani-

Desuccessore Adriani Antonino, vt & ipse prase thin Mia sui scripserit, & persequationem Christia norum probibuerit.

De sancto Eustathio, qui 🔗 Placidas dictus fuit. Item 29 de sancto Eleutherio Illyrici episcopo.

Quadam de Polycarpo Apostolico successore memo- 30 ria commendata.

De successione eins temporis Imperatorum, rebisque 31 eorum gestis.

Vt Iustinus philosophus religione Christiana, & scri 32 pto, & sine scripto, egregiè defensa, martyrio pro Christi nomine sit exornatm.

De aliss martyribus, quorum ipfe Iustinus in singu- 33 lari quedam libelle meminit.

De aliis, qui in Afia martyrio fortiter sunt per- 34

Demartyrio Policarpi episcopi Smyrnai. De aliis martyribus, qui codem ipso tempore una cum 35 Polycarpo, martyrio vitam finierunt.

De duobm Iudan, altero qui per arenam, altero qui à 37 pueris mirifice est baptiz atus.

# ^ECCLESIASTICAE

## NICEPHORI CALLISTI STORIAE

TOMVS TERTIVS. XANTHOPVLI,

CAPVT



ECTE equide,vt puto,nobis secundus to mus est absolu tus,qui Aposto lica acta & scri pta,itavt decuit coplexus, \* secudo loco primas præ religs tulit. In tertio autem, qui nuc nobis in manibus est, primă il lorum successionem exponemus:quomodo scili

increbuerit,&qui viri maximis quibúlq; ecclesiis præfuerint. Cotinebit is quoque eam, quæ totam vbique Iudzorum gentem, metropolimque eorum Hierosolyma sustulit, internecionem: necnó ecclesiasticos scriptores atque doctores, qui post occidionem eam floruerut, & qui ex illis certami ne fortiter & generos è peracto martyrij tulerunt coronam, quive rursus falso nominatæ scientiæ

cet divini Verbi prædicatio per vniversum orbe

præierunt duces. Itaque diui Apostoli, sicuti diximus, per omnem dispersi terram, prouincias or bis ad Euangelium prædicandu sorte partiti sunt. Petrus quidé Hierosolymis primum, deinde Galatiæ & Bithyniæ, nec non Asiæ superiori, Cappa dociæ & Italiæ cuncæ verbum prædicauit. loannes auté in Asia annis pluribus quum docuisset, diem tandé suum obiit. Andrex potrò, qux funt ad Euxinum oræ, Scythia vniuersa, Byzantiu, Macedonia, & Græciæ continens, prouinciæ fue-Thomas verò Parthis, Indis, & insulæ Ta-C probanæ Euagelium promulgauit. Aegyptum & Lybiam alius, alius item extremas Oceani regiones & insulas Britanicas sortitus est. Quas prouincias propè omnes tanquam cœlestis quædam volucris, Paulus arbem habitabilem circumcirca peragrans, peruolauit: & ab Hierosolymis exor-sus, vsque ad Illyricum summa cura & side veræ pietatis do drina disseminauit, firmissimaque ecclesiæ fundaméta iecit. Horum autem 🖈 æmulatores adeò multi fuere, vt eos numerare facile non sit, qui nimirum abunde saris & de Verbo & de Spiritu quum percepissent, vt fundatas ab illis ipsi costruerent ecclesias, idonei iudicati sunt, qui Domini pascerent gregem, atq; in Apostolorum succederet locum, accurate probéque ab illis ipsis Apostolis eruditi. Quapropter ij quoque magno animo falutifera regni cœlorum femina pal-fim feuerunt. Acri enim vehementíque veræ phi losophiæ amore perciti, primū iuxta salutare pręceptum egenis substantiam facultatésque suas di

Aribuêre:ac deinde pia quadam ambitione ducti,

aliis quoq; inobedientibus adhuc fidei verbo ge-

tibus, diuinorum oraculorum prodidere doarinam. Arque vbi in recens iactis fundamentis, ecclesissque institutis, pastores ordinassent, aliò ipsi se cotulere. Et gratia Dei miraculis vberrime diffusa, + nationes simul totas ad fidem pertrahebat.Longum autem esset omnes, quicunque primæApostolorum successionis tempore, per habi tabilem orbé pastores ecclesiarum Apostolicam & Euagelicam suscepère functionem, singillatim recensere. Satis autem fuerit ex multis paucos referre, quos etiam monumenta Apostolicæ ecclefiæ indicauere. Primus equidem diuus Paulus, cóplurium in Epistolis suis meminit, quos & coope rarios & commilitones vocat. Sed & Lucas non E paucos nominatim laudat: qualis Timotheus ille est, qui primus Ephesi sortitus est ecclesiam, sicuti & Titus Cretæ. qualis etiá Barnabas, & Lucas ipse, Marcus & Crescens, qui in Galliis ecclesiam rexit.Præterea ex Areopagitis sapietissimus Dionysius, qui etiam Athenis metropolitanæ præfuit ecclesiæ.Linus ité,& sacer Clemés, diuinus Ignatius, admirandus Apollos. Item septuaginta illiomnes, atque etiam alij, quos oratione recensere facile non est.

CAPVT 11.



Vi verò magnarum ecclesiarum præsides suère, ij sunt. Post Petru Romæ primus episcopatum suscepit Linus: cuius Paulus in ea quam Roma ad Timotheum criplit epiltola, mentionem fa-

cit. Hic quum annis duodecim Episcopale administrasset ministerium, Vespasiano filiog, eius Ti to imperantibus, Anacleto id relinquens, vita excessit. Secundo porrò imperij Titi anno, Anacle p to, qui totidem annis magnificè Ecclessam ibi gu bernauerat, successit sapiens ille Clemens, illustri genere clarus, & ad Cæsarum gentem ortum suű referens: de quo paulò pòst plura. Hunc cooperarium suum fuisse, ad Philippenses scribes testatur " Paulus: Cum Clemente, inquiens, & reliquis co- " operariis meis, quorum nomina in libro vitæ coscripta sunt. In Alexadrina autem ecclesia, post diuum Marcum euagelistam, Episcopatu primus obtinuit Anianus. Quarto auté imperij Domitia ni anno, quú viginti duos annos ecclesía præfuisset, vita est defunctus. Post huc Abilius sede eam recepit:qui quum ea tredecim ritè gubernans annis obtinuisset, Cerdoni eam successori reliquit. Antiochenam autem, post Petrum & Lucam, pri mus Euodius gubernauit. Ab hoc secundus fuit Ignatius. is quum annos noué Episcopatum decenter omnino ibi administrasset, Romæ terrio Traiani anno bestiarum dentibus est commolitus. Huius successoris, numero ab Apostolis tertij, nomen erat Heros. In Hierosolymitano ve-

- #10056

Successores Marci ĭ Ec clesia Aieandrina.

Pari er Le

Saccessores Moltolorii

HE TO TON

Tãos KTHOÁ.

propositio.

Toestolie

q; Enan

v zed

tru Domini in Hierofolymitana \* mi410. Cleopans fra trefusse 10-Sepui Sponsi rirginu m4 tru, Egesipp cocestatusest. Infra cap. 9. Polycarpus Smyrna epi **scopus.** Papias Hie rapolitanme. Q+ sdratus propheta.

Tacobi fra- A ro episcopatu, quem frater Domini Iacob triginta annos tenuerat, post Hicrosolymorū cuersionem, Simeon Cloopæ filius, qui \* patruelis Seruatoris fuisse dicitur, illi successit. Tertius ibi ex ordine Iustus, eorum qui ex Iudais tum crediderant vnus, episcopus fuit. qui quidem Episcopi ad Traiani vsque tempora functionem suam perdu xerunt, quum adhuc in viuis esset dilectus ille discipulus. Quo tempore & Polycarpus Smyrnæ in Asia floruit, ab eo ipso Ioanne episcopus creatus. Papias quoque tum Hierapolita, in sua ipse patria Episcopatus magistratu est functus:vir quum elo quentia clarus, tum sacrarum literarum quam ma xime peritus. Sed & Quadratus ca atate prophetico dono, vnà cũ Philippi filiabus enituit: & alij prærerea plures, Apostolica gratia illustres atque conspicui, Apostolorumque successionem sortiti. Verùm de Clemente, Ignatio, Polycarpo & Pa pia, que par erit, deinceps in hoc ipío libro natrabimus. In præsentia enim ea tantum, quæ ad primam Apostolorum successionem pertinét, osten dere instituimus.

CAPVT III.

Clades Indeorum sub Nerone, inpendentu corum excidÿ quali proce-

Vnc verò operæprecium est referre, quomodo Iudzotum aduerfus Romanos motu including lum: quæ caufæ fimul & prodicia Hierofolymorum precessegia Hierosolymorum precesse-rint euerssonem: & quomodo

tandem ea vrbs perpetrate in Christum impietatis, insanzque vecordiz pænas luens, sir euersa. Arque equidem que sub imperio Neronis,& ante id Felice post Pilatum Iudæam prouincia obtinente, Iudzis acciderint clades, quum Pontifices ciuilibus armis contra se inuicem & aduersus pri mores ciuitatis armarentur, & vnusquisq; eorum ad res nouas spectans; ducem se ipsum constitueret, nemine id prorsus prohibente: quumq; summa esset & Antistitum impudentia, & rebellium sicariorum licentia: tum auté quum Pontifex Ionathas & multi insuper alij præclari viri clam oc ciderentur, denique quum pseudopropheta Ægy ptius quamplurimis seductis triginta millia hominum perderet, & reliqua in perturbato ciuitatis statu, nemine vel imperandi vel parendi officium præstante, committerentur, in proximo exposuimus libro. Decimo sanè imperij Neronis anno a maximű exortum esse bellum, magnamque vniuerse Iudzorum genti b accidisse calamitatem, I o sephus commemorat: & preter plurima alia detrimenta, circiter decem millia eorum qui honores magistratúsque apud Iudæos gesserunt, flagris concifos Hierofolymis,& tandem in crucem actos à Floro:grauem præterea tumultű con tra Iudæos per omnem Syriam motum esse tradit, quum ex vniuersa gente plerique à ciuitatum incolis non aliter atque ab hostibus tam 'crudeliter cæderentur, vt passim in ciuitatibus loca omnia conspicerentur iacentium insepultorum cada uerum plena, puerorum simul & senum, mulierū quoque, quarum ne pudendæ quidem partes con tectæ fuissent. Et quanuis tota ea prouincia innumeris esset referta cladibus, omnem tamé casum atque calamitaté <sup>e</sup> longè superabat, quæ propret perpetrata cuique scelera, per minas denunciata

fuerat euersio. Hzc quidem bellum pracessisse, D Iosephus scribit. Sedenim quum Iudel aperte Ro manis rebellarent, Nero contra eos ira exarlit d: & Vespasianum filiúmque eius Titum ex Achaïa & Italia cum exercitu valido & insolenti aduerfus Hierofolyma, vrbis eius obfidione illis mandata, misit. Vespasianus portò ex plerisque, quas à Iudæis retulit victoriis, gloria parta, bellú id ma gis magilque prolequutus elt c. & Iudzi no tantum contra Romanos, verumetiam contra Christum ipsum arma sumpserant. Et quum innumeras Romanis tetenderunt insidias, tum Christianorum cædibus sunt lætati. Id quod satis indi cauit Stephanus ipse, Zebedæi filius Iacobus, eig; cognominis iplius Domini frater, atque alij quaplurimi.Si qui verò adhuc erat reliqui, perfequutione corum Iudza sunt expulsi f. Quinimò plebs Hierosolymitanę ecclesiæ vniuersa, arcanis quibuldă & diuinis responsis, quæ probatis quibusdam ibi viris per secretam reuelationem reddita funt,admonita,ante ipfum bellū ciuitate excessit:& in oppidum quoddam cui Pella nomen erat,ita vt iusla fuerat,commigrauit : vt scilicet à piis divinisque viris omnibus derelicta ipsa Hie-E rosolymorum ciuitas, tanquá cathedra & primaria metropolis, finitimaque ei Iudza, quòd cotra Christum duinosq; eius Apostolos mala quamplurima perpetrassent g, diuinam exciperet vindictam, vniuersaque corum natio ex hominu nu mero tolleretur \*. Annis sedenim quadraginta post ascésionem Seruatoris in cœlos, sudæi aperto bello oppugnati non sunt h: quòd Deus illis pænirentiæ tempus præberet, eólq; ad relipifcen dum vita, doctrina, admirandísque operibus diuorum Apostolorum inuitaret. Quum autem mi nimè vt conuerterentur curarent, tanquam claustro quopiá & obice sublato, divinitàs ingruentem sibi internecionem, iusto iudicio Dei, in seipsos pertraxerut i. Enimuerò annos centu sub aduents fuerut regibus \*. Herodes enim primus annis triginta septem eorum regnum tenuit, post hunc Archelaus filius eius annos nouem: cui frater eius + Herodes succedens, is qui Baptistam gladio sustulerat, viginti quatuor annos regnauit. Deinde Agrippa, qui & Herodes \* nominatus F est, & Iacobum interemit, annos septé: atque hu ius successor filius eius fuit Agrippa &ipse,iunior scilicet, appellatus: apud quem liberè pro se Paulus causam dixit. Viginti auté & tres annos is regnum administrauit, quoad vsque occidione Hie rosolyma prorsus interiere.

CAPPT IIII.

rum illi quidé Petri discipuli: Polycarpus autem, eius qui supra pectus Domini recubuit, sectator fuit. Clemens porrò Romæ illustri loco natus, ge núlq; suum ad imperatores Romanos referés, + Fausti cuiusdam & Matthidie filius, variis Grecorum disciplinis eruditus, atq; in omni genere scientiarum summè exercitatus, Apostolorum prin cipis familiaris fuit, sicuti antea à me dictum est: à quo arcana Christi sacra edoctus, Euangeliú promulgauit. Quum autem imperata Traiani non fa ceret,in ciuitatem quandam obscuram &desolatam \* Chersoni vicinam est relegatus. Multisq; casibus propter Christi confessioné conflictatus, tandé ancora ferrea è collo eius suspesa, in altum mare proiicitur. De quo, supra opinioné præsentis memoriæ quidda accidit. Siquidem mari diebus septem ad tria millia passuum diviso, multi eò eunt,&martyris corpus exosculantur, templo diuina virtute excitato. Et quum aliquado mare, vt assolet, diuisum esset, populusque stata ibi sa cra peregisset, atq; inde rursus reuerteretur : euenit, vt per parentú obliuionem illic puer quidam relinqueretur. Atque vbi mare in sese rediit, puer tenellus etiánum vndis est obrutus. Deinde quú rursum fluctus recessissent, parenteseò accessere, & puellú faluum & validum loculis fancti marty ris assidente repererunt. Qua re cognita, intellexerunt, eum per inhabitanté ibi gratia forum, & citra nocumențu à feris marinis conseruatu esse.

Clemetia Ro ani scripta

Clameria Ro

† Alÿ ba-

bet Faustini.

ti Kipidii

waearlui-

unv. Cherfo-

wensem alij

rocant. Mi.

vaneli inges

Clemetu de-

de corpor

function

\*\*

\*\* Clemens inssu Traiani in insula est deportateu:in qua duo mil lia Christi morum ad secanda marmora damnatorum inuenit.

Quapropter Apostolo, quem decuit atque opor- D tuit, honore habito, cum puero suo domum sunt reuersi. De Clemente hoc antea quoq; diximus. Epistolam huius nomine edită, magnam & admi randam, Eusebius Pamphili attingit: qua Romanæ ecclesiæ nomine, Corinthiis, quum apud eos tum seditio esset, scripsit. eã & antiquitus & suo tépore publice in ecclesia lecta dicit, in qua multis sentétiis epistole Pauli ad Hebreos veitur. Fuit & alia sub huius nomine epistola, priori illi logè impar:qua veteres ignoralle, idé Eulebius scribit. qui porrò & exigua eius scripta, quæ Petri & Ap pionis esse ait dialogu reprobat, quæ nimiru sin cerá certámy; Apostolicæ orthodoxiæ formá retinere negat. Ego verò illi, si de eis que nunc apud nos Clementina dicuntur, sentit, no assentior : ea enim Ecclesiæ recepta sunt. Si verò præterea aliqua sint alia, nihil refragor. Hunc auté & Aposto licarum constitutionum, & sacrorum quoque ca nonum, autorem esse credimus. Cæterum de epi stola ad Hebreos anceps est opinio, hiccine an Lu cas Euangelista eam transtulerit à Paulo, cuius na tiua & propria est, primum dictatam.

Stolici Cleme De Epistola ad Fiebrass

#### X I X. CAPVI



Iui Clemétis res sic se habuere. Ab omnibus auté celebratus Ignatius, secudus in Antiochena ecclesia Pe tri successor, qui Traiani, qui tum Antiochie erat, no desineret repre hendere superstitioné, vinctus Ro

mam vt ibi leonibus esca obiiceretur, si sidé Chri sti non abiuraret, missus est: & Asiam cum firma militű custodia vinctus peragrans, ecclesiásq; oppidatim adies, sermonibus familiaribus & cohor tationibus contrmabat. Et quonia tum primu hæ reses paulatim liberius se proferre auderet, vt sibi ab eis cauerent, do Arinæque Apostolicar ű traditionum costanter insisterent, admonebat. Quod vt illis certius persuaderet, in literas cohortationes suas referendas esse duxit. Itaq; Smyrnæ quu esset, vbi Polycarpus ecclesiam regebat, epistola vnam ad Ephesiorum ecclesiam dedit, Onesimi pastorismentionem faciens. Aliam auté Magne-F siz ad Mzandrum sitz scripsit, in qua Episcopi cu iusdam Damæ meminit. Aliam item ad ecclesiá quæ Trallis fuit, mısit, cui tum Polybius præfuit. Quartă porrò adRomanam scripsit ecclesiă, cum ampla exhortatione, ne quod martyrio cius obiicerent impedimentű: néve propter animorű imbecillitatem quicq agerent, vt ipse cocepta optatáq; spe sua excideret. Operæpreciú verò est, verba aliqua lingue illius, ad fortitudinis & fidei eius magnitudine declarandă, historie huic apponere. Scribit enim ad hunc modu: Ab ipsa Syria Romã, víq;,terra maríque,diu no&úq; cum bestiis mihi 🦼 depugnandű est, cum decem videlicet leopardis: " hoc est, militari manipulo, qui beneficiis affecti " longè etia deteriores fiunt. Verum iniuriis eorum " magis etia magisq, erudior. Verutamen ea de cau " sa iustificatus no sum. Quam velim mihi jam ad- " esse, quæ in me destinatæ paratæque sunt bestiæ, " quas etiam vt quamprimum reperiam opto. Eas " per assentationem & palpationem demulcebo, vt , me quam celerrime deuorent. Atque etia si id facere nolét, ego eas vim illis inferés incitabo. Date

Ignaty An

Epistola er.

Pettus ma

CAPVT XX

A mihi quæso bác veniam. Quid mihi expediat, no ui. Nűc enim demûm discere incipio, nihil optare aut desiderare rerum omnium & inuisibilium

& visibilium, nisi vt ad Iesum Christum veniam. Ignes, cruces, bestiarum cohortes, dissipationes ossium, membrorum concisiones, totius corpo-

ris commolitiones, & diaboli tormenta & suppli cia in me progrediantur, vt modò ad Iesum Chri

stum perueniam. Arq; hæc Smyrnæ scripsit. Quu auté Troade esset, per literas cum Philiadelphiæ ecclesia colloquutus est. Epistolam quoque ad Smyrnæos dedit, & aliam item seorsim ad episco pum corum Polycarpum, simul & vt virum diuinum honorans, & velut Apostolico pastori (quip pe & ipse pastor bonus) gregem comendans: additis quoque precibus, vt curam illius habere, & quæ optima essent, eum docere vellet. In epistola ad Smyrnæos, verbis quibusdam insignibus de Christo viitur: quæ vnde desumpserit, non satis scio. Ego verò etiá post resurrectione in carne, inquit, eum vidi, credóque eum esse. Et quum ad Petrum & eos qui cu eo erant venit, essque dixit, Accipite, contrectate, & videte me non este dæmonium incorporeum: statim eum tetigerunt, & crediderunt. Sed & ipse Ireneus martyrium eius nouit, & epistolarum eius Polycarpus mentionem facit. Irenæus de co sic scribit: Que madmodum nostrorū quidam dixit, propter professionem atque testificationem de Deo ad bestias condemnatus: Frumentum sum Dei, & per bestiarum dentes commolor, vt purus sincerusque

Preclarii ex mplum tře wilderlas, hoc est, obedientia qua agiftrati-

Locus [48-Ctorum post ebitum.

inueniar panis. Polycarpus autem in epistola sua ad philippenses, hisce verbis, eius meminit: Obse cro igitur vos omnes, vt magistratibus obediatis, & omnem patientiam exerceatis, quam ad oculum vidistis, non solùm in beatis viris Ignatio &. Rufo & Zosimo, sed eriam in aliis nostræ profesfionis hominibus, atque adeò in ipfo Paulo, & reliquis Apostolis:illud persuasum habentes,quòd illi omnes non in vanum cucurrerint, sed in fide & iusticia: & quòd in debito destinatóque eis lo co sint apud Dominum, cui etiam compassi sunt. Non enim præsens complexi amauerunt seculu, sed eum qui pro nobis mortuus est, & qui propter nos à Deo est resuscitatus. De epistolis eius ita scribit : Scripsistis mihi & vos, & Ignatius, vt quum quis in Syriam ierit, literas ad vos perferat. quod quidem curabo, opportunum nactus tempus. Et rursum: Epistolas Ignatij ab eo ad nos missas, & alias item, quas nobiscum habuimus, ita vt iussistis, ad vos misimus. Quæ quidem literis hisce nostris sunt adiuctæ, quibus multum adiuuari poterivis. Complectuntur enim fidem, & patiétiam, & zdification é omnem, quz ad Christum nostrű refertur. Romæ porrò quum prius varia tormenta pertulisser, neque quicquam de constanti decentique sua sententia remissifet, po stremò in medio theatro duobus leonibus obie-Aus, martyrio est defunctus. & carnes quidem eius arque ossa teneriora bestiz deuorarunt:quecunque autem firmiora reliqua fuere, multo deinceps tempore Roma Antiochiam ab fodalibus sectatoribusque eius sunt perlata. Hæc de ipso diuino Ignatio.

Apias verò Hierapolitanus, & iple vita Apoltolica clarus fuit, multáque Ecclesiæ scripta reliquit: quorum quing; tantu,quæ " Dominicorū sermonu exposi- " tione inscripsit, circunferuntur. "

Papia Hie rapolitani antillitu res De verbis Domini. Libri eim.

Eorum Irenzus quoque mentionem facit, ita inquiens:De iis Papias, Ioannis quidem auditor, Po " lycarpi autem fodalis, vir prifcus, fcripto teftatur, in quarto voluminis sui libro. Quinq; enim com " poluit. Papias potrò iple, in proœmio scriptorū » suorum, se oculis suis Apostolos non vidisse, sed " fidei professionem ab eis qui illis noti atq, fami- " liares fuerint, addidisse, hisce verbis innuit: Non " grauabor enim, inquit, que cunq; à presbyteris re- " Aè didici, ac rectè memini, veritatem corŭ inter- \* ptatione cofirmans, tibi exponere. Minimè enim » iis sum, vt multi, dele ctatus, qui multa dicerét, sed » qui vera docerent:neque qui aliena,sed qui à Do » mino, & ab eis quibus cum ipsa veritate cosuetu- » do fuit, de fide tradita præcepta commemorarét. " Quod si quando aliquis presbyterorum sectator E adueniret, eorum ipsorum requirebam sermones quid scilicet Andreas, quid Petrus dixisset : quid Thomas, aut Philippus, aut Simon, aut Iacobus: aut quid loanes, aut Mattheus, aut quid alius quif quam Domini discipulorum:aut quid etiam Aristion, & Ioanes presbyter, & ipsi discipuli Domini dicant. Non enim tantum me libris adiuuari, quanțu viua & præsenti voce, arbitratus sum. No tandum porrò est, bis cum in scripto hoc Ioannis nomine vti: primò quidem vbi Apostolorum nomenclaturam instituit, vt dilectum illum intelligere liceat : secundo auté loco, Aristionem & Ioannem adiicit, & presbyterum vocat. Cuius quidá ignorates +commune cum Apostolo nomen, posteriores duas Ioannis epistolas, & Apocalyplim, Apostolo ipsi adscripterunt. Ephesi náque presbyter quoque iste vixit, vbi etiam nunc duo extage dicuntur monumenta, que eodem no mine Ioannis feruntur. Quandoquidem autem idem Papias quoque admiranda quædam in libris suis refert, à decessoribus suis per manus sibi F tradita, agedú de eis quoq; pauca dicamus. Statim enim Philippum, eum qui Hierapoli fuit, & filias pphetissa, vt antea dictuest, habuit, vnú ex duodecim Apostolis, non ex septé illis diaconis, quos in Actis recenset Lucas, fuisse memorat: & se cum filiabus eius colloquutum esse ait, vnde intellexe rit ætate ea mortuum quendam resurrexisse. De Barsaba sanè quidem, qui Iustus cognominatus in Actis dicitur, illud refert: q veneno pestifero hausto, nihil senserit per Domini gratia detrimé-Sed & alia plurima ex maiorum fine scripto traditione accepta, vt parabolas & doctrinas Ser uatoris quasdam, & item alia fabulose quodam modo commemorat. Mille quoque annorum post mortuorum resurrectionem fore dicit Chri Îti regnű, corporaliter in hac tetra producédum. quod illum ignoranté promissiones arcano quodam mysterio esse editas, ita crassius accepisse cre do:quippe qui mente acri non fuerit, id quod ex oratione eius coniicere licet. multos tamen in cadem zmulationem, vetustatem viri admiratos,

Philippu

Mille an rum Christi in terris post resurrection &

Qui opinio ou & have fis eine funt, XINIXIEL, hoc oft, millenary dicuntur.

pertraxit: sicuti Irenæus, & si quis preterea alius eiusdem cum illo est sentétiæ & opinionis, osten dit. Quin alias etiam se,ab eis qui dicti sunt, Aristione & presbytero Ioanne, traditiones habere dicit:ad quas studiosos reiicies, quæ de Marco & Matthæo euangelistis tradit, necessario hic perse quenda esse putaui. Ita enim scribit: Hoc quoque loannes presbyter dixit: Marcus, quòd Petri esset interpres, quæ memoriæ commendauerat, certò & diligéter conscripsit, non tamé seruato dictorum factorumque Christi ordine. Non enim audivit,neque consectatus est Dominum:sed poste rius:vt dixi, Petri discipulus fuit: qui quidé ex vsu auditorum doctrinam suam promulgauit, non ordine sermones & oracula Domini commemo rauit. Quapropter minime hallucinatus est Marcus, sic pleraque scribens, vt ea memoria fuerat consequutus. Vnum enim hoc sibi in scribendo propoluerat, ne quid corum quæ audisset, omitteret, né ve à veritate aberraret. Matthæus verò sermone Hebraico librum suum coposuit: quem deinde, vt quisque potuit, est interpretatus. V titur idem Papias testimoniis & autoritatibus ex priore Ioannis, & itidem ex priore Petri epistolis. Ad dit præterea khistoriam aliam, de muliere, quæ multis criminibus apud Dominum per calumniam sit delata. Et Papiæ quidem scripta ad hunc se habent modum.

Hebres co tinet. Euseb. lib.z.ca, vlsi.

Eam Esa

Zelvi Secildis


CAPVI XXI.

Quadratus Aristi-des, viri Ecdestaftici.

Loruit autem eo tépore diuinus quoque Quadratus:cui nihil corum donorum,quæ Apostolicos decent successores, defuit. Itidem verò & Aristides, vir ætate ea ingenti fidei nostri

æmulatione & ardore flagrans. Ambo doctrina, feruore, & vitæ Christiane moribus pares:ambo etiam orationes ad Ælium Hadrianum, qui Traiano in imperio successit, quibus Christianum dogma defendunt, composuerunt, quum improbi quidam homines ecclesias vrgere atq; per-C sequi aggrederentur. In quibus orationibus videre est, non exigua corú virorum splendidæ mentis Apostoliczą, & rectz doctrinz indicia. Quadratus quidem certè priscam sinceritatem & fidé suam satis declarat iis ipsis quæ sequuntur verbis: Seruatoris auté nostri opera semper præsto fuere.Ingens est enim corum qui ab co sanati sunt, multitudo. Multi qui à mortuis resuscitati sunt, non solum quum curarentur & exuscitarentur, sed postea etiam viuentes continuè apparuerunt: & nó tantum quum Saluator in terris verfaretur, verùm post discessum quoque eius longo vixerūt tempore, adeò vt nonnulli eriam ad nostram duraucrint ætatem.

CAPVT XX11.



C res quidem nostre ita florebant, quotidianúmque incrementum ca piebant, radicibus Apostolicorum virorū, qui tum multi in vita erant, doctrinz altèactis, & sanctorú mar

tyrum sanguine vbertim rigatis. Iudzorú autem

natio frequentibus, alisses super alias accumula- D tis cladibus admodu accidebatur. Decimusocta uusimperij Traiani agebatur annus, quum Iudço ru rurlus excitatus est motus: qui quod reliquum eius populi fuit, sustulit. Quum etenim grauis & seditiolus cos afflasset spiritus, qui ira vindictamque vehemétius commouit, tumultum aduerlus ciues suos Gracos in ciuitate Alexadrina, in Ægy pto, & vicina ei Cyrene conciuerunt. Quo deinde paulatim gliscente, qui proxime consequutus est, anno, maximum coffacunt bellum \*. Tenebat tum cum imperio prouinciam Aegyptum Lu pus. Et primum quidé ludæi superiores esse: Græci autem ex turpi & fœda fuga cogregati, ex improuiso Iudeos, Alexadriæ adoriri, & partim ferro cædere, partim captiuos abducere. Itaque qui Cyrenæ erant, subsidio tali amisso, cunctam percurrunt Aegyptum,quam Lupus adhuc administrabat:& quam possunt, impunè inferunt cladé. Eare permotus Traianus, Martiu Turbonem eò cum valido mittit exercitu, qui cum Iudæis comi nus congrederetur: & classem maritimam, peditum equitumq, colequuntur auxilia. Martius por E rò breui multis variisque certaminibus comissis, bellóque fortiter confecto, plurimas myriadas Iu dæorum, non Cyrenaicorum solum, verum Aegy priorum quoque, qui regi suo Lucæ (ita enim dicebatur)auxiliaria tulerant arma, cotrucidat. Veritus autem Traianus, ne illi quoque qui in Meso potamia crát, pari modo popularibus fuis bellum inferrent: Lucio Quinto mandat, vt prouinciam fuam Iudæis oppressis repurget. Quapropter ille occultè copiis militaribus coparatis, illos aggressus, tantam eorum ferro concidit multitudinem, quanta nó facile sub numerú cadere possit. Eámque ob causam Lucium prouinciæ ludææ præfecit imperator: sicuti id quoq; profani Annalium scriptores memoriæ prodidere.

\* In moto ifto Indai cadibus contenti non fuerunt, fed humanu carnibus vesti carperunt. Cyprij etiam ab eis ingenti clade, duce Iudaorum Artemione, sunt affecti. Iudai conspiratione facta, pas sim ducetena & qua draginta millia hoim cotrucidarut. Dio. Oros.

#### CAPVT XXIII.



Am studiosus autem fuisse fer- F tur - 1..... & tam ab improbitate a.... vt aliquando ensem strictu pretur a Traianus iuris & iusticiæ, & tam ab improbitate alienus, fecto vrbi in conspectu omniu dederit, atq; dixerit b: Cape fer

rum hoc,& siquidem recte imperium gessero, p me: sin aliter, contra me hoc vtere. Idem Dacos vicit, & de eis triumphauit c. Sub eo quoq; Perse ad Antiochia víque excurrerant: eiq; vrbi per pacis coditiones captæ,tributum simul & præsidisi imposuerant. Continuò suis auxiliu fert imperator: & quum ad fines eoru venisser, + per notas illis scribens, clàm significar, vt præsidiū quod ibi Persarum rex reliquisset, necarent se ad auxilium eis ferendű, Persicumque metum tolledum, præstò adesse. Illi, quod iussi fuerat, faciunt d. Et ipse cum Persis prælio congressus, rege eotum cæso, clarissimaque reportata victoria, que voluit eis re gé dat Et inde in ea vrbé victor ingressus, multis eam ædificiis exornat, multos etiam Christianos

None Indzorŭ clades Sub Traiano apud Alexandria & Cyrene, alq; in Argypio

Indai bic do cem habuetuni Avdream. Lupus Aegy pti prafeli.

Martin Turbe .

Ite in Mefe

Lucius Quin tw Indea prafectu. Traian principis aquitas. b Ego q in me, si oim Vtilitas ita pofceret, etia prefecti manum armani Traiann apud Plin. . iumiorë i Pa neg yrico. Traian' que que ad amicos dixit: Ta lem se effe iperatorê pri-watu & cini bue, qualm fibi ipfe impe ratore prina tuo optaffet. Idem fiscum lienem vocamit : कु eo तरःscëte, reliqui artus tabe-Cerent. c Decebalo corum duci pacem dedit. in amosphi τοις ζμάησι,

Amiochia à Perfis caplam recupe . Tauit. e Martyriü quinque vir um Ai siochia. f Miraculi de carum cineribus.

Ady Ha

dri.mi impe-

sorore sua.

\* Hoceft,

quinquies cë

tena et o-

Eluaginta.

c Extremi

Hierofoly-

mornm ex-

cidium, 🕁 gentu Iu-

deorum in-

ternecio sub

Hadriano.

d Inl.Senerm in Indez

millu ab

· Hadriane

arces 50.di-

rait,& vi-

cos 980.fer-

ro & igni vastanit:

Dion.Oros.

libro 7.cap.

13. Ariston

Pellaus hi-

foriarii scri-

e Recidius

Hierofoly -

ma Adia dilta.

f Hadriano

polu codita.

millia.

rium. b neptis ex

Dion.

d Traisenus A interimit. In quibus, e & quinque virgines fidem palàm profitentes comburit, & ossibus earum ad summum combustis, cineribusque eri commistis, ahena quædam & alia vasa fieri curat, caque publico lauacro, quod ipse magnificentissime construxerar, dicat. F Verum enimuerò quicunque eò lauatum ingrediebatur, quamprimum calidas attigissent aquas, caligine simul & vertigine correpti, cum impetu inde procurrebant & concidebant. Causa verò eius mali cognita, Traianus vt alia ex ære puro vasa balneo parentur, mandat:prio ra autem illa in fornacibus conflata, in quinq; trất format statuas, eásque virginum combustarú forma & habitu pro balneo collocat.

#### XX1111. CAPVI

Ndeuiginti annis, & mensibus ſex,Traianus imperium administrauit:& moriens, id Hadriano b fororis fuæ viro reliquit.Publica is statim ciuitatibus remittit

debita, & vectigalia multa Romanis donat, vnde ei in vrbe diuini decreti sunt honores, Nicæam & Nicomediam, quæ motu ter re multum detrimenti cœperant, firmo circundar muro. Leges quoque ad Draconis & Solonis Atheniensium legislatorum imitationem promulgat.Rebellasse etiam sub ipso Iudæos,&templum Hierofolymis restituere voluisse, dicunt. Qua de causa Hadrianus equinquaginta & octo myriadas eorum vno die interfecit: & quæcunque ex vetustis edificiis reliqua adhuc fuerat, diruit prorsus,d & solo ita æquauit, vt ne lapis quidem super lapidé permaneret, & oraculum Seruatoris ad exi tum suum perductum, verborum eius certitudiné corroboraret. ciuitatisque totius pomeriis plurimùm contractis, denuò eam suo sub nomine exci tauit:& appellatione sua ei imposita, c Æliam vocauit, atque in iplo templi adyto statuam iple sua collocauit. Quam si quis non inepte abominationem desolationis nominet, in loco sancto, iuxta Seruatoris dictum, statem, minimè is iudicio meo errarit. Solis autem Græcis incolendam eam dedit.Idem Hadrianus templum etiam Cyzici extru xit, maximum & celeberrimum: & item vrbem eam que hodie quoque nomen eius obtinet, Hadrianopolim. Quæ verð & Ariston Pellæus de po strema Iudzorum obsidione literis prodiderit, có modum fuerit ex verbis eius cognoscere. Porrò rebellione atque defectione Iudzorum longius rurlum progressa, Rufus Iudza præfectus,accepris ab Imperatore militaribus copiis,& vecordia eorum, pro occasione bene gerendærei, subinde vsus, infestis contra eos signis est progressus: & plurima passim millia virorum simul & fæminarum, atque etiam puerorum concidit, bellique iure loca eorum direpta in potestatem suam redegit. Dux Iudzorum tu Barchochebas erat, quod nomen stellam significar: cæterà vir sanguinarius & prædator:ex nomine autem suo perditis mancipiis prodigiose persualerat, cœlitus se lucem demissum esse, quæ afflictos atque oppressos illustra ret.Quam maxime autem bello flagrante, decimo octauo imperij Hadriani anno, ad Bitheram ciuitatem munitissimam, nec italonge à Hierosolymis sitam, quum diuturnior obsidio instituta, re- D Christii abbellésque & rerum nouarum studiosi, fame ac siti ad extremum exitium redacti essent, & qui eis tantæ væcordiæ autor fuisset, dignas per vindictam dedisset pænas, gens tota ex eo tempore, vicinam in circuitu Hierosolymis regionem prorsus attingere prohibita est.idque sic constitu tione & sanctione Hadriani factum : qui hoc sic iussit, vt illi ne aspicere quidem ex loco quopiam editiore patrium solum possent. Ad huc modum vrbs Hierofolymorum Iudaicum populum, antiquissimos suos colonos, internecione summa amisit, & postea ab aduenis culta atque inhabitata, vt Romana planè ciuitas, in Imperatoris Ælij Hadriani honorem Ælia est appellata. Ac sic quidem etiam sub hoc Iudzi extremum contra Chri stum per furorem perpetrati piaculi luêre supplicium. Nos autem rursum ad diuinorum virorum descendamus successionem.

negassent,at que blasphemiu incesserent, ad grauißima supplices trahi sußit. Habuit etas quoque no-Strain Germ inia suum Barchochebam, stelle insignib" superbum.

The state of the s

#### CAPYT XXV.



Vodecimo imperantis Traiani E anno, quum Euarellus pótificatum Romæ octo annos gessisset, Alexander quintus à Paulo & Petro successor ecclesiam re-

& Petro succettor ecce.... gendam suscepit.Qui tertio Hadriani imperij anno, decennio in Episcopali functione expleto, Xysto eam concessit. Duodecimo porrò Hadriani anno, quum Xystus decennium itidem ecclesiæ præfuisset, Telesphorus ei successit. Verùm & hoc v ndecimo pontificalis ministerij sui anno, vita per martyrium defuncto, vt Irenæus inquit, Hyginus prouinciam eius est sortitus: primo imperij Antonini, qui Pius est dictus, anno. Hygino portò post quartum annum mortuo, Pius successit. Atque huic rursum Anicetus, vigesimo imperantis Pij anno. Anicetus autem vndecim annis ecclesia Romana administrata, So teri cam reliquit. Cui post annos octo Eleutherus est suffectus, duodecimus à Petro successor, quum decimumseptimum annum M. Antonius cum fi- F lio Romanum regeret imperium.+In Alexandrina ecclesia Primus, quartus ab Apostolis episcopus fuit. Ei, quum duodecim annos pótificale obiisset munus, Hadriano tertium imperate annum, Iustus est surrogatus. Circiter duodecimum auté eiusdem imperij annum, anno præterea vno & mensibus aliquot intercedentibus, ecclesiæ eius administrationem Eumenes est sortitus, quum quidem Iustus vndecim ei præfuisset annis. Eume nes verò tredecim annis episcopatum tenuit. Cui Marcus succedes, decem annis curam pastoralem gessit.Marco Celadion suffectus, qui quatuordecim annis epilcopatu functus, fuccessorem habuit Agrippinum, nonum ecclesiæ eius ab Apostolis episcopum. \*Apud Antiochenos postHeronem, ecclesiam rexit Cornelius. Huic quinto Apostolice successionis gradu Eros successit, deinde sextus Theophilus, & post hunc septimus Maximinus. Hierosolymitanorum autem episcoporum tempora literis mandata non funt, quos breuis admodum zui fuisse constat, quindecim ex ordine, vt quidem memoria sine scripto est proditum, Hebraici generis omnes, rectéq; officio suo functos,

Romani Pi tifices.

Pin anni 15.cathedrã obtinuit.

† Alexan arine ecclesu episcopi. M. Aclius Antoninus Philosoph, & L.Atlins Comodus Verns, Divi fratres equo iure im perium admi nistraruns annis 11. M. . Antoninu Solus annis 4.cum Com modo filio iti dem annia Antiocheni episcopi.

Hierofoly-

Barchech bas perduellu ifte, Iuftihilosopho & martyre Enfeb. libr. 4. cap. 8. Christianos

Digitized by Google

h iiij

† Alÿ Za

\* Alÿ La

В

mi mecant.

Iultini Phi

lofophi 😙

artyrů ra:

Apologia eisu pro Chri

Rianu tito-

Aly legüt,

chÿ filiw.

Lu.

quòd Christi doctrinam & professionem probè tenuerint. Que res effecit, vt ad episcopatum eum ab ecclesia Hierosolymitana, quæ ab Apostoloru tempore ex fidelibus Iudzis ferè tota constabat, & víque ad extremam oblidionem perdurabat, sint delecti. Eorum itaque episcoporum qui ex cir cuncisione Christianam professionem rite sunt complexi, & mutuis Iudæorum seditionibus atq; vesaniæ fuerunt reliqui, catalogum à primordio exponere convenit. Primus itaque fuit lacobus, frater Domini dictus: secundus, Simeon: tertius, Iustus:quartus, + Zachæus:quintus, Thobias: sextus, Beniamin: l'eptimus, Ioannes: octauus, Matthias:nonus, Philippus: decimus, Seneca: vndecimus. Iustus: \* Lebes, duodecimus: Ephrem, tredecimus: quartusdecimus, Ioseph: & quindecimus, Iudas.Quibus post euersionem vrbis, ex gentibus successit Marcus. Tot Hierosolymis ab ipsis vsq; Apostolis, ad eum quem diximus Iudam, ex circũ cissone fuerut episcopi. Totidem, vt exposuimus, aliarum maximarum ecclesiarum gubernatores.

CAPYT XXYI.

nc ipia ætate Hadriani, Iustinus etiam ex philosophis martyr,in-ter præcipuos est habitus, germa nus & sincerus vere philosophis

ierit, commodissimum fuerit ex ipsius verbis recognoscere. Quùm enim aduersus Græcos & gen tiles pro Christianis orationes scripsit, quibus repugnare atq; refragari illi non potuerut: tumRo mæ, vbi vitam degebat, Antonino Pio Imperatori & Senatui Romano pro nobis Apologiam exhibuit, ita eam inscribens: Imperatori Tito Ælio Ha driano Antonino Pio Augusto, & Verissimo filio Philosopho Cæsari, & Lucio Philosophi Cesaris, & Pij adoptione filio, amatoribus doctrinæ, sa-C cróque Senatui & populo Romano vniuerfo, pro eis qui ex omni hominum genere iniquissime inuidia laborant & affliguntur: Iustinus + Priscus Bacchij filius, Flauia noua ciuitate Syrię Palæstinę oriundus, otationem atque deprecationem hanc obtuli. Et in eadem oratione se non temerè', sed iudicio ad Christianam professionem peruenisse,

Martyrum constantia et fortitudine ad Christia uismum adductus eft i w

a puet H a liciu fuit.

amator, & in Græcorum disciplinis egregiè exercitatus. Sedenim quis qualisve fuerit,& quemadmodu à Græ corum erroribus ad germanam philosophia trasita refert : Ego quidem, qui Platonicis delectarer disciplinis, quum Christianos calumniose deferri audirem, viderémque eos impauidos interritósq; elle ad mortem, & quæcunque horrenda mortalibus videntur:consideraui ipse mecum,fieri omnino non poste, vt illi in flagitiis delicissque viuerent. Quotus enim quisque voluptatis consectator & libidinosus, quique humanarum carnium dapibus delectetur, bono sibi mortem esse putet? vt per eam cupiditatibus deliciisque suis priuetur: & non potius illud agat, vt semper hanc vitam viuat,magistratúsque & leges fallat,nedum seipsum ad cædem offerat? In Apologia ea illud quoq; scri bit: Non absurdum verò fuerit, Antinoi quoque hic meminisse, qui non ita pridem decessit, quem omnes veluti Deum per timorem colere sustinue runt: quum quidem omnes probe sciuerint, &

quis suerit, & vnde prouenerit. Antinoi eius & E- Desperan gelippus mentionem infert, qui & iple cildem téporibus florens, permultas Apostolicas traditiones in historiis suis, quarum quinque reliquit libros recenset, simplici dicendi genere clare do-Arinam Apostolicam exponens. In quibus, quùm tempora quib.enituit ostendit, tum de iis qui primum idola & simulacra statuerint memorat. ac deinceps ad hunc modum infert: Quibus cenotaphia, sepulchrorúmque simulacra, & templa, ad hoc vsque tempus construxerunt. Quorum vnus etiam est Antinous, Hadriani Cæsaris seruus. Huius funt ludi agonales, Antinoij di&i,& ætate no stra acti. Vrbem quippe cognominem ei Hadrianus condidit. Temporibus quoque eis, pari cum iis quos diximus vitæ instituto, paríque in ecclesiam ardore, Sardianus episcopus Melitó fuit: qué satis patet, ea quoque etate floruisse. Indicat id defensio eius, quam pro Christiano dogmate ad Verum scripsit, luculétam admodum & vtilem, orationis vrbanitate & persuadendi virtute auditoré maxime mouens atque afficiens.

C SPYT XXVII.

Emoriæ mandauit sapiétissimus lustinus, Hadrianum pro Chri-stianis literas à Graniano Serenio ad le lcriptas accepille: periniquum esse, quòd'illi vocifera-

tioni populi donarentur, nullóg; iusto prætextu indicta causa necarentur. Quapropter rescriptum is ad Minutium Fundanum Asiæ proconsulem miserit, neminem de catero occidi iubens, nili legitima iultáque præcessisset accusatio. Rescriptumque id in librum suum de verbo ad verbum retulit, hæc præfatus: Possumus hoc à vobis ex rescripto maximi & illustrissimi Cæsaris Hadriani patris vestri, qui ita vt per supplicem libellum rogauimus, iudicia exerceri iussit, petere: idque non tam quòd ab Hadriano mandatum lit, quàm quòdiustam esse petitionem nostram sciamus. Subiecimus autem epistole Hadriani exemplum, vt hac quoque parte, veritate nos niti cognoscatis. Quæ epistola ex Romana in Græcam F linguam translata, hanc complectitur sentétiam. Hadrianus Cæfar Minutio Fundano:Literas à Serenio Graniano, viro clarissimo, cui tu in prouincia successisti, accepimus. Inquirenda nobis res prorsus esse videtur, ne homines innocentes opprimantur, néue calumniatoribus occasio grassan di præbeatur. Quòd si provinciales tui, persequutiones aduerlus Christianos suas, processu legitimo pro tribunali probare possunt, vnam cam sequantur viam, neque solis peritionibus atque vociferationibus vtantur. In primis enim conucnit, si qui ad accusandum accedere velint, te causam le gitime cognoscere. Itaque li quis cos detulerit, atque probauerit contra leges quicquam commilif se, tu pro delicti qualitate ita sententiam aduersus eos feres, vt mehercules, qui calumniæ caula cri-men cuiquam intédisse compertus fuerit, pro maleficij grauitate, in eum modis omnibus animaduertas. Rescriptum Hadriani pro nobis editum, tale fuit.

Rescriptum Hadriani Imperatori pro Christia

two princeps

Antinoiã condidit. 7%.

plum queg,

Ratua , o

facerdutes in

ficuit, fidiz

se einsvidiffe

asserans:

Sga

Aminorj.

Antineu

iftum, ∫ecua dum questa

anteres, Ha

drianas in

magicu s -

pes Serdia-

man, polo

gram quoque pro Christia

mifmo fari-

factanis. Melio episco

cru Diu juu

Dim.

reben



CAPVT XXVIII.

Oftquam verò is vno & vinginti annis imperio administrato, naturæ debitum persoluit, Antoninus Pius ei successit:ad quem, & ad Senatum Romanum Iustinus
apologiam suam Christianos de-

fendens conscripsit. A quo ille, & simul ab aliis quamplurimis fratribus, qui à prouincialibus in Asia conuiciis & iniuriis grauibus contumeliosissimè exagitabantur, permotus, literas publicè ad Asiæ populos dedit, quas itidem inserere histo riæ nostræ est visum. Imperator Cæsar Marcus Aurelius Antoninus Augustus, Armenicus, Pontifex maximus, Trib. potest. xv. Cos.iij. Asiæ populis salutem. Equidem scio, diis quoque ipsis curæ esse, ne tales homines lateant. Multo enim magis illi vindicauerint eos qui sacrificare illis no lint, quàm vos, qui contra cos tumultum commo B uetis: opinionem quoque corum quam de vobis conceperunt, vt atheos vos, nullorumque prorsus deorum criminentur, confirmantes. Quibus præstabilius etiam est, dum accusari arguíque videntur, pro Deo suo mori potius, quam invita ma nere. Proindéque victores cuadunt, animas ipsi suas citius proiicientes, quam vt à vobis persuasi, quod vos vultis, faciant. De terræ motib.autem, qui vel fuere, vel adhuc fiunt, non importunum fuerit, vos, qui ea de causa animos despondistis, admonere, vt scilicet res vestras cum rebus illoru conferatis. Atque illi quidem liberioribus maioribusque erga Deum sunt animis: vos autem toto hoc tempore, quo causas eorum ignorare videmi. ni, Deos & res alias negligitis, & Christianos à cul tu immortalis Dei quem illi venerantur arcetis,& ad mortem víque persequimini. Cæterum de iis antea quoque multi provinciarum rectores divo Patri nostro scripserunt. Quibus ille rescripsit, nihil molestiæ facessendum esse illis, præterquam si quid contra Imperium Romanum moliti es-C fe deprehenderentur. Quin & ad me multi de eis literas dederunt : quibus de Patris mei, quem mihi imitandum esse duxi, sententia rescripsi. Si verò quispiam perseuerauerit cuiquam Christianorum, quòd talis sit, negocium exhibere, delatus quidem crimine absoluetur, quamuis talis esse co pertus sit:delator autem ipse pænas dabit. Propo sita est hæc epistola Ephesi, in conuentu publico Asix. Hæcsic & Antoninus pro Christianis rescripsit.

CAPYT XXIX.

Ntequam autem eiusmodi ederentur literæ, permulti dicuntur egregie certamen pro Christo pertulisse: quoru vnus etiam fuit victoria clarus martyr Eustathius. Is sub Traiano prætoriam gerens

dignitatem, Placidas dicebatur, & genere & opibus illustris. Quum verò plurimis eniteret ornamentis, postremò cœlesti quoque vocatione est cohonestatus. Etenim in solitudine quadam venati Christus cerui cornibus insidens apparuit, cúmque arcanæ sapientiæ consilio ad se pertraxit, &

simul quæ ei euentura essent prædixit. Itaque ba- D ptizatus cum tota domo sua , Christo se dedidit. Verùm enimuerò occulta & arcana exploratione atque excussione, rebus omnibus statim est nudatus. Nam opibus honoribusque omnibus proie-Ais, vxore etiam & liberis longo tempore caruit. Atque ita erumnis ferendis, veluti alter quidam Iob factus:poîtea,quemadmodum & ille, Seruatoris dispositione, vnà cum vxore & filiis Agapio & Theopisto, ad pristinam restitutus est felicitatem & gloriam. Multis deinde victoriis ab hostibus reportatis, quibus magno terrori erat, quu Romæ esset apud Hadrianum, qui de rebus multis cum est perconctatus, quòd dæmonibus sacrificare recusaret, in æreum taurum igne candétem vnà cum coniuge & liberis coniectus, vitam ibi morte commutauit:quum quidem illis sic martyrio defunctis, ne pilum quidem ignis confumplerit, nec detrimentum aliud attulerit. Ea ipsa ztate præstanti virtute iuuenis Eleutherius, in Illyrico erat.Romæis quoque ortus,matre Anthia, quam magnus ille Paulus ad professionem Christianam perduxisse fertur. Illa verò filium quoque religionis eius hæredem fecit, & Aniceto Romano episcopo tradidit: à quo sacras literas edoctus, sacro cleri numero inseritur,& quintodecimo ætatis an no diaconi gradum consequitur:mox trienio pòst presbyter creatur. & deinde viginti natus annos Illyrici episcopus deligitur, vita priore signis miraculísque ingentibus edendis transacta. Vbi verò quamplurimis ad Christum perductis, ab Hadriano accersitus, fidem Christi constantissimè defen dit,primu in lectu ferreum ignitu reponitur, deinde in ahenum oleo& aruina feruenti plenum cōiicitur, atque mox in foco igne conferro collocatur. Quum autem his tormentis omnibus superior esfet, in fornacem igne ad summum calefa-&um, qui + primum Ceraborem opificem eius, quòd Christi complexus esset side, exceperat, protruditur. Porrò Eleutherius ex custodia deinceps extractus,indomití (que equis alligatus, huc atque illuc trahitur:& vi diuina vinculis eius folutis, mõ tem quendam conscendit, atque ibi aliquadiu ver satur, cum feris quas cicures reddebat habitans. Atque quum Dei præcepta promulgasset,& quin gentos ad diuinum perduxisset lauacrum, rursum in conspectum Imperatoris pertractus, bestiisobiicitur: & quum ab iis quoque saluus conseruaretur, ex militibus duo impetum in eum faciunt, atque occidunt. Mater etiam filio vitam finienti circumfusa,itidem vt ille, martyrij coronam excipit.

Santhi Eles thery mean

Is ante infla etatem clericas, diacomus, presby. ter, & epifco pus propter insignem vie tutem & pie tatë creatus.

TON KL edbock The RATA GXLUAб**а́**ута ў **270**\_ gright rash Alÿ Coreborii yecant.

Matrix eine Anthie martyrium.

C APYT X X X



Dhuc Anicetus Romæ ecclesiam gu bernabat, quum Polycarpus, Irenzo referente, propter quandam quæ de Patchate inclusia, quality and Aniceto mam venit, atque ibi cum Aniceto Paschate inciderat quæstionem, Ro-

familiariter est colloquutus. Sed & alia Ireneus de Polycarpo commemorat: que præsenti operi adiú gere pium esse iudico. In tertio enim contra hære ses libro, hæc ita de eo refert. Polycarpus verò nó modò ab Apostolis institutus, cum multis eorum vixit, qui Dominum ipfi viderunt : fed etiam per Apostolos, Smyrnensi ecclesiæ in Asia episcopus

Polycarpus

fatales Chri Aiania adscribere falebant.

i Eofta

I ofideles ,ca

Rescriptu

Piu Chri-

stianis com

mercÿ.

hereiku nihil est com-

ordinatus est. Quem & nos in prima nostra ætate vidimus.diutius enim vixit, & in multa senedute cum magna gloria magnificentissime martyrio obito, è vita excessit, ea lemper docens quæ ab Apostolis didicerat, & quæ Ecclesia tradit, quæ videlicet sola sunt vera. Testatur hoc ecclesiæ Asianæ omnes,&qui ad hunc vsque diem in Polycarpi successer locum, quod sidei maioris certiórq; veritatis testis fuerit, quam Valentinus & Marcio, & item alij insanarum opinionum autores, qui quum Romam sub Aniceto peruenisset, multis ex eis qui dicti sunt hæreticis persuasit, vt ad ecclesia Dei redirent, vnam & solam hanc veritatem, qua ecclesia tradiderit, se ab Apostolis accepisse prædi cans. Extant adhuc qui ex eo audiuerint, Ioannem Domini discipulum Ephesi lauarum aliquando iuisse. Cæterum quum in balneis Cerinthum vidisser, illotum inde profugisse, atque dixisse: Fugiamus obsecto, ne balneum, in quo Cerinthus ve ritatis inimicus est, concidat. Ipse quoque Polycar pus, quum ei Marcion in conspectum veniret, & diceret, Nosce nos:respondit, Nosco, inquiés, nosco primogenitum Sathanæ. Tanta apostoli &discipuli eorum religione fuerunt, vt ne verba quidem communicatent cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant atque deprauant. vt Paulus etiam dixit:Hæreticum hominem post vnam atg; alteram admonitionem deuita, sciens quòd subuerlus est qui eiusmodi est, & delinquit, proprio iudicio suo condemnatus. Est autem & epistola Polycatpi longiísima ad Philippenses scripta, ex qua, qui voluerint, quique salutis suæ curam gesferint, fimel & specimen fidei illius, & doctrinam veritatis discere poterunt. Hæc de eo Irenæus. Multis autem testimoniis prioris epistolæ Petri Polycarpus,in ea ipía quam modò diximus,epiíto la sua vritur.

CAPPT XXXI.

Pÿ altaqua C T. Aurel. Pim, Hadriani genmer, ab code in filii adoptatus fuit: sicuti & ab hoc M. An toninus ge-per.L.auté Annim Antonin mepos Anfuit.M. An conium, qui & philosephus dictus L. Anniil Antoninii Verum imperij Sociii Sibi adicimit.

Et tum pri-

mùm Rom.

respub.due-

bus aquo in-




Ntoninus Piº viginti tr es impera uit annos: & imperium Romanu decedés Marco Ælio filio, & ipsi Antoninodicto, & Lucio fratri ciº reliquit. Piº porrò iste Alexadrie, Antiochiæ, & in multis aliis cele-

bribus vrbibus lauacra, aliaque plurima publicitùs ædificia, Romæ quoque magnum aquædu&ű construxit. Arq, abrogata veteri C.Iulij Cæsaris lege, qua Senatorio viro de bonis suis testari non permiserat, nisi dimidiam eorum partem, qui pro tempore futurus esset, Principi relinqueret : omnibus, per constitutionem, liberam dedit potestatem de facultatib.suis, ita vt vellent, disponendi. Marcus aut filius eius iustam illam' lege tulit, qua parentibus liberiab intestato succedunt. Idémq; fanxit, vt filio, qui in testamento præteritus, à parentibus kdebitam gratia non retulisset, quadrans paternæ+hæreditatis detur, Non diutius autem quàm vndecim annis b Luci in imperio vixit. An toninoq; philosopho id reliquit, qui & ipse octo prope annis imperauit: & quum vnum & sexagin ta circiter ætatis annos expleuisset, cad Védoboná decessir. Iis imperantibus, multi & apud Græcos præclari extiterunt poetæ: oratores quoq; & Medici, omnis denig, Philosophiæ periti viri.in quibus Hermogenes rhetor, & Aristides orator nobi D lis, Galenus, Oppianus poeta, Alexandrinus Apol lonius, ei úsque filius Herodianus, Grammaticæ ar tis autores, atque item alij fuere, quos longum esset in præsentia enumerare. Illud scire conuenit, d Marcum Antoninum filio suo institutionis Impe rialis librum à se copositum reliquisse, omnis generis profanorum exemplorum & discipline plenum. Non apud Græcos verò tantum insignes tú, verumetiam in professione nostra plurimi maximíque, de quibus in sequenti agemus historia, flo ruere viri.

a Lex de Sonatoriorii testamentis. b L.Ver apoplexia interije inter altinum & Cicordiam, cumfratre in rehiculo sidens.
c M. Philosophus in Planniu oblit ad Vendobonam, quam nonlliViennam esse volunt.

d Magna hunc diligentia curáque educanie, accitiu vndique viris doctrina clarii, maximáque propofita mercede, voi mores pro fe quif-que filÿ ingeniúmque excellerene. H erodianas.

> C APYT XXXII.



Græcos & Iudæos, in faciem eorum Christianæ professioni patrocinatus esset, atque etiam hæreticorum vanam linguz loquacitatem, nocentémque mentis infaniam luculentis orationibus retudisser, fidem nostram firmis adamantinisque propugnans, rationibus, abundéque veritatem certitudinémque eius demonstrans, corona martyrij seipsum exornauit. Cui Crescens quidam philoso phus, vita morumque æmulationibus Crescente, quòd pleraque perperam faceret,falfóque in professionem nostram criminans inueheretur, lustinus convicisset, cum improbis quibusdam qui magistratus gerebant, atque itidem cum aliis, ille conspiratione contra Iustinum facta, tormentis quamplurimis eum affecit, & postremò gladiis etiam confecit, veræ prorfus fapientiæ fe- F Catorem. Ita ille ad desideratum sibi Christum transiit. Quæ autem passurus fuerat, ea antea quoque in ea, quam diximus, posteriore defensione di uinans prædixit, ad hunc modum scribens: Ego quidem insidias &+fustuarium expecto à quopiam, qui alicuius sit nominis, vel ab ipso etiam Crescente insipiente, karrogantiæ quippe magis quàm sapientiæ amante. Indignus namque est, qui philosophus & sapiétiæ amator dicatur: propterea quòd publice de rebus quas ignorat, videlicet quod Christiani athei prorsusque sine Deo & im pij sint, asseuerat, ad gratiam & libidinem eorum qui ab eo sunt in errorem seducti, id faciens. Si enim doctrinam Christi, quam non attigit, reprehendendo proscindit, improbissimus est: idiotis atque indoctis hominibus multo deterior, qui fape de rebus quas ignorant, loqui, & falso testificari supersedent. Sin Christianam professionem didicit, aut amplitudinem eius no intellexit: aut certè·intellexit , & ne Christianus esse suspectus fiat, nos criminatur. itaque longè adhuc est importunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habens, vtpote inepta & absurda opinione vir, timoriá; sor

que Hadria us influva nt Pin \* Lizersim † Hodie L

pradixit. . ἀφιλοσόφδ يهيا جدكمه ينهد + 8620 4171-M TIME,

Veinam ba de idiotu leculi neftri di care liceral

A dido obnoxius. Hæc Iustinus. Quod autem iuxta suam ipsius prædictionem à Crescente, qui autor initæ contra cum coniurationis fuir, sublatus sit, Tatianus fatis testatur, vir egregius, qui primam ztatem Grzcorum disciplinis docendis consumpsit, magnamque in eis laudem est consequutus, quique no pauca memoria digna nobis etiam scri pta reliquit. Is itaque in oratione sua ad Grecos ita scribit: Et Iustinus admiratione omnium dignisimus, rectè eos de quibus diximus, persimiles esse. prædonibus exclamauit. Deinde aliis quibusdam, de philosophis, rebus expositis, infert : Iraq, Crescens ab incunte ætate in magna versatus vrbe, + lasciuia quidem in pueros, omnes exuperabat. Auaritiæ autem valde deditus erat. Qui verò aliis mortis contemptum suadebat, ita eam ipse metuebat.vt Iustino mortem, veluti magnū aliquod malum, concinnauerit: propterea quod ille verita tem prædicans, philosophos helluones atque impostores esse coarguit. Atque hæc quidem lustino martyrij causa fuit.

CAPPT XXXIII.



Mulier Ipu

neynam con

iūčia, simul

atque Chri-

fiuna est fa ila, or ma-

ritus ad fro-

gens bonams

perduci non

probitati in-

Kla & ma-

rito spsi num

cium reasi-

potuit,im-

Dem verò in Apologia sua, aliorum quoq; ante se martyrū meminit. & argumento propolito percommode subserviens, illud etiam addit. Mulierculam rerum malarum viu temerariam, viro itidem luxurioso

iúctam fuisse. Vt autem ea mysticam Christi professionem alicunde perdidicit, quùm ipsam mode ratam continentémque vitam complexam esse,tu idem quoque marito fuafisse : propterea quòd illi æternum illum ignem, quæ impudicis & voluptuariis paratus lit, indicaret, & subinde promissiones quoq; æternorum bonorum proponeret. Sedenim quum multa sæpe dicendo, nibil apud eum efficeret, & ille in procaci petulantia sua permanerer, mulierem improbis moribus suis à se alienauit.Illa enim impium esse iudicans, cum tali deinceps viro consueuisse, qui præter naturæ leges modis omnibus per libidines varias voluptatem consectaretur, secedere ab eo constituit. Vt verò eam propinqui,pro autoritate fua,ab eo cou silio sunt dehortati, spémque ei secerut, virum in melius mutatum aliquado iri, manere cum eo est coacta. Postquam verò maritus Alexadriam profectus, longè etiam deterior factus esse dictus est: mulier verita, si de cæterò eodem cum illo lecto cadémque mensa vteretur, ne impietatis quoque eius fieret particeps, misso illi repudij libello, ab eo seiuncta est. Ille porrò quum coniugis suz cau sa lætari debuisset, quæ scilicet priori suæ vitæ núcium remissifict, simulque ebrietatem, lasciuia, & (vt vno verbo dicam)improbitatem omnem, vt amplius cum seruis aliisque turpis quæstus gratia impudicis non congrederetur, nec in libidinu cœno volutaretur, valere iussisset, ipsi quoq; vt meliora sequererur suasisser: tantum abest vt id fecerit, vt ab ipsa statim discessione, accusationis libel lum, Christianam eam esse, Imperatori obtulerit. Mulier porrò citata, supplici quoque libello Principi dato, petiit sibi permitti, ve rem familiare sua primum constituere, ac deinde accusationi ei respondere posser. Quod quum illa impetratiet, ma

ritus accufatione abolita,illam quidem dimisit: ad Ptolemæum autem quendam, qui illam pietatis professionem docuisset, est conversus. Eum dolo aggressus, vt in vincula coniiceretur, effecit. Centu rioni enim cuidam fibi amico perfuafit, vt Ptolemæum arreptum, hoc tantú interrogaret, an Chri stianus esset. Illum quippe veritatis amantem, mi niméque fraudulentum aut mendacem, statim se Christianum esse professurum . Itaque in vincula ille coniectus, longo tempore à ceturione est tortus.Postremò, vbi ad Vrbicium præfectum addu-Aus, & ab eo interrogatus est, propterea quòd Christi doctrinam consectatus, bene sibi esset cóscius, diuinæ virtutis doctrinam est professus. Qui enim neget, vel quia professionem damnet, id faciat: vel quia indignum se & alienum à re tanta es se sciat, non prositeatur. Neutru autem veri Christiani est. Vrbicius igitur propter eam professionem duci Prolemæum iussit, Lucius autem quidam,& ipse Christianus, tum ibi astabat:qui improbato atque damnato iniquo Vrbicij iudicio, Quæ malùm ratio hæc est?inquir. Numquid infa mis maleficij vir hic admissife conuicus est? An, quòd Christiani nomine tantum is gaudet & gloriatur, propterea ad puniendum eum commotus es? Non hoc decet Imperatorem Pium, non Impe ratoris filium Philosophum. Non ita,vt facto Senatui conuenit, iudicas Vrbici. Et ille non aliud ad Lucium dixit,quàm eum quoq; talem fibi,qui ha-Cenus latuisset, videri. Idque ille quum maxime asseuerasset, abduci eum simul precepit. Cui se gra tiam quoq; ille debere professus est:à malis quippe dominis se liberari, & ad Deum patrem & regem optimum transire. Ad quos tertius alius itidé accessit, in quem supplicio quoque est animaduer sum. His ita commemoratis, Iustinus ea que suprà expoluimus, lubiicit verba:ego quidem infidias& fustuarium expecto, & c. Multa verò is quoque di uina probe inftructus doctrina, edidit scripta, cœlesti sapientia supremáque scietia referta. De quibus in co qui sequitur Tomo, comodè dicemus.

Ptoleman mulieru esus catechiftes, deferèse mariio martyrio affici-

Christianus · versta të loquitur, & Chriftia 100 TO WITO 12 013 tegit. Ptolemae martyri Lu cim martyr adiungitur. Spellatu ingenua & Christiana libertatu dicendi exem-

tyr.

# CAPVI X XXIIII.



Vltos verò & alios martyres in F Asia fuisse costat, priusquam M. Aurelius Antoninus Iustini aliorúmque Christianorum libellis permotus, epistola, quam paulo antè retulimus, ad Asiæ populos

missa, persequutionem cohibuit: quo tempore in maximis Asiæ motibus & ingenti tumultu, Apostolorum sectator Polycarpus martyrio est defun &us: qui post Bucolum admirandorum operum effectorem, Smyrnæorum ecclesiæ præfuit. Martyrium verò eius, in scripto hodie quoque circum fertur, quod in persona cius quam in Asia rexit ec clesia, ad ecclesias Ponti editum, extremum eius: vite actum clarè exponit. Vnde aliqua nostro quo que operi inserere placuit. Verba eius hæc funt. Ecclesia Dei quæ Smyrnæest, ecclesiæ Dei apud Philomelium, omnibusque vbique sanctæ Catho licæ ecclesiæ paræciis, misericordia, pax, & charitas Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi multiplicetur. Scripsimus vobis fratres de martyrib, &beato Polycarpo: qui veluti figno suo fidei pro-

Sancti Poly-

clefia Smyr exleftes PV-

56

Supplicia aliorum marsyrum.

Germanicus iunenia & martyr gene rosssimus. A fessioni impresso, per martyrium suum persequutionem cohibuit. Et initium scribendi faciut ante Polycarpum, de martyribus aliis, quorum egregia admirantur certamina, quibus illi spectatores ad admirationé extitere. Quidam corum ita flagris ad interiores víque venas & arterias funt cæli, vt in abditis sinubus secreta corporis mébra & ipsa viscera conspicerentur. Quidam humi testis marinis aliísque acutis spiculis constratis, super ea col locati, atque hinc & inde raptati sunt. Et mox plu rimis omnis generis pænis, tormentis & cruciatibus afflicti, postremò bestiis sunt obiecti. In primis verò martyrio enituisse dicunt Germanicum, qui divina adiutus gratia, insitum corpori mortis metum superauit. Quum enim proconsul subducere eum ex reliquorum martyrum numero vellet, parcendum esse ætati florenti & formæ excellenti præseferens, nihilid moratus est adolesces, sed magna animi cupiditate bestiam in seipsum pertraxit, cam tantum non per vim irritans atque B concitans, vt scilicet quam celerrime ab improbis impiorum hominum liberaretur moribus. fortiter certè & pulchre per morté propter Christum martyrium suum absoluit, vt eum multitudo demiraretur, & ad virtutem totius Christianorum gentis cum stupore consternaretur. Requirebatur autem Polycarpus.

## CAPYT XXXV.



Vod quum ille cognouisset, constantia robúrque animi retinens, manere in civitate sua, & expechare eos qui illum abducturi erant, constituit. Sedenim presbyterorum ecclesiæ, quas multas

prætendebant, precibus victus, in agrum quédam non longe ab vrbe situm concessit: atque in eo cu paucis habitans, continuè iciuniis & orationibus incumbebat, pacem omnibus per orbem ecclesiis optans:id quod ei aliàs quoq; semper diu noctúque facere in more erat. Ibi triduo ante quam coprehenderetur, noctu somnium, seu potius visionem vidit:orante scilicet eo, culcitram, quam capi ti supponere solebat, ignem derepété concipere, omnémque conflagrare. Quo viso consternatus, è lecto surrexit,& rem eis qui secum erant exposuit: debere se certò per ignem, vita posita, ad Chri stum migrare, dicens. Magno autem studio inqui rebatur: & qui cum eo erant, intima animi amorisque erga cum actione expugnati, in alium cum abducunt agrum. Confestim verò etiam qui cum persequebantur, ad mansionis eius locum adsunt. Et iam velpera erat, & iplum superior ædium locus habebat: vnde facile in domum aliam transire,& insidias persequutoru effugere poterat. Sed id facere noluit, verbum illud viurpans: Fiat voluntas domini. Itaque læto hilaríque protsus vultu descendit, suauíque sermone, ac composito blá doq; more & gestu, liberaliter illos ad cœnam inuitat.Illi porrò haud aliter quàm si amici essent, ci bo copiolo,lomno deinde & quiete laxiore,ex iti neris labore felsi, se recreant. Ipse autem fine timore omni, Christi gratia plenus, orationi intentus erat:ira vt multi ex illis qui eum audiebant, stu pentes mirarentur, ponitentiaq; afficeretur, li au-

tores ipsi fieret, vt tá venerandus & pius senex oc D cideretur. De quo, id quod diximus scriptu hac sic infert.Postquam tandem precationé finiit, in qua omnium qui aliquando secu vixissent, humiliu & magnorum, claroru & obscuroru hominum, omniúmque aded in orbe toto Catholicarum ecclesiarum fecit mentionem: quum iam proficiscendi adesset hora, asino eum impositum, in civitatem duxerunt, quum quidé magnű esset Sabbatű. Processerunt autem ei statim obuia, + Irenarcha Herodes,& pater huius Nicetes, qui in vehiculu suu ei translato assidentes, ita suadebant: Quid rogo mali est ali dicas, Domine Cæsar: & si sacrifices, sal uúsque ita maneas? Ille autem primum eis non respondit.Insistentibus autem amplius: Non sum, inquit,facturus quod suadetis. Tum illi,quòd ei que vellent non persuasissent, grauibus virum increparunt verbis, & cum imperu ex vehiculo deturbarunt.quo casu,in crure est grauiter læsus.Ni hil autem rebus omnibus commotus, aut commu « tatus, in stadium suű est progressus. & progredien ti è cœlo vox intonuisse fertur:Fortis esto, & viriliter age Polycarpe. Atque qui hanc edidit vocem, 🧋 inuifibilis quidem ille fuit: sed plures ex hominibus nostris, qui tum ibi aderant, eam exaudierunt. 🦽 Vt autem cò peruenit,an iple Polycarpus ellet,pri 🐹 mum à Proconsule est interrogatus. Qui eu etiam, quasi cum eo paciscens, cohortatus est, vt ætatis 🦽 suæ haberet rationem, per Cæsaris fortunas iuraret:ea quæ antea fecisset, per pænitentiam aboleret:ac ingéti voce exclamaret, Tolle atheos Deorúmque contemptores. Quum autem ad ea verba no permoueretur, necessitatem ei imponere Proconsul perrexit, vt fortunam & honorem Cesaris, quem diminuisser, restituerer, & Christum conuiciis incesseret.Quod si fecisset, statim eum liberatum iri promisit. Tum ad ea Polycarpus dixit: O-Auaginta & sex annos ei inseruio, neque vlla ab eo lum affectus iniuria. Quomodo ergo animum inducere possim, vt per blasphemiam ei maledicam, qui me saluum fecit, Regem meum? Quod si dissimulas, me quis sim, nosse, Christianum me es se scito: atque si studio habes professionem noitram cognoscere, da locum & tempus opportunum, eám que addisce. Hic Proconsul: Plebi hoc, inquit,perluade.Et rurlus Polycarpus: Te equidé, ait, \* ægrè veneratione aliqua dignor. Præceptum enim habemus,magistratui & potestatibus debitum exhibendi honorem, siquidem diuinæ pietatis cultui non aduersetur. Cum plebe autem, quæ nulla ratione ducitur, quæ mihi est communio? Deinde Proconsul:nisi resipiscere veller, bestiaru ei furentem impetum minatus est. Ad quem ille: Accerse, inquit, eas: nunquam enim resipiscétiam esse, mihi satis probabitur, à melioribus ad deterio ra transitum:sed cam quæ à perniciosis ad iusta & sancta opera fit, mutationé. Îbi rursum iudex igne eum terruit. Et ille: Qui mihi (inquit) ignem, qui hora vna extinguitur, minabundus infers, prorsus ignorare videris, eum qui in gehenna impietatis sectatoribus preparatus est ignem sempiternu. His arque aliis quamplurimis hinc atq; inde prolatis dictis, fiducia statim vir sanctus repletur, vsqueadeò vt iudex ipse stupescens, lætum illius vul tum atque impauidum animum admiraretur. Atque ille præconé ter ad populú proclamare iussit, Polycarpum

m.ff, d

notoria, qua

rent, prefidi

curios. Or fla

& obedie

Polycarpus incum
poptar
ins formula vi
det, quo fispplici genere
martyrium
fis obiturms

incum
optar
que fa
prehe
nem
ti fup
omno
è lecto
fuit: d
ftum
rebate
rifque
abdue

chiasaexae Rafinas ver tit maneratiam.

Exempli do mostica disciplina Thomas of the sind, qui seniora observato, debetur, Tr.

Oratio Polycarpo extrema, rogio conscensuri. A Pólycarpum magna cú libertate se Christianum profiteri. Tum cunca multitudo Græcoru, & Iu « dæorű maximè, qui Smyrnam incolentes, in eiuf-« modi turbis admodū tumultuantibus subseruire « consueuerat.vociferationibus confusis & obscuris acclamarut: Pater Christianoru, qui Deos no-« stros abolet, quiq; nec sacrificia nec adorandi atq; « colendi honoré eis præstare iubet, ad ignem condemnetur. Eamq; sententia Philippum + Asiæ redorem, vt ferre maturaret, rogarunt. Oportebat « naq; virum prophetici spiritus, visione sua no excidere. Ac quum id ille annuens permisisset, dicto citius res ad exitu suu est perducta. Eucstigiò enim « ex populo ociosa & inutilis turba, tumultuariis « actionibus gaudens, & præterea Iudæorú Smyrnésium gens, Christianorum inimicis quá promptissime extrema etia quæq; subministras, ex propinquis officinis & balneis, ligna, sarmenta, aliaq; « omnem quæ incédio idones arq; accommoda est « materia, rapientes, cogerunt atq; accendut. Postquam flama multum iam excreuisset, vestibus po sitis Polycarpus, calceaméta quoq; detrahere sibi tentat : quod quidé antea no fecerat, præpeditus « scilicet atq; præuentus semper à suis. Optimo enim viuendi instituto atque disciplina, etiam ante caniciem à familiaribus cohonestatus atque culetus fuerat. Ne verò corpus eius tum artingerent, quicunq, superfuere fideliu, corporis ea parte qua oportuit à seipso velata ac tecta, in ignem est progressus: insignis alicuius arietis instar, sicuti victima & holocaustū quoddam è magno grege Deo productus, talia ferè ad verbu prius precatus: ô Deus & Domine omnipotens, dilecti & benedi-& filij tui Iesu Christi pater, per quem cognitio. nem tui accepimus: Deus angeloru atque potestatum, vniuersæq; creaturæ, ac totius generis iustorum, qui in cospectu tuo viuunt : Benedico te, qui dignatus me sis die hac & hora, vt reciperem partem in numero martyru, de calice Christi, in resurrectionem vite eternæ cu anima & corpore, in immortalitate & incorruptione Spiritus sancti. In quibus martyribus suscipi me optarim in conspectu tuo hodie, velut hostia pinguem & acceptam: quéadmodum præmanifestans atq; adimplens præparasti, Deus verax, & fallere nescius. Quapropter te de omnibus laudo & benedico,& glorifico per sempiternű pontificem Iesum Christum, dilectu filium tuu, per quem tibi sit cu ipso in Spiritu sancto gloria, honor & laus in secula: Amen. Deinceps ea quæ sequuntur, epistola illa, quam diximus, infert: Vt ignem homines accenderunt,& ingens illuxit flamma, miraculu visum est ab eis quibus id quidé videre datu est : ex quibus aliqui seruati sunt, qui ca quæ accidissent, reliquis annunciarent. etenim ignis fornicis seu cameræ speciem præbuit, qui quasi velu nauigij veto inflatum corpus omne circumdedit martyris. Pretereaverò & odor suauis, ceu thuris, alteriús ve preciosi aromatis fragrantis ad nos est perlatus. Ad extremű, quum homines videret ignem nullam habere vim in martyris carnem, præceperunt cuidam, vt ab exteriore parte cuspide viru sancu confoderer. quo facto, tanta vis sanguinis effluxit, vt ignis violentiam omnem extinguerer. Permultos sanè stupor admirantes inuasit, tantu in-

teresse inter prophanos & sanctos viros:quorum

vnus hic fuerir, admiratione dignus, Apostolicus D plane & propheticus vir. Ille porrò qui bonis seni per insidiatur, quum tam celebre martyrium esse, & virum eŭ ab incunte ætate irreprehensibili viuendi ratione vitam transegisse, & postremò vi-Aoriæ coronă & brabium retulisse cerneret, qua poruit maximo studio laborauit, vt sacro illius cor pore nos excideremus. Quidam enim Niceten Herodis patrem, fratrem autem \* Darcæ subornarunt, vt præsidi persuaderet, ne ita martyris cadauer integru relinqueret : periculum esse dicentes,ne crucifixo illo relicto, isti hunc tandem colere inciperent. Ita suggestione Iudzorum corpus igni traditur. Sectatores autem illius, collectis ofsium reliquiis, auro quouis preciosioribus, sibi eas, quo decuit atque oportuit loco, velut thesaurum conseruarunt. Et ab eo tempore, cum exultatione memoria eius est celebrata. Et res quidem celeberrimi Polycarpi talem habuere finem, vnà cum duodecim illis ex vrbe Philadelphia martyribus, qui sacrum itidem strenuè compleuere certamen.

C APPT XXXYI.



Adem hac etate apud Smyrneos & alia diuer la martyria fuisse, epistola sæpius allegata declarat:
in quibus & Metrodorus quida
Marcionis errorem sequutus,
presbyter autem esse iudicatus,

viuus combuttus est. Præterea insignis ille martyr Pionius, cuius quidem vel priuată professionem, vel publicam in mediis populis dicendi libertatem, & sidei desensionem, præterea tempo-re persequutionum hospitalem benignamá; eorum qui ad se cofugerent exceptionem, & quum in carcere esset, pauidorum plenas consolationis cohortationes, torméta etiam, clauorum fixuras, ignis cruciatus, omnisq; generis pœnas & excarnificationes, denique sempiterna memoria digna mortem, qui cognoscere velint, cos ad cá qua sape dicta est testificationem remittimus. Non enim nobis vacat, cyatho vno certaminum sanctorum martyrum mare metiri. Eodem ipso anno & Pergami Carpum episcopum, & Papylum diaconum, & mulierem Agathonicen, morte pulchra cum aliis quam plurimis martyrio perfuctos esse, memoriz proditum est.

F Martyres Carpus, Papylus, A-Zathonices

CAPPT XXXVII.



Dhuc autem M. Aurelio Antonino imperiu administrate, quod tum accidit, no prætereundu est silentio. Iudæus enim quidam in solis aridis q, locis iter faciens, co muniter cu viatoribus Christia-

nis psalmos canebat. Quum verò morbo repétino ita affligeretur, vt crederetur moriturus, atque
ibi in locis illis permasurus esse, magna contentione viatóribus suis obsecrando institit, ne eum
ita præsidio omni destitutum relinquerent, sed vt
diuini lauacri participem facerent, ac deinde abirent. Vt autem illi, neque qui præstare hoc posset, (sacerdote enim opus erat) neque aquæ
copiam adesse, quæ in baptismo persiciendo, &

al.Dalce.

X II.Mar Iyres Peiladelpneui.

Metrodorus Marcionu Sella mar-

Pionins cele berrim<sup>9</sup> mar tyr,

Indam in lo cic aridu cli Christianic iter faciens,

ciu aridu cib Christianiu iter faciens, propter entra mam valetu dinu necessitatem,harena pro aqua baptijatme.

Idem post 14 lem baptis-

Nicepheri ip

fim etate

puer Indene

per ludum à

pueris Chri-

Aignie com

caremoniarii

omnium ob-

(erwatione

baptizatus.

Caremonia

A consuetudine antiqua, & lege certa & inuiolata requirerentur, caufati funt, & propterea in tantaqua vsi, in nomine patris & filij & spiritus sanci, tura discissa, & qui circa hac frequentatur, imagi- D circa baptisnario amichu facto, in capite eius arcanam mylticámque galeam adumbrarunt : deinde pro cereo dextram ligno tenui armantes, que eius facri &ritus funt, mysteria omnia absoluerunt : postremò & circum vicinum templum pfallentes obambularunt.Vt verò etiam templum ingressi sunt, diui nam receperunt+remunerationem. Idem potrò ex æquo,qui ita baptilmo initiatus erat,fecit.Quá rem per diligentem inquisitiouem cognitam, qui ibi facris præfuit, ad ecclefiam Constantinopolitanam renunciauit. Eò puer etiam est accitus: quu quidem Iudzi,ne id fierer, multa molirentur. Atque ibi quoque decretum, vt etiam in illo quod deesset, iuxta mysterij exequationem compleretur.arg, id ita est factum. Qui puer, vbi ad iustam ætatem peruenit, in sacerdotij ordinem est alle-Aus: & \* adituus seu custos maximi tepli factus, etiamnum ibi viuit. Hocloco finem quoque tertio huic historiarum libro impono, qui annos con tinet centum & duos: initium quippe sumpsit à Galbæ & Otthonis & Vitellij imperio:exitum au tem ad Marci Veri, filij Antonini primi, imperij E finem habet: quum à mundo condito, quinquies mille+sexingenti & septuaginta septem : à diuina autem Domini incarnatione & nativitate, centu & septuaginta duo anni præteriissent.

marifolise.

mad bapufa. tsu. VL MLICOS.

† luxta red tiones Chromies 4149.

rum rerum penuria petitioni eius no annuerunt: Iudeus porrò in sententia sua permansit, & iureiu rando cos, vr sibi satisfaceret, adegit. Illi itaq; detractis homini vestibus, arena quæ ibi erat, pro atertium arena in eum coniecta, baptizarunt. Per hanc tam insolitam & admirandam sacroru mysteriorum initiationem, imbecillitate omni tanquam vinculo quodam is solutus, longè melius quàm illi validus iam prorsus iter fecit. Postquam autem domum sunt reuersi, rem eam ad Dionysium Alexandriæ episcopum retulerunt. Ille verð admiratione stupens, ecclesiam de ea consuluit. Cui visum est, aqua insuper ad eum modum initiatum iuxta ecclesiæ traditionem abluédum esse: vt ita, quod sacro ei deesset, sarciretur. Simile quiddam accidisse etiam sub Athanasio Magno, historix tradunt. Verum zuo etiam nostro idem factum else nouimus. Christianorum pueris Hebræus puer familiaris erat:& quum eis ad mare co lentibus natandi incessisset cupiditas, consequutus est cos Iudzus. Hunc per ludum pueri nudum ad mare stantem baptizarunt, principiò statim no inuitum: posteaquam verò & tertiam diuini numinis appellationem nominarunt, & simul tertia mersionem peregerunt, extrema linez vestis tex-

# ECCLESIAT. HISTORIAE LIB. IIII. QVARTI TOMI CAPITA.

Prafatio: de quibus rebus & antea dixerit, & deinceps in quarte hoc libre sit dicturm.

2 De haresiarchis, qui eo tempore se in ecclesiam Christi intulerunt, Saturnino & Basilide.

De Valentino, Cerdone, Marcione Pontico, & Marco.

De Tatiano & Seuero, & de haresi Encratitarum.

VI gratia Dei hareticorum conatus discusserit: quim multa alia eis impedimenta obisciens, tum viros doctos, eloquentes & pios in ecclesia excitans. Item Catalogue Ecclesiasticorum eius temporis scriptorum.

De libris, ques Instinus inter martyres philosophus

compossit.

De Egesippo, & scriptis eim.

De Dionysio Corinthiorum episcopo, & epistolis eius. 8

De Theophilo Antiochia episcopo, & de Modesto, eorumque scriptis.

De Melitone Sardensi episcopo, co opusculu eius. 10

De Apollinari Hierapolitatitem de Musano & Bardesano Syro, & de scriptu corum.

De Caso, & Tertulliano: qui scripsit, quum dini Mar ci tempore in Germania exercitus siti laboraret, Deum precibus nostrorum militum exoratum pluisse, hostésque fulmine concidisse.

De Irenzo Lugdunensi episcopo, vt eim quoque atate pradictiones & vaticinia dininitius, qua propè fidem

excellerent, sint edita.

Vt Irenam scripturarum dininitus inspirataru meminerit:& de Apocalypsi Ioannis, & de septuaginta interpretum translatione.

Qua idem de Catalogo Romanorum episcoporum scri pferit, & vt Deo dilecti Viennenses martyres ! renaum Eleuthero Romano episcopo commendarint.

De sanctorum martyrum in Gallia literis: & de ma-

xima,qua ibi afflicti sunt, persequutione.

De Vetio, Sancto, Pothino, Alexandro, Bibliade, Blan dina, o aliu: vt scilicet certamen pro Christo sustinuerint, deinceps in fluuium sint abiecti.

Qualis visio Attalo martyri apparuerit, propter alin martyrem,qui duram nimis & fordidam vitam degebat : o vt Christi martyres facile lapsis gratiam fecerint, vensamque concesserint.

Qui tum temporis in excelsis episcopalis dignitatis se-

dibus enituerint.

Catalogue autorum & ducum falso nominata scientia, qui postea extiterunt : & qui Ecclesiastici viri illu restiterist.

De Artemone & Theodoto sutore, qui docuerunt 21 Christum purum susse hominem, & vt y primiscriptu ras corrumpere inceperint. O de Anatolio confessore.

De haresi Motani, qua quidem haresis Cataphrygas, 22 hoc est, Phrygum, seu secundum Phryges, nominatur. De Apollinari Hierapolita, qua is contra cam scri-23

Qua etiam Miltiades, vir Ecclesiasticus, aduer su hac 24

Quòd & Apollonim Romanm, contra eam ipsam 25 haresim pugnanerit.

Huncipsum Apollonium Roma martyrium persu- 26

Vt Serapion Antiochia episcopus Montanum resel- 27 lerit, de libris eins.

Vt Marcionis haresis & setta in multas sit dissetta 28 partes, or quam monstruosas opiniones ea protulerit.

De Rhodone, qua contra Marcionem conscripserit: & 29

de aliis einsidem opusculis. De schismate & dissidio Roma propter Blastum & 30

Florinum exorto, o qua ad eos Irenaus scripserit, o de aliu eius dem libris.

De Hyppolyto Portuensi episcopo, & de scriptu eius. 31 dem.

De Pantano Alexandrino philosopho, viro Aposto-32 lico, 🗠 de dinino prorsio sacrarum literarii studio eim.

De Clemente contextore, & operibus eius: & qua de 33 dininis scripturis ille dixerit.

De Tertulliano & Caio, Ecclesiasticis scriptoribus. 34 De aliis multu Ecclesiasticis scriptoribus , scilicet Iu- 35 da, Heraclito, Maximo, Candido, Appione, Sexto, Ara biane, or aliis.

De dissensione, qua tum de Paschate est exorta. De 36 Synodis propterea coastis, & vt omnes ad concordiana

De dissensione Asianorum propter Pascha: & qua 37 eadere Polycrases Ephesius episcopus Victori Romano scripserit.

Vi Victor permotus fuerit, ciuitates Afiaticas, pro 38 pter festum Pascha, ab unitate Ecclesiastica segregare.

Ve pacis studiosissimu Irenaus ecclesiis tranquillitate 39 Concordiam restituerit, exempla successor um sanctorum Apostolorum commemorans.

i ij

hi,& praterea Dini

fratres in I

re civili dició

Aatea di-

Storum bre-

mu repetitio.

Dicendorii

in hoc libre

proposuio.

# ^ECCLESIASTICAE HI-D

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPVLI, TOMVS QVARTVS.

CAPVT I.



R I M A quide Apostoloru successio in diuino Polycarpo, vsq; ad Antonini posterioris tempo ra, qui & Philosophus nomina tus est, & Lucij Veri frater & in Imperio cosors fuit, durauit. Ac diui Apostoli simplici in do-

cendo oratione vsi, stupescendis miraculorum factis orbem terræ, ita vt decuit, sibi subdidere, cælesti vi atque virtute, & spiritus demonstrationibus omnia efficientes. Qui verò eis successere, aliquanto illis inferiores, virtutem corum assequuti non sunt : propè tamen vitæ splendore ad eos accessere, non ita simplicem, vt magistri eorum, orationem consectantes. Et primus sanè Historiz huius liber, sicuti par fuit, Christi res omnes expo suit. Secudus, Apostolorum & discipulorum eius, quantum licuit, gesta prosequutus est. Tertius, pri mam illorum successionem compendiose recensuit.In quarto hoc, qui nobis est in manibus, com memorabimus, qui post illos improbi & impo-Aores, nostra abusi doctrina, gregi Christiano plu rimum attulere detrimenti. Eis nimiru veluti perniciosis animaru instrumétis & perditionis admi nistris, honesti pieratisque inimicus ille, quum se C contra ecclesiam, aliud eius impugnanda stratagema aggressus, armaret, est vsus. Et quos ediuerlò Dei prouidentia illis oppoluerit viros, qui contra impias illorum hæreles fortiter rem gerentes, verbilq, veritatis pugnantes, facile copta eorum compresser: nominaque corum doctorum,&scri pta,&cum qua quilque hæreli sit congressus,queúe præterea memoratu digna Ecclesiæ reliquerint monumenta, apponam. Deinde illustria sanctoru Martyrum certamina exequar. Et quem finé, questio antiquitus de festo Paschæ orta acceperit: præ terea de aliis quibusdam viris, Apostolicis doribus claris, commemorabo. Et sic, Deo adiuuante, extremam quoque huic libro imponam manum. Initium porrò inde sumendum.

CAPFT 11.



Am verbum salutis per omnem peragrabat terram, orbémq; ipsum, quoad eius sieri potuit, occupabat. Et sidei doctrina altius in piorum hominum cordibus radicibus actis, sirmum habebat sundamentum, ex

Apostolica videlicet doctrina & vita,& quæ inde profluxerunt miraculis:tum autem ex Apostolorum successorum sermonibus & libris, qui propter veritatem eorum inexpugnabilem refelli no potuere:insuper verò ex generosorum etiam mar tyrum certaminibus, & luctis. + Persequutiones enim lætiorem quoque & florentiorem reddidere ecclesiam. Communis autem pietatis & religionis nostræ aduersarius & hostis, quietus esse non potuit:Quum enim cerneret,per omnes palsim regiones Ecclesias luminarium instar clare atque splendide, per eam quæ est in Servatorem & Dominum nostrum Iesum Christum fidem, relucentes admodum florere atque vigere, saluti hominuma inimicissimus, quum iamdudum omnes expertus artes, externis persequationibus funditus eas esset extirpare conatus, voi cœptum suu fortiter repullus & martyrum languine propè luf focatus, frustra esse vidit, alia rem via tentandam esse existimans, dolum talem excogitauit, vt viri seductores & impostores, Christianum sibi vsurpantes nomen, simul & quos cepissent fideles in foueam perditionis impellerent: & qui technas il lorum ignorarent, eis sani & salutaris verbi discédi studium & desiderium corrumperent & depra uarent. b Primum igitur contra nos excitauit Simonem:deinde Menandrum, Cerinthum, & Nicolaum, de quibus in superioribus diximus libris. Paruo deinde interuallo, temporibus eis quæ iam commemorauimus, monstra alia exhibuit. A Menandro namque, ambiguæ bicipitilque contagionis viperina vis exorta, duarum hærefum progenuit duces, Saturninum & Basilidem. quoru huc Alexadria, illu Antiochia produxit: & alter in Ægypto, alter auté in Syria exofas Deo aperuere scho las. Irenæus Saturninum, eadem quæ Menandrú, ementitum esse dicit: Basilidem autem portentolas confinxisse fabulas, & arcanarum ineffabiliúmque rerum præse ferentem scientiam, latentem earum sensum & inuentionem in infinitum extendisse. Et quum eò tempore quamplurimi Ecclesiastici viri obuiam illis, à recta ratione petitis argumentis, euntes, Apostolica obtinerent decreta: fuere quoque inter eos, qui in libris suis contra infidias taliú hærefum‡præferuatiua præcepta reliquerint. In quibus & Castor Agrippa, re prehensionem Basilidis importunitatis edidit:pre stigiasque eius & arcana proferens, in Euagelium viginti & quatuor libros eum composuisse ait:Bar cabamque & Barcoph prophetas, \* qui in rerum natura nunquam fuerint, ad barbarorum hominum terrorem sibi constituisse, Pythagoricum silentium induxisse,& res+nullo in discrimine ponere docuisse: perinde atque tempore exigente, absque exceptione omni præcise side abiurare, &

gustare quæ idolis sint mactata, liceret. At-

que equidem de Basilide Irenzus itidem agens,

Enangelica doctrina.

ol gåg dugked ngi galprotical protical proti

a Diabolu,
quam tyran
morum crude
lium persequntione Emangeliü opprimere non
posset, frande
& versutia
bareticorum
emertere id
est aggrosu.

b Primi in occlosia hare tici crassi, ac posius Epicusi et impostus en manifesta.

e Saturni nm & B4silides bare-Saturninus etiam Chritasmate pas sum esse docmit, & refur rectione neganit. Tatull. de hare. Castor Agrippa adver Juo Bafilide scripsus. † профили. Tirks laides. \* invade-RTOS. † àlime. ėgį,

Quibus rebus in orbe propagatasis

d Basilides, inter (4ters deliramëta, Christii non à Deo, qui pis, sed ad Abraxes, in phantasmate, non in substantia carrie mis-(um:nec à l m dan cruci of fixum, sed Si an cius nom passi, or proinde crucifix**um** dum effe, bla seranis. Tertullianus. \* ANUTAP † 281240e Carpocra

В

tes haratico.

impurus,im

pudens, &

voluptuari.

f De Gro.

fich Irme?

24.aduetsess

berefes. A-

ly ex ipfis fignant (aute-

Libro 1.CAD.

riantes suos discipalos in Superioribus partibus extantia dextra auris, erc. Goofts rocat or c. & Valentium haretic. c Ite Cerdo. \* Asserbed at a oranān.

cion Cerdomu discipul?.

Iten Mar-

Itan Mar

Spirituales cim poptie.

A d pudendum errorem eius pulchrè in apertu produxit. Equalem cuius idem fuisse refert Carpocratem, eorum qui Gnostici appellantur f, autoré & ducem:quem non puduit propalam artem'magicam exercere, quam pater eius Simon clam & subdolè professus fuerat. gGloriam is aucupabatur, & sele efferebat artibus curiosis, perieos quos ipse conciebat amores, per somniorum visiones, & per assessores demones. Docebat quoque, omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum facrorum fuoru peruenire vellent:neque fieri posse, vt quispiam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, nisi infandis sæditatibus omnibus satisfe-

Idem Carpocrates, mam dixit esse in superioribus virtutem prin cipalem, en hac prolatos angelos: Christum non ex virgine, sed ex so-mine Ioseph hominem genitum, virtute & insticia also prastantio-rem: & solam eine animam in calum receptam. Tertullianne.

### C APVT 111.

Tque ij sub Hadriani imperio exti-tere. Sub Pio autem Antonino, eccle siæ Romanæ Hygino præsidente, idé Irenæus<sup>a</sup> Valentinum & Cerdonem hærefum fuarum autores fuisse scri-

bit : qui Marcionis quoque erroris duces extiterint, & Romæ vterque domicilium inuisi Deo do gmatis constituerint. Scribit autem ad hunc modum. b Valentinus enim venit Romam sub Hygino, inualuit autem temporibus Pij, durauitque vsque ad Anicetum. Cerdon verò, qui ante Marcionem fuit, & ipse sub Hygino, qui in vrbe Roma nouus erat episcopus, in ecclesiam venit, & pietatem profitens atque resipiscens, ita ibi mansit, vt aliquando koccultè doceret, aliquando auté rurlus le pænitere confiteretur: nonunquam etia coargueretur de his quæ perperam doceret, atque etiam à fratrum cœtu excluderetur. Hæc in tertio aduersus hæreses libro. In primo autem, de Cerdone etiam ita refeit : Cerdon verò quidam, à se-& atoribus Simonis impietatis suæ occasionibus sumptis, Romam venit sub Hygino, nouum locu episcopalis successionis ab Apostolis sortito: ibíque docuit, eum qui à lege & prophetis prædicatus est Deum, non esse patrem Domini nostri Iesu Christi.hunc quippe nosci, illum esse ignotum: & alterum quidem iustum, alterum autem bonum esse. Cui Marcion succedes, doctrinam eam adauxit, sine pudore & verecundia omni blasphemans. Valentini autem immensum & profundum pelagus Irenæus facile emeníus, intimis obícuræ & er roneç populique sedu Aricis sylux speluncis incubantem imposturarum serpétem , vbi dudum ab-. strusus latuerar, extraxit, & nudum in apricu produxit locum. Quo tempore Marcum etiam fuille dicit, nequitie magice peritissimum. Quorum detestanda sacra talibus ostenditverbis: Etenim quidam eorum thalamum nuptialem construunt, & arcanum quoddam initiandi genus celebrant, adiectis nonnullis super eis qui initiantur votis & precationibus: & spirituales nuptias, quas faciunt, esse dicunt, ad similitudinem supernorum coniugiorum. Alij ad aquam eos ducunt,& baptizantes hæc verba addunt : In nomine ignoti patris omnium,in veritate matre omnium, & in eo qui de- D Eiustem ba scendit Iesu. Sunt etiam qui Hebraica insuper affe runt nomina, ad eorum qui initiantur terrorem, & consternationem maiorem.

b Valentimus, rsque adtriginta conum fætus, tanquam Aconia strofe examen dusinitatu effudis: & Christum in substantia corporis nostre suisse negauit. Tertull. Cerdon duo introduzit initia, id est, dues dees: vnum bonum, & alterum fa uum, &c. Christum Hem verum hominem, & verè passum esse negauit. I dem.

### CAPPT IIII.



Ost Saturnini & Marcionis, Encratitarum hæresim conflatam esse tradunt: cuius princeps fuisse fertur Tatianus, qui discipulus le fertur Tatianus, qui discipulus
Iustini martyris suisse perhibe-tur. Sed tantisper dum cum illo

erat, nihil rerum huiusmodi protulit. Postquam verò ille martyrio est defunctus, tumore disciplinæ inflatus,tanquam aliis scientia superior, peculiarem cœpit promulgare doctrinam: itidem vt Valentinus, secula inuisibilia producens:& eadem quæ Saturninus & Marcion de nuptiis, corruptio- E ne, & fornicatione, nugando effutiens: à se ipso quoque causam nouam salutis Adz est commentus. Cuius successor Seuerus, hæresim illius magis etiam adaugens, causam arripuit, quur sectatoribus illius ad se pertractis, à suo ipse nomine Seuerianos cos vocaret. Legem quidem, prophetas, & ipla Euangelia ij quoque recipiunt : propriis quibuldam interpretationibus, prout eis est vilum, sa cras scripturas accomodantes. Apostolu auté Pau lú maledictis & conviciis proscindétes, Epistolarum eius librű, & item Apostolorum acta prorsus renciut. Tatianus porrò iste quatuor Euangelioru cociliationem & concordantiam fecit, eique libro nomen अत्ये नाइइये हुन्य imposuit, qui longo etiam durauit tempore. Ferunt eum quoque quædam Apostoli transtulisse atque immutasse loca, ve scilicet inelaboratam eloquutionis expoliret simplicitatem. Magnam præterea librorum vim is reliquit:in quibus maximè celebratur,quæ ad Gręcos fine gentes scripta ab co est oratio. In ca, veterum temporum memoriam ac priscos perseques,om- F nium antiquissimum fuisse Mosen ostendit:sicuti & me legere memini. Hæc de secta Tatiani, seu mauis Seueri, dicta sufficiant.

#### CAPYT V.



D hunc modum temporibus illis hereses suppullularut: or pro-t' generis nostri hostis, hæreticos quidem miserabiliter in ius suu&c perditionem pertraxit. Apud gétes autem, suis iple portétosis tor-

pibusque sæditatibus, maximam contra Christianum nomen,& salutiferi Verbi doctrinam, grauis simæ infamię calumniam induxit:vt qui nondum ad fidei nostræ professionem essent pertracti,impiam admodum de nobis conciperent suspicionem, quasi nefandis libidinibus, matribus sororibusque nostris commisceremur, impuróque pror fus sceleratæ vitæ genere contaminaremur.

Tatianu, Encratitarii haresis au-Encratita autem dicun tur,quasi co tiventes. Exemplumscientia in flantu.

àiãvi s V 4 • lentini.

Primi homi wis falus.

Ii postes à Severo Seus rini dicli.

Alia einfdem scripta. Concordan tia quatuer Euangelior ü Tatiani. Quaternionem dicera Latine pos-

Veterum o tiquisimus Moses.

Diabolus per impuras, impudentes & impias herefes,Chri stianismum admedam 4pud infideles traduxit.

Providentis A divina here ses per seipsas, vna cii ifamia Chri sti mo nomini inusta, ex

Ecclesia florens.

Optima abo lendarii haresum ratio, quam nostra etiam etas vtinam sawaret. AVU TOTA. ETWN.

Veteres cam Sedulo restmuerunt.

KLVOGOVIAN.

Deut etiam harefum oppuznatores excitanit.

Catalogus primorii Ecclessaftic<del>orii</del>, virorum qui menumè ta scriptorii post se reli-

Sed non diu hæreticos tulit, qui salutis nostræ curam gerit Deus. Nam adulterina ecclesiæ dogmata, quæ paulatim emicuerant, breui sunt extin-Aa,& à seipsis inter se abolita, quum alij super alios nouis rebus studerent, atqueinter se conflicta rentur: non aliter quam fluctuum commotiones insurgentes subinde, arque decidentes, in varias multiplicésque abeunt formas, & postremò vt nihil eorum appareat euanescunt. Contrà, veritatis iplius causa tum incrementa sua capiebat, magisque indies augebatur, accessionem quandam & robur certum ex hæreticoru insultu sumens. Sem per enim sibi constabat Ecclesiæ catholicæ splendor &status: & grauitas eius, modestia, libertas, di uinus vitz morumque disciplinz ordo, doctrinzque sinceritas, apud Græcos simul & barbaros mi rifice relucere cernebatur. Atque illis vt +inoblequentibus tempore diffluentibus, simul etia coor ta in doctrinam nostram inuidiosa calumnia diffluxit:solaque quam nos profitemur fides & do-Arina, sincerorum que dogmatum philosophia, in graui simul & moderato statu suo pulchre atque decenter perstitit, vt deinceps nemo facile per calumniam contra eam infame quicquam & indecorum proferre auderet.Quam rem veteres, si qui aliquando aduersus ecclesiæ Catholicæ doctrina infurgerent, in primis studio habuerunt, propter impurorum & prophanorum hominum ★ vaniloquentiam. Et hoc quidem sic ipsa gratia & prouidentia Dei multis, ita vt decuit, modis efficiebat:nihilominus tamen illa alios quoque, qui eiuf modi deliramenta oppugnatent, in medium produxit, cum perniciolis illis& consceleratis pedem collaturos,& non tantum editis libris, verumetia sine scripto firmissimis demonstrationum atque rationum probationibus, impiarum hæresum mé dacia debellaturos. In quibus post Clemente, Igna tium & Polycarpum, primus Iustinus ex philosophis martyr fuit.de quo in proximo, qui huc præcessit, libro diximus. Post cum Egesippus laudem multam obtinuit. Ab hoc tertius Dionysius, Corinthiorum episcopus. Quartus, Antiochenus Theophilus. Deinde Philippus, & Modestus, Meliton, Apollinaris, & Musanus. Secudum hos duodecimu locum consequutus est Bardesanes Syrus. Qui sanè omnes plurima variáque reliquerut scri ptorum monumenta: de quibus, quantum poterimus, in præsenti dicemus tomo. Sicuti in reliquis quoque faciemus:nec memoriam illorum qui ho sce sunt subsequuti,intercidere patiemur. Faciemus etiam deinceps mentionem Pantæni,& Ale xandrini Clementis, qui à volumine suo cognominatus est spunariis, seu contextor: preterea Rho donis & Miltiadæ, Apollonij & Serapionis, Irenæi & Hippolyti, & cæterorum víque ad ipsum doctilsimum Origenem: qui orationis virtute, do Arina, monumentisque librorum plurimum professioni Christianz contulerunt momenti. De Pa pia quidem, Quadrato, Aristide & Castore antea diximus. Nunc de Iustini libris agamus.

CAPVT VI.



Ermulta is quidé edidit scripta: D quæ autem ad nos peruenerunt, hæc sunt. Ad Antoninum Pium & liberos eius,Romanúmq; Se-natum,pro side nostra,oratio. Al tera quoque eiusdem arguméti,

ad Marcum Verum Antonini successorem defensio. Oratio item alia ad Græcos scripta, in qua mul ta de natura dæmonum facit verba: quæ sanè diu multumque, & apud Græcos sapientes, & apud nostros agitata est quæstio. Liber rursus alius ad Græcos editus, cuius titulus est, \*Confutatio. Ité liber de monarchia Dei, cuius argumenta & locos non solum ex nostrorum, verumetiam profanorum autorum libris decerpsit. Præterea liber qui inscribitur, Psaltes. Scholiu de anima, in quo quæstionibus variis Philosophorum Græcorum expositis, opiniones quasdam apponit, aduersus quas rationes suas se aliquando producturum, sen tentiamque suam alio commentario exposituru pollicetur. Liber contra Marcionem Ponticum compositus, in quo, sicuti & in oratione ad Antoninum Imperatorem, hæc quoque scribit: Marció E Ponticus hodie quoque sectatores suos docet, alium quédam maiorem eo qui creauit omnia,esse Deum, qui etiam per omne genus hominum, dæmonum fretus auxilio, permultis persuasit, vt bla-Iphema dicerent, & pernegarent factorem totius huius vniuersi patrem esse Christi, sed alium quédam isto maiorem hunc creasse profiteretur. Atque omnes qui ab iis prouenerunt,quemadmodũ diximus, Christiani vocantur: haud aliter quàm, quum philosophis non sint communia dogmata, quod tamen Philosophiæ dicitur, commune omnibus est nomen. Quibus verbis postea illud addit: Est autem nobis contra omnes hæreses volumen compositum, quod vobis, si voletis, legendu dabimus. Edidit quoque ad Iudeos dialogum, qué Ephesi quum esset, Tryphoni, celebri apud Hebræos viro, quem etiam in eo secum disserentem introducit, dicauit. In co clare profitetur, diuina gratia le ad fidei nostræ professionem esse pertractum:proindéque quum multum studij in philo-F sophorum disciplinis consumpsisset, animo se percupido ad veritatis inquisitionem decurrisse. Dicit quoque multa Iudzos contra Christi doctrinam infidiose molitos esse, huiusmodi ad Try phonem verbis vtens:Non modò autem non egi stis, super eis quæ malè fecistis, pænitentiam : sed viros eximios delectos Hierosolymis in omnes orbis partes missifis, qui Christianam sectam vt atheam & deos abolentem, impietatisque maniseltæ compertam esse dicerent: eaque omnia de nobis, quæ qui nos ignorant, loquuntur, recenserent. Quapropter non vobis tantum ipsis, verum aliis etiam prorsus omnibus hominibus iniquitatis estis authores. Scribit præterea, ætate sua dona prophetica in ecclesia Dei enituisse. Asserit etiam, Apocalypsim ex professo Ioannis esse. Redarguit denique Tryphonem acriter, quòd Iudzi multa prophetarum dicta, manifestè de Christo vaticinantia, sustulerint. Aliæ quoque plures eius extiterunt lucubrationes. Adeò autem scripta eius veteribus in precio fuere, vt Irenæus in quarto aduersus hæreses libro, dicta

Inflini Phi lofophi o martyru feri

Mizzo.

Inflina de Marcian beretico.

Marrio harefu.

Christia

Tefte Inftino , Indei plurima con era Christia nos funt machinati.

Prophetica dona in eccle fie, Infins tempere. Apocalypfis loan Apoftoli eft. Indei è Bibliu ditta de Christo queden fo ftulerunt Praclare di-Eta Inflini

quædam eius referat, dicens: Rectè verò Iustinus in libro aduersus Marcionem inquit: Quin Domino ipsi sidem non haberem, si alium quam rerum conditorem Deum promulgaret. Rursus in quinto eiusdé operis: Rectè Iustinus dixit, Quòd ante Domini aduentum non ausus fuerit Satanas blasphemare Deum, quippe qui nondum codem nationem sua sciret. Iustini scripta sic se habent.

CAPPT VII.

Adem ætate & Egesippusviguit

Quinq, is libris integra & lim-

Egesippi scri

Egefippunde

gusbusdā pri mu haresibº

+ abufilor

diotipop.

Ecclesia ad-

huc incorru-

pta & virgo \* al. Thebu

† io ተፍ አወፍ

Septem pri-

ma hareses.

Quinq; is noris nucegos plicem Euangelice professionis reliquit doctrinam: in quibus sa reliquit doctrinam: in control sa reliquit doctrinam: in quibus sa reliquit d tis indicat, multos se couenisse, quum Romam proficisceretur, episcopos, à quibus vnam eandémque doctrinam acceperit. Mentionem etiam facit Clementis ad Corinthios epistolæ, cuius loca quædam recéset. Commemorat quoque, vt in episcopi eorum Pri mi colloquium peruenerit: atque inde Romá tra iecerit, quum episcopatum ibi Anicetus teneret. Cuius diaconum Eleutherum memorat, qui Sote ri successit, sicuti is Aniceto. In vrbibus porrò om nibus sanam se testatur inuenisse predicationem, quemadmodum scilicet lex, prophetæ, & Dominus ipse docuerit. Meminit itidem initioru hæ resum quarundă, ita inquiens: Posteaquă Iacobus Iustus martyrio est defunctus, sicuti & Dominus, idem ob verbum: in locum eius, patrui eius Cleopæ filius Simeon est suffectus, quem omnes Domini fratrem + patruelem secundum esse retulerunt. Propterea autem Ecclesiam vocauerut virginem, quòd nódum esset inanibus, & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, o in petitione epilcopatus repullam tuliflet, \* The butes, vnus è septé hereticis, & + plebeius: à quibus & Simon est, vnde Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Dositheus, vnde Dositheani: & Gorthæus, vnde Gorthæani: & Masbatheus, vnde Masbotheni. Ab iis autem & Menadriani, & Marcionistæ, & Carpocratiani, & Va lentiniani, & Basilidiani, & Saturniniani. Hi pro se quisque, proprias seorsim induxerunt opiniones. Ab iis Pseudochristi, pseudoprophetæ, pseudapostoli, qui vnitatem Ecclesiæ diviserunt, perniciosis sermonibus aduersus Deum & aduersus Christum eius. Scribit verò de Iudæorum quoque hæresibus, dicens: Fuerunt autem variæ quoque in circumcisione inter filios Israel aduersus tribum Iuda & Christum ipsum, sententiæ & sectę:videlicet Hesseorum, Gallileorum, Hemerobaptistarum, Masbotheorum, Samaritanorum, Saducæorum, Pharisæoru. Scribit insuper alia plurima, quorum partem antea suo quæque loco adducentes retulimus. Atq; in iis quædam ex Hebræo & Syriaco Euangelio, & de Hebraica lingua affert. Tum auté satis indicat, à Iudæis se ad Christianismum peruenisse. Mentionem quoq; aliarum rerum facit, ex Iudaica sine scripto traditione. Et virtute omni refertam sapientia Prouerbia Solomonis vocat : non ipse verò tantum,

sed & Irenæus, & plerique omnes qui vetustate

funt insignes. De iis autem libris qui Apocryphi

dicuntur, dicit,ætate sua ab hæreticis quibusdam

ea quæ funt conficta, illis esse clàm inserta.

CAPFT VIII.



Bhoc ad Dionysium Corinthiu oratio conuertenda, qui ecclesie eius loci præfuit: & non solum pio & sancto labore eis qui cure eius fuerant commissi, sed etiam

qui in lóginquis estent regionibus, plurimum profuit, omnibus seipsum facilem præbens, & epistolas Catholicas ad eos scribens: quarum vna ad Lacedemonios est, catechesim & institutionem orthodoxiæ rectiorisque doctrinæ cotinens: cuius titulus est, De pace & vnitate. Secundam ad Athenienses dedir, qua eos ad sincerá fidem complectendam excitat, cum legitima obiurgatione:quòd parum esfent ad accuratú Euangelicæ doctrinæ & vitæ institutum intenti, quippe qui prorsus ferè à pfessione Christiana desciuerint, ex quo in corum temporum persequutione Publius episcopus eorum è vita martyrio consignata excessit .cui Quadratum successisse, ecclesia gubernanda, commemorans, studio diligentiaque eius conuentus fidelium denuò agi cœpifse, & fidei igniculos rursus excitatos esse, dicit.In ea epistola quoque indicat, Pauli cohortatione Dionysium Arcopagitam episcopatum ecclesiæ Atheniensium suscepisse. Scripsit aliam quoque ad Nicomediæ ecclesiam, in qua Marcionis hæresim vehementer impugnans, ecclesiastico canoni insistit atque innititur. Ad Gortinios etia, & reliquas per Cretam ecclesias alia circumfer- » tur,in qua, quùm episcopum eorum Philippum, " quòd ecclesiam suam fortitudinis & virtutis om ' nis laude florétem ritè gubernauit, commendat: tum in fine eos hortatur, vt sibi à fraude & peruersitate hæreticorum caueant. Amastridi porrò & Poticis ecclesiis scribens, Bacchilide, & Elpisti, qui eum ad scribendum sint cohortati, & Palmæ episcopi mentionem infert. In ea epistola, multas scripturarum solutiones & declarationes exponi:multa de castitate & cóiugio refert.Iubet etiam omnes qui à quacunque hæresi, delicto, & F peccato, per pœnitétiam convertantur, ad ecclesiá benignè recipi. Has consequitur, quæ ad Gnosios, est data epistola: in qua episcopum Pinytum admonet, + ne cœlibatus onus tanquam necesfarium fratribus imponat, sed infirmitatis multorum rationem habeat. Ad quam ille rescribens, quum virum eum admiratur, laudat, & comple-Aitur: tum ab co maturiores firmioresque petit li teras, quibus illis meliorem solidioremque cibū impertiat, ne puerilibus innutriti alimentis, in la-Ais nutricatione consenescat. Per qua epistolam

Dionysÿ Co rinthy scri-

Peccatores ees par Decalibate

† Mit To Bard populor the agrelian, de lawarante, institute the बेर्ड रे रे रे क्वेंड , र वेंड केंड र केंड का क्षेत्र केंड र र विकास स्वार केंद्र र किया.

ad lipor, tor el trap worden auturion un un caraco accession de la propertion de la propert meretriciu amoribus corrumpantur. In Gnomologico Graco, libro prime,cap. 14.

i iiij

Energelin Hebreum Egesippi 🕁 rbiis Soomi indi

rië . Itan de

lıbris Jo-

Herefes In

V am Roma

va Ecclefia

afflettisChri

firanis elec-

moly ná mit

Epistola Cle

mětu Roma

in ecclefia lo-

Epistole Die 2

nysii Corin-

thy adhec vi

lis depranasa

**n**i Corinthi

confuetado, Ecclefius &

Pinytus epi A non modò Pinytus orthodoxam rectamque sidem, sed & eloquentia, diuinamque prudentiam & curam suam, quam de gregis sui profectu & vtilitate gessit, satis declarat. Sed ad Soterem quoque Romanæ vrbis episcopum epistolam dedit, ex qua per pauca hic inferere placuit, de confuetu dine ecclesiarum, quæ vsque ad persequutionem durauit. Eam quum ipse quoque approbet, ita refert : Iam inde ab initio hæc vobis est consuetudo, vt fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis: & ecclesiis multis, quæ passim sunt in vrbibus, subsidium mittatis: per quod iamdudum & egenorum penuria recreatis, & fratres in metallis opus facientes alleuatis, morémque Romanum à maioribus acceptu Romani retinetis. Qué non modò conseruauit, sed adauxit etiam, beatus episcopus vester Soter, quum liberaliter munera sanctis summittendo, tum fratres ad nos redeuntes, vt filios suos pater amantissimus, sermonibus beatis cohortando. In ea ipsa epistola, & Clementis ad Corinthios epistole meminit, superioribus temporibus more antiquo in Ecclesia eam legi solitam significans. inquit : Hodiernű transegimus Dominicum diem, quo epistolam vestră legimus, quam etiam deinceps semper cohortationis institutionisque nostre gratia legemus:iti-

dem vt alteram illam à Clemente ad nos scripta. Insuper & de epistolis ipse suis, tanquam callidè deprauatis, ita scripsit: Epistolas enim fratrum rogatu scripsi, sed eas diaboli apostoli zizaniis co pleuerunt,quædam quidem expungentes,quædã autem inserentes. Quibus Væ illud est repositum. Non mirădum certe, si etiam Dominica scri pta nonnulli corrumpere sunt ausi: quando nostris, ctiam illis longè dissimilibus, insidias struxe runt. Est etiam epistola eius ad Chrysophoram, fidelem sororem: cui ille conuenientia scribens, rationali eá exatiauit alimento. Hæc de Dionysio.

> CAPVI IX.



Heophili autem Antiochiæ epi scopi ad + Autolycum tresferuntur Institutionu libri. Et aduersus Hermogenis hæresim li ber, in quo multis vtitur testimoniis ex Ioannis Apocalypsi.

Extant eius quoque scripta alia, diuinis referta do Arinis. Cæterùm ea tempestate, quum hæretici zizaniorum more, in sincera & pura semente Ecclesiæ, valde succrescerét, ecclesiarum per orbem Episcopi illos perinde atque syluestres feras propellendo arcebant, aliquando quidem scriptis ad fratres exhortationibus & preceptis, nonnunqua verò etiam sola verborum vi in faciem hostibus ad cos euertédos congressi: quadoque libris editis, densis atque certis confutationibus eos persequentes.Ex quibus etiavnus est, de quo nunc agimus, Theophilus, fortis sanè propugnator: quem cotra Marcionem strenuè rem gessisse, errorém que eius & fraudem in pubicum produxisse, ex li bris eius qui adhuc circunferuntur, satis apparet. Sed non is modò contra Ponticum Marcionem depugnauit:sed & Philippus, quem paulo antè ex Dionysij verbis, episcopum Gortynæ fuisse didicimus, luculentum aduersus eundem edidit librū. sicuti & Ireneus: & Modestus, qui præ cæteris ma D Imme ximè imposturas eius & deprehendit, & redarguit. Quin & plures alij certamen contra eum su sceperut: quorum monumenta ad hoc vsq; tempus à studiosis sunt conseruata.

CAPYT X.

Isdem temporibus Melito quoq; Sardensis, & Apollinaris Hierapolitanę ecclesiarú episcopi, eloquentia fimul Apostolicaque do Arina in primis floruere: qui ambo Ceorsim apud Marcum Anto-

ninum iuniorem, Christianam defendentes religionem, orationem habuere. Melito sanè duos de Paschate composuit libros, in quorum principio, quo tempore eos coscripserit, ostendit hisce ver- " bis: Sub Seruilio Paulo Asiæ Proconsule, quo té- " pore Sangaris martyrium obiit, quæstio magna 🐱 Laodiceæ, de Paschate, quod tépestiuè in eos, in- " cidit dies, est exorta, hæc quoq; à me sunt perseri-pta. Istorum librorum Clemens quoq; Alexan-E drinus meminit, in suo de Paschare opere, quod se propter Melitonem composuisse testatur.Preterea Melitonis liber circufertur, de Politia & p. phetis,item de Ecclesia,alius de die Dominico,alius de Natura & figmento hominis inscriptus. Item de Obedientia fidei : de Sensibus, eorumq; sedibus. Alius præterea, de Anima & corpore. Rursus, de Lauacro & veritate. De fide, & de natiuitate Christi. Insuper de Prophetia, & de Hospitalitate. Item is qui dicitur Clauis, de Diabolo. de Apocalypsi Ioannis . de Incorporato Deo. Ad hos accedit liber Antonino oblatus, in quo " Defin de rebus nostristalia quædam memorat. Quod " antea nunquam est factum, id nuc tandem fit, vt " cultores Dei affligantur, & edictis propositis per " Asiam proscribantur.Impudentissimi enim syco " ratoren. phantæ,& qui alienis bonis animum per cupidi- " tatem & auariciam adiecere, occasione ex princi- " pum costitutionibus arrepta, diu noctúque pro- " palàm excutiunt & rapiunt eos qui nihil admisere mali. Ac siquidem hæc iussu tuo sierent, proba F rentur sanè. lustus enim princeps nihil iniusti sta " tuerit vnquam: & nos æquo libentíque animo " cædium eiulmodi ferremus honorem.Et te illud " modò rogaremus, vt iple prius rem dispiceres, au " torésq; tantæ pertinaciæ inquireres, atq; ex æquo " & bono decerneres supplició ne & morte, an sa- so lute & quiete sint digni. Sin autem te quoq; scien " te constitutio & sanctio hæc est promulgata, vt " nouo prorsus more, igne & laceratione in corpo , ra civium sæviatur, quod antea ne adversus barba " ros quidé hostes facere decuit: multo magis ob- " fectandus nobis es,ne nos in tam aperta & publi- " ca violentia & direptione despicias. Posthæc " etiam illa refert: Philosophia nostra antea quidé " inter barbaros viguit.Et quum in Romani impe- " rij prouinciis, ex maioribus tuis, Augusto Celare " religion rerum potiéte, effloresceret, admodum imperio » m tuo commodauit. Ex eo nanque tempore in im- " mensum res Romana creuit: cuius tu successor » optatus factus, diutissime imperium administra- » fab Augubis, si vnà cum filio tuo, philosophiam istam, quæ » fo principe cum imperio quasi simul nutrita, & cum Augu- » permenie.

Scripes Me

ad Ante

Libri cim

Item Philis pi Gertyna

Na &D ician Chri stianorii per-

B

A sto incrementa sua cepit, conservaueris. Ea quippe & à maioribus tuis, præ cæteris religionib, est habita in precio. Professionem porrò nostram Reipublicæ bono esse, illud in primis indicat, o vigorem suum habere coeperit vigente maximò imperio: & quòd in Augusti rerum administrationem nihil aduersi inciderit, sed ediuerso prospera omnia & præclara ex arbitrio & voto omnium successerint. Soli repertisunt Nero & Do mitianus, qui ab inuidis & malè conciliatis quibusdam hominibus persuasi, professionem nostram calumnie expositam esse voluerunt. A quibus, more iniquissimo, per illos impudéris sycophantiz profluxit mendacium. Sed enim pij parentes tui, imperitiam illorum correxerunt, multis sæpe rescriptis eos obiurgantes, qui de nobis præter leges &æquitatem,quicquam statuere aut tétare fuissent ausi. Inter quos auus tuus Hadrianus, quum ad alios plures, tum ad Fundanu Asiæ proconsulem, ea de re scripsit. Parer quoque tuus, tecu imperij res administras, in edicto eo quodad ciuitates, nominatim verò ad Larissæos, & Thessalonicéses, & Græcos omnes, ne quid rerum no uarum fieret, dedit, de nobis scripsit. Te verò amplius etiam, qui de religione nostra eadem quam illi,immo verò humanitati & philosophiæ accomodatiorem obtines sententiam, facturum esse persuasum habemus, quæ petimus, omnia. Hæc il le in oratione ad Antoninum. In eis autem, quas scripsit, Eclogis & scripturarum compendiis, statim à principio,Onesiphoro cuidam eo opere inscripto, veteris instrumenti extra controuersiam positos libros recenser. Eum autem virum laudibus vehit, quòd & fide probata fuerit, & multum studij in scripturis addiscendis posuerit. Hierosolyma autem se ca gratia profectum esse asserit, vt certa ibi de libris eis comperiret. Itaque numerum & nomenclaturam eorum proferens: Quinque,inquit, sunt Mosæ libri, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: Ielus Nauæ, Iudicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Plalmorum Dauidis liber: Solomonis prouerbia, liue Sapientia: Ecclesiastes, Canticum can ticorum, lob: Prophetarum, Esaiæ, Hieremiæ,& duodecim prophetarum liber: Daniel, Ezechiel Esdras. Deinde infert: Ex quibus Eclogas selectasque sententias & doctrinas collegi, in sex libros

CAPPT X1.

Harefis Ca saphrygas.

C

digeltas. Hæc de Melitone.

Pollinaris autem, quum multa alia, tum hec quoque feruntur. Ad Antoninum pro fide oratio. Quinque libelli, in quibus cum Græcis seu Gentilibus agit. De veritate li-

ber vnus & alter. Ad Iudzos item libri duo, & quæ præterea contra Phrygum hærelim composuit: quæ non longè post res nouas in ecclesiam induxit, tum primum autem pullulare coepit, ex quo Montanus cum pseudoprophetissis suis à ve ra fidei via declinauit. De Apollinari Hierapolitano tantum. Musani autem, cuius antea memi nimus, pulcherrimus extat Dehortatorius liber, ad quosdam fratres ab eo compositus, qui præter rationem ad sectam Encratitarum deslexerat:que

eis quoque temporibus exorta, nouam pernicio- D samque hæresim & opinionem in orbem intulit. Ducem eius & autorem fuisse, historia nostra antea Tatianum, Iustini Martyris auditorem, propagatorem autem Seuerum, indicauit. De Encra-, titis Irenæus quoque ita scribit: A Saturnino & " Marcione Encratitæ nominati,cælibatum docue " runt, simul & primam Dei creationem reiiciétes, " & tacitè eum qui ad hominum propagationem " masculum & fœminá creasset, accusantes. lidem " quoque abstinendum esse ab eis que ipsi animaça " dicunt, instituerunt: + malam referentes gratia, qui cunca creauit, Deo. Pernegat etiam primi ho minis salutem. Hæc quoque de Musano. Ea ipsa tempestate, quum Phrygum aliorumque etia hæ reses in Mesopotamia exundarent, Bardesanes Sy rus, quum linguarum aliarum, tum Syri sermonis peritissimus, præterea verò hæreticis refellendis exercitatissimus, aduersus Marcioné & alios quos dam, quinque variantium inter se dogmatum autores, strenuè cum eis congressus, Dialogos, & insuper alia plurima scripta, sermone suo vernaculo edidit: quæ,quòd fortiter fidei verbű propugna- E rent, plures eius auditores in Græcam transtulere linguam. In iis liber est, quem ad Antoninum de fato conscripsit, satis in eo Patrem Verbi exprimés. Sed & alia opuscula eum occasione ex persequutione accepta, edidisse ferunt. Atq; hic quidem Valetini primum sectator fuit : quem quum improbasset, fabulosasque eius doctrinas & opiniones satis refellisser, ipse quidem sibi ad perfe-Aionem & finem rechæ fidei peruenisse est visus: non omnino tamen veteris opinionis luç, quæ in habitum abierat, sordes abstersit.

Encratitari hoc eft consimentiŭ hare sis phibentiis mubere inbetiñ abflinere à cibis, &c. 1. Time. 4. † AZEPISOLINA TLE BLG. Primi bemi niı ∫alııı. Bardefanio Syri scripta Ecclestastica.

HicexYalentini.cuim discipul fuit errore, per co tagionem no nobil agritudivis contra-

CAPYT XII.

Ed & alij plures Christiano pla-nè animo pro fide nostra decertarunt, & aduersus hæreses depugnarunt:ecclesiæque statu & moribus receptis, alissque quæ vel scriptis, vel sine scriptis à ma

ioribus accepissent, in literas relatis, libros plurimos posteritati reliquerunt. Quibus 2 Caius & Tertullianus meritò funt annumerandi, qui plurima certè & pulcherrima ediderunt scripta: quæ F singillatim recensere, præsentis instituti no est b. Tertullianus porrò iste presbyter fuir, patre centurione natus: cuius lectione Cyprianus plurimum est delectatus c. Et, quod eloquentia admodum polleret, multos sub Seuero imperatore copoluit libros. Sed postea propter cleri Romani inuidiam, ad Montani est delapsus dogma. Et libros aliquot aduersus ecclesiam, Montani opinionem defendens, edidit. Scripsit etiam de continentia, de persequutione, de iciunio, de monogamia, de ectafi libros fex : cótra Apollonium feptem,& plures alios. Quibus Apologiam pro fide ad Senatum Romanum addidit, in qua comemorat: dQuum Marcus Antoninus bellum cotra

d Milies Christiani sub M. Antonino meretes, plunid in sum-ma siccitate, & victoria in retima ppè desperatione, à Do presatione sua imprecarunt aa victoria Antoninus Marcomänicü bel-lum cosocit. & Panonias Marcomannu, Sarmatu, Vadalu, simul ♥ Quadu extinclis, liberanie, Orof.lib. 7.c. 15. Inl. Capitoli, Eutr.

a Caisu fort pter Eccla-

fisficm.

b Tertullia-

e Magistrib um appellare folitus.

clefiaftici do Etoru scripta

Mofani Ec

D

T ATT AGE NOW arenois 70 V na legione Christiani no inu id impetrasse, Die B ny.amor eft. Suidas 1910 omnë in Iulianum queu dam mysten conieci∬e videtur.

+ xspooveBiλs,

t de lasage Semari bio dictum, scut Me infension Cay scripti.

A Germanos & Sarmatas gereret, aciémque aduerfus hostes strueret, exercitum eius omnem, propter strim grauem & diuturnam, ad retum omniŭ inopiam & desperationé peruenisse, ac legionem nostram in genua more nostro procubuisse, precantem, atque Dei opem implorantem : camque rem vt nouam & insolitam, hostibus terrore ingentem incussisse. Atque illis ad eum modú oran tibus, aliud insuper maius, præter opinionem & expectationem, accidisse. Quum enim frequétibus fulminum ictibus hostes pulsos: tum qui ea sunt subsequuti, multa densoru imbrium vi, exer citum iamiam liti & aquæ penuria interiturum, recreatum & restitutum esse. Tam essicaces scilicet nostrorum fuisse preces. Hanc rem + profani etiam historici tradidere, qui de Romanis imperatoribus scripserunt: non illi quidem precibus, nostrorum miracula tanta adscribentes, (quomo do enimid facerent, qui alienis prorsus à nobis funt animis?) sed qui partium nostrarum sunt, aut nobis fauent, nulla deprauati affectione, + simpliciter & verè hominibus id facum nostris tribuunt. Ex quibus Apollinaris memoriæ mandauit, Imperatoré statuisse, vt legio ea quæ ex Christianis constaret militibus, \* prærogatina quada principem in exercitu obtineret locum, aliisque semper præiret copiis. cui idem etiam imperator nomen + Ceraunoboli, hoc est fulminatricis im Sed & Tertullianus fatis idoneus & locuples eius rei fuerit testis, qui scribit: Marci prudetissimi imperatoris etiam tum literas extitisse, quibus illam Germanicam sitim, quum iamiam aquarum penuria exercitus periturus esset, Christianorum militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. Eundémg; imperatorem capitis quoq; pænam, & quidem tetriorem constituisse dicit Christianorum accusatoribus. Ac deinceps subiungit: Quam igitur sunt iniqui iudices isti, qui in nos solos inquirunt, impii, iniusti, crudeles? quos Vespasianus + servari nó iusserit,quanuis Iudæorum vi&or?Ob quos Traianus ex parte leges frustratus sit, vetando inquiri Chri stianos? Quos neque Hadrianus, quanquam curiositatum omnium explorator, neque qui appel latus est Pius, prosequendos sanxerit? Caius auté sub Zephyrino, aduersus Proclum Montani studiosum, dialogo composito, in quo temerariam eius audaciam taxat, quòd nouam induxerit prophetiam, maximam est consequutus laudem & glotiam.

- † Fulmen de cælo precibm fun contra hoftium machinamen-m extorfit, fun plunia impetrata cum fiti laborarent. Iul, Capitolines in Marco philos.
- \* Dini fratres tanti Christiana legionis benesici memores, per rescriptum etiam Christianam religionem consurmarunt, Christianam religionem consurmarunt, Christianos accusari retuerunt, or eiusaem conditionis cum cateru esse in ho noribus adipiscendus constituerunt. Constituio orrum perstringitur. I. generaliter. S. sinal. If. de decuri. Eu. qui Indaicam sportitione (Christianam prosessionem intellige) sequentur, Dini Verus & Intoninus, bonores adipision permuserunt: sed & macesitatem eiu imposuerunt, qui superstitionem eorum non ladarent. V spianus.

Æterùm Irenæus Lugdunéfis ci uitatis,quam Rhodanus pręter– fluit, episcopus, Pothini, qui nonaginta annos natus cum reliquis in Gallia martyrib', de quibus paulo pòst agemus, vitam fi

niit, successor: in tenera sua ærate Polycarpi auditor fuit,& multa variáq; memoria digna reliquit monumenta. Sed quinque eius extant libri, quibus titulum fecit, Confutatio & euersio falso no minatæ + scientiæ.In secundo porrò libro disertè astruit, adhuc suo tempore in ecclesiis plurima » exfitisse divinæ & admirandævirtutis indicia. Ita » enim inquit: Tantum abest vt exuscitandorum » mortuorum dono, per orationem, que mad modu » ipse Dominus & Apostoli fecerūt, careat, vt per- » sæpe, necessitate interueniente, inter fratres, eccle » sia eius loci omni orante,& ieiunio accedete vbe » riore, spiritus in corpus defuncti reuersus, homó- » que precibus sanctoru donatus sit. Et rursum: » Quod fi per phátaliam tantum,&quali fuco ob- » iccto, hac Dominum fecisse dicent, ad propheti- E ca illis scripta deductis, ostedemus, omnia ista ita » de eo prædicta, proindéq; etiam certò facta esse, » ipsumque solum Filium esse Dei . Quapropter in » eius quoque nomine veri germaníque eius disci- sa puli, accepta ab eo gratia, aliis hominib<sup>9</sup> benignè 🧀 facere, sicuti ab eo quisque donum est consequu- » tus, perseuerant. Nam quidam dæmones profii- » gant: aliqui futura prænunciant, visionésque & » responsa habet prophetica. Nonulli ægrotis sub- » ueniunt, & manuum impositione cos restituunt. .. Iam verò, sicuti diximus, mortui etiam resuscitati " sunt, qui satis diu inter nos fuerunt superstites. " Quid enim dicam? quum numeru donorum Dei » inire non sit, quæ per orbem terrarum omnem " Ecclesia à Deo accepta, in nomine Iesu Christi, » sub Pontio Pilato crucifixi, quotidie populis be- 20 nefaciendo exhibet & præstatineque quempiam » defraudas, neque argentu emungens. Sicuti enim " gratuitò à Deo accepit, ita etiam gratuitò ea di-F spensat. Similia quoque alio loco profert: Sicu- " ti multos audimus fratres in Ecclesia prophetica " dona habentes, variis per Spiritum linguis loqui, " hominumque occulta in lucem, vtilitatis eorum » gratia, proferre, & mysteria arcanáque Dei consi- " lia declarare. Hæc hactenus.

CAPVT XIIII.



Acit is etiam sacræ scripturæ mentionem, & testamentariorum eius librorum, primo loco quatuor Euágelia recensens, ita ferè ficuti nos in fine fecudi To mi expoluimus. In quinto auté

argumenti eius quod dictu est libro, Ioanis quoque Apocalypsis, epistolæque eius, & item Petri " epistolæ meminit. De Apocalypsi verò & hæc \* scribit: Hæc sic habent, atque in omnibus emen " datis & antiquis exemplaribus numerus iste in- " uenitur. Testificantur hoc etiam illi qui Ioannem " de facie viderunt: verbaque insuper ipsa declarat » numerum nominis bestiz, iuxta Grzcorum cal- "

Iranem Pa lycarpi difei. Einfde libri † Guefficerum benei lices.

Tempore In adhuc metu tes diaine & miraculari-

ni testamm

lypfi Ioani.

\* » De 1900ia-Anisbristi.

Sapietia So-Autoritat ex Pastore.

Alma. a Deloco il lo Esaia, Éc ce virgo coci piet, tr p.sret filium. Eja.7.

b De septus ginta interp- 20 sibus hiftoc Hieron.in prefat.i Pen tateuchum. V na bafilica 😠 interpretes. Septuaginta oongregatos cotulu∫e scri- " bit, non pro- C pheta∬e: Ari ftee & lose montatem.

libres facres

culum, per eas que in ea sunt literas esse expressú. Et rursum: Nos equidem no periclitabimur de nomine Antichristi quicquam certò asseuerare & confirmare. Quod si enim hac ætate nomen eius propalàm prædicatum oporteret, per eum id indicatum fuisset, qui Apocalypsim & reuelationem ipsam vidit. Non ita dudum nanque is visus est, nostra propè ztate, circiter Domitiani imperij finem. Mentionem etiam Irenæus facit Sapientiz Solomonis. Recipit quoque eum qui dicitur Pastoris librum, cuius illo veitur testimonio & autoritate: Rectèigitur scriptura dicit: Crede in primis vnum esse Deum, qui omnia creauit & perfecit. Meminit item Presbyteri cuiusda Apo stolicæ vitæ viri, cuius nomen no exprimit. Ego autem Ioanem alterum esse puto, qui Ephesi fuit, Presbyter ita cognominatus: cuius etiam enarrationes & dicta memorabilia multa scriptis suis inserit. Meminit præterez Clementis, & Iustini,corúmque loca quedam allegat. Quæ is autem de Septuaginta interpretum translatione diuini-B tus inspirararum scripturarum scribat, zquum visum est ipsius verbis referre. Itaque Deus homo factus est, & ipse Dominus saluauit nos, virginis signo exhibito. & non sicuti quidam dicunt, perperam transferre scripturam ausi: 2 Ecce adolescentula vterum gestabit, & pariet filium: ita vt Theodosion Ephesius, & Aquilas Póticus, Iudai proselyti ambo verterunt: quos consectati Ebionitæ, ex Iosepho eum prognatum esse dicunt. Et paulo post inquit:Priusquam Romani imperium in Iudæos haberent, & Macedones adhuc Asiam obtinerent, b Ptolemæus Lagi bibliothecam, quá Alexandriæ magnificè instruxerat,ingenti studio omnis generis bonorum librorum copia exornare contendens, à Hierofolymitanis petiit, vt sibi habere liceret in Græcam linguam eorum scri pturas tráflatas. Tum illi, quòd Macedonibus adhuc subiecti essent, ex senioribus suis, scripturaru sacrarum & vtriusque sermonis peritissimos septuaginta viros ad eum miserunt, Deo hoc sic diponéte.Ptolemæus autem, de quolibet eorum e seorsim periculu facere volens: simulque timens ne ex conventione, per versionem suam, scripturarum veritatem celarent & supprimeret, seiunctos cos, cudem librum omnes vertere iusit. Ida in omnibus voluminibus fecit. Deinde quum illi apud Ptolemæum convenirent, & versiones suas inter se coferrent, simul & Deus est glorificatus, & scripturæ eo modo ad noticiam & cognitionem hominum peruenerut. Euenit enim, vt omnes omnium translationes à principio ad finé vsque, eisdem loquutionibus & verbis sint conceptæ: adeò, vt hodie quoque gétes omnes persuasum habeant, de cósilio Dei ipsius versas esse scripturas. Neque mirandum est, Deum hoc ita ordinasse, qui etia scripturis in populi captivitate sub Nabuchodonosor amissis, quum post annos septuaginta Iudzi in terram fuam, Artaxerxis Persarum regis temporibus, reuersi essent, Esdræ, sa-

\* In Irenzo de inquistione numeri & nominis Antichristi timide simul & sollicite agente circa sinem libri quinti, illud maxi mè observandum, quòd fatidico spiritu exempli gratia rira ista nomina numerum 666. representantia lectori proponis, λατείν , τη ωνίς. Non emim hac insigni carent mysterio.

cerdoti è tribu Leui inspirauit, vt omnes qui in-

terciderant prophetarum libros denuò compo- D neret, & leges Mosaicas populo restituerer. Atq; » hæc quidem de diuinis scripturis dixit, Cap.15. In , Cap/15 tertio autem aduersus hæreses libro, per caralo- " gum epilcopos Romanos recenfet, víq; ad Eleu- " therum, qui Soteri successit. Eleutherum porrò " duodecimum per successionem ab Apostolis fa- " cit.Enumerat autem eos, sicuti nos quoque prius in nomenclatura eorum recensuimus. Vbi verò de Clemente pluribus agit, seditionis etiam Corinthiæ, & epistolæ Clementis meminit. Perlongam enim, inquit, ecclesiæ Corinthi epistolam ec clesia Romana scripsir, ad pacem & concordiam dissidentes reducens, sidémque corum, & quam ab initio ab Apostolis accepisset traditionem renouas. Vnum porrò, post Clementem, ex Romanis episcopis Telesphorum, magna gloria marty rium subiisse inquit. & postremò infert: Nunc " autem duodecimo loco ab Apostolis episcopatus " sortem ordine & doctrina sua obtinet Eleutherus, & Apostolorum in ecclesia traditio & verita " tis prædicatio ad nos quoque peruenit. Quo autem ardore erga fidem divinámq; professionem fuerit Irenæus, abunde testatur epistola, quá Viénenses & Lugdunenses martyres, quum adhuc in carcere inclusi affligerentur, ad Eleutherum Romæ episcopum, & Irenæum, qui tum presbyteri dignitate fulgebat, commendantes dederunt. Có mendario ea sic habet. Saluere te, rebusque omnibus semper lætari optamus, pater Eleuthere. Li teras hasce nostras vt ad te perferr et, fratri &par- " ticipi nostro Irenzo persuasimus. Qué rogamus, " vt tibi commendatum habeas, egregium scilicet " testamenti Christi zmulatorem. Quod si scire- " mus, ex loco & honore aliquo iusticia laude cui- " quam parari, vt presbyterű ecclesiæ, qui ipse est, " eum in primis tibi commendaremus. Fit & alio- 20 rum Icenzi pulchrorum operum mentio, vt funt " quædam ad Blastum,& Florinum,& Marcianum " scripta: & disputationum liber. Et item qui ab eo F inscriptus est De scientia, ad Græcos, admodum " necessarius liber.Et ea que de Paschate ab eo sunt " dicta: de quibus postea loco suo dicemus.Hæc de 🛥 divino Irenzo.

CAPYT XYI.



Vandoquidem autem Irenæi & Viennensium a Gallicanorúm-Vannensium <sup>a</sup> Gallicano-que martyrum fecimus métio-nem,æquum visum est, de con-corrirudinéque eoru pau Rantia fortitudineque concertionis a-

gebatur imperij Antonini Pij annus, quu in omnibus terræ partibus turbulento persequutionis Christianz spirante vento, populisq, per vniuersum orbem præcipiti audacia aduersus nos insurgétibus, plurima martyrű millia, ppter Christum mortem obiere: sicuti hoc facile est ex iis que apud certas gentes sunt facta, coniectura assequi.

Testantur id quoque scripta ea, in quæ tam egregia illorum æternáque memoria digna certamina sunt relata. Verum enimuerò alius quisquam, historia scribenda, ad memoriam posteritatis, stylo indulgens, trasmittat victorias & triuphos ab hostibus deuictis reportatos, ImperatoTelefphorms

Comendatonensiö martyru ad Ro. episcopous p

De mariy. rıb" santtu, qui i Gallia fortissime p Christo m tem cruciati. bus magnis obiete. Alij hecmantyria in sépors dinorü fratyum Yai & An bello Marco uod se ambo imperatores parabāt,

A rias ducum artes, confilióque simul & manu res prudenter & fortiter gellas, ac strenuorum militum pro coniugibus liberis & patria ipsa certami na obita, sanguiném que pro salute corum multis præliis abunde profulum. Oratio autem nostra de moribus & institutis vitæ & religionis Christianæ suscepta, impressiones aduersus veritatem factas, & pacatilsima egregiarum animarum prelia,admirandámq; & omnem naturæ captum luperantem fortitudiné & virtutem corum qui ma gis pro pietate veróque Dei cultu, quàm pro cha rissimis sibi capitibus rem strenuè gesserunt, tropæaque & victorias aduersus inuisibiles hostes partas, coronásque triumphales persequetur: atque ea omnia veluti in columna, nó ærea illa, aut marmorea, sed adamantina prorsus insculpet, ad memoriam posteritatis omnis sempiterna. Eximium porrò ea tempestate mattyrij tanquam sta dium Gallia provincia erat: in qua præter cæteras duz sunt metropolitanz vrbes, Lugdunu & Viena, quas reliqua eorum locorum regione emésa, fluuius Rhodanus perstringit. Martyriorum auté eorum commentarium, vrbium earum ecclesiæ illustres, ecclesiis quæ in Asia & Phrygia fuere, mi fere, tali præfatione víæ. Qui Viennæ & Lugdu ni in Galliis habitat, serui Christi, in Asia & Phry gia eadem nobiscum redeptionis fidem & spem ecclesias A- >> habétibus fratribus,Pax,& gratia,& gloria à Deo Patre & Domino Ielu Christo, Domino nostro. Deinde præfationi eiusmodi, aliis quibusdam ver bis additis, tale scribendi initium faciunt. Afflictionum erumnarumque nostrarum magnitudinem, & tantam gentium aduersus sanctos iram, arque cas quas beati martyres sustinuerunt calamitates, ad plenum perscribere, neque nostræ est facultatis, neque id à quoquă fieri posse putamus. Omnibus enim suis copiis in nos irruit aduersarius: & in initio statim ipso apparuit, nihil fore terrori nobis + præsentiam eius. Expertus est genus omne persequutionis & afflictionis, assuefaciens atque exercés suos aduersus Dei ministros. siquidem non ædibus tantum, balneis, & foro no bis, sed publico quoque prorsus, necubi nostrûm quisquam appareat, interdixerunt. Verum con-

Scriptii ectle m Gal-

fie & Phry

gie, de cari

martyrÿs.

tra eos pro nobis gratia Dei depugnas, infirmos quidem confirmauit, stabiles autem eis opposuit columnas: eos videlicet homines, qui per tolerantiam omnem, mali illius impetum in scipsos pertraherent: quique conferre pedem, omne con tumeliz & supplicij genus sustinere, & quz plurima essent, perpauca & exigua esse ducere possent, & ita ad Christum venire festinarent: rebus iplis oftendentes, indignas esse passiones temporis huius, ad futuram gloriam. Primum quippe confertim vniuersi, quæ eis à multitudine inferrentur, pertulere, contumeliosas inclamationes, verbera, volutationes, rapinas, lapidationes, & car ceres: omnia deniq; alia, quæ ferocienti multitudini contra inimicos & hostes facere in mentem venire folent.

CAPFT XVII.



Einde scriptu id exequitur, sanctos ad tribunum abductos, atq; ibi interrogatos, in carcerem coniectos esse. Atque inter eos Vetium quen-

dam Epagathum, quum ætatis flore vigenté, tum D Veine Eja fide omnique bonorum operum genere pollen- » tem, tantam multitudinem abduci ægrè tulisse, & 🖚 se ad defensionem corum obtulisse, atq; ob tam ... pulchram professionem cum aliis simul abreptu ... esse. Decé verò periculi magnitudine victos, mar » tyrio renunciasse: & sanctis timorem ingentem » reliquisse, admodum metuentibus propter dubiu » futuri casus exitum, ne scilicet de eo quoque peri » clitarentur, vt Christo exciderent. Eorum tamen » numeru alios paulatim expleuisse. Optimos quos » que ex veraque ecclesia delectos, & cum martyri- » bus iplis ex gentibus seruos vnà comprehensos, » cosque flagrorum vi & necessitate coactos, con-, tra nos ementitos elle Thyestis cœnas & Oedipi " concubitus, aliaque item plurima vulgasse, quæ " neque auditu neque dicu credibilia essent : neq; " etiam vnquam post homines natos, quòd facta essent, fidem obtinuissent. Quarum rerum infa mia vulgò iactata, omnes (inquit) cotra nos funt efferati. Et qui hactenus propter familiarem con suetudinem & humanitatem moderatiores fuerant, grauem in nos fremebundi acceperunt ani- B mum. Quapropter cruciatus orationis vim om nem superantes sancti martyres pertulerunt, sata na summo studio contendente, vt ab eis quoque blasphemiæ quicquam proferretur. Precipuè autem multitudinis ipsius & militum & Præsidis fu ror incubuit in Sactum, ecclesiæ Viennensis diaconum: in Maturum, recens quidem illum illuminatum, sed generosum & fortem decertatoré: in Attalum Pergamenum genere, columen & firmamentum Gallicorum Christi sidelium: & in Blandillam, quæ statu quidem serua fuerat, ingenium autem & animum habuit perquàm liberalem.In ea nimirum exhibuit atque repræsentauit Christus, quæ apud homines vilia, ingrata, nulliúsque adeò precij habeantur, ea apud se in maxi " mum esse honorem, propter egregiam in se piorum animorum affectione & amorem. Quum " enim omnes metuerent, heraque etiam eius carnalis 🖈 maximopere de ea esset anxia & solicita, (aderat nang; & ipía,fortiter certamini pro Chri " sto incumbens) ne illa naturæ imbecillitate, vel " folam liberiorem professione non perferret, tan-" to eam animi robore confortatam esse tradunt, vt tortores, qui sibi inter se succedentes à matutino tempore advesperam vsque virgis & fustibus " eam ceciderant, animos desponderent, victosque " se profiteretur, quid rerum deinceps de ea ageret " dubij. Obstupescentes etenim, mirabatur spiri-" tum prorsus in ea remanere, cuius corpus circun-" quaq; conscissum & apertum esset. At illa, perinde atque ab incunte ætate certaminibus esset ex- " ercitata, perdurabat: laxamétúmq; ei,&(vt ita di- " cam) + indolentia plagarum & cruciatuum erat, \* quòd subinde a Christiana se esse proclamaret b. » Sactus verò & ipse tanta animi præsentia, & tam " generose & fortiter se carnificibus opposuit, plu " rimamq; corum sæuitia & pænis incutiedis seritatem aded superauit, vt ab illis interrogatus, non " gentem suam, non patria, non nomen, non aliud » quicquam, sed vnicum hoc in certamine & lucta = tormentorum omni, Christianum se esse dicerer: » quum quidem illi se ex eo, propter tam graues ac » intolerabiles cruciatus, degenerem alique nobis- = timina

Decem Chri ftrani à ma Sancti many les, ve de chri fiann facif flazitia con terciur,tenti. Eo mode . hri fiam minja mia 🗸 odili

> Bu, Main-TH, A114lus, Blādilla

Admirāds Blädilla in perferendu lerantia. † Avantueis

& MAX wesChriftismi nose fund gloriati.O delettati.

b Mirifu etiam ipfim Sancti pe-

\*> A coul TIEV MAPTUS AV TOV SUMBL Викотом.де eiš ju verti peteft : Ac corposculum ipsum crude-litatë tätam testabstur: rd, Earii re ciderăt,teftie Christus ipse in sanctu martyribus, B Sou, painer.

Bibliadie ge 20 nerosus.

Corpus Sats

Ets à tortori-

me ex carnifi

catü, forma Sue divinit

restituemo.

bus fædißi- 20

Martyres in ere squalore & pe

C

Pathini epi-Scopi martyto the diago VICE THE PARTY. storing ly day MY TITE stanges Em ∫eb.lib.5.6.1. 20 rins martyr.

A que infaustam atque ominosam vocem audituros sperarent. Itaque cotentione illa cruciatuum summorum inferendorum fracta, ad postremum æreas squamas candentes mollissimis & tenerrimis quibusque martyris membris asperserunt, & agglutinarunt. Arque ita ex illis quidem sic adustis, nidor & aruina profluebat : ipse verò con stans & immotus permanebat, fidéque stabilis, & aqua vitæ ex cœlesti fonte promananti conspersus atque recreatus, magis magisque confortabatur. \* Ac corpus totum inter se membris congruens, martyr erat: vnum totum vulnus, vna totum cruenta vibex, contractum prorsus, & ab humana specie, exteriore sua parte, alienissimum. In quo ipsemet CHRISTV Spatiens, gloriam & laudem ingentem perficiebat, & aduersarium proculcabat. Apertum quippe reliquis omnibus exhibuit exemplum, nihil ibi esse terribile & metuendum, vbi adsit Dei patris dilectio: nihil erumnosum arque dolendum, vbi CHRI-STI gloria. Aduersarij sanè quidem incredibili animorum tumore & incensione laborantes, ita demum se superiores fore sunt opinati, si ex internallo deinceps eadem inferrent tormenta. Martyres enim ipsos vel cruciatibus tantis victos in impieratem eorum concessuros: vel suppliciis immanibus immortuos, grauem reliquis allaturos esse timorem & terrorem existimarut. Quod vbi facere sunt aggressi, adeò sunt spe sua frustra ti, vt ille corpore tormentis doloribusque omnibus releuato, confestim restitutus, vium membrorum formámque integram ita receperit, vt quæ ei iterum funt illatæ pænæ, non excruciatio, sed sanatio atque restitutio esse viderentur, cœlitus videlicet ei allato auxilio. Cæterum Bibliadem etiam quandam produxerunt, camque flagris crudelem in modum conscindentes, persuadere illi conabantur, vt sacra nostra detestandum piaculum esse diceret. Illa autem veluti è somno excitata, longè aliud, diuersumque magis quàm ipsi expectantes volebant, professa est, illud insuper adiiciens: Quomodo verò homines isti infantes vorent, qui etiam ab animantium ratione carentium sanguine abstineant? Ac talia quum & pateretur & diceret generoso admodum animo, ordini martyrū est allecta. Enimuerò postquam quæsitores isti & carnifices, virtute Christi ad hunc modum infirmiores esse comperti, atque marryrum impressione & tolerátia prostrati sunt, vt in carcere eos affligerent, consilium ceperunt. Ita illi terra horrentium tenebrarum caligine & pedore excruciantur, & pedum distra-Cio ad quintum vique fidicularum foramen extenditur. Quapropter multi in vinculis sunt suffocati: multi ægrè viuentes, spiritum cum dolore traxerūt,omni prorsus humano destituti auxilio. Fuerunt etia, qui simulat que in carceré sunt coniecti, o grauem eius squallorem non ferrent, decessere, CHRISTO IESV variis Martyres modis glorificante. Pothinus autem + Lugdunensis Ecclesiæ episcopus, vir imbecillus, vt qui nonaginta supergressus esset annos, & naturali quidem infirmitate ægrè corpori vitalem auram suppeditarer, spiritu autem propter obeundi martytij desiderium esset validissimus, ad

tribunal est pertractus, corpore tenui & soluto, D perinde atque vasculo quopiam animam vix re- » tinens. Atque ibi consistens, quum pulchram » professus esset professionem, à tribuno, quisnam » esset Christianorum Deus, interrogatus: Quum » Christianus, inquit, fueris, scies. Quapropter vio- » lentius quoque statim acceptus, plagas tulit. Qui enim propius ei astabant, manibus pedibus. » que in eum insilientes, summa contumelia ca- » nos eius affecerunt : qui verò longiùs remoti fue » rant, quæcunque locus subministrabat tela, in » eum coniecerunt. Omnes quidem certe flagi - » tium se & piaculum committere existimarunt, » si quid insolentiæ peruicacis & perulantiæ pro- » teruz in eum intermitteret: eoque modo se deos » suos vindicare putauerunt. Deinde, quum ægrè » iam spiraret, in carcerem est demissus. vbi biduo » post, spiritum Deo decedens commendauit. + " † Christine. Porrò qui CHRISTV M abnegauerant, vt ma 😕 lefici in martyrum custodiam coniecti, quòd vi- » derent illos quidem iucundius relucere ac lætius " florere, hilarésque gloria & gratia abundantes,,, nec non suauitatem odoris CHRISTI redolentes, vnguento scilicet quodam, sicuti non-E nullis visum est, ita delibutos, ve vincula eorum " quasi comptorum sponsorum ornatum decentem præle ferrent: seipsos autem desormes ac malè olentes probrisque obsitos, vindicémque intra le & carnificem conscientiam in animis gerentes. qui videlicet vt illiberales parumque vitiles homicidij sibi ipsis crimen impingentes, omnium præstantissmu nomen rejecissent: ex martyrum conspectu consirmabantur, séque ab eis recipi rogabant. Atque illi eos non grauatè, nullam prorsus suspicionem reliquam faciétes, susce perunt. Ex eo tempore martyria variè sunt divisa, Ex multiformibus nanque & " arque distincta. versicoloribus sloribus coronă illi texentes, Chri sto eam obtulerunt, & maximum illud immorta " litatis præmium receperunt. Maturus quidem, " & Sanctus, Blandilla & Attallus, in publicu pro-" ducti, & in amphitheatro bestiis obiecti, cosdem sunt angores experti: plurimisque tormentis superatis, tandem in sedili ferreo, cui ignis esset Suppositus, sunt collocari, vbi ex corporibus eorum adultis nidor ingens redditus, carnifices copleuit. Qui tantum ex constantia martyrum con cepere dolorem, vt patientiam illorum tanquam " furiis agitati exuperare contenderent. Ac San-Aus quidem & Maturus certamine tanto obito, 3 eo die cursum suum absoluerunt, & gladio ca-" si, veluti victima DEO sunt oblati. Blandilla " autem in stipite distenta, bestiis esca est proposita: faciemque supplicij eius qui pro ea est cru- " cifixus referens, magnú cocertatoribus suis præ-" buit desiderium, in sorore sua habitum & for-" mam exoptati illius inspicientibus. Quare illud " quoque exhibebat,ac veluti persuadebat,qui pro " CHRISTIgloria patiatur, eum passionibus " participem esse viuentis Dei. Sedenim quum be stiz cam non attingerent, ad alium reservata est " agonem, vt simul & multis varissque colluctatio- » ' nibus deuicto perplexo illo serpente, certum con » stantis fortitudinis exemplu fratribus fieret, vilis » ipla &imbecillis,& inuictum habens propugna- =

Christiana abiorata,tãconiecti, qui mari yru optala forte admirant tom vice ips swam mise

No granate ifti à Marty ribm in gra-Sortiŭ recepti

Santtu d Maturus in

Attalicer- »

Negatores Christi ab ec clessa matre resipiscetes su Ex Martyribus Ro.cines gladio in i,alij be Nomali de iò Christii abiurerunt. Alexander Mariyr.

В

attali cades

- סיים אם לבד ל

Ite Pontici

Item Blan

Tortores ips == à Mattyribus victi.

A torem Christum, diversisque adversarium certaminibus debellans, immortalitatis coronam reportaret. Secundum hanc, Attalus in theatrum ducebatur, cui tabella præferebatur, cum inscriptione huiusmodi: Hic est Attalus Christianus. Erat autem is ex clarorum virorum ordine, firmam sanamque obtinens conscientiam, atque in certaminibus pro CHRISTO susceptis probè exercitatus, & constans veritatis testis. Quo producto, quum petulantius plebs tumultuaretur, Præses eum, ve ciuem Romanum, in custodia asseruari iussit, donec Cæsaris de eo arque aliis explorasset sententiam. Interea qui antea negatione mortui fuerant, spiritum vitæ resipiscentia receperunt: & quos extinctos eiecerat, eos reuiuiscentes mater est complexa. Ij dulciore do ctrina accepta, ab eo qui non vult mortem peccatoris, virtutem & robur ad perpetiendum assumpserunt. Nam allato à Czsare rescripto, quicuque ex Christianis Romani essent, gladio sunt cæsi: cæreri bestiis sunt obiecti, aut aliis grauibus suppliciis affecti. Primi autem omnium, qui antea pœnitentia vsi fuerant, inquirebantur. Spes quippe quæsitoribus erat, cos denuò captum iri. Verùm illi partim martyrum aggregati funt ordini, partim perditionem sequuti: illi nimirum, qui indigni parumque firmi fuerant, & de religione nostra minus rectè senserant. Martyrum catalogo ascriptus etiam est Alexander, artis medicæ peritus, & in Galliis omnibus notus, erat enim multa dicendi libertate præditus, & Apostolicæ gratiæ non expers. Et tribunali assistens, ac nutu martyres cohortans, deprehensus & ipse est veluti certamina parturire. Itaque iudici delatus, & capitis damnatus, vnà cum Attalo bestiarum feritari est obiectus. Sed quum nihil aduersi ab eis sensissent, pluribus defuncti certaminibus, postremò & ipsi vt victimæ sunt cæsi: Alexander quidem, nihil proloquutus: Attalus aute m, quum in ferreo sedili vreretur, nidórque ab eo prodiret, illud tantum Romana lingua præfatus, En hoc ipsum est humana vesci carne, quod vos facitis: nos verò neque homines voramus, neque præterea mali quidquam facimus. Interrogatus etiam, quod Dei esset nomen? respondir, Deus nomen non habet, vt homo. Post hos omnes, vltimo + gladiatorum die, cum Pontico puero quindecim propè annos nato, generosa Blandilla est producta. Ij per simulachra deorum iurare iussi, non paruêre. Quapropter multitudinis animis aduersus eos efferatis, permultis sunt excruciati tormentis. Et puer quidem sup pliciis tantis cedens, reddidit spiritum. Blandilla verò postrema, veluti mater generosa, excita, quæ liberos victores ad regem suum præmisisser, festinabat & ipsa per mortem exultans, veluti ad nuptiale conviuium: & non ad bestiarum, quibus obiicienda erat, lacerationem. Itaque post flagra, post bestias, post abenum, ad vitimum reticulo inclusa, tauro agresti & feroci est obiecta: & quum diu multumque à belua ea esset iaclata, tandem & ipsa est magnificentissimè iugulata. Cuius tantam demirati fortitudinem immanissimi illi persequutores, haud vnquam apud eos

visam esse mulierem tot & tanta supplicia per-

peti, testati sunt. His ita peractis, denuò con- D tumeliola iniquissimorum hominum iniuria sæ- 🚥 uire in mattyrum corpora cœpit. Quòd nanque » ab illis essent superati, id in maiorem euasit iram. » Proinde & eos qui in carcere mortem obierant, » Cadauna & eos qui variis & exquisitis suppliciis excrucia- » ti fuerant, ne quis corum sepulturæ honorem sor ... tiretur, canum nocturnis simul & diurnis tradi- » data. derunt custodiis. Præterea quæ à bestiarum fe- » ritate & ignis violentia superfuerant reliquias, " comminutas illas & in carbones redactas, capi- » ta quoque & resectamenta corum per dies plu- » res asseruanda diligentius militaris manus excubiis mandarunt. Ac impij milites partim dentibus in eos stridebant, vt per furorem defuncto- ... rum quoque reliquiis insultarent: partim in lu- " dibrium cadauera vertebant. Si qui verò vide- " rentur esse aliis zquiores, probose, vbi Deus " corum esser, quidve illis religio corum, cui ani- " mas ipsi suas posthabuissent, prodesset, require- " Grex autem fidelium in magno fuit mœrore & luctu, quòd humare martyrum cadaue- 💂 ra non liceret. Neque enim ad hoc eis nox pro- E fuit, neque auro ea redimere potuerunt : nedum precibus vllus locus esset apud eos, quibus id ma ximum lucrum est visum, si illa sepultura carerent. Sub hæc scriptum, quod diximus, infert. Itaque corpora san&orum illorum omni genere ludibrij & probri traducta, & sex diebus sub dio iactara, postea autem combusta atque in cineres redacta, ab iniquis hominibus in Rhodanum flu uium ibi pręterlabetem sunt sparsa, vt nihil prorsus corum in terris amplius esset reliqui. Et hoc sic fecerunt, perinde atque Deum deuincere, aut regenerationem eorum prepedire possent: vt ne quam (sicilli dicebant) resurrectionis spem habeant, qua ipsi adducti, peregrinam nobis & nouam inducunt religionem, & dura acerbáque omnia despiciunt, prompti prorsus & parati cum gaudio adire mortem. Videamus nunc, an sint resurrecturi, & si potest eis opem ferre Deus eo-F rum, & è manibus nostris cos eripere? Atque hec quidem commentarius ille refert. Facili autem coniectura & ratione convenienti colligere licer, quæ in reliquis etiam provinciis sint acta, quantave tum martyrum extiterit vbique multitudo.

CAPFT XVIII.



N commentario eo " aliud quiddam me- " moratu dignum traditur, quod ad mul- " tale mattyn torum vtilitatem, fi , in carcere historiæ huic inser- monitm,de uissem, minime id i- generitate to uidiosum mihi fore " Alcibiades . Elum reient. duxi. quidă martyrū choro adícriptus,[quali-

dam plane & duram agebat vitam, & solo pane & aqua victitas, à cæteris cibis omnibus abstinebat. Quem morem quum in carcere quoque servare pergeret, Attalo, qui & ipse post primum obitum certamen eò coniectus fuerat, res ea

Corpora coris KTES TEdalta,& in danii dife-

Es cradelits te tyränichri stianes à se referrectionu abstarae foot consti.

Alcibiades

A est reuelata. Is porrò illum admonuit, non re-

de facere, qui creaturis DEI non vteretur, &

multis exemplum scandali atque offendiculi fieret. Proinde Alcibiades posthac nullo discrimi-

ne, omne genus cibi, ciera satietatem tamen cæpit: & gratias Deo egit, qui quod ei defuisset, ita

expleuisset. Minime nanque ab eis aberat gratia Dei, sed Spiritus sanctus erat cum eis, omnia con-

sulens atque dirigens in melius. De corundé mar

tyrű æquitate atque humanitate, scriptura ea quã

diximus, talia memorat:In tantum videlicet æmu

latores suisse Iesu Christi, vt quum in tata essent

gloria, sæpiúsque martyrij agonem obirent, Chri

Itique adeò stigmata circunferrent, neque seipsi

martyres vocarent, neque nobis permitterent vt cos nomine co compellaremus. Quòd si quis no

strûm vel in epistolis, vel in sermonibus martyres

eos nominasser, acrius id reprehédebant:perlibé-

ter martyrij appellationem cedentes Christo, ve-

ro & fideli martyri atque testi, eidemq; primoge-

nito ex mortuis, & duci autoríque vitæ Deo. Addit præterea illud, q etiam defunctorum memo-

riam celebrarint : illos scilicet esse martyres, quos

Christus ad se traxisset : se autem viles esse, & nul

lius rei homines, dicentes. Orationes quoque pro

se fieri petierunt, vt & ipsis certamine cum laude

defungi liceret. Qui quum libertate multa freti,

rebus ipsis martyrij virtuté præstarent, nomen ta

men sunt deprecati: timore Dei sub poteti manu

eius humiliati, à qua satis deinde sunt exaltati. Et

ipsi quidem defenderunt omnes, accusarunt auté

neminem Soluerunt itidem omnes, ligarunt ne-

miné:atque pro eis qui se summisaffecisset malis, sunt precati, itavt id antea fecerat Stephanus. De-

inceps scriptum id hisce de cis vritur verbis. Maxi

mum illis bellum cotra aduersarium fuit, per cha ritatis sinceritatem, vt belua illa strangulata, quos

pri9 sibi deuorasse videbatur, viuos redderet. No

enim gloriati sunt super delinquentium casu: sed

quibus ipli abundarut gratiis & donis, de eisdem

indigentibus comunicarunt. Et materna prorlus

habentes vilcera, multas pro eis ad patrem profu

derunt lachrymas. Vitam petierunt, & dedit eis,

quá proximis suis impertierunt. Et omnes victo-

res ad Deum transierunt. Pacem semper comple

Ctentes,& pacem nobis comendantes, in pace ad

Deum peruenerunt. Non laborem aut doloré ma

tri, neque seditionem aut bellu fratribus: sed gau-

dium,pacem,cocordiam &charitatem relinquen

tes.Hæcaddidi, tum propter sincera piamque san

ctorum illorum viroru erga lapsos affectionem:

tum propter inhumanú immisericordémque eo-

rum animű, qui postea superbè & crudeliter mé-

bris Christi insultarunt, nullamque coru per com

passionis virtutem habuerunt rationem. Qui sa-

nè etiamsi tum quidquam aut officiosè fecerunt,

aut recte statuerunt, no continuò tamen sibi pla-

ceant, vel supercilia erigant. Cæterum quum iam

tum primum apud Phryges Montanus, & Alci-

biades, & Theodotus, prophetarum opinionem

passim fama obtinuissent (quòd enim ea quoque tempestate varia dona Dei in multis floreret Écclesis, multis illi visi sunt charismatum eorum participes esse, proindéque prophetiæ fidem meruere)& sententiæ plurimorum de eis variarent, qui inGallia fuere fratres, pium rectúmque de eis

Almirāda (suctorum martyrum mißio& ilitas,no më martyrii repudiantiü. " Christus verus & fidelis

Memoria de functionum Martyrum. 1. Petri. S.

mattyr.

Absoluts er perfecta B Christiana pfessionis ex osculāda exē pla:que viinam presta - " rent mostri 22 eus Enange 33 lici homines. O (ättißima & Christia- " risma praflusifsimarii pectora.

Adversus eos qui (an-Elitatu sibi gloria arro gätes superbè lapsos auer-Santur, 🖝 ab Ecclesia arcent. Gallicani martyres ex ipso carcere indicium de Montano de pphetia eine um in. Aſiä 🕁 Phry amperferiiudicium suum,in scriptum, quod sæpe diximus, D retulerunt, eidémque quassam eorum qui commemorati sunt martyrum epistolas inseruerunt, quas illi ex vinculis & carcere ad fratres in Asia & Phrygia de nonnullis Ecclesiasticis quæstionibus dederunt. Atque hæc quidem hactenus.

### CAPYT XIX.

Ntoninus auté Veri frater, septem annis & quatuor mensibus Ro-mano administrato imperio, Com modo id reliquit. Cuius decimo anno, Eleutherus Soteris successor

Romæ episcopatum tenuit. Cui deinde, quum tredecim præfuisset annos, Victor est surrogatus. Hic ecclesiam ibi decem gubernauit annis: & suc cessorem Zephyrinum habuit, nono imperij Seueri anno. Zephyrino, qui decem & octo annis ecclesiam Romanam rexit, Callistus est suffectus: qui eam quinque annis administratam, Vrbano E successori reliquit. In Alexandrina ecclesia Agrip pinus duodecim annos epilcopatum gelsit . Li lu lianus successit: qui decem annis munere sacro obeundo expletis, Demerrium successorem recepit. Apud Antiochenos post Maximinum, qui vndecim annis ecclesiæ gubernator suit, Serapion episcopus creatus est, octavus ab Apostolis fuccellor. Qui satis diu cum laude eccessæ præfuit, & eam Asclepiadi regendam reliquit. Eisdem temporibus Hierosolymis, in sancta Sion, 🖈 adhuc admirandus ille Narcissus sacrosancto fungebatur munere, quindecimum obtinens fuc cessionis locum, à secunda, quæ sub Hadriano facta est, eius vibis euersione: ex quo, post cos qui ex circuncisione ibi fuerunt, episcopos, Marcum primum ex gentibus regendæ ecclesiæ præfectum elle, antea diximus. Cui Cassianus, sicuti successiones eius ecclesiæ tradunt, est suffe-Aus. Huic autem Publius, Publio Maximus, Maximo + Iulianus . cui ordine successerunt : Caius, Symmachus, Caius alter, Iulianus item alter, Capito, Valens, Dolichianus, & ab Apostolo- F rum successione trigesimus Narcissus. Cæsareæ porrò Palestinæ episcopale munus tum habuit Theophilus.In Græcia autem, Corynthi Bacchylus episcopus fuit, Ephesi verò Policrates, & alibi alij, vt par erat, quamplurimi, Commodo, ac deinde Seuero Romanű imperium administrantibus. De iis nunc satis.

M. Anto-พเทมี 19 สทnu imperasse scribit En ſeb.l·b 5.c.9 Episcops Ro manı. Eujeh.lib.5. cap viti. r lexandri ni. Antioche-

Hierofolybe werû ewer-(a ex gentibus lecti. Euseb.ub.5. cap.12.

Aly In

Epifcopu Item Ephe

\* In persequatione sub Seuero, Narcissus episcopus Elieroso-affertur causa. Aly autores in hoc catalogo Symmachum & Caium alterum non recensent . Eáque ratione Narcissus , quum Caisem atterum non recurjeus a sangen recorne de condesseus e folistudine renerseus Episcopatum recepit, à Marco quindesseus, ab Apostolu trigesseus sucrite Hierosolymu episcopus.

k ij CAPPT XX.

Ærelibus autem, quas diximus, diuinoru, quos retulimus, viro-rum virtute & doctrina prorsus cuulsis,zizaniorū sator alias insuper seminare no cessauir. Sed & priorum illarű multi adhuc

restabant surculi, puræ agrorū Christi sationi offi

Artemid Florinu, 🖝

a Primi ha-

refum auto

Montana beretici in

Phrygia.

Marcian.

Blastu.

res.

b Victor Ro. epifcopus, Ar Tbeodotů re Parum Labyrinchme. c Montanii Apollinario impognauit, 🕳 alÿ.

d Proclum e Marcionis Sectam Rho Florinum & Blaftum Ire

cientes, multe etiam derepente tum primum initium sumétes producebatur . Omnes tamé à Simone & Saturnino, atque ab absurda & importu na scientia Cerinthi ortű traxerunt. Artemon & Montanus tum primum pullulabant, & tang ferpentes rubetæ interitum spirantes, venenatorum reptilium more, per Phrygia in Asia prouolueban tur. Marcionis auté secta dissecta atq; divisa erat. Quidam etiam Romæ vigebant, vr Florinus & Blastus, qui & ipsi nouas opiniones de vero veritatis Verbo induxerunt. Et Florinus quidem, g in petitione presbyterij repulsam tulerat:Blastus au tem, no ob dissimilem quoque causam. Quilibet verò corum officina seorsim cotra veram pietate instituta, permultos ex ecclesia in errorem suum pertraxit. Sed enim contra Artemonem, eiúsque successorem Theodotum Byzantium coriarium, qui illius errorem multum prouexit, beatus b Victor depugnauit. Redarguit quoque importunitatem eoru liber, qui paruus Labyrinthus dicitur, quem nonnulli ab Origene compositum esse autumant: sed eos stylus & eloquutionis forma refellit <sup>c</sup>. Montano porrò tanquam inexpugnabile propugnaculú Deus obiecir Hierapolitanæ eccle six antistitem Apollinarem, virum eximium, qui ad diuinæ doctrinæ cognitionem profanas etiam disciplinas adiecerat. Aduersus hunc quod scripse runt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenæ ecclesiæ episcopus,& alij complures:sicuti & contra d Proclum, eiusdem hæreseos antesignanum, Caius, quem antea quoque nominauimus . Marcionis autem opinioni, eiusque diuisioni, sapientissimus restitit Rhodon. Ad Florinum aute, &Blastum, qui Rome schismatis & dissidij duces fuere, sepe nobis nominatus Ireneus cohortationes scripsit: vt nuncio vanis atq; inanibus sermonibus & cocertationibus remisso, Apostolicis inhærerét traditionibus. Enimuerò rectè me facturum esse puto, si perniciosorum eorum hominu illegitima & adulterina dogmata exposuero, & quantum licebit eis præclaros illos viros oppofuero, qui validis atque invictis divinorum oracu lorum argumentis, superfluas & inutiles illorum nugas & deliramenta fortiter confutarunt.

· C APVT XXI.

Harefis 😝 Artenonie



Rtemon igitur, qui & Artemasdi ctus est, eadem quæ nos, de Deo vniuer sitatis huius sensit, conditorem eum esse rerum omnium dicens. Dominum autem nostrű Ielum Christum asseruit merum

esse hominem, ex virgine natum, & virtute prophetis præstantiorem. Atque eadem hæc Apostolos quoque prædicasse asseuerauir, perperam exponens atque deprauans diuinarum literarum sensum. Successores autem eorum divinitatem D tribuisse Christo, quum antea Deus non fuerit, dixir. Coriarius verò quidam Byzantius Theodotus nomine, discipulus eius, alterius secaz prin ceps extitit, & multo adhuc peiora est commenrus. Præclaram autem rem le facere existimauit, quòd autoritatem diuinitus inspiratis literis abrogauit, & eas quas ipsemet recepit, corrupit. His Victor episcopus Romanus, veluti doctrinam fidei adulterantibus generose restitit, coriariúmque ab Ecclesia proscripsit. Qui paruum Labyrinthum composuit scriptor, hos redarguit, asserentes se eiusmodi doctrinam ab Apostolis & successoribus corum accepisse, veritatémque vsque ad Victoris tempora, qui decimus tertius à Petro Romanz vrbis episcopus fuit, obtinuisse, & à successore eius Zephyrino corruptam fuisse. Verba eius sic habent. Et fortasse id quod illi docebant, verisimile fuisset, nisi eis refragarentur primum diuinæ scripturæ, deinde frattum quorundam Victoris tempore presbyterorum libri, quos illi & ad gentes & aduersus hæreses 🧝 pro veritate scripserunt: Iustini inquam & Mil-E tiadis, Tatiani, Clementis, & aliorum compluriu, 🖫 in quibus omnibus divinitas Christo tribuitur. nam Irenæi, Melitonis, & reliquorum, quis ignorat scripta Christum Deum eundémque hominem deprædicare?Psalmi etiam & carmina quæcuque iam inde à principio à fidelibus sunt copo sita, Verbu dei Christum laudibus celebratia deitatem ei tribuunt. Quomodo igitur ecclesiastico dogmate à tot annis depredicato defendi potest, víque ad Victoris tépora doctrinam hanc, ve ipsi dicut, in ecclesiis obtinuisse? Quomodo etia non erubescunt, hæc contra Victorem ementientes? quum certò sciant, Theodotú coriarium, qui post " Artemoné, pater & princeps huius divinitaté ne-" gantis defectionis fuir, & Christum primus puru hominem esse dixit, à Victore esse à comunione " repulsum? Si enim Victor eade quæ illi sensisset, (sicuti illorum docet blasphemia) quomodo is Theodotum heresis eius inventore reiecisset? Ad " hæc,illa adiicit: Scripturas quidé sacras absque ti more & pudore omni adulterarut, antiquos fidei canones abrogarunt, Christu ignorarunt. Nec illi <u>quid divinæ literæ dicāt quærunt, sed Euclidē for</u> tasse & Galenű adorant. Et paulo pòst: Propter eá causam scilicet divinis literis manusiniecerunt,emendare le & castigare eas dicentes: & subdola improbitate simplicé sacrarum scripturaru vim & sententia deprauarunt, sapientiores seipso spiritu sancto iactantes. Memoriæ etia prodidit, non vno consensu hoc eos fecisse. Aliter enim Theo » dotum, aliter Asclepiodotum, aliter quoque Her mophilum, Apollonide rursum aliter scripsisse. Quemlibet etiam illoru castigationem propriorum scriptosum edidisse : ídque variantiú & dissidentium inter se exemplarium discordantiam indicare. Quosdam etiam istorum refert, non deprauasse scripturas: sed lege & prophetis pror fus abnegatis & abolitis, per iniquam & impiam planè doctrinam, sub + gratiz obtentu, ad ex-tremum perditionis delapsos. Idem scriptor, qui librum eum aduersus illos edidit, de eis quiddam etiam commemorat, quod huic operi inserere est visum. Natalem enim quendam ex ge-

Theodote By záty Sutoru.

Adver [u bos ex pa Labyrinthe refutatio.

Heretia ifii [mcce][ores A pojtolorus nama Chri tribwiffe, & postolicas depravasse,nugati funt.

+ magdel x4r170°. Theodoti isti Natali, egregio Chrifti confessori, gnate perfu ferunt, vt et praesis.



† xal'lxdsm Niceph. 41-עומות לטעם eia, boc ist, menstrues. Euseb.lib.5. cap.vlsi.

Natalis ĭ ∫ŏ un es de cau sa rapulat, o à Chrifto semel at 9; nerii ad panitčtiam inait4tur,

† 78 àvriTel- B vip Sig. Insigne resipiscetia eine exemplum. triakstowy.

A nerosis & intrepidis cofessoribus vnum, dicit ab Asclepiodoto, & Theodoto alio quodá argentario, qui Theodori illius, post Artemoné secte eius ducis, discipuli suere, deceptum persuasumq; esse, vr mercede condica, (factú id propter confessionis cius laudem & celebritatem) sodalitati coru præesser, eósq; illi cétum & quinquaginta + denarios diurnos daturos pollicitos esse. Itaq; quum in eoru hæresi esset, in somnis ei aliquoties Christus, verus animarum medicus assistés, vt se à tali errore & seductione alienaret, hominem est co hortatus. Minimè enim illum, p passionum suaru testis & martyr fuisset, ab ecclesia segregatu perire voluir.Illo quoque adiecto, nó illum pro istorum opinionibus, sed pro Euagelicis dogmatibus, strenuè decertasse. Minus tamen ille visioni obse quutus est, honore eo, quem se, q, deceptis atque seductis hominibus præirer, habere credidir, captus: & fortasse lucri quoq; splendore, vt homo, inescatus.Itaq; noctu rursus ei Saluator insistens, graves per Angelos flagris intulit plagas. Tú demum ille experientia edoctus, quantu malu sit, + se Deo opponere: sacco sumpto, & cinere cosper sus,g celerrimè cum ipso diluculo ad ecclesiá con fugit, & ad Zephyrini ecclesiæ Romanæ præsidis pedes prouolutus, orationem atque deprecationem pro se ad Deum generis humani amatorem fieri rogauit: publicè in media plebe vibices, quas acceperat, plagarum ostentans. Eum verò ita eiulantem & quiritantem miseratus ille, manu porrecta ad ponitentiam facile quidem recepit, ægrè tamen ad communionem admisit.

CAPPT XXII.

HerefuMö tani Cataphrygas.

Prifeille & propheti∬æ.

¥ ८०×असारळेड Montani di ninatio.

Herelis eius

Montani na Solutio.

gantia cupiditatéque primatus trasucrim actus (ò absurda & importuna blasphe

Ontanus auté, vico quodam cui

nomen est Ardaba ortus, hære-

sim quæ dicitur Cataphrygas ī-

uenit:& ambitione honoris at-

que dignitatis percitus,& arro-

miam) Paracletu se & diuinum spiritum nominauit. Mulierculas duas, coniuges suas, Priscillam & Maximilla, prophetissas suas vocauit, earúmq; scri pra ppheticos libros esse dixit. Maligno auté spiritu plenus, sicuti & duç illæ mulieres, noua quçdam & infolentia dicere cœpit : infania apertè,& dæmonű intemperiis actus. Cæterum vt adulterinus ille spiritus fidé sibi pararet, quædá p illos, 🖈 coiecturis ductus, prædicebat & diuinabat, seducens plerosque, & à recta via auertés promissionúmq; tuméti magnitudine inflans: beatolq; eos pronuncians, qui de se quauis absurde, magnifice tamé sentirent. Non admodum tamen multis ex Phrygibus fuere, qui ab eo erant seducti. Vniuersalem porrò & quæ sub cœlo est ecclesiá omné, omni pudore abiecto, impudentissimus ille dæmon caluniis proscindere non cessauit. Ea hæresi passim vulgata, qui in Asia fuere fideles, sæpe mul tis in locis regionis eius conuentus egere, recens exorta peregrinamo; inquirentes doctrina: & tan dem secta cam, vt impiam & execranda damnatam, è Catholica ecclessa eiecerunt, atque à comu nione propulerunt. Idé Montanus nouoruquoq; ieiunioru, præter ecclesiæ cosuetudiné, autor fuit:

& de soluendis dirimendisq; conjugiis legé tulit. D De divina auté Trinitate, & mundi creatione eadem nobiscu docuit. Nonnulli tamen ex sectatoribus eius postea, tres divinitatis subsistentias vnú esse sunt opinati:eundé esse patrem, & filiu, & spi ritú sanctū, dicentes. vnde etiam Sabelliū ex Libya, principia herelis sux sumpsisse ferunt. Porrò qui Montani disciplină secuti sunt, Motanistæ ab co dicuntur. Vocatur quoq, Cataphrygas, seu secundu Phryges hæresis, ab ipsa gente scilicer. Appellantur etiá Pepuziani, à vico quodá, quem ille Hierusalem vocare solitus erat. Priscillæ verò & Maximillæ prophetiam, fide & veneratione facto sancto præferunt Euangelio. De quibusdam sanc corum mysteriis nonnulli non pauca vulgarunt, quæ illi non agnoscunt, sycophanticè ea aduersus le excogitata elle affirmantes.

CAPVT XXIII.

V culenter fanè, id quod antea re tulimus, cotra hanc lectam lcriplit Apollinaris Hierapolita, qui E Ratim in pricipio scripture suz,

le aduersus cam argumétis quopto depugnasse ostendit. Librum autem eum ad Abercium quédam scripsit, talé exorsus prefationem: Charissime Aberci Marcelle, Mandato à te, vt aliquid aduersus Alcibiadis, fortasse aut dicédu, Montani hæresim, coponerem, aliquandiu delibe rabundus & hæsitans me continui: no equidem, o minus mendaciú redarguere, veritatiq; patrocinari possem: sed & veritus sim & cauerim, ne cui viderer scripto & lucubratione mea aliquid ad Euangelij & noui testaméti libros addere: quibus certé, qui sibi ex præscripto Euangelij vitam degendam constituit, neque adiicit, neque adimit quicquam. Quum auté nuper Ancyram Galatiæ, & in ecclesiam eius loci, quæ nouæ istius, non vt ipli dicunt, Prophetiz, sed potius, vti ostendetur, F pseudoprophetiæ nomine est decatata, venissem, pro virili mea, Domini gratia suppeditante, de eis iplis,& quæ ab eis obiicebantur omnibus,diebus pluribus ecclesia, omnia disputas disserui. Quod quidé, aduerlariis repugnantibus, ecclesiæ pergra tum accidir. Ostédit preterea, quod rogatu quorundam, dialogum & disputationem tum ibi habitam in scriptum retulerit, Zotici cuiusda Ostre ni presbyteri métionem faciens. Deinde post bre " uem digressionem, res Montani, qui fuerit, vnde " prodierit, & quæ delirans nugatus lit, exponit: ad 💂 eum ferè modum, sicuti nos de co paulo an-" tè scripsimus. Atq; hæc quidem, fraude seductionémq; eius arguens, in primo libro disserit. In sea " cundo autem, de obitu eius ita refert. Quadoqui- " dem verò + propheticidas nos vocant, quòd im " mensas prophetiarum eorum ambages non recipimus(eos le nang; iactant elle,quos populo mil suru le Dominus promisit) respodeant nobis, per immortale Deum: Estne quispiam, ô viri boni, ex " omnibus iis qui à Montano, ei úlque vxoribus, p- " uenientes docere coperut, qui persequutionem à Iudzis passus,& à legis transgressoribus occisus " sit? Sed neg; quist coru coprehensus, aut p lege , ipla crucifix<sup>9</sup>,neq; in Iudzorū lynagogis flagellis "

Sabelly Libycs harefis ortes.

Veteres timi de verecude. o piè de rebus dininis scripserunt.

Apollinaris

Montanilta

TH refutator.

Zeik" Oftre Bupresbyter Apamen", ximilla cohi bere sunt ag gressi. Euseb. lib. 5.ca.16. arcom TopevInterit<sup>9</sup> Mö A tani, Maxi mille, & Theodoti.

Marimille

pphesiafalfa

Montanific R

plures se mas

tyres habere

iathitarunt.

Catholici

SPART YES COD iungi cũ ba-

reticu marty

ribus noluere

\* σερ: σύμε

via pare-

ph. àzi siµs

vias, Eufeb.

lib.5. ca.16.

phoess. Nice- >>

cæsus est. Alia auté morté obiisse Motanus & Ma ximilla dicuntur. A spiritu nanque vesano vtero; agitatus, leiplum seorsim suspendit, eóque modo ad instar Iudæ proditoris vicam finiit. Sicuti etia primus prophetiarum eorum defensor, admirandus ille Theodotus, quum se seductionis spiritui commendasset, potestatique eius permisisset, ia-Catus, atque sublatus in colum, ac rursum delapsus pessimè periit. In eodem libro astruit, diuinos quosdam viros periculum fecisse, vt Maximillæ spiritum malignum redarguerent, vanitatisque convincerent : sed ab aliis impeditos esse, qui damoni ei subseruierunt. Progrediens deinceps, ex ipso tempore prophetias eiusdem falsas fuisse ostendit. Tredecimum, dicens, præteriisse annum, nibilque earum rerum quæ ip sa diuinaue rat, accidisse. Neque enim vel in vniuerso orbe, vel in regione aliqua bellum fuit: sed & Christianis ex milericordia & gratia Dei, pax & tranquillitas data. In tertio porrò libro, gloriantes eos, quòd plures apud se sint martyres, idque certum esse indicium prophetici, sicuti ab eis dicitur, spiritus refellit. Hoc verò ipsum longè omnium, inquit, est falsisimum. Siquidem & aliarum hæresûm nonnullæ quamplurimos habent martyres, non ideo tamen pedibus in illorum imus senten tiam. Ac primi statim à Marcionis sectà Marcionistæ dicti, plurimos habere martyres feruntur: veruntamen Christum ipsum, iuxta veritaté non profitentur. Et paulo post: Proinde quum Christiani ex ecclesia, ad martyrium & professionem veræ fidei & pietatis, vnà cum eis martyribus qui Phrygum hærelis dicti sunt, vocatur, seorsim, nec assentientes eis, neque com eis communicantes, moriutur, propterea quòd nolint in Montani mu liercularumque eius spiritus sentériam concedere. Id autem verum esse, quod nostro quoq; xuo Apamææ,quæ ad Meandrum fluuium lita est, accidit, exemplum declarat, in Caio & Alexandro ab Eumenia martyribus, qui de recta fidei senten-

P seudopropheta, qui neq; timore neq; tremore ducitur iu costerua. se animi finistra, à non roluntaria incipit inscitia, & in relantariam definit anima infaniam. Eufeb.lib.5.cap.17.

tia & opinione decertarunt.

CAPFT XXIIII.

Eoseb lib.s. cap.17. **Propheta in** esftasi non di ninät, inxta Miltiade Prophet a no ni testameti.



Dem scriptum Militadis scriptoris quoque meminir, qui & iple cotra eandem hærelim docté scripserit, dicta quædam eius ad hunc propè modű citans.Hæc quum in comen tario quodam Miltiadis fratrîs, in

quo asserit & probat, prophetas non in ecstasi & consternatione loqui oportere, inuenissem, in epitomen & copendium redegi. Progrediens deinde oratione sua, noui testaméti prophetas enumerat, in quibus etiá Ammiam quandá, & Quadratum recenset. Talem autem propheta ex omnibus eis qui vel in veteri, vel in nouo testamento, + spiritu sunt acti, nullu indicare poterut: neque vel Agabú, vel Iudam, vel Silam, neq; etiam Philippi filias, aut \* Philadelphensem Ammiam, aut Quadratum, aut quosdam alios quicqua ad se ptinere gloriabutur. Paulo post deinde: Ac siquidem post Quadratum & Ammiam, sicuti iacti- D tant, Montani mulieres donum propheticu acceperunt, quínam alij post Montanum & eiusvxores per successioné id acceperint, ostédant. Oportere enim charisma prophetică in omni ecclesia esse, vsque ad supremu Christi aduérum, Apostolus arbitratus est. Sed quem nobis indicent, nó ha bent. Decimus quartus nanque iam agitur annus, ex quo Maximilla mortua est. Hæc quidem is scri ptor.Miltiades auté iste, alia etiam nobis studij di ligentizq; suz de rebus sacris reliquit monumen ta.Vnum siquidem librum ad Græcos, alterú verò ad Iudzos perquam eruditè composuit: sed & tertium scripsit ad principes, defensionem pro ca » quam complexus est philosophia instituens.

CAPVT XXV.

Erùm enimuerò & Apollonius, » criptor ecclesiasticus, orationi- » bus editis herelim Cataping, bus editis herelim Cataping, bus editis herelim Cataping, bus tum vigentem oppugnauit, quú sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias eorum prophetias ad ver- sa fallas eorum prophetias eorum e bum refellens, tum vitam & mo E

res autoru eius erroris traducens his, quæ sequun " contra Alus tur, verbis. Hic ille est, qui matrimonia dirimere » docuit: hic, qui ieiunia legibus latis sanxit: hic, qui " Pepuzam & Tymium, parua Phrygiæ oppida, vbi " quos vndequaque ad se pertraxisset homines con " trahere & congregare voluit, Hierusale nomina- " uit:hic,qui æruscatores &pecuniarum exactores "

instituit: qui sub prætextu & nomine oblationis, " auaritiæ sordes & munerű emű&iones,arte qua- " dam inuenit: qui salaria verbum eius prædicanti- " bus numerauit, vr per ventris cura doctrina eius " inualesceret atq; cofirmaretur. Atq; hæcde Mon " tano. deinceps, quæ etiam de prophetissis eius di " Omatur mi cat, audi. Ostédimus igitur has ipsas primarias p- " phetissas, ex quo spiritu sunt replete, à viris suis p . , prophasse fugisse. qui ergo fit, ve tam impudéter Priscá vir- " ginem appellantes, métiantur? Deinde hæc quo- " que addit. Non tibi videtur scriptura omnis pro- " hibere, ne pphetæ munera & pecunias accipiat? F Quum itaq; egregiam ista prophetissam auru, argentum, & vestem pretiosam accipere viderim, quomodo eá non detester & abominer?Et paulo pòst, de quibusdam confessoribus coru hæc dicit. Præterea Theomison inexplebilis auariciæ vir, qui φ \* professionis sigillum perferre no potuir, magna pecuniæ vi vincula sua redemit: quo ille nomine, quu summissius se gerere deberet, gloriosius pro martyre venditauir. Ausus is etiam est ad imitationé Apostoli, Catholica ad vniuer socó scribere epistolá: in qua, si diis placet, eos docet q melius q ipse de fide sunt persuasi: & vaniloquen tiæ verba defendit, simúlque blasphema & impia in Dominű & Apostolos sanctámo; ecclesiá verba effundit. Sub hæc quendam apud eos marty rem Alexandrum redarguit, qui vt prædo captus, & \* domini appellatione solutus atq; dimissus, familiariter eildem in ædibus cûm prophetilla vi

xit,eíque pecuniam ingétem quæssiuit. Cuius, in-

quit, prędas & latrocinia, aliaque audacia facino-

ra, proprer quæ est excruciatus, non opus est nos

commemorare, quum ea in acta publica relata 🖈,

Curia habeat. Itaque istorum quis cui noxam re-

Miliad. feripea. Apologia conjecto pro Christian

Theomison Montani | falio se cestifi fore Christi eactitaus. \* δμολογίες oumier, be est,martyrii Simulator (V Alexader.

\* +8 18910 Let KAio L

افتحد ل \* δομΦ.

† Tãr # 110\_ µатефери. oir Jup. ARTLAGICAL miet.

Setabion . Ansioche-

† Ewfeb.Ca

vicio habet,

lib.5. ca.19.

Item Ponti-

cŭ. Alij 🗠

tiam Cari-

www habes,

Sotas exer-

cista.

A mitteret? vtrum prophetissa martyri latrocinia, an martyr prophetissæ auariciæ lucra? Rursum de prophetis, quoru nomine ipsi sibi gloriantes placent, hæc infert. Quòd si negant prophetas suos munera capere, illud confiteantur, si convicti fuerint eos dona recepisse, non esse prophetas: & innumerabilibus id exemplis probabimas. Pernecessarium autem est, omnes prophetæ fructus explorare & excutere. Dic rogo mihi, num propheta cerussa fucatur? propheta stibio linitur? propheta formam excolit? propheta tabulis & talis ludit ? propheta fænerat,& lucro studet? Ad hæc idem Apollonius in opere suo illud indicat, quòd quadragesimo post anno scriptum id condiderit, ex quo Montanus assimulată & dæmoniacă prophetiam instituit. Memoriæ quoq; tradidit, Zoticum Ostrenum, cuius antea quoque métionem fecimus, quum iam Maximilla prophetare apud Pepuzam cœpisser,dæmonium id conuincere instituisse: prohibitum tamen ab eis esse, qui sectæ illius addicti fuere. Meminit quoque Thraseæ cuiusdam martyris. Præterea ex veterum traditione se accepisse scripsit, Christum Apostolis præcepisse, vt ne ante duodecimum annum Hierosolymis discederent. Vtitur quoq; in multis locis testimoniis ex Apocalypsi Ioannis petitis, quem etiam mortuum exuscitasse Ephesi dicit. Scribit insuper alia quædam, fraudem & errorem eiusmodi hæresis explanans.

CAPFT XXFI.

Dem hic Apollonius, in omni gene-re doctrinæ & fapiétiæ clarus, Romæ martyrij perfecit curlum. Nam lub Commodo per vniuerlum orbé pax Commodo per vniuerium orbe pax

& tranquillitas religioni nostræ data est,& salutiferum verbum omnem animam ex omni genere hominum ad verum Dei cultu perduxit : & Romæ totæ omus & familiæ simul ad sidem sinceram peruenerunt. Quomodo autem id ferret is, qui pulchris sancisque rebus semper insidiatur? Quapropter quum multa alia contra nos fraudulenter excogitauit, tum scelestum quendam, ad suam ipsius fraudem propensum instigauit, vt Apollonium ad tribunal protraheret, accusationeque cótra eum institueret. Is porrò delator, quòd non legitime actionem intédisset, Perennio sententiam ferente, cruribus eius fractis, debitas luit pœnas : ex cosuetudine quada, quæ cotra eos Romæ inualuit, qui restales ad iudices deferrent.b Ipse autem martyr, quum in Senatu Romano,iudice ita statuente, rationem professionis sidei suæ oratione luculenta reddidisset, de sententia Senatus \* capitali affectus supplicio, è vita migrauito Quiverò certius accuratiusque res eius cognoscere velit, eum ad martyrium eius, quod in literas relatum est, reiicimus.

\* Es quòd lex Roma esset, non debere absolui hominem Christianum , qui pro tribunali causam dixisset , mis prepositum mu-

> CAPFT XXVII.



Criptorum verò quæ Aollinaris D contra hæresim Cataphrygas copo-suit, etiam Serapion, quem Antiochiæ ad Orontem Maximini in epi-scopatu successorem fuisse indicavi-

mus, meminit in epistola quadă + ad Cariconem & Pontium ita scribens: Vt verò intelligatis, quæ in toto orbe est fraternitatem, detestari efficacia ordinis & sedæ eius, quæ nouæprophetiæ dicitur, literas beatissimi Claudij Apollinaris Hierapolitani in Asia episcopi ad vos misi. In eadé Serapionis epistola & annotatiões, siue subscriptiones plurium episcoporum recensentur, quorum quidam ita fere manu fua ei fublcripfit : Aurelius Cyrenius martyr, opto vos valere. Quidam hoc modo: Ælius Publius Iulius, Debelti coloniæ Thraciæ episcopus: Viuit Deus, qui in cœlis est, quòd beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmonium Priscillæ eiicere voluit: sed hypocritæ id nó permisere. Er alij complures Episcopi calculo & sententia sua literas eas comprobantes, suis ipsorum manibus eis subscripserunt. Et Montani quidem atque Cataphrygas hæresis, sic se habuit,

CAPPT XXVIII,

Marcionis beresis.

Arcion autem Ponticus, cuius antea quoq, meminimus, Cerdonis impietatem adauxit, & quatuor lubstantias ingenitas verborum portentis confinxit. Ex quib.vnum quidem bonum,

eundemg; incognitum appellat, & Patrem Christi dicit : secundum verò iustum & conditorem, prauum tamen nominat. Præterea materia malam dicit : & ab alio malo perfectam atque abfolutam.Et conditorem malo superiorem, materiá accepisse,& condidisse omnia: & quidem ex purissimo quoq, cœlum & alia excolantem fecisse refert, ex crassiore autem parte paradisum, atque ex gleba eius Adam:cui ex propria substantia animam indiderit, vnde + perpetua illa pugna inter corpus & animam extet. Meliorem verò etiá serpentem creatore iplo fingit, iplumque adeò serpentem honore etiam prosequitur. Blasphemiis & impiis verbis inuehitur in Patriarchas & Pro- F phetas. Ex Euangeliis folum id quod secundum Lucam est, reiecta tamen Genealogia, recipit. Nouem tantum Apostoli epistolas probat, atque in iis resecat loca quam plurima. Vetus Testametum & Prophetas abiicit omnino, veluti ab alieno editos Deo. Christum phantasia tantu & specie hominem fuisse nugatur. Tollit etiam e vita resurrectionem.Idem, Caim & Sodomitas Salutem consequutos esse scribit, quòd ad Christú apud inferos accesserint. Abel autem, Enoch, Noë, Patriarchas, Prophetas, & reliquos iustos, quòd ad illum non venerint, apud inferos manere. Sed & alia quamplurima, contra Deum, per infaniã mentis elatrauit : quæ silentio comendanda duximus. Sectatores autem eius in multas divisi funt sectas. \* Apelles enim quidam, illius quatuor ingenitis, alium addidit igneum: & libro à se composito, Philumenæ prophetia, nomen indidit. Christo autem corpus tribuit non humanum, sed + ex eius qui apud ipsos est mundi substantia.

+ diapeti.

\* Igitur de calcaria, op dici folet , in carbonariã, à Marièone ad Apelle: hoc oft, à ma la praceptore ad eim discipolum. Tertullianne.

Appelles Marcionile Tis 70 ZJád Tás sia ME DOING

k iiij

Digitized by Google

Zolicus Ofrenus exorcists.

Thrafeaman

Apostoli

post Ascess fti, 12. 48 пи Hierosolymis manfere. loannes apo folus mor tuğ refuscipollovina Rome martyrio defionchu jub Co

nomen fuit: Hierony.de C riris illust. gui Apolloniam Senatorë vrbis Rom. fui∬e scribie. Perennius prefect" mul tos nobilina interfecit. Läprid. He rodian. b Supplicité delatorum : quod reinã

apud nostros

etia princi-

pes serware-

a Secudibuia

CAPVT XXIX.

Rhodon adwerfus Mar cionistas.

ἀσυς έτο γνώ μας άντιποι – όμινοι,

Philomena Pythonissa Apellus Apellus se-Eta & opino.

† Euschlib.

5.cap.13.kh

5.cap.13.kh

5.cap.13.kh

6.cap.13.kh

6.cap.13.

Ontra hos, eorúmque varias lectas, Rhodon Alianus genere, Tatiani, de quo antea dictum est auditor, librum copoluit: quùm impietatem eorum refelles, tum autores eorum dissectionis accu

ratè recensens.Propterea, inquit, discordes inter se sunt, quòd sententiam + que consistere atque extare nequaquam potest, tuentur atque defendunt. Ex cohorte enim eorum progressus Apelles vita ipla & senio venerationem quandam consecutus, vnum principium profitetur: Prophetias au tem ab aduersario prouenire spiritu dicit, diciis atque responsis virginis à dæmonio agitatæ, cui nomen Philumena fuit, persuasus. Alij autem, sicut & ipse Marcion , duo principia inducunt : ex quibus sunt Potimus & Basiliscus: Ponticum illu Lupum secuti, qui nudis verbis, ac sine omni demonstratione atque probatione, duo principia có stituit: Synerus verò tria posuit. Scribit itide Rhodon, le cum Apelle congressum atque colloquutú esse. Apellem namque prouecta iam ztate, quum se Catholicis Christianis immiscuisset, multa perperam dixisse. Atque etiam asseruisse, omnes homines in crucifixum+credentes saluos fieri, si modò bonis operibus explorati probatique sint. Deinde omnem eius opinionem recensens:ita infert. Quum autem ei dicerem, Vnde hanc habes demonstrationem seu finitionem? aut quomodo vnum principium esse asserere potes? Dic nobis. Tum ille:Prophetiæ,inquit,quæ nihil prorfus verè dicant, seipsas refellunt : quippe dissidentes inter se, fallæ,&sibi ipsis aduersæ.Quomodo autem vnum sit principium, nescire se, ac tantummodo sic moueri & adduci, dixit. Deinceps iuramento eum, ve verum diceret, adegi. Et ille iuratus, vera se dicere, inquit: ignorare auté, quo modo sit vnus ingenitus Deus:sed tamen se ita credere. Itaq; eŭ risi,& reieci, quòd pro doctore se gererer, & do-Arinam suam confirmare & defendere non pos-C ser. Rhodon iste, in libro quem ad Callistionem scripsit, Romæ Tatiani se discipulum suisse significat. A quo opus editum esse commemorat, in quo tectos & obscuros diuinarum literaru locos se illustraturum expositurumque pollicitus sit. Ipséque Rhodon, proprio quodam scripto, se problematum & propositionum illius solutiones explanaturum promittir. Ferütur etiam varij eius libri in Hexaemeron. Apelles autem, quem diximus, multa etiam contra Mosaicam legem composuit, plurimum studij ad eam euertendam collocans. Hæc Rhodon aduerfus diuisionem Marcionis opinionis conscripsit.

CAPFT XXX.



Æterum aduersus Florinum & Blastum, Rome rei ecclesiastica hostes iudicatos, qui casu quodam à petitione presbyterij excidentes, zelotypia quadă & emulandi studio, Marcionis errori inuoluti, & ecclesiastica

cas sanctiones deprauare conati sunt, Irenæus ad-

huc superstes duas scripsit epistolas: & alteram ad D Blastum, de schismate & dissidio:alteram ad Florinum, de Monarchia, sue Deum non esse autoré malorum, inscripsit, quòd is propugnator eius erroris fuisse sit visus. Qui deinde propter varianté fententiæ instabilitatem, etiam in Valentini hære sim prottactus, causam Irenzo przbuit, vt is aliud componeret opus, cuius titulus est, de Ogdoade seu octonario: in quo opere se primam apostolorum successionem attigisse ostendit. Ad finem ve rò eius libri, annotationem sanè quam scitam adiecit, quam hoc loco referre non intempestiuum esse indicani. Verba eius hæc sunt. Adiuro te, qui hunc librum descripsisti, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per gloriosum aduetum eius, quo venturus est iudicare viuos & mortuos, yt co feras quod transcripsisti, & castiges ad exemplar vnde descripsisti, accurate: & iuramentum hoc, vt itidem describas, & exemplo tuo apponas. Non ociose sanè hoc sic adiecimus, vt scilicet exemplu propositum habeamus, qua cura & prouidentia facri illi & boni viri cauerint, ne veterum scripta deprauatentur. In epistola verò ad Florinum con-E uersationis suæ cum Polycarpo meminit, ad hunc scribens modum. Hæc dogmata, Florine, vt parcè & modestè dicam,nő sunt sanz sententiz.Hzc dogmata dissona & diuersa sunt ab ecclesia, quæ eis obsequentes in maximam coniiciunt impieta tem.Hæc dogmata,ne illi quidem, qui ab ecclesia sunt exclusi heretici, vnqua promulgare sunt ausi. Hæc dogmata, qui ante nos fuere, quí que cu Apostolis conversati sunt presbyteri, tibi non tradidere.Vidi enim te, quu puer adhuc in inferiore Asia apud Polycarpum estem, splendidum habere locu in Imperiali aula, & famam laudémque apud eu aucupantem. Melius namque eas res, quam quæ proxime acciderunt, memoria teneo: + quod res quas à pueris didicimus, cum anima coalescentes, eidem prorsus vniuntur.Itaque dicere possum lo cum in quo cossidens beatus Polycarpus disseruit. progressus quoque & ingressus eius, vite modum, & corporis formam:orationes etiam quas ad mul titudinem habuit: præterea familiarem consuetudinem, sicuti ipse narrauit, quæ ei cum Ioanne & reliquis qui Dominum oculis suis videre, interces F sit:quomodo etiam dicta eorum, & item Domini ipsius, quæ illi ex eo audierant, recitarit: item, quæ de virtutibus & doctrinis eius dixerit: vt denique Polycarpus omnia à spectatoribus ipsis viræ Verbi accepta, & scripturis consonantia memoriter referre solitus sit. Hæc tum per eam quæ mihi cocessa est Dei misericordiam, diligenter & studiose audiui, memoriæ mandans, non in charta, sed in corde meo: quæ etiamnum semper per gratiam Dei sincerè in intimo verso atq, reuoluo animo. Et prosecto affirmare & testari possum in conspe Au Dei, quòd si quid tale audiuisset beatus ille & Apostolicus presbyter, exclamans, & aures obturans, frequentiúlque vlurpatum illud libi verbum vociferans, dixisset: O bone Deus, in quæ tempora me conseruasti, vt hæc sustineam? ex eo etiam profugisset loco, vbi vel sedens, vel stans huiusmo di audiuisset sermonem. Sed & ex epistolis eius quas vel ad vicinas ecclesias, eas confirmans, vel ad fratres quosdam, eos instruens & docens, dedit, puritas doctrinæ eius colligi potest.

Irenai ad Florinii & Blastum scri pta.

Cantio Irenai ne feripsa eius à no sariu depranareniur.

Irenam anditor Polycarps at the landow pa chades, such good to the the landow the the landow the the landow the

Antiquitiùs fancli m vi hareticorii impias roces audire non sustinaeriit.



A Hæc de iis qui Romæ ecclesiam oppugnarunt, ab ca segregati.

CAPYT XXXI.

† i τίρτε τῆς φώμας lziecez@•.

Hippolyti Portuenfis epifcopi feripta

Hippolytus in visiones Davielis Co saipsu, 🛷 in Properbia Solomo mir.Suid. tleinkfipa. \* Huius passione hym no prolixiore prosequutus est Pruden-Paulaum Theologica Schola Ale « andrine prefectus.

Emporibus Seueri Hippolytus etiam+Portuensis episcopus, slo ruit. qui quum alia plurima scripta prudenter & docte edidit, tu de Paschate librum composuit, in quo descriptione temporum

& veluti Fastorum inita,& Canone annorum sedecim de Paschate proposito, rationem temporú víque ad primum annum Alexandri deducit. Catalogus librorum eius sic habet. Liber in Hexaemeron: & alter post Hexaemeron, refutatorius co tra Marcionem:in Canticum canticorum, in partes Ezechielis, de Paschate, Opus contra hæreses omnes longè vtilissimum, de aduentu Antichristi, de resurrectione, & alia plurima:inZachariam, de Psalmis, in Esaiam, in Danielem, de Apocalypsi, de Prouerbiis, de Saul & Pythone: de laudibus Domini nostri Iesu Christi, in quibus cum Orige ne colloquitur. Quædam porrò scripta eius quum +reprehensione nó careant, martyrio postea pro Christi nomine absoluto, ignorantiæ eius maculam detriuit atque deterfit. Vnde Origenem aiunt initium commentariorum in facras scripturas scri bendorum sumpsisse.Hzcde \* Hippolyto.

C APVT XXXII.



Antænus etiam sapientia clarus, sub Commodo, divinæ apud Alexandriam præfuit scholæ, iam inde ab antiquo sacrarum ibi literarum studio slorenti: quod sa mè ad multa etiam duravit tem-

pora, multis inter se in omni genere disciplinatu æmulatione concertantibus. Inter veteres illos Pantænum hunc in primis celebrem fuisse ferut, qui scilicet ex Stoicorum philosophorum familia ad nostram transierit professionem. Tam studiosus autem propagandi diuini verbi fuir, vt Christu etiam Orientalib. populis prædicauerit, & ad Indos vsque peruenerit. Permulti sanc eo tempore extiterunt viri generosis prorsus animis, qui cum magna laude diuino & Euangelico semini vbique terrarum serendo & amplificando incubuerunt. In quibus & hic noster fuit, qui tam longam arq; difficilem profectionem non detrectauit. Refert is,apud quosdam fideles Matthæi Euangelium ibi inuentum esse, à Bartholomæo Hebraico sermo. ne expositum: quod in multa tempora formas literarum eius, qui id primum scripsit, illæsas conferuarit. Hic multis præclare ad finem víque vitæ actis illustris, sacræ Alexandrinæ scholæ præiit, simúlque & viua voce & doctis commentariis diuinorum dogmatum scripturas explicuit.

CAPYT XXXIII.



Odem temporum curriculo & Clemens presbyter, qui sponariòs seu Có textor cognominatus est, Alexadriæ eidem studio cum Patæno incubuit, eundémque cursum & viuendi insti

tuto & docendi consuetudine tenuit. Patrem cer D tè librorum suorum, in Dispositionibus quas vocat, suis, Pantænum memorat. Et in primo libro spomario, feu contextorum, obscure hunc mihi designare videtur, quum præclaros Apostolorum successores enumerat, sic scribens: Libri porrò qui à me scribuntur, non sunt ad ostentationem instituti, sed monumenta memoriæ gratia ad senectutem composita, vt sint obligionis remediu, simulacrúmque euidens,& adumbratio dilucidæ & viuidæ illius doctrinæ, quam dignatione Dei audiui & didici à beatis illis & præstantibus viris: quoru quidem alius in Græcia Ionicus fuit, alius autem in magna Græcia, alius rurfum in Cœlefyria, tu verò in Ægypto, alius alij porrò in Oriente. Ibíque alius in Assyria, alius in Palæstina Iudæus à maioribus suis. In vltimum deinde incidi,qui reliquorum omnium vi atque virtuteprin ceps fuit in Ægypto: atque ibi, quæ antea latucrat repertis, alia inquirere desiit. Illi siquidem veritaté diuinæ doctrinæ conseruarunt,& traditionem sta tim à Petro & Iacobo & Ioanne & Paulo, sanctis illis Apostolis,\* velut filij à patribus successione per manus acceperunt.eandémque+Deo ducéte, ad nos quoque transmiserunt, apud nos itidé maiorum suorum ipsorumque Apostolorum semina deponentes. Pantæno Clemens succedens schola rexit, quam etiam eo tépore Origenes adhuc puer frequentauit. In volumine Contextorum, primu librum víque ad Commodi obitum deducit, tanquam annales conscribens. Contextorum verò oto sunt libri: totidem, quos Dispositionum, seu informationum vocat, vbi magistri sui, sicuti di ជំបំ est, Pantæni mentionem facit, dictata quæda eius & traditiones recenfens. Scripsit quoque ad Grecos siue gentes librum exhortatorium, & tres alios libros, quos Pedagogos nominat. Alium item lectu dignum, & docte compositum, cuius titulus est.Qui diues saluus fiat.Præterea scriptum aliud, in quo de Paschate disserit. Item homilias de ieiunio, de obtrectatione. Rursum cohortationem ad patientiam. Alium quoque ad recés illuminatos. Insuper eum qui Ecclessasticus canó ab eo est inscriptus: & quem contra iudaizantes ad Alexandrum episcopum edidit. In Contextorum libris non solum pleraque ex diuinis literis sternit atque contexit, verumetiam si quid apud Grecos est scitu dignum, affert. Et simul Græcorú atq; barbarorum dogmata, nec non falso nominatæ scientiæ hæresiarcharum & philosophorum opiniones explicans, multiiugam omnis generis do-Arinæ exhibet institutionem. Quapropter ex varietate materie, meritò illi talem sortiti sunt inscri ptionem. Vtitur in eis testimoniis Ecclesiastici Sirach, nec non Barnabæ, & Clementis epistolæ. Mentionem etiam facit libri Tatiani ad Gracos, & Cassiani, qui & ipse annales temporumque rationes scripsit:sicuti etiam Philonis, & Aristobuli,& Iosephi,& Demetrij,& Eupolemi, Iudaicoru scriptorum. Ex quibus astruit & probat, Mosen antiquissimis quibusque Græcorum verustiorem esse. Omnes certe libri viri eius, eruditione & do-Arina vtili sunt referti. Indicat quoque in libro primo, se proxime ad Apostolorum successione accessisse, & simul commentarios se in Genesim relicturum pollicetur. In libro de Paschate, coactu

Praceptores Clementu.

\* raphforing
E tails raph ra
This la defaper tails
for tails
for tails
Clemens Phi
tani in schola Alexan
drina succesfor.
Scripta cius

Libri tempa rus, hoc est rarie coten ti aciniosa es raria duersitate sompo siti. Moses antiquorum ommium antiquissimme,

Canonici libri nomi te-Raméti iuxta Clemen-Euseb.adlis Inda & Ca tholicas epi-Deepistola ad Hebraos.

Ordo que-

oixevoula.

A se esse à quibusdam dicit, vt quas à senioribus pres byteris acceperat historias &traditiones, ibi expo neret: Melitonem nominans, Irenzum, & alios quoldam, quibus etiam quædam dicta lua adleribit.In libris verò Dispositionum, totius scripture testamentariorum siue Canonicorum librorum, vt breuiter dicam, compendiosam instituit enumerationem: non prætermittens etiam, quibus contradicitur, scripturas: vt Petri Apocalypsim,& Barnabæ epistolam, Epistolam sane ad Hebræos Pauli esse censer, Hebrais Hebraico sermone scri ptam: à Luca autem ambitiola splendide versam lingua, Græcis esse expositam. Ac recte quidem illum dicit, qui mos ei in aliis fuerat, Pauli nomen epistolæ ei non præfixisse. Quòd enim Iudæi tum præsumptione quadam suspectum eum haberet, ne statim in ipsa præfatione illoru à lectione absterreret animos, prudenter fecisse, qui nomen suum prætermiscrit. Quapropter eundem esse in-<u>quit orationis ductum in epiftola ad Hebræos, & </u> in Apostolorum actis. Alibi quoque scribit: Porrò sicuti beatus dixit presbyter, quandoquidem dominus apostolus Omnipotentis, ad Hebræos est missus, humilioris summissionis gratia Paulus, vt qui ad gentes legatus esset, no scribit se Hebræorum apostolum, honore eo Domino cedens: superfluum præterea este ducens, quum gentiú pręco & apostolus esser, eriam ad Hebræos epistolá dare. De Euangeliorum ordine autem, sicuri à vetustioribus accepit, primum ea edita esse dicit, que genealogias perfequuntur. Marci autem Euangelium, ciulmodi+dilpolitione atque occasione (cri prum. Quum Petrus Euangelium viua voce prædi casset, sectatores eius & familiares, qui plures suere.Marcum, comitem eius sedulum, dictorumque eius vim & virtutem tenentem, hortatos esse, vt cociones illius in scriptum referrer:id eum ita fecisse, librumque eam illis dedisse. Petrum porrò quum id rescivisset, neque impediisse vt is vulgaretur, neque admodum præcepisse. Ioannem auté postremum, quum animaduertisset, quòd ab aliis C quibusdam in Euangeliis corporalia satis essent exposita, diuino spiritu vehementius agitatum, vt spiritualia, & quæ Theologiæ atque divinitatis propria lunt,accuratè proferret, luum compoluil se Euangelium.Hæc de Clemente.

CAPPT XXXIIII.

Tertullian 🛚

Adem tempestate & Tertullianus,quem antea diximus, presby ter post Victorem & Apolloniú Romanis accésetur : Carthagine Proconculari. Hic acris & ingehin Africa ortus, patre centurione

niosus admodum, sub Seuero maximè floruit, & multos condidit libros. De quo & Paulus à Concordia, Italus, memoriæ madauit, vidisse se etiamnum iuuenem, Romæ beatissimi Cypriani notarium superstitem,iam grandæuum:atque ex eo au diuisse, nullam ferè diem preterire passum esse Cy prianum, sine Tertulliani lectione: identidem ver ba ista vsurpantem, Cedo magistrum, Tertullianu videlicer designando. Is ad statam mediámque ætatem, in ecclesia catholica presbyter, plura aduer sus Montani dogma conscripsit. Postea verò in il-

lius delapsus errorem, plures rursum libros pro il D lo composuit. In quibus nouæ etiam prophetiæ mentionem facit, eamque ob causam & peculiaré contra ecclesiam Catholicam librum edidit. Scripsit alium quoque+de pudicitia.alium de Monogamia. Item de persequatione. alium de iciunio. præterea de Ecstasi seu consternatione libros sex: septimum aduersus Apollonium, & plures alios. Vixit autem ad ætatem decrepitam. Floruit quoque sub Zephyrino Romæ episcopo Caius, Anto nino Scueri filio imperante. Is aduersus Proclum, Montani studiosum, dissertationem copiosissima composuit, temerariæ audaciæ & nouæ prophetiæ nomine eum arguens:in quo volumine tredecim tantum diui Pauli epistolas numerat. Quæ enim ad Hebræos est, decimam quartam, negat esse Pauli germanam: illud addens, eam etiam à Romanis víque ad præsens non esse pro Paulina habitam.Hæc quoque de his dicta sufficiant.

> CAPVI XXXV.

Vltorum preterea Ecclesiastico-rum virorum commentarij, qui E vetustate facile primas obtinue-runt, egregium de side & vita Christiana specimen 80 000 11 Christiana specimen & studium complectentes, sunt celebrati,

quùm aliorum quorundam, tum eius qui eo tempore cum reliquis enituit, ludæ historici, qui in hebdomadas Danielis plurimum operæ collocauit, & optimum de eis opus à se compositum reliquit. Siquidem veluti historiam institués, scripturam eam vsque ad decimum Seueri annum producit.In co libro aperte præ se fert, in ea se fuisse sententia, vt decantatum Antichristi aduentum, temporibus eis in expectatione elle, & appropinquare crederer. Auxit verò cam opinionem, multorumque mentes ve rem tantam expectarent co turbauit, acerrima quæ tum mota est persequutio. Non pauca etiam Heraclitus vir diuinus composuir, qui primus enarrationes sibi in Apostolum scribendas duxit. Maximus autem, super quæstio- p ne illa, quæ hæreticis in ore est, Vnde sit malīcia & viciositas: & item de eo quòd materia creata sit, solutiones atque decisiones irrefragabiles edidir. Sed & Candidus, quùm plurima alia elaborauit, tum in Hexaemeron commentarios scripsit: in quo argumento itidem Appion magno studio est versatus. Sextus quoque resurrectionem scriptis suis cum magna laude comprobauit : & Arabianus insuper in aliis quibusdam sacris argumen tis multum laboris & operæ posuit. Multorū præterea aliorum scriptorum plurima & maxima lite rarum monumenta sunt vulgata, quorum neque tempora, neque argumenta singillatim ( nam id instituto præsenti, historiæque nostræ non admo dum conuenit) commemoranda duximus. Atque ij quidem ante Origenem scriptores ecclesiastici, quùm sacram historiam doctrinamq; ordine per successionem continuarunt, tum in eos qui nugis ac deliramétis depravare rectam fidei doctrinam in animum induxerant, cominus atque in faciem illis congressi, quasi diuina tela coniecerunt: ita re rum omnium Deo id prouidentia sua disponente, vt post Apostolos eorundémque successores,

† De exbe

tatione caffi-

fall' Tatal

Cay ∫cri;14

Epifolen ad Hebren 1000 esse Par

Inde hiftepici in hebdo madas Danielu lucubrasio.

Adventes Antichri-Sti Sub Scuero expectat". Ecclesiastri fcriptores, Heralism, Maximu Candidus.

Appion Sextm Arabia

Hains le Etione Cyproansu est delectarus.

Montanista

CAPVT XXXVII.

rursum martyrum sanguine & doctrina, nec non sanctioris vitæ splendore, res Christianæ confirmarentur: & ad summum, vt immotæ & inexpugnabiles essent, stabilirentur. De is satis.

CAPYT XXXVI.

Quaftio de
1 empore selobrando Pafehatiu ,inter
Afjaticas
O Occideno
Bales occle-

hu.

Nimuerò circa finem Imperij Có modi, inter Orientales & Occidé tales ecclesias non parua incidit quæstio. Ecclesiæ namque Asianç ex traditione vetusta, quæ ad eas vsque ad id tempus transmissa e-

vsque ad id tempus transmissa erat, quartum decimum diem lunæ obseruandum este necessariò duxerunt:quando & Iudæi ex prçscripto legis agnum mactare, & Pascha suum máducare soliti sunt. Perinde atque necessitas prorsus quædam imposita eis esset, in quencunque dié hebdomadis incidisset, eo ipso die stata consuetáque soluerentur ieiunia,& (vt semel dicam) vnà cum Iudæis, apud iplas quoque, sacrum nostri Paschatis mysterium celebraretur. Reliquæ verò per Orientem,& item per Occidentem ecclesiæ, non B licere id ita facere asseuerabant: sed potius obtiné te tum, quam antiquitus ex Apostolorum traditionib.continuatam accepissent, consuetudine stá dum esse. Non enim decere alio, quam resurrectionis Dominico die, +ieiunio reiecto, Pascha ce lebrare. Hoc verò modo controuersia & dissidio multò maximo in ecclesiis vsque adeò exorto, vt inter se sibi, aduersariorum partes, vtrinque antiquitus traditam consuetudinem obtinere debere contendentibus, sumerent, conuentus Episcoporum variis in locis sunt acti. Vbi quum in candem concessissent sententiam, postea omnib.vbiq, ecclesiis decretum siue edictum scriptum promulga runt & propoluerunt, vt de cætero, nó alio quàm Dominico die, tremendum resurrectionis & Paschatis mysterium, iciunio tum soluendo, celebra retur.Circunferutur etiamnum celebratarum eo tempore Synodorum literæ, quæ variarum hinc & inde ecclesiarum episcopos designant: Romanæscilicet Victorem, Hierosolymitanæ Narcissu, Casarea Palastina Theophilum, Tyria Cassium, Ptolemaidis Clarum. Ezdem literz, Ponti ecclesiis tum præsuisse indicant antiquissimum Palma: Galliz autem & regionum quz ad Rhenum flumen sunt, Irenzum: Corinthi autem, Bacchylum: & prouinciarum aliarum alios, qui vno suffragio & sententia omnes, Dominico die Pascha celebrandum sanxerunt, Narcissus sand, & Cassius, Pa læstini: & Clarus à Ptolemaide, & qui præterea in eandem conuenere Synodu, quum primum quaplurima de traditione, quam initiò ab Apostolis fumptam víque ad tempora fua conferuarant, exposuissent, circa finem Synodalis decreti, hæc quo que addidere. Epistolæ huius nostræ, facite vt ad ecclesias omnes exempla mittantur:ne scilicet rei arque participes simus eorum, qui facile animas suas decipiunt atque seducunt. Certiores auté vos facimus, eodem prorsus die Alexandrie, quo apud vos,Pascha celebrari.literas namque ea de re ad il los dedimus, atque illi itidem ad nos scripsere, ita vt vno consensu simul sanctum hunc peragamus diem. Ad omnes igitur vnum hoc præscriptum & regula est diuulgata.



Siani autem sentétiam adhuc sua retinebat, & se ad finem vsq, traditiones Apostolicas desédere oportere opinabantur. Sententiæ eoru primarius potissimu propugnator eratPolycrates, ecclesię E-

phesiorum antistes. Hic magnus & apostolicus vir habitus, traditionem & autoritatem Apostolicam ad tempora sua durantem, Victori episcopo & ecclesiæ vrbis Romanæ declarans, ad hunc mo dum scripsit. Nos profectò diem hunc intemeratum arque inuiolatum, neque addentes neque auferentes quicquam, peragimus. In A sia namque + ingentia primordia dormiŭt ac conquiescüt, quæ quidem refurgent in aduentus Domini nostri die: quo die cum gloria è cœlis veniet, & exuscitabit omnes sanctos: Philippus videlicet ex duodecim Apostolis vnus,qui Hierapoli obdormiuit: duæģ, filiæ eius, ad decrepitam víque etatem virgines:& alia præterea filia eius, in Spiritu sancto cursu vitæabsoluto, Ephesi quiescit. Itidem & Ioannes, E qui supra pectus Domini recubuit, quique sacerdos creatus Pontificium infigne, petalum scilicet, fiue auream in fronte laminam, martyr fimul & doctor gestauir, Ephesi obiit. Preterea Polycarpus Smyrnensis episcopus & martyr, item Thrasas Eumeniæ episcopus, idémq; martyr, Smyrnæ mor te sopiti sunt. Quid Sangarim episcopum & martyrem dicam, qui Laodicex mortuus est? Præterea beatus Papyrius, & Meliton eunuchus, qui per Spi ritum sanctum vita peracta Sardis humatus est, vi sitationem è cœlis expectans, in qua à mortuis refurget . Isti omnes retinuerunt & seruarunt decimumquartum diem Paschatis,iuxta Euangelium, nihil transgredientes, sed præscripto canonum fidei insistentes. Ego quidem vestrum atque adeò omnium minimus Polycrates,iuxta \* cognatoru meorum, ex quibus quoldam sum cosectatus (septem namque cognati mei Episcopi fuere, ego o-Cauus sum)traditionem ambulo. Et cognati mei semper diem hunc + quando Iudzorum populus azyma condiit, celebrarunt. Ego, inquam, fratres, sexaginta & quinque annos natus in Domino, qui cum totius orbis fratribus hac de re contuli, & scripturam san&am omnem perlegi, nihil moueor aut perturbor minacibus denunciationibus & terroribus. Nam qui me longè maiores fuere, plus obediendum esse Deo quam hominibus edi xere.In fine porrò, epilcoporum omnium qui sen tentiæ suæ consentientes affuerunt, meminit, sic scribens. Possem quidem episcoporum, qui mihi affuere, edere nomina, quos ita ve voluistis, accersens euocaui : sed eorum nomina si asscriberem, multitudo eorum in immensum excresceret. Illi autem tenuitatis mez probe conscij, epistolam sententia sua comprobarunt: non ignorantes me non frustra canos circumferre: tum autem vitam me semper in lesu Christo egisse sciunt.

Afiani recepto more Paf:ha I 4. Marty men fis fibi celebrandum effe putans.

μιγάλα cot ...
χια,
Polycratio
Ephely amtiflitu verba
ad Victorem
Rosepifcopii,
Sancto homi
nes in Ajia
fepulti.

\* 6877(van. † Enfeblis 6.24. ha Aubs Horse Tup 26 Muh. Niceph.ad-dit, & Auis Legendii sama Kupa, pro Tip 20 per pute. Es apud vique au rios the Edha juiblille Gracon fant entiano oi in eacha rsfia pane

CAPTT XXXVIII.

Derifie chas que frenu, ve ipfo refur

rections ches-

fti die, Pa-

Scha Chri-

frani cele-

ન્યું જાજ સંસ્થ

stiani dess-

aruleµlves.

nare chri

Ville Re. episcop? Aunos excens , municare fatuit. Victorem ab ea fententia, episcopi alij Occidentales abduxerunt inter quos fuit Ire \* 2353740-ZUTOS.

Ictor verò literis etasmodi acceptis, extemplò Asię, esque finitimas ecclesias, veluti alienum atque diuerlum dogma propugnă tes, reiicere, & ab vnitate Catho 'lica arcere, in animo habebat.

Quam ob causam & subitò literas coscripsit, quibus illos publicè notabat, omnésque simul à com munione prohibebat. Atque ille quidem eiuscemodi sumpserat consilium. Verum id aliis, qui cu eo erant, Epilcopis minus placuit. Itaque illú funt adhortati, vt benignius per consilia pacata de cis qui idem fidei prædicarent dogma,statueret:neq; tam facile, \*re intétata, proximorum abiiceret & posthaberet vtilitatem. Sensim id & doctrina & tempore aliquando corrigi ac perfici posse. Et acrius seueriúsque cum illo, qui gloria eos anteiret, egerunt:inter quos & Irenæus erat, vt quidem ex eo scripto, quod Gallicarum ecclesiarum, quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Astruit quippe & ipse, debere quidem omnino Dominico die Pascha peragi : nequaquam tamen Victori B permittit, vt tantam ecclesiarum multitudinem ab ecclesiastica vnitate segreget:idque, quum vetustæ & Apostolicæ consuctudinis observent traditionem.Multa sanè præclarè, & vt par fuit, Irenæus de pace & vnitate ad Victorem scribens, hec quoque refert. Operæprecium enimelt, sicutimo dò de Polycrate fecimus , verba eius perutilia & necessaria ecclesiæ futura, adducere.

Local Ani

Praclare 1renzi ad Vi Elore verba

CAPYT XXXIX.

Varietas in observations icionÿ.

Renzus ita scribit: Nó modò enim de die, verumetiam de iciunij îpecie cotrouersia & quæstio est.Quidam namque existimant, vnum ipsos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli au

tem quadraginta horis diurnis & nocurnis diem metiuntur. Atqui varietas hæc observationum no ætate nostra exorta est, sed longè antea apud maiores nostros extitit:qui ita vt decuit, accurate co-Seruatam per simplicem sinceritatem consuetudi nem, ad posteros transmisere. Nihilominus tamé isti omnes pacem tenuere, atque etiamnum pacé inter nos retinemus, \*& iciunij dissensio sidei co sensum confirmat. His verbis historiam annectit, dignam profectò que hic quoq; inseratur. Enimnerò qui Soterem præcesserunt presbyteri, & ecclesiam quam tu nunc gubernas administrarunt, Arricetum dico, Pium, Hyginum, Telesphorū, & Xystum: neque ipsi ita Pascha & ieiunium obseruarunt, neque eos qui cum illis fuere, observare permiserunt. Sed nihilominus ipsi non obseruantes, pacem tenuerunt aduerfus eos qui ad fe ex ecclesiis, quæ ita observarent, venerunt. Atque equi dem maximopere inter se ista, observare, scilicer, & non obseruare, dissidebant. Nunquam tamen eam ob rem aliqui sunt reiecti. Quin ipsi non obseruantes, qui ante te fuerunt presbyteri, adueniétibus ex ecclesiis observantibus Eucharistiam mi serunt. Ac quum beatus Polycarpus peregrè Romam sub Aniceto venisset, & aliquatulum illi in-

ter se de reb. non magnis dissiderent, eis statim co Dehantant politis, deinceps nihil quicquam controuersie inter se de hoc capite mouerunt. Neque enim Anicetus Polycarpo perfuadere potuit, vt non ita obseruaret, quippe qui id post soané Domini nostri discipulu, & reliquos Apostolos cum quibus vixe rat, semper observasset: neque Polycarpus Anicetum, vt observaret, induxit, consuetudinem eoru qui nos præcesserunt presbyterorum retinendam esse allegantem. Quæ quum ita se haberent, communionem inter se celebrarunt. Et in ipsa ecclesia Anicetus Eucharistiæ ministerium Polycarpo ho noris ergò permisit. Atq; ita in pace per discessum sunt seiuncti:pacem quoque ecclesiis, siue obseruarent, siue non observarent, retinentibus. Quapropter egregius, vt aptissimo nomini suo respon derer, pacificator Irenæus fuit, qui sic intercessione sua pacem ecclesiæ conciliarit,& non modò cu Victore, sed etiam cum aliis permultis ecclesiaru antistitibus, congruentia conuenientiaque eis que diximus, de proposita quæstione afferedo, egerit. \*Quod verò ratio non persuasit, id dies postea perfecit. Nam hac in re Asia vix tandem cessit : & vbique terrarum in orbe decretum est, vt nó cum Iudæis, fed ipfo Dominico diomysterium Pafchæ peragatur. Quamuis adhuc in A sia reliquiæ quædam maneant, consuetudinem eam in paucis pror sus inuiolatam retinentes. Vnde etiam Quatuordecimani cognominati sunt, cosuetudinem eam, & alia quædam ex illegitimis & ab ecclesia reie-Ais libris decerpta servantes, & nominibus quorundam magnorum Apostolorum ea in re abutétes. Porrò de Paschate quæstio ita est decisa, cum qua & nos finem quarto huic libro afferimus: ex quo Commodus quidem post tredecimum impe rij annum vitam finiit, Seuerus verò post Pertinacem nondum prorsus menses sex in administratione eius transegit. Cotinet verò hic liber annorum non integrorum viginti quatuor tempus: ini tiumque habuit-kab Antonino Veri fratre, finem autem cum ipso Commodi & Pertinacis imperio: quum à mundo condito quinquies millesimus septingentesimus & primus, à divina autem nativitate centelimus nonagelimus+ fextus expletus ef

\*\* Concedere Roma Debuit , aichat ,potius qu'am rumpere pacé, Humani que iuru erat, modò fulna maneret Lex divina, fides Chri fti, dolfrina, Senatus Quam primus tulus ore suo, quia tradita ab ip-so Christo erat humana dolfore & lumine vita. Nec curandus erat morem consensus in ruum V sque adeò, dixit, & c. Baptista Man-tuan. lib. I. Fastor de S. Hilario. Et hac certissima est de Adiapho vis omnib, regula. Ob qua at ate nostra multi mortales calum terra miscere intendant.

set annus.

Isti autem Dini fratres a qua simul potostato imperium adn Isti antem Dini fratres a qua simul potestate imperium administrarunt annis 11. L. V ero mortue, M. Antonium solus 4.cum silio
Commodo 5. Ita ve imperij M. Antoniui tempus 19. propi annos
complestatur. Nicephorus autem in ea suit sintemia, ve crediderie,
L. V erom tantum 6. annis cum Marco imperasse, & postea Marcum autoritatem versione nostra segunti sumus Sedemius post cadem
Commodi, Persinax imperi mense 2.die 25. Didius autem Iulianus mense 2.die 5. sunt interempei. Et L. Septimius Senerus admersun Pescenium Nigrum ab exercitu Syriaco Antiochia Imperato
von creatum cooise sua sunte statu est ve o creatum, copias suas duxit. Hoc sic propterea aumetat un est, re Nicophero numerus 👉 ratio anubrum conflot.

Quinți

1 Progovia The subscient TAS TISLMS ourismes.

Digitized by Google

S Alses de L \*## . TETE Rein@ liú. Erboh Meal'

elefia cerif.

\* Hoceft, ab to tempe re, quo defen Elo L.Ver, M. Anto minuu Philo fophus film F imperare ce pit. Secundam meaterics Chronologe 4173. † 2000

# QVINTI TOMI CAPITA.

1	Succineta corum qua ante dieta sunt repetitio, & di- cendorum isto tomo expositio.
2	De persequutione sub Seuero, in qua Leonides pater
3	De Origenu a puero studiu atque exercitiu, ve vt e-
	tiamnum adolesces sermone veritatis nihil habueris an tiquius, & vs sese ad certamen pro Christo subeundum praparaueris.
4	De institutione & educatione eius, qui eius consuetu- dine & dottrina vsi sint. Et vt decem & otto natus an nos, Alexandria sidelium prasuerit schola, clari pror-
_	sus nominus adolescens.
5	Vt vitam attigerit philosopho perfectiorem, & pra- scripta enangelica accuratissime ser narit.
<b>6</b> .	Qui ab eo ducti & edocti, martyry coronis sint exor
7	De discipula eius Potamiana martyre. (nati.
8	Origenem sustinuisse, vt seipsum castraret, vt scili- cet calibem peragere posset vitam.
9	De admirandis Narcissi Hierosolymorum episcopi
•-	miraculu.
IQ	Ve Alexander Casarea episcopus, oraculo divino ad
	Hierofolymorum episcopatum sit traductus, vinente ad
	huc decessore eius Narcisso: viá duo simul episcopi eccle-
	siam ibi rexerint. O de Alexandri script u.
I	De Origenis in sacris literis profectu, & de sextupla

ab eo dista scripturarum translatione.

De Symmacho interprete, or discipulu Origenis,

Qua Porphyrius de singulari Origenis in eloquentia
or omnis generis artium dostrina studio scribat: qua
ipse quoque Origenes de philosophicis studiis suis commemoret.

14 Quòd in Arabia Origenes quoque venerit, o quòd Cafarea nondum presbyter facras literas publicè in ecclessa exponendo tractarit.

De Beryllo Bostrensi. De Ambrosio: & qua Origenes scripta sacrarum literarum Alexandria exposuerit.

	011111 A.	
Quon	nodo ipse Testamentariarum siue Canonicar	um 16
Veteris (	O Noui testamenti scripturarum memineri	t.
. De M	Mammaa Imperatoris Alexandri matre.	17
Pt in	n Palastina Origenes ad presbyteri honorem	
enectus,	တ qui successores eins in schola Alexandr	ina
fuerint,		,,,,,
Ques	Sacra scriptura libros in Palastina sit interp	re 19
tasm:0	r de aliu eiusdem libris.	,,,,
	m de aliu eius discipulu, tum de Gregorio mit	20
culu eder	endis claro: & quanto in precio Origenes ap	ad
magnos	es tempestate Episcopos suerit.	7766
De sc	riptore Iulio Africano librisque eiusdem.	21
De Bei	erylli errore, or resipiscentia.	22
Deha	eresi in Arabia exorta, corum qui animas n	307 <sup>2</sup> 3
tales effe	assent.	
Deha	eresi Helcesaitarum.	24
Catal	ogus Imperatorum Romanorum, ut alius a	ılii <sup>25</sup>
ordine su	accesserit: O vt primus Imperatorum Philipp	•••
Christian	nus sit factus.	
Quitu	um magnarum vrbium episcopi storuerint.	~
De per	rsequusione sub Decio: vt Cyprianus epise	26
pus Carth	haginensis martyriosis affectus.	0-2/
Que I	Dionysio Alexandria episcopo in ea persequi	0
tione (ub	Decio acciderint.	<b>#-</b> 20
Deing	qui tormentu victi sub Decio, Christi religio	
abiuraru	ant.	ne 19 <sub>.</sub>
	s qui tum martyrium pertulerunt,Metra sen	
Quinta f	famina, Apollonia virgine, Serapione, Iuli	7, 30
no Befa.	Macare, & alis.	<b>a-</b>
	s martyribus qui certamen Gum Lissum	_

lexandria, or in Palastina.

Vi Origenes ad tribunal martyry consistens, pietate 32

Christiana abiurata, à scipso degenerarit.

De Origenia erroribus or blasshemiu, or vi sub Callo 33

vitam sinierit.

4

# ^ECCLESIASTICAE HI-D

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPVLI, TOMVS QVINTVS.

CAPVT I.



GEDVM quæ
reliqua funt, his
adiungere pergamus, vt ferie
fua oratio noftra progrediatur, integrúmq;
facræ historiæ
corpus contextatur. Ac primu
quidem librum
voluminis hui
recte fane, & vt
par fuit, capiti

Dictorii bre nu repetitio.

Dicendorii

рторојию.

omnium Christo dedicauimus. Secundum sectatoribus eius, sacris autoribus, ducibusque nostris, itidem meritò consecrauimus. Tertium primi eorum successores sortiti sunt. In quarto autem cos commemorauimus, qui vel certaminibus egregiis martyres, vel eruditis scriptis doctores, erroris mu nitiones atque falso nominatam scientiam expugnarunt:qui etiam ecclesiastici fuerint scriptores, quibusue illi post se relictis commentariis decesse rint:tum autem, quænam de quæstione Paschatis acta atque decreta sint. Quintus porrò liber iste, res eruditissimi Origenis, qui & Adamantius di-Aus est, plenissime expediet: quos ille provera pie tate adierit labores:vnde,&qui fuerit:& vt quam plurimum studij ad res diuinas conferens, permul tos ad certamen pro Christo obeundum excitaue rit: quàmitem multos amatores atque sectatores studiosos duplicis philosophiæ suç habuerit: quæ in seipso ausus sit, cœlibatum arque virginitatem C conservare volens. vt denique ad postremum seductori dæmoni obsequutus, & à recta via aberrarit, & à sana doctrina exciderit. Complecterur præterea alia quoque: grauem videlicet illam sub Decio persequutionem, ecclesiar úmque sacrarum antistites, & quæ in eis acciderint res inopinate& admirandæ. Initium autem inde sumendum.

C APVT 11.

† Propter Dinorum fci lices fratrum refcriptum.



Ommodo imperium adminiftrante, res Christian æpacat æ+
tranquille que fuere. Postquá autem ille ex insidiis cæsus est, &
Pertinax breui admodum tépore imperauit, at que huic (sicuti di

ximus) Seuerus successit: tum quoque satis bono loco res nostræ successit: tum quoque satis bono loco res nostræ successit successive successit successi successit successivat successivat successivat success

nis, Corinthi.in Galliis, & Roma maxime. \*Vniuersæ enim multitudines & domustotæ ad finem accedebant, quiduis facere & pati paratæ, quam vt quidquam contra religionem nostram ageret, aut nouarent. Quod vbi Seuero minimè tolerandum est visum insignem statim contra ecclesiam omnem mouit persequutionem. Et subitò per om nem terrarum orbem eximia instituta sunt marty ria, maximè verò in Aegypto & Libya atque The baide. Alexandria porrò veluti stadium veræ pietatis constitutum, vbi fortissimi quique & optimi delecti martyres, variis atque exquisitis tormentorum generibus mirificisque impressionibus exceptis,à Deo, cui chari fuere, præmia & coronas acceperunt.Quo tempore & Leonidem,Origenis E patrem, obito pro Christi nomine martyrio è vita excessisse tradunt, gladio videlicet cæsum, quu filium admodum adhuc puerum relinqueret. Quatus autem Origenes fuerit, & quo studio animiq; destinatione in sacras literas incubuerit, citra inuidiam exponi posse puto:non solum quòd celebris is vir apud nos sit, verumetiam quod ingentem, vita sua, quamuis ad finem non integra protsus, famam & gloriam post se reliquerit. Verumenimuero singulari ocio opus esset, ad vitam eius omnem literis memoriæ mandandam. Sed nos è multis quæ de eo sunt tradita, plurima resecantes, aliqua tantum historiæ buic inseremus.vt res tanti viri studiosis incognitæ non sint: quæ sanè iudi cio multorum dignæ vise sunt, vt velab ipsis incu nabilis repetitæ, memoriæ traderentur.

CAPYT 111.



Tatim namque ab initio, tenera exacta atate à patre diuinis imbu tus est literis. Cui illa prima cura pfuir, vt filius \*k non succissiua, sed iusta opera, vnà cum Cyclicis dificiplinis eas addisceret. Quapro-

pter ante earum disciplinarum exercitium, quotidie ab eo, ex sacris scripturis promissiones & certa loca, quæ memoriter didicerat, requirebat: quæ res minimè præter iudicium & voluntatem pueri fuit. Mirifica enim cupiditate magis in hæc studia, quàm in Grecorum artes ferebatur:víque adeò,vt nó contétus esset ex sacris oraculis, quæ simplicia & non ita difficilia funt, difcere: 🖈 fed curiofitate vteretur, & abditos eoru sensus scrutari conaretur, subindéque quidná arcani sensus in litera late ret, percunctando patri negocium facesseret. Is porrò apud seipsum ea de causa cum admiratione stupebat, & valde gaudebat, quod Deus se patrem tali dignatus esset filio. Et quandoq; privatim simulabat se eu acrius obiurgare, ne quid supra ætatế luấ & limplicé lenlum l'crutaretur admonés. Tá topere verò admiratione eiº est costernatus, maxi mas se datori bonorú Deo gratias debere pfessus,

Errantes-Errantes-

Persoquation fub Seutro imperatore. In Agg-pto petission mum.

Ceonides Oigeniu pasa nastyt.

Origesis res.

d wae legus Exemplum puerilu infi tutionu pulcherrimum.

જા કાર્યો છે. જામ કાર્યો છેલા

esbes plus.

BUTERVIA.

Rundem ha
buit puer Origenes Groducatore Gr
praceptore,
patrem.
Latus Ae
2 yeti Proce
ful. O rigenes
adolescentulus martyriä
affeltuns,

Cursum ad B martyrium còne mater inhibuit.

Patrem in carrere Origenes adwar syrium animanit.

4.Patrime nium cinu fi fco illatum. b Panperta-Si cine dinimitus subsidiam renit, Origenes à fæmin a locu plac Alexandria adoptatus. ApadEn febina lib. 6.cop.3.eft, Paulum iftib 2 famina adoptatii, 🗗

A vt szpenumero dormienti assisteret puero, pestús que eius nudatum-keum veneratione multa deoscularetur, perinde atque in eo diuinus Spiritus domicilium suum haberet. Beatúmque prorsus se tam-felici prolificatione iudicabat. Quæ res magnam præbuit causam & occasionem, vt puer sidé sacrásque literas ab ineunte ætate assequeretur, & restè admodum educaretur, eundem & patrem & præceptorem habens, magnámque de se præbens expectationem. Hæc atque item alia his simi lia de puerili ætate Origenis sunt prodita.

Postquam verò decimo Seueri imperantis anno, Latus Aegypto præsectus est, & Demetrius Alexandria Iuliano in Episcopatu successit, ecclesiarumq, persequutio admodum inualuit, ac multi certaminibus magno animo obuiam euntes, co ronas reportarunt: tantam dicunt martyrij cupiditatem Origeni incessisse, quu in iuuenili admodum adhuc ætate esset, vr exultans iá ardore quodam incredibili, pericula pro Christo toleranda adirer. Et finiuisset ille iam tum martyrio vitam, nisi alia diuinæ prouidentiæ ratione, vtilitatis mul torum gratia, mater eius intercessisset. Illa enim in cubiculu eius ingressa, supplex ei fuit, vt ne, materno suo erga eum animo & amori parcens,ægra se ita relinqueret, & intolerabili luctui & mærori obiicere perseueraret. Vbi verò pater eius captus & in vincula cóiectus est, maior eum etiam amor, acriúsq; martyrij desiderium inuasit, indies id ( vt ita dicam) ardore & igne nouo excitante atq; accendente.Quapropter quum ita animatum Orige nem esse mater videret, omnem eius vestem reco didit, necessitatémque ei domi manédi imposuit. Hic quùm'aliud facere non posset, alipten & vnctorem certaminis se patri præbuit,& frequenter cohortatorias ad illum literas scripsit, inter alia verba ista vsurpans: Sustine,&ne quid alterius sen tentiæ aut consilij nostra causa capias vide. Atque hoc primum sit euidentissimum, à primis (quod dicitur) carceribus, germanæ fidei, finceríque eius erga Deum animi, specimen atque indicium.

# CAPVT IIII.

Atre eius, sicuti diximus, vita per martyrium pro Christo desuncto, nondum prorsus sedecim annos na tus, quum anud marram fex natu minoribus liberis esset,&2 quod patrimonium eius omne imperiali fisco illatum fuerat, vnà cum suis erumnose in magna re rum necessariarum angustia & penuria viueret, Diuino ei succurrente numine, incredibile consequutus est auxilium. Siquidem mulier quædam ingentibus divitiis & copiis clara, & aliter quoq; Alexandriæ celebris, magni nominis virum Ântio chenum genere, & inter hæreticos Alexandrinos primarium, consectans, atque complectens, adoptato sibi filij loco Origene, quùm maximi eum fecit, tum ei luilq, omnibus ad quotidianum vlum liberaliter & copiole omnia suppeditauit. Familia riter ergo cum c Paulo (hoc enim nomen mariti eius mulieris erat) vinens, nunquam à consueta sibi deflexit precatione, communicare preces cum Paulo hæretico nolens: ecclesiasticásque sanctiones accuratissime servans: quum quidem ad Paulum permulti frequentarent, non solum qui ex D Græcorum essent superstitione, sed etiam nostri homines.Gręcorum porrò disciplinis iampridem à patre imbutus, magis etiam in Pauli schola proficiebat. Proinde postea ex earum doctrinarum disciplina, cui præibat, abundè res familiaris ei sup petebat. Posteaquam autem persequutionis timo re omnibus expulsis,nullus Alexandriæ sacrorum oraculorum enarrator fuit, multi ex gentibus ad Origenem accedentes, Verbum Dei sunt professi:multique illorum patria sacra detestati, partim vt familiariter cum co viuerent, partim vt semper ei adessent, præ rebus omnibus studio sibi habuerunt. Ex iis primus esse perhibetur f Plutarchus, quùm vitæ sanctitate, tum martyrij corona clarus. Alter ab hoc Heraclas recenfetur, Plutarchi ipsius frater: qui tantum de se verioris philosophiæ studij specimen præbuit, vt postea in ecclesia Alexandrina Demetrio successor sit surrogatus gPorrò decimumo cauum agens annum Origenes, scholæ Catechistes in vrbe Alexandrina est præfectus. Et quu ibidem sub h Aquila præfe-&o persequutio maximè exundans incrudesceret, magnum consequutus est nomen apud eos E qui Christi nomine censentur : quòd & notos sibi & ignoros familiariter excipiens complecteretur:& qui in vinculis erant, sedulò visitaret, alacritatem corum excitans & adauges: tum autem, cos qui ad mortem raperentur, cum multa fiducia & libertate produceret atque exofcularetur. i Quapropter læpe est factum, vt ex gentibus plebes fu rore correpta, lapidibus eum obruere contenderit.Sed illum præter expectationem,cælitús dextra Dei præsenti ope est tutata. quemadmodum etiam sæpe alias, propter summam alacritatem libertatémque divini verbi docendi, insidiis expetitum conservauit. Tantus porrò aduersus hominé extitit motus, vt plebe ethnica procurante, non contemnenda militum manus, in ea vbi habitabat domo versaretur, & turbam eorum qui ab illo in sacris disciplinis instituerentur, servaret. Denique vsque eò persequatio aduersus cum inualuit, vt per vrbem omnem, domum domo mutans, clam F circuiret, multitudinis eius gratia, quæ doctrina eius adducta ad diuinam accesserat professionem. \* Siquidem non verba solum, sed facta etiam eius certissimum gravissimæ philosophiæ eius fuere indicium. Prorsus namque, orationivita congrués respondebat. Quam ob causam etiam vi & ope di uina auxiliante, multos ad se pertraxit, innumerós que habuit imitatores,

# CAPPT V.

dam dică)philosopho animo, ne externo quopiă

Nimuerò vbi quamplurimos ad fe discipulos confluere, munere Catechiste vnà cũ schola ea à Demetrio sibi cómissa, vidit, absurdum (ita vt par erat) arbitratus, a prophanarū literarū eruditione sacra cómiscere doctrina, illicò externarum artiss studiu posthabuit: quippe qua tatopere vtiles esse no posse, & diuersa sacris oraculis afferre soletet. Deinde generoso & virili, planéq; (vt ampli quid-

l ij

illam verfatum furffed Idem cum harctico habitans, ecclofraftica inftituta feruat. e Idem mer cede doctrina fumptus tolerat.

> f Familiares & difcipuli eins. Plutarchus martyr.

Fleraclas
frater eise.
g Origines
fichola Chroftiana catechiftes, 18.agens annum.
h Aquila
Acgypti
prafectime.

i Persequatio nem granen Alexadria sustinet Ori genes.

אלך מוס בל Tốy Nộyen, roidude gasi יאס שרפער אפר אפני פוֹפּי דפֿי 3 it ov, To1-של בושו שלים Airer its. PÚLYOTO. Itaque ille qualeto orationem talë quoque vitam: & qua lem vitam, talem etiam orationé exhibui∬e dicitur.Euseb. lib.6.cap.3.

a Idë profanas lateras repudiat. Vita doctri ua in Oruge ne respödës, Ft libros Gracarus

artiŭ vendit.

Christiani philosophi vi

Preceptorii Christi simplex inxta li teram obsetwatio.

A subsidio indigere videretur, quæcunque ei erant, Græcorum librorum fumma elegantia & venustate concinnata volumina, venalia proposuit, &

quatuor obolorum in diem quemuis precium sibiab emptore pendendorum est stipulatus. Vnde plurimo tempore ad eum modum philosophari perseuerabaticausam & materiam omnem, que al licere eum ad res nouas & illicitas posset, atque có

cupiscentiam indecentem longe à se propellens. Et die sudoribus vt plurimum peracto, nocu etiá multo incumbebat labori, maximam eius temporis partem meditatione divinarum scripturarum confumens. Si quando etiam fomnus obiter degu standus esset, non in strato aliquo, sed in nuda humo iacens, eo parcissime vrebatur, iciuniis pluri-

mum alissque philosophicis exercitiis constantissimè semper intentus. Ex Seruatoris præceptis illa maximè servanda esse iudicabat, quæ prohiberet duas habere tunicas, aut calceamentis vti, aut animum futurarum rerum cura & sollicitudine macerare verarent. Eaque ipla servauit accurate, in fri

B gore & nuditate, etiam præter ætatem, vitam exi-

gens.Illis quoque rebus animi sui promptitudine & ardorem fatis declarauit, quòd regiones multas temporibus multis peragras, nullis vius fit calceis: vinóque prorsus, aliisque rebus, extra necessarium alimentum, abstinuerit: vsque adeò, vt periculum & perniciem corpori suo conciliarit. Atque hoc modo viuens, exemplóque suo optimum viuendi institutum ostendens, in admirationem quidem sui extulit omnes. Eos autem qui dare aut commu nicare quicquam cum eo volebat, familiares suos,

> CAPYT r I.

Ex sectatoribus Orige nis martyres

Plutarchus.

Serenus. Heraclides.

H crop.

a Nesphit**ni** 

videlicet.

\* In sacro

Scepta.

ter.

baptismo su-

Serenu al-

Bafilides.

auerlatus est.

Omplures sanè ex sectatoribus suis, atque etiam ex eis qui adulfuis, atque etiam ex eis qui adul-terinæ erant doctrinæ, ad eudem philosophandi amorem excita-uit. In quorum intimis animis ita diuinum fidei verbum inseuit,ve

maturum vberémque deinceps caperet fructum: in tantum, vt ex eis quidam, persequutionum tem C poribus martyrij coronis sint illustrati. Primus quidem, quem diximus, Plutarchus fuit: qui quum ad supplicium duceretur, parum abfuit quin Origenes quoque ab illius occideretur ciuib.vt qui au tor necis illius dictus esset.ldque factum profectò esset, nisi cum rursum (quæ res eius omnes dirigebat)diuinaProuidentia custodiuisset. Secundus ab hoc martyr fuit Serenus, qui ex schola illius profe ctus, spectatam sidei constantiam in igne apertè exhibuit.Heraclides porrò tertium obtinuit locii, quum adhuc in sacra institueretur doctrina, vtpote catechumenus. Quartus Heron, \* symbola adhuc & signa divinæ lucisacircumferens.vtrique ij gladio sunt percussi. Quintus ordine, scholæillius alumnus, priori illi cognominis, Seren alter, post quamplurima tormentorum discrimina, per capitis resectionem, pro verz pietatis przmio, diuina gloriæ suscepit coronam. Sextus deinde Basilides, qui decantatam illam Potamiænam, ex commiseratione ab impudicorum multorum petulan ti iniuria vindicauit.

F1 I.

X fœminis autem septima est Rais, quæ adhuc de side & sacris nostris instituebatur, & baptis-mo(sicuti alicubi ipse dicit) per ignem suscepto, martyrium com pleuit. Octaua porrò Potamiæ-X fæminis autem septima est

na, cuius adhuc celebris est apud populares suos fama:vt scilicet plurima, contra amatores, pro pudicitia & virginitate sua tuenda, subierit certamina, (accedebat enim in ea ad florentis animæ pulchritudinem, etiam forma, & vigor vultus ingenui & liberalis summus) & constanti generositate sua, post intolerabilia tormenta satis ostensa, ad postremum vnà cum matre Marcella, in igné con iecta mortem obierit. Fertur equidem, Aquilam iudicem, quum corpus eius primum grauiter flagris fustibusque cecidisset, minatum ei esse, iuuenibus petulantibus se eam ad contumeliam daturum:camque, quidnam ex propositis conditionibus per optionem eligeret, interrogatam, paululu secum tacitam deliberasse, & per quam generosum animo præsenti responsiū dedisse: \*per quod, moribus eorum,impium quiddam proloquuta vi sa est. Itaque, quum illico sententia damnationis contra cam lata, à Basilide ad locum supplicij abduceretur, & multitudo conuicia atque impudica verba per iniuriam in eam coiiceret, Basilides per commiserationem humanius erga eam affectus, turbam iniuriosorum hominum arcens, ab ea remouit ac propulit. Ibi illa curam officiúmque tale gratum habens, Basilidem considere, & bono ani mo esse iusit: breui se ad Dominum suum cunte, condignam ei relaturam gratiam. Hæc quum ita dixisset, pix ignita per totum eius corpus disfusa, vitam ei ademit. Non multum deinde intercessit temporis, & à Basilide iuramétum non vilide cau sa inter commilitones suos exigebatur. Ille verò, non licere sibi prorsus iurare, asseuerauit. Christia num enim esse, & id se propalam omnibus profiteri. Commilitones porrò primum eum ludere, & ad contumeliam nostram ea verba proferre sunt opinati. Vt autem id perseueranter confirmauit, ad Aquilam est productus: apud quem vbi idem disertis verbis est professus, ilicet in vincula est co iectus. Ad quem quum fratres quidam visendum irent, & cum stupore tam repentinam eius mirarentur mutationem:ille eis retulit, vt Potamiæna, tertio antè die, læto planè & liberali animi corpo risque statu sibi insistens, & capiti suo coronam imponens, dixerit: deprecatam se esse pro eo Deú, neque preces eas frustra fore, breuique se eum secum habituram.Itaque fratres k sigillum ei Christi circumfuderunt : postridiéque eius diei gladio percusus, martyrium pro Christo absoluit. Non iple verò tantum, led & multi alij confertim Alexandriz,in ca que dicta est persequutione,adChri stum transiisse, memoriæ sunt proditi: quum quidem codem quo Basilidi modo, Potamizna cis in fomnis apparens, ad meliora eos esfet cohortata. Et ij quidem ab Origene catechista eo tempore de fide instituti, divinum sic cosecuti sunt immortalitatis præmium.

Rais cate. Beptison per izm

Marcella mater cin

es mi vivemichiland 26 futy fixest, Niceph. di Ti Word Araomem?-70 Tì & TT 400 deißis imigtiyendar. Euseb lib. 6 cap.5. Bafilidi carmifici suo martyriam predicit moritura Potamiene. Christiani olies non in rarunt. Einfdem Ba filidis mær tyrinm.

Potemiena ei apparait.

Greci Cbri Siam bapeil m egya 7 if a , figners Aliu itide martyribas. - וקא אן אד sa spenife. Signacula crucis ,aut la

CAPVT VIII.

Vum ad hunc modumOrigenes Adamantius Alèxandrinæ fidelium scholæ præiret, rem quandam aggredi ausus est, imperse-&æ quidem illam & iuuenilis mentis, sed sidei castisquessir-

mitatem & stabilitatem satis declarantem. Quoniam enim adhuciuuenis,non solum viris,sed & mulieribus docendo salutare predicabat verbum, volens calumniam omnem fædæ suspicionis precidere, & simplicius dicto illo Saluatoris intelle-&o, Sunt eunuchi quidam, qui seipsos castrarunt proprer regnum cœlorum, adimplere id re ipsa in animo habens, seipsum castrauit: summa cura & diligentia familiares suos id factum celare studes, quod tamen difficile factu erat.Permultis enim ea res innotuit. Quam vbi etiam loci eius episcopus Demetrius resciuit, quùm facinus tale est admiratus, tum feruorem tantæ fidei non improbandum esse ducens, bono eum esse animo, nihilque eam ob rem metuere iussit. Atque tum quidem tali er ga eum animo fuir episcopus. Procedente verò deinceps tempore, quum hominem vbique celebrari laudariq; videret, humano quodam affectu seductus, ad episcopos scribens, premere arq; obscurare famam eius est conatus, cæptúmq; huiusmodi absurdum in literis suis exposuit. Czterum quum in Palæstina, Hierosolymorum & Cæsareæ episcopi, gloria & dignitate ceteris prestabiliores, Origenem maiore dignum duxissent honore, eáque de causa per manuum impositionem in presbyte rorum ordinem cooptassent, ex eo tempore gloria eius crescente, nominéque & laude virtutis atque sapientiæ apud omnes fere homines maximè inualescente: Demetrius, quia non haberet quod in tanto viro reprehenderet, id quod ille aliquando per iuuenilem imperitiam fecerat, ad gra nem traxit calumniam: & aliquantum etiam cos qui illu dignitate presbyteri ornauerant, notauit. Verùm serius hec Demetrius est exorsus.ille enim impigre cum omnibus qui ad se venirent, doctrinam comunicabat, tempus omne & studiu discipulis suis impertiens. Interea Seuerus decem & octo annis imperio flagitiose administrato, Antoninum Caracallam filium suum successorem

Caracalla Se weri in impe rio successor.

habuit.

Origenes fei

pswm propter

Id factum

Demetrius

Alexandri

mas epifcop'

agrè sulit.

Postes ante

gloria Orige

nu innidens,

Palastina

presbyter cre

atwe¶et,

duxit.

fcriptu tr4-

ماز بنز جسم

m Dei

Alexander Histofolymis Narciffo in epifcopass coadin-

Narciffus opifopus aquă in olab vertit. CAPVT IX.

A tempestate Alexander, ex illis vn° qui plurima in persequutione sub Seuero pro vera pietate suffinuerant, à Deo seruatus, administrationem ecclesiæ Hierosolymitanæ suscepti: Narcisso,

qui ibi mun° id gesserat, adhuc superstite. De quo Narcisso eius loci homines quùm multa alia admiranda opera memorat, tum hoc etiam in literas relatum tradunt. Dicunt enim, ad vespera Paschæ oleum ad vsum lucernarum defecisse: quod quum populus ægrè ferret, Narcissum mandasse, vt eius rei ministri ex propinquo puteo aquam hauziret, atq; ad se afferrent. Hoc sic facto, illú precatú esse, aquæ benedixisse, & germana certa est fide, vt in lu cernas insuderetur, iussisse. Quare vt iusserat per-

acta, diuina vi & efficacia aqua derepentè in olei D naturam colore & qualitate versa, igni noua quadam clariorémque luce præbuit. Ex quo tempore id oleum à multis miraculi gratia diutissime est seruatu. Plura præterea de vitæ eius instituto memoratu digna referunt, in quibus & illud præclarum est. Homines quida mali, qui per flagitia omnia & scelera innumera vitam exegerant, constan tiam & seueritatem viti nouerant. Itaque iudiciú eius timentes, ne in fædo deprehensi facinore, quas meriti essent, luerent pænas, fallaciam quandam anteuertentes comminiscuntur, & grauem ei impingunt calumniam. Atque vt opinionem se vera dicere apud homines consequerentur, sycophantiam periurio confirmant: diris quoque sele, si fallerent, deuouentes: primus quidem, vt igni cõ flagraret:secundus, vt sontico detestabilique mor bo periret: tertius verò, vt oculis prinaretur. Et quanuis illi calumniam iuramenti & execrationis obtentu contexissent, nemo tamen eis fidem habebat: quippe omnibus Narcissi castitas & virtus fpectata erat.Ille autem, quum improbitatem tan tam hominum eorum ferre nequiret, alitérq; à ne- E gociis semotam, quietam, philosophicamq; vitam persequeretur, multitudine, arte quadam decepta, profugit, atque annis multis non comparuit. Et ille quidem ita vitam, ac deinde discessionem instituerat. Cæterum magnus ille vindickæ oculus nequaquam cunctabatur, sed quàm celerrimè pestiferos & perniciosos illos homines comprehesos, malis eis quibus seipsos iurameto interposito obstrinxerant, maxime deuinxit. Primus igitur nulla prope de causa,scintilla vnica à lucerna prosiliente domo succensa, vnà cum omnibus genere sibi propinquis, atque etiam cum substantia omni, mi serabiliter præter opinionem omnem comburitur. Secundus morbo grauissimo, qui totum eius corpus inualit, corripitur. Tertius porrò, quum ta grauem & durum in illis exitum rei viderer, & celeritatem omnia speculantis divinæ vindictæ cósiderarer, quæ communiter inter se, per dolum & maliciam, contra virum optimum confinxissent, statim est professus: neque luctus lacrymarumque prius modum fecit, quam vna cum illis oculorum vim & aciem diffluere fensit. Sic illi dignum per- F iurij tulere precium.

CAPVT X.



Vum verò Narcissus profugus longo tempore non appareret, ecclesia rum antistitibus visum est, alium suffragiis creare episcopum. Ita illi Dium quendam Hierosolymorum præsiciunt ecclesiæ: cui, quòd non

multo pôst decessit, Germanion successor sufficitur. Atque huic rursum tertius succedit Gordius. Sub quo Hierosolymis subitò, veluți ex quadă reuiuiscentia præstò adesta Narcissus, episcopatumque ecclesia ibi, fratribus plurimum cogentibus, recipit. Multu porrò venerationis ei accesserat, ex philosophico illo secessus etia plurima bo na, etia ex vindica illa nesarioru hominu, qua eu etia absente Deus suerat dignatus. Quadoquidem aute propter etate decrepitam (iam enim centu & sex annos vixerat) ministeriu suu obire nequibat. Eidem flagi tiofi quidam tiomines calumniam in tendunt,eäj; certo fuo malo,iuramento confir mät.

Narcissus
Hierosolymu prosugieus, annu
pluribus latitat.

Exemplum
perinry dini
nitùs vidica
ti,in Narcif
si calummiatoribus.

Absente
Narcisso Episcopi Hierosolymu cre
ati.
Dim

Germanion, Gordina

a Narcissus episcopati sub reversus accipit. Idem 106. annos natus.

iii

b Alexander es coeps A scopus er col lega adungs tur.

c Profectio Hierosotymitana precationu ergò Suscepta ab Alexandro Cappadocii Antistice. d wxis xd. en kar isoeias Tap Ixa esileas The zezykiyev. 15 Hierojolymu inuitres retineter, & epi-Scopus dinina ordinatio me creatur. f Antino", B durive 🖫, Aegypti rbs, in henorem An tinoi, vt (u prà dictum est,ab Hadriano Imper.condita. V ocatur etiä Antinoia. er Hadria mopolis. z Asilopia des episcopus Antiochia b Clemens presbyter Alexandri

\* kriskezilv. Pantanus,

T MOUNG.

Alexandri Hierofolymicani epifcopiepistola. b Alexandrum, quem diximus, alterius ecclesiæ episcopum, vnà cum Narcisso, prouidentia & dispositio diuina Hierosolymitanz ecclesiz przsicir, noctu per visionem ei designans omnia. Qua ctiam ille, veluti diuinum aliquod oraculum perfi ciens, ex ipsa Cappadocia, vbi episcopatum gere-bat, excitus, e Hierosolymitanam profectionem d precationis ergò, arque ve res ibi peraceas cognoiceret, suscepit. Itaque fratres Hierosolymis, affecione amica & pia, Alexandrum domum redire passi non sunt:ex alia videlicet, quæ eis noctu fuerat oblata, & idem bonis ibi omnibus denunciauerat, reuelatione. Acceperant etiam, quum extra portas obuiam ei honoris ergò progressi fuissent, cœlitus vocem, dicentem: Quem vobis gratia di uina misit, eum yltro suscipite episcopum. Hoc vbi sic factum est, finitimis episcopis etiam, qui cit cumcirca ecclesias regebant, designationi ei acquiescendum esse visum est. Quamobrem cogentes, vt ibi maneret, ei necessitatem imposuerunt, annuente etiam ipso Narcisso. Eiusmodi commu nis cum Narcisso episcopatus administrationis, Alexander quoque ipse in epistola adfAntinoitas ab ipso scripta, circa finem hisce verbis meminit. Salutat vos Narcissus, qui ante me locum episcopatus huius tenuit: & nunc ad centum & sex annos vita extracta, orationibus mecum incumbit, cohortans vos mecum vt consentientes idem sapiatis. Mentionem etiam g Alexander Asclepiade facit, qui Antiochiæ Serapioni successit, cuius pau lo antè quoque in hæresi secundu Phryges memi nimus. Verba eius sic habent: Alexander seruus & vinctus Iesu Christi, beate Antiochenoru ecclesie in Domino saluté. Facilia mihi & leuia Dominus custodiæ meæ tempore, vincula effecit, quú intellexissem, sanctæ vestræ Antiochenæ ecclesiæ Episcopatum, diuina providétia, Asclepiadæ propter eximia fide maxime idoneo, demandatu elle. Éam epistolă per Clemetem, que etia commedat, se ad eos mittere, hisce verbis indicat. Literas hasce, do mini fratrésque mei, ad vos misi, cumh Clemente presbytero beatissimo, insigni spectataq; virtute prædito viro, quem vos nouistis, atque etiam amplius cognoscetis. Is quu hicesset, per prouidetia &\*visitationé Domini, costrmauit at que auxit ec clesiam Dei.Idem Clementis quoque & Pantæni, vt familiarium sibi virorum in epistola ad Origenem meminit, ita scribens: Hæc enim voluntas Dei, vt scis, fuit, vt quæ à maioribus nostris ad nos peruenit amicitia, sarta+tecta, seu potius feruentior firmiórque esset. Patres siquidemagnoscimus bearos illos, qui nos præcesserunt, viros: cum quibus nos breui fore peruelim, Pantænum dico, illu verè beatum & dominum: & sacrum Clemetem dominum meum, & bene de me meritum: & si quis præterea fuit eiuscemodi, per quos omnibus modis optimum Dominum & fratrem meum co gnoui.Scripsit quoque aliam ad Antiochenos epi stolam, aliam itidem ad Origenem, & rursum alia contra Demetrium pro Origene : quòd videlicet Origenem, Demetrio bonum ei perhibente testimonium, presbyterum crearit. Sed & aliz eius ad alios circunferuntur epistolæ.In persecutione autem sub Decio, Alexader rursum ad Præfecti productus tribunal, causam dicendo iudicij periculŭ

subiit, graui & propè decrepita senectute venerá-

dus: Cæsareamque ductus, atque ibi aliquandiu in D zinste un carcere seruatus, coronam martyrij reportauit.

CAPVT XI.



Rigeni autem Romanæ vrbis vi fendæ, quum ibi Zephyrinus ecclesiam regeret, cupido incessit. Vbi quum non ita diu mansisset, & inde Alexandriam rediisset, doctrine atque institutioni, vt ca

techistes, ibi præfuit : Demetrij rogatu adductus, vt eo maiore studio operi ei incumberet. Quum verò animaduerteret, abstrusiori se scripturæ sensui scrutando atque eruendo, ita vt volebat, vacare non posse, quod ne respirare quidem liberius ei liceret, per eos qui quotidie à sole orto ad vesperá vsque scholam eius frequentabant: faciendum sibi putauit, vt tantam multitudinem divideret: & Heraclam, ex sectatoribus suis præcipuum, virum doctissimum, qui in disciplinis philosophicis & facrarum literarum eruditione plurimum colloca uerat studij, sibi in instituendo socium & adiutorem ascisceret. Ita factum, vt primum laboré eo- E rum docendorum, qui fidei elementa nuper assequuti essent, illi demandaret: sibi ipsi verò prouin ciam cos instituendi qui perfectiores essent, diuinamq; doctrinam veluti in habitum deduxissent, reservaret. Vsque eò autem accuratam sacrorum oraculorum inquisitionem & studium produxit, vt Hebraicam etiam addisceret linguam, & Hebraicos libros ad prima exemplaria descriptos coquireret:insuper etiam omnes translationes corú qui factas fcripturas verterunt, & à vulgata interpretatione discesserunt, inuestigaret: Aquilæ deni que, Symmachi, & Theodotionis editiones, ex oc cultis abstrusisque terræ recessibus, vbi lõgissimo latuerant tépore, in lucé proferret. Ex quibus omnibus opus quòd ab eo Hexaplum siue Sextuplū inscriptum est, coposuit: Cuius operis quæ vis & ratio sir, ex sequentibus intelligetur verbis. Trans lationes sacre scripturæ, quæcunque extarent, col legit.Primam quidem septuaginta interpretu, de- p inde corum qui post Christum natum fuere, Aqui læ Iudei cuiuldam, qui eam Græce vertit, post huc Symmachi, aliam rursus Theodotionis, & alia deinceps innominati atq; incerti cuiuspiam autoris: qui sanè omnes Hebraici & Graci sermonis egre giè periti fuere. Quarum translationum quandam se Nicopoli, quæ septétrioné versus sita est, atque aliam alio loco inuenisse scribit. In Psalmoru autem Hexaplis, post quatuor celebriores editiones non quintam folum, sed & sextam, at que adeò septimam traslationem se apposuisse ostedit, Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Seueri filij,repertas.Hasce igitur interpretationes atque editiones veterum inter se compositas, atque in vnaquaque pagina vnà cum Hebraici exemplaris annotatione digestas, proposuit. Vnde certus scripturæ sensus, translationúmque consensus vel dis sensus certò intelligi queat.Et sic ille nobis hexapla, siue sextupla reliquit exemplaria: quum quidé antes feorfim Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & Septuaginta interpretum translationem in volumine\*quod Tetrassum, siue quadruplum nominauit, composuisset.

Origenes Ro Bra etiä fuit.

I dem fociom fibo & coope variom do-Elrima i fcho La Alexan drina affumis Heraclam.

Origenes Hebrakê addifiit,

Translatiowes facta
feripeura in
quifinit.
Opus Biblio
rum Hexaplum.

\* + = 35014 RT 100 VIKOZÓ. Ad, Nice. TH nges enriqu VIXOWIN, Enfeb. lib. 6.cap.17. Est enim ad Altii proab Anga fo Calare extructa Ni copolu. Est icem non les gè ab Enxino fita cofdem non cinitat. \* le ras rie The Ris.

CAPVT XII.

interpres Ebionita fuit. A

Ambrolin enda aV a lentini errore Origenes ad ershodoxiam perduxit. Plurimi eius Selfatores & discipuli. Eos p capto B

Artes einfmediad Theo logică doctri nam villes. Origenes 4pud Philoso phos etiã ma gunehabisme

cuinsq; in li-berabb° etiä


arribus exer

Ciendum porrò, Symmachum interpretem Ebionitarum lecte fuisse, quæ (sicuti in superiorib expoluimus)inopes qualdam& mendicas opiniones de Christo induxit: illum scilicet purü esse

hominem, & ex Ioseph & Maria principium & ortum sumpsisse, legémque Iudaico more obseruari oportere confirmás. Edidit quoque Symmachus in sacrum Matthæi Euagelium commentaria, ex quo hæresim suam astruere & stabilire videtur. Ea verò commentaria Symmachi vnà cum eiusdem scripturarum versione, Origenes scripsit se à quadam fœmina Iuliana recepisse: quæ quid€ fæmina eos libros ab iplo autore acceptos, apud se reservauerit. Interea & Ambrosius quidam hæ resi Valentini admodum infectus, ab Origene co uictus, veritatisq; luce mentem illustratus, ad sinceram fidei doctrinam transiit. Et alij verò permulti, quoru aures oratione doctrinaque sua Ori genes permulferar, vndiquaq; ad eum conueniebant, periculum de perfecta eius doctrina sacturi. Atq; in iis no pauci quoq; ex hæreticis, pleriq; verò etiam ex viris præclaris & illustribus, qui vtrăque philosophiam pure addidicissent, magno studio ad eum confluebant. Et quos ille idoneos esse ad mathematicas disciplinas percipiendasvidebat, eos ad Geometria, Arithmeticam, aliasque liberales artes producebat. Insuperautem & adphilosophorum sectas cognoscendas instruebat, dogmata corum illis exponés, & commentarios in res quasuis edés:ita ve apud philosophos quoque magnus haberetur. Quod si qui essent paulo rudiores, cos artes Cyclicas docebat, magnam inde vtilitatem comparari ad sacrarum disciplinarum doctrinam perhibés. Proindéque & seipsum necessitate quadam ad prophanas literas discendas descendisse testatus est. Confirmant hoc qui eo tépore cum eo enituere philosophi, in quoru libris multa eius inucnitur mentio. Quandoque etiam illi libros ei suos dedicarunt, nonunquam autem eos iudicio eius summiserunt.

CAPYT XIII.

Porphyrius Christianorii infectator. \* iv sikedia ME MON, EN ∫elib,6£.19



ret, mentionem inferens eorum qui in eis elaborarunt, earumque secretiorem sensum exposuerunt, quum nihil argumenti & verborum inopia haberet, quod contra nostra dogmata criminado afferret, ad conuicia se convertens, & enarratores corum carpens, inter cos Origenem, quem in tenera ætate viderat, proscindere conatur. Qua tamen in re commendationem illius legitimamvel ingratis affert, nunc quidem vera memorando, quum scilicet aliud quidquam dicere non posset: nunc verò mendacia confingendo, vbi se latêre& fallere posse speraret. Siquidem eum vt Christianum criminatur:rurlum verò, quu philosophice

viuentem describit, admiratur. Verum quæ de eo D Verbacini commemoret, rectius ex ipsius verbis intelligentur.Flagitiofę improbitatis Iudaicarum literarum nő abrogationem, sed solutionem quidam se in- " uenturos sperantes, magna animorum alacritate " ad expositiones & enarrationes se contulerunt, 20 absurdas illas, ineptas, & scripțăris ipsis minime " cogruentes,& non tam defensioné peregrinæ di " sciplinæ, quàm quæstum & laudem autoribus ip- " sis afteretes. Magno enim fastu, apud Mosen, pleraque obscurè dicta, atq; ænigmata prorsus esse, " præ se ferentes: & diuinorum oraculoru, quæ ar- " canorum fenfuum & mysteriorum fint plena, au- 🗻 toritatem eis tribuentes, iudicio eorum arrogan- " tiæ præstigiis fascinato, enarrationes eiuscemodi 💂 instituunt.Et paulo põst.Huius verõ absurditatis " autor est Origenes, in quem ego adolescentulus " admodum incidi,magna tum gloria vitum: ficuti 🦼 etiamnum magnum eius est, propter ea que post " se reliquit librorum monumenta, apud eos preci- " puè qui talia docent homines, nomen . Quum e- " nim Ammomij, qui atase nostra in maximo fuit E Orige precio, auditor ellet, plurimum in eloquentia & " disciplinis omnibus apud eum magistrum est "p gressus: viuendi autem instituto, contrariam illi sequutus est viam. Ammonius nanque Christianus, & à Christianis parétibus educatus, postqua sapere cœpit, philosophiamque attigit, illico ad legitimam viuendi rationem se contulit. Origenes autem Græcus,& Græcis eruditus disciplinis, animum ad barbará appulit temeritatem, in qua seipsum \* doctrinamque suam ad quæstum exposuit: Christiane quidem ille & legitime ex inflituto professionis eius viues, in persuasione autem religionis atque in studiis lucubrationibusq; suis Gracos consectans, & Gracorum dogmata peregrinis subiiciens fabulis. Semper enim versatus est í Platone, Numenio, Cronio, Apollophane, Longino, Moderato, Nicomacho. Plurimum etiam operæ in corum libris posuit, qui inter Pythagoricos excellút. Víus quoque est Chæremonis Stoici & Cornuti libris, ex quibus allegoricu corum qua apud Gracos sunt mysteriorum enar randi morem didicit, & scripturis Iudaicis accom modauit. Hac Porphyrius, in tertio eorum quos F contra Christianos scripsit libroru, refert. In quibus ea quidem quæ de multiinga viri eruditione commemorauit, vera sunt: alia verò apertissimè mentitur. Quid enim ille, more fycophante, non comminisceretur, qui contra Christianos ita est debacchatus? Ausus quippe est, Origenem affirmare à Græcorum superstitione trasfugisse: Ammonium verò contrà à veræ pietaris instituto ad peregrinam religionem transiisse: quum Origeni Christiana professio patria prorsus fuerit, sicut de eo statim à principio retulimus: Ammonius au tem ad extremum vsque spiritum costanter persuasionem sidei in Christuretinuerit. Quemadmodum id lucubrationes eius, quibus magnam laudem & gloriam est cosequutus, manifestò te-

stantur: præcipuè verò commentarius eius, qui de Mole & Ielu confonantia infcriptus est:ac de-

inde alij, qui eiusdé generis apud studiosos asser-

uantur. Atque hæc propterea adduxi,vt fimul & sycophantiam calumniatoris refellerem, & quan

sus in externis disciplinis Origenes fuerit ostéde-

Aignolfiv i-

Exign ad veritatie ba impij Por phyrÿ.

Scripta.

Qer consilio Origenes phi lojophicas er ppnanas lite ras magno studio sit con feit stus.

Heraclas presbyter phi lojophicii ha bum geßet. 30

rem. Quo nomine, & scilicet nimium in eas operæ & studij collocaret, quum à nonnullis reprehensus esset, talibus ad eos in quadá epistola vsus estverbis. Posteag totus divinaru literaru doctrine incubui, famáque de iudicio ac studio meo increbuit, proindéq, frequenter ad me aduenerunt, nunc quidem havetici, nunc autem Grecarum literarum studiosi, & philosophi in primis, visum mihi est, & hæreticorú dogmata, & philosophorum, quæ se de veritate afferre pollicentur, placita perscrutari. Qua in reimitati sumus, qui nos precedens multis plurimum attulit vtilitatis, Pan tanum, non paru n artibus profanis instructum: & qui nunc in o dine est Alexandrinorum presbyterorum, Hera clam, quem ego operam talibus literis nauantem apud philosophiz magistrum re peri: quum quiclem quinque annis ille prius se-Autor philosophi eius fuisset, quàm ego disciplinis talibus vacare inciperem. Quam ob causam quum antea communi vestituvsus fuisset, co depolito, poltea philotophi habitum sumplit, que eriam ad hunc víque diem gerit. Hæc de studio Græcarum artium suo Origenes refert.

CAPYT XIIII.

POrtò quum ex Arabia literæ ve

Origenes in Arabiare B

Item in Palastina.

Ibi ab episco pu rogat" no dum prasby ter faires lite rasin ecclesia docuie. Defensio dim rei.

Origenes A-lexandriam

nirent, vt verbi do Arinam cum principe regionis eius communicaret, profectus est eò, ea ipsa de causa. Sed non diu ibi mora-tus, Alexandriam rediit. Arque inde rursus propter motus bellicos secedens, Ægyptúmque itidem propter armorum discrimen suspectam habens, în Palæstinam se recepir. Ibi quum Cxfarex degeret, episcopi Palxstini legatione quoque ad eum missa, ei permisere, ve de sa eris literis dissereret, & publice eas in ecclesia interpretaretur, quanuis nondum presbyteri hono rem esset consequutus. Id quod comprobatur ex scriptis eis, quæ Demetrius malè erga Origenem affectus, vt paulo antè meminimus, episcopis Palæstinis misit. in quibus scriptis, præter alia, illud erat : Nunquam antè auditum, nunquam factum esse, vt præsentibus Episcopis laici concionarentur. Quapropter illi, & potissimu Alexander Hierosolymitanus & Theoctistus Casariensis antistites, defensioné eius rei ad eum scripserunt, non vera illum dicere asseuerantes. Vbi enim, inquiūt, reperiuntur idonei homines,qui doctrina sua pdesse fratribus possint, si illi sanctorum episcoporum iussu & permissione per cohortationes ad populum verba faciant, id offendiculo no est: sicuti apudLatádos Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celso, Synadæ Theodorus ab Attico, omnibus illis beatis fratribus inuitati fecerunt. Verisi mile autem est in aliis quoq; locis, quod nos igno ramus, itidé esse factum. Tanto in honore Origenes no folum apud ciues & provinciales suos, sed etiam apud externos episcopos fuit. Cæterûm quum ei aliquando Demetrius scripsisser, Alexan driam reuersus, docendi ibi munus laborémque folitú obiuit. Sed enim ad ea víque tépora quáplu rimi alii eloquetia & doctrina viri clari florucre, quorum scripta & epistolas in bibliotheca apud Æliam, ad ætatem suam coseruatas esse, Eusebius

Pamphili memoriæ prodidit: vnde sibi argumen D Muliwiztum & materiam ecclesiasticz historiz componendæ suppediratam esse air. Eam bibliothecam idem refert instructam esse ab Alexandro, qui ibi vnà cum Narcisso, ex diuino resposo, episcopalé administrauit prouinciam.

#### CAPYT X V.



Erùm enimuerò quum permulti li bris edendis eniterent, plurimaque ecclesiæ componerent monumen ta, in quibus contra hæreses maximè decertarunt: inter quos etiam

Beryllus Bostrensis Arabs, qui elegantia vtiliaque scripta post se reliquit, & \* Hippolitus Portuen sis episcopus, & Caius, scriptores ecclesiastici fuere, quorum antea quoque nobis facta est mentio: Origenes etiam iple ad enarrationes scripturæ co ponendas animum contulit, Ambrosio quodam eum ad id studij & laboris excitante. qui sanè no admonitionibus verborum & cohortationibus E tantum est vsus, sed liberaliter etiam sumptus cogruentésque impésas ei suppeditauit. Septem etenim ei attribuit 🖈 celeres notarios, qui certis defignatis horis, in scribendi opera sibi inuicem suc cedebant. Ad hos totidé addidit alios, qui dictata illius 🖈 formis pulchrioribus in libris accuratè describerent. Aderant etiam puellæ in scribendo probè exercitatæ, quibus omnibus Ambrosius ex facultatibus suis quotidie abunde sumptus præbuit. Quinetiam aliis pluribus modis ille alacri tatem viri,in tali diuinarum literarum studio, sedulò auxit, vt libentius prolixiúsque, sic inuitatus, in editionem commentariorum fuorum incumberet. Æquum autem esse puto,quæ studiorum fuoru monumenta reliquerit, in præsentia recensere. Alexandriæ quidem conscripsisse dicitur in Euangelium Ioannis libros sex. + In totu Euangelium, libros viginti duos. In nono autem corú quos in Genesim scripsit libro (duodecim autem edidit)eos qui nonum præcesserunt, Alexandriæ etiam comentatum se esse dicit, sicuti & expositiones in vigintiquing; primos Psalmos. Preterea in Threnos romos nouem: in quibus duorum li brorum de resurrectione mérionem facit. Libros itidem de principiis, & quos inscripsit spumarus, seu contexta (sunt autem decem) Alexandriæ quoque compoluit. In enarratione autem primi Pfalmi, numerum sacrorum librorum veteris testamenti hisce verbis recenset.

† cie sand à lampianon, Nicoph. cie à wan lampianon, Smid. cie 🕈 war wazzister aut d'i Tête, Euseb lib. 6 .cap. 24. P bi in sexto in entario,quinque Alexandriz eum edidisse,qui sextum pracesserunt, & in totum Ioannii Euangelium tantummodo 2.2.tomos in manue hominum peruenisse dicitur.

# XVI.



Cire peropus est, testamentarios libros, vt Hebræi tradiderunt, esleviginti duos, ita ve is numerus cum elementis literarum eorum conueniat.Deinde infert.Sunt auté apud

Hebræos viginti duo libri isti. Qui apud nos inscriptus est Genesis, apud eos à principio titulum eloquetes viri Bibliothers infigna Hic rofolymia d instituta.

Baylu Be ftressus scriptor ecclesia. Ricas

\* irriw18. hipse we ngli auts hat 6x 8 20% 274. seixlas. Eufe. lib. 6.14.21, Origenes comenterio: in Sacram fripturam edit. Ambrofu ei natarios et Sweeptus Sup peditante.

\* TEX 6705ger, ranige **φ01.** 

Einsdem scripta.

bliorii libris.

Noni Testa-

enenti libri.

33

Origenes de A haber, Beresith, quod est, in pricipio, Exodus, Velle semoth: hoc est, Hæc nomina. Leuiticus, Vaicra:hoc est, Vocauit auté. Numeri, Vaiedaber:hoc est, Locutus est. Deuteronomium, Ellehaddebarim:hocest, Hæc sunt verba. Iesus filius Naue, Iehosua Ben Nun: hoc est, Iesus filius Nun, Iudicu, Sophtim. Ruth, apud ipsos Iosaphatim. Regum, Melachim primus & Secundus, siue Samuel: hoc est, à Deo vocatus. Regum, Melachim tertius & quartus, seu regnum Dauid. Paralipoménen pri+ mus & secundus, Dibræ haiamin: boc est, sermones dierum. Eldræ primus & secudus, Eldras: hoc est, auxiliator. Liber Psalmorū, Spharthelim. Prouerbia Salomonis, Misle. Ecclesiastes, Coheleth. Canticum canticorum, non autem (vt quidam pu tant) Cantica canticorum, Sirasirim. Esaias, Hiere mias cum Threnis & epistola, Daniel, Ezechiel. Duodecim prophetarum liber, Thereasar, Iob, Esther. Præter hos sunt libri Macchabæorum, qui apud eos inscributur, Sarbeth Sabanaiel. Atq; hec in eo quem diximus comentario exponit.In primo autem in Euangelium secundum Matthæum libro, ecclesiasticu seruans canonem, quatuor tan tummodò Euangelia se nosse, sic quodammodo. testatur: Vt quidé ex traditione didici de quatuor Euageliis, sola ea sunt certæ autoritatis, & irrefragabilia in ecclesia Dei quæ est sub cœlo.Primum Ícriptum est ab olim publicano, postea verò Apo stolo Iesu Christi, Matthæo, & sidelib Iudæis ser mone Iudaico traditum. Secundum à Marco, sicu ti à Petro illi est dictatu, quem is in Catholica epi stola sua, eam ob causam filium agnoscit, inquies: Salutat vos in Babylone electa, & Marcus filius meus. Tertium secundum Lucam, à Paulo laudatum est Euagelium, quod is gentibus scribi curauit. His accessit, id quod secundum Ioannem est. In quinto porrò in Euangelium Ioannis Enarrationum libro hæc etiam de epistolis Apostolicis refert: Qui verò dignus iudicatus est minister fieri noui testamenti, non literæ, sed spiritus, Paulus, qui cursus Euangelij ab Hierusalem & circucirca víque ad Illyricum absoluit, non ad omnes quas docuit, etiam scripsit ecclesias. Ad quas auté scripsir, perpaucis vsus est versibus. At Petrus, + super quo ædificatur Christi ecclesia, aduersus quá neque inferorum portæ prænalent, vna citra con trouersiam reliquit epistolam. Verum sit eius etia altera, quæ tamen in dubium vocatur. Quid verò de eo dicendum, qui supra pectus Iesu recubuit, Ioanne? qui Euangelium vnum ad posteros trasmisit, tot se edere posse professus, quot vniuersus non caperet mundus. Scripfit quoque Apocalypsim, iussus tacere & non scribere septé tonitruu voces. Reliquit idem admodum paucorum versuum epistolam:sed sit eius & secunda, atq; etiam tertia, quas non omnes germanas esse putant, &, vtraq, centum versus non excedit. Ad hec de epistola ad Hebræos, in eiusdem homiliis hec refert: Stylus & eloquutio epistolæ ad Hebræos inscriptz,non redolet genuinum & rudiorem Aposto li ductum: qui seipsum rudé esse professus est sermone, hoc est, eloquutione. At epistola ea verborum copolitione maiorem habet Græci sermonis venustatem.Id sanè, quicunque de eloquutio-

num differétiis iudicare potest, profitebitur. Rur-

sum, quòd sententiz ciusdem epistolz admiradz

prorsus sint, & à scriptis eis quæ ex professo Apo D Rolica habentur, minimè secundæ, & id qui atten » tè in Apostolica lectione est versatus, non nega- ... bit. Deinde illa subiungit. Ego quidem iudicium » meum declarans dixerim, sententias prorsus Apo » stoli esse: eloquutionem autem & contextum ali " cuius qui Apostolica dicta memoriæ gratia inscri " ptum retulerit, & verba magistri in commenta- » rium annotans redegerit.Itaq; si quæ ecclesia epi- " stolam eam pro Paulina habet, meritò ca isto no " mine benè audiat. Non frustrà enim veteres cam " Paulo adscripsere. Qui verò autor eius scripti sit, " folus id certò nouit Deus. At ení quæ ad nos per- " uenit memoria rerum, partim à Clemête Roma-, no episcopo, partim à Luca qui Euangeliu & Apo, stoloru acta scripsit, editam esse tradit. Atque hec " quidem Origenes Alexandriæ composuit. Quæ, verò in Palæítina, aut alibi versatus, lucubrás edi- " derit, paulo pòst recensebimus.

# CAPFT XVII.



Ost Anton...

& méses sex Romana 10.
fuit, Macrinus b ea administrauit: qui nodum integro exacto E
anno extinctus, alteri Antonino imperij summa, quatuor tan
inenda reliquit. Cuius successor im

Trains Alexandri mater

tum annos retinenda reliquit. Cuius successor im perator Alexander fuit. Huius Alexandri mater Mamæa nomine, celebritate famæ Origenis permora, explorare atq; cognoscere in diuinis rebus ab omnibus laudatam cognitionem & prudentiam eius (piè enim diuina colebar, moribusque, si que alia, & ipsa maximè castis & modestis erat) cupiens, quum Antiochiæ esset, virum eò ad se honesto militaris manus satellitio &! comitatu accersiuit. Ibi ille satis diu mansit c. Quumque eam doctrina sua, ita ve par erat, ad diuini verbi Christianæque disciplinæ amorem excitasser, eidémque Dei in rebus omnibus sibi concessam gratiam exhibuisset, ad consuetum sibi inde scho læ suæ laborem est reuersus.

# C APVT XVIII.



Vius imperatoris temporibus, ecclesiasticis quibusdam labo-F a ribus flagitantibus, a in Gracia trasmissurus Origenes Palæstinam adiit: ecclesiasticoque ibi presbyterij honore, per imposi

tionem manuum eius loci episcoporum, Alexandro autore, Cæsareæ Philippi ornatur b. Verúm quæ simultas ca de causa inter ecclesiarum antistites sit exorta, & quantum opera atque laboris ipse viuida adhuc ætate in sacras literas collocauerit, quòd alterius sint historiæ atq, lucubrationis, ex aliis ea scriptoribus cognoscere volentibus petere permittimus. Quum autem Alexadria discedens, in Palæstinam se conferret Origenes, duodecimo imperij c Alexandri anno d, Hera-

e Imperator iste Aurelius Alexader Severus doctissimos intesą́; viros, Papiniani viri fanttißimi discipulos à cŏsiliu habuit cósq. plurimos. Láprid. Eorum responsis libro Pandectarii iuru ciuilu referti sunt. Tutore habuit Domitiu Vlpianu iuriscosultum. Bello aut Germanico in tumultu militari vnà cũ matre Mămaa, no longe à Moguntia, ad oppidu Viceliam, sue Vesamam (Vesalia hodie dicitur) casus est: rbi quoque mater eius iacet sepulta. d Heraclas Alexandria in schola Theologica Origenis successor.

a Antoniuse Caracal la à reste salari Gallica, qua militi es populo dedie, sic dictus fra trẽ Gotă Ca Sarem in fine matris occidis, 🖝 nosercam Inliamyxorem duxit. b Opili Ma crinu, As tonium He liogabalm, Aurel. Ale xander Sene rw,imperate res Remani. Origenes Antiochia cum Mammea fuit.

4 Coninces derii bereticorû gratia: Rufin.

b 1dem Ca Sarea Palestina, cii ma gna qu dam

De opifiola ad Hobrass.

† 14' & oine- 22

א נשן ושעפס

oia.Enfeb.

Sue jerya-

lib.6, ca.25.

Heraclasepi A scopus Alexandrinus.

Dionysino Heracle in Schola administrāda successor. clam schole suz, in qua divinum docuerat verbu, successorem reliquit. Qui nó diu sacre ibi doctrina præsuit. Breui enim Demetrius episcopus Ale xádrinus, quum quadraginta tribus annis munus ecclesiasticum ritè administrasset, décessit: cuius locu in episcopatu eo Heraclas recepit. Dionysius autem, qui postea Heracle in episcopali dignitate successit, tum quoq; pro eo scholæ sacre Catechistes est creatus, quinto ab ipso Pátæno successionis ordine, loco. Pantænus enim primus suerat: post eum Clemés presbyter, contextor ille, secun dus: Origenes, tertius: Heraclas, quartus: quintus, Dionysius: & post eum sextus Athenodorus. de quo paulo pòst dicemus.

· CAPVT XIX.

a Opera O vozenu i Pa lajtina edit s

b Ide dicta-

re primum ta

сьузгарни

empit sexage simű egressine

annii. Suprà

cap.15.00d.

В



Orrò a in Palæstina quum Orige nes esset, lucubrationes in Esaia & in Ezechielé cóposuit. Quas in partem tertiam Esaiæ, vig; ad visionem quadrupedum in solitudine, scripsit, trigsta tomis ab-

soluit.In Ezechielem autem, quinque & viginti. Porrò in Canticum canticorum ad quintum vsq; tum progressus est commentarium: quiquidem omnes decem sunt numero. Professione autem fidei nostræ magis ac magis, ita vt coueniebat, in-crementa sua capiente b, quum iam sexagesimu Origenes egressus esset annum, maximámque sibi & expeditissimam ex diutina meditatione & assuetudine comparasset eruditionem, docedi atque disserendi virtute ad summum progressa, que in medium proferebat præcepta & documenta, quod antea no permiserat, celeribus notariis exci pienda dictauit. Quo tempore etiam contra Celfum Epicureum, qui maximo studio in diuina do Ctrinam inuectus fuerat, præclaros illos conscripsit libros. Quinque verò alios in Euangelium fecundum Matthæum, alios item plures in duode cim Prophetas. Est etiam in manibus hominum, ad imperatorem Philippum epistola: & præterea ad Seueram coniugem eius data altera: & ad alios quosdam aliæ. Scripsit etiam ad Fabianum ecclesiæ Romanæ episcopum, & ad multos alios aliarum ecclesiarum Antistites: quæ omnia rectam fidei professioné docent c. In persequutione autem sub Maximino Cæsare: maximum enim is, odio eius qui eum precesserat, Alexandri imperatoris, qui magna fuit in Christianos beneuolétia, omnélque ferè in aula fua nostræ professionis familiares & ministros habuit, contra nos excitauit tumultum:potissimumque in ecclesiarum recto-

\* Alexander Sewerus Christianos esse passus est. Christo tëplum facere voluit, susmque inter Deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fectur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulachris inscrat sieri: qua hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Adriami, qua ille ad hoc parasse dicebatur. Sed prohibisus
est ab hu, qui consuletes sacra, repererant omnes Christianos susmos, si id optato cuenisses, to templa reliqua deserenda. Alexad.
Souerus sententi smillam Christianam, Quod tibi non ru, alteri ne
secerus: requeaded dilexit, re es in palatia, es in publicio perscribi
inberes. Nomina corum quos publicio prescribat muniu, proponebat, hortans populum: re si qui quid haberet crimini, probaret ma
misestu rerbu: si non probasses, pænam capitu subiret. Dicebátque
grane esse, cum id Christiani facerent in pradicadio sacerdotibus qui
ordinando sunt, non siero in prounciarum rectoribus, quibus es forsuna hominum committerentur, es capita. Acl. Lamprid.

res, veluti doctrinæ Euagelicæ autores, in quos so D los capitalibus suppliciis sæuire iussit, est debacchatus. Eo itaque tempore præclaram illam orationem, qua ad martyriŭ cohortatur, compoluit, eámque d Ambrosio & Protocteto Czsariensibus presbyteris inscripsit. magna enim eis solicitudo & anxietas propter persequutionis eius vehementiam incesserat. In qua oratione ambo illi » rationes explicatas habuerunt, vt fortiter in mar- » tyrij stadio certamen pro Christo sustinerent at- " que perferrent. Sed quid opus est certum scri. » ptorum eius viri numerum inire, quum ea res pe » culiari indigeat ocio & labore? Atqui Eusebius » Pamphili, Pamphilū ipsum martyrem dignis prosequés laudibus, summumque eius in rebus diuinis studium celebrans, nomenclaturam & tabellas eum Origenis aliorum; ecclesiasticorum scriptorum monumentoru in bibliotheca sua repolitoru, sex libellis explicuisse scribit, in quo scri pto de epistolis quoque eius Eusebius hæc refert: Quarum, inquit, quascunque apud plures variis in locis sparsim servatas conquirere potui, singillatim in tomos suos digestas, ve ne interciderent, su E pra centum collegi. Reperias quoque librotu eius catalogum in sexto libro eius, quam pro viro co scripsimus, Apologiz.

CAPPT XX.



re.Inter quos præclariores fuere: Theodorus, qui in Palestina cum magna gloria sacerdotio est fun &us: & Athenodorus: atque huius frater Theodorus, qui etiam Gregorius, atque insuper + mirificus est cognominatus. De quo, loco suo dicemus: nam postea episcopatu Neocæsarez in Pon to gessit. His Græcarum & Latinarum disciplinarum maxime studiosis, omnémque in eis operam ponétibus, quum Origenes verioris philosophiæ venustatem ac pulchritudinem ostendisset, facilè F persuasit, vt cu ingenti desiderio priora studia sua meliore doctrina commutarent. ij quinquennio solo opera in sacris literis apud eum nauata, tantum profecerut, vreis ambobus adhuc iuuenibus regendarum in Ponto ecclesiarum cura rectè demandaretur. Vnà cum his etia Dionysius fuit, qui Alexandriæ non folùm diuinam fcholá Catechistes, sed etiam ecclesia Episcopus rexit. Tanta scilicet Origeni disciplinis tradendis inerat facilitas & elegantia, tantúmq; celebris eius fama plerosque ad spectandam doctrinam & sapiétiam eius pertrahebat. Nec tantum qui studiosi essent dicedi, aliarúmque artium, verumetiam qui præclarú iam in eis nomen erant cosequuti, ad eum venie-Firmilianus quoque Cæsareæ Cappadocum episcopus, tanti hominem fecit, vt aliquando internuncium ad eum miserit, per quem eum ad se, ecclesiarum suarum emolumenti causa inui taret. Cæterum quum ille morarum subinde cau sas necteret, ipse in Iudzam profectus, atque ibi aliquandiu cum illo versatus:tandé multos quàm

Difeipali
Origenu in
Palastina:
Theodorus
Palastinus,
Athenolorus, Grater
eins Gregorius Murfacens
Traeodorus
Palastinus
apud Eufeb.
uo racifetus.

† Demusie.

gbe. Enfe lib.

6.64.30.

d Ambri

Sime & Pro-

tolletm Ce.

sarienses prof

byteri, mer-

tyres.

matiyr.

e Apul

Said. feripi

est, Origini ppeares quel

copofuerit li

bres Course.

a Texty roca-

tŭ este,quafi

dicas copofi-

torem:que d

res causa hal

lucinandi, 1

maguopai,

erraret, fuit.

Dionyfin Alexandriam.

Firmiliana Cappadox,

Jacello, Abra hami Gr Christi Sermatoru statuas habuit.

cPer sequetio Christia-

ทองนี้ sub Iu-

lio Maximi

Alexander

Flarario, hoc

eft domestico

micanus. Theoftistus Cajariensis.

De Cestorii

libris Suidas

in dictions

A geixands.

phricani.

Scripta A-

c De histo-

ria Sufanna

d Cocordan-

tia genealo-

gi a Christi

apud Mattheum &

Lucam.

e Origenes

egregine ha-r etkorü con-

futator.

Alexander A antea fuerar, sacrarum literarum peritior ad suos rediit. Sed & Alexander Hierosolymorū & Theo rediit.Sed & Alexander Hierosolymorū & Theo &istus Czsarez Palzstinz episcopi, semper ferè ibi cum eo vt magistro, qui in sacris doctrinis ma ior quam humana natura fert, esfet, fuere, opera ei nauantes: & propalam, quæ vel ad ecclesiasticam doctrinam, vel ad sacrarum literarum interpretationem pertinerent, ei concedentes.


CAPYT XXI.

a InlinuAphricanus. b Fortèhic p Heracia logendü Orige

Odem tépore cum Origene etiá a Iulium Aphricanum vixisse, histo-riz tradunt : qui & illius firence Cator, & dilinariæ tradunt : qui & illius fuerit fequos libris quinque est coplexus. In eis porrò scribit, se præclara fa-

ma b Heraclæ excitum: profectionem Alexadrinam suscepisse. Aphricanus iste, librorum eorum qui inscribuntur Cesti, autor perhibetur. Dedit is quoque ad Origenem epistolam,in,c qua historia Susannæ, veluti adulterinum scriptum, ex Daniele reiicit. Ad quem rescribens Origenes, eam non illegitimam, sed germanam potius esse scriptura, quæ scilicet plurimum afferat veilitatis, ostendit. Circunfertur & alia Aphricani ad Aristidem epistola, de ea quæ videtur esse, quum non sir d, disfonantia genealogiæ Christi apud Matthæum & Lucam: in qua, ex historia quadam, quam à veteribus acceperat, Euagelistas magis inter se cosentire, quam dissonantiam aliquam apud eos esse, probat. Eá volumini huic nostro, loco suo, in primo Tomo inseruimus. Atque hæc quide Orige nis gloria apud omnes fuit, hoc ipsius in sacris disciplinis studium: in hac quoque Episcoporum fuit admiratione, quibus eildem etiam vlus est di scipulis. Quantus autem eidem fuerit ardor, contra cos qui perucría & peregrina induxerunt dogmata, deinceps ostendere pergemus.

CAPYT XXII.



Per Origani doElvinam medus buc.

Dominum nostru Iesum Christum non prius + propriam essentie subsistétiam habuisse, quam ad nos venerit : neque propriam obtinuisse dininitatem, sola autem paterna subsistériam & Deitatem in eo apud nos versante ex-

Eryllus, qué paulo antè Bostren

sem in Arabia diximus fuisse epi

copum, nouas quasdam, & ab

tulit opiniones. Asseruit nang;

ecclesiastico Canone alienas, p-

titisse. De nouo hoc & maligno dogmate, multi cum homine ecclesiarum anristites per disputationes congressi, auertere ab eo tam impiam sententiam sunt conati. Verum ille quam semel con cepisset, pertinaciter retinuit opinionem. Posteaquam auté à multis excitatus, ad eum clarissimus peruenit Origenes, primum sermone cum eo col lato, quænam haberet, quæve doceret dogmata, ab eo quæsinit. Vt verò rem omnem satis cogno uit, firmis arque irrefragabilibus argumétis eum non recte sentire conuicit: & vix tandé demonstrationibus certis persuasum, sensim & humaniter cum eo agens, ad fincerá veritatis reduxit do-Arinam, pristinúm que ei sanæ sententiæ restituit

habitum. Monumenta Synodi episcoporum pro- D pter Beryllum coacta, longo tempore funt afferuata,quæ ipsius atque Origenis quæstiones simul & solutiones ordine continent. Hzc de Berylli relipiscentia.



Va tempestate alij quoq; in A-rabia extiterunt, qui adulterianimam hominis ipsam vnà animain nomina que cum corpore in præsentia mori atque interire, & aliquando tan

dem in resurrectione futura, vnà cũ corpore suo reuicturam esse, ac de cætero ad immortalitatem conseruatum iri arbitrátes. Hæc quum illi sic per inaniloquentiam iactarent, conventus episcoporum sunt acti: in quibus, quum efficere nihil polsent, Origenes est euocatus. Atq; ille nulla interposita mora affuit. Et verbis hinc & inde factis, E quæstionéque in medium proposita, ita ibi vir ille disseruit, éaque ex scripturis in consessu illo attulit argumenta, vt aduer sarij deinde quod cotrà proferrent, nó haberent. Itaque statim ita sunt có uersi, ve se ipsos erroris condemnarent, pænasq; à se ipsi exigerent

CAPVT XX1111.



Ost has alia illis longè perniciofior, Helcesae quodam autore, exorta est bæresis: quæ prius est extincta, Origene aquis eam repente ex scripturarum torrentibus haustis obruente, quàm in

apertum maligni spiritus auris exuscitata prodirer.Helcesaitæ nang; isti vndecunque fabulis col lectis, portétolum sibi quendam composuêre errorem.Et quidem de reru omnium principio nobiscum cosentiunt. vnum siquidem & ipsi rerum omnium conditorem asserunt:non vnum autem Christum, sed plures & diversos . Ac vnum qui-F dem, sursum esse, alium autem deorsum: quem in multis antea inhabitasse, deinde verò etia in Mariæ filio Iesu incoluisse dicunt. Iesum verò aliquãdo ex Deo esse, aliquando matrem habuisse virginem referunt:nonnunquam autem ne hoc quidé aiunt. Spiritum portò ipsum quoque transcorporari, atque in diuersa ingredi corpora, & vnoquoque tempore variè exhiberi sentiunt. Vtuntur inuocationibus atque incantamétis dæmonum, atque item baptismis \* in elemétorum professione. Astrologism & Mathematicum errorem coplectuntur, prognosticos & ariolos se nominantes. Diuum Apostolum, ei úsque scripta, inducunt prorsus & abolent. 2 Librum quédam, quem ipsi coposuere, de cœlo delapsum esse prodigiose ia-Citant. Quod si quis dignus inuentus sit vt eum audiat, eum aliam quam Christus dederit, peccatorum consequi remissionem. Aduersus hanc & b Alcibiades Apamænus Syrus plurimű depugnauit : Origenes verò ea conuinceda primas tulit.Eius hæresis, ad populum pro concione verba 🦼 faciens, in octuagelimo fecudo Psalmo hisce ver- " bis meminit. Aduenit quidam hoc tépore vir ar- " & Origmes.

Arabii ha resis de avar i mortalitate . Eam quoq; Origenes redarguis.

\* in carei. 🛶 δμολογία Mathemati CM CITOR, qui tăqua maleficusphi birm est.C. de malefic.es mathemat. a Fraude hanc deinde imtatus est Mahometes b Eam hare fim refellit Alcibiades Apamen'.

Helcefaita-

rum baresis.

A rogans & elatus, qui sententiam flagitiosam pror sus & impiam, quæ dicitur Helcesaitar ü, promulgat, nupet admodum in ecclesias inductam. Ea que pernicosa profiteatur, exponendum vobis puta-

ui, ne quos ad quædá fidei nostræ dogmata abroganda, transuersos abripiat. V titur vniuersæ scripturæ veteris & Euagelicæ autoritatibus. Aposto lum in ordiné redigit, atque adeò prorsus abolet.

lum in ordiné redigit, arque adeò prorsus abolet.

\* às un in ordiné redigit, arque adeò prorsus abolet.

Docet quoque \* liberum permissumque esse, sidem abnegare : quòd qui sidé stabilem in animo
conceptam habeat, ore quidem necessitate addu-

Aus abiuret, cordeverò minimè. Et librum circuferunt, quem è cœlo decidisse aiunt: audientémq;
&ccredentem ei, noxarum remissionem, aliam ab
ea quam Christus Iesus instituerit, accipere afsirmant. Hæc hactenus. Innumera preterea alia memoria digna de Origene commemorantur, quæ
perinde arque non essent præsentis operis, breui-

tatis etiam causa prætermittere est visum. Ac que necessaria esse vi huic historiæ insererentur putaui, rectè (opinor) & ordine collegiato; contexui.
Superest vnum de Origene dicédum, inuidia eius qui malorum omnium est autor, virum tantum.

qui simul & verbis & factis eò magnitudinis, con tinuis studiis suis, in certiore atq; absolutiore phi losophia processit, à reca quoque via per erroré esse digressum, peruersisq; inuolutum dogmati-

bus, præsentem simul & futura contaminasse glo riam. Sed non in præsentia. Vbi enim, tum eoru qui imperio, tum eorum quoq; qui maximis quibusq; ecclessis præsuerunt, catalogu prius texue-

ro: deinde insana quoque dogmata, & mortem eius impia persequar: & sic sinem quoq; Quinto huic libro, vt potero, faciam. Nunc ergo de imperiis dicam.

C APVT XXY.

Imperatorii Rom.successiones.

eriri,lapfice B

Euero, qui decem & octo imperauit annis, Antoninus filius successit. Huic, septem annis & mensibus sex rerú potito, Macrinus. Macrino autem, ante integrum annum in impe

Per sequutio Sub Maximino.

Maximina

cũ filio apud

Aquileiam

occifus.Mox quoq: Maxi mus Papie-

nus & Bal-

binus imp.le

Eti, militari

tumultu in-

gulati.

Gordianu

impior folus

imperauit.

Philippuspri

mus ex impe

ratorib. Ro.

Christianus.

a Episcopalu libertatu

eiceplum,Fa

rio exactu, defuncto, Antoninus id alter, Helioga balus cognominatus, obtinuit : quod is quatuor annis administratum, ad Alexandrum Mammeæ filium trasmist. quam fæminam religionis diuinæque pietatis perquam studiosam fuisse, antea diximus. Alexander autem tredecim annos in im perio exegit, atque in eius locum Maximinus Cæ far successit. Quem Alexandri odio, quòd in eius domo plurimi fuerint fideles, ecclesiarum antisti tes solos sedere iussisse scripsimus. Post Maximinum, qui trib annis imperium gessit, Gordianus imperator factus: cui no totis sex annis repub. ab eo administrata, Philippus vnà cum Philippo filio est surrogatus. Hunc primum aiunt ex imperatoribus ad Christi sidem accessisse: eumque vltimo Paschatis peruigilio, de reliquiis orationu in ecclesia participare voluisse, non prius tamen in co nentum fidelium accedere, intercessione & impe dimento eius qui tum ecclesiæ præfuit episcopi, permissum este, a quam confiteretur, & pænitétium numero,qui ordine & loco suo segregati,di sciplina certa explorabantur, aggregaretur: quòd non aliter licere ille diceret, nisi hoc fecisset, propter multas eius noxas, cum ecclesie multitudine

conuentus eius festi participem sieri. Eum verd D rebus ipsis timorem diuini numinis religionémque debitam ritè arque sincerè declaratem, b obsequutum illi esse ferunt. Philippi, qui \* septem imperavit annis, Decius Christi persequutor, successor fuit. Atque is biennio in imperi) culmine transacto, Gallo rerum summam, annum vnum & menses octo obtinendam reliquit.

## CAPPT XXVI.

Vi verò sub his imperatoribus eccle
siis præfuerunt, ij sunt. Romæ Alexádro imperante, Vrbano, qui octo
annis ecclesiæ ministerium ibi gessit, Pótianus successit. Hic annis sex

sub Gordiano episcopatu rite functus, Anteroten successorem habuit. Quo post mensem vnum in episcopali munere mortuo, diuinitùs sacra administratio ad Fabianum est delata.quem dicut post Anterotis morté ex agro Romam venisse, atque ibi cum aliis versatū esse. Quum verò Romæ episcopi & fratres omnes in ecclesia ad episcopum creandum conuenissent, atq; suffragia deligentiu, p de multis preclaris & illustribus viris, quibus eam dignitatem collatum iri hominu opinio erat, variarent, affuit etiam Fabianus: & quauis de eo nul li episcoporum in mentem veniret, derepente tamen alicunde aduolas columba, ac capiti eius insidens, eum designauit, & spiritum in eo acquiescere significauir, in columbæ specie apparere solitum:quemadmodū olim certum Seruatori perhibuit testimonium, vocé cælestem super ipsum Verbum pertrahens. Qua re tam admiranda vniuersus populus delectarus, eadem alacritate, atq; eodem simul ore omnes dignum eum esse & ido neum acclamauerunt, & continuò in episcopali throno collocarunt. Atq; is in persequutione sub Decio spiritualem verticem martyrij corona exornatus, episcopatum ad Cornelium successorem transmisst. Alexandriæ auté, Alexadro Mammææ filio imperante, post Iulianu Demetrius, qui quadraginta tribus annis sacrarum ecclesiaru regendarum munus obierat, Heraclam philosophum, primariúmque Origenis difcipulum, fuccesforem F habuit.Sed & huic, quum post annum tredecimű episcopatus sui decessisset, magnus Dionysius suc cessit, Gordiano tum imperante. Rursum Antiochiæ sub Alexadri imperio, in episcopali functione Asclepiadæ suffectus est Philetus, cuius deinde Zebenus successor suit. Cæterum eo quoque sub Gordiano defuncto, Babylas sacer martyr ecclesiæ gubernacula ibi suscepit: qui sub Decio post cofessionem fortiter obitam, in vinculis decessir, ecclesiám que \* Fabio regendam reliquit. Porrò Hierosolymis post decantatum illum Nar cissum, seu potius cum Narcisso (Dio, Germanione,& Gordio interuenientibus) pastorali munere in ecclesia functus est Alexander: de quo in su perioribus multa fecimus verba. Is Origenem per impolitionem manuum in presbyterorum ordinem legit. Et quum antea in prioribus persequutionibus confessionem pro Christo cum laude fortiter pertulisset, post episcopalem dignitatem, qua Hierosolymis est functus, multa iam & propè decrepita senectute venerandus, rursus Czsa-

Philippus
imperator.
\* Entropius
quinq; amus
babes.

biches Ren

Antista.

b Exemple

Principu, e

clefiastice di Scipline sese Submittetu,

Pontifices Romani,

Camenics epi Scopi Rom. electio.

Fabianu co lumba anspi cio Antiste creatur. Enseb. libro 6.cap.29.

Fabianus martyr änis 12. cathedra Roscunit, Cornels'annis 3. Episcopi Ale xandrini.

Antiochan

Babylama syr Ausiochenu.

\* Alÿ hik Fabianii 70 cant.

Hicrofolymitani.

Alexanda wariyr.

reæ

D

\* Babylae martyr 4

Persequutio

yirginitatis

& casticatio

conservande.

Fidei arma.

Deciana.

A rex Decio plurimum aduerfus fideles squiente, ad iudicu subsellia pro Christo tracus, egregie mar tyrium obiit, atque in carcere decessit. Quo tempore & \* Babylas apud Nicomediam pro Christo fortiter decertauit. Alius hic Babylas est ab eo qui Antiochiæ lub Numeriano pulchram profes sus est professionem. Hierosolymis post Alexandrum episcopus suit Mazabenes, cui postea Hymenzus grandzuus admodum successit. Hzc de corum temporum profanæ simul & sacræ ditionis successionibus. Nunc denuò ad historiam nostram reuertendum.

CAPPT XXVII.



Ecius ad imperialem euc dus di gnitatem, ppter Philippi odiu, Qui Christianismum fuerat com plexus, grauisimă contra Chri-ltianos persequutionem excita-uit. In qua multi quidem sacru

pro Christo obiere certamen: in primis tamé ecclesiarum præsides, & quicunque alios apud nos eloquentia & sapientia antecellerent, infanda cru deliaque tormenta tolerantes vitam reliquerunt. Sicuti Romę Fabianus, in Palestina Hierosolymis Alexader, Antiochiæ aut Babylas (cuius in episco patuFabius successor fuit)bonū certamé decertátes episcopalé stolam sanguine multo imbuerut. Accessit ad hos Carthagine in sapiétia clarus Cy prianus, qui olim magicis libris incubuerat. Quu vero animum per amorem ad Iustina, eximia for mæ pulchritudine præstatem puellam adiecisset, cupidinémque suam dæmoni cuidam \* carnali & libidinoso & ad amores illicitos conciliandos industrio credidisset, neque tamen optatis amoribus perfrui posset, quòd puella virginitatem sua antè Deo consecrasser, & tum (itavt par erat)ieiu niis, precationibus atque aliis fidei armis castitate tueretur:errorem suu agnouit & propalauit, frau démque & seductionem diutinam, libris magicis in ignem coniectis, Vulcano dicauit: & per eam virginem Christo pulcherrime desponsatus, sacraque Christianorum complexus, mox in presbyterorum ordinem templi custos cooptatus, ac tandem toti Aphricæ sacroru Antistes præsectus cst. In qua functione sermonibus scriptisque suis cohortatoriis permultos ad certamé pro Christo fortiter perferendum confirmauit: atque ad postremum ipse quoque, vnà cum admirada illa lustina, in Deciana persequutione, multis prius exploratus cruciatibus, dignitatem episcopalem ca pitali supplicio cohonestauit. Quo tempore etia Christophorus martyr, & Ephesij pueri, & alij propè innumerabiles, certaminibus pro Christo peractis, cum magna laude innotuere.

Christoph

\* Sape etiam magicum cantamen inire per sepulchra, Quo gemiale tori ine solveret astwante unpta. Luxuria rabiem tanta cohibet repente Christim. Discutit & tenebras de pectore, pellit & fuerrem, Implet amore sui, dat credere, dat pudere sasti. Prudentius in hymno de sansto Cypriano, quem ipse sub V aleriano & Galieno passum stribit.

Iusdem persequutionis tépestate, quum Alexandriæ etiam in Christianos maxime sæuiretur, martyrium ibi quoque obibat ecclesiæ Antistes Dionysius, quem post He raclam ad munus Epifcopale pro-

uectű esse diximus. Verùm illű, diuino nutu & puidentia, multorum viilitatis & ædificationis gra tia, cæptis conatibulq; perlequutorum superiorem ostendit Deus. Primum nanque, qui ad eum inquirendum missi fuerant,cæcitate afslicti,quáuis domi is esset, aduentumque eorum expectaret, studio tamen & conatu suo potiti non sunt. Deinde autem, quum sua sponte se illis, rebus om nibus domi suæ per eos direptis, vt se abducerent obtulisser, & quidem id factum fratribus \* in nuptiis noctu peruigilantibus renunciasset, illico confertim vno impetu omnes consurgentes, celeri cursu cum iubilo & vociferatione con tinua ad locum eum contenderunt. Atque ibi cu stodibus in fugam versis, Dionysium crassiore linca veste indutum, & in lecto non strato repo- E situm, exurgere, & se quamprimum sequi coegerunt. At ille ad pedes corum prouolutus, oblecrat, vt vel abirent, léque ibi relinquerent : vel caput eius milites, qui eum captum abduxissent, auferre paterentur. Quem illi quanuis multa orantem atque obtestantem, ne audire quidem sustinuerunt: sed manibus pedibusque protractu, & clitellarum inftar afino nudo impofitum,in episcopalem domúculam reduxerunt. Ac de Dionysio quidem hæc sic sunt acta, postea autem impij milites in domos, qui rem eam denunciauerant, Christianorum propalam audacissime magno impetu irruentes, + res corum preciosas atque sepositas diripuerunt : eis verò quæ viliores essent, nec facile comprendi aut ferri possent, fractis abierunt. Quæsanè militum licentia & impunitas, faciem vrbis ab hostibus captæ præbuit. Vbique luctus erat, vbique direptiones, militibus de spoliorum & rapinarum immanitate inter se concertantibus. Non iter, non via, non angipor-F tus exitum & fugam admittebat: diu noctuque clades ea durabat. Præcones per vibem totá ibát, & magnis clamoribus vociferabantur: vt si quis Christum infaustissimis impurissimisq; quibusque verbis non proscinderer, is passim raptaretur: atque ita fædissime raptatus, tandem igni combureretur.

CAPVT XXIX.



Taque permultos tum videre erat pallidos, rimoréque perculsos, & prorsus consternatos, neque sui compotes, ad impura facra & impia sacrificia accedere, nó illos tanquam sacrificaturos, sed veluti ido

lis ipsis sacrificandos: adeò vt impij illi homines, fannis & ludibriis, eos qui ita animos despondissent, prosequerentur. Quidam proptius citiusque quam iuberentur, ad aras accurrebant, & ma gnis animis, se ignorare, quidnam Christianus esset, asseuerabar. Atq; ij quidé raptores sequebatur alij fugiebat, alij capiebantur, nonnulli etiam vs-

Dionysiam Alexadrinñ à marty rio conserva

\* 2&U4 818-₩ dvvU X120U\_ Exepli in s pastore suum

triphria. Tumult' Alexandrines aduersuschri manißım**u.** 

Miseradasa cies Alexã drieChristie พองมี ๆนองมีdă martyry metuChristů

Egregi4m**e**t

A que ad carcerem & vincula progressi, prius fidem abiurarunt, g ad tribunalia protraheretur: nonul li autem aliquantii cruciatibus & tormentis toleratis, suppliciis, quæ subsequutura crat, renunciabant. Qui verò firmi stabilésque erant, totumque Christum in pectoribus suis gerebat, ab eo costrmati,& condignum inexpugnabilis fidei & constantiz suz robur consequuti, przelaros atque illustres se regni eius exhibuerunt testes & martyres. Sed enim in presentia omnes eosqui tum pro Christo martyrio vitá finierunt, recensere, ac tem pus, locum, & modum tam infignium certaminu exponere, tam id sieri non potest, quam arenam maris numerare non est. Itaq; perpaucas tantum, memoriæ gratia, quas à maioribus nobis traditas accepimus, martyrum luctas hoc loco recte exequemur: quæ fortasse non eam fidem & opinionem in ecclesia, quam traditio tulit, sunt consequuturæ. Et faciemus id breuiter, & compendiose. Quæ autem memoriam nostram subterfugêre, eas secreto diuinæ scientiæ & opinionis relinquemus. Et sic agonibus huiuscemodi paucis comemoratis, ad ea quæ supersunt progrediemur.

CAPFT XXX.

Metre. Alÿ hunc MATTYSEM Metranus Bominant.

Quints.

Spollonia.

Ed primus omnium admirandus il-le fenex deprædicetur Metras qué beluæ illæ crudelifsime raptum, ea dicere cogebant, quæ ad summam iniuriam, contumeliam, & blasphe

miam in Christum nihil facerent reliqui. Vt autem ille minus eis est obsequutus, totum corpus eius sæuissime fustibus diverberarunt, faciem arundine acuta consciderunt, oculos confoderut, interiora quoque & latentia corporis loca laniarunt: atque ad vltimum, immanitati sux quasi renunciantes, ingenti vi lapidum eum obruerunt. Quintam verò, fæminam quandam, ad simulacrum adductam, adorare illud iusserunt. Quod quia illa facere detrectabat, all igatisatque suspen sis ex pedibus eius funibus, per mediam cam di-C straxere Alexandriam. Deinde durioribus arque accliuibus locis raptatam, tadem in eundem, quo paulo antè Metram,locum perductam,itidem vt illum, lapidum corona oppresserunt. Post hanc admiranda adducitur Apollonia, virgo senectute iam venerabilis, esca bestiis asseruata: quæ quum lapidum ictibus simul & maxillas & dentes om. nes amisisset, quòd ad ará sacrificare prorsus noller,in pyram, quæ idolis parata fuerat maxima accensam ingenti alacritate prosiliuit : longe præstantissimum esse ducens, vt sic ipsa Deo victima offerretur. His accessit Serapion, patria Ephesius: cuius quum membra omnia magna flagrorum vi concidissent, articulósque corporis locis sedibúsque suis dimouissent, postea præcipitem eum ex superiore loco deiectum enecarunt. Tum quoque Iulianus, ita pedibus æger, vt neque ambulare neque mouere se posset, cum duobus aliis, qui eum sublimem sustinebant adducitur. Quorum alter statim ad tantam malorum immanitatem animum despondit, sidem abiurauit, & liber dimissus est: alter autem, cui Ischyrionis nomen,\* Euni autem cognomen fuit, reipla satis eas appellationes comprobrans, & persequutoribus

fortiter repugnans : quippe \* sexcenties potius D' # 100 peldur. mori, quàm quicquam de bona professione remittere paratus : ipseque Iulianus, qui in eadem causa erat: camelis sublimes impositi, atque ita per mediam vrbem vecti, flagris cæsi sunt, donec à plebe ferocius insultante in igné coniecti conflagrarunt. Sed & Besas ibi hoplomachus, seu artimatus miles, \* victor ope CHRISTI egregius, quòd se in veræ pietatis professionis optimatem spectatum præbuerit, capitis resectionem sustinuit. Macarius quoque, + verum hoc obtinens nomen, in Libya ortus, quum plurimis esset ad negationem allectus modis, ipse autem immotus permaneret, viuns est combustus.Præterea Epimachus & Alexander, posteaquam carcerem, vincula, & super alia nouaculas ferro acuminatas pertulissent, postremò in calcem ardentem proiecti, granissime sunt exusti.

CAPPT XXXI.



Vlieres quoque à tam pulchro certamine non aberant, quæ virilem habentes animum, fanè 📆 fortiter depugnarűt. Quatű prima fuit Ammonaria, abducta enim est promissionem suá con

stanter conservans: qua se nihil facturam recepe rat, quod iudex variis tormétoru generibus cum ea cotendens, camque expugnare studens, iusifset.Post hanc & admiranda illa Mercuria:nec nó multoru liberoru mater, & quod maius est Dei amans Dionysia, quum quidem quæsitorem ipsum iam puderet, quòd in immensis carnificinis suis à mulierum constantia vinceretur, ferro sunt necatæ. Deinde Heron, & Aster, & Isidorus, & Dioscorus qui nodum decimu quintu expleuerat annum, Aegyptij omnes, producti: & cæteri quidem igni sunt combusti, adolescentulu autem iu dex dimilit, ablurda quadam de eo concepta opi nione, p illum nodum satis firmum, necdum virum, fraudi & seductioni idoneum esse putarer: morámo; & tempus in eo copleturum diceret, q ætati deesset. Hos cosequutus est Nemesio, Ægy- F ptius & ipse, atque inter prædones educatus, quo nomine in iudiciú fuerat pertractus,polig autem causa dicta, crimé id à se est amolitus, deinceps vt Christianus in vinculis est deterus. Quasitor por rò iniquissimus, magis etiam in hunc quàm in illos saviens, martyrem inter prædones medium igni exussit. Turma deinde succedit militum: Amon videlicet Zeno, Ptolemæus, Ingenuus, & quidam affecta ætate Theophilus, pro tribunali apparentes: qui agonem decertantium martyrum spectantes, si quem viderent ad abnegationem propensum, indignationem præ se ferentes, ringebantur, & aliquando quidem illis innuebant: quandoque verò manus suas extendentes, corpora illorum ad decentem habitű pul chrè coponebant. Quod cũ ita facere in flagranti facto deprehensi essent, ilicet ad quasitoris tribu nal sunt abrepti: vbi tanta fiducia Christianismu sunt pfessi, vt Præsectus iple & assessores eius ve heméter coturbaretur, & incredibili timore corriperentur: quú illi cotrà fortitudine animi magis Ipleretur, maioreq; q quæverbis explicari possit

† promoune

Alexania

Macmie. Dionyfia.

Herenu. Asteria. I sidori.

Dioscori

Eusebiui, Dioscorum'à tyranuo priad Christum illeElü,deinde verberib coercită, illi minime ceßif ſe,lib.16. ca. 41 scribit. Nemelsonis.

lemei, Ingei, Thee

Inliani poda grici.

\* 15v8; Ischyrie Ischyrionis, journecauit.

Fuga & di Spersio Chriltianorum im folitudine.

Cheremon episcopus Ni lopolitan**es.** \* συμβιώ Episcopus coniunx.

A exultarent laticia, & tam magnifico triumpho vi ctoriæ susciperent coronas. Nec minus interea in pagis & villis plurimi ab infidelib° funt malè accepti. In quibus & Ischyrion ille fuit, cui à claro quodam eius loci viro, villæ procuratio mandata fuerar.Eum dominus facrificare ad aram deorum iussit. Et quum id ille recusaret, contumeliis primum, deinde etiam conviciis in eum est inue-&us. Sedenim quum adhuc in sentétia Ischyrion persisteret, Scipione maximo coprehenso, per interiora eum ille viscera transfossum occidit. Sed quid opus est turbă corum recensere, qui in solis locis & montibus oberrates, partim fame, partim siti, quidă acriore frigore aut morbo, nonulli etiă à prædonibus oppressi, aut à bestiis discerpti inte riere? Quorum omniu,qui ex eis superstites fuere,idonei extitere testes. De iis, ex pluribus vnum saltem exemplum referre necessarium esse duxi. Chæremő erat, eius quæ Nilopolis dicitur, episco pus, vir multa senectute admodum venerandus, is vnà cum 🖈 coniuge sua, quum in montem, qui Arabicus dicitur, profugisser, nunquă inde est reuersus, neque cuiquam eoru postea apparuit : sed neg; quonam corpora eorum peruenerint, cuiquam est deinceps cognitum. Quin multi quog; alij in Arabico eo monte, ab eis qui illum incolūt barbaris capti, vel pecunia ab cis sunt redempti, vel propter æris inopiam miserè ibi perierut. Atque hæc quidem Alexandriæ & in Ægypto acciderunt aduersa. Cæterùm non minores luctæ & certamina in Palæstina fuere. Sic passim plurimi martyres cohortatoriis Origenis orationibus viriliter agones pertuletunt.

> CAPVT XXXII. T ille quidé permultos fecitmar tyres, sed auum amail

Origenes martyriü nö pertulit.

Virtutum omnium p4rens Humi-Litas, TOTAL- C vegeodév n.

\* awaleas.

\* 423 7 10300 or foxe fre. Mão Tão Tão . Pag ivriviμιν<del>©</del>-. Eufe. lib.6.ca.26.

Quasitor O rogeni stuprii per impurum o impudicum Aabio ⊅e**m** com**mi**– vates of.

tyres, sed quum omnibussuis co piis hostiliter Satanas bellum ei moueret, omniq; vi & conatu aduersus eŭ duceret, & acrius ei tum quàm aliorum alicui, infestiúlque immineret, perfecta & absoluta virtute est destitutus: nimirum qui virtutu omnium parente summissione & humilitate, & quæ per illa prouenit immobili & reca animi constitutione atque \* indolentia excidisset . Aiunt enim, Deciana perseguutione & ipsum coprehensum esse, & vinculis constrictum.Primum itaque tormentis grauibo corpore toto afflictus, mox deinde in acerbissimű demissus est carceré. Ibi ingentis póderis ferramentum eum distringebat, & insuper supplicium ignis ei intendebatur: aliaque mala partim iam tum inferebantur, partim paulo post imminebār,ac diebus pluribus 🖈 quatuor vinculoru catasta pedes eius distinebantur. Que omnia generolo & forti animo pertulit. Et ille quidem morté obire paratus erat. Quæsitori auté conten tiosa quadam crudelitate alitervisum est, hominé à sententia desiderióque suo abducere. Ac gladio quidem in ipsum animaduertere noluit, aliisverò zrumnis paulatim vita eum priuare costituit. Ad postremű, quum se tormentis victum ab illo intelligeret, ad diabolicu prorfus confilium animu adiecit. Quòd enim philosophicú planè animum castitatémq; viri nosset, ca parte oppugnare eum

decreuit.Itaq; è vinculis quidem eum dimisit, sed D Eade de Ori ad aram, apud quam obscænum impudicúmque Aethiopem collocarat, sacrificare, & thura adole re iussit: quod nisi, vt faceret, animu induceret, fo re minatus est, vt \* re detestanda dirisque omnibus exectada, corpus eius ab impudico illo conta minaretur. Et ille quidem hac ei intentauir. Origenes verò optione atque electione rei deterioris, abiurare fidem maluit, + animo præter vtilitatem omnem conspurcato, quàm sordes aliquas corpore excipere. Atq; inde à diuina sententia & gratia delapsus, alienas opiniones, Satana instigáte, induxit: per quas multis à saniore sententia seductis logo post tempore ab ecclesia Christi per excommunicationem est proscriptus. Quales autem (Eusebius inquir) postea reliquerit voces, easque plures, ad eos qui auxilio & vtilitate indigerent receptionis in gratia, quam plurimæ eius testantur epistolæ, veritatem ipsam certò satis com plectentes. Ego verò non grauatè faciá, & verba eius apponă, per quæ manifestè arguitur, eum finibus & constitutionibus apostolicis no perstitisse. Atque vt alias eius absurdas opiniones & bla E Iphemias omittam, harum tantum verbis ipsius meminero. Sic enim scribit.

\*\* Origenis nonnulla opusiula, qua vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum autore suo dicimus esse renuenda. Dist. 15. Sancta Rom. ecclesis.

### CAPVI XXXIII.



Entes,inquit, à principio erant, ? absque omni numero & no- " mine, ex vnitate principium du » cétibus, & rationalibus existen » cibus omnibus, substantia, effi- » cacia & vittute eadem. Vt auté »

eas satietas cœpit diuinæ charitatis & cotempla- ? tionis,iuxta proportionem cuiusque propensio- » nis in deterius, vel tenuiora vel crassiora sump- » sere corpora & nomina. Vnde cælestes etiam & = \* ministrantes substitere virtutes:ipse quoq; Sol F & Luna & stelle omnes ab vnitate illa rationaliu, " ex propensione in deterius, sunt sacte. Ea verò :a- » tionalia, quæ magis à diuina charitate refrixerant, » animæ sunt appellatæ, & in crassiora corpora no ... ftra coniectæ. Quæ verò ad summă maliciæ &vi- » tiositatis suerant progressa, frigidis & caliginosis = † warrale inclusa corporibus, dæmones & facti & nomina- » 💆 💆 🚾 🖰 😘 ti sunt. Ad hæcilla quoq; nugatur: Quòd ex an- » gelica quidé constitutione animata facta est con 3 stitutio, ex animata auté, dæmoniaca & humana. » Vnam porrò mentem ex vniuersa rationaliú vni- 🖘 tate, inconcussam & immotam à charitate & co- » téplatione diuina permanere, quæ mens & Chri » stus & rex & homo sit facta.Item, 9 + perfectus : 12 futurus sit corporum interitus:quum ipse Domi- 33 nus, primum proprium depoluerit corpus, & reli » qui item omnes.Preterea,quòdvniuersi reuersu- 32 ri ad eandem illam vnitatem, mentésque futuri » a मार्थिक fint, quales antea in apræexistentia suerint: ipso " No semel in videlicet diabolo quoque & reliquis dæmoni- " ceptorm Got ceptorm Got bus, atque etiam nefariis & impiis hominibus ad se thos & Sey-eandem vnitatem restituendis, cum diuinis piis se thu habet, se que viris, & cum cœlestibus virtutibus eandem ... 👊 💇 🎉 vnionem ad Deum habituris, quam & Christus 🔊

gene. Suid. Origines fidem abiuras. **\*** μυταφάιο δμιλιρία ל שני של ל Scies Kinysdayers. \*\* Errores abomunandos inducie. Exidicatur.

Enfebius Pã pholo, ficuti O aly mu!si patres,bemignisus de Origene jen lerunt.

Absurda et impia Orige nu opiniones

\* Alloppinal

Decins bello
adversus
Gotthos in
Thracia palude submersus, er filius
ei occisus est.
Entroz.
Virius Gallus Christia.
1005 quoq: af-

fligit.

Christiani
pro principibus & repu
blica orane.
Successiones
Ro imperatorum,

Origenia mors .

Aani libri istime. A habet, quemadmodum & antea eam habentes extiterint: vt Christus nihil prorsus sit habiturus præ rationalibus præcipuum, neq; substantia neque intelligentia neq; virtute. Hæcille. Decius autem post duos imperij sui annos, aduersus Scythas, qui Istrum trasserant, & ditionem Romana vastabant, progressus, supra triginta millia ex cis primum victor concidit. Secunda auté pugna cu illis congressus, victus vnà cum filio ab eis est interfectus. Sic imperiu ad Gallum & Volusianum peruenit.Gallus porrò, p nó animaduerteret qua de causa Decius in tanta cladem inciderit, ad eun dem impegir lapidem. Quum enim imperiü pulchrè staret, & res omnes et ex sententia succederent, viros sanctos, qui preces ad Deum ppacata tranquillitate & valetudine eius secunda fundebant, afflixit. Quapropter in eis vitis simul etia vo ta,& que p eo fiebant orationes est persequutus. Sic duo isti statim, anno vno & mésibus quatuor imperio administrato, decesserunt. Quibus succe dens Æmylianus, quatuor imperauit menses, & rerum summaad Valerianum & Gallienum moriens transmisit. Gallo sedenim post Decium imperate, Origenes vndeseptuaginta annis peractis, miserabiliter infelix obiit. In quo & nos couenit finem fuum libro huic imponere: cui quidem bo num initium Origenes prebuit, quanuis finis eius principio non responderit. Habet autem hic to-

mus annos fexaginta & duos, cuius exordium à D primo Scueri anno incæpit, finis auté in Valeriani & Galieni imperium incidit: anno à mundo có dito quinquies millesimo septingentesimo sexagesimotertio, à nativitate verò Christi ducentesimo quinquagesimo octavo.

Secundum Chronices no firos 4236,

Origeni industria & curiositas causa re sadà laberetur, & mul su pra: erea offendiculum existiq; occasio suit. Quym enim nihil nom in satu literu exponere rellet, seipsum in errore coniecit. V nde multa nesunda & exitiosa protulit rerba. Ex quibus Arius, selfatorisque eius inaqualem patri silium esse assentes: & reliqui impis beretici dogmatum sueru materiam sumpserunt. Prositeri enim est ausu, ruigenitum silium cernere patrem uon posse, neque spiritus sanctum ipsum silium cernere patrem uon posse, neque spiritus sanctum ipsum silium cernere patrem uon posse, neque spiritus sanctum. Et silium nom esse ex substantia patru, sed creatură: evimque gratia tătum filium dici, & animas hominu praexistere. Atque en dia item absurda, blashema, & impia. Non ille Salomone andit dicentem: Fili, caue multos componas libros, & ort tuo properes. Cor tuum non sit relox ad proseredum sermonem coră Deo. Deus manq; in cælo sursum, & tu in terra deorsum. Proinde verba tua pauca sint. Multa enim verba multiplicant vanitate. Noli esse institum multum, nec plus sapias quàm necesse est. Iustus enim disperti in instissione sua. Ab ecclesa porro proscriptus, contumeliam eam non ferens, Alexădria relicta in sudaam est prosectum. Let Hierosolyma quum venisse, ab ordine sacerdotali, re verba im Ecclesia faceret (crat enim presbyter) rogatus primium deinde etiam eccaltus, surrexis, & verba illa tantum vecitamit: Peccatori verba im Ecclesia faceret (crat enim presbyter) rogatus primium deinde etiam estitus, surrexis, & verba illa tantum vecitamit: Peccatori verba im Ecclesia faceret (crat enim presbyter) rogatus primium deinde etiam estitus, surrexis, & verba illa tantum vecitamit: Peccatori verba im Ecclesia faceret (crat enim presbyter) rogatus primium deinde etiam estitus surrexis, surrexis, et verba illa tantum vecitamit: Peccatori verba im Ecclesia faceret (crat enim presbyter) rogatus primium decheymus etilatus multo consedis, omnibus vuà cum eo plorantibus. Sepul-

# SEXTI TOMI CAPITA.

Prafutio Tomi dicenda exponens.

Pt episcopi, qui tum ecclesiu prafuerut, eos qui sub Decio in persequatione lapsi fuerant, post iustam panitentiam in ecclesiam receperint.

3 De impuro Nouato, rebusque eius narratio, & qua eius suerit doctrina.

4 Qijomodo Diunosim lapsorum suaserit receptum, coepistols eim ad Nouatum.

5 De Synodu Roma & in Africa coactu,qua haresim Nouati damnarunt.

6 De Dionysy epistolis de pænitentia: & noua narratio de quodam Serapione, qui in pænitetia, sucrosaneta mysteria extremum spiritum agens percepit.

7 De quastione tum téporu de divino baptismate coorta, ve ve tum Sabellius sit coortus.

B De visione qua Dionysio apparuit.

De improbo hareticorum errore & seductione. item de impio eorum baptismo, & quas epistolas ea de re Dio nysius scripserit.

10 De persequutione Valeriani : & qua tum Dionysius Alexandrinus episcopus passus sit.

11 Demartyribus Cafarea Palestina.

12 De pace sub Galieno: & epistola eius quam pro Chriftianu edidit, & qualu u fuerit.

13 De Marino Casariensi martyre.

14 De Asterio, & admiranda sidémque omnem excellen te rei per eum gesta historia.

15 De statua Domini nostri lesu Christi in Paneade, crea qua ad hanc statuam creust herba.

16 De figura & forma sanctorum Apostolorum, & de throno I acobi fratris Domini.

17 De diuo Gregorio miraculu claro, ut ea atate floruerit. 18 De Dionysij festis epistolis. De seditione populi Alexandrini. 19 De pestilentia sauisima, qua Alexandria est grassata. 20 De Nepote & haresi eius. 21

Quid Dionysim Alexandrinm de Apocalyps 10anu 22 Scriptum reliquerit.

Quibm rationibm ide afferat, Apocalypsim non Ioan-23 nis Euangeliste, sed alterim cuius dam Joannu esse.

De aliu Dionysi epistolis, scriptisque eius dem. 24 Qua de Dionysio Alexandrino in quadam epistola scri 25

bat magnus Bssilius.

De Sabellio, & eius haresi, & q ea at ate extiterit.

26

De haresi Pauli Samosateni: & de prima contra eam 27

coacta Synodo. Vt in Secundo conuentu confutatus Paulus à Malchione 28 (ophifia ex Synodo sit eiectus.

Qua imperator Aurelianus de suffragio & sententia 29 Synodali dixerit: & vt idem quoque contra Christia nos persequutione moliens, cælicus sit prapeditus.

Epistola Synodi Antiochena, immoderatam & luxu 30 riosam Samosateni vitam exponens.

De Manente haresiarcha, à quo Manichai cognome ac- 31 ceperunt: & de haresi eins.

Vt Manes detracta totim corporu pelle,canibm esca ob- 32 iettus sit.

De successione Romanorum imperatorum. 33

Qui maximu quibusque vrbibus Episcopi prafuerint, 34 Ovisque ad ecclesiarum oppugnationem manserint.

De alin eins atatu Ecclesiasticis viru eloquentia & do 35 Etrina prastantibus.

De Laodicensibus episcopis, apientia illustribus virus. 36 De episcopis Casarea Palastina, & de Eusebio Pam-37, phili.

# ^ECCLESIASTICAE

### NICEPHORI CALLISTI STORIAE

XANTHOPVLI, TOMVS SEXTVS.

CAPVT

propositio.

calapan.



DVINTV Sliber res Örigenis,&alias præterea quæ ætate cius accide\_ Tre, coplexus, vna cum morte eius, J finem quog; suű accepit. Sextus au rem, qui nobis est in manibus, argumétum habebit, magnum Alexan drię episcopúDio

nysium: scriptis eius que post se reliquit, per proprias eius voces, materiæ satis suppeditantibus. Exponemus quoque in eo,quæ post Seueri,Maxi mini & Decij persequutiones, in Ecclesia sint a-Cta. Vnde etiam Nouatus progressus, seipsum noux hærelis \* Catharorum sine purorum ducem promulgarit.Preterea quomodo is reiectus sit:& illi qui in persequurione lapsi fuerăt, in ecclesiam recepti.Ité de diuino lauacro, quod nonnulli post persequationem inducebat: & de aliis hæresibus. Îtem de tyrannorum Ægypti & Palæstinæ actis. Mentionem quoque faciemus quorunda prodigioru: item Dionysij epistolaru: adhæc, Nepotis, Pauli Samosateni,& peruerse Manicheorum opi nionis. Postremò diuinos recesebimus viros, qui ea tépestate vsque ad Diocletianum & Maximianum, qui quidem acerbissimè ecclesias oppugnarunt, enituere. Initium autem inde sumendum.

CAPYT 11.



C

N persequutionibus, quas recesuimus, multi Christianorum fortiter per martyria cum hostibus cogressi,debitű victoriz przmium repor starunt. Plurimi etiam propter animorum imbecillitatem, obuiá qui-

dem illi periculis sunt progressi : sed quu ea perferre non possent, simul & idolis sacrificarunt, & veræ pietatis cultum abiurarunt. Ij verò, persequutionis motu & zrumna coquiescente, quum in animis fecum ipfi fuis quónam miferiæ calami tatis peruenissent, perpenderent, grauiter affli-&is veliemens incessit dolor & pænitentia. Itaque ad ecclesiarum eius temporis Antistites se có tulerunt, pænitere se atque resipiscere, paratósque esse quidquid illis imperatum esset facere, profitentes. Porrò diuini illi viri, humanitatem & clementiam Dei imitati, non grauaté cos susceperunt, & complexi sunt: & quum legitima atque competenti pœnitentia inuitatos in ecclefiam produxerunt, tum tempore \* quoque suo stationem & locum eis inter fideles, interueniente solummodo oratione, vnà cum manuum impositione, dederunt: id quod ita ex consuetudine longa in Ecclesia observabatur. Quá consuetudinem primus Cyprianus Carthaginesis pastor mu tandum esse \*\* censuit: non aliter & lapsos, quàm per lauacrum expiandos, & quoscunque ex qualicunque hereli resipiscentes, admittendos elle arbitratus. Atque ecclesiarum quidem episco pi ita se gerebant, & quotidie propalam perliben ter quoscunque reuertentes suscipiebant.

\*\* Placuit hoc etiam plerisque omnibus Africa, Numidia, Mauritania (; episcopu. Ipjum etiam beatum Hilarium aliquando huisu seventia suisse, ve ab Avianu baptizatos non reciperet, E. mis rursus ab orthodoxu beptizarentur, palam scribis Hierony-mus. Ab hoc dogmate hodie disentis Ecclesia, & iterationem bapti (mi prohibent imperiales costitutiones. Nec fatis effet tatum cam aperire de sacru caremoniu fenestram, ve sacerdos impius uibil agere credatur. Quam opinionem obtinuere Donatista, Sedenim in Polonia nunc quoque Episcopi, homines ab Orientalibus sacerdotibus, quales sunt in Mosconia & Russia omni, baptizatos denuò tin nt,illu adiectiu verbu, Si non es baptizateu. Affiu ipse ablutiomi huiusmodi susceptor.

CAPPT III.



Omæ autem eis téporibus presbyter erat Nouatus nomine. Is faltu & iactantia inani fublatus, omnem (vt in prouerbio est)
mouerat lapidem, vt Romanæ
ecclesiæ gubernationem conse-

queretur. V bi auté omnia expertus, nihil egit (erat enim tumore,ambitione,& gloriz cupiditate immensa correptus) in desperationem incidit: & tandem aliud quod faceret non habens, ab ecclelia seiplum segregans, proprios cœtus cogere, & F nouam quandam hærelim per defectionem instituere cæpit: secessionis suæ obtentum illum prætexens, quod epilcopi eos qui Declaua perfequutione diis sacrificassent, per condignam pænitentiam in gratiam recepissent, Breui sanè tem pore permultis seductis, suum sibi constituit con uenticulum: & eorum qui propter sordes + Cathari siue puri nominantur, ducem se fecit. Quum autem eum episcopali dignitate, quam tantopere dudum adamauerat, potiri oporteret, per duos quosdam seche sue homines, qui salutem suam prorsus iam desperarant, tres ad se Roma obscuri nominis ex Italia episcopos, eósque simplicibus atq; adeò rusticis moribus, ad simulandum & dissimulandum scilicet minimè idoneos, pertrahit : illo splendido prætextu vsus, vt ipsi partibus suis interpositis, mediatores inter se & episcopos, veteres simultates & inimicitias componerent. Illi porrò, propter animorum simplicitatem nihil tale veriti, ad cum venere. Ibi eis in conclaui conclusis, quidă ex eius sodalitate, per animorum crapule & ebrietatis grauedinem, vim afferunt, & 🖈 imaginaria manuum impoli-

Pamitenti a formula. Cyprianula psos & ab berefi revers denad esse baptifundos cenjuit.

De Nenate o a harels

† Per antiphrasin vide

Novat <sup>9</sup>fran dulëter epifco DOM Creature.

\* Likevix¶

fi peralta

b Novat°da oniacan. \* + Lic gers br BISLDOM AFÉ ordie ho : c Tales olim Climici dicti. d Novatsu ager in letto bastifatus. † ör: 😘 ' wieriws lo\_ وماله المالد به ertoh. Cofirmationem noc műc e\ Symbols et caremonia baptıfmi. En fe.li. 6.c.43. ★ Tören & Tär paritän B pl TUXLOV wãs de digis ₩viuμaπ⊕• Muxer. Nice рьо.тобто в עו דטאַשיר. ₩Àς & 78 ATIO TYLUMS ישי זייצנף. Ensebum. \* = 1001 750 GOOPER. f Nouat fa ctionusne po pulares iuraměto, vt fibi radhereres, se perceptione Eucharifia obstrinxit. g Eatépesta to laicu etiá Eucharistia in manus da basur:quod postea i eccle saeft muss- C h Eriscopia, qui Novasii epm creariis, dignitasadepia Eorum aŭtrum, rbi egit, ab eccle līs un ordinē iakorum est гесерьне.

A tione episcopalem dignitatem homini conferre cogunt. Quod sanè illi, vel inuiti, vi atque necessitate adducti, secere. Er Nouatus honorem eum, quem tam sceleratè, vt videbatur, cósequutus fuerat, vsurpabat, eundémque contra obtrectatores defendere parabat : homo, in quo Satanas domicilium habens, \* Christi nome & fidem ad pretextum saltem vteretur b. Quum enim ab exorcistis de fide institueretur, morbo est correptus gra ui: c quimque iam in expectatione mortis esfet, aquá petiit, qua in ipso lecto, ita vt decumbebat, perfusus, d baptizatus scilicet est: si quidem tin-Aionem huiusmodi baptismum vocare licet. Sedenim ille postea reliquis ecclesiæ symbolis atque ceremoniis, quibus ad eum modum tincti iuxta ecclesiæ sanctiones vii solent, minimè dignus est habitus: + neque quum conualuisser, signacu lum ab episcopo deinde recepir. \* Porrò quum mystica huiusmodi symbola no sir sortitus, quomodo spiritum sanctum est assequutus? Sed & persequutionis temporibus, per timiditaté presbyteri honorem abiurauit.Postquam enim adiaconis rogatus est, vt periclitantibus fratribus, in tormentorum discrimine maxime auxilio indigentibus, ita vt sacerdotem deceret, præstò adeslet: tantum abest ve illis sit obsequutus, vt cum indignatione magna se subduxerit, & de cætero presbyter esse noluerit, altud scilicet philosophiæ genus sequutus. Aliam quoque absurdam admodum rem in se admissir. Quum enim \* oblationes offerret, qui mos sacerdotibus est, & iam ad distributione panis peruenisset, data cuilibet parte lua, pro eo quòd cum gratiarum eam actione percipere debebár, f iurare mileros coegit g:vtraque enim percipientium manum comprimens, non prius eas remisir, quam iuratum ab eis essett: (vtar autem verbis eius conceptis) Adiura mihi per sanguiné & corpus Domini nostri lesu Christi, nunquam te à me discessurum, & ad Cornelium(Romanus hic fuit episcopus) redituru esse. Miseri autem illi non prius quòd acceperant, degustarunt, quam se illi deuouerut: & pro eo quod Amen, reuersuros scilicet se ad Corneliú profiten tes, dicere debebant, minimè se redituros dixerut. Huius fraudem, malignitatem, & cacoëthes hære sis, Maximus presbyter, & Vrbanus, qui bis liberri mè pro Christo decertarunt, & ingentem ex con fessione fructum tulerunt, præterea Sidonius & Celerinus, qui in eodem stadio decurrerut, primi deprehenderunt : primíque cum eo congressi, de eo triumphum in ecclesia egerunt. Ex eis autem qui suffragio & consecratione sua Novatum episcopum ordinarant, vnus non longe post ad eccle siam reuersus, crimine per pænitentiam & luctu abolito, receptus quidem, sed laici tantum ei concessa sors est, ac in episcoporum eorum locum alijlunt suffecti.

CAPPT IIII.

Æresi ea longè latéque vulgata, ingens erat tumultus: & multi orationibus scriptis, multi etia aliis modis aggressi sunt fundamenta eius erroris euertere. Quæ verð in epistola quadam Alexandrinus Dionysius scripse rir, audiamus. Diui ipsi apud nos martyres, Chri sti nunc assessores, regníque eius participes, parti- D cipes etiam iudicij,& pro tribunali cum eo seden ع tes, lapsos quosdam frattes sacrificiorumque cri- ... men sustinentes receperunt: conversionémque, &pœnitentiam eorum videntes, atque acceptam " gratamque fore ei existimantes, qui nó vult mor 🐱 tem peccatoris, explorata ea atque comprobata " in ecclesiam admiserunt, & ad eum modum rece ... ptis locum suum dederunt, orationémque simul " & cibum cum eis communicarunt. Quóduam 🖫 igitur, fratres, nobis de eis consilium datis? quid ... faciendum putatis? suffragatorésne & subscriptores illorum sententiæ erimus, iudiciúmque & " gratiam corum seruates, benignos nos erga cos, quorum illi miserti sunt, exhibebimus? an iudicium corum veluti iniquum reprobabimus, atque in sententiam eorum inquiremus, benignitatémque contristabimus, & quod bene est constitutum & ordinatú retractabimus, Deúmq, ipsum exacerbabimus? Hæc Dionysius, de eis qui per infirmitatem persequutionu temporibus lapli fuerant, scriplit. Qualia verò & ad ipsum Nouatum ecclesiam Rome perturbantem scripserit, E equum est vt hic proferatur. Quum enim ille sub obtentu quodam, in nonnullos fratres schismatis & dissidij causam, perinde atque ab illis ad co silia cœptaque eiusmodi, per vim descendere coactus effer, conferrer, vide quæso quibus ad eum vtatur verbis. Dionysius Nouato fratri salutem. » Dionysiu Si inuitus, vt inquis, hoc consilij cepisti, idipsum, » si voluntate & sponte tua in viam redieris, declarabis. Et non minoris martyrij laudis & gloriz » grocem viz fuerat, imò meo iudicio etiam maioris, Ecclesiam » rement, or non scindere, quam idolis non sacrificare. Hac e- » ad resposso nim parte alicui de vna, caque sua ipsius anima, su » tiens irmitat scipitur cettamen : in illa autem, de ecclesia vni- » uersa martyrij subeundus est agon. Proinde si vel » persuaseris, vel coegeris fratresad concordiam re » dire, 🛧 illustrior tibi ipso lapsu fuerit resipiscen- 🕶 tia: & quum erratum tibi vitio minime vertetur, » 1007 unitum castigatio maxime laudi erit. Quod si illos » 10/4. parùm tibi oblequentes, in poteltate tua non ha- » bes,tuam faltem ipfius animam feruans feruato. F Valere te,quatenus,pacem confectaris,in Domi- » no,opto.

CAPPT V.

Ouatus autem animi arrogantia trasuersim actus, ppalam & impudenter magna libertate prçdi cans docebat, nullam este salutis spem reliquă eis qui persequutio num téporibus lapsi essent, quis

omnia quæ ad legitimā & veram pertinent couer sionem & confessioné perfecerint. Nec contem nenda ad se pertraxerat atq; collegerat multitudi nem,& plures ex viris celebribus eius sequebătur erroré:per inflatas eoru mentes, Catharos & puros leiplos vocabãs, à duce & imperatore diabolici examinis Nouato 🖈 turpiter & impurè du &i. Talé auté ecclesiæ cladé latius serpétem, quú ecclesiarum antistites, i primis verò Romanz Cornelius, & Carthaginensis + Cyprianus, (nodum enim sacro martyrio coronatus fuerat) episcopi

Restè ergo Prudentina Cyprianum sub Valeriano & Galio no pussion scripsit.

Frational admißi: ad flatio, &c.

\* pager ich TE COLLUE

Digitized by Google

De lapsis si agant in ecelessam reci-

\* Hec tantum de Ro. concilio refert Ewfeb. lıb.6.ca.43. \*\*

Naudi beresis in pluribm provincialibm Symodis damnets.

Nesatia cati. Pars epifte-La cisse eft apud Euseb.

A viderent, ille quidem Romz, hic autem Carthagine Synodos & conuentus maximos egere:in quibus-klexaginta fuere epilcopi, presbyteri autem & diaconi longè plures. Celebrata quoq; alia seorsim in multis locis & regionibus concilia: quorum omnium calculo vno decretum est, Nouatum quidem, adhærentésque ei episcopos, & quicunque præterea inhumaniore sententia opinionem illorum comprobaret, ab Ecclesia proscribendos prorsus: lapsos autem fratres admitten dos, humanitérque tractandos esse, codignos ponitentia exhibentes fructus. Satis hoc oftendunt Romanæ Synodi, atque etiam corum qui ante ca in Italia & Aphrica (in qua sacrorum antistes, ve diximus, Cyprianus fuit) coacti sunt conventuum acta & decreta: nec non Cornelij Romani episcopi, atque etiam Cypriani, aliorumque qui cum eo fuere episcoporum latinè composita scripta: certò confirmantia, omnibus tum visum esse, vt & la psis in persequutione subueniretur, debitumq, au xilium impertiretur: & autor hæresis, ita vt par erat, vnà cum omnibus sectatoribus suis per excomunicationem proscriberetur. Extat aliud quoq; scriptum Cornelij, in quo copiose conventus con fulta exponuntur. Aliud item, quod ad Fabianum Antiochenum episcopum est datum, in quo res Nouati vnà cum ipso describuntur. Vnde etiá ple raque de ineptiis & detestationibus eius in nostrá hanc transtulimus historiam.

\*\* Hippolyten Portuensis episcopus & martyr cum ad supplicité raperetur, et est apud Prudentium, Respondit, sugite à miser exect unda Nomati Schismata, Catholicu reddite vos populu. V na sides vigeas, prisco qua condita templo est, Quam Paulus retinet, quámes cathedra Petri. Qua docui, docuise piges venerabile Martyr Cerno quòd à cultu rebar abesse Dei. Insigne retractationis seu renocationis exemplum.

# C APYT YI.

Serapio, qui in perseque-tione dies sa-

panitetiam egit: & qui

plonè recept<sup>9</sup>

non effet, mo ti fine cucha

tiftie comm-

mienz new po



D-KFabium eum, in Nouati secta aliquantulum inclinantem, quem modò diximus, divinus vir Diony fius scribens, plurima de pæniten tia disserit: & martyrum certamina iam inde ab initio discernens,

sicuti & nos exposuimus, atque alia multa afferés, admiratione quiddam dignum memorat, quod hoc quoque loco tempestinè referendum duxi. V num tibi, inquit, exemplum quod apud nos euc nit, exponam. Serapion quidam nobiscum fuit senex fidelis,& qui fine crimine ad multum vixisset tempus, persequutionis autem tempestate lapsus ester.Is sæpe quidem vt reciperetur obtestatus fue rat, sed nemo illi aduertit animum. Idolis enim sa crificauerat.Morbo verò deinde oppressus,tres có tinuos dies sine voce & sensu iacuit:paululum verò viribus recuperatis, quarto die nepotem ex silia ad se vocauit: &, Quandiu me tandem, inquit, ô fili, distinctis?accelerate quæso, & me quamprimum absoluite, presbyteror úmque aliquem tu ad me voca. His dictis, rur sum obmutuit. Puer cursu ad presbyterum contendit: erat autem nox,& ille æger decumbebat. Quapropter quum ad senem venire non posser, madatumque à me haberet, vt è vita decessuri, si opus esset, & maximè si antehac suppliciter precibus id flagitassent, vt scilicet co

meliore spe satis concederent, a absolueretur:pau D a aquian. lulum puero+ Eucharistiæ dedit, infundere atque instillare id in os seni iubens. Puer redit:quum no longe abesset, priusquam ad illum ingrederetur, erigens se rursum Serapion, Venisti, inquit, fili? Presbyter quidem venire ad me non potuit: at tu celeriter, quod iussus es perfice, & me dimitte. Instilauit ei puer Eucharistiam, & simulat q, ori eius infudit, atque ille paululum id glutiendo demisit, confestim reddidit spiritum. An non aperte coser uatus eò víque in vita permansit, donec absolueretur, \* peccatisque per multa quæ egit bona ope ra extinctis, confiteri posset? Hæc de Serapione. Idem porrò Dionysius epistolam aliam de pœnitentia ad Ægyptios scripsit, in qua iudicium suum de lapsis, ordines corum & discrimina persequés, exponit. Aliam rursum, candem inscriptionem de

pœnitentia habentem, ad Cononem épiscopum Hermopolitam. Aliam præterea cohortatoriá ad ecclesiam Alexandrinam. Est item eius alia episto la ad Origenem, de martyrio, alia ad Laodicenses, quorum episcopus fuit Thelymidris: sicuti alia etiam de pœnitentia, ad Armenios, quorum eccle-siæ præsuit Meruazanes. Scripsit quoque ad Cornelium Romæ epilcopum, quum ab eo aduerlus Nouatum accepisset epistolam. Cui etiam significat, rogatum se esse ab Heleno Tarsi Cilicia, & à Firmiliano Cappadocum, nec non à Theoctisto Palæstinorum episcopis, vt Antiochenam Synodum adiret, vbi nonnulli obtinere atque confirmare Nouati hæresim conabantur. Indicat eidem illud quoque, Fabium quidem obdormiuisse, Demetrianu verò pro eo ecclesiæ Antiochene præfectum esse. De Hierosolymitano autem episcopo, ad eum hisce verbis scribit: Admirandus ille Alexander in carcere feliciter est defunctus. Dein

† Audio quod dicant, myficam benedictionem, si ex ea remanso-rint in sequentem diem reliquia, ad sanctificationem inneilem esse. Sed insaniunt hac dicentes. Non enim alim sit Christm, neque san-ctum cieu corpus immutabitur, sed benedictionis virtus & viuisica gratia perpetua manet in illo. Cyrillou ad Calofyrium Episcopum,

de & alias duas ad Romanos scripsit epistolas, al-

teram de pace, alteram de pœnitentia. Aliam item ad eos qui ibi fidem sunt confessi, Nouati opinio-

ni adhuc adhærentes:& ad eosdem rursum,quum

ad ecclesia essent reuersi, alias duas. Ad alios quo-

que plures literis datis, plurimum omnibus attulit

# CAPVT VII.



vtilitatis. .

Orrò quum Cornelius Romz post tertium annum Episcopa-rus sui decessisset, Lucius ei est suffectus: qui non integris septé mensibus ecclesia administrata, Stephanum habuit successorem:

m iiij

ad quem Dionysius primam de baptismo scripsit epistolam. Cyprianus quippe Apher primus opi. natus est, oportere eos qui ab hæresi converteren tur, lauacro expiari & recipi, Stephanus contrà, + nihil ea in re præter receptam consuctudinem no uandum elle duxit: sufficere scilicet in eis veteri more orationem folam, cum manuum impositione. Itaque ad eum ægre dissensionem eam feren-

Olim moriturii quoque Eucharistia

BOLTES RICH TIAS IS AND Cásas iw? zodas ols iagali kadais D  $vony \int \widetilde{y}$ Alexādriwi scripta.

Cyprianas ab harefi 10fipifientes,re baptizandes censuit, † på = apk +-LEGITA ON UM MENTER PROPERTY

Huic resti tie Stephan<sup>2</sup> Ro. Pósifex. Dionysius Alexandri nus ad Stephanum episiepū Rem. de concordia Ecclessarii.

Ide ad Xyfrum Ro. Episcopum, de haresicorum resipiscensiii bapsssmo.

Idem de Sabelly berefi. Neganit is Christum filium Dei, ♥ primog:mitum omnie crestur e e∬e simúlque spi ritus sancti intellectum ademit. \* LASSUTUS Exatipudia अनुकेंड मिर्दे अद्धे 75°γ°¢μμά-मक्त मंद्रा प्रथम State foulvar adeaφãΝ. Dionysims etiam in ha reticorum librie versato.

A tem, Dionysius plurib, scripsit: & postremò certiorem eum facit, persequutione sopita, ecclesias omnes nouis rebus Nouati repudiatis, pacem inter se habere. Verba eius hæc sunt. Scito nunc, fra ter, Orientales, atq; etiam vlteriores ecclesias, quæ antea dissidebant, ad vnitatem esse redactas, omnésque vbique earum Antistites vnanimes & cosentientes supra modum de pace & concordia, quæ præter expectationem accidit, lætari. Demetrianum in primis Antiochenum, Theoclistu Czsariensem, Mazabanem Aeliensem Alexandri defuncti successorem, Marinum Tyrium, Heliodorű Laodicensem, qui in locum Thelymidris surrogatus est, Helenum Tarsensem, & ecclesias Ciliciæ omnes, Firmilianum, & Cappadociam omnem: præcipuos enim Episcoporum nominaui, ne epistola longior fiar, néve multis verbis sim molestior. Sed & vniuersæ Syriæ & Arabiç: quibus sem per aliquid suppeditatis doctrina, & nunc etiam scripsistis. Mesopotamia ipsa, Pontus, Bithynia, & (vt semel dicam) exultant vbique omnes, concor dia & fraterna charitate glorificantes Deum.Hæc Dionysius ad Stephanum. Ad Xystum autem, qui illi fuccefsit,fecundam de baptifmo epiftolam idé dedit,Stephani & reliquorum iudicium in ea osté dens. Scripferat namque Stephanus prius de Hele no & Firmiliano, omnibusque finitimis populis, se cum illis non communicaturum, eam ipsam ob causam, quòd hereticos rebaptisarent. Et considera, inquit, magnitudinem rei. Certum enim est, de ea in maximis Episcoporum conuentibus, vt audio, decreta esse facta, videlicer: vt qui ex hæreticis per pænitentiam conuertuntur, primim de recta tide per catechesin instituantur. deinde abluatur, veteris & impuri fermenti deponentes sordes. Et paulo post: Quin & dilectis nostris compresbyteris Dionysio & Philemoni, qui antehac suffragatores Srephani fuere, quum ad me de hisce rebus scripsissent, prius quidem paucis, nunc autem pluribus respondi. Et de baptismo núc hactenus. De hæresi autem Sabellij, quæ tum emergebat, mentionem faciens. De dogmate, inquit, quod Ptolemaide, quæ vna ex quinque ciuitatibus est, recens orto, impio prorsus, quippe quòd multam blasphe miam in omnipotentem Deum, patrem Domini nostri Ielu Ch. isti, multam infidelitatem in vnigenitum eius filium, primogenitum omnis creatu rx,inhumanatum Verbum, insensibilitatem auté Spiritus sancti continet, quum x vtrinque ad me peruenissent,& decreta,& fratres disputaturi,que dam scripsi pro virili mea, Deo suppeditante, explanatius exponens omnia.

# CAPVT VIII.



N tertia epistola de baptismo, qua ad Philemonem presbyterum Romanum scripsit, hec refert. Ego verò etiam in scriptis & traditionibus hereticorum lectioneversatus sum, opinionibus corum impurissimis

aliquantum animum meum polluens: vtilitatem autem illam ab eis capiens, vt facilius eos apud me iplum refellam atque repudiem, magilg, etiam execrer ac detester. Atque equidem frater quidam presbyter, ab eis legedis me arcebat, quòd vereretur, ne in cœno maliciæ vnà cum illis inuoluerer, néue anima mea noxam & perniciem contraheret. Eúmque quum vera dicere sentirem, visio quædam diuinitùs exhibita, & vox me confirmauit. Disertè namque & clarè mandauit, dicens:
Omnes versato, quos in manus acceperis, libros.
disquirere enim, castigare, & explorare omnia po
tes, quæ tibi etiam ab initio sidei complectendæ
causa fuit. Visionem eam accepi Apostolicæ voci
congruentem, quæ firmioribus dicit: +Estote spechati arque probati trapezitæ. Deinde quum quædam de hæresibus omnibus dixisser, talia infert.

# CAPT IX.

Anc ego regulam & formam, à beato nostro Papa Heracla accepi. Ille siquidem quosdam ab hæ resibus reuertentes, quòd ab Ecclesia desecissent, seu potius non desecissent, sed quòd conuenire communicare quidem nobiscum viderentur, adicati auté suerat \* quendá aliena docenté con

& communicare quidem nobiscum viderentur, indicati auté fuerat kquenda aliena docenté con sectari, qua de causa ab ecclesia erat repudiati, obtellantes eos nó prius admisit, quàm publice quæ ab aduersariis audiuissent, omnia exposuissent. Et tum primum ad ecclesiam eos perduxit, nihil prorlus in eis opus esse baptismo alio iudicans:sacrum enim id lauacrú antehac ab eo obtinuerant. <sup>b</sup> Ac quæstione bac pluribus tractata, ita infert. Di dici illud quoque, non solum nunc Aphricanos hoc perperam induxisse, sed & ab eis qui dudum ante nos episcopi in frequentissimis ecclesiis fuere, in conventibus fratrum Iconij & Synadæ, & præterea apud multos ita decretum fuisse. Quorum consilium reliciens, in contentionem & rixandi studium eos coniicere supersedeo. Nó enim mouebis, inquit, terminos proximi tui, quos constituerunt patres tui. Quartam autem quam ad Dionysium Romanum de baptismo dedit epistolam, quum adhuc is in presbyterorum ordine esset, scripsit: quem Dionysium Romanum eximium & admirandum quoque fuisse, satis ex nostri istius Dionysij scriptis colligitur. Porrò in epistola quam ad eum dedit, sic etiam Novati memi F nit: Nouatum iustis profectò de causis odimus, qui Ecclesiam discidit, fratrésque quos dam ad impietaté & blasphemias pertraxit, & impurissimas de Deo doctrinas inuexit. Nam benignissimum Dominum nostrum Iesum Christum, vt immisericordem, more sycophantæ traducit. Ad hæc, sacrum abolet lauacrum, fidem Christianam & con fessionem euertit: & Spiritum sanctum ex hominum cordibus, si qua spes esset vt vel in eis maneret, vel ad eos reuerteretur, prorsus propellit. In quinta verò epistola ad Xystum Romanum data, dum multa contra hareticos scribit, eiuscemodi quiddă sibi accidisse, hisce verbis refert: Sedenim, frater, confilio indigeo, & sententiam iudiciúm q tuum requiro, posteaquam huiusmodi quedam apud nos res accidit:vereor enim,ne halluciner.Fra tribus quippe congregatis, fidelis quidam iamdudum ante meam etiam, imò quoque (vt opinor) ante beati Heraclæ electionem habitus, quum in cetum nostrum venisset, & cos qui tum baptizarentur videret, interrogationésque & responsio-

Esin re ri.
from of confrom the.
† rind: to
u pos rest.
{ true.
Enfab.li.
7.cap. 7.
Omnis logi
bengue bone
font tente.
Rufin.

ve,que bons
funt tenete,
Rufiu.
V tile eft he
veticurü nof.
fe opiniones,
briegolifas.
uadanyruq.

a Inde eft,
quod facusque resposattes ab harch
propalam in
ecclesia per
recantationem, sue remocationem,
errorem sub
errorem sub
Emprobat
D iony sum
responent
hereticorum
anabaptif-

Nonatus Christum la Jum immistricorde fack.

Frater quidam non tité
ab harctien
baptiz Em,
retur, à Dio
ny sio petit:
fed id non ob
tinnit,

A nes corum audiret, accessit ad me flens, seipsumq; complorans, atque ad pedes meos prouolutus: co firens quidem & abiurans baptismum, quem ab hæreticis susceperat, non talem eum esse prorsus, neque quidquam cum hoc habere communionis dixit, quin etiam blasphemiis illum refertum esse asseuerauit. Animam verò suam admodum compunctam esse, séque non audere oculos suos ad Deum, propter nefariam impuritatem scilicet dictorum factorumq; illorum quib.initiatus esser, tollere dicens, obtestabatur vt reciperetur, & ad purissimum baptismi nostri lauacrum gratiamque admitteretur. Quod san'e ego facere non ausus, di xi sufficere ei tam diuturnam nobiscum communionem,qui gratiarum actione exaudita, fimul no biscum Amen accinuerit: quique mensæassistens manus ad exceptionem sancti alimenti porrexerit, & id susceperit, corporisque & sanguinis Domini nostri lesu satis logo tempore particeps fuerit.Proindéque minime taciendum putaui, vt hæc denuò à principio retexerem atque renouarem. Bono autem animo eum esse iussi, & condere, fir máque fide & conscientia bona ad communioné sanctorum mysteriorum accedere. Ille autem neque lu aui modum fecit, neque præ timore & tremore ad mensam accessit. Atque ægrè tandem cò est cohortationibus perductus, vt orationibus assi stere sustineat. Alia quoque extat ad Xystum epistola, in qua multa de hac quæstione verba facit. Itidem & alia de Luciano, & de quæstione eadem ad Dionysium Romanum episcopum data. De

CAPVT X.

Dionysij epistolis in causa baptismi, satis.

Liny. Yaleriansu Galli Hostiliami successor, Christianorum primuin fautor eximiw.

Lim commu

nicantibas

data.

Euchariftia

Alerianus post Gallum imperio suscepto, primum clemens & bo nus visus est, arque erga homines Dei beneuolus atque benignus. Neque enim alius quilquam,qui ante eum fuerant Imperatorum,

in illos propensior humaniórque suit, ne illi quidem qui manifestò Christianismum erant complexi. Aded se ab initio mitem & placidum nobis præbuit. Tota namque domus eius, divini numinis cultoribus plena erat : eaq; prorsus nihil aliud quàm Dei ecclesia esse videbatur. Sedenim magorum Aegyptiorum sectæ princeps & doctor, imposturas & præstigias magicas docens, ei persuader, ve sanctos viros non tatum domo sua exigat, & quàm longissimè repellat.sed ferro quoque tol lat, vr qui artibus incantationibúsque illorum obstarent & resisterent. Restabant enim adhuc, qui perniciosorum pestiferorumq; dæmonum actiones visas tantum aut auditas reprimerent. Talibus igitur consultoribus vsus, Christum confitentes crudelissime persequutus est: & ad sceleratissima sacra animum adiiciens, impias obtulit victimas, pueros miseros occidens, infelicium parentum liberos inhumanissimè sacrificans, recens edita viscera diuidens, & creaturas Dei in minutissimas partes concidens. Arque his rebus felicem se & beatum fore est opinatus. Quapropter & Ecclesie hostis factus est, & indignum se benignitate Dei effecit. Ita scilicet magnam is quoque concitauit persequationem. Et qui temporibus eis, certaminibus obeundis sunt conflictati, si ad plenum om D nes referri deberent, peculiari illi indigeret histo ria. Tum sanè & Dionysius, quem diximus, malo eo inualescente, quum Aemilianus prefectus Aegyptum provinciam teneret, pro tribunali causam dixit:& cum eo Maximus presbyter:præterea duo diaconi, Faustus & Eusebius: & cum Charemone alter kquidam.Et quum ij vnà cum Hierarcha suo sacrificare iussi essent, renuerunt id primum, dein de Christianos se esse, sieríque omnino non posse vt Deum alium vel timerent vel colerent, professi sunt. Hunc namque esse qui cœlum & terram condiderit: & qui Principibus, designatis certisq; temporibus, in terris potestatem & imperium cocedat.Hæc atque alia quum ab eis afferrentur plu rima, Emilianus in sententia perstitit: & quum se hoc illis persuadere no poste videret, nulla interpolita mora, Dionylium, quantumuis morbo cor reptum, in solos quosdam & à frequentia hominum longè dissitos locos in Lybiam releganit. Ad quem permulti ex vrbe , non pauciísimi verò etiá ex Ægypto conuencrunt, atque ibi cum eo doctri nam fidei eius addiscentes manserunt. Deinde ve E rò ad longè duriorem grauiorémque crumnam, in regionem cui nomen est Cephro, & locum Co lythium dictum, exul est deportatus. Porrò beatus Dionysius aduersa omnia magno fortiq; pertulit animo. Nec minus & fratres quidam continua consuetudine sua loci asperitatem lenierunt, consolationisque pietatem ei præstiterunt. Qui verò accuratius cognoscere volunt, quæ ea persequutionis tempestate, nó ipse tantum Dionysius, sed alij etia innumeri fratres aduersa pertulerint, ij legere poterunt, que iple ad temporis sui episco pum quendam, nomine Germanum, obtrectatorem eius, scripsit, ita exorsus. Stultus sanè atq; insa nus fuerim, si necessitatem eam mihi imponam, vt admirandam de me Dei curam atque dispositionem scriptis persequar. Sedenim quum (sicuri scriptura ait ) arcanum regis celare pulchrum sit, opera autem Dei deprædicare gloriosum, ad narrationem rerum propius accedam: & cætera.

mas Chri-Stianismi he jin & perjequuter. Aemilian' Aegypu prafectus. \* Fuit is ex mbe Ro.frs ter. Enfeb,li, 7.64.11. Dionysius cum quibusdano fratrobm apud eñ prefectio can lam dicit.

Idem semel atque iterü relegatur.

Pratres,exily eins comi tes & focij.

Reperitur hoc scriptur ud Enfeb. lib. 7.cap.11.

CAPVT XI.



Aleriana autem persequutione plu rimi quidem alij martyrij corona tulcrunt. Cæsareæ autem Palæstine, tres fortiter cum laude magna con-fessionem Christi perferentes, in di

uino decurrêre stadio, ad bestias damnati.nomina corum sunt: Priscus, Malchus, & Alexander. Ij dicuntur in agro habitates, seipsos vt segnes & igna uos,in re omnium pulcherrima accusasse: quòd sci licet diuinis propositis præmiis, per socordiam ea arripere negligerent: martyrij coronam designan tes. Itaque re sic pulchrè deliberata, confestim sestinabundi Cæsaream contenderunt, & apud iudi cem de professione Christi, quæ opus erant, dixerunt:2c mox bestiis obiecti, felicem sunt cosequu ti finem. In eadem vrbe fæmina etiam quædam Marcionis sequuta hæresim, vt fertur, eodem est certamine defuncta.

C APVT XII.

Martyrium Prisci, Mal chi, Alex Z dri.

Famine He Marcie barefim fo-

Idem acerri-

Humana

netime.

Seducto de-

inde à ma-

gis Acgy-

prin, ad ne-

fanda eft de-

lapsnu sacta.

V alerianus in Rhetia à militibus. Galienus ein filin Ro ma à Senatu, Augusti creati, equa potestate im persum obsimuerunt. Galieni pro Christianis rescriptum.

TATHET .

στάγματ 🚱

Euseb.lib.7

Cæmiteria

Christiano-

a Macrinii

Sine Macria mű designat.

b Galienum

c Aureolü.

В

Nicepho.

cap.13.

Alerianus autem ad eum modú transucrsim raptus, non diu persequutionem continuauit. A bar baris enim captus,& in seruituté redactus, imperium ad filium Ga -lienum transmisit. Qui pro hu-

manitate sua statim edictis promulgatis, Christianorum persequationem inhibuit, liberiusque Ver bi antistitibus stata solitaque officia sua peragere permissit. Literæ eius in hæc ferè verba sunt conce præ.Imperator Cæsar, Publius Licinius Galienus, Felix, Pius, Augustus: Dionysio, Pinna, & Demetrio episcopis. Officium & benignitatem liberalitatis mez per terrarum orbem omnem produci imperaui, vt ex locis omnibus, in quib. piè diuina coluntur, decedatur. Quapropter & vos rescripti mei exemplo vti potestis, vt ne quisquam vobis sit grauis &molestus: & id quoad eius sieri potest, à vobis adimpleatur, quod à me dudum est permis fum. Itaque Aurelius Cyrenius fummi + ordinis præfectus, constitutionem à me promulgatam ser uabit. Circumfertur etiam alia eius constitutio ad Episcopos alios data, per quam, vt Christiani loca comiteriorum suorum reciperent, permisit. Talis quidem Galienus fuit. De quo Dionysius hæc quoque refert. Atque ille a corum qui ante se fuerunt Imperatorum, b hunc quidem deserés atque destituens, illum verò cum impetu inuades, cu omni genere suo funditus statim disperiit. Declaratus autem, communibusque suffragiis ab om nibus renunciatus est Galienus, vetus simul & no uus Imperator. Qum enim ante eos fuisset, post eos quoque existit. Iuxta id quod ad prophetam Esaiam est dictum: Quæ à principio fuere, ecce veniunt, & nous sunt que nunc exoriuntur. Quemadmodum enim nubes radios solis subiens, & ad breue tempus eum vmbra obiecta obscurat,& præ eo prominet:deinde vel pretereunte vel euanescente nube, sot fine subortus seu præ ortus resplender: ita Macrinus imperium Galieni, cui præfectus fuerat, per tyrannidem inuasit. Atq ille quidem nunc non extat, quando quidem nihil erat:hic autem itidem, vt antea fuit, constat: & im perium eius, perinde atque senium deposuisset, & adhærens libi vitium repurgallet, floridius etiam nunc viget, longiusque multo vbique spectatur, auditur, frequentatur. Hæc de illo Dionysius.

\* Valerianus in Mesopotamia à Persarum rege superatus, mox etsam captus, apud Parthes in seruitute consenuie. Et qu'am diu vizit, rez eius pronincia, cernici eius insistens, equum conscendere soli-eus est. Entrop. Idem Tammerlanes Scytha in Baiazethe Turca

Galienne imperauit annos seu cum patre Valeriano, nouem solus. Eo tempore multi in dinerfis provinciu per seditionem creati impera-tores in quibm Macrimus suit, qui in Illyrico vina cum silio est imterfectus. Odenatum autem ipse Galienus consortem impery fecit, &c.

Macrianus, Galieno negligentius rempub. administrante, impe-um in Oriente arripuit:desade in Illyrico com Aureolo, qui & opfe contra Galienum imperium sumpserat, duce Domitiano manú conscruit. Sed victus cum filio Macriano est, & exercitus omnis Aureolo deditus. V terque etiam & pater & filius casus sicus & alter filiorum eins ab Odenato in Oriente eft interemptus. Inl. Capitol.in Galiene.

> CAPYT XIII.



O tempore,quum pax vbique el- D fet, Cæsareæ Palæstinæ Marinus quidam opibus, genere & dignita te clarus, pro Christo capite plexus est, per talem causam . Voca-

bat eum disciplinæ militaris ordo ad honorem,Romanorum more,maioré, gradúmque dignitatis altiorem. + (vitem vocabant: &eam qui consequebantur, Centuriones fiebant) Et iam honorem talem recepturus erat, quu alius emulationis studio ad tribunal procedit, miniméque conuenire criminando asserit, vt is Romanam dignitatem consequatur, qui Christianus sit, & Im peratoribus non sacrificet : proindéque ordinem eum sibi potius deberi contendit. Ibi Achæus iudex id iniquè tulit, Marinumque an in sententia perseuerare pergeret, interrogauit. Atque vbi con stantem eius in Christum animum, firmamque af fectionem vidit, tres ei ad deliberandum extra iudicium concessit horas. Atque cum sic exeuntem, Theotecnus eius loci epilcopus manu apprehensum, in ecclesiam deducit, sermonésque cum eo quos opus erat, cofert.mox etiam in sacratiorem templi locum admittit, tunicaque eius diducta, en sem quo accinctus erat, ei demonstrat, simulque sacrum Euangelij librum productum in medio proponitiontionemque ei vt vtrum vellet, accipe ret,permittit. Porrò, postquam ille statim dextrã ad librum iplum accipiendum extendit, precatione martyrem armatum producit, eumque vt magis Deo obtemperando quam hominibus adhæreret, cohortatur. Facile enim eum ab illo confortatum, qua maximè desideraret, consequuturum esse. Illumque sic cum pace dimittit. Atque vbi co stitutum vocaret tempus, & præco martyrem rur sum citaret, assistens ille, maiorémque quam antea pro Christo alacritatem ostendens, extemplò inde ad mortem est abductus,& truncatus.

# CAPVT XIIII.



Erumenimuerò Asterius, vir apprimè Dei amans, Senator Romanus, claro loco natus conjustis estato mè Dei amans, Senator Romanus, F claro loco natus, copiosus, & magno ab Imperatoribus in precio habitus, proindéque propter nobilita-

tem & opes nemini ignot, morti martyris affuit: & mox preciosis allatis vestibus, sacrum illud tabernaculum in humeros sublatum,& (sicuti dece bat)inuolutum, sanè quàm splendida & magnisica dignatus est sepultura. Huius viri alia quoque plura sunt memoratu digna facinora. Quod verò is Casarea Philippi, quam Phænices Paneadem vocant, fecit, referre in historiam nostram no intempestiuum est visum Propinquum ei vrbi mon tem esse ferunt, qui Panius dicitur. ad radices eius fontes funt vberiores, vnde etjam lordanem profluere dicunt. In eos fontes, patrio quodam more accolæ celebri festóque die congregati, victimam dæmoni nescio cui proiicere solebant, quæ quòd mirificè derepétè vi & opera efficacis illiº dæmo nis disparebat, pro miraculo ingenti vbique ea res est celebrata. Et quum aliquando ibi adesset A sterius, simulque id quod fiebar videret, hominésq; eo costernari animaduerteret, miseratus primum errorem corum: deinde sublatis in cœlum mani-

Afterim

Senator Ro.

corpus Ma-

rini magnifi

cè sepelis.

Martrium

Marini mi.

Spartianu

in Hadria

mo. vitë pre

KAI HA TOTA

ładow:Ni

**сер**h.т 1µ4 т15

lei zapit ja.

peles à mi

**μα,οδ** τὸς τη

Zirras quie

ERTOVIA.

xé, zinêsi,

7628 20A4.

₹000 Em

febius lib.7.

cap.19. Theotecom

episcop° Ma

rinë ad ma

tyriü polcha

rimè sinco-

ratione.libri

Emangelico

exhibito,co-

bertatur.

Cetaria

accibit.

litis.

Idem Aft rine Cefarea portente fum damecohibet & abolet. Iordanu fon



A nibus, rerum omnium Deum inuocat, vt quùm feductorem populi dæmönem illum aquis innatantem dispelleret, tum fraude & errore tanto mi feros illos liberaret. Et ille quidem sic orabat: con festimverò hostia illa subnatans emersit. Ita miraculum id, hominumque de eo portentosa opinio, adeò est sublata, vt deinceps nihil quicquam eiusmodi in eo loco sit sactum.

episcopum, ab ipso Christo & Apostolis creatum Desse, sacra monumenta tradidere. Venerati sunt enim hunc successores eius, asseruatum: satis aperte declarantes, quo cultu & studio Deo dilectos viros sint prosequuti. Quemadmodum id ad nos quoque est transmissum, apud quos multa etiam memoria gratia asseruantur. Verum de his hac di ca sufficiant.

Thronne Ia cobi fratru Damini.

# CAPPIC X P.



Vandoquidem autem Paneadis meminimus, nec aliam quadam historiam prætermittendam esse duximus, dignam illam quæ sit in ore omnibus. Ex hac enim vrbe fama fert ortam fuisse mulie-

rem illa, qua languinis profluuio laborantem, fim briæ Christi adtactu sanationem rapuisse, diuinorum Euangeliorum testatur scriptura. Ibi domus quoque eius magnifica adhuc visa est, simulo; admirandum tropæum & monumentum collati in eam beneficij Seruatoris permansit. Pro foribus namque domus eius in columna quadă ærez duz statuæ stabant sublimes : quarum altera, genibus flexis, manibulque protentis, fæminæ habitu, supplicantis faciem præ se tulit:altera autom ex aduer lo collocata, directo viri statu, diploide cum deceti quadam gravitate amich, manum inclinatæ fœminæ porrigere visa est. Ad huius pedes in statuæ iplius bali herba excrefcere, quæ quum ad fimbriá æreæ diploidis pertigisset, non altius progredieba tur:eamque veluti sacram fimbriam tangens illa, præsens aduersus omne genus morborum auxiliú habuisse dicta est. Staruam porrò istam à muliere illa sanguinis profluuio laborante, ad Christi formam & habitum conflatam esse, vera certaq;, que ad nos peruenit, historia tradidit. Atque ea ad Iuliani, víque tempora perdurauit. Neque adeò mirum videri debet, qui aliquid beneficij olim à Ser uatore nostro accepere, eos per eiusmodi monumeta grati erga cum animi memoriam reliquisse.

# CAPVT XVI.



guinu proflu

eio laboraus

in Eugge-

lio, Cafarien

fisfwit. Ea

Christo C4-

dium suarii

Sub ca fta-

sua herba à .

λιξιφέρμα-

x Grexcre-

oit. Eulab.

lib.7.cap.14

Sarea pro a . B

monumentü G statuare

Lucas eas primus pinsit.

àraqago Nac.
τωο ο Γα εω...
τῆς ες...
Νίεερh, àra
gwhár ως,
Ευfebius, γε
fuprà...
V fou defunclorum mo-



Vum etiam sanctorum Apostoloru Petri & Pauli, ipsiusque adeò Christi, & quæ eum supra naturæ capru mirisicè genuit Virginis matris, coloribus adumbratas imagines, plurimas ad hunc vsque diem conser-

uatas esse norimus. Ac Lucas quidem Apostolus primus iplas accurate, opus id exorsus, manibus suis depinxit: deinde verò ex veteribus alij quoq; viri, pro eo atque par erat veluti seruatores suos in signis & picturis servantes, idem secere: ethnica quidem illi fortasse consuetudine ducti, & moré eum colere soliti, absque tamen necessaria kobser uatione obtinere id tradiderunt. Sed ecclesia inde acceptum magis ac magis adauxit, (prouidentia Dei curante atque disponente) non modò essigies & statuas, verumetiam vestes, baculos, & lectos sanctorum illorum virorum conservans, ad memoriam eorum sempiterna. Sicuti & Iacobi thronú ad multa tempora servatum esse sciunus, quem fratrem ipsum Domini, primum Hierosolymorū

### CAPPT XVII.



Alieni temporibus simul & do-Arina & mitaculis ingétibus floruit Gregorius, cum fratre Athenodoro ecclesias in Ponto guber nans. Ipsi autem Neocæsariensis obtigerat episcopatus, & ab essi-

cacia miraculorum edendorum cognomen \* Mirifici.Graco autem patre genitus, in fide maximè profecit: & Alexandriæ Origeni operam dans, facras atque profanas literas summe addidicit. Vbi meretricula, quæ calumniæ causa ad eum venerat, à dæmone correpta, per orationem eius sanationě est colequuta.\*\* ecclesiæ auté præfectus, quú E Phædimus ei Amalænus episcopus manus imposuisset, rupem ingétem collisinstar, quum ad eam esset perductus, oratione sola mouit, & in alium transtulit locum. Deinde sacerdotem profanum templi custodem, + ciecto atque recepto dæmone,adChristi fidem pertraxit. Et lacum quendam, de quo fratres duo ingenti contentione decertabant, siccum aridumque reddidit.2 Præterea Lyci fluminis vndas perniciosas repressit, scipione fuo defixo, qui hucusque in ingentem excreuit arborem,& à viatoribus ibi cernitur. Iudæum quendã, qui mortuum se esse simulauerat, revera mortuu effecit.Et quum eum aliquando quidam perseque rentur, in arborem transformatus, ita orationi intendens constitit, vt à nemine videretur. Pestilentiam infidelibus conciliauit: & fæminam quandá, qua ad fidem accesserat, à morte liberauit. Huic Dei mater apparens, per Ioannem Euangelistam, professionem fidei no stræ, b quarum ad Theologiam & divinitatis rationem pertinet, scriptam ex hibuit. Ad multam autem peruenit senectutem, F & ad Diocletiani víque c tempora durauit, gratiarum actionis voces edere solitus, quòd vrbem fre quentissimam, & infidelitatis plenissimam, ad co trarium professionis fidei redegisset statum. Quátum enim ibi eorum adueniens repererat, qui ante se fidem receperant, tantum corum qui in infidelitate perseuerarent, moriés numerum reliquit. Hzc breuiter & compendiose de admirando Gre gorio sint dicta.

c Imò alia etiam eius miracula fub Conftautino Magno referustur infra lib.8.cap.15.

# CAPYT XTII1.



Ionysius autem Alexandrinus, nondum pace ecclessis à Galieno reddita, ad eas quas diximus de pœnitentia& baptismo, alias quoque de Paschate +festas coposuit epistolas. Quarum

vná quidé ad KFlauianum dedit: aliam ad Didymű & Domitiű, in qua etiá octo annorum canoné exGregorius epifcop<sup>s</sup> Nes eafarienfis Mirificus,

\* les parise 28. Mirifica enosdë falt s. \* \* Izi 12 TAS İKKANGIR Tules, partiμε αὐτῷ τ**λη** zepag luiba. Nivro. orc. रिवर्ध अपूरि को-TON HYLTO NE 60p, &c. Ni ceph. province in BOAN TE NOW SioBent. Eufeb.lib.7 cap.25.Rufi.interprete. a Quum ecclesia in que dans loco at-Eti Simo inter monte & fluuium pofs to costrui deberes, & fp.s cium ʃvfficiens wen effet ppjo fan-Eto in orație nibus permo. Clante,mane facto innenta est rupes tanto spacio loce cessiffe, quanti crat compači pro ipsa Ecclesia fabricanda. . Hierode viru illustr. b Theologie bec reperitur apad Rufinő, Eccl.hif. Eufeb.li.7. cap.25. DienysÿPa Schales epift. TEPTERINAS.

\* Enfeb. Flavium ha bet, libro 7. cap. 20. quipoctium יים אות אות אורים TÄTÄP laps-VAV ISHULeian.Ibid. I dem ab exi lio Alexan driã reversus

propter sedi -

tionem (iui-

Cades in ve

be or portu-

Nilus exic-

I dem dila-

wio examplas.

catus.

Idem, post e- A ponit, non aliàs quam zquinoctio verno Pascha celebrari oportere astruens. Aliam rursus ad presbyteros Alexandrinos, atq; diversas alias ad alios scripsit.Pace porrò exorta, ab exilio Alexandriam rediit. Ibi seditione & tumultu ciuili excitato, quo niam Episcopali munere suo fungi non potuit, fra tribus scilicer in alterutram partem factionis inclinatis, ipsis Paschæferiis ex ipsa Alexandria veluti exul per literas cum eis est collocutus. Dedit quoque ad Hieracem Aegyptium episcopum festas siue Paschales literas, in quibus seditionis Ale xandrinæ mentioné faciés, ad hunc modú scribit.

> CAPVI XIX.

Pafchalis Dienysy ad Hiera episcopum Aczyptin epistola,de calamitatib Alexadri-DE Whis.

Vid ego admirer difficile este, cũ eis qui magna locorum intercapedine à nobis sunt dissiti, per e-pistolas agere? quu in dubiu ve-nerim, quomodo ipse mecu col-loquar, & ipse anima mea cosu-

lã? Ad ipta enim vifcera mea, hoc est, ad fratres qui eiusdem sunt contubernij, eiusdem animi, eiusde vitæ instituti, & ciusdé ecclesiæ, epistolis opus est. eálq; quomodo perferri curem, duru & propè impossibile est. Facilius namq; aliquis non dico iu lo ginquum exilij locu, sed ab Oriente ad Occidenté transierit, quàm Alexandriam ex ipsa Alexandria peragrer. Longè quippe solitudine illa deserta atque inuia, quam duabus ætatibus seu generationibus filij Israel pertransierunt, periculosior & impeditior est mediæ civitatis via: & mari item illo, quod illi diuisum, & in parietum formam redactum, latè habuerunt peruium, in quorum etiam quasi publica via Aegyptij sunt submersi, quicti& tranquilli portus nostri facti sunt procellosiores: ita vt frequenter propter cas quæ in illis fiunt cædes, rubri maris speciem præbeant. Qui verò per vrbem ipsam profluit amnis, aliquando quidem folis illis & inaquosis locis, per quos Israel incedens víque adeò siti est pressus, vt ad clamorem& vociferationem Moſç, ab eo qui ſolus admiranda facit, ex altissima & durissima rupe vnda proflueret, visus est multo aridior sicciórque. Aliquando autem in tantum exundauit, vt vicinam regionem vniuersam, viásque & agros omnes diluuio obrue rit, eamque que sub Noe fuit, se aque inundationem adducturum elle minatus sit. Semper equide cruore, cædibus, ciuiúm que submersorum suffoca tionibus infectus fluit, & contaminatus: qualis ille Pharaonis per Mosen in sanguinem conuersus. & sanguinem olens fuir. Quæ verò sluminis eius quod repurgat omnia, reperietur expiatrix vnda? Quomodo etiam immenius & hominibus imper meabilis Oceanus, huic superfusus, amaru hoc deteret arque abolebit pelagus? Aut quomodo ingens ille fluuius ex Edem, in quatuor ad quæ est designatus regna profluens, si in vnam terra Geon traducatus, cruentam abluet saniem? Quomodo denique aer, à cladium vbique tantarum impurissimis exhalationibus infectus atque pollutus, pur gabitur? Tanti à terra vapores, à mari venti, à fluuiis auræ, à portubus crassiores nebulæ feruntur, vt tabescentibus ac diffluetibus, in omnibus subiectis elementis, cadaueribus, cruore roret. Et admirantur adhuc & dubitant, vnde cotinuæ proue niant pestilentiz, vnde graues morbi, vnde omnis

generis calamitates, unde tot & tam varij hominu D intericus?Quid ita tam ampla ciuitas, non tam fre quentes iam habeat incolas, si eos ab infantibus iplis vique ad lenes decrepitos recenleas omnes: quam antea corum tantum, quosacrudæ sençcutis vocabat, fouit? Aliorum porrò à quadragenariis víque ad leptuagenarios táta antehac fuit mul titudo, vt illorum numerum nunc non suppleant, quum eis accenfeantur & attribuantur, ad publicam percipienda annomam, qui quatuordecim an norum funt, víque ad octogenarios. Sic qui olim erant decrepiti, corum nuc qualibaquales lunt fa-&i,quicvultu maxime sunt inuenili. Et qum in ter ris semper diminui atque consumi genus hominu conspiciant, internecione omnium indies gliscen te atque grassante non contremiscunt.



Ost seditionem autem pestilétia admodum in vrbe sæviir Efratres (cripto verba faciens, con fratres (cripto verba taciens, con tagioli morbi erumnas huiulmo di ornauit verbis. Aliis equidé bo E

minibus, ve nunc se res habent, non videatur esse festi dici celebrandi tempus. Neque adeò illis est vel tale, vel aliud quodpiam, non+luctuolum dico, sed quod & sit & videatur maxime lætű. Nűc sanè lugent omnia, mœrent omnes, & resonat per vrbem eiulatus, propter tantam mortuoru & quo tidie morientium multitudinem. Sicuti enim de primogenitis Aegyptiorum (criptum est, sic nunc quoque ingens est clamor. Non enim est domus, in qua non reperiatur mortuus. Atque vtinam no reperiretur.nam & eis quæ hæc præcesserunt tem poribus, permultas & graues perpessi sumus calamitates. Et quum soli nos ab omnibus affligeremur & necaremur, nihilominus tamen tum quoque festos egimus dies : & omnis cuiuslibet cladis locus, conuentus agendi nobis præbuit commodi tatem:ager, solitudo, nauigiú, publicum diversorium, carcer. Omnium autem lætissimum Pascha egerunt, perfecti, qui in cœlo conuiuantur, martyres. Post eas clades bellum & pestilétia irruit, quæ p vnà cũ gentibus pertulimus mala. Et soli nos quidem, quæ nobis sunt illata detriméta sustinuimus: vnà cum illis autem, quæ inuicem ipfi inter fe vel fecerunt, vel perpessi sunt, per tumultum scilicet, tolerauimus dispendia.sed Christi rutsum exhilarati sumus pace, quam solis nobis concessit. Quu verò paululum admodum & nobis &ipsis datum esset, ve respiraremus, contagiosa hæc lues vrbem inualit:res metu omni illis horribilior, & erumna quauis calamitosior: &, vt quidam eorum dixit historicus, a clades vna opinione & spe omnium 🖈 🖈 maior:nobis verò haudquaquam talis, fed non minus atque alia, exercitium atque explo

\*\* Peftu ista & lues,qua horribilu & feralu videtur,explorat iu sticias singulorum, & mentes humani generu examinat, an insirmu serviant sani, an propinqui cognatos piè diligant, an misereantur ser worum languentium Domini, an deprecantes agros non deserant medici:an feroces violentiam suam comprimant, an rapaces auaricia fu-rentu insatiabilem semper ardore vel metu mortu extinguant, an cer nicem flectant superbi, an andaciam leniant improbi, an percuntibus charis vel sic aliquid divises largiantur & donent sine harede morituri ? Exerciti a sunt nobis ista, non funera, dant animo fortitudinis cloriam, contemptu mortu prapatant ad coronam. Cypri, in Ser. de mortalis.

mira panci-ALIZATA e of attuq 76761 d ngi tora **н**его́ иговь बेर्स ग्रह्म हैका Vapriven i. Parte à le 24s despuis = # 7 ly 0-, 1 35 iµ5014, in. foptive ngi myordz je, 7 9- 7 i 10 TLASS CUTTE à parte più. 1 mfidelibe nullma elt dierum fefte rum celebră dorii tempu.

4 à μογίου.

Alexadric

T.14.

Hen

† la: Apres,

Christiani in persegna tionibus e loco flates dies feftos colebraraus. Lidem cladin quas fibi infi deles ipfi cre· arunt,pa ∫e ditione, participes. Perfecti martyres.

*6 जादे*न µ में VOV DE TES way Took in. 310 - 1631 tob Singki-

PaxChristi.

Idem fangui Wolentus.

Acris infe-€i'n,

Peftile mie.

a Pestilentie or eram ne alie infi delibus pro lu fant:Chri fianu aute, patientia ex exercitii, 💇 nietatiu probatio. Thory L. b Quales se elim Christiani pestilë inter feinmice ge∬eriut. + 91×0900-\* driov]tg केरकेर सर्वा THE WICH #-

scripta.

A ratio. Non illa quidem à nobis abstinuit, verùm multo maxime in gétes est grassata. Deinceps hæc infert.Plurimi itaque fratres, pro excellenti suo amore & fraterna charitate, sibi ipsis non parcetes, & alius ab alio inuicem animis dependentes, fine metu omni egrotos visitarunt: & magno studio & cura illis in Christo inseruientes, vnà cum illis mortui funt, perquàm libenter aliorum dolore feipsos implentes, morbúmque proximorum in se pertrahentes, ac non grauate cruciatus deuorantes. Multi curantes atque confirmantes alios, ipsi decesserunt, mortem illorum in seipsos transferétes.Ita vulgatum illud verbum, quod+comitatis folius & beneuolentiz semper visum est, factis tu adimplerunt, dum ad eum modum decedentes, se \*peripsema omnium esse declararent. Hoc pacto optimi apud nos fratres, presbyteri etiam quidam & diaconi,& ex plebe laudatissimi quique, ex hac vita emigrarunt: vt iam id genus mortis pietate multa & fide roboratum, non multum videretur abesse à martyrio. Et sanctorum cadauera illi supinis manib. & sinu excipere, oculos repurgare, ora claudere, in humeros tollere, componere, ad se ap plicare, complecti, lauare, vestibus funeralibus exornare,& paulo pòst æquali sorte potiri, superstitélque eos qui præcesserant statim subsequi.Gentes porrò contrà omnia fecerunt, eos qui ægrotare cœpissent propellentes,&charissimos quosque refugientes, semimortuos in vias sternentes, mortuos insepultos proiicientes, successionémque & communionem mortis auersantes, quam tamen quantumuis multa molientibus cuitare facile non erat. Deinde quum iam ea in vrbe pacatiores essent res, Dionysius ad fratres in Ægypto Paschalé epistolam, & rursus aliis alias scripsit. Circunfertur etiam eius de Sabbato scriptum, & aliud de exercitio: & ad Hermanionem fratrésque Aegyptios literas scribens,inter alia de Decio & Gallo, prauísque eorum moribus pleraque commemorat: & tranquillitatis quæ sub Galieno fuit, mentio nem facit.

\*Veteres robi m expiationes avniverfarias facientes,homives facros, hoc oft, qui peste alió ve morbo expiando in immelabantur, & Catharms atque Pharmaci vocabantur, in victimarum morem redimitos, è loco pracipiti in mare desiciebant, Neptono immolantes, ciò folemnibus histe verbu, ree i puta à pass viva, tros correcta cat aross. rewere: Su pro nobis peripfema, hot oft ,praculum, luitio, redemptio no-fira, & fernatrise vebis victima. Suidas, & Nicolaus Leonicus de Varia historia lib. 3. cap. ret. Tanquam purgamenta huim mundi facti summ, omnium peripsemathoc est, Nos tanquam piacula mun di facti summ, & succidanea pro populo rectima. 1. Cor. 4.

CAPPT XXI.



D hæc duos libros de promissionibus composuit, quibus argumen tum præbuit Nepos : qui Aegypti epilcopus, Indaica opinione, quæ in scripturis sanctis Christi promissa sunt, sensu corporali crassius

intelligens, ea ad præsens seculum, & designatam quadam mille annorum vitam referebat. Et quòd is ex Apocalypsi Ioannis opinionem suam se confirmaturum esse opinaretur, librum composuit, cui titulum Confutationis indidit. Cui Dionysius in eis quos diximus libris respodens, in priore quidem sententiam suam de illius dogmate exponit, in posteriore autem de Apocalypsi Ioannisagit

pluribus. Quandoquidem, inquit, scriptum quod- D dam proferunt Nepotis, quo valde nituntur, veluti certò & irrefragabiliter ostendente atque probante, regnum Christi in terris futurum: in aliis quidem multis Nepotem recipio & complector, propter fidem, tolerantiam laboris, scripturarum lectionem, & frequentes psalmodias, quibus huc víque multi delectantur fratres, hominémque iplum observo. Deide progressus infert. Sed enim si quid recte dictum sit, laudare id convenit. Rursum, verò si quid secundum sanam doctrinam non sit scriptum, id castigare oportet. Ac si quidem ipse adesset, satis esset rationum in colloquio, per interrogationem & responsionem, ad persuasionem, & conciliationem corum quæ inter se opponuntur. Quum autem scriptum eius fatis ad perfuadendum compositum, in homi num sit manibus, quo scripto legi & prophetis co uiciatur, Euangelia nihil esse ducir, & Apostolicos libros táquam nullius precij eleuat : ipſum autem perinde atque occultum & arcanum mysterium celebratur, simpliciorum fratrum animos nihil permittens magnum & sublime de certa, vera & E gloriosa apparitione Christi, aut de nostra à mortuis resurrectione, at que ad ipsum aggregatione & assimilatione, sed humilia quædam & caduca, qualia præsentis vitæ sunt, sapere & sentire : perquam est necessarium, vt veluti cum præsente fratre nostro Nepote disserentes agamus. Deinde co memorat, se+in Arsenoite fuisse, vbi huiusmodi emersit heresis:ibique omnib. Ecclesiasticis atque aliis item viris præsentibus, tribus continuis diebus de Nepotis doctrina, libro eius proposito, disferuisse. \*Fratrumque stabilem ac decentem morem admiratur, qui ritè atque ordine responsionibus assensiones approbationésque suas accommo darint: neque contentiose defendere perseuerarint, quæ semel apud se constituissent: neque obie &iones legitimas intermiserint, veritatem illi cognitam (quod pudore quodam aliqui, quum conuincuntur, non faciunt) profitentes: bonaque con scientia, qua autoritate divinarum literarum probata essent, citra simulationem & dissimulatione, F cordibus ad Deum simpliciter compositis, suscipientes. Addit præterea, vt etiam eius loci doctor Coracion dictus, vocibus eis quæ contra illius opi nionem prolatæ fuerant persuasus, præsentibus omnibus receperit, veritate iam abundè satis perspecta, sibi de catero nihil futurum cum Nepote negotij, neque mentionem se cius facturum, neque doctrinam promulgaturum. Alios quoque fratres dicit lætatos delectató (que esse dissertatio nibus eis, atque communi omnium conciliatione & coleniu.

Autore Plin.lib.5.cap.9.inter reliquae multas Aegypti prafolloras, quas vomos vocant, Arfenouses numeratur: ab Arfinos oppido sic dictus , quod Prolemans Philadelphus sub nomine sororis sue, qua ita nominabatur, condidit. I dem, amné qui Arsinoen praterfluit, Ptolemaum appellauit. Plin.lib. 6.cap.29.

CAPPT XXII.



Einde de Apocalypsi Ioannis senten tiam suá profert, que omnia quáuis sint longiora, ramen necessario verbis ipsius commemoranda putaui.

Dionysiº de

h desertion

Dienysisse

apad Arfi-

noen oppidü

de Nepoin

dogmate differmit, hare-

simą; cã re⊶

Optimus de

rebiu sacris,

in conventu publico dispu

saudi proces-

Sur. Eufeb.

lib.7.ca.14.

\* ivea nou >

To sade note

**GENERALIS** 

\* insabare-

Abbuty yäsov

MOÙ GUYLTON

שבר מוצאב

åðlaþör.

bates-

fellite

ryfi" de refi Nepo Chiliaft**arii.** 

Cerinthus que Assiduar (9-10).

Cerinthi ha

Verum fince
vi Theologi
iudicium,
Hoc atste
nostra ctiam
Lacino faciane,

A Nonnulli eorum, inquit, qui eos præcesserut, aboleuerunt, & restituerunt rursum librum ipsum, atque eum per capita omnia corrigentes, in eam for mam redegerunt, vt cognosci non posser, & nulla ratione copolitus elle videretur.Fallam quoq; inscriptionem habere dixerut : neque enim loannis elle,neque reuclationem vllam habere, qui tá ma gno & crasso obscuritatis velo coopertus esfet: & non modo non ab Apostolo quopiá, sed ne à sancto quidem aut Ecclesiastico viro editum esse. Ce rinthum autem, qui eius que ab eo Cerinthiana di citur hæresis autor est, voluisse celebri nomine fide dignam autoritatem figmento suo parare. Hoc enim elle professionis sux dogma, regnum Christi terrenum futurum: & quas ipse corporalis admodum & carnalis concupiuerat res, in eis spem esle, vitam veluti in somnis traductum iri, in ventris scilicet & corum quæ sub ventre sunt libidine & vbertate:hoc est, cibo, potu, cónubio, & (vt absurditatem tatam speciosis ornaret verbis) diebus festis, sacrificiis, & victimaru mactationibus. Ego verò abrogare librum eum, qué fratres multi studiosè legunt, non ausim: maiorem auté quam pro tenuitate mea decet, de co concepi opinioné. Nã etsi non intelligo, suspicor tamen altiorem secretiorémque in verbis eius latêre sensum, eúmq; lon gè lublimiorem, quam vr à me percipi queat. Id & non arbitrio meo iudico, sed fidei magis tribuo. Non reiicio quidé quæ non perspicio , magis auté admiror quod non intelligo. Posthæc scriptura re uclationis omni diligentius & exquisitius perpē-1a, fieri non posse demonstrat, vt facile quis sente. tiam eius assequatur, ac deinde refert: Absoluta ve rò, vt ita dică, prophetia vniuersa, beatos propheta renunciat, qui ex servauerint, séque adeò ipsum. Beatus enim, inquit, qui seruat verba prophetiæ li bri huius: & ego Ioannes, qui hæc & vidi & audiui. Vocari quidem Ioannem eum, & Ioannis esse scriptum id, non repugno. Et sancti alicuius ac diuinitùs afflati viri esse assentior: non facile tamen Apostoli esse concesserim, filij Zebedzi, fratris Iacobi, cuius Euangelium est quod secundum Ioannem inscriptum est, & epistola Catholica. Coniecturam auté facio, ex verorum que scriptorum mo re & indole, ex verborum forma, & ex ipsius libri ductu,illius non esse. Ac Euangelista quidem nusquam nomen luum alcribit:neque leiplum vel in Euangelio, vel in epistola depredicat. Et paululum progressa, rursum inquit : loannes quidem nusquam,neque tanquam de alio,neque tanquam de seiplo-qui verò Apocalypsim scripsit, statim à prin cipio seipsum præponit: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis celeriter, & significauit mittens per angelum suu seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit Verbo Dei,& testimonium eius quæcunque vidit. Deinde etiam epistolam scribit: Ioannes septé ecclesiis in Asia,Gratia vobis & pax.Euagelista autem,neque in Catholica epistola nomen suu præmisir, ve rùm+ineffabili quodam modo ab ipso statim arca no mysterio diuinæ reuelatiois est exorsus: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus ocu lis nostris. Cuius reuelationis nomine etia Dominus beatu deprædicauit Petrum, inquiens: Beatus es tu Simon Bartona, quoniam caro & sanguis no reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Quin neque in secunda, quæ sertur, neque in tertia Ioannis, quantumuis breuibus epistolis, Ioannes nomi
natim præponitur: sed sine adiectione nominis,
presbyter scribitur. Iste porrò non satis habuit, vt
semel nomine suo edito, consequentia exponeret:
sed id repetit identidem, Ego loannes qui vidi &
audiui ista. Deinceps indicat, Ioannis quidem esse
scripturam eam, illi cognominis, sed non disecti
illius: & per consecturam esse arbitratur. Asiatici
Ioannis, qui cognominatus est Presbyter, de quo
prius diximus, videlicet quòd duo monumenta,
idem Ioannis nomen habentia, Ephesi monstren
tur. Multi enim, inquit, propter suam in Apostolos+propensionem & affectionem, nomina eoru
libris suis imponebant.

## CAPYT XXIII.



Stendit quoque ex compolitione dictionis, sententiis, & verbis ipsis, alium esse, quàm Ioanné Euangelistă, eius libri autorem, ita scribens. Cosona enim sibiipsis sunt Euangeliu & Epistola, & si-

Moder

left a so elle

wardley. Live.

Conformatia

Enengely

Zaannu.

materia (9

funt Euangeliü & Epistola,& si- E mile habent initiū. Illud enim dicit, In principio erat Verbum.hæc auté cadem + pauxillű mutata: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectarunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est.Hæc enim verba veluti⊀preludens præmittir, contra eos contendens, sicuti in sequentibus ostendit, qui dicebant, Dominum in carne non venisse. Quapropter accurate & apposi tè connexuit, Et quod vidimus & annūciamus vo bis: ex leiplo nimirum continue dependens, & à propolito non digrediés. Et sic, per eadem rerum capita& nomina,omnia persequitur:quorum aliqua nos compendiose comemorabimus. Qui verò attentè ca leget, in vtrisque inueniet, multam vitam, multam lucem, detestationem tenebratú, perpetuam veritaté, gratiam, gaudiú, carnem& san guinem Domini, iudicium, remissionem peccarorū, Dei in nos dilectione, fraternæ inter nos charitatis mandatum, præceptorum omnium obleruationë, redargutionem müdi, diaboli, Antichristi, promissionem spiritus sancti, adoptionem filio- F rum Dei, fidem quæ per omnia à nobis exigitur. Et quòd pater & filius vbique designentur, quódque omnino per omnia eos vnum atque cundem spectandum cognoscendúmque literis suis proponunt & adumbrant. Euangelij quidem & epistolx formx & idex propositx sunt. Peregrina autem & aliena prorfus ab his est Apocalypsis, neque illis cohærens, neque proxime ad ea accedens, ex aliqua parto quippe que, vi îta dicam, ne syllabam quidem communem cum cis habeat. Sed neque mentionem vllam, neque sententiam, vel epistola Apocalypsis (omitto emm Euangelium) vel Apocalypsis epistolæhabet: quum quidem Paulus, aliquid etiam in epistolis suis de reuelationibus suis ostendat, quas tamé ipsas in scri ptum peculiare non retulit.Præterea discrimen eloquutionis Euangelij & epistolæ ad ipsius Apocalypsis ductum colligere & notare licet. Hac cnim non solum non viciosis, iuxta Gracorum ser monem, sed etiam exquisitis & egregiis verbis, syllogismis, copositionibus, & interpretationibus

àrojjiruq.

A Ccripta sunt. Tantum scilicet abest, vt barbaram in eis vocem aliquam, aut solocismum, aut omnino rusticitatem reperias. vtrunque enim, vt videtur, habuit donum, & sermonis & intelligentiz:vtraque ei à Domino & sapientiæ & cognitionis concella gratia. Hunc autem reuelationes quidem vidisse, scientiamq; & prophetiam accepisse, non co inficias cæterum in oratione sua eum sermonem Græcum accurate seruare non video. Nam & rusticis barbarismis, & folocismis alicubi veitur. Quæ quidem ego, ne quis id existimet, non conviciandi & reprehendendi animo, neq; adeò necessariò, sed vt dissimilitudinem tantu scripturaru istaru indicarem atq, expedirem, dixi. Atque hæc in posteriore libro Promissionu, cum Nepote cogressus, de Ioannis Apocalypsi, Dionysius scripsit.

CAPYT XXIIII.



23

Vnt & aliæ plurimæ dinini eius viri epistolæ: vt contra Sabelliú, ad Ammoné Beronicensem epi scopum, item quæ ad Telesphorum & ad Euphranorem,& rur fum quæ ad Ammonem & Eu-

porum est scripta. Composuit præterea in codem argumento libros quatuor, ad cognominem sibi Romanum episcopu.Insuper aliæ plures sunt epistolæ,& orationes prolixæ inter epistolas connumeratæ:sicuti quas Timotheo puero conscripsit, inscriptionem habentes, De natura. Sicuti etia est ea quam ad Euphranorem composuit, De tentationibus. Ad Basilidem autem ecclesiatum Pentapolitanarum episcopum scribens, ab initio commentarios se composuisse indicat, in Ecclesiastem. Diuerlæ etiam ad ipsum datæ epistolæ. Scripsit iti dem contra Paulum Samosatenum, & Manetem, qui eo tempore extiterunt. De eis autem postea di cemus.Quum autem ad multam peruenisset sene &utem, duodecimo imperij Galieni anno mortuus est, quo tempore contra Paulum Samosatenum Antiochiæ Synodus est coacta. Quæ verò C de Dionysij libris Basilius Magnus ad Maximum philosophum scribat, addendum hisce putaui.

CAPYT XXY.



Væinquiris, inquit, Dionysij scri pta, plurima ad nos peruenere. 🐧 Quòd auté librorum eorũ copia nobis nó est, propterea ad te nó milimus. De quibus lic nostra est sententia. Non omnia eius vi

ri admiramur opera. Sunt etiá nonnulla quæ pror sus abrogamus. Ferè enim impieraris istius, quæ tantopere nunc celebratur, eam dico quæ uarà 70 animary, siue de inequalitate est, quantum ego scio, ipse primus seminarium præbuit:non ille quidem improbitate mentis & sententia, sed quòd vehemétius acriúsque oppugnare Sabellium voluerit. Quem ego cóparare lolitus lum inlitori , qui quú incuruum tenellæ arboris statum sedulò corrigerestudeat, deinde immodica attractione peccet, & modò excidat, plantámque ipsam in contraria diuersamque deducat formam. Simile quiddam enim & in hoc viro factu esse deprehédimus. Ille

enim acrius impietati Libyci hæretici congressus, D non sensit, nimio contentionis studio se in contra « † 74 sente. rium ferri malum. Cui satis fuerat ostédere, nó idé « 🏄 🚾 esse + subiecto ipso patrem & filiú, & per hoc \* « victoriæ laudem à blasphemo illo reportare. Ipie « autem vt aperté admodum & prolixe illum con- « uinceret, non tantùm diuerlitatem lublistentiari, a † 56,000 verumetiam lublisarie differétiam & notestaria a \* 50,000 verumetiam substantiæ differétiam, & potestatis « veluti + remissionem, & gloriz \* mutationé af ... fert.Ita vt eum per hoc cotigerit malŭ iplum malo alio cómurare, & à recta doctrina aberrare. Itaque in scriptis suis varius est. Nonnunquam enim si inicial fine consubstantiale tollit, per eum, quo ad substantias abrogandas malè vtitur, librū. Aliquando autem id admittit, in eis scilicet, quæ pro defensione eius ad sibi cognominem composuit scriptis. Tum autem de spiritu etiam sancto voces emisse, spirituali viro minimè congruentes, ab ea ... quæ adoratur, eum dininitate proscribens, & veluti in insimum, ordinem creatæ & ministræ naturæ redigens. Ac talis hic quidem vir fuit.

# CAPVT XXVI.



Abellij autem paulo antè memini. E mus. Nunc verò & quis fuerit, & quæ eius fuerint blasphemiæ, clarè exponam. Et ille quidé Libycus genere fuit, Pétapoli eius regionis or-

tus. Docuit autem, vnam subsistétim esse patrem & filium & spiritum sanctum, vnámque trinomi nem personam. Et in veteri quidem Testaméto, veluti patrem legem dedisse: in nouo autem,quasi filium hominem factum esse : vt Spiritum sanctum verò, ad Apostolos aduenisse. Huic Dionysius, sicuti à magno illo patre Basilio dictum est, resistens, in contrarium delapsus est malum. Hæc de Sabellio paucis.

# C APVT XXVII.



O tempore, Demetriano episcopo <sup>a</sup>Antiochie defuncto, Paul<sup>o</sup> Samosatenus thronum eius accepit, quu F Zenobia \* eius loci regnum obtineret.Persæ enim Romanis victis, administrationem ei Syrię & Phœ-

niciæ tradiderant. Paulus porrò iste, curare eam in religione Iudaizantem volens, plurimúmque ope ræ & curæ in ca recte instituenda atque conuertenda ponés, bin Artemonis hæresim impegit. Ni mis enim humilia arque humi serpentia de Christo docuit. Communem quippe hominem natura fuille, neque quicquam præcipuum præ nobis habuisse,& dining substantig expertem extitisse, atque in co perinde atque in propheta filium Dei inhabitasse,& rursum ab eo discessisse, nonnulláque hisce similia contra Ecclesiasticam doctrina césuit. Quod vbi tum ecclesiaru pastores cognouerūt, non despiciendam serpentē iam tantā cotagioné iudicarunt: præcipuè quú piaculú id domici liu & tanqua adiutrice, tam magnam nactu esset vrbem.c Atq; Dionysius quidé Alexandrinus, vir celebris, propter ztaté affectam, & grauem imbecillitatem, proficisci eò distulit. Literis autem & iplum ad officium est cohortatus, & eos qui ad

Errores Dio

Sabelly he-Tetica opinio.

Suprà cap. 7. Eodem. TOR SPX SONG. a In Onese Odenatus Perfas vicit, fendit, Me-Sopotamiam recepit, 1 fq; ad Ctefipho -Deinde verd cum filio He rode, Sapere victo (fuis princeps Odenatus, 🔿 à Galieno in societatem imperij adici two)infidies. consobsini Sui occiface. est Course y sor Zenobia cum Heren wieno & Ti molae filiu rezwam obii b Pauli Sa relis. c Dionysius eam oppu-

lüs Dio-

pyfy scripta

logè ab 1 siochia, ma-Zu pralÿ ter rore, quam olio, carpit: qua currum cias เรเชือกลื su Ro.pracessit. En-

d Episcopi adverfus Paulum Sa mofatenus ngregati. ÆĬÿ, Βο

erthodoxum se effe iurat. Conventue epifioperum

C

d Eam An A cum confluebant, ad ardorem & zmulationem veræ pietatis exacuit, iudiciúm que suum & sentétiam de proposita quæstione ad cos misit. Reliqui verò ecclesiarum antistites, veluti ad vastantem& perniciosam feram conficiendam, d Antiochiam vndiquaque alius post alium congregabantur,resplendentes enses & cuspides, vera ecclesiæ dogmata, pre se ferentes. Eorum primi nominis & ma ximè celebres, sicuti stella radiantes prafulgebat: Gregorius magnus ille, miraculis edendis decantatus: & Athenodorus, sententiis, verbis & factis, fraternè illi coniunctus: Ponticarum ecclefiarum episcopi, Firmilianus Cæsareç Cappadocum antistes, vir præclatus, & vtriusque generis literarum summe doctus: Helenus metropolis Tarsi Cilicu episcopus:præterea Nicomas Iconij, Hymenæus Hierotolymorum, & Calarez Palastina Theotecnus, episcopi. Maximus în super, qui fratrib. Boftræ prætuit: Theophilus, Proclus, Helianus, Paulus, \*Babylianus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, diversarum ecclesiarum præfecti. Hi omnes, & alij quampluri-B mi, vnà cum presbyteris & diaconis, in eam quam diximus ciuitatem conuenerunt. Quum igitur in vnum congregati essent, sepe multúmque sermones conferebantur, & in quolibet concessu quæstiones plures proponebantur. Ibi Paulus obumbrare, & quantum posset, hæresim suam tegere & occultare laborabat. Illis autem illud maxime studio fuit, vt illa proferretur, & tanta in Christum blasphemia omnibus propalam nota fieret. Quapropter fuadendo primúm & confulendo, conati funt Paulum à cocepta opinione abducere, & in contrariam sententiam pertrahere. At quum ille, iuramento interpolito, apertè errori ei renunciaret, neque le quidnam eiulmodi sentire, sed Apostolicis finibus & doctrinis adhærere, eisque insistere confirmaret:tum quidem illi, communé Ser uatorem Deum de ecclesiarum consensu & concordia quum laudibus concelebrassent, Synodum soluerunt, & pro se quisque ad greges suos redierunt.

CAPPT XXVIII.

Samofatepas in errorő rdapsius. Proce∫us có legitimue. Liqueties Episcopi p

Edenim temporis procellu, quu rurlum vbique fama forma de Paulo, qui ita à verç fidei professione degenerans descinisset, celeberrimi illi viri ne tum quide statim ad illum deturbandu sunt progressi, sed literis scriptis, vulnus eius curare sut conati, lethalem se co modo doctrinam oppressa ros esse opinati. Dionysius equidem epistolam de dir, autorem erroris eius ne alloquatione quidem dignans, sed populú ecclesiæ Antiochenæ instruens tantom & confirmás. Firmilianus autem Cappadox Antiochiam venit: sed statim dolo ab eo re pulsus, resipiscentiam & conversioné denuò pollicente,inde decessit. Postea verò quum rursus cũ co congredi deberet, vt qui toties Deum negantis audacie eius periculum fecisser, è vita excessit quo tempore etiam Dionysius Alexandrinus est mortuus, duodecimo, vt dictum est, Galieni imperantis anno, quum quidem decem & septem annis ré Ecclesiasticam administrasset. Atque huius succes

for Alexandriz Maximinus fuit. Czterum quum. D Galienus quindecim iam annis rerum potitus esset, Claudius ei successit, qui biennium tatum imperio administrato, Aureliano id reliquit: sub quo vitimus est contra Samosatenum, quampiurimis episcopis confluentibus, conventus peractus. Post quam enim illi multa admonédo, cobortationes adhibendo, & priorum promissionum atque con uentorum pacta in memoriam reuocando, in infi ciatione cum persistere viderunt, & accusatores eum confutaturi institerunt, cócilium est coactú. Hic Malchion quidam, qui prius Antiochiæ Sophisticz scholz grzcarum disciplinarum przerat, & postea propter egregiam eius in Christum sidem, lingularémque virtutem, ad dignitatem prel byterij euectus fuerat, cum eo in publico colloquio congressus, celetib. notariis, qui verba omnia chartis exciperent, dispositis, illum conuicit: & tectum latentémque eius fenfum fraudulenta feductione plenum,ita in lucem protulit, vt eum alij quoque manifestò deprehenderent.Itaque alie na opinari atque docere conuictus, & vt hæresis dux & autor, à catholica & vniuerfali, quæ fub cæ E lo est,Ecclesia proscriptus, non solum fideli cleri ordine motus, sed etiam ecclesia est eiectus: & Domnus pro co ecclesiæ Antiochenæ gubernacu la suscepit.

CAPYT XXIX.

Edenim quum Paulus contrà nite-retur, ecclesiæque administratione retinere conarerur Rio Campinistratione creto acquiescere nollet, audacia e-ius ad Aurelianu tu imperatem est

delata. Is sanctissimè de ea re constituit, eis scilicet Epilcopatum mandari iubens, quos Italici & Romani epilcopi literis fuis comproballent, Etiamli enim damonum cultui deditus esset, tum tamen quod iustum esset iudicauit, vt qui in fidei professione consentientibus responsaret , decretúmque eorum contemnerer, ab illorum fodalitate & col legio refecaretur.Ita Paulus ab ecclefia, non tantú F à sacra & ecclesiastica, verumetiam à profana & mundana potestate turpiter est pulsus. Aurelianus autem, tum quidem tam æquum se erga nos præbuit.Procedente verò, vnà cum tempore, imperio eius, vt alio in nos esset animo, à quibusdam persuadebatur:paulatimque vt & ipse persequutioné aduersus Christianos moueret, incitabatur. Et iam non minimus rumor de ea passim increbrescebat. Quumque vix tandem suadentibus cederet, & subscribere literis eis, quæ contra veram pietaté editæ fuerant, deberet, derepentê diuina affuit vin dicta, quæ vnà cum ipso cubito improbi scribæ manus inhibuit: + omnibus satis declarás, no semper eis qui in nos commouentur, facile elle aduer fus ecclesias eius quod constituerint perficere: nisi illa arcano occultóque iudicio, quo ei visum

Marelianus quum persequucionem aduersus Christianes, norus à Nerone decernèret, fulnit aute sum magno circunstantium pauvre ruis. As non multo post inter Constantinopolimor Heraclea, Mue stei notari sui frande, qui ad quostam militares amicos e eiu, nomina corii amocata pertulis, falso manum illus imitatus, perinde atque Aurelianus cos interficere constituisset, occifus est. Eutrop. Fl. Yopissus.

Fl.Classia Galieni in imperio fac-ceffor. Claudy, Va lerisu Asrelianus. Vitimus qi Jeoponum id merfes Paslum Sameja 1 000 m (a) tm. Malchin presbyter Panlom 11dagui. Paulu mi

Remanique Scopi pratigaima, Edfeb.libro 7. cab to. Pas lo profesipio nem Ant-lianu lmpersidololasra fentetia lua compre-

Aurelia BRE CT HE perfequation nem centra Christians molitur. Pri mu hi: 4pad Romsnos diadema capiti innemuit, gemifantala Mfie, quod ad id tarpu ====aii moribus me guitum fuit, vin cft. Es 670. Aurelia ni captum Deni inhibuit,qui tel re fue cafigi

A est tempore, explorationis, castigationis, & couer sionis nostræ gratia, id permiserit. Porrò Samosateno ad eum modum reiecto, Ecclesiarum pastores conuenientes, ad Dionysium Romanu & Maximinum Alexandrinum episcopos, communem conscripserunt epistolam, eamque ad omnia terræ loca miserunt: in qua plenissimè Synodi acta, videlicet eximium studium suum, & Pauli moru improbitatem, disputationésque & consutationes publicas, arq, impuram impudicamque hominis vitam exposuerunt. Vnde pauca quædam huc afferre placuit.

CAPPT XXX.

De improbis Pauli Samo fateni moribus.

Epilcopus

+ TOPICHE

induce @

Tip Jeosi-

Vinam boo

probe perpes

dant Anti

fites moftri.

Senfibus hee

imu, res eft

non parua, repone, De-

feribitur epi

sep" superb"

👉 plane se-

а вікротор.

V nde jecreta

rÿ, & à se-

cretis dicum-

tur.

844

T alia quidem prætermittä: quæ verò mores eius, veluti in colúnam incila, declarat, percurram. Ea fic habent. Postquam à canone & regula sinceræ doctrinæ di gressus, ad illegitima & adulteri-

na dogmata desciuit, nihil opus est actiones eius extra Ecclesiam recensere: neque, quum prius pau per fuerit & mendicus, quippe qui neque à parentibus patrimonium aliquod creuisset, neque arte aut studio quopiam quicquam parasset, quod ad immensas opes, per fraudes iniquissimas & sacrilegia peruenerit: neque etiam quæ fratres excuties exegerit, præmia ab eis quos iniuria affecit capiens, & mercede se eis opem laturum pollicens, quos tamen ipsos fefellit: frustráq; vberes fructus percipiens, ex propensione & promptitudine eoru qui negociis impliciti eo nomine illi dederunt, vt molestia litium defungerentur,+prouetum atque vectigal Dei cultum esse ducens:neque vtille superbierit, sublatúsque fuerit mundanis dignitatibus, kducenarius porius quam episcopus vocari volens:neque vt per forum superbe incesserit, simúlque & epistolas legerit & dictauerit, cum satellitio publicitus ingrediens, magno numero his præcedentibus, illis sequentibus: vel vt propter fa C stum & arrogantiam cordis eius, fidé odio habuerit & execratus sit. Non etiam in Ecclesiasticis co uentibus monstrosam cius superbiam, quam aucu patione famæ & gloriæ, & oculorum præstigiis, fucorúmque meditatione est molitus, quibus rebus simpliciorum animas conterruit, & consternatione impleuit,gradum quidem & thronum altiorem sibi construens, non vt Christi discipulus, <sup>2</sup> secretum verò sicuti mundi Principes & habens & nominans: subindéque femur manu pulsans, & suggestum pedibus quatiens. Quòd si qui hæc no laudarent, & quod in theatris fieri solet, fasciarum tenuium iactatione & concussione no applauderent, quive no acclamatet atque itide vt qui circa iplum stabat factionis eius exilirét, ab eis sibi iniu-

\* Ducenarius princeps officij fuit, vel apud Prafictum Augufialeus, vel apud Comitem Orientiu, vel etiam apud alios proninciarum prafectos, adfeitus ex Schola agentium in rebus, qui adorata ela mentia Principali cum infiguibus exibat. Is sub se habebat Cornicus Larium, Adistorem, Commentariensem. Ab actis, Numerarios, Exceptores, & c. Scotsus de infiguibus magistratuum. Ducenariorum mentio sit in L. Matriculam, de agent in rabus. Ia. lib. Cod. Temporibus nostru, Ducenarius pares esse ridentur apud Reges & principes, Cancellarij. ria fieri putabat. Sic enim & viri mulieres cociona D té indecorè admodú audiebant. Atque in cos qui, vt in domo Dei , statu corporis ad graué decétég; habitű composito sederer, acerbius cum cotumelia inuehebatur. Doctores etiá & enarratores verbi, qui ex hac vita migrassent, petulanter proscindebat. Grauis & molestus in publico, & magnifica de seipso predicans, non ve episcopus, sed sophi sta & impostor. Psalmis porrò de Domino nostro Iesu abrogatis, tanquam recentibus, & à recentioribus compositis, in media ecclesia, magno die Paschæ de seipso mulierculas laudes cantare institue bat, quas nemo sine horrore audiuerit. Quemadmodum etiam, vt de se pro concione ad populum dicerent, ex finitimis agris & oppidis, per allenta. tionem sibi adulantes episcopos & presbyteros summisit atque disposuit. Filium quidem Rei, no vult nobiscum profiteri, è cœlo descendisse: vt aliquid earum reru quæ postea scribentur, præoccupantes afferamus : ídq; non nudis à nobis dicetur verbis, sed ex commétariis, quos ad vos missmus, omnino probabitur. Non minus verò etiam alicu bi dicit, lesum Christum è terra ortum habuisse. Qui autem in populo pſalmis & laudibus impiŭ hunc hominem celebrant, angelum eum & magi E stru ad se è cœlo descendisse canunt. Et hæc ille su perbissimus non prohibet, sed ea canentib. adest. Quid autem mulieres eius-klubintroductas?vtAn tiocheni nominant: quid eius presbyteros & diaconos?quibus & hoc delictum, & alia immedicabilia peccata permittit,eãque cum illis celat, conscius sibi corum, & simul illos de eis argues, vt sibi obnoxios habeat, dicamus? Quib.in rebus, verbis simul & factis eis est iniurius, quòd accusare eum, sibiipsis timentes, non audeant. Sed eos ille quoque collocupletauit. Quapropter ab eis qui ta lia confectantur, amatur, & in admiratione habetur.Quid hec inqua scribamus?scimus autem,dile &i,epilcopu & sacerdotalé ordiné omné, multitu dini exemplo esse debere bonoru operu omniu. Ne illud quidé ignoramus, perqua multos, qui sibi mulieres subintroduxissent, grauiter lapsos esse.

\* ομυθεσικτο, hoc oft fubintroduct a, neque recores, neque concubina, fed tert y cuinsidam generis mulieres sinte, quas secum presbyteri, & s. non creanda sobolu, meque libidinu gratia, sed pietatis sinterio, entre certè pietatis pratestu sendeme. De quibus praclara extat Chrysostomi homilia, Rusinum in Canomibus Nicana Synodi in Eccloshistorib. 10.cap. 6. extraneca mulieres vertis. Sicuti etiam extraneca dicuntur in L. cum qui C. de episc. & cler. Gregorius theologus ad virgines Deo dicatas, contra subintroductos:

Zost ugis θάνατ & δελμίχδος μίσον
Τὸς δι συνεσάκτος ἀς δε φάσκδοιν απαντίς,
Ολιοίδ' είτε γάμως δάσομεν, είτ' άγάμες
Θάσομεν, είτε μίσον τι φυλάξομεν, φες.
Α΄ ρεεναπάντ' άλιώνε, συνέσσες τον τε μάλης η,
Μεξέζε περον υδως, παρδινε πάριε μος.

waędłu waędu⊕tanych pupan neu newolenn, Mad ovennychne żęcha malpon, Mod inche żemario, w.c. Floceft.

Num medy quidquam vitáque mórfque ferate
Nempe (ubinductos, quos dicunt, an ne maritu
Iungamus lectu carlibibus un agus
An medium quiddam pouemus, &c.
Quisque vir, in primisque subinductus, sugicudau.
Marra, crede mihi, potus amarus aqua.
Pectore sis virgo, non tantum lumine, virgo:
Marem conducas sob tua tecta cane.
Est tibi dilectus Christus, tibi Christus amator, &c.

HarefisSamofateni im pia.

\* Сар.з. Niceni concilÿ: Interdi mia fancta Synodus, non episcopo, non presbytero, non Subdiacono,non ali cui omnino que in clero est ,Licere subintrodučtam habere mulierem.nisi fortè aut ma trem, aut fororem,aus amitam, aut etiã ess idoncas personas qua fugiant suspiciones. Dist. 32. Nallus mi∬am andias presbyte ri, quem scie concubinam indabitanter habere, ane Subintrodu-Cłam mulie-SHVEIS &KTER.

a iij

Itan:

Multos in fædam suspicionem peruenisse. Atque ٨ vt concedamus, vnum aliquem in tali re nihil tur-Artemonie gui ab Eumas dicitur, lib.7.capite 30. heresim

Seb. Arte-

Same Saten?

Domnus epi

Scopus An-

tiochenus e-

piscopi filime.

Epifcopus cö

renouauit.

pe atque impudicum committere: suspicionem ta men, que ex eiulmodi convictu nascitur, vitare oportet, ne quem offendat, aut ad imitationem ma læ consuctudinis incitet. Quomodo namque aliū obiurgabit, vel instituet, vt videat ne frequenter cum muliere conueniens labatur, sicuti scriptum est:qui vnam quidem iam repudiatit, duas autem ætate florentes & forma præstantes apud se foueat, atque etiam, si quópiam eat, secum ducat, lasciviens, atque deliciis diffluens? Cuius rei gratia pij omnes secum grauiter suspirant, & lugent. Adeò autem imporentem eius tyrannidem reformi darunt, vt nullus accusare eum auderet. Atque hec quidem, sicuti diximus, quisquam emendauerit in viro qui catholicæ esset sententiæ, & ordini nostro connumeraretur. In eo verò qui tacenda en u ciauerit, mysteriúm que prodiderit, & detestádam hæresim Artemonis (cur enim tandem parentem eius non ostendimus?)producendo iacarit, non oportet rationem talium delictorum requirere. Deinde in fine epistolx, epilogi loco hac adiiciút. Quapropter quum is tantopere Deo repugnaret, nec cedere vellet:ea nobis est imposita necessitas, vt homine isto excommunicato, alium pro eo, no sine Dei, sicuti persuasum habemus, providentia, ecclesiæ Catholicæ preticeremus:beati Demetria ni, qui ecclesiam eam ante hunc præclare administrauit, filium Domnum, omnibus episcopalibus donis ornatum. Hocideò vobis scripsimus, vt ad eum communionis literas detis, & rursum ab co

CAPVT XXXI.

teni sic se habuerunt.

accipiatis. Samosarenus autem ad Artemonem e-

pistolas scribat: & cum eo etiam, qui Artemonis

sententiam probant, communicent. Res Samosa-

Maneti, eiúsque sectatorum Mamish corum haresis. Manetem hanc quidã nichen dixenichei dicti, quod verbã Gracu quo-dammodo significat insa miam fundetes.Id verò ipsi Manichai nomen fugientes, Mänich**eos** Sese vocitarunt,quasi

manoa fun-

dentes, ve ver

bi lenocinia

rudiores ad

Se homines partrabarët.

Ondum ea procella satis sedata fuerat, quum rursus alia, priore multo fæuior,coorta itruit,ingétes fluctus (ecu trabés, atq; acrius infultás.ls Manes erat,méte pror lus captus, & infaniés: qui pro de-

prauatæmentis peruerlitate, lingua etiam armata, verbis diabolicæ hæresis venenatis, se in multoru animos ad eorum perniciem insinuauit. Fuit auté Persa genere, iugumq; seruitutis logo traxit tépore. Ac quum derepente heræ fue ex testaméto hereditatem adiisser, non contentus fuit molliore & affluentiore, quæ ei præter spem obtigerat, vita:& gratiam eam largitori talium se debere sciens, in-Itrumentum le, quantus quatus esset, veritatis inimico præbens, ad impias fabulas diuertit. Et duo ingenita elle dixit, Deum & Materiam: quorum illum Lucem, hanc Tenebras appellauit. & Lucem quidem bonam, Tenebras malas: vtrunque autem arbores nominauit, congruentes ferentes fructus. Deum longe abesse à Materia, & Materiam rursus longius à Deo. Deum etiam orientalem, septentrionalem,& occidentalem obtinere plagam: Ma teriam, australem. Et multis postea seculis Materiã feditionem mouisse aduersus fructus suos:cómissoque prælio, hos quidem fugasse, illos auté fugisle:eaq; contentione & persequatione vsque ad Lu

cem peruenisse. Et Materiá cu damonibus & igne D & aqua impetu fecisse in Luce dicit: Deum autem tam repentina exercitus eius impressione conterritum, non habuisse quo tanta vim vindicaret. Itaq; illum partē Lucis arreptam, voluti quandā inescationem, contra Materiá missife. Hanc verò vul neratam, partéque ea lucis absorpta grauidam esse factá. Qua re adactú Deum, mundum códidisse, vt concertationé talé solueret, & ad pacé, ea quæ inter se pugnarent, reduceret, Luceq; Materie mixta paulatim in libertaté redigeret. Hominem porrò nő à Deo, sed à + principe materia Seucla fictu esse: & Euam similiter, sed inanimatam creata, & im mobilem. Adam verð 🕂 forma feræ, aliáque hifce similia nugatus est. Solem & Luna dininu quidda esse putauit, ac de cis multa silentio digna portentole cofinxit. Diabolum nunc materia, nunc mate rię principem vocauit. Coniugium diaboli legé & constitutioné esse dixit. Dominu autem neque animă neq; corpus recepisse, sed hominem tantum vilum esse, nihil humani habente, asseuerauit:perpessiones verò ei + per speciem tantum & fucum accidisse. Resurrectionem corporum veluti fabulam repudiauit: nullam enim materiæ parti culam dignam salute iudicauit. Animarum autem +transitiones è corpore in corpus, & quidem etia in volucră & pecorum & ferară corpora, docuir. Cuius sectatores etiam elementa omnia animata esse arbitrantur. Vtuntur variis imposturis, \* nefa riaque & exectanda peragunt mysteria. Quapropter doctrina corum incluibilis habetur : dæmonum incantationibus animas hominú, qui ca sunt initiati, obstrictas tenentibus.

\*\* Manes, qui & Scythianus dictus est, Brachmam suit genere, & pracepturem habuit Buddam, antea Terebinshum nom Buddas in Gracu disciplinis Empedoclis haresim est sequetus, qui duo principia inter se contraria esse dixit, Contentionem & Amicitiam. In Perfide Buddus è virgine fe gentum, & in montibus adu catum, mentitus est. Quatuorque composuit libros, quibus nomina indidit, Mysteriorum, Euangely, Thesauri, Capitulorum. A damo ne autem tortus interiit. Eins libros cum reliqua bareditate V rbicus, qui se Manetem postea nominavit, ab ea sæmina consequitus est. Or pro suu renditavit:qua sæmina Buddam soverat, Or V rbicum Soptem annos natum are & libra emit libert atéque deinde do naturo haredem instituerat. Suidas.

CAPVE XXXII.



Anes autem quum tres haberet lectatores, Addá, Thomá, & Her mam: ex iis Addá ad Syros, ad In dos autem Thomá milit, præcones. Qui reuersi, quum se diceret multa dura passos esse, neg; qué-

quam doctrinam eius recipere voluisse, ausus est omnium hominű importunissimus, seipsum Chri stű nominare, & Spiritum sanctű, aliúmq; Paracle tú missum esse dicere. Et duodecim secu ducens di scipulos, in Mesopotamia peruenit, Persarúma; re gnű peragrauit, ac temerario impotétique animo regis ibi filiu se curaturu est pollicitus: qua re maioribus se obiecie malis. Posteaquá enim inde est, vt manifestus Dei cotéptor, repulsus, quu eò rediisset, à rege coprehésus Persicu sustinuit suppliciu. Detracta enim cute, ita nudus canib' esca est obie Aus. Atq; talé impi°ille cósequutus est finé. Quod si quis nugaméta cius persequi velit, compluribus is opus habeat libris. Et falla hæc & impia dogmata, ex innumeris iamdudum extinctis hærelibus

in 70 i-المفهرة ورة ×λα. + Supstfrag-Sic 😻 B 🐗 lides ab A braxa Chri stam in phá tafmate carnu mi∫um este blaterawit. Terrol. Ita enim libi heretici manstroja confingues † pertesia † protes nga \* luageis nga wax Teprode ngi zapariμσ**η, μί**ξιις, nais deferra. restor, her eft, exectan dos, mocturmos, & silegi times conc bitm, offagitia infanda Saidae THELIE. a Maneria interitue. A Perferen ri iaßit, rt fi ly suo necie authorem. Acgri Dătra omnem dicorum opé 👉 operä se lavaturii cu rațini di que esse policitus est. Qui itaque medici, in querii cura regit pum erat, dimißi

fuissent,breai ille mar-

tum oft. Ve-

tum periode atque no bo-

wi Dei∢∬et,

Manes qu

que reiecit:

C HORBITH,

ni approba

wit.Chrift#

амё орты

ne tantă &

phätafia, ap

parmi∬e on

niaj; per fu

com gesife,

tu teftan

† Qui contra barefim cam stripserint ec clesiastici 2011. b-70 μαίν] ( ... b pares, Ma nes, genițină fasit Manetu. Sed quia n pror∫us insaniie, affins tate vocu Ni ceph.luss. µa vils en i infa niens, µkviv virta, Mane B

A congessit atque accumulauit, eaque ex Perside in orbem nostrum veluti quoddam mortiferum ve nenum euomuit. Tales doctrinas hominum animis versutissimus inspirauit serpens, talibusq; antesignanis ordinumque ductoribus aciem contra veritatem struens vsus est. Verum enimuerò facile Dominus mendacium coarguit,& cohorté patronorum eius, sicuti aranez telam, soluit. + Aduersus hanc heresim strenuè libris compositis depugnarunt, Titus Bostræ, & Diodorus metropolis Ciliciæ, episcopi. Scripsit etiam contra eam Gregorius Laodicensis, vir qui hæresim quidem Arianam defenderit, sed philosophicis disciplinis ab ineure ætate apprime eruditus fuerit. Preterea Phœnix Eusebius.Hec de hæresi b Manétis, à quo multis adhuc nomé Manichæorum adhæret. Ego porrò ad reliqua istius historiæ descendam. Impe ratorum enim, magnarúinque ecclesiarum antistitum successionibus recensitis, mox etiam quæ monuméta tum ecclesiastici scriptores ediderint, & qui ex eis víque ad impiorum tyrannorú perfe quutionem ecclesiarúmque' oppugnationem vitam produxerint, exponam.

CAPVT XXXIII.



Ost a Decium Gallus duobus imperauit annis. Ab hoc ad Valerianum & Galienum imperium peruenit. Valerianus aute peno como fas moto, quum ad Edessam exerci

tus eius fame magis quam ferro occideretur, Persæ aciem contra eum fruxerunt. Cuius ille gétis impetum quòd se sustinere non posse vereretur, conflicturum se cum hostibus assimulans, ad cos transfugit, pacem cum eis pacturus, exercitumq; suum proditurus. b Quod Romani quia animaduerterunt, fuga sibi, non paucis amissis, consuluerunt.Ibi ergo apud barbaros & Saporem regé ser uitutem seruiit, & tadem iugulatus imperium ad Galienum filium transmisst. Ij quindecim annos imperatores fuere, & Claudiu successore habuere. c Et hic annu vnum &méles decem reru summa administrata, potestatem eam Aureliano reliquit. Quum auté is per infidias in novo quodă 🛨 castello fraudulenter cæsus fuisser, imperiúmque annos sex tenuisset. Tacitus ei successit: qui sex tantum menses in imperiali sublimitate trasegit. Sub eo magnum illum Charitonem, confessioné fuam peregisse ferüt.Post Tacitum Florianus imperator factus, menses tres rem Romanam admi nistrauit. d Vtrique ij ferro trucidati sunt, & cæde eorum imperium ad Probum translatum est. Hicannis sex & mésibus quatuor eo potitus, atque in Sirmio occisus: Caro, eiusdémque filiis Carino & Numeriano, potestatem summam reliquit.Sed & ij, non totis tribus annis imperiŭ tenuerunt, & ab eis rerum summa ad Diocletianu peruenit.Enimuerò quum Cari filius Numerian? Antiochiam, quæ ad Orontem est venisset, in ecclesiam Christianorum ingressus esse dicitur: & quum ibi libere quali per transenna inspicere arcana eoru mysteria veller, Babylas episcopus magno animo in faciem ei consistens, id prohibuit: non licere dicens, eum cruore ex idolorum sacrificiis pollutu, in domu Dei tam præcipitanter in-

gredi, & diuina mysteria contaminatis oculis spe- D ctare. f Qua re Numerianus offensus, excruciatu illum necauit.Et Carus quidem, quum tétorium eius fulmine ictum esfer, vnà cum eo costagrauit: Numerianus autem à socero ipse suo + interem ptus est Carinus etiam, quòd turpiter se in imperio gereret, à populo est 🛨 cæsus. His ita sublatis, Diocletianus genere Dalmata, iamdudum Senator,& confulatu gesto clarus,quíque plurima ma nu egregia fecerat facinora, & bello strenuus, & cossilio promptus, ab exercitu imperator Romanorum est renunciatus.

† Apro fil \* Tribuni cius dextra, pollucrat. Entrop.

### CAPVI XXXIIII.



etiam nomina eorum qui maxi mas quasque ecclesias sacra ad-ministratione gubernarunt, re-céseamus. Et Roma quidé post Cornelium, qui Noveme

Episcopi Ro

Cornelium, qui Nouatum suis fatis ornauit laudibus,& tribus annis ecclesiá rexit, Lucius episcopus creatus est. Lucius non inte- E gris octo mélibus ministerio ecclesiastico obito, sortem locúmque suum Stephano reliquit. Et hic duobus annis episcopatu gesto, Xystū habuit successorem. Atque ij sub Valeriano fuere . Galieno autem imperante, Xystus episcopale munus vndecim annis tenuit: eiq; Dionysius successit: qui epilcopatu annis octo est functus. Felix auté successor eius annis quinque ecclesiæ Romanæ pręfuit, camque Eutychieno gubernandam reliquit. Is vix octo mentibus epitcopali munere functus, Caium successorem habuit. Et hic annis quindecim facram potestaté tenuit, & Marcellino eam reliquit, in quem ecclesiaru persequutio incidit. Alexandriæ porrò, Dionysio illi magno, qui post Heraclam decem & septem annis ecclesia guber nauit, duodecimo Galieni anno, + Maximinus successit. Post hunc, quum decem & octo annos ecclesiæ præfuisset, Theonas eam regendam suscepit. Hic decem & nouem annis episcopus fuit, &Petrum successorem habuit. Qui quidem duodecim annis optime munere suo est functus. Ná F tribus,ante persequutionem, faciliorem, reliquis autem duriorem vitam per gravia certamina exe git, communem ecclesiaru vilitatem quam maximè procurans. Et nono tandem persequutionis anno capite plexus, magnificè martyrij coronam est consequutus. Verùm in ecclesia Antiochena, episcopatu gerendo, Fabio Demetrianus, atq; huic Paulus Samosatenus successir. Post eum loco suo pulsum,Domnus Demetriani filius ministerio eo est functus. Hic Timzu, atque is rursum Cyrillum, Cyrillus Tyrannu successorem habuir. quo tempore maximus ille aduerfus ecclefias exortus est motus, Hierosolymis autem in ecclesia facram functionem post Hymenzum + Zabdas obiit : qui quidé post annos plures,somno eo qui iustos decer obdorminit, & ecclesiæ clauű guber nandű ad + Hermoné transmisit : atq; hic eccle sia ea, vita in annos multosproducta, egregie Apo stolicam sedem tutatus, vsq; ad persequutionem administravit. Ij sunt, qui vsq, ad maximam illam Diocletiani & Maximiani persequutione, primi nois ecclesias, ordine p successiones gubernarur.

Alexandrini

† Alÿ Ma ximü vocāt.

Antiochemi

† Alij Zab Hierofolymi AlyThe monë lezunt

Digitized by Google

19 genitimű habes: & µa tem, boc est, insanientem dixit.

4 Successioes in Ro b Aly hifte tici no cafum effe fed in fac da servitute cosennisse/ a lerianum scri e Post Fl. Clandy mor ıe,Quitiline frater zine à militib.impe rator lectine, # 17. impe ry die ingula tu eft. Eutr. \* Castells no më eft Cano C phrurium. d Sic Vopis. Orof. Sed

Eutr. Taciti

intra ducëtesimii imperij

Sum febre %=

teryfje; Flo-

rianii incifis à semetipso

renu obyse,

e Charito co-

f Martyris Babyleapud Antiochid.

episcopalu li bertasu.

dicit.

fe∏er.

A

CAPIT XXXV.

Vum verò in aliis quoque parœ-

Ali erii que g; ecclesi.arii illustres eps. Dorotheus presbyter An eiachen me † Rufeb.Cy rillo.lib.7. 64p.32. I de eumach? Batus, Ide purpura tingende Ty ri prefectus.

Pierius 🕁 Achollas psbyteri Alemandrini.

Profane lite va Theologis viiles.

Melitius Pă ticus.

Md Atti-Vir absoluni difiplina veri eradiiù, 🕁 rit

vum vero in ams quoque reciis sapiétes & magnanimi viri fue-rint, de eis etiam quam fieri potest breuissime dicamus. Ac de Grego-rio illo miraculis claro, & de Athenodoro eius fratre, præterea de Firmiliano qui Cappadocu ecclesiis præsuit, atque etiá de Theotecno Cesarex Palestine episcopo, que opus fuit, antea retulimus. Dorotheus autem eo tempore Antiochiæ, + Tyranno ibi episcopatum gerente,presbyter,in omni genere artium liberaliŭ apprime eruditus, floruit. Qui adeò studiosus pietatis fuit, vt divinarum literarum gratia Hebraicam linguam egregiè perdidicerit. Fuit is natura ex ipsa nativitate eunuchus. Quam ob rem illü etiam imperator, vt nouum & insolitum quiddam habentem, familiarius complexus, honorem ei detulie, vt Tyri tingendæ purpuræ præesser. Docuit autem populum res sacras pro concione, eiúsque auditorem se suisse dicit Eusebius Pamphili. Alexandriæ verò clarus fuit & celebris Pierius presbyter dignitate, & quum diuitiarum contemptu, philosophizque & Gracarum disciplinaru scien tia. tum facrarum literarū studio & peritia, publicisque scripturæ enarrationibus & disputationib admirationem omniŭ meritus. Episcopatum ibi tum administrauit Theonas. Et vnà cum Pierio, Achillas quoque in presbyterorum cathedra lau dem magnam est consequutus, sacrarum scripturarum doctrinæ præpolitus: qua prouincia rectè obeunda multum ei profuit philosophiæ studiu, que sincera Euangelij dogmata &instituta clarissimè in apertu protulit. In Ponti autem regionibus Melitius magni nominis fuit : qué, qui Græ cam consectantur sapientiam, mel Atticæ cogno minarunt. De eo illud nobis necessariò dicédum est, ve si quis in omnibus præclaris studiis perfe-&issimum aliquem hominem describere velit, ei tanquam absolutum exemplar Melitius sufficiat. Ars enim oratoria natiua in co est visa. Ac si cum co tantum nomine admiraremur, minus ei quàm meritus st, tribueremus. In aliis autem omnis ge neris studiis atque doctrinis amplius quicquam, quam ille assequatus sit, nemini in mentem veni-

CAPPT XXXVI.

re potest. Quod si enim in disciplina quaque abso

lutissimus quisquam cum illo de ea verba contu-

lisset,in ea sola eum eruditum atque exercitatum

fuisse dixisses. Et rursus de alia arte si quis cum eo

egisset, in ca quoque cum longius excellere, præ

eo studio in quo prius primas habere visus esser,


iudicasses. Virtutes porrò non solum cum tam va

ria eruditione in co certabant, verumetiam si ni-

hil prorsus doctrinaru habuisset, hec satis illi fuissent. Adeò in eis ad summam laudem & gloriam

nihil fecerat reliqui. Hic in ipsa graui persequu tione, septemannos in Palestinæ partibus man-

sisse dicitur.



de ab iis qui ibi diuinarum rerum studiosi erant, D in patriam redire est impeditus: quòd fides eius in Deum téporibus illis summa, satis perspecta fuilset. Eius deinde locu Anatolius obtinuit, † optimi decessoris bonus successor. Huic Alexadria pa tria fuit. Præcipua certè laus ci in pfana simul & facra philosophia, omnibus omnium præclaroru virorum calculis est tributa : vt ei,qui ad summa peritiam Geometria, proportionis numerorum, Astronomiæ,Dialecticæ,Physicæ,ipsiúsque adeò Theologicæ sapiemię, artiúmą; dicendi omnium peruenerit, neminémq; sibi parem esse passus sit. Quem fama etiam est dignu esse iudicatum, qui primus Aristotelicam institueret scholam. Multáque eis Alexandriæ \* Pyruchij obsidionis tem pore in civili dissensione & famis discrimine, ppter annonæ angustiam, optimè fecisse, ciuibusq; consuluisse traditur. Et rationes finésque certos, Pascha æquinoctiali tempore celebrandum esse, ostendit: Arithmeticas institutiones decem libellis composuit, aliaque plurima literarum monu-E menta, quæ eximij eius in honestis & liberalibus artibus studij satis magno sunt documento. Pri mus ei Cæsareæ Palæstinæ episcopus Theotecnus manus imposuit, episcopumque creauit, ecclesiæ suz successorem eum designans atque destinans. Sed ambo non ita diu ecclesiæ ei præfuerunt. Ná quum & hunc Synodus contra Paulú coacta euo casset, & ipse per Laodiceam iter faceret, nupérq; admodum ibi pietatis nomen referens episcopus Eusebius è vita migrasset, à fratribus detentus, ecclesiæ ei est prefectus. Anatolio huic, quu post annos complures decessisset, postremus ibi fidelium epilcopus, ante perlequutionis tempora, luf fectus est \* Stephanus: satis ille quidem profanis artibus instructus, sed non itidem vt decessores eius, in diuinis literis institutus. Declarauit id persequutionis tempus, quòd virum hunc + meticu losum, ad simulationémque & dissimulationem compositum, alienú esse etiam à philosophia indicavit. Quod si talis ille fuit, quid mirum est ecclesiam quoq; eius postea à recta sidei professione decessisse Sedenim, Deo opitulante, se illa ere xit atque confirmauit. The odotus nanque post il F lum episcopale munus sortitus, nomini suo factis ipsis respondit: & operibus, qualem esse oporteat episcopum ostendit, animabus simul & corporibus recte curandis nemini secudus, humanitatéque singulari, si quisquam alius, & ipse præditus. Sic ille affectionum accommodatione & + con dolentia, studium officiúm que pastorale temperauit : atque vtilitatem corum qui se consuluere, in hac vel in illa medicatione diligenter & fideliter procurauit.

### CAPYT XXXVII.



N ecclesia Casariensi Palastina post Theotecnú, Agapius magnopere est laudatus: quem bonum fidelémque epifcopum fuisse, doctrina simul &

vita ipsa declarauit. Redè enim piéque populo suo prziit, & munifica liberalíque manu benigne egétibusfacultates suas impertiit. Eodem tempo re, eruditione iuxta & vitæ instituto philosophū Christianum, & presbyteri dignitate auctum, di-

∫क्सल्]**ा** ∧ ऋद solius, Aleitidem. Anadia vir dollißimus, & de resab.. Ala xădrina opci à alle årks dida. χ**©**-. d \* wrees. xilov,publica 14 6 tritici,quod Wurde gracè ptaculü atg Reference hos ab Enfeb. lib.7.ca.32. Brookles me MIPRIE. Nicepho. by TE KAT' A ALEM Scien to the

b Huius ibi

+ String rock tipuvius ava ₩ λιων Successoreim Theodotus, corporus mal Medicus.

renzám za.

Morrie, En-

Seb. we Suprà,

\* Stepha

ops profa

doctior.

m literarii

† muzalés,

Schola Cafa rien les insti-

Enfebius P Z obili,& cim

much. B

THPIKOP.

A uinum Pamphilum floruisse scimus. Cuius vitam & actiones omnes, celebrem etiam quam ibi instituit profanæ diuinæque philosophiæ scholam, præterea constantem in variis persequutionibus cofessionem,& certamina egregiúmque p Chri sti nomine martyriu, Eusebius sororis eius filius, eidémque adeò charus vt nomen illi suum impo sucrit, copiose peculiari scripto est prosequutus: ad quem eos qui accuratius hæc cognoscere voluerint, reiicio. Eusebius iste disciplinis omnibus perceptis, sacrarum maximè literarum, in quibus conquieuit, scientia enituit : & ad Constantij vsque tempora vixit. Et quú Christianz professionis studiosissimus esfet, egregiamque pro Christi honore æmulationem spiraret, vndecim tomis Euangelicam præparationé, & decem aliis Euangelicam demonstrationem est complexus. Er primus iple manum prælenti argumento admouit, primusque libros cos Ecclesiasticam historia appellauit, decémque ex tomis absoluit. Est & aliud eius volumen, in quo temporum certam accuratámq; rationem digessir, Chronicorum seu Annalium. Scripfit quoq; de Constantini vita libros quinq; Edidit & alium ad eundem; quem + Tricennalem inscripsit. Ad Stephanű item alium de iis quæ in Euangeliis in dubium seu disputationé vocătur.Sed & alia varia reliquit scripta, que mul

tum ecclesiæ afferunt vtilitatis. Verumenimuero D Eusebimiste etiamsi talis fuerit, in multis tamen eum apparet Arij sententiam comprobasse, vt qui filium (seuti id ex eius scriptis colligere licet) creaturăvocet. Quanuis Socrates, qui & ipse ex Nouatianis res ecclesiasticas scripsit, in secundo tomo maximopere persuadere contendit, rectè eum virum sentire, eundémque lycophantice eo nomine à nonnullis impeti. Atque vt id magno animo certius comprobet, in defensione sua, dicta illius quæda, ambiguitatem tamen coplectentia, contexit: eun démque primæ Synodo affuille, atq; vnà cũ aliis suffragio suo & calculo sis to submor, siue in cosub stantiale consensisse refert. Ego verò, si ille quide sine scripto rectá complexus est opinionem, Socrati no refragor: sin autem ex scriptis illius, quæ legi,res sit diiudicanda, multum abest vt sana sinceramque eius de side sententiam suisse putem. Verum de hoc etiam hæc satis sint. Et continet hic quoque huius historiæ liber annorum triginta duorum tempus : qui initium fumpfit à primo Valeriani anno, finem autem accipit incunte Dio cletiani imperio: à Mundo codito quinquies millesimo + septingentesimo nonagesimoquinto, à E diuina autem Domini nostri Iesu Christi nativita te \* ducentelimo nonagelimo anno,

Nicephore Arianifmi redolere 76-

† Secundaria Negterios Chromologos 4265. \* Al.287.

#### SEPTIMI TOMI CAPITA.

Expositio dicendorum.

Vi res Christianorum, qua antea pulchi e steterant, inte stina dissentione atque contentione à divina pietatis cura exciderint. Qua quidem ad tempus permißione divina sic accidere.

3 Pt Diocletianus Maximianum Herculium socium sibi imperij allegerit, 🔗 vs is persequutionem cotra nos

instituerit

4 Demoribus sanctorum, qui in ea persequutione fortiter decertarunt.

De eo Christiano, qui Nicomedia impium imperatoris edictum concerpsit: & de eu qui ex ipsius imperatoris anla martyrio sunt perfuncti.

De beate obitu viginti millium in Nicomedia martyrum: & de Inde cunucho, & Domna, martyribus.

7 De Melitenie, Aegyptiu, Tyriu, & Phænicibus marty ribus.

De martyris in Thebaide toleratis, & varis varioris suppliciorum modis

De Philoromo & Philao, illustribus martyribus: qua Alexandria impij contra Christianos perpe-

10 De cinitate quadam Phrygia, qua tota martyrium subiit: & de Adaucto martyre.

De aliu quamplurimu martyribus, plurifariam martyrio affettis.

De virginibus Antiochenis forma excellentibus, quemodo martyrij stadium pudice decurrerint.

De aliu virginibus & monachu, pudicitia simul & martyrio claris.

14 De santto Panteleemone, & Santto Eustratio, comitatúque einsdem,& de aliu magnis martyribus.

De celeberrimis martyribus, Georgio, Procopio, & Demetrio unguento scaturiente.

De ecclesiarum episcopu qui variu in locu curriculum 16 Christi strenue percurrerunt, or ve res Christiana in melius fit commutata.

Vs Diocletianus generum fibi Maximinum Gallerium, 1 Maximianus Herculius autem Confrantem Chlorum imperatory sanguinu generu delegerit, qui Constans pater magni Constantini fuit.

De nativitate, educatione & institutione magni & 18 apostolici Constantini.

Vt magnus Constantinus divinitus paternum adeptus 19 sit imperium,& qualis fuerit.

De Diocletiano & Maximiano, ve imperio deposito in- 20 terierint, or qui corum fuerint successores.

De fædissmis factis Maxentij Roma, & Maximini Ni 21 comedia.

De cladibus qua persequutionem hão sunt subsequuta, 22 o de imperatorum palinodia, seu recantatione o panitentia.

De eorundem edictis in scripto pro Christianis editis. 23 De simulata & fucata Maximini pro Christianu sine 24 scripto promulgatione.

De fratua noua Antiochia, quam Thootecnus recens 25 erexit.

De confictis & falsis de Christo commentaris.

De eins temporu martyribus, & edictis in areis statuis 27 contra nos promulgatis

De sana, qua eo tempore grassata est, same & pesti- 28 lentia.

VI magnus Constantinus de Maxentio, qui Roma tyran 29 nidem exercuit,triumpharit,quum etiam signu san eta Crucis stellis coruscum in calo vidit.

VI Constantinus Roma recepta, Deo grata facinora fe- 30

De edicto Maximini Gallery, quod in scripto pro Chri- 31

fianis valens nolens proposuit.

32 De pracipiti peruersitate & motu Maximini cotra Con stantinum magnum.

33 Magnum Constantinum Roma à Syluestro sacrosancto baptismo initiatum esse.

34 Qua post baptismum Constantinus magnus recte confituerit.

35 Refutatio eorum qui dixerunt, postea Constantinum Nicomedia ab Arianis esse baptisatum, & quòd propter filij Crispi cadem Christianismum assumpserit.

36 De fancta Helena, ut ea Romam venerit: & de colloquio Iud aorum cum Syluestro.

37 De conflicta Constantini & Maximini, & de en qui signum crucu in exercitu tulerunt vexilliferu.

38 De edictis qua Maximinus periculo enitato recte propo-

39 De interitu Maximini, qui vindicta dinina accidit: 60 de extrema internecione veritatu inimicorum.

40 De pace, beneficio Dei Christianu parta & conciliata,

O celebratu paßim encaniu.

Constitutio scripta Constantini Magni imperatoris, ut 41 Christianis loca & res sua restituantur.

Alia dua conflitutiones,pecunsas,dona Gimmunita. 42 tem ecclesia concedentes.

Dua insuper constitutiones, Synodos de ecclesiu concor- 43 dandu haberi sancientes.

De impy Liciny peruersitate, o qui sub eo passi sint 44 martyribus.

Pt impine Licinius captus, violenter vitam finierit. 45 De legibus & constitutionibus Constantini, & qua be 46

nigne Christianorum respub secerit.

Vt Constantinus Byz antio bello capto. Byz antios occi- 47

Vt Constantinus Byz antio bello capto, Byz antios occi- 47 dione occiderit.

Pt cognominem sibi vrbem, Constantinopolim scilicet 48 magnificents sime construxerit.

De operibm, templu, firucturu, ftatuis, er adificiu aliu 49 qua intra vrbem extruxit.

Destructuru in traiectu ab eo constructu: or de eo loco 50 qui Sosthenium dicitur, historia.

# ECCLESIASTICAE HI

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPVLI, TOMVS SEPTIMVS.

CAPVT I.



ACILIS hucusque nobis suit
labor, leusque &c
planavia sacra de
currit historia.
Quauisenim antea quoque graui
ter aduersus nos
malignus spiraue
rit spiritus, simplex tamé & vni
formis ea suit calamitas. Desceps

verò horret progredi stylus. Interrumpitur naq;, & quodammodo ingenti & violento variaru cla dium impetu inhibetur:atque ei inundatione san guinis martyrū, pelagi prorlus instar fluentis, cur-Sum tenere non Permittitur. Sedenim qui semel operi huic manus admouerimus, procedendu no bis est necessariò. Itaque qui, vi potuimus, priora exposuimus, in hoc libro etiam res sub Diocletia no, essque quos ille sibi in imperio adoptione adsciuit gestas persequemur. Sub iis enim maxima omnium persequutio est excitata. Et non ita mul tis, quæ certis in locis accidêre calamitates, attingemus. Qualdam etiam lingillatim memorabimus. Tum autem, quomodo tyranni sæuissimi, qui supra modum crudelitatem in nos exercuerunt, ad palinodiam & tyrannidis suæ recantarionem lint redacti,postremoque internecione inte rierine. Præterea, vt maximus ille Constantinus, Deo annuente, salutari instructus armatura, iuuic. Exque Crucis signo armatus, regiones & terras omnes à prædonibus repurgarit tyrannis, superstirionémque Grzcorum nefandam extirparir,&

res nostras oppidò quàm inclinatas, ruinámque iam minátes, auxiliari adhibita manu restituerit, atque in perpetuú diuini numinis nutu permanfuras confirmarit, referemus. Et res sic habet,

# CAPFI 11.



Rat aliquando tempus, quum Chri stiana professio pulchrè staret, gloriáq; sua & libertate clara haberetur: Græcis iuxtà & barbaris, quòd diuini verbi prædicatio vbique ter-

rarum vigeret, grata & accepta. Huius rei certa do cumenta sunt, quum magnorum Principum erga homines nostros egregia beneuolentia & humanitas, ac gentes quædam, quarum provincie Chri stianis administrandæ datæ sunt : tum imperato res ipli Romani, & maximi quique magistratus, qui res aulicas & domesticas suas nostris curádas commiserant. Eos quippe propter egregiam spe-Caramque fidem præesse aliis, atque bonore dignitatéque præcellere oportere iudicarunt. Satis id declarauit Dorotheus ille, qui neminem hono re ex magistratibus & prefectis omnibus, propter bonæ mentis integritatem & fidem, habuit paré: & præclarus Gorgonius, atque alij eis pares : qui etiam ad supremum cœlestis regni honoré sunt p assimpti, propter fidei sinceritate. Ac per esuscemodi viros in locis passim quibusque ecclesiaru Antistitibus non parum accidit opis & consolationis.Ostendunt id quoque plurimorum milliū hominum in oratoriis domibus cœtus & couentus habiti, quæ oratoria, quum propter angustia, confluentem tantam multitudiné non caperent, cernere erat, ex paruis initiis & fundamentis, in

Florens rei Christiana Status.

Dorothe' & Gorgonias aulici, & ii-dem chriftia ni, ecclesia multum pro-fueruut.

lorthera parva su sem pla ingentia motasa.

Dicedorum propositio. Rebus focuso dus fe Chrifissos ad ignaviam dedere. Dissidia corundem inte siva.

\* de lugarela.

Afflictio et

coercio chei-

quoq; ampliora cepere, quum qui ea ædificari atque augeri prohiberet, aut per tafcinantem inuidiam abolerer, nemo esfet . Sic ea cœlestis manus custodiuit, atq; extra insidiarum omnium aleam polita elle voluit . Polteaquam autem per multă libertatem nostram, in molliciem & languorem professionem fidei couertimus:atque inuidia stimulati, armari ipsi contra nos cæpimus: orationibusque & scriptis pro hastis & spiculis vsi, turpiter fædas seditiones excitauimus, proindéq; \* simulațio quædă & dissimulațio quâm potuit ma ximè in ecclesiam involauit, & malitia vires maiores accepit, oculus Dei more suo benignè nos castigado visitauit, & paternè coercuit. Ac primu quidem ærumne à fratribos castra & militiam se-& atibus incœpere. A quarum sensu quum adhuc longius abessemus, tantú abest vt de placanda iusta Dei in nos ira cogitaremus, vt etiam insuper B omne genus malitiæ & peccatorum aliorum, ad pristina delicta accumularemus: perinde atq; no esset qui hæc cosideraret atq; specularetur, quive rationem istorum omnium flagitaret. Cæterùm qui sibi religionis nostræ columnæ esse videbantur,& munus pastorale gerebant, divinis sanctionibus & legibus abiectis, ad cotentionis studium prolapfi,& vehementius inter se ardore quodam concitati, dissidium ex dissidio seuêre, ac mutua odia magis ac magis adauxere, ambitionem & cu piditatem dominandi vindicantes, & tyrannoru more contentiose ad se pertrahentes. Tum scilicet cuenire ea, quæ scriptura refert, vidimus: Obscurauit in ira sua Dominus filiam Sion, & disiecit è cœlo in terram gloriam Israël. Destruxit om « nes macerias eius, & euertit testamétum serui sui. " Et profanando prostrauit in terram, per ecclesia-« rum vastationem, sanctificationem eius: & quæ « fequuntur. Templa nanque ex ipsis reunssa funda mentis, solo æquata sunt. Et sacrosancia scripta in medio foro conflagrarunt. Qui verò honore in-C ter nos excellebant, hinc & inde cursitantes, fuga faluti suz consuluerunt. Alij porrò in suga excepti, ludibrium fuere eorum qui nobis insultant. Quum etiam, iuxta alium Prophetam, effusus est cotemptus in principes: & errare fecit cos in in-" uio, & non via. Verum hæc persequi oratione, no strum non est: præterquam vt divinum iudicium indicemus, cíq; iusticiæ laudem tribuamus, quòd videlicet certa & zqua ratione procedit in omnes. Sed his nunc omifsis, ad facra marryrum certamina, breutter ea exposituri, procedemus. Primum autem, quomodo se Romani imperij res habuerint, dicemus.

A augusta, amplitudine & magnitudine admiranda,

in locis omnibus, excitari atque construi templa.

Quæipla temporis processu deinde incrementa

CAPT! 111.



locletianus, vti dictum est, imperio accepto, quum contra Christum quantum antea munquam fuisset, bellu mouere constituisset, martyrum Christi magnitudinem animi, robur & fortitudi

nem satis perspectam habens, quòd cum tam exi miis bellatoribus sibi certamé fore videret in pri

mis curandum fibi putauit, vt scipsum confirma- D ret, arque ita demum condentius prælium iniret: homine pari secum ingenio & crudelitate + Ma ximiano Herculio reperto, eum fibi ve xqua pote state imperium administraret, adsciuit. Quo tam eximio tyranorum pari, accommodato sibi prorsus & proprio, maxime vsus fidei nostræ hostis, tanquam volucris supra cam quæ sub cœlo est ter ram volitauit,omnes in potestatem suam redigere,& Christi nomen ex ipsis quod dicitur fundamentis cruere satagens. Atque equidem primum non vno statim impetu persequutionem contra nos, sed insidiose, arque vr ita dicam, clandestine est aggressus. A principio igitur Christianis affligédis, consilij sui in exercitu & castris periculum fecit.Facile enim ex lententia cœptum libi luccel furum putauit, si illos sensim quodamodo & arte circunuentos vicisset. Et multi sanè ex ordine militari, propter infignem erga divinum numen pietatem, vitam priuatam honoribus quibuscunque prætulerunt.Postquam enim lustrator & re- E purgator exercitus, idémque persequutionis autor, optionem militibus Christianis illam obtulit, vt vel ipfi obsequentes ordinibus ducendis ho noribúsque gerendis cum aliis participes fierent, vel constitutionum imperialium autoritate contempta militiam relinqueret : quamplurimi tum Christi milites eam quæ videbatur esse felicitate abiecerunt, parati non dignitatem & honoré tan tum deponere, sed etiam mortem, si aduersarius il lis acrius instarer, obire. Id quod à principio in vno atque in altero est perspectum. Rarius enimid insidiosi cœpti autor est ausus. Certamen naque cœptum víque ad sanguinis fidelium effusionem producere, simúlque bellum contra omnes excitare, adhuc quadam quali delidia distulit. Vt auté seipsum nudauit, totusque in persequutionem incubuir, oratione nulla explicari potest, quata vbique per omnia ferè loca & oppida fortissimorum Christi martyrum multitudo sit exhibita. Primu quidem vbique circunferebantur & proponebatur imperialia edicta, vt templa solo æquarentur, divinæ icripturæ comburerentur, magistratus & honores geretes cum ignominia in ordinem redi F gerentur, serui Christianismum abiurantes libertare donarentur. Deinde verò paruo interuallo alia sunt edica proposita, quibus imperabatur, vt ecclefiarum presides; vbicunque locorum essent, vincirentur: vtque eisdem, quibuscuque fieri pos set modis, necessitas diis sacrificadi imponeretur.

† Al. Ma ximianum

Christianetie persequucie à castru imperatoriu graf sati incipit.

Edicta imperialia aduerfus Christianos.

Vs hoc code
sempore feriu
paschalibus
voig; sieres,
suftitusum
mandatumą;
fueras.

CAPPT 1111.



Bi tum videre erat, multos ex eo nu mero incredibiles tormentorú cru ciatus constantissimè perferre. Erat etiam qui animorum torpedine infirmiores, ad primum cederent ter rorem. Er varia sanè pænarum pro-

ponebantur genera. Hic enim slagella copore to to perferebat, ille autem constrictus torquebatur, & vngulas altè penetrates tolerabat. Cui sup plicio quidam etiam immoriebantur, & alij aliter cum cruciatibus luctabantur. Quidam etiam per violentiam protracti, & ad impura sacrificia addu cti, quum non sacrificassent, sed tamen veluti sa-

Parij eorum dë stusiatus.

Diocletian<sup>a</sup>
confortem fibi imperij legit Maximi
anom Herculium

Pulcherrino fanctorum martyrii ficrificare diu nolentium agon.

† dydsopia.

B

A crificassent, liberi dimittebantur. Inueniebantur quoque, qui execráda sacra ne conspexissent quidem: sed gab aliis sacrificasse iam dicerentur, silentio fraudem eam & sycophantiam tegentes abibant. Aliquis adhuc spirans & decedens, tang iam mortuus omnino proiiciebatur. atque eum iplum alij pedibus tractú,perinde atque cum aliis sacrificaturu corripiebant. Aliquis rursum ingenti clamore vociferans, dolúmque & sycophantia à se amolies, minime se sacrificasse, affirmare perfeuerabat.Nonnulli ornaméto erat,& Christianú se esse, acclamare pgebat. Aliusse neq, sacrificasse, neg; vng sacrificaturum esse, constanter contendebat. Verum ne illi quidem malorum expertes erant. milites enim pugnis os, maxillas & facies eoru diuerberantes pullabant, atque eos silere ius sos repellebant. Adeò non solum si quod volebat perfecissent, sed etiam si id perfecisse viderentur, + pestes illæ plutimi ducebant.Sed hæc aduersus veros & germanos pietatis propugnatores atque decertatores locum non habebant: quorum con stantiæ & fortitudinis accuratam plenamque cómemoratione, nulla profecto potest exequi oratio.

CAPPT V.

Martyrium viti praclarißimi,qui elictii impe-Tiale contra Christiana propositum conscidit. Kb; WAILby, Niceph. รอสบาน อไล ngù cixba Ap e very ε Eufeb.lib.8. cap 5. Martyres **мирет, могыт** domestici: Pe trus, Dorotheus, Mygdonius, Garzonius. † Bas. Alko? woulder Id. C Illustrißini Petri marty rium.

X celebrioribus viris quidá, magnis defunctus honoribus, vbi
Nicomediæ edictum cotra pietatem legi audisser, ardore divino costrmatus, atq; æmulatione vehementi in animo suo incensus, scriptum id vt dirum & execradum, sicuti pu blice propositum erat, arripuit, atque in minutissimas, partes conscidit, quum quidem ea in vrbe vterq, imperator adesset. Quo commisso facinore, perinde atque in audacissimo atque maximo crimine, grauissimas \* vt par erat, pænas pendés, ad extremum víque spiritum, propalàm in summis exquisitissimisque cruciatuum tormentis, liberum illum quem prius habuerat, generolümq; & constantem animu magnifice ostendit. Secundum hunc, imperatorum domestici & familiares, Petrus, Dorotheus, Mygdonius, & Gorgonius, omnium qui vnquam apud Græcos & barbaros celebrati sunt, fortitudinis laude maximè præstan res quum abude gratia & existimatione apud he ros suos ita pollerent, vt illis non minus quam + germani filij chari essent, pro nihilo tamé ea omnia reliquamque vitæ huius vmbram duxere, præ eo vr.p Christo paterentur, & ad nouos carnificu cruciatus nouam etiam animoru afferrent promptitudinem & alacritatem.Petrus nanque coprehensus, per mediam Nicomediam est tractus: atque vbi simulacris sacra offerre renuit, denudat?, atq; in sublime suspensus, crudelissime est diverberatus, vt vel inuitus & tantis tormétis adactus, quod reculauerar, facere cogeretur. Sedenim quu etiam tum fortiter in sententia persisteret,& iam ossa flagtorum fustiúmque ictibus nudata appaterent, salem aceto mistum tortores in membra diffluentia infude runt atque intriuerunt . Sed & hoc tormentum quum ille superasset,ignis est co Atatus,&craticula polita: luper hanc ille collocatus, sic carnes ipsius, aliarti edulium carnium instar, paulatim igni tostæ atq; frixe sunt. Et carnisices non prius se remissuros quicqua de tantis sup pliciis, quàm ille imperata secisset, consirmabant. Ille autem quum totus in eo esset, vt fortiter illis resisteret, in ipsis tantis cruciatibus \*\* victoriæ co rona ornatus decessit. Ac ille quide martyrio ita est defunctus. Reliqui autem non minus fortasse tormétorum pertulere, quæ breuitatis causa prætermittimus: & illud duntaxat adiicimus, eos post multos insustentabilésque cruciatus postremò la queo vitam sinisse. Qui omnes exequiarum quidem & sepulturæ iusta consequuti, deinde verò essos sin mare sunt coniecti: vt ne, sicuti dicebatur, in sepulcris positi, dij esse iudicarentur.

# CAPYT VI.

Ost hoc Domna virgo, & Indes eu-nuchorum sidelissimus, in iudiciu sunt producti. Postquam enim Anthimi Nicomediæ epilcopi inslitu-tione & opera diuinam consequuti fuerant gratiam, quicquid habuerant in imperiali aula fauoris, id omne fouendis curandísque pauperibus insumpserant. Et quum Diocletianus E expeditionem bellicam aduertus + Æthiopes su scepisser, \* præsecus eunuchorum, cui ciuitatis cura mandata fuerat, cognita in Christum fidei professione Inda, & Domna, qua in aula Principum sacerdos idolorú fuerar,in carcerem eos demisit.lbi Domna vultu in speciem distorto, à dçmonio se correptam esse alsimulauit: & ob eam causam a Anthimo episcopo, cuius eximia erat ingentis aduersus dæmones potestatis fama,tradi ta est. Reuersus eò imperator, vbi eá rem cognouit, cunuchum statim securi percuti iussit: furorémque suum omnem contra asceteria emisit,& persequutionem ab omni humanitate alienisimam in nos concitauir. Quo tépore puellæ multæ,quæ ibi piis studiis \* virginitatem conservate studebant, in martyrij stadio constantissime decurrerunt. Cum quibus & Glycerius, inter presby teros primas tenens, quum varia tormenta egregiè vicisser, totoque corpore neruis bubulis con-cisus suisser, igni tandé est exustus. Permulti quoque Senatores, & qui ordines in exercity, duxerant præclati viri, sunt ingulati : quibus omnibus non aliud quam veræ pietatis crimé est obiectu. <u>Verumenimuerò quum natalis Christi festus ad-</u> esset dies, & multitudo ztatis omnis, quz Christi nomine censetur, in templo natalem eum celebratura conuenisset, tyrannus veluti opportunum tempus & lucrosam occasionem nactus, per quam vesaniam & furorem suum adimplerer mi sit eò qui templum clauderent, & ignem circucir ca accederent. Aderat ibi præco, qui voce clariore promulgabat, vt qui viuere vellet, ex téplo exirct,& in proxima louis ara thura adoleret : alioqui nisi hoc fecisset, vnà cum domo ipsa conflagraturus. Tum verò in templo iplo quidam pro multitudine ea omni, cum libertate infigni propalam respondit, & pulcherrimam illam edidit <u>vocem: Omnes nos Christiani sumus, vnú cúm-</u> que solum Deum & regem credimus esse Christum: & ipsi, Patríque eius, & Spiritui sancto sa-

crificare, at que nos omnes vnà offerre facile parati lumus. Vix hec ille dixerat, & ignis est accen-

Maityrian
Domna vir
ginis, & luda canache,
† For legendum Acty
ptios. Acty
ptio enim nauasie Dieck
tiansus, &

A chillennin

cobateri in

perij Alexă dria vicis.

\* خويرانه، -

x<del>0</del>-.

separtra

èrid pape.

Masyri

A Authimu
Nicome dien
Nicome dien
Jis epifepun
egregem exorestia.
\* waętwim
ippulvan
ierteor
Afestrimi
puellarum
puellarum
puellarum
tempyria.
Ilomo Senatoriorii viro-

Viginti millia marryri in ecclefia Natale Chri fri celebrarsismo holocas Itum Das of feruntur.

Domna capi se pletisur. Anthimi epissepi mar syrium. A sus, qui in temporis veluti momento ecclesiam omnem complexus, illos omnes viginti millium numerum explentes, in cinerem redegit. Deinde etiam beatæ Domnæ, post supplicia multa fortiter tolerata, gladio caput resecatur. Divinus auté Anthimus primum quidé crudelissime cæditur, subulis igne cádentibus talos perforatur, super fractis restis reponitur, baculis conuerberatur, crepidas æreas ignitas induitur, fidiculis alissique tormentorum instrumétis excruciatur, facibus aduritur, & ad postremum securi percutitur.

CAPVT VII.

Generalis
martyrierū
plurimorum
multu in locu exhibitorū descriptio.
† x-5eg, regive. Euseb.

Æc fic apud Nicomediam in initio perfequutionis gerebatur. No minus autem in Melitina + vrbe tyranis graffabatur. Idem in Syria fiebat. Circuferebantur enim im-

perialia scripta, quæ ecclesiarú pastores carcere icludi iubebant. Et erat vbiq; miseranda & grauis rerum facies, opplurima millia passim traherentur atque raptarétur. Et quæ antea percussoribus, homicidis, & sepulcroru violatoribus erant præparatæ custodiæ, hæ presbyterorum, diaconoru, aliorumq; eius ordinis sanctorum viroru choro replebantur: vt iam maleficis,prædonibus,aliisq; codemnatis hominibus locus in carcere no esset. Nec longe post, aliz superueniunt litere:vt qui in custodiis diis sacrificarent, liberi abirent: qui id fa cere recusarent, omni maloru genere affligerentur. Sedenim quis tandem, qui talia legat, tantam martyrum turbam dinumeret?qui per prouincias omnes strenuè decerrarut: maxime auté in Aphri ca, & Mauritania: item Thebaide, & in Ægypto, vnde nonulli etiam in alias diuertentes vrbes, ibi fortitudinem suam pro Christo, & constantiam exhibuerut. Quorum quis non, si videat, cum stupore admiretur alacritatem, suppliciaque numero longè superiora? potissimum autem, post hæc omnia, cum agrestibus feris colluctationé? Pardi nanque, vrsi, apri, & tauri syluestres, ferro & igni ad feritatem excitati, grauissime in eos immittebantur.In quibus omnibus, admirandum spectaculum erat, tanta generoforum & nobilium mar tyrum costantia & fortitudo. Verum & illud ma ximo fuerit miraculo,quòd feræ illæ carnibus hu manis vesci solitæ,& longa fame efferatæ,ab illis abstinuerunt, neque martyrum corpora attingere aulæ fuerunt: sed in alios, eos videlicet qui extra arenam stantes, illas contra pios Deóque charos homines prouocabát & concitabant, stridore & impetu multo irruerūt, sacrosanctos athletas, nu dis consistentes corporibus, casque manibus in se adtrahentes, minime lædétes. Quod si aliquæ etia incurrere in eos cæperant, quum quam proximè ad eos accessissent, derepente ibi taquam vi quadam repulfi, retrocedebant. Quod sanè factum, costernatione homines impleuit. Quippe quum in vnum martyrem sæpius multæ immitterentur beluz, infectis tamé ab eis rebus ferarum ductores abirent. Non minorem admirationem mouit strenuoru illorum martyru animus infractus, & quorudam in imperfecta adhuc ætate senilis con stantia. Vidisses enim ibi iuuenem nondum vigin ti totis expletis annis, vinculis liberú, manibus re

&o statu in crucis speciem extentis, intrepido im D motóque corde tacirè precibus ad Deum vacantem, neq; vel se mouentem, vel genua inclinanté: quum quidem circa eum fere crudelitatem spirarent, grauitérque rugirent, & iam penè diuinas illius carnes inuaderent & laniarent:cœlestibus au tem frænis ora earú obturarentur,& veluti catenis in eos qui post illos stabant retraherentur. Vi disses alium tauro obiectu, qui aliis quide, ex spe-Catoribus infidelibus cornibus in sublimé ia ctatis, quum plutimam vitæ partem ictibus disiecisset, minacius autem & ferocius martyri appropin quas, ne stringere quidem eum posset, sed sensim tătummodo cornu peteret,linguáque pedes lamberet, & religiosè quodammodo discederet. Et quum ad eum modum multe bestiz in martyres immissa essent, idémque omnibus accidisset, postremò carnifices ipsi animos despondentes, post plurima supplicia, aliámq; grauium tormentoru vim illis illată, ferro crudeliter omnes iugulabăt, & in profundu mare deiiciebant. Atque hæc quidem sunt nobilissimorum Ægyptiorum athleta rum, quæ Tyri decertarunt, certamina.

CAPPT VILI.

E

Vi verò in patria sua martyrium obiere, quis vel eoru numerum inire, vel tot & ta varia tormen torum genera explicare queat? Quandoquidem quamplurimi vnà cum coniugibus & liberis

propter Christum vitam ipsam prodidere, variásque mortis species adiere. Quotú aliqui post vngulas, flagella, & fidiculas, aliósque cruciatus, ad quorum mentionem solam animus exhortescit, fortiter præsenti robore toleratos, tadé igni sunt consumpti. Alij, & quidem innumerabiles,scaphis impositi, in alto submersi pelago. Nonnulli etiam refecare volentibus caput magno animo, iugulum præbuerunt. Multi fame enecti funt, plu tes in crucem acti: & alij quidem codem quo ma lefici modo, supplicio affecti: alij auté + inuersi, pedibus videlicet in sublime sublatis, vitam diu grauitérque traxerunt, donec in cruce ipsa ita suf fixi fame perierunt. Thebaide porrò quæ sancti martyres pertulerint, oratione persequi facile no F est. Corpora enim corum testis vngularum vice tantisper dum vita illis superesset, tortores dilaniabant. Et machinis quibusdam mulierculas in sublimè pede vno, capite depédente tractas, victimaru more suspendebant, \* neque ca quæ natiuus pudor occulta esse voluit cotegentes,& omnibus summæ inhumanitatis & crudelitatis præbentes spectacula. Quidam arborum frondibus alligati, miserabiliter excarnificabantur.Rami enim robustiores vi & arte quada contracti marty rum crura diducta vinculis distringebat: ac deinde illis in naturalem statum suu redite permissis, suisimè fubitò membra, vt cuiq; erant alligata, sæuissimè discerpebant. Atq; hec omnia non breui tempore funt patrata, sed annis pluribus malū hoc duravit. Ad decem nág;,& triginta,& bis totidé, atq; etiá quandoque ad centú quotidieviti, iuuenésq; admodum & mulieres suppliciis variis occidebantur,cofertim veluti vna plaga internecioné lustinentes:ita vt ferri quoq; acies continua sanguinis

Martyria Argyptiaca,

† τουμπαλιμ πόμβαχοιστο συλωθώτις. Martyria Thebaidse cruddifima,

\* mate tag two aid a orl tag me Jakay taggeta,

cap.7.
For a marty
res qui eu ob
iech crane,
no laniariss.

Quedă ifto-

riorümPala stina & Ty

ri in Phani

ce vidit ipse.

Evsub.lib.8.

on marty-

critas.

A tinctura hebetior fierer, & scindere amplius non valeret:carnificélq; defatigati,infirmiorélque facti, successores alios acciperent. Animaduertere verò erar in hominibus nostris alacritatem, & fidei in Christú ardorem viuidum: quum enim vix corra priores sententias condemnationis à iudice prolata esfet, alij aliunde cofluentes, Christianos se esse confitebantur, pro tribunali ipso exultantes, neque tormentoru acerbitatem respicien tes. Sed interrita prorsus libertate, p Christo decertantes, cu magna animoru leticia libentissimè supremam excipiebant sententiam : vsque adeò, vt cum gratiarum actione ad finem vique perquam + decenter hymnos laudésque Deo cane-

.وهمردة إسا خ

CAPVT 1X

Tomnes quidem eximij veræ pieta tis propugnatores digni funt admiratione: multo tamen excellentiores,qui diuitiis,genere, gloria,& ſa-pientiæ studiis, præclara consequu-

Martyrium Philoremi es Philae.

Philea

Thmuit & coi

de Alexan

drinis marty

ribus scripsib

ti famam, omnia ea Christi desiderio posthabuere.Qualis Philoromus ille fuit, qui primariam dignitatem ab imperatore apud Alexandrinos con fequutus, cum splēdido militum satellitio, pro dignitate sua, Romano more quotidie tribunali, causam dicens, astabat . Et Philæas Thmuitarum ecclesiæ Episcopus, qui quum muneribus ciuilibus ritè & decenter obeundis clarus fuit, tum ma ximè philosophicis artibus excelluit. Quum igitur propinqui, amici, & familiares, & alij magnas gerentes dignitates, ipse quoque iudex eos obte-Rarentur, vi fibi ipfis parcerent, coniugúm que & liberorum per misericordiam rationem haberer, nullo modo adduci potuêre, vt vitæ suæ consulerent, & cultum Christi abiurarent. Itaque illi, con stanti sapientiæ, seu potius Dei amantis animæ robore iniurias tormentaque à iudice eis illata, & postremò generosè admodum & fortiter eria capitale supplicium sustinuere. Quandoquidem autem Philæam paulo antè diximus eloquentiæ vi longè alios antecelluisse, ipsemet prodeat, simúlque & Alexandrina martyria exponat, & ip-C se sibi verbis suis certum præbeat testimonium, quæ verba ipse ex vinculis prius ad ecclesiæ suæ plebem scripsit, quam extrema in eum est & ca-" pitalis lata sententia. Quum enim prolixè martyres, de egregia corum in Deum æmulatione & Christi imitatione laudasser, hec deinceps infert. ... Itaque æmulantes maiora illa dona Christiani " martyres, labores omnes & omnigenas pæna-« rum species non semel, sed aliqui etiam bis peretulerunt. Et omne genus minarum, quum quidem militares satellites cum illis ambitiosa ferocitate contendentes, eas non verbis modò, sed etiam factis intentarent, de concepta cos sententia minimè deterruit, pprerea quòd charitas perfecta timorem eiiceret. Quorum virtutem, & in cruciatibus omnibus constantiam, quanam valeat commemorare oratio? Siquidem omnibus qui eos conuiciis iniuriisque afficere vellent, potellate permissa, quidam fustibus verberabantur, aliqui virgis, nonnulli flagellis, alij loris, alij rur-" fum funibus. Et tormentorum varium spectacu-« lum plurimű laboris & zrumnz habuit. Hi nanque manibus post terga ligatis è ligno suspende- D bantur, & machinis quibusdam membra corum » omnia distrahebantur: deinde in corpora ad huc » modum distenta carnifices ex iudicis præscripto » atq, mandato, non quemadmodu aduersus homi » cidas fieri solet, in latera solu, sed etiam in ventre » ipsum,in suras, & maxillas tormenta varie & cru » deliter ingerebant. Illi verò ex fornice manu vna » alligati pendebant, quibus cruciatu omni gravior » erat atticuloru membrorumq; omniu distensio. » Alij porrò ad columnas, vultu ad eas verso, ita al- » ligati erant, vt pedibus non insisterent. Vnde sie- » bat, vt corporu mole deorsum vergente, vincula » quoque ipla magis constringerentur, grauiorem- » que illis afferrét dolorem. Atque hæc non tantū, » quu verba cum eis conferrentur, aut præses ipsis » instaret,sed tantú non diebus integris sustinebát. 🕶 Quú enim ille ad alios progrederetur, apud prio- » res cum potestate sua alios relinquebat, qui eis vi- » cem suam adessent, sicubi aliquis tormétis victus » de sentétia decedere videretur. Inbebat ille quo- » quevinculis eos acriter coltringere, ac deinde aní ... ma defectos, atq; in terram repositos, hinc & in- E de trahere.Ita autem erant in nobis discrutiandis » ... in partem omnem folliciti, eág; tormenta excogi » tarunt & adhibuerunt, vt nequag hæc secundas » ferrent partes, præ eis quæ aliquando quidam cru » delissima aduersus hostes inuenissent. Fuerut qui » post cruciatus in catasta supra quatuor foramina » pedibus verisq; distenderentur,& necessariò supi » ni iacere in catastæ ligno cogerentur: quum toto » corpore à tot plagis recétia adhuc haberét & inti » ma vulnera, nec substratas sibi testas ferre posser. » Alij verò in folŭ ab omnis generis tormentorŭ vi 🛥 proiecti, iacebant, grauior émque etiá cruciatibus » iplis spectatibus speciem præbebat : varia quippe » & multiplicia pænaru genera corporibus præse » ferentes. Et qui crudelitas ipsa ad hunc modi sæ » uirer, quidă inter ipla tormenta decedebant, con- » stantia sua aduersariis pudorem incutientes : qui- » dam semineces in carcere inclusi, post dies pau- » tos doloribus constricti emoriebantur. Nonnul- » li verò à tormentis medicotu cura restituti, diu- » tiúsque in custodiis detenti, animosiores etiá fie- » bant. Itaq; quum imperatu esset, optione proposi " ta, vt vel cotactis diris illis sacrificiis molestia om F ni carerent, libertatémq; quam à seipsis habebat, ab illis consequerentur: vel si non sacrificarent, ca piralem sententiam exciperent : illi nihil morati, perlibétes ad supplicium ibant. Sciebant etenim, quæ nobis in divinis literis sunt proposita atque præscripta oracula: Nã qui, inquit, diis aliis sacrifi cat, exterminabitur. Et rurlum: Non erunt tibi dij alij, præter me. Hec Philæss, + non minus Dei g sapientiæ amator, sic recenset: ecclesia sua, vt vera pietatem \* tenacissimè retineret, cohortans.

CAPVT X.



Ed quid op" est singillatim Deo dilectoru martyru fortiter facta &noua certamina, que per orbé omné obiere, referre? Quú alia afferre liceat,per que faciliºquú lipforum tyrannorú efferatá cru

delitatem, tum egregior űvictorum incredibilem

Digitized by Google

Contra idel

Lurian

tax Inova AHLO I PL λingΘ. \* Ample ixt øĸ.

Cedes Chri-

betur,matila

tio mebrerii

in eisde pra-

ישקשלים לי

200 γ φιλάν-

cipitur.

lewaty.

Oppidum A quodda phry gis totii pro-Pter Servato ¥ u Christi เอี fessione incen dio co sumpti Admitus martyr. Magister of ficiorum Ca sholicus.

erga Christum affectionem & pietatem probare possimus. Non enim vnum & alterum, aut etiam plures cateruatim, sed oppidum + totum Phrygiæ quoddam, ciues scilicet vnà cum coniugibus & liberis vniuersos, milites armati circuuallantes, igne iniccto exusserunt. Crimen erat, quòd & præfectus magistrarúsque & populus eius omnis Christum inuocarent, eisque qui idola colere cos iussissent, minus obsequéres essent. Vir etiam quidam Adauctus nomine, omnibus honoribus functus, illustríque apud Italos loco natus, quíque per magistratus & dignitates, quas plurimas gesserat, ad sublimitatem Magistri officiorum peruenerar, pietate autem & confessione Dei facile omnes antecellebar, in eo ipso munere martyrij coronam accepit.

### CAPYT XI.

t Trum Suppli B

Martyria

A mtiochema.

Ed quid attinet singillatim marty-res ipsos recensere, aut etiam nu-merum eoru inquirere, suppliciorum denique tam varias species sti-lo persequi? Quum eorum pleri-

que securi percussi, quod eis in Arabia accidir:nonullis crura fracta, sicuti in Cappadocia factum: aliqui pede altero ad caput alligato, in sublimè sublati, molliore igne supposito, fumo ex materia viridiore proueniente sint suffocati, quod in Mesoporamia euenisse legimus. Quibusdam nares, labia, aures, manus etiam & pedes amputati, & ipsi veluti quædam victimæ in carnes dissecti: quod Alexandria vidit. Quis verò Antiochena supplicia memoret? vbi ignes & craticula fiebat, non confestim mortem accelerantes, sed sensim martyrum copora torrentes, suppliciaque & pæ nas in longum extrahentes. Fuerunt ibi etiam, qui dextras citius igni ardenti comburendas immitterent, qu'am execranda sacra & sacrificia attingerent. Reperti quoque sunt, qui prius se ex locis superioribus præcipites daret, quam pericu lum tormentorum adirét : mortem potius citam obire, quam vt impioru laqueis caperentur, properantes. Horrenda verò prorsus sunt, & auditu intolerabilia, quæ in Ponto martyres sunt passi. Quibusdam enim in summis digitis præacutis calamis vngues perfodiebantur. Alij verò plumbum igne liquefactum, picémque bullientem sca pulis & dorso excipiebant. Nonnulli partibus cis quæ honeste non nominantur, cruciatus fœdos silentióque tegendos perferebant: quos nobiles illi & fortes viri philosopho plane animo & pia quadam ambitione sibi contra recens inuenta tormenta, exuberantem abundantiam con - stantiæ este ostenderunt, generosam quandam co tentionem nouis præmiis aduersus spursa & inhonesta supplicia instituentes. Postquam verò victi immanium tormentorum noui artifices, cæ dibusque fatigati sunt, adimpleti iam ad satietatem vique torrentium instar profluente martyrum sanguine, tandem ad adumbratam & sucatam bonitatem sunt conversi, vt scilicet amplius tam inhumaniter atque crudeliter nobiscu agere non viderentur. Non enim popularium cruore civitates contaminari, neque inhumanitate im peratotum benignitatem calumniisobiici debe-

re, sed potius imperialis potestatis beneuolétiam D atque clementiam in vniuersos extédendam esse dicebant. Quapropter edicto cautum est, ne Chri stiani neci dederentur: quòd perinde id esset, atq; si pænis supplicissque modus sinisque imponeretur. Imperatu verò, ve oculi hominibus nostris effoderentur,& pedum alter abscinderetur.lta enim fore, ve inhumanitas ipsa humanior, & ad vindictam lenior esse videretur. Factum sanè per eiuscemodi + humanam inhumanitatem impiorum hominum, vt iam verbis complecti non sit, quanta multitudo corum quibus dextri primum oculi ferro excisi sunt, deinde ignis in vulnus ipfum iniectus, veluti errabunda hincinde circumierit: aut quanta vis fuerit corum qui sinistros pe des ignito ferro violentius adusti, eos post se trahebant, quasi telluris inutile pondus sacti: præterea eorum, qui inhumanissime per prouincias ad metalla, non illi quidem necessitatis aut vsus alicuius gratia, led vt ibi fummis ærumnis vexarétur, sunt damnati. Alij porrò aliter afflicti perdurarunt: quos referre, quia lucte certation é sque eorum omnem superant orationem, perquam est difficile.

CAPFT XII.



Ec viri tantum, sed multo etiam magis mulieres virilibus animis præclarè le gesserut. Qualis Antem aliáque eximia ornamenta apud omnes admodú celebris.

Quæ filias duas forma & ætatis flore excellentes habens, qui ad euitandam inuidiam clàm in longinqua terra latens aliquandiu mansisset, & in pa triam reuocata esset, à militu manu, vnà cum illis capta est. Atq; vt de seipsa & puellis itidem spem omné abiecit, quæque expectandæ essent erunæ atque calamitates secu ipsa in animo cosideravit, & ab improbis illis violentifq; hominibus, de for nicationis periculo ea que nec summis auribus se renda esse videretur audiuit, quu filias ad virgioitatem víq; ad vitę finé inuiolatam cóleruandam est adhortata, tum verò idolorú cultú quauis pernicie, ipsaque adeò morte deterioré esse illis per-F suasit: vnű esse vtriusque mali essugiú sapienter as serens, si ad Dominum perfugerer. Puelle porrò, quũ ambæ in matris sententiam discederent corporibus suis ritè atque decenter eo habitu quem tum tempus suppeditabat amiciis, quia in medio erant itinere, paululum à via digressæ, custodibus deceptis, in fluuium qui ibi præterfluebat se coniecere. Aliud quoq; in eadem vrbe fororum par, non minus quam illz virginitatis dote, vnanimi consensu, pulchritudine vultus, animorum generositate claræ, divitiis quoque & præclari nominis fama illis non inferiores, studio etiam & zmu latione pares, eodem decurrentes stadio, vt tamé non sola terra eiuscemodi obtineret ornamenta, in sinum maris seipsas præcipitarunt. Hoc enim ita eas facere, quorum incomparabilis esset improbitas, persequutores simul & impudici homines cogebant. Addam quoque aliud grauis & pu dicæ virginis, sanctum quidem illud, sed festiuum etiam at que facetum factum. o ij

Houghean tiochena vidua filia,ne Se stup.o & idololatria cŏ taminarent, matru suasu ∫e èn amne

pracipitant.

Rufeb.lib.8. cap.12. ilie quoq: duz Antio chana virgimes forereseade de causa i mare se coniecere.

Virtute & costătia mar ices riébi.

CAPPT XIII.

Puella Nico medienfis,qd din factifica re nollet.ad prostibulum dānata, arte ynadă pudi-citiă confersat, 👉 mai

Nã & pri-

nem dăna

do christianã

potim quàm ad Leone co-

f-ßi estu la-

bem padici-

tie apud nos

atrociore on ni pæna 🖝

reputari: nec

quicquă ta-men profuit.

† Puella alis

castitaté quo

que sua pia

techna,quii

impudicis ho

minibus ad

data effet, co

fernanis.

Tertul. 9.

🛮 Lia quedam puella,perpulchrum & inuiolatum testimonio omniū virginitatis ornamentū, quia comprehensa deorum cultum vt summum malum auersata fuerat, impotenti-

bus & impudicis viris ad ludibrium & turpem li bidinem tradita est. Et illa iam ita abducebatur: quum ei casu quodam,inter eundum Antistes ecclesiæ Nicomediensis Anthimus obuius sit. Ibiq; ab illa interrogatus, vtrum sibi è duobus æqualibus malis magis eligendű videretur? respondens ille: Filia, inquit, Euphrasia, pulcherrimum quidem est castæ virginitatis donum, sed maius præ-

« stantiúsque sidei præceptum. Quandoquidem ea nim, si casus aliquis aut necessitas ita ferret, mul-« to magis pallam ipsam præstaret quàm corpus di

« ripientibus dare: in præsentibus quoque malis& « tentationibus eodem modo rem dispicere conue

« nit. Et si permissum non est vt vtrunque retineas, vt saltem animam incontaminatam conserues, sa ciendum tibi esse duco: vt scilicet mente ipsa per fidem confirmata, carnem iniuriis & contume-

liis improborum permittas. Consilio viri eius co gnito, animo etiamnum in vtranque partem flu Auante, tandémque se vt vtrunque saluum retineret,cofirmante,quò abducebatur sequitur. Atque vbi iam in eodem est conclaui cum improbo iuuene clausa, techna quadam illum circumuenit, veneficam se esse profitetur, mercedémque ingentem conseruatæ pudicitiæ pollicetur, quæ eum à morte conseruet:pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus & præliis nullo prorsus telo aut ferro violari aut confici posset. Quod si de tali remedio, inquit, periculum facere vis, illico id tibi manifestò exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tum illa verè sapiens, ceram oleo liquefactam, manibusque subactam collo suo circucirca inungens illinit: quod vbi perfecit, petere eum ingulum suum ense quibus posset viribus adacto, remedisque eius vim & efficaciam experiri iubet. Atque ille,quam po tuit validissime ensem in eam demist, capútque eius icu vno resecuit. + Consimiliter huic virgo alia libidinosis ad turpem concubitum data, ad cam venientibus, putridum contagiosumque vicus se in tectis membris occultisque locis habe re dixit: cosdémque, vt sibi ipsis parcerent, ne scilicet consuetudine Venerea se quoque eo malo contaminarent, rogauit: dilato fædi congressus tempore, quamprimum integram valetudinem recuperasset, se in potestate corum futuram pollicita. Ad hunc modum infanis amatoribus dece ptis, Deus pudicitiam eius tali arte conferuauir, & se illa ab illis absoluit. 🖈 Alius enim iuuenis quidam, sub libidinis & petulantiæ prętextu meretricularum curatorem lenonem accedens, noctem puellæeius quinque numis aureis mercatus, & ad eam ingressus, tunicam quidem ipse sua ei iniecit, eamque yt agnosci non posset, probè contectam exite iussit : ipse autem vestibus illius amictus, & deprehensus, capitis pænam dedit. Eodem tempore Ascetes quidam, castitatem & virtutes alías piis studiis sedulò meditans, æquali

decertauit agone. Is quu expugnari omnino non

potuisset, nullamq; aduersarits vincendi spem re- D 🕬 🚾 🚾 liquisser, post innumera tormenta in lecto vincu lis ligarus reponitur: & mulier impudica ad eum immittitur, quæ illum complectens, exosculans, manúsq; petulanter ad membra secreta adhibés, procacissime ad rem illicitam, nihil prorsus lasciuiæ & illecebrarum prætermittens, concitat. Ille aliud quod faceret no habens, linguam iple suam morsu concisam, dentibusq; comminutam, in faciem meretricis expuit. Qua re sibi ipse quidem pro voluptate acres dolores, impudicæ autem illi probrum atque stuporem cum acerbitate,tam ve hementibus illis illecebrarum infultationibus fu perior, conciliauit. Et sicuti in certamine pudicitiæ aduersus eam victor fuit, ita paulo post vitam martyrij sigillo confirmauit.

CAPPT XIIII.

Adem tempestate & Pantaleon, qui & Pantaleemon dictus est, enituit, verbisque & factis miraculorumo; prodigiis Christu exaltans magnifi-

cauit.Factis quidem, quib° ille infustabilibus cruciatibus fortiter restitit:depugna-E uit enim cu ferro secante, plumbo fervente, & ro ta membra comminuente : atq; in æquore maris innatans, lapidé molarem perinde atque leué volucrem suŭ traxit, in medits vndis non aliter atq; in sicco pauimento subsiliens: bestiis quoque & gladiis, vnà cum Hermolao episcopo, Hermippo & Hermocrate superior fuit: & ita corpore solutus, spiritu coniunctus copactus atque vnitus est. Verbis autem, quibus Dei mysteria & virtuté deprædicans, aduer sariú ipsum pudefecit. Hoc ipso anno & clemes Ancyranus episcopus, cum Agathangelo excellentissimű martyrium suű est exor sus. Viginti octo nanq; annis pro Christo splendi dissimű absoluit cursum. Siquidem post műdum conditú quicúque pro Christo certamen igne fer ro, lapidibus, lignis obierunt, quive cu bestiis depugnarur, & diuturnis vinculis afflicti sunt : præterea qui diuersis modis in terra, in aëre, in aquis, cũ suppliciis sunt colluctati: tum auté qui vel frigore, vel calore nimio funt confumpti, aut qui aliis quibulcuque pœnis & tormentis vitá amilerunt, eos omnes meo quidem iudicio sanctus ille F Clemens, & cũ iplo Agathangelus longe superauit:primum quidem Romæ, deinde Nicomediæ, quu feritate & crudelitate aliis præstantes tortores, eis excruciandis, vices per successione mutan tes, ab omni iam tormentoru specie destituerentur:ad postremű auté gladio percussi, vitá hác im mortali illa comutarut. Quomodo verò Eustratium, + comitésq; eius præteream?qui ex Arabra cis regione Armeniis finitima ortus, in Græcarú quidé disciplinaru scientia nemini erat secundus, professionem autem nostrá occulte discens, propalam Lysiz Orientis przefecto inseruiuit: qui ibi impiorum imperatorum iussu, cædes piorum ho minum patrabat. Enimuerò Eustratius scriniarius, siue Ducalis ordinis scriba factus, quum mirificam nobilium martyrum constantiam vidisset, amulationémque corum in animo concepisset, non alios expectat accusatores, sed seipsum ipse defert. Nam impioru amentiam & vani

taté coarguens, in sublimé extésus, acriter verbe-

scindit.

Hermola episcopi, Ha mippi,Haoctalu.

Item Cleni. en Angra mi eposcopi,a Agaba-

EoStraii

u pudici n merte sua redimie.

Monacha inter impudi illecebras,lim

Eugeny, Au

Orestin,

Enlampy. Eulampie. Anastasia. Anastafia. alterius. Agapa. Irene Chionia. Sergij. Baschij.

Georgy.

A ratur, igne viscera eius adurutur, sale & aceto perfunditur:ad hæc fragmentis testaru ita obteritur, vecotus iple vnum videretur esse vulnus. Vt autë diuino nutu, corpus fortissimi martyris veluti squamis ab eo delapsis, ad pristinú formæstatum est reuersum:idem stadiú eiusdem cum eo animi Eugenius ingreditur, & item Auxentius, Lysia autem Nicopolim proficiscete, martyres crudelem in modum tracti atq, raptati sunt. Ibi etiá Mardarius est productus. Et Auxétius quidem capite est plexus: Mardarius autem per talos in sublime suspensus, subulisq; ignitis perforatus atque dispun ctus, & facibus insuper exustus, vitam finiit. Cete rum Eugenius, o in impietatem inuectus eslet lin ' gua abscissa, deinde manibus atque pedibus eius fractis, decessit. Sapiés verò Eustratius, cum Oreste, ad Agricolaum Sebastiam abductus, per igné vterque holocaustum Domino sunt oblati. Multiplices quoque & variz torturz Eulampij & Eulăpiz în vrbe Nicomediensi: Anastasiz ețiă, quz Romæ membris est mutilata: alteriúsq; ei cogno minis, quam post supplicia alia tolerata ignis tan dem consumpsit. Insuper Agapæ, Irene, & Chioniæ, nobilissima martyria silentio prætereunda non sunt. Sicuti neque Sergij & Bacchij, egregiorum sanè victorum, ad finem vsq; conseruata for titudo:quorum alter fustium lethalibus verberibus, alter gladio interemptus est. Alioru verò innumerabilium, quis vel saltem ipsa nomina, vel martyriorum genera recensere queat?

CAPVT XV.

lídem quoque téporibus,Georgius ille, magni inter certatores istos no minis & agminis martyrű coryphęus,laborum pro Christo toleratorú lveros percepit fructus. Hic in Cap-

padocia adhuc adolescens forma præstanti,&qui nodum prima produxisset lanuginem, fortissime cerraminibus pro Christo perferedis martyrium obiit. Captus enim, quòd in dæmones acriter inuectus esset, Imperatorumo; impietatem derisssset, supra naturæ captum perquam acerbos susti-C nuit cruciatus. Nanq; post carceré & vincula, vngulæ acute eum excepere: mox calce ardenti est adustus, sidiculísque rursum distractus, mucronibus mébratim dissectus, plurimisque aliis pænarum tormentorumq; machinis attritus, generosam animi sui constantia, firmumque mentis suæ robur satis declarauit. Adhec Glycerij impostoris + bouem euertit ac sustulit, & Alexandram reginam iamdudum defunctă oratione fola ab infe ris reuocauit: tandémque vt virum decer, gladio percussus, ex hac vita migrauit. Nobilis quoq; ille Procopius Cælareæ Palæstinæ natus,inter marty res eodem tempore illustris maximè fuit, cui Dio cletianus Ducalem quide in Oriente sublimitate dedit, Christus auté eum è cœlo ad se veluti Paulum vocauit.Et is quidem illa accepta, inexpugna bili verò crucis armatura perinde atq; generosus & fortis miles armatus, primum aduersus cos qui sensu percipiuntur, deinde etiam in eos qui mente sola perspiciuntur hostes depugnauit. Aureis naq; & argeteis, quos sibi fieri curauerat, diis co minutis, corúmque precio in pauperes expenso, mox etiam cum eis qui friuolos adulterinósque D deos propugnabant, bello cogressus, illorumque infirmitate per infamiam notata, ipsius verò Iesu Christi immensa naturamque supergressa poten tia magnificè laudata, quas non ille pœnas fortiter tolerauit? quæ illum fidiculæ & torturæ præteriere?quibus vngulis cutis eius concisa non est? quos ignes quasve faces membra cius experta nó funt?quorum ferramentoru mucronumque corpori eius intentatorum acies hebetatæ non sunt? Per quæ atque his similia tormenta, quáplurimis ex primis intimísque imperatorum cossiliariis ad Deum præmissis, postremò & ipse gladio percussus, cum incredibili laticia ad dudum sibi desideratum Christum concessit. Herculius auté, quum Thessalonicam venisser, Demetriü quidem Chri sti martyrem, primariŭ eius loci virum, ciuitatis. que adeò ipsius præfectum, quei Christum protiteri delatus esset, custodiri iubet. Ciuitati auté cer tamina & ludos equestres exhibet. Arque in iis lu ctatorem & pugilem nobilem atque invictu, roboréque & viribus corporis insustentabilem, artis militaris & bellicæ peritum, cuius fortitudine E Maximianus gloriari etiam solitus fuerat, nomen illi erat Lyxo, in harenă producit . Quum itaque is in medium processisset, neq; quisqua esset qui cum illo congredi auderet:iuuenis quidamThefsalonicensis ciuis, aspectu pulcher, moribus auté humanus & gratiosus, ac martyri Demetrio maximè charus, Nestor nomine, celeriter ad Demetrium currit, ab eóque petit, vt quum ei cum pugi le illo cogredi permittat, tum oratione sua robur viresq; augeat. Demetrius ei benedicir, &, Lyæu: (inquit) vinces, simulque pro Christo martyrium fustinebis. Ille in certamen progressus, Lyzum, in mucrones, qui in terra sursum versum defixi fuerant, prostratu occidit. Sed & ipse illico, imperato ris iustu, qui ira contra eum exarlerat, occiditur. Deinde quoque Demetrius, & illum precatione cofirmasset, hastis platera pluribus cofossus, è vita excessit:& in proximű coniectus puteű, ad hunc vsque diem iugem vnguentoru profert fontem. Hæc de celebribus illustribusq; martyribus. Qui verò reliquoru multitudinem cognoscere vult,is diligenter Eusebij Pamphili volume legat, quod F de cœtu martyrum compoluit, in quo ineffabilis Christi virtutis & potestatis clarissima indicia atque testimonia ostenduntur.

> CAPVI XVI.



Amvnuquenque coru nominatim recensere, nó modò diffici-le mihi esse, sed neque omnino tieri posse videtur. Ve auté simplicius præclarissimos quosque referamus, primus veluti in pu-

blica verę pietatis colūna illustrig, loco propona tur Nicomediæ episcopus Anthimus, capitis sup plicio defunctus. Secudus sit, qui vita omné san-&issime peregit Antiochenus Lucianus, ecclesiz vrbis eius presbyter:qui verbis iuxtà & factis Ni comedia in prasentia imperatoris bona professione columnauit. Tulit quoq; Phænicia spectatos martyres, rationalisq; gregis Christi preclaros pastores, ecclesia Tyri episcopum Tyranionem, & Sydonis presbyterum Zenobium.Syluanus au

Lyans pugil,

Nestoria.

A tem, Emesenæ ecclesiæ antistes optimus, cum

quibusdam aliis, bestiis obie dus, inter martyres

cælestibus perfruitur gaudiis. Antiochiæ porrò

duo præcipui, fortissimè morté perferentes, Deo

victimam seipsos obtulerunt, alter in vndas ma-

ris proiectus, alter (erat is Zenobius, medicorum

optimus) laterum tormentis immortuus. In Palæ

Tyrannio martyr. Zenobius. Sylvanue. Martyr dad 1274 D. Zenobius.

Szlvanus cib 39 fociu. \* iv quivol. Ecufeb. Peleus. Nilus. Pamphilus. Petrus Ale xădrinus eși EpiAgyptÿ

Pax ecclesis

vii ante Dio-

4 Repentina

sub Diocle-

siane Chri-

stianorii per

Sequusio.

clatianum.

stina apud Gazam Sylvanus epilcopus, cum aliis vndequadragita, ad \* Phæne æris metalla gladio est confectus. Peleus auté & Nilus, Ægyptij episcopi, cum quibusdam aliis non paucis, igne sunt combusti. His accenseatur magnus ille & admirandus Cæsariensis Pamphilus, cuius filius (sicuti ferturive autem alij putant, sororis eius filius) fuit Eusebius, ecclesiasticus historicus. Alexadriz verò & in Ægypto omni, atq; etiam Thebaide, primas fert epilcopus Alexandrinus Petrus, certilsimus episcopalis functionis canon & regula. Cum quo codé stadio decurrerunt, Faustus, Didymus, & Ammonius. Præterea auté Phileas, Hesychius, Pachomius, & Theodorus, Ægyptij episcopi: & B innumerabiles insuper alij satis celebres, qui in li terarum monumenta no relati, ab eis apud quos martyrio sunt defuncti hominibus magnis ornātur laudibus. Eorum verò labores & certamina hi storiæ huic inserere, quod præter institutum nostrum sit, visum non est. Restat nunc, vt palinodia & recantationem perpetratæ in nos crudelitatis adtexamus. Fuere quidé antea nobis à Romanis imperatoribus res quietx & tranquillz, quo tem pore professio Christiana omnibus modis quàm maxime floruit:ita vt totis decem atque etiamviginti annis splendida pacatáq; serenitate plurimű fulgente, frequentissimos ageremus conuentus, iucunditatibusque ac deliciis frueremur, & pace secura quasi difflueremus, libertate nostra magis ac magis gliscente, at que increméta sua indies ca piente. 2 Ecce autem de improuiso imperatores Tententia mutata, citra clarigationem atrox illud & irreconciliabile contra nos bellum mouent, quod propè perpetuum durauit biénium. Quum

CAPIT XVII.

tio repetens, quantum potero exponam.

verò nouum infolitúmq; quiddam autori & duci

importunitatis eius & malitiz accidisset, rursum

id mutauit omnia, & ad statum inopinatum addu xit, tebus imperij in duas partes diuisis: quod ante

id tempus ad cum modum factum esse non legi-

tur. Ego verò mutationem eam altius ab ipso ini-

Diocletian?
& Elerculi?
biënio toto cö
tinëter Chri
filmos affliuoriit. Perfequotionë alle
reliquë anniu octo tyrë
ni foccessiores



Iocletianus ipse viginti duobus omnino annis imperium tenuit: & quarto imperij sui anno, cum æqua potestate, Maximianu Herculium sibi adsciuit. Horum Diocletianus generum sibi in filia Gal

leria legit \* Maximinum, qui etiam Gallerius est cognominatus. Maximianus Herculius autem Theodoram priuignam Costanti, cui etiam Proceri & Chlori cognomen fuit, Claudij, qui ante Diodoimi

gener Constant Chlorus
Idam Constant ex Elama, umore priore
fustulis Confrantinum,

tum obtinenti dignitatem, in matrimonium locauit.Generi porrò isti, ambo vxores antea habebat, sed eas in imperatorum gratiam repudiarut. Theodoræ porrò frater erat Maxentius, qui, sicuti deinceps dicemus, in Miluio ponte interiit. Ex ea Constans duos suscepit filios: Constantiu, qui impij Iuliani & Galli pater fuit: & Anibalinū,qui Dalmatius quoque dicus est, iunioris Dalmatij patrem: & filiam Constantiam, que Licinio postea Cæsari renuciato nupsit. Gallerius Maximinus Diocletiani gener, duos quoque habuit filios: Ma ximinum, qui Oriétale tenuit imperium, sub quo Balilij magni paterni parentes, propter eius squissimam persequationem, in solis habitarut montibus: & Seuerum, Romæ Cæsarem declaratum. cuius in locum deinde Romani suffecerunt Licinium, Constantino gratificati, coniugis illius fratri, qui tum in Galliis & Britannia cum imperio fuit. Cóstans enim Chlorus, aliú quoque ex beata Helena sustulit filium Constantinum: cui etia imperium, quòd Christianam ritè suscepisser sidem, reliquit: reliquis, quos ei Theodora genuit, filiis (propter segnitiem) abdicatis. Constantini E eius ortus sic habet. \*\*

Aurelianum imperauit, + Amitino tribuniciam D fort exe

CAPPT XVIII.



Yranni, quos diximus, quum irreconciliabilé prorfus furoré in Christum suŭ satis ostendissent, continuò variæ grauésq; diuina vindista plagæ imperiŭ Romanŭ obruerunt. Na Persæ, Parthi,

Sarmatequoq;, et pleriq; alij finitimi populi, Vara cho duce, Romana ditione vastarunt. Ad quem per fædera pacta placadu, qui tum reru potieban tur imperatores, Constanté Roma legatu misere, vt quum pacé cum eo componeret, tum annua ei dona, redimendi scilicet belli gratia polliceretur. Is ab occidéte orienté versus nauigas, ad locú qui + Drepanum dicitur, applicat. Situm autem est Drepanu ad Nicomediz sinu, in altu mare logius prominés. Ibi Constanti desideriú cócubitus incessit. Quod vbi cognouit hospes eius, magnisicétia & splendore cohortis eius regio permotus, F filia ei sua, venusta forma ætatisq; flore iam nubilem puellá cóciliar.Ille cúea ré haber, cócubitúsq; mercede peplű ei purpura intextű donat. Nocte ea Costanti mirifica visio est oblata, quæ cu timo re quodă perculit. Quapropter & puelle patré est cohortatus, vt filia, quæ inligne quodda \* donarium gereret, impollutam diligétius asseruaret:& quod ex ea natu esset, accuratius educaret. Vidisse appe le ea qua dictú est nocte aiebat, i tabernacu lo suo,preter naturá ab occidétali oceano oriété + solé. Cæterű legatione recte obita, Cóstás alio itinere Romă reuersus, vnà cũ Gallerio Maximino Cesar est creat inec ita loge post, vterq; Augu stus factus. Et Diocletianus Herculio imperatore

Scuerum,

Constantium patrem & Galli Inliani Dalmatium, patrem Dalmaty innierie, Constantiam, Liciny russem. Confions al Por(as logatur. Ab aliu Dropana no

minatur.

quuti. Infiè

(49. 22. \* Nennali

Maximia -

në vecent

De Diocle-

tiano et A1a

rúmą; bberu

organis. Constăt cu

alij Conftan

† Per filia

mepoto, Eutr.

Drepani Ci flans filium Conflantinii cross.

\* mjaken

† puspico. Cifiži Cido rm, Masiminus Galls rim, Caferes Lidem AA

Digitized by Google

\*\*

Conftans #4

tura mitißi-

mu ,Italia

O Africa

imperium su

scipere recujanit,Brită wia & Gal-

lia conté tor.

Pop. Latm.

e Apud a-

lios reperitur

Olympias

restian.

obitsu.

d Alma

rum regie

pracipue ope & opera Co

Santmus im

perium arri-

puis.

272. 0 bec

f Constantie

Entrop. Ere

De Hdons A Confantini matre hiftovia variant. Greci sam. matieni sua arrogent, La tini Britonii regis filiam fuiff-feribut. Pater quippe Conftansini Conftas Gallia er Britānia im perauit. † Posteriore Constătimus ula Dio eletiani edu-Domefici scholarum, quales esiãseem in Prin B cipum aulis almusur regÿ paeri.

Romærelicto, ipse Nicomedia se recepit. Accidit deinceps, vt Oratores alij ad Parthos mitterentur, qui & ipsi Drepanum diuerterunt. Et qui Constăti ex hospitis filia Helena progenitus erat infantulus, puerilem ludens ludum, à quodam ex Oratorū comitum numero offensus, admodum ei succensuit, & obiurgationes illius indignissime tulit. Ibi tum mater, Constantis eum puerum esse indicauix:camque rem, peplum illud purpura exornatum proferens, confirmauit, & facies ipsa indolésque generola filium illius elle fatis teltabatur.Ea re Cŏ stans ex legatorum sermone cognita, postea comi tatu regio puerum vnà cum matre Romam adduci curanit: Veritus autem, ne illis absurdi quidqua à Theodora + legitima vxoresua per zelotypiam & conjugalem æmulationem accideret, Constantinum filium Nicomediam ad Diocletianum, qui ibi cum Gallerio Maximino genero erat, misit. Atque ibi ille benignè susceptus, in palatio apud Imperatorem vixit: & inter domesticos scholaru adscitus, Grecas disciplinas addicit, simulque Chri stianismum est complexus.

CAPVT XIX.

Vum autem videret illos Chri-|stiano gaudere sanguine, abborrere ab eorum consuetudine & cottubernio cœpit.llli porrò Deorum superstitioni, vt nulli alij, quam maximè dediti, auguribus

auspicibusque consultis, occultè cognouerunt, Co stantinum non modò toto Romanorum imperio potiturum, verum etiam Græcorum idololatriæ euersorem, ac Christi & Christianorum eximium amatorem futurum. Itaque Diocletianus illum Alexandriæ in Aegyptia<sup>2</sup> Achillis rebellione, quáuis egregia manu edentem facinora, interficere est conatus: & Gallerius in Palæstina ei insidias struxit. b Quibus ille copertis, nutu Dei, qui omnia rectè & sapienter dirigit, Nicomedia soluens, ad patrem in Gallias traiecit: qui illum etiam, Chri stianorum sacra piè colens,& propediem testamé to iam condito moriturus, ad se commodum euo cauerat: quo maiore etiam animi voluptate & læticia aduenientem eum excepit. Assurgens igitur in lecto, aliis abdicatis, quum ei ipsi liberi, Senatus, populuíque vniuerius, & aduene quoque permulti adellente, infignia Imperatoria & coronam auream Constantino imposuit, præconis munus ipse pater in filio adimplens. Hac enim ad Senatu & filium ipsum est loquutus: Nunc mihi mors vita ipsa dulcior est futura : nunc optatus adest obitus. Teneo siquidem maximum Epitaphium, sepulchraléque monumentum, meum filium. Et quod in terris Imperatorem relinquo, qui Deo be ne iuuante, Christianorum lacrymas abstersurus, & patratam ab impiis tyranis crudelitate vindicaturus est:id ego sumæ mihi felicitatis loco esse du co.d Deide ad multitudiné couersus, bono animo esse omnes iussit, qui à vera in Christu pietate non desciuissent, quem deinceps cu Constantino in ar mis fore dicebat. Constans namque in crapula illa impietatis sobrietate conseruauerat, & Christi religionem obtinere plurimum studuerat, atque

in ingenti illa iniquitatis eluuione igniculus inex- D tincus permanserat. Quum etenim plurimum esset vbique piaculorum, & cædes ciuiles per orbem vniuerlum grassarentur, quæcunque sub eius ditione erant vrbes, immunes ab ea contaminatio ne & clade erant. Et imperium eius veluti tutisimus portus erat pietatis Christianæ, in quem, quicunque propter Christum affligerentur, rectisimè perfugiebant, ibique conseruabantur. Con-\* stans, Constantino Imperatore facto, e primo an- \* no ducentesimæ primæ Olympiadis feliciter decessit, etatis quinquagesimo sexto, Imperij autem vigelimo tertio:quod ita cum magna gloria admi nistrauit, vt à Romanis quodammodo in Deorum numerum referretur. Natura namque fuit maximè leni & clementi, nec vnquam quidquam contra nos egit:imò nos ille semper fouit & sernauit, sicuti est dictum. Quapropter dignam etiam tali vita est consequutus mortem, tam moderato & pio filio successore & imitatore absolutissimo sibi constituto, defunctus. Hzc de Constantino, qui ita diuini numinis prouidentia ad Imperatoriam sublimitatem est euectus, satis sint. Nam hac de re deinceps quoque dicemus. E

\*\* De Constante isto Ensebies lib.1.de vita Constantini mo morat, percharum eum cinibus & subditu suu fuisse, quos unllu ex-actionibus granarit. Et cum aliquando sine Diocletianus sine Mazimianue per legatos pecunia ai penuriam obiiceret illum opulentifi i mos quofque, re se pecunia ad necessarios rsue prabenda adiuvarene, enocasse: Hi verò magna animi alacritate ingentem vim anri & ar genti ,de occasione principi suo gratificandi sibi gratulantes , ad ellum en qui dicti sunt legatu prasentibus attulerunt. Tum Constant ad le-gatos conversus, nunc demum sibi dixit reprasentatum the saurum esse, qui dudum apud ciues snos sernatus fuisset. legats rennnciare boc Lugusto insi, cum admiratione discessere. Et Constant cinibus svie iam cam omnem reflituit.

CAPVI XX.



On multum intercessit temporis,& Diocletianus vnà cum imperij sui consorte Herculio Ma-ximiano, ex constituto Salonæ convenêre:ibíque inter se consti tuêre, vt die vno ambo Imperia- p

li potestate deposita, privatorum vestem sumerét: vt quidem Eusebius Palæstinus ait, quod mente capti, desipere coperint: vt reliqui verò scriptores referunt, quod Græcorum philosophorum vitam sibi degendam legerint. Quum etenim satis diu imperio gerendo lumma poteltate víi, & deliciis affluxissent, & gloriam magnam sibi comparasse visi essent, generos etiam suos in locum suum surrogassent, ad philosophandum se etiam per excellentem & superbam ambitionem contulerunt:vt scilicet, quod se imperium optime administrasse existimarent, ex philosophica quoque vita gloria aliquam apud posteros consequerentur. Atque Herculius quidem fune suffocatus, vitam finiit. Diocletianus cum ad extremam prope peruenisset senectam:misere quoque periit.Galler.bMaximinus autem diuinis expetitus plagis, toto primű corpore tumorem ingentem concepit:quo deinde variè disrupto, lente ita emarcuit, vt blasphema cius & impia lingua, quæ iniquitatem in altum euomuerat, intra fauces iplas vermium vim profer ret, qui ex ore illius prorepentes fætore pessimo

a Diederia nu Nicome die, Manmianas Me diolani par-مقامه puram e die poswere. Bias rei can ∫a excesitur,

> Dieletian9 pest tritiphe de Persis a-Elum, adora ti voluit. Et frarem se so lie et luu recari, peddf que fibiofiu lari,aure & nis e alenta est ornans, pracepit. Pomb. b Mors Ma aimiani Gr

perÿ Ale-zandria per zoenses aliquot obsess, e in poteft atem reda-Elm, fern à Discletians obiellus. Achillena alÿ hunc vo cant. Confiantin<sup>9</sup> parta ex Sar matu egre-gia victoria, veritus ex ca lande gliscen tem innidia, ad patrem transfugit. Bapt. Egna b Infidia fibi ftru Elas Couff ations e Conftansione à pa-tre Conftan-Sa successor Impery infi d Constans

Christian

Samper favit,

a Achilles

incubator im

o iiii

Diocletiani Egnatim Sechie: Obiin duvdeoctoginta natus annos vel alienatione mentu, vel zeneno hanfto, veritue Luinium ac Constantini qui illum tã quam Maxentÿ fauto rem graniter increpuerat.

† Genitalibus putresce tibus, vice tedio vino Shi zladio intulis, Egnat. 6 Gallerius Maximinu in Oriente imperat. Conflätinue in Gallia. \* al. Sapo-Saboriudrex l'erfarum. d Maxetius Augustus. e Maximini & Severi obitus. Licinius Ca e Senerui à M axențio fusus, Raus па сарыя 🕜 cesu est.Orof. Ad tres tabernu extinchus eft. Entrop. A factione Maxenty Rema intra Tabernas op pre∬u. Egnat. f Maximinus à Liciwio superat", Tarfi vifceram interno rum morbo periit. Eufe. g Herculius spaperium re psit, sed fro jira. h In Illyrico vicere ingninibus iu-गक्षक, कुं एकmibus vadique crumpen sibus. Egua.

cius de abolica

Disclesiani. A locum habitationis omnem replebant. Postremò autem, more+canis quam maxime latrans, sceleraram & nefariam cum quadam violentia exhalauit animam. Gelalius porrò Casarea Cappadocum episcopus, literis memoriæ mandauit, eos im perio deposito postea pænitentia ductos, id recu perare voluisse: sed senatus consulto necatos esse. Sunt qui dicunt, per furorem & infaniam aduersus Christum eos imperium abiecisse: quòd propter viriles nobilium & generoforum martyrum & constantes animos, illius nomen extirpare, & tollere non potuissent. Verum enimuerò illis ad eum modum extinctis, & Constante Constantini patre in Domino defuncto, in Orientalibus partibus Nicomediæ Gallerius Maximinus imperiú tenuir, in Occidente autem in Galliis Constantinus summam rerum administrauit. Apud Persas tum XSaborius regnauit, & Romæ post Miltiade Syluester ecclesiæ præfuir. Eo tempore Romæà militibus dMaxérius Herculij filius, Augustus renúciatus est.Gallerius autem duos filios suo s,Maximinum & Seuerum, Cæsares dixerat: atque illi Orientis, huic Italiæ imperium destinauerat. Vter que verò codem periit tempore: Seucrus morbo +extinctus:Maximinus in Cilicia, quum paterna ad seditionem pertrahere conatus ellet, turpiter f vita defunctus. Quare Licinius Constantia sororis Constantini maritus, à Maxentio & sacro diuinóque Constantino Cæsar est factus. Id verò pessimès ★ Herculiũ Maximianũ habuit, qui tũ adhuc tantum Cæsar dicebatur. Quòd namque natura tyrannicus esset, dignitate Imperatoria arrepta, leiplum poltea Augultum creauit: & poteltatem, quam antea depoluerat, védicare sibi rursum volens, infidias quas filio Maxétio struxerat, perfi cere, militibus qui Romæ erant impedientibus, non potuit. Qua re desperata, ad Constătinum ge nerum insidiis & ipsum circumueniendum atque tollendum se convertit. Sed cossilio eius à filia Fau sta Constantini coniuge deprehenso, ex Romani Senatus decreto est interemptus. Mortem eius h fædam mox ignominia alia est subsequuta. i Imagines enim eius & statuæ in locis omnibus omnes,tanquam impiæ & piaculares,euersæ atque abolitæsunt. Atque vt eò vnde digressus sum redeam, tyrannis illis sublatis, Constantinus ditioné paternam in Gallia & Britannia tenuit. Gallerio Maximino Nicomedia & Oriens paruit. Maxentius Herculij filius Romam atque Italiam ipsam cum Imperio habuit: & cum eo Cæsar Licinius.

\*† Maximiani Herculÿ coniunx Entropia fuit, vnde Maxentiñ & Faustum suscepit. Entrop.

### CAPVT XXI.



Axentius vt se primum populo Romano arte quadam per assen rationem insinuaret, pietatem adsimulauit:& apud eos qui eius imperio erant subiecti, Christianorum persequutionem edictis

propolitis inhibuit : fidémque & religionem præ se ideo tulit, vt sub eo obtetu decessores suos mul tis modis flagitiis superaret. Nequaquam enim ta lem se rebus ipsis exhibuit, qualem esse finxit. Et ad impura atque impia scelera delapsus; ad sum-

mam turpitudinem & fæditatem nihil reliqui fe- D a Manilin cit. Nam potestate sua abutens, vxores à maritis suis per diuortium segregatas corrupit, & corruptas illis remisit: talibusq; iniutiis viros primæ dignitatis, qui in confilio eius erant, affecit. Quam ob causam omnium bonorum vniuersique popu li, vnà cum metu, ingens in eum est cocitatum odium. Grauissime enim crudelissima tyrannide ve xabantur, neque spes quæpiam, vt finem aliquando savitia tanta caperet, reliqua erat. Per quamuis fiquidem occasionem satellites suos immittens, maximam vim hominum iugulabat. Et iam cælorum ea erat multitudo, vt numerus eorú iniri non posser.In iis non pauci fuere Senatorij, quoru bo nts infidiæ struebantur. Malorum verð talium coronis tandem in magicas imposturas & incantationes euasit. Aliquando namque mulieres grauidæ sunt discissæ. Nonnunquam tenellorum infan tiu viscera perquisita. Leones insuper mactati. In bellis quædam euocationes & expiationes dæmo num peractæ, quibus ille victoriam sibi conciliari est arbitratus. Et Maxentius quidem talis fuit, tyrannorum crudelitatem longè supergressus. Sub quo Romæ tanta rerum necessariarum fuit penuria, quanta nunquam antea fuisse memoriæ prodi E tum est. Maximinus autem Tyrannus Orientis, eadem faciens, contentione quadam illius fædisima scelera vincere, primasque in flagitiis ferre stu duit.apud quem magi, & id genus præstigiatores, præcipuos tulere honores. Et quum superstitionis esset quàm maximè studiosus, atque in idolorum cultu & errore prorsus immersus, nullam rem vnquam vel minimam facere est aggressus, quin vates & auspices consulerer. Ita scilicet est factum, vt persequutionem aduersus nos susceperit multo acerrimam, ac templa Deorum passim constru xerit, lacerdoté lque per oppida & loca omnia cóstituerit, & per prouinciam quamlibet Potificem eis præposuerit, celebrem quempiam & præclarū virum, qui se satellitio militari venditaret atq; circumferret. Præstigiatoribus alissque nominibus impiis hominibus, veluti Deotum amicis, ide maximas quasque concessit dignitates. Exactiones pecuniarum innumerabilium instituit. Populos subiectos gravissimis oppressit & antea inauditis oneribus. Locupletum domos vel minima de cau sa & prætextu vndecunque petito compilauit, bo náque corum adulatoribus & mimis suis est largi tus. Vino autem multo deditus, ad summam contumeliam, petulantiam & crudelitatem, que ex ebrietate proueniunt, nihil fecit reliqui. Quapropter per sobrietatis tempus, graui de flagitiis per vinolentiam admissis, sæpe pænitentia est actus: & quòd prolixissime crapula se ingurgitaret, nihil sceleris intentatum reliquit, samiliaribusq; suis omnibus turpitudinis magister fuit. Disciplina mi litari foluta, autor fuit, vt exercitus ad deliciarum & rapinarum studia delabererur. Ordinum militarium duces, & prouinciarum rectores, perínde atque tyrannidis eius focij, auariciæ artibus fe col locupletarunt. Fæditates porrò quas libidine inci tatus perpetranit, stupráque & adulteria eius, quis quæso exponere possit? Ciuitatem præterite potuit nullam, quin pleræque mulieres vitiarentur

atque raperentur. Nec in nos folos, sed in omnes

etiam subditos suos res tá graves exercuit. Apud

Sab pretexts Christiani mam fedij. fimäg; ex ces tyranidi. Oderunt, que metuil

Maximini in Oriente

Christian



\* Lig ploper gregiè de puntia छिंदिनda decer Alexădribens one amittere 💇 explare,quã caftitatem erderesm luit, Rufino. eam Derothean nami ad.

Mulier Remana candi ob caufam fi bisps man Sophroviano Rufinus vo Miver 25 µक्षाम केरकेर - المئدلة بإلاه لكف ينهر موده THTON & WAek Micienins zigukty ágt Ŧİ, KAL WW 4fuulva Xo-TIONE BIANG-TLPSY. Propter chri fian erum persequatio mas clades

A nos quidem in Oriente iuxtà & Occidente, non viri tantum propter veram in Deum pietaté, aduersus ignem, ferrum, gladios, maris vndas, famé, æstum & algorem, & cotra bestias, membrorumque concisiones depugnarunt : sed & mulierculæ diuino confortatæ verbo, cadem hæc perferre sustinuerunt.quæ,quum+ad corruptionem,stuprű, & pudicitiæ contaminationem ducerentur, vitam citius quàm corpus prodiderunt. Id quod egregiè ostendit Alexandrina illa mulier, opibus, vitæ instituto, virtute, & in primis castitatis gloria celebris, quæ libidinosum eius animum fortissime superauit.Quum namque eum illa obtestaretur, vt vitam sibi potius quam pudicitia adimeret, quòd cupiditate magis, quæ eum in magnam spem voto suo potiendi sustulerat, quàm ira grassaretur: precibus eius non acquieuit, sed eius in perpetuum a-& exilium substantiam omnem inuolauit, sibiq; vendicauit. Multæ præterea aliæ in plerisque locis, ne summis quidem auribus de stupro se compellari patientes, durissima quæque ad mortem vs que pertulere mala. Quæ quidem admirande sunt omnes, illa tamen præclara maxime nobilissima in vrbe Romana anima. Maxentius namque, qui libidine Maximinum æmulari in animum induxe rat, eadem in rebus omnibus quæ ille, veluti propinquus atque frater,& sentiens & faciens, in edes eius fæminæ ad ministros stupri miserat:maritúsque eius præfecturam vrbis gerens, timore percul sus, abduci eam iusterat. Ipla autem domo egressa, quum paululum admodum processisset, dolosis blanditiis à productoribus suis impetrauit, vt sibi in ædes ad habitumvestitumque cultiorem sumédum redire liceret. Atque ibi quum sola esset, cultro seipsam confodit. Sic illa cadauer eis suum reli quit:facto autem tali satis declarauit, \* reru omnium maxime invictam atque inexpugnabilem Christianorum virtutem, nihilque esse animo firmo & constanti violentius. Tantus vitiorum flagitiorumque omnium vno eodemque tempore per Orientem Occidentémque simul, sub duobus hisce tyrannis, fraternos in sceleribus omnibus animos obtinentibus, prouentus fuit. Affirmare medius fidius certè possum, quòd illi breui postea in tantum sunt coniecti discrimen, nihil aliud in causa fuisse, quam eam que contra nos excitata est persequutionem. Ea verò vigorem statúmque suú firmiorem est consequuta, quum nos consuetam libertatem & constantiam nostram recepimus.

\* De Sophronia huine casu Prudentine scripsisse ridetur: Aut si nupta torum regis conscendere inssa, Carperat impurum domini oblectare surorem Morse maritalis dabat indignatio pænus.

CAPPT XXII.

Vum iam decimus persequutio-nis ageretur annus, nihil illi quo-q; quod vel ad occultas insidias, vel ad apertum incer (1) vel ad apertum inter se bellum pertineret,omiserunt. Bellum e-nim inter duos istos tyrannos ge

ftum est, & mare infestum atq; innauigabile fuit. Quod si id à quopiam navigaretur, eum quòd vtrinque alios alij captos abducerent, fidiculæ, fla-

gra,tormenta varia,cruces,& postremò ignis sup- D plicium manebant. Apparabantur vbique thora ces, culpides & haste: præterea triremes, classes, & instrumenta belli omnia in promptu erant, temporéque eo toto in locis & prouinciis omnibus ni hil aliud vel audiebatur vel expectabatur, quam hostiles incursiones, cædes, rapinæ. Quibus cu ma lis fames quoque irrupit & pestilentia, de qua suo loco dicemus. Hæ tot & tantæ clades circiter decimum persequutionis annum, Deo opitulante, prorsus conquieuerunt, finémq; suum habuerunt, quum quidem post octauum cessare copissent. Quod namque diuina visitatio pro clementia & benignitate sua nos viseret atq; respiceret, seu potius respicere inciperet, qui tum rerum summam obtinebant, sententia sua mutata, palinodiam & recantationem cecinerunt, & perquam humanis literis excitatum quàm maximé contra nos incen dium persequutionis extinxerunt. Quæ res profe-&ò sic non humano consilio euenit. Qu'i enim ab hominibus prouenire potuit? qui,quum quotidie crudeli quadam ambitione ducti, noua aduersus nos tormenta inuenirent, sibi ipsis tamen non sa- E tisfaciebant? Manisestum portò est, opem eam à diuina bonitate nobis accidisse, que populum ipsa suum clementer respexit, autorémque malorum perculit, ac vehementiorem, &, vt ita dicam, mera ciorem iram sua duci persequutionis grauissimæ exhibuit. Quòd si hoc etiam ve tantopere in nos sæuiretur, judicio & dispositione atque adeò permissione diuina factum elle cocedamus, diuinum tamen oraculum:Væ,inquit,ei per quem scandalú & offendiculum venit. Confestim siquidem in eu Dei irruit vindicta, à carne quidem illa incipiens, sed que demonum intemperiis agitatam animam eius quoque pertingeret. Qualis autem ea vindicta fuerit, Eulebium commemoratem audiamus: Circa media enim tectorum occultorúmque mébrorum loca, corporis abscessus, & suppuratio repentè extitit, quæ mox deinde in fistulosum altè radicibus actis hulcus euasit. Id incurabili & proserpente contagione, interiora etiam viscera depa scebatur.Inde incredibilis vermium vis scaturies, F lethalem fœtorem à tota corporis mole excitauit: quæmoles ex nimia edacitate illius, etiam ante ipfum morbum,ad fummum vfque multa aruina obducta fuerat:eáque tum marcelcendo difflues, horrendum maxime & intolerandum accedentibus præbuit spectaculum. Et medici partim ne sustinere quidem summam tam fædi odoris grauitatem potuerunt: partim quòd tam corpuléta mo les magis etiam intumesceret, spe salutis omni abiecta, nihil auxilij, exploratis reb. omnib, tulerūt. Itaque crudelem in modum sunt intersecti. Ille porrò cum tantis conflictans malis, aliquando tan dem nefariam suam erga pios homines temeritatem atque szuitiam agnoscit, acre secum ipse deliberata, primum rerum omnium Deo flagitia sua confiretur: mox præfectos familiaré (que suos ad se vocat.quibus celeriter aduenientibus suader, vt Christianorum persequutione tandem supersedeatur, constitutionéque & edicto Imperiali nobis permittatur, ecclesias costruere. Addit præterca mandatum, vt statas solitásque pro Imperatore preces ad Deum funderemus. Talibus iussis illico ad rem collatis, per vrbes passim omnes Imperia-

Calamitates publica.

Perfoquatio mquescit.

Palinodia

Dinivitus fi nu persecutioni impositau. Permissione diwina Chri Stiani affli-Æi. Vindicta di uina in gra-พißimนี้ mor bum Makiminu inci-Eusebÿ de 🐽

Agnoscie ronfitetur impietatem ∫wam ∫e TA pæmitētia Maximin' Persequutio nem Čhriinhibet.Chri ftianorum Semper olim finit, seduld principii fainte orare:

A lia mandata propolita lunt, quæ palinodiam patra tæ in nos persequutionis eiuscemodi verbis continebant.

CAPPT XXIII.



Mperator Cæsar Gallerius Maximinus, Inuictus, Augustus, Pontifex Maximus, Thebaicus Maximus, Sar maticus Maximus, Germanicus Maximus, Aegyptiacus Maximos, Hquin quies Persarum Maximus, bis Car-

fu ti: V Pal co B di fc & fu ci

porum Maximus, sexies Armeniorum Maximus, Medorum Maximus, Adiabenorū Maximus, Trib. pot.xx.Imperat.xix.Col.viij.Pater patriæ,Procosul:& Imperator. Cass. Flauius Valerius Constantinus, Pius, Felix, Trib. pot. v. & Imperator Cæsa. Valeriº Licinius Trib.pot.iiij.lmper.iij.Cof.Pater patriæ, Proconsul, Prouincialibus suis salute. Inter alia quæ ex vsu & vtilitate reipu.promulgauimus, confilium quoque illud antea cæpimus, vt fecundum veteres leges & publicam Romanorum disciplina rite omnes viuerent. Prouidere præterea & cfficere voluimus , vt Christiani qui à maiorú suoru institutis descivissent, metem meliorem reciperent. Tanta namque consilio nescio quo eos cupiditas inualerat,& tanta dementia cæperat, vt ca quæ dudum à maioribus promulgata, & fortal se prius etiam à patribus corum instituta sunt, reiicerent:& ex sententia sua, prout cuique visum ef set, leges ipsi sibi conderent, eastdem seruarent, & variis in locis varios cogerent conuentus. Et quu edictum eiulmodi à nobis esset propositum, vt ad instituta maiorum colenda se accommodarent, quamplurimi eorum extremo adito periculo, erunísque & cruciatibus toleratis, omnis generis sup plicia pertulere.Nos verò, quòd multos videamus in concepta dementia persistentes, neque cœlestibus diis debitum præstare honorem, neque etiá ipsa Christianorum sacra colere, humanitatem no bis perpetuámque consuetudinem nostram conseruandam esse duximus, per quam ignoscere, veniamque concedere omnibus hominibus libentis simè solemus. Itaque gratiam cam nostram ad id genus hominum quoque extendere est visum, vt scilicet rursum Christiani sint, & in domibus suis conuentus solitos ita agant, ve nihil contra disciplinam publicam committant. Per alias autem literas iudicibus, quid eos obseruare oporteat, indicabimus. Quapropter qui hocillis permittamus, meritò illi Deo suo supplicare debent, pro nostra, reipublicæ, & sua ipsorum salute, vt modis omnibus & publicæ res incolumes sint, & ipsi in domibus suis citra solicitam curam & anxietatem viuere possint.

CAPVT XXIIII.



T palinodia quide sic se habuit, literæque Imperatoriæ per Asia vulgabantur, & passim in prouin ciis & vrbibus legebantur. Maximinus verò Orientis tyranus, qui præ aliis superstitioni deorúmq;

cultui deditus, bellum cum rerum omnium Deo perpetuum gerere constituerat, scriptum eiusmo-

di non approbauit. Itaque præsectos samiliares D suos verbis tantummodò reprimere iussit susceprum contra nos bellum. Et quod sententiz eoru, qui potestate & opibus eum antecellerent, repugnare non posset, in ditione sua literas eas ne lectione quidem & recitatione dignatus, edicto sine scripto promulgato, dolose persecutionem inhibuit. Sabinus verò summum apud eum præfecturæ magistratum, gerens, populorum præsectis Principis sui volutatem publice per literas insinuauit: Iamdudum costitutum decretumg, esle, vt qui peregrinas consuetudines consectati viderentur, diis cultum fuum præstarent: & pertinacia quorundam multum excitasse discriminis.Quam obrem Principibus visum esse, si quis Christianorum gentis suæ sacra colere comperiretur, vt is extra periculum esset, eámque ob causam tormentis non subiiceretur. Longo iam eos tempore ea de se documenta præbuisse, vt à destinata sua constantia non declinent. Scriptum id Sabini aliis quoq; magistratibus demandabat significati, non debere amplius cos de Christianis esse solicitos: qui sa nè iussa ca veritate niti arbitrati, per epistolas publice Principis sententiam omnibus declararunt. Et non verbis tantum literisque hæcita acta, ve- E rumetiam ipsi statim quos in custodiis propter di uinum verbum clausos habebant, in publicu productos liberos dimiserunt, & ad metalla damnatos absoluerunt. Quod quum ita facerent, gratificari se Imperatori suo existimarut. Sed ea in re admodum sunt falsi. Hæc terum facies quum sic exhibita esset, statim ex altissimis tenebris ingétem lucem exortam esse homines viderut. Ecclesiæ fre quentabantur, conventus numero sissimi cogebatur, & ex gentibus hæc quisque cernens obstupescebat, mirificamque rerum mutationem admira batur, solum Christianorum Deum magnum esse acclamans. Nostrorum autem hominum quicunque generole & fortiter agonem pertulissent, publice cum ingenti libertate in veneratione erant. At qui per animorum imbecillitatem infirmiores in malorum colluctatione fuissent, lapsus suos per pænitentia sarcire & curare festinabant, dextras eorum qui fidem saluam conservassent pren- F santes, eosdémque summisso & sordidato habitu & spiritu contrito, vt Deum precibus suis propitium sibi redderent, orantes. Ad metallum damna ti liberabantur: lætíque atque hilares cum liberta re multa, incredibili arque ineffabili gaudio pleni, in patriam fuam redibant. Itinera publicæque viæ triumphalibus hymnis & carminibus, viatoribus Deum de inopinata libertate glorificantibus, reso nabant. Et qui paulo antè violenter patria sua exa cti erant, eos vultu iucundo ad focos penatésque fuos reuerti vidisses: & qui antehac contra nos rugierant, insperatam rerum mutationem cernétes, nobiscum congratulantes exultabant.

CAPPT XXV.



N hac porrò fententia Maximinus Orientis tyrannus non bene fex mé fes perdurauit. Quomodo enim ille qui honestatis omnis inimicus, fæuus,& aduersarius Christi esser, tantopere augeri lætarique Christi greChristianovum P2anes

proponit.Sel

fine scripto per adictum

perfequatio.

uem Chris

Aiceri in

Sabinua

P.P. nomi

me cim lite.

ru fait, magi

Uquis eā rem

Ewfeb.lib.9

Edichi era

nutioni mä

dater.

Christian

reddita fibi

quiete exul-

Pænitentia Lapforn Chri

Rianorum.

cap.I.

**Statibus** 

Post patrei finns Alax minus perse quationers Christians rii renonati

s⊕.

\* Aliter
bac reperiütur apud Eu
feb lib.8.ca.
17.vbi Lici
niuu non alditur.

feriptum hoc in ditione fua publice non

Maximin

Edicto hoc

promulgato,

Galler. Ma

ziminu mi

Serè dië clau-

sit extremű.

Entr.Orof.

Pemp.

Technă per aßimulatam kgationë inficuit, rt Christiani Antiochia exigantur, † 69ā\$ Tāg\_ T' elladas SPARANTES. L.Curator, C.de mod. mulčt. Pheatecnus Logista Ansiochensu ida lomania es persequiionis Maximini administer. \* Zing gi-Albg. Simulacrum T araculio Ionu Ami ci erigitur. Impiter amicu, Christia cm, Antuchia eos eiece

inbet.

A gem pateretur? Ilicet quæ tum effe videbatur pacé dissoluturus; primum quidem conuentus nostros in cœmiteriis prohibuit: deinde verò techna quadam, ipse ad seipsum Antiochenoru nomine per ciues eorum legationem misit, id agens, vt ne cui Christianorum eam vrbem incolere permitteretur: maximámque illos à se gratiam inituros illis fignificauit, si hoc ipsi aduersus Christianos + per assimulationem facere viderentur. Sed aliis quoq idem vt facerent, suggessit. Quorum præcipuus Theorecaus erat, vir impostor, & ingenio deprauatissimo præditus, nominéq; suo indignissimus, Logistæ siue curatoris & rationalis munus cain regione gerens. Multa autem veluti dux quidam contra nos molitus, sycophantissque plurimum ysus, id studio habuit, vt nos tanquam fures & predones abigerer. Quapropter quum multis autor & minister cædis fuisser, postremò simulacrum quoddam\*Iouis amici incantationum & imposturarum ergò erexit, & sacrificia, initiationes, aliaque detestanda, & impuras impiasque expiationes & purificationes instituit. Quæ res vnà cum eius idoli responsis ad Principem etiam ipsum per uenit.Theotecnus porrò per illiberalem fædamque assentationem veluti speculatorem Imperatoris constituere volens, simulacrum ipsum aduer sus Christianos cocitauit. Dixit enim, eum Deum iratum, Christianos perinde atque perpetuos & irreconciliabiles hostes ex vrbe & agris circumiacentibus quam longissimè expelli iubere. Posteaquam hæc Imperatori perplacuêre, aliaru quoque vrbium duces & præfecti gratificari illi stude tes, eadem contra nos constituerunt, populisq; & ciuibus suis denunciarunt. Nec ita multum temporis intercessit, & tyrannus ipse calculum & sen tentiam quoque suam ad decretu huiusmodi adiecit. Itaque acris aduersus nos excitata est persequutio. Et sacerdotes aliis hominibus celebriores per vrbes passim, Pontifices præterea, qui existimationem & gloriam summam consequuti fuerant, deorumque cultui maxime studebant, Maximinus constituit : atque insuper summa ipsius superstitio subditos suos populos omnes, qui gratifi cari illi contendebant, ita contra nos commouit, rt (zuitiam eorum quam in nos exercuerunt, ver-C bis persequi non liceat. Maximas quippe se ab eo vtilitates consequuturos arbitrabantur, si nouarŭ contra nos rerum insolentiúm que iniuriarum inuentores extitissent & administri. Quo maiore di ligentia in id studium, vt nobis incommodarent, incubuere,

CAPPT XXYI.

Libell after rom Christi Pilati ca menticieră.



Ompolitis lanè quidem & confi Ais,qui rerum talium architecto 3/8 autori non displicerent, blasphemiam& maledicentiam om nem exsuperantibus commenta nem exsuperantibus commenta riis, interrogationes scilicet Pila-

ti & Seruatoris nostri continentibus, in ditiones eos suas miserunt:epistola quadam, vt scriptum id omnibus publicaretur, præfixa. mandatum etiam additum, vt literatores librum talem pueris omnibus, in quo primis rudimentis se exercerent, teneramque memoriam veneno tali imbuerent, le-

gendum proponerent. Hæc quum ita fierent, alius D addidicerite quidam quem Romani ducem vocare solent, circa Damascum Phonicia, mulierculis quibusdam circunforancis & flagitiosis comprehensis vim af ferens, plagas minitatus est, nisi testimonio scripto consiterentur, se aliquando Christianorum sa cris initiatas, consuetudinem stupri cum eis qui primæ apud nos fuissent dignitatis habuisse, nefariaque + flagitia in facris ædibus nostris fieri solita. Atque item alia plura hisce similia, quib.do@rina professionémque nostram calumniarentur, excogitarut. Voces etiam eiuscemodi in scriptum relatas ille ad Principem mifir,quę deinde de confilio eius in ciuitatibus & locis omnibus publice sunt propositæ. At non multo interueniente tempore, calumniarum talium artifex dux ille, digna iniuriarum Christo contumeliose illatarum, sibi ipsi manus afferendo, præmia tulit. Nobis verò sub eo parate persequutiones, fugæ, populor úmque insul rationes, & alia prioribus illis consentanca, adeò vt nonnulli claro loco geniti magni viri capti,cirtra recusationem non grauate vltima mortis pertulerint supplicia.

Muliercula quadam vi adatta, jum mas Christas nu fæditates fa!fù impin-Zunt. † diluma ly TRG KUPIK-KRIS LYLPZETY.

Nova Ma cimins adwerfus Chri. stianos persequatio.

C APVT XXVII.



Vm quidem Emelæ, que Phæniciæ ciuitas est, tres cuma profitentes bestiis sunt obiecti: quorum vinus Syluanus episcopus suit, iam decrepitus, vt qui qualinus annos pastorale munus fuit, iam decrepitus, vt qui qua-draginta annos pastorale munus

obiisset. Eodem tempore & Petrus Alexandrinus antistes, divinum prorsus episcopalis functionis exemplar, virtutis causa, & quòd ab incunte ætate in divinorum oraculorum literis exercitatus fuerat,correptus,nulla ei iusta obiecta causa (nam id Maximinus ita statuerat) capitis supplicium subiit & cum eo alij præterea Aegyptij episcopi multi. Lucianus quoque presbyter, qui propter vitæ con tinentiam, & sacrarum literarum peritiam, Nicomediam ductus fuerat. Ibi ille, quod in præsentia Imperatoris fidem, pro qua decertabat, mira cum libertate defendir,in carcerem coniectus, atq; necatus est. Tam gravia in nos impius Maximinus fa cinora edidit. Visus certe quidem est maiorem etiam priore persequutione contra nos concitasse motum. Cuius etiam tanta fuit mentis vecordia, quanta nunquam antea extitisse memoriæ prodita est. Decreta enim vrbium, & Imperialium constitutionu rescripta æreis insculpta columnis, terrédorum Christianorum causa in mediis vrbibus publicata: & pueris in ludum literarium ad magistros euntibus, nihil altud toto die in ore crat, quá Pilatus & Iesus, aliaque eius generis ad contumeliam nostram tum primùm conficta & excogitata:per quæ omnia summum Maximini in Deum odium, arroganti simúm que sceleros e eius anime supercilium perspicere licuit. Quam ob causam + dinina etiam vindicta est obstupesacta, quæ excubare continua quadam vigilia super impioru malitia, eoldémque in vestigio colequi solet. Ab hac ille perculfus, non multo pòst lege scripta, priori pacificationi contratium prorsus de nobis statuit. Vt autem impietas eius manifestò probetur, partem quandam constitutionis eius quam in colum

Celebria fan forum mul tyria. Suprà cap.16.00de.

E

Vidictadiub na Maximi ntum peisse-The ispin le w Any n van dienp, äzen-Trey Boar Tais Tap ace BEVTOVEPINE MOÈI KATÀ TÓL gas jaüfiğu

Edicii Ma 33 mimini cotta Christianes.

A na incidi curauie, historiæ huic inserere est visum. Res sic se habet. Iam tandem imbecilla humanæ mentis audacia seductionis errorisque obscuritatem atque caliginem depulit & discussit: qui quidem antehac perniciosis ignorantiz tenebris, ita non tam impiorum quàm miserandorum hominum sensus inuoluit, vr rem veritatémque ipsam cognoscere no potuerint. Sed singulari benignaque Deorum immortalium prouidentia, infidum atque iniquum (vr ita dicam) libræ mométum, ad iustam rectamque stateram est reductum, vt res omnes vobis grate, suaues & iucundæ eueniant, & vt iam maximum certilsimúmque nostræ de Diis ipsis opinionis ac pietatis extet indicium. Sed neque antehac cuiquam ignotum fuit, quibus ceremoniis & sacris dij immortales à vobis sint culti, quos nó nudis atque inanibus fidei verbis, verùm admirandis præclarisque operibus perpetuò venerari & magnificare conuenir. Recte profectò ci uitas vestra deorum immortalium, propter cultú timorémque eorum, sacrarium & domicilium vo cari queat: & multis indiciis fatis constat, eam colestium Deorum præsentia florere. Itaque vrbs ve stra quum rebus omnibus illi peculiariter conducibilibus posthabitis, tú etiam prioribus quæ cepit detrimentis contemptis, quamprimum rursus ho mines execrandæ vanitati deditos latè serpere & propagari, ac veluti neglectam atque sopitam auram facibus vim ignémque suum per eam recipié tibus, vastum incédium disferre ac dilatare sensit, nulla interpolita mora confestim ad pietatem no stram perinde atque ad sacrorum cultúsque Deorum omnis metropolim vrbémque principé con fugit, opem & auxilium implorans. Et cætera quæ sequentur, consimilis impietatis plena, professionémque nostram perstringentia: tanquam divinú numen propter nos iratum, quidquid est in aëre, in terra & in aquis mali, hominibus immittat.

CAPVT XXVIII.

Iuscemodi literis contra nos publicatis, spes rerum melioru omnis quantum in nobis situm est, præcludebatur: & electi quoque inter nos, vt est in sacro oraculo, non in mediocre delabebantur

scadalum & offendiculum. Verumenimuero omnibus tam inexpectata rerum mutatione consternatis, quum adhuc passim in itineribus decreta ea essent,& ad multas vrbes nondum perlata fuissét, qui omnia solo nutu & voluntate sua facit & mutat Dominus, gloriosam tyranni superbiam velutì strangulans, derepenté auxiliú cœlitùs tulit. Statim enim solitæ pluuiæ hyberno etiam tempore in nubibus ipsis vinctæ sunt & retentæ: fames mox consequuta, & deinde pestilentia. Accessit ad eas clades, qui propter colorem igneum carbunculus vocatur, hulcus odoris pessimi, membra cor poris admodum contrahens, & quod latius serpés ingés crearet periculum , occupatisque oculorum angulis viros simul & mulieres quas occupasset luminibus orbaret Bellum insuper Maximino ab Armeniis illatum,qui antea focij Romanorū fuerant. Belli causa erat, Christiana sides & religio.

Quòd enim homines inducere atque persuadere D illis voluit, vt quem Christo præstabant, idolis offerrent cultum, ex amicis hostes eos habuit. Quz mala omnia eodem tempore coaceruata, tyranni audaciam furorémque contra diuinum numen co ceptum, satis coarguerunt. Et quum per ia Cantia gloriose eo quod Christianos persequeretur, atq; idolorum cultum propagare studerer, sibi polliceretur, non famem, non pestem, non bellum imperij sui ditionem inuasurum esse: clades ex confertım cumulate, quùm ineptam iactantiam & audaciam eius represserunt. tum \* euersionem interitúmque eius iamiam affuturum, certò satis indicarunt.Et ipse quidem expeditione bellica cum copiis suis contra hostes suscepta, quotidie viribus amissis inferior abibat. In vrbibus autem & locis Imperij sui reliquis, pestis fami implicata sæuisime grassabatur. Tanta porrò annonz crat & reru necessarium penuria, vt medimnus vnus tritici bis mille & quingétis Atticis compararetur. Permulti sanè etiam in vrbibus cadebant.Rusticorum au tem qui in agris mortui funt, multitudo numerari non poterat. Et ferè eos omnes sæua consumpse- E rat peltis. Nõnulli res fibi charifsimas locupletioribus paruo panis frusto diuendebant. Alij postessionibus suis apud creditores depositis, ad summă inopiam redigebantur.Erant qui fœni reiectamēta ruminantes, & perniciosas herbas adiicientes, emoriebantur. Mulieres honesto loco natæ, inopia rerum omnium ad inuerecundam redactæ necessitatem, in foro obambulantes stipem mendicabant, pudore quodam & vestitu mundiore pristinam deliciarum affluentiam & libertatem tacitè quodammodo præ se ferentes. Quidam pallidi & summe macillenti, perinde atque simulacra quædam, rerum omnium egeni, hinc & inde ober rantes atque lapfantes, proni in triuiis iplis concidebant, subsidij omnis expertes : & ad hoc vnum ægre firmi, vt fame se premi testarentur, miserandáque voce à prætereūtibus cibi frustum sibi præberi suppliciter peterent. Locupletiores porrò propter mendicantium multitudinem desperates, quum multa eis largiti essent, tandem & ipsi in seuam famis indigentiam perueniebāt:& quum cadem quæ indigentes paterentur, non satis humaniter eam sortem serebant. Plurimis ergo diebus nuda cadauera passim iacéria, miserrimum adhuc viuentibus præbuere spectaculum. Iam nonnulli etiam canibus esca erant: cuius rei gratia frequens canum cædes fiebat, quòd metus esset ne illi in rabiem acti, humanæ carnis cibo assuesierent. Pestilentia vetò domos ipías peragrans, omnes carpebat, atque in primis ditiores conficiebat. Et quos fames non enecauerat, eos contagiosa pestis lues tollebat. Itaque suspiriis omnia plena esse, domus, platez, fora, luctus vbique, & vzh, cum foliris do loris vociferationibus & planctibus, exaudiebatur. Et duabus hisce quasi armaturis, same &peste, mors ipla depugnans, generationem & populum eius temporis ferè omnem sustulit. Eadémque die quamplurima efferebantur cadauera, & innumera quotidie fiebant sepulchra. Hæc autoramenta & præmia, edicta contra nos proposita gloriosi & arrogantis Maximini sunt consequuta. Qua tempestate multi nostrorum hominum egregia veræ pietatis suz edidere documenta. Humanitatem

Idelelatra
cafemo fata
lium clades
Chriftianis
adferibere fo
liti. Eufebe<sup>a</sup>
lib. 9.cap. 7.
qui fer iptum
hoc Tyri pro
positum vidis. Persequatient ista
plurima publica consequatter ca-

lamitatos.

C

Siccitat. Fames. Peftilentia. Carbiculas.

Bdlem Ar mewium,

Christiani pestu 😻 famu tempore mortuos piè Sepeliunt, & esprientib 🕶 cibum prabent. E40 ob causam apud gentes Christiani bene audiüt. Post iterată afflictione, Christiania leta divini this advenit consolatio. Dinina prouidentia paternè fimul caftigamer, d aigimer. enim suam declarantes, cadauera que passim insepulta iacebant (erant ea quamplurima ) cum cura sepeliebant:quos verò fames vexasser, eis congregatis panes alimentaque alia præbebat, pro facultatum scilicet copia. Vnde longè latéque fama celebris de nobis vulgata, quæ ex omnibus aliis hominibus veræ pietatis cultúsq; diuini laudem nobis tribuit, & Christianorum inspectorem curatorémque Christum magnifice laudauit. Cladibus istis peractis, salutis Deus, tutor & propugnator noster, ostensa satis & exhibita ira & indignatione sua, per cas quas cumulate immiserat calami tates, propter petulantem temerariamque ei illatam iniuriam, susceptasque aduersus nos inimicitias, prouidentia sua latiora nobis affulgere tempora fecit, & post densas tenebras lucem inestabilem pacatætranquillitatis præbuit. Eo profectò tempore certò declaratum est, Deum ipsum spe-Catorem & moderatorem esse rerum nostraru, qui quidem flagello in afflictionibus, conuersionis castigationisque suorum gratia, vtitur: coercione autem & quasi disciplina, pro eo atque decet & expedit, peracta, perhumaniter & paterne cos respicit, qui spem salutis firmam in co collocatam habent. Quemadmodum autem id sapienter prorsus disposuerit & fecerit, dicere constitui.

CAPYT XXIX.

Omæ ciues fuos fædifsimis, quæ diximus , facinoribus atterebat

Confidiana iniurias chri fianorum im Maxentio tyranno perfequitur

Belli inter Maxentii & Constan

plcifcitur.

Pis Miles.

Maxentius, Herculij filius. Quod vbi Constantinus (frequentes namque ad eum Roma veniebant oratores, ne vrbem eam Im peratorum matrem despiceret, néue ita à sæuissima fera valtari pateretur, orantes ) cognouit, admodum est ira commotus, gravitérque tantz indi gnitatis famam tulit. Nam qui ex præscripto &vo luntate Dei viuunt, aliis illatam, suam esse reputant iniuriam. Ac primum per literas admonere& persuadere Maxentio, vt à tam nefariis sceloribus Te abstineret,cæpit.Vt autem ea re nihil egit,arma sibi sumenda esse, & iniuriam afflictorum quoad posset vindicandam iudicauit.Itaque exercitu parato, in Italiam contendit: non tam apparatu belli quàm omnigena Dei armatura instructus. Id vbi Maxentius intellexit, nefandis magicarum artium imposturis magis quam ciuium beneuolentia cofisus, ne extra vrbem quidem progredi primum est ausus. Insidiis autem collocatis, locisque Impe rij sui plerisque circumcirca armatorum hominu præsidio imposito, copias alias aduersus Constan tinum misit.Ille porrò vno atque altero prælio có tra tyranni exercitum victor, in Italiam longisimè progressus, ad vrbem Romam propius accedit. Ne autem vnius Maxentij causa cum Romanis omnibus bellum gerere necesse haberer, inonarrabili quadam potentia Deus tyrannum longius extra vibis portas produxit.Ille namque pon te ex nauibus super eo flumine quod vrbem præterfluit, in quo etiam alius pons qui Miluius dicitur constructus est, arte quadam & fallacia confe &o, exercitum eduxit, & cum magno impetu aduerlus Constantinum est progressus. Constanti-

nus porrò de euentu belli solicité cogitabat, & D quémnam sibi adiutorem aduocaret, cosiderabat. Hæc illi meditanti, in mentem venit, Diocletianű quidem, qui Gracoru superstitione diis plurimis fretus fuerit, nihil adiutum esse: patré verò suű Có stantem longè felicius vită egisse, qui mature Græ corum religioni nuncium remiserit. Quapropter paternum Deum, vt se respiceret, dextrámque sibi in periculis imminentibus porrigeret, ex intimo animi affectu humilimè inuocauit : id quod ad ré statim est collatum. Meridiano enim tépore iter ei cum exercitu suo facienti, sole iam occidentem versus vergente, miraculum maius quàm dici pos sit, oblatum est: ignea scilicet columna, & lucis ful gor in aëre crucis formam referens, quæ stellis æqualibus in Latinarum literarum figuram expresfis, Constantino clarè+ in hoc vince, ostendebat. Qua re consternatus, quòd de visione ea secu ipse ambigeret, amicos qui secum erant, an ipsi quoq; idem viderent, perconctatus est. quod illi quu affirmassent, nocte proxima Christus ei vnà cũ horrendo illo signo apparens, tale quiddam eum face re, atque in bellis præferre iussit: fore enim, vt per id omnes vinceret hostes. Et quamprimum dies est exorta, visioni ei obseques, ex auro signum ta- E le fieri curauit:quod ad hunc vsque diem in Impe ratorio & aulico instrumento à tot seculis asserua tur.Id paucis describere, non fuerit intempestiuu. Hasta longa ex auro elaborata, cornu obliquum habet, in crucis formam compacta:in cuius fummitate corona mediam Gręcam literam P×decuf satam contrahens, primariis literis Christi nomen obscurè refert. Ex obliquo autem cornu, quod per hastam est impactum, velum aureum sublime depender, in quo imago aurea pectore tenus pij Imperatoris liberorumque eius pulchrè est expressa. Huiuscemodi quiddam pro tempore tum repentè factum sanxit vt in bello præferretur. Quo etiã fretus, alacriter ad conflictum processit. Cæterum prælio commisso, Maxentius magna vi est deui-Aus,& ex hostibus quamplurimi per crucis arma turam ferro cæsi. Maxentius verò, quem Constan tinus Imperator fugientem persequebatur, suo ipsius (quod dicitur) laqueo est captus. Pote enim diuina virtute rupto, nauibusq; quibus flumé constratum fuerat solutis, transitus ipse pessum iit, & scaphæsubitò cum hominibus omnib. in vndis F subsedere. Ipséque miser primus cu propugnatoribus suis in flumine mersus & suffocatus est, sicu ti olim cũ vniuerfo exercitu Pharao: ita vt fluuius ille,ad eum qui Miluius dicitur pótem, equis & 2scensoribus refertus visus sit. Tum verò ea quæ olim cantata fuerant, ad oculum repræfentata videre licuit: Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electos ascensores satellitesque submersit in mari rubro. Descenderunt in profun dum quasi plumbum, cum aquis vehementibus. Acquum sanc fuerit, ad exemplu magni illius serui Dei Molæ, qui victoriam Deo acceptam tulit, itidem vt ille fecit, nos quoque lætos contra im pium istum tyrannű hymnum concinere: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Equm & ascensorem coniecit in mare: auxiliator & protector factus est mihi in salutem. Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Quis similis tibi in diis Domine?

Crucë victri cem medio die in cælo Confrătinuo videt.

† in them yis

Labarii, fea venilii crucu exercitum Conftantini pravie, Eufeb.lib.i.de vita Conft.

\* XIRINIS

Victoria Că frantini.

Maxemij tyrāni, Pha raenu alterisu interii<sup>3</sup>.

luminer, car men in villo ria Conflantini.

K.

quis similis tibi? Glorificatus in sanctis, admirandus in gloria, faciens mirabilia?

Prodestiu: Testis Christicola ducis adventantis ad vrbem Milnim, exceptum Tiberina in flagna tyren Pracipitans, quánam victricia viderit arma Maiestate regi, quod signum dentera rinden Pratulerit, quali radiarint stemmate pila. Christus purpureum gemmanti testus in aurò Signabat labarum, clyporum insignia Christus Scripferat, ardabat summis crux addita cristu.

CAPPT XXX.

victor robe Romã ingre

# siphvile

PRITIESY THE WINIW #2-

ser filly H-

Status Com

peratoris cib rexillo Cru-

cis Rome col

Status eine

Pia Confiatini in rebe

inscriptio.

Resopera

LOCASAL

piver.

nibus hilaritate & læticia summa animis eorum

Æc porrò, atque his limilia, Con stantinus tam mirificam consequentus victoriam, Deum cele-brando canens, & voce clariore triumphando iubilans, vrbé Ro ]manam est ingressus:ciuibus om

exultantibus, cum plausu felicique omine & acclamatione eum tanquam feruatorem & liberatorem luum, victoriz tropzum ferétem, qui quidem-prius vrbem totá coronis obsedissent, producentibus atque excipientibus. Constantinus au tem veram erga Deum pietaté à natura sibi quodammodo intitam habens, nequaquam applautu tali commotus, vt qui à Deo secudum rerum suarum successum prouenisse sciret, statim crucis signum in sublimi loco statui iussit. Nec mora vlla interpolita est, & statua ad formá similitudinémque eius ex ære fabrefacta est, quæ dextra manu ex eadem materia crucis signum elaboratum tene ret.Eam statuam, crucem ita magnifico lætóg; habitu tenentem, Rome in loco maximè celebri fir mis innixam fundamentis collocari præcepit, cū huiusmodi Latina inscriptione: Hoc salutifero signo, & vero fortitudinis documento, vrbem ve-Îtram iugo tyranni folută liberaui. Senatumque & populum Romanum antiquo splendori & ampli tudini restitui. Romana vrbe in potestatem suam redacta primum omnium vt sanctorum reliquiz collecta,iusta sepultura mandarentur, constituit. Deinde illud curauit, vt ab exilio proscripti reuocarentur. Edictum denique proposuit, vene quis C Christianos persequeretur, vt captiui & vincti sol uerétur, vt bona publicata legitimis possessoribus suis restituerentur. Ad hæc in primis maturauit ec clesias Dei restaurare, casq, donariis exornare: simulacrorum verò aras ex ipsis prorsus eruere fun damentis, atque igni comburere: ac si quos illæ ba buillent prouentus, eos diuinis consecrare téplis. Quæ omnia mira celeritate sunt confecta. Totis autem septem diebus ciuitas Romana, celebré ob victoriam cam egit conuentum:fimul& autorem illius Deum, triumphalémque crucis armaturam, & victorem ipsum Constantinu laudans, honoribúlque dignis prolequés. Septimus tú à morte pa tris Imperij Constantini agebatur annus. Et quu ille vnà cum Licinio, qui nondum infanire arque futere contra Deum cœperat, debitum Deo præ-

stitisset cultum, ambo consentientibus sententiis

constitutione optima pro Christianis edidere. Pre

terea quæ à Deo eis præter spem & opinioné om

niú accidissent res mirificas, & vt Maxentius deui

Aus esset, tũ auté & constitutionem eam ad Maxi-

Supplicatio rictoriă Ro

Zdiffom Ci ıi 👉

minű Oriétis tyránű, amicitiá adhuc erga eos pre-D se ferété, verbis amplissimis perscripser ut. Ille por rò factum id grauiter ferens, vt arte quapiă, ne illis obnoxius esse videretur, essugeret, (na edictu ad se missum reiicere, quòd illos vt potentiores & maiores metuerer, nó facile ei erat) quidnám excogitauit? Simulauit scilicet & finxit, se consilio proprio moru, de Christianis benignio statuisse, & ad populos fibi subditos pro eis literas, res nónullas commemorans quas nunquam fecerat, dedit. Itaque consultò seipsum fallens atque decipiens, mé situs est. Quæ autem scripsit, erant huiusmodi.

CAPYT XXXI.



Ouius Maximinus August Sabino. Et fortitudini tuz,&hominib° omnibus notú elle , perlualum habeo, Dominos nostros & parentes Diocletianum & Maximinum,quum vi derent mortales penè omnes Deo-

rum relicto cultu, fe Christianorum genti adiungere,rectè costituisse, vt omnes qui à Deorum im mortaliu religione desciuissent, coercione & vin- E dicta publica ad eorundem Deorum cæremonias redire cogerentur. Posteaquam verò ego primu fe liciter & auspicatò in Orientem perueni, atque co gnoui,in quæ loca quamplurimi homines, qui reipub.commodi & vtiles esse potuissent, à iudicibus & pręfectis, ob cam quam dixi causam, in exilium acti fuissent: iudicibus eis omnibus mandaui, ne quisquam corum posthac crudelius quicquam de prouincialibus statuerer, sed potius blandiore cohortatione cos ad Deorum facra reuocaret, Quapropter quu ita iudices, yt par erat iussis meis obsequerentur, euenit, vt nemo prorsus in Orientalibus partibus vel+ in exilium mitteretur, vel iniuria atque contumelia afficeretur. Et pleriq;, quod nihil gravius duriúsque in cos constitueretur, ad Deorum religionem rediere. Postea verò qui anno proximo Nicomediá feliciter ingressus essem, ibique manerem, venerunt ad me eius vrbis ciues cum Deorum simulacris: & me magnoperè rogarunt, vt modis omnibus curarem, ne genti ei in pa tria eorum domiciliù habere permitteretur. Qui bus respondi, me quidem corum petitioni perli- F benter gratificari velle, sed non ab omnibus ex zuo preces eas apud me fieri.Quod fi qui in fuper stitione corú perseuerarent, liberú id eis, pro vnius cuiusque arbitrio & voluntate esse: neque tamen eos, si ad Deorum religionem agnoscendam redire vellent, prohiberi. Sedenim & Nicomediensibus & aliarum vrbium ciuibus, quæ & ipsæ candem petitionem, videlicet yt ne quis Christianorum ciuitates incoleret, magno studio & contentione apud me interposuêre, necessitate quadam benignè respondi:me quoque, quoniam idipsum etiam antiqui Imperatores omnes serualient, & diis ipsis, per quos omnes homines cum ipsis rerum publicarum gubernatione consistunt, placuisset, petitionem eiusmodi, quæ de divinorum numinum cultu causam ad me referret, confirmare.Proinde etiamsi antehac deuotioni tuz potissimum per literas significatum, & per iussiones itidem mádatű est, vt. ne quid cum provincialibus præfecti, quibus tot tatorumq; populoru cura est

Záčii Ma tum de vi

† Hart ifier. sov phraifi Beiser giri.



CAPPT XXXIII.

A iniuncta, durius seueriúsue agant; sed clementer, moderate & patienter eos ferant:nunc tamen visum quoque est scripto isto fortitudinem tua admonere, ve illi neque à beneficialibus, neque ab aliis quibuscunque iniuriis afficiantur, vexetur, excutiantur: sed potius vt humanis benignisque exhortationibus Deorum curam & cultum agnoscere persuadeantur. Itaque si quis iudicio ipse suo Deorum religionem suscipiendam duxerit, eum complecti decet: si qui verò cæremonias suas seiunctim sequi malunt, arbitrio potestatiq; suz relinquendi sunt. Dabit ergo deuotio tua operam, vt quod mandatum ei est, seruetur, & vt nemini posthac prouincialium nostrorum à religione sua reuocandorum facultas permittatur.Porrò vt iussa hec nostra ad noticiam subditorum nostrorum perueniant, constitutione à te publicitus proposita curare debebis.

### CAPVT XXX II.

Æc quum ita non ex lentétia, led necessitate adductus mandasset, neccisitate adductus mandallet, minimė vilus elt vera dicere, eis qui in animis suis considerabant, paulò eum antè per iudicij sui in-

|constantiam,longe alia ac diuersa costituisse. Quapropter nemo publice conuentus cogere, nemo libere quæ legitimi cultus nostri sut eragere audebat. Neque id rescriptum ipsum vo lebat, quòd securitatem tantum nobis ab iniuriis & contumeliis concedebat:minime autem conué tus agere, diuinas domos extruere, & alia quæ foli ta consuetáq; nobis sunt facere permittebat : quú quidem ea omnia veræ pietatis pacisque nostræ dux & autor Imperator Constantinus, vuà cum Licinio, literis suis ad eum omnésq, ditioni & imperio eorum subiectos populos datis, permisisset. Cærerum impio illi hec displicuere: quanuis postea divina vindicta coactus, vel ingratis eadem quæ illi constituerant, sancire necesse habuerit. Præcipua autem eius vecordiæ causa erat, quòd magnitudinem Imperij quod ei obtigerat, ferre atque su stinere non posset:quamobrem cogitationibus & consiliis stultis actus, ineptè & perperam res gerebat. Iam & inani in animo suo inflatus arrogantia, per temeritatem & confidentiam opponere se ausus est Imperatoribus, qui cum multis atq, incomparabilibus modis longe antecellebant, genere, educatione, institutione, prudentia, dignitate, vera erga Deum pietate, atque in rebus omnib. officiola, decenti & moderata animi constitutione:quæ virtutes in eis vt præcipuæ & maximè illustres, præaliis mirifice elucebant. Ac primum quidem in solitis que publice fiebant acclamationibus & votis, primo loco se renunciari curauit: deinde autem amentiam ininfaniam vertens,fœdera cum Licinio antea pacta rupit. Et quum in animo lecum iple reputaret, quæ per vim & efficaciam crucis Maxentio acciderant, non folum con tra Imperatores, verumetiam aduersus crucifixum Christum arma sumpsit. Et terrore correptus, pau

latim rursus persequutionem in Christianos permisit. Quo tempore multi sanè admi randi & fortes viri in martyrij stadio strenuè cursum peregere.

Æc quum dieus Imperator Confantinus audivisset, atque in pri-mis cognouisset, vt ille apertă ad-versus Christianos persequutione renouarit, quod à puero malitiam & flagitia omnia odisset, animum

despondit, séque ipsum curis macerauit, sedulò co gitans quomodo hunc quoq; è medio tollere pof ser. Atque eum talia meditantem, quum nondum facro tinctus fuillet lauacro, ex improuilo grauilsimè egritudo quædam occupat, plaga certè ingés & prodigiosa, quæ per corpus totum serpens, at q; idipfum exulcerans, ac veluti vnű vulnus efficies, anhelitum eius quem acerbe & grauiter ducebat, frequenter atque aded continuè rumpebat, & pau lo post in lepram radicibus alte actis corpore toto cuadit. Ad quá curandam multi magi & incá tatores, multi etia ex Perside aderant impostores. Hi tantum abest vt quicqua ei profuerint, vt mor bum etiam ipsum adauxerint. His etiam superue- E siripta adCa niút bGræci, qui Imperatoris in religione mutationem ægreferentes, per morbum eum, taquam opportunum quoddam auxilium oblatum , illum imposturis suis ad partes suas pertrahere conătur: & monstrose ostendunt, in Capitolio lacum siue piscinam fieri oportere, in qua innocentium puerorum fanguine, cóque recenti adhuc & vaporan te repleta, fi Imperator lauaret, facile eum curatú, corpúlque eius purgatú iri. Aliter verò, vt à tali le pra mundetur, fieri non posse. Ea re tam noua quú illi homines decepissent, derepentè infantes pluri mi congregantur. Et iam tempus adest, carnificésque se ad illorum cædem expediunt. Adest iam & imperator ipse. Ecce autem matres puerorum adueniunt, capillis passis, mammillas decenter quodammodo subostendentes, lactis copia angustia & dolorem illis parientes. Hæ vlulatu & planctu cœlum complent. Porrò Imperator causa tanti lu Aus cognita, misericordia commotus, mulierculis condolet,& pro humanitate sua summa senté. F tiam mutat: potiúlque æger else vult, quam per tam abominandű ícelus conualeícere.ltaque prolixè illacrymas:Romani, inquit, Imperij dignitas & amplitudo fontem atque radicem veram habet pietatem. Vt igitur ex ea me prouenisse omnibus liquidò ostendam, valetudinem meam innocentium puerorum vite posthabeo. His verbis dictis, solida prorsus beneficentia acerbissimum matru dolorem solatur & aufert: simulque domú reuertitur. Enimuero noce proxima bonitatis eius fru-Aum percipit amplissimum. Petrus enim & Paulus Apostolorum principes, ei apparent & dicunt: Constantine, nos sumus Petrus & Paulus à Domino Deo ad te missi, vt signum tibi & indicium salutis exhibeamus. Deinde eum hortantur, vt An tistitem sacrorum eius vrbis Syluestrem inquirat, apud quem piscina sit, in qua si lauaret, celeriter morbum omnem cessurum:ídque ea gratia,quòd innocentibus & incorruptis infantibus vitam do nasset. Porrò vt eum somnus reliquit, medicum adstantem longissime à se repellit, non iam arte aut ope humana se indigere dicens, auxilium deinceps & salutem ab altissimi manu aduenturam.

Conftantin' de bello Ma ximino infe redo cogitat. Altiu bea ∝ ti Sylvestri apostolica se du presulu licas eius qu feripfit m ignore maltis tas in whe Ro. Catholicis le gi cognouimm, & pre mulie hos in mitantur Ec elefia. Sed ció thelicorii ma rint beats Pauli apofto a li sententis pracedas: Omnia pr bate, qued be num eft tenete. Gela cc fine Papa dift. 15.5 au lla Romac defia a la lepram incidit. b Sauguiu rium remedium Graci contra lepră Imperatorie infituent. c Id propter pietatem Co . Lantinas re-Imperat<del>oria</del> einsdem vos Conftantin' à Deo pietacapit.

> Petrus 🕁 Paulm ei ab parent, & re bi indicant.

ij

Hi hec Chri

profust.

Colloqu Constantini & Sylneftru Ro, Po-

Pia Conft Z-

zini ante ba-

ptiswä opera

Ecclesia ora

† 200 × ning.

V n aqua ba

Baptifai ca

remenie.

ptijimi.

tio pro co.

A Itaque medicus ab eo discedit. Vt auté Sylvester accitus affuit, & ea qua decuit observantia & veneratione considere iussus est, haberet ne deos Pe tri & Pauli appellatione, diligenter eum Constan rinus est percuctatus. Ibi Syluester: Nobis, inquir, ô Imperator, dij multi non funt, sed vnus, cuius opus est vniuersum hoc. Petro verò & Paulus, quos dixisti,dij prorsus non sunt, verum serui & Apostoli Dei:qui quòd przcipuè propter egregiam fidem, charitatisque ardorem & desideriu Deo cha ri gratique fuere, sanctitatis arcem occuparūt, primum inter sanctos locum obtinentes. Primi quip pe ipsi getibus omnibus divinitatem Domini nostri lesu Christi annunciarunt, arque ab ipsis eccle siæ omnes initia sua sumpserunt. Atque illi opere & cursu suo completo, per martyrium ex hac vita migrarunt, & nunc amici sunt Omnipotetis. Vbi verò sacras quoque illorum effigies requisiuit, & Hierarcha eas illi exhibuit: tum re certius cognita, eos iplos esse quos vidisset, confirmauit. Itaque pro purpura saccum sumit, & diebus septem ieiunio & otationi vacat, idolorű templa claudit, carceres aperit, per misericordiam multam liberaliter omnes muneratur, & tandem ad sacras vndas procedit. Vehemens autem & intensa ab ecclesia omni,ita vt Syluester iusserat, oratio fiebat. Antistes porrò ad aquam baptismi respiciens:Hæc(inquit ) Imperator, aqua diuina virtute per inuocationem+viuisicæ Trinitatis concepta, sicuti extra corpus hominis abluit, ita etiam animam intra à forde & inquinatione omni mundificans, splendi diorem radiis solaribus efficit. Et iam oleo vnctus lauacrum ille ingreditur, atque more recepto san-Aissimæ Trinitatis sit inuocatio. Et ecce lucis inenarrabilis splendor alicunde emicans, locum eum illustrar, & sonus quidam admirandus veluti psalterij & lyræ absoluta harmonia & concentu redditus exauditur. Egreditur deinde Imperator opti mus è lauacro, totus saluus & incolumis, perinde atque carne recenti indutus, quibusdam quass piscium squamis in vnda relictis. Atque ibi beato quoque Syluestri dixit, se quum adhuc in sacris es set vndis,manus cuiusdam veluti è cœlo missæ attatum sensisse. Vnà cum ipso autem Crispus etià filius eius diuinum participauit lauacrum, & ambo candidam vestem induerunt.

Confeantin' in baptifme lepră abiicis.

C APVT XXXIIII.

Constantini leges & a-Etiones pro Christiania. Templii See wateris in La teranensi pa latio à Constantine com ditum.

C

Ox deinceps legé primùm fert, vt qui posthac per blasphemiam Christo maledicere, aut quéquá qui eius censentur nomine, iniu-ria afficere auderer, dimidiá bo-norum suorum partem amitte-

ret.Et manibus iple suis ligone accepta, in palatio suo quod Lateranense dicitur, primus terram fodere,& ecclesiæ formam in nomen Domini nostri Iesu Christi describere cæpit. Deinde promul gauit, quicunque egerent, & Christianotum sacra colenda susciperent, eis sumptus & vestitü ex Imperiali zrario przbitum iri. Et multi, quibus hoc pij & religiosi viri testareptur, gratiam cam &mu nus consequebantur. Anno eo supra duodecim millia, qui baptizati funt, viroru, extra mulieres & pueros, in rationem regenerationis sunt relata. Et

grex quidem Christi quotidie incrementa sua ca- D piebat, simulacrorum autem cultus paulatim diffluxit ac disparuit. Porrò Senatu in basilicam quæ Vlpia dicitur conuocato, sincera mente sanzit, ne de cæterò dij esse vel dicerentur, vel crederentur: no deos hominum esse, sed porius homines deos illorum esse dictitans. Et quum se ipsum ea in re apertum manifestúmque haberent exemplum, vt Dominum nostrum Iesum Christum vt Deum ve rum certúmque in cœlis regnantem adorarent & colerent.Et ne quis aliquid veteris erroris apud le hærere suspicari posset, sinceritatis suæ indicium, templum in Palatio suum ostendit. Populus porrò huiusmodi Imperatoris dictis applaudes, quadragelies Christianorum Deum verum Deum esse exclamauit. Constituit præterea, volutarium & non coactum baptismum esse:neque metu huma no ad Christianorum cultum quenquam accedere, verum volentem casto maturóque consilio, sa cro illorum numero aggregari debere. Itaq; incre dibilis in populo fuit laticia, lege ea publicata: quòd nemo contra animi fui fententiam, ad aliam religionem pertraheretur. Cum ecclesiis ipsis mo E numenta sanctorum exornabantur, grataque & accepta in exilium actis præmia constituebantur: & quicung; Christum profiteretur, is amicus Imperatoris esse promulgabatur.

CAPYT XXXV.

, Vòd autem Romç à Syluestre sacratus & diuus Constantinus ba-ptizatus sit, post Maxentij oppres sionem, qui fortissime sub signo crucis est deuictus, satis ostendit baptisteriü, quod ad hoc vsq; té-

pus, eius rei gratia in teltimonium certilsimű Romæ asseruatur:sicuti hoc de viris natu gradiorib, qui veritaté maximi faciunt, auditur. Neminiverò mirű videri debet, quòd ante baptismum laudatis simus Princeps tanta gratia dignus iudicatus sit, vt · diuinam vocem ad se delatá audiret, vt venerandam crucis formam in cœlo viderer, vrque honorandas divorum & facrorum apostolorú Petri & F Pauli imagines spectaret. Dudum enim antea mo ribus Christianus fuerat, & nomen eius in cœlis scriptum erat. Et non insidelibus tătum, sed & credentibus signa exhibentur. Qui in Oriente olim Arianæ sectæ fuere, Constantinum Nicomediæ ab Eusebio eius vrbis episcopo iam moriturum ba ptismum suscepisse, prodiderunt: propterea eum sacrum lauacrum distulisse dicentes, quod id in Iordane fluuio perficere voluerit. Id vero ex eo fa cile refellitur, quòd Ecclesia à Syluestre eum Romæ baptizatum esse certò prædicat. Quapropter testatum omnibus esse volo, vt hocsic etiam ipsi tutò & opinétur & credant. Ariani enim malè sen tientes, animo & confilio diabolico hoc confinxe rūt, no Romæ baptizatum eum esse asserentes, aut fortalle cadé cú illis sensisse astructes, perinde atq; ab iplis propterea baptilmi gratiam susceperit: quod absurditatis & mendacij plenum est. Quod fi enim nődű facri lauacri particeps fuit , cőfequitur cũ neg; in Nicæna Synodo cũ patribus cógref sum esse, & cu eis diuina mysteria no participasse. Quomodo verò aliter benedictione corú dignus

Ide scips Christo fide plar,quod

Christia religio.

(antiorum

Conflătium Rome bassi zates.

De ein beprismate vi tores for co que de imp cine tur, wiminu fimilia bant. Egnat.

Refutatio ca lumnia qua Graci idololatra Confta tinuma spetiere.

Sopater phi lofophus. Pletini feho la.

Crifpus Com flantini filim, & Lici niss tunior Conftantini ex Constantia forore nepos, Licinij lenioru fili", plwimique nobiles 🕁 praclari viri, 20.Constan tini imperij anno Fau-Ste Constantim coningie dolo interfe-Eli Tue. Pob. Orof.Coftatinus imperÿ∫w 22.40 no Faultaus interfecit in bainess arde tes coniectă. Entrop. Herculis post parrici-dia pastata luftratio. Mysteria

setissicuti historia tradit. Verum Ariani quidem hæc sic ludant, nos verò ad historiam reuertamut. Neque sanè ignoro, quæ etiam Gręci per sycophã tiam & calumniam crimina Constantino impingant, Dicunt enim illi, Constantinum, quòd quof dam sibi propinquitate& sanguine iuncos interemisset, & Crispum filium suum manu sua occidillet, quem Fausta nouerca, quasi illam de incesto stupro compellasser, apud patrem detulerit, pæni tentia ductum, cum Sopatro philosopho, qui tum Plotini scholæ præerat, de lustralibus purgationibus contulisse, illumque tospondisse, neminé pror sus tantarum inquinationum reliquisse expiationem. Quimque ea de causa in maxima esset solicitudine & anxietate, in Christianorum episcopos eum incidisse, qui illi polliciti sint, per baptismum se non ea tantum, sed multo eriam grandiora piacula purgare posse. Itaque quòd voti sui compos factus esser, vehementer eum lætatum, Christianorumque sacra admiratum esse: datoque Christo nominealubditis luis earn necelsitatem impoluilse,vt Græcorum religionem abiurarent. Verum hæc manifesta sunt sigmenta, quibus Christianorum fidem & pietatem veluti per comædiam traducere studuerunt. Crispus enim vigesimo imperij eius anno decessit, propter que illi expiatione eum opus habuisse dicunt. Is quoque multas pro Christianis superstes adhuc cum patre leges tulit, vt qui lecundum in imperio locum haberer,&Ce far esset : sicuti hoc hodie quoq; tempora legibus iplis subiecta satis indicant. Vbi verò Sopater in Constantini colloquium venit?qui soli ei orę quę ad Oceanum & ad Rhenum est, præfuit. Quum au tem aduersus Maxentium bellum gereret, & in Italia ageret, rebus Romanorum tum dissidentibus, non facile erat se Gallis & Britanis immiscere, apud quos constat Constantinum Christianorum religionem suscepisse, prius etiam quá contra Maxentium pugnauerit, & Romam atq; in ipsam Italiam venerit:id quod etiam & tempora & leges quas pro nobis sanxit, certò testificantur. Et vt concedamus, Sopatrum facile cum illo colloqui, aut per epistolam agere potuisse : non tamen credibile videatut, philosophum tantum ignorasse, quod Hercules post liberorum suorum necem, & Iphiti amici & hospitis cædem, Athenis mysteriis Cereris expiatus atque purgatus sit. Satis porrò fuerit ostedisse, Gracos etiam ipsos foedorum flagitiorum lustrales expiationes promittere solitos: cósque qui ista confinxere, Sopatri magis accusatores esse. Non enim persuaderi possum, tam clarum in sapiétia virum talia ignorasse. De his satis.

reputatus esset, & communis mésæ particeps fuil-

CAPVT XXXVI.



Mperatoris mater Helena in prouincia tu Bithynia agebat. Ibi Iudzi Imperatoris mutationem secu ipsi reputantes, matri eius suadent, vt ad filium scribat, eumque admoneat: Recte quidem secisse, quod ab ido-

lorum cultu discesserii:non recte autem, quod no uam Nazarenorum religione sit coplexus. Quod illa ita fecit. Constantinus verò acceptis à matre literis, ei id quod decebat rescripsit: & ex Iudæis

quosdam Romam euocauit, vt cum presbyteris D Christianorum sermones per colloquium confer rent,& que pars meliora afferre reputaretur, vt ea necossariò pars altera sequeretur. Et iam quartum, curante ac præeunte Constantino, conuentus in Romana vrbe cogebatur, in quo Romanoru quidem episcoporum viginti quatuor erant: Iudzorū verò sacerdotes cetum & viginti, in quibus duodecim reliquis præibant. In conuentu & collo-, quio eo, Syluester princeps erat: Aderat in eo & Imperator ipse, & mater eius Helena, attentè & di ligenter vtrosque audientes. Quum autem sacratissimus Sylvester eloquentiz vi multis modis illos ita superaret, vt eum magna cum admiratione delecti illi Iudzi hianti ore stupentes audirent, etficaci responsionum eius persuasione consternati:quumque postremò taurum ille veneno enecatum, inuocato Christi nomine restitueret, omnes ad pedes eius sunt prouoluti: cultuque suo proie-Co, idem de religione cum Syluestre senserut, ita vt qui co animo venerant vt alios caperet, ipsimet sint capti. Hoc factum etiam beatæ Helenæ, vt de filio melius iam sentiret, persuasit. Quin & 1912 pa triæ religionis cultu relicto, ad Syluestris procidit E pedes: ab cóque sacra fidei nostræ mysteria edo-Cta, vera tandem tot tätilque virtutibus præditi filij mater esse apparuit, eodem cum illo ardore & fide in Christum concepto.

Indaorii & Christianorum episeporum de reli grone in rra be Romaolloquium.

Indai per Syluesträ ad Christia nifmum adducuntur. H dena Costantini mater Christiana sit.

CAPVT XXXVII.



Æc quum cognouisset Maximinus Orientis tyrannus, non potuit non impatienter ferre. Quáobrem bellú irrecociliabili odio maximum mouit, breuíque resonnes miscuit & turbauit, exer-

citum collegit, ingentes innumeræ multitudinis copias contraxit, & ad pugnam se quam maximè potuit instruxit, spe & fiducia demonum, nec non armatorum plurima turba seductus. Itaque etiam Imperator celeberrimus, vnà cum Licinio Cesare, Roma terra marique Orientem versus est prose-Aus, cum exercitu forti & robusto: quo tamen ille non tantum, quantum ipsius crucis armatura, con F fidebat. Et posteaquam in Bithyniam ad locū qui Astacus dicitur, ventum est, contra sceleratum ho stem signa infesta iam inferentem, maxima cum fiducia acie instructa progreditur. Iusserat autem Constantinus magnus crucis signu præferri, quod à Romanis antea Labarum dicebatur, fignis militaribus aliis longe præstantius, quod id à militibus +præferri &adorari lege cautum fuesit.Quam ob causam etiam Constatinum puto, celeberrimum Romani imperij vexillum in Christi signum mutasse,vt frequenti eius spectaculo & cultu subditi in desuctudinem pristinz superstitionis venirent, eumque solum Deum esse arbitrarentur, qué Imperator & duces eius colentes, propugnatore aduerlus hostes vterentur. Hocigitur signum prefer ri,& laborantibus periclitantibulque cohortibus adesse, atque à satellitib. per vices in humeris gestari, ordinésque cum eo circuire iusserat. Salutife ra hæc armatura quum sic Costantini aciem præiret, Maximinus suis præcepit, vt quicuq; collimare certóq; iaculari possent, in signű id tela cóiico-

Bellum adnerfus Maximinü geflum. \* pactis vio latu que cü Licinio inie rat. Enfeb.

Leban, pre cipus Rom. fignorum ve-xilli, in cru-cu formam mutatum. † xainyadau ngi ngosus-vada.

p iij

Panopliasiva <del>ri</del>Etricia Crucu effica

Maximin

I de mazos, qui eum sedu xerant,ipgu

Maximini MO13.

Rufinus ha bet Galleri". Idem suprà Ionius mat iid.

. Maximini Serii pro Chri A rent, atque iu iplum confertim cum impetu ferré tur. Quapropter is qui id ferebat ( dicitur autem Græcæ superstitionis fuisse) metu perculsus, alij portandum tradere festinauit. Atque ibi alter quidam patre martyre prognatus alacriter admodum prosiluit, thoracem & galeam longe à se abiecit solaque runica tectus signum Crucis arripuit. Porrò ille qui sibi à telorum ictibus cauerat, lethali vulnere accepto concidit. Qui verò sacratum crucis signum ferebat, quanuis densæ ni vis instar tela in eum coniicerentur, à nullo tamen est vulneratus. Nam præter opinionem omnem divina quadam virtute tela ab hostibus emissa, ha stæ signi illisa atque impacta, ab eo qui id ferebat in medio armoru discrimine versante anolabant. Dicitur præterea, atque à Dei amantibus viris cre ditur, nec alio vnquam tempore qui lignum id tulerit, in sinistrum aliquem decidisse casum, aut vul neratum captúmue esse. Sedenim prælio commis so, tyrannus, qui detestandis magorum imposturis fretus fuerat, interiore quoque tunica abiecta, militarique habitu sumpto, cum paucisad modum qui ei bene volebant euadés, quam celerrime quò cum pedes ferebant profugit, & vicum alium alio mutans, vix se ex hostium manibus subduxit : reipsa verum este ostendens diuinum illud oraculu, quod dicit: Non saluatur rex per multas copias suas, & Gigas non saluabitur in multitudine forti tudinis suz. & quz in Psalmo sequentur. Postqua verò ex turpi fuga in ditionem suam peruenit, irá furoremque omnem in sacerdotes & vates suos emifit, quorum magicis incantationibus & impo sturis adductus, tantum susceperat bellum : colle-Aólque ex iis clarissimos quosque, veluti præstigiatores ac seductores iugulauit. Christianorum autem tutelari Deo, non qualem antea, sed perfe-Cham iam integramque pro eis constitutione proposuitinec ita songo post tempore, præter fatum tæda morte vitam finiit. Constitutionem eam his annectendam censui.

### CAPVT XXXVIII.

Mperator Cæsar Caius + Valerius Maximinus, Germanicus, Sarmaticus, Felix, Pius, Inuicus, Augustus. Omnibus nos modis cótinuæ prouincialium nostrorum commodita ti prouidere, ea que eis præstare vel-

le, quæ omnium maximè fructuosa sint, & que ad vsum vtilitatémque omnium communem faciar, reique publicæ conueniant, atque animis omniū chara grataque accidant, neminem ignorare : sed vnumquemque hominum, ad rem ipsam recurrétem, nosse, persuasum que habere credimus. Quan doquidem autem manifestu antea vobis est, propterea quòd à divis parentibus nostris Diocletiano & Maximino præceptum fuerar, conuentus Christianorum tollendos esse, permultos à beneficialib.excussos spoliatosque esse bonis suis, id & in futurum quoque sic contra subditos nostros quorum nos, quod ita facultates eorum & posses siones diriperentur, curam maximè gerere decuit, procedere debuerat: datis proximo anno ad cuius que prouinciæ præsectos literis constituimus, fi quis coluctudini tali aut observationi cultus eiuscemodi adhærere vellet, vt is nullo interposito D impedimento propositum suum teneret: neque à quopiam, quo minus facile abíque timore & ſuperstitione omni, quod cuique placuisset saceret, prohiberetur. Czterum ne nunc quidem latêre vos potest, iudices quosdam iussiones nostras no rectè+accepisse: quapropter factum, vt de eis homines nostri dissentire coperint, lentiusque ad religiones eas quas ipsi probassent, accesserint. Sedenim ve deinceps omnis metus suspicio & du « bitatio præcidatur, constitutionem præsentem proponere volumus, ve omnibus sit notum ac manifestum, quicunque sectam religionémo; ista complecti volunt, licere id eis, vt ad numinis cultum hunc quem sibi moribus sequendum sumpse runt, se conferant, ex liberalitate & gratia legis hu ius facere. Quin & noprand atq; templa sua eis exstruere conceditur. Vt autem maior sit liberalitas « hæc nostra, illud quoque sanciendum esse duxi- " mus: Si quæ sunt domus & prædia, que antea iuris a lare. Christianorum fuerint, & parentum nostrorum iussionibus in ius fisci cellerint, aut à ciuitate aliqua teneantur, siue véditio seu donatio aliqua intercesserit, vt ea omnia in antiquu Christianorum E ius reuertantur, vt in eo quoque pietatis & prouidentiæ nostræ percipiant fructum. Hæc ille postea scripsit, fortalle etiam vt Constantinum mitiorem sibi redderet.Edi&um porrò istud propositu est nondum integro exacto anno, ex quo iussiones eius aduersus nos columnis incisæ fuerant. Er quibus antehac apud eum non dico regionem ali quam, sed ne solitudinem quidem incolere permissum fuerat, verum vt impij Deóg, prorsus carentes, ex locis omnibus eiecti, omnibusque malis expositi, atque ferro, igni, bestiis, & innumeris Suppliciorum, mortisque genetibus obiecti, tormenta & cruciatus omnes sustinuerant:ij tandem religionem suam habere, & ædes sacras construere iubentur, iuribusq; suis illis vti frui permittitur.

CAPPT XXXIX.

Tque hæc post fugam, quasi insigni quopiam beneficio in ea affegni quopiam penenera, quá- p ctus, & aliquid nostra causa, quá- p 🚧 uis nó ita vt commeruerat, pallus, perinde atque id propalàm confi-

teretur, scripsit. Quum autem secu do nobifcum conflictu congrederetur, vitam ami fit:fed non ita vt decuerat decertans, neque cum laude &gloria fortiter cadés.Namque acies quidé eius in loco plano structa cossistit. Ipse auté domi le continens,& tela effugiés, veluti qui manus aduersus Deű sustolleret, divino in toto corpore suo affligitur flagello. Confestim siquidem dolore ex anxietate summa correptus, in lecto voluebatur, & inedia tabesce bat. Incensio autem intra viscera exorta, habitú & formá omnem corrumpebat: extrinsecus etia specimé eius deformabat, ita vt breui nihil in eo esset reliqui, quá os aridu, simulacro persimile, quod horrorem timorémque spectantibus incuteret, & vt corpus eius tanquam animæ sepulchru, aut culeus quidam altius eam in se defossam continens, esse videretur. Et quum cerebrum omne exustă esser, oculoră orbes loco suo moti exciderant, cumque excecarunt. Iple porrò doloribus maximis excruciatus, Deóq; confessus,

TEPLVESOS \* IsRev, amby ass.

Him eredibile certain que aded eft, Germa ecclesias lzir

a Diverfi hec prorfee ab priore eft edi

> Ewieb.kb. o 64P.10.

Mors einfle

Mic Cefer quadrient Madazene trienmio per Oricie fuit. Dias. Tyrun no hoc (ubla to, Christia-กปุกเน เธ Otiente 16florejat. Status Ma ximini deÿ-(IMMINT, O memoriacises ⊿mici ciu∫ dem malè a cipiuntur. Lucianus: Enfeb.Colchianu, Rufin. Quintihann habet.

Pencentins. Catheliene raționii on nio prefett ab eo conflitatang

Theolecum rationalis.

Secordotes 10 uu Amisi.

Liber Mas

A mortem sibi accelerari orauit : postremóg; omnium condignas se pænas, pro flagitiis ac contumeliis, quibus proteruè & petulanter Christum esser persequutus, dare testatus, execrandam tandem illam egit animam. Verum enim verò hoc quoque ad hunc modum, qui tyrannorum omnium acerbissimus fuerar, è medio sublato, ecclesiæ statim ex ipsis fundamentis excitantur, sidei verbum liberius quam antéa prædicatur,idolorū furor potius quam culto ignominiose intercidit. Et ipse Maximinus primum vt Deo inuisus & tyrannus, literis vbique propositis, publicisq, inue-Cliuis declaratur. Statuæ eius & imagines, quæcunque in vrbibus in illius honorem erectæ fuerant, ille quidem ex locis editioribus deiectz comminuuntur:hæ autem in facie fuligine coloréque atro oblinuntur, ludúsque & ludicrum illu dere ei volentibus proponuntur. Et honores alij veritatis inimicorum abolentur. Deinde etia qui eadem cum illo senserant, partésque eius sequuti fuerant, & superbius sacris nostris illuserant, amici & familiares eius, iustas ferunt poenas. Qualis Peucentius ille fuit, in magna apud illum veneratione habitus, & amicoru omnium intimus, tertiùm ab eo consul creatus, alissque etiam + hono ribus gestis clarus. Lucianus quoq;, omni itidem dignitate ac potestate præcipue ab eo exornatus, qui sanguine Ægyptiorum, Christianorum hono res sibi & magistratus parauerat.Plurimi præterea alij, per quos potestatem Maximinus summã, vt omnibus terribilis videretur, consequutus fuerat. Comprehendit quoq; Theotecnum vindicta non diu morata, propter scelera ea quæ aduersus Christianos commentus fuerat. Quòd enim propter nouum illud simulacrum & figmenta cotra nos excitata, honore auctus fuerat, ad dignitates quoque primarias est euectus. Et postquam Licinius Antiochiam peruenit, & magoru atque impostorum turbam ad interitum adegit, affuere ibi recentis illius simulacri sacerdotes, tormentisque affecti causam imposturæ suæ edere sunt coacti. Atque illi vbi Theotecni fraudem prodidere, pri mum Licinius Theotecnu occidit, deinde impostoribus illis dignam inflixit pænam. Ad hoc Ma ximini liberi, & qui vel genere vel amicitia ci coiuncti erant, adiecti, paríque cotumelia & pæna affecti,cæsi sunt Quyniam non susceperunt disci plinam, neque intellexerunt vt non confiderent in Principibus, in filiis hominum in quibus non est salus: In die ergo illa perierunt omnes cogitationes illorum.

> CAPYT XL.

Ecclesia chri fiana florës.



Yrannis Deo inuifis ita fublatis, res imperij totius firmæ atq; inconcussa ad Costantinum & Li cinium peruenêre: qui pessimis ' illis oppressis, satis certò vim di uini auxilij experti, fidei suz ge-

nerolitatem, & ad virtutem omnem propensionem, pro Christianis omnia mouendo atq; agendo, & leges pro corú salute & securitate promulgando,abundè ostenderunt.Itaque læta admodű & ferena prorfus,nulla interueniente nube, vbiq; illuxit dies, & diuinus quida mirificusque eccle-

sias per orbem omnes splendor illuminauit, & res D nostræ tutæ atque extra inuidiam omnem positæ fuerunt. Abunde quilibet eius que à Deo immissa factaq, fuerat, pacis particeps factus est: & dominatione iniusta depulsa, liberalem vnusquisq; con spexit solem, solum verum Deum piorum propu gnatorem laudibus vehens. Omnibusque ingens incessit læticia, res omnes quasi reuiuiscentes cer nentibus, quæ dudum pestifera clade & calamita. te interierant. Itaque magnifica templa amplitudi ne & sublimitate ingenti, & longè quàm antea ve nustate & splendore maiore constructa: & quod omnium nobis est optatissimum, festi dies encaniorum nouatúmq; dedicationum íplendidè a&i, sacræædes recens fundatæ, Episcoporú vndique conuenientiŭ conuentus celebrati:& Christi mébra amanter aliud aliunde confluentia, rursus ad vnam harmoniam corporísque constitutioné decenter compacta atque, vt cum Propheta dică, os ad os,& harmonia ad harmoniam contracta: & quæ præterea per oraculum divinú prædixit verbum, impleta ea funt . Vna diuini spiritus vis per omnes peragrare cognita est, omniu vna anima, & idem studium: omnibus in ore fuit, & ab om- E nibus exauditus est hymnus vnus, divinitaté verbi Dei concentu pulcherrimo celebrans, cultúsq; numinis purus,& sincerum sacrificiu, sanctiones & constitutiones ecclesiarum, psalmorú cantus, frequétati. Ad hæc diuini verbi prædicatio, atque arcana mysticaq; ministeria piè sancteq; peracta, & salutiferæ passionis + inenarrabilia symbola & figna fumpta.Ætas quoq; omnis, & omnis ge neris homines, orationi & gratiarum actioni incumbentes, conciliatorem & autorem tam subitorum bonorú laudarunt. Conciones orationes que ad populum, pro eo atque tempus derepentè argumentum suppeditabat, in conventibus habitæ. Atque aliquis in tam frequenti ecclesiæ concione humanus atq; modestus piúsque vir, in plu rimorum hominum & aliquorum episcoporum præsentia, decenter & placide aures prebentium, orationem domi compositam in medium produ xit. Qualis illa fuit, quam ad Paulinu Tyri episcopum quidam optime conscripsit & recitauit. Pau linus porrò istè apud Phœnices clarus, multa magnifice Tyri templa construxit. Atque hæc quide p lic tum agebantur. Mihiverò minus molestu erit, constitutiones eas quas Deo charus imperator p nobis publicauit, in opus hoc referre. Primo auté loco eam ponam, quam is communiter cum Lici nio, qui nondum in rabiem actus fuerat, pro rebus Christianorum conscripsit: quæ sic habet.

Pulcherrino? ecclesia Chri fliane tranquillu secum du q; rebus Rasus.

† Gernelo ze Dog axijen. TK OUMBOAS

Extat bee oratio abud Euselib.10.

CAPPT XII.

Vum re probè deliberata, libertaté religionis nó denegandá, sed vnius- " Constantioi cuiusque arbitrio & volutati, vt pro "
suo quisq; iudicio sacra coleret, permittedam esse existimaremus: Chri "

stianos quoque professionis suz sectam, cultúm- " que diuinu seruare iussimus. Quandoquidem au- " tem multz ac diuersz + opiniones,in eo ipso re- " scripto, in quo eis talis est permissa potestas, ver- " bis difertis addite esse videbantur, factum fortasfe est, vt quidam paulo post ab huiuscemodi ob 💂

Christia

† airiofe, Se

p iiij

Restitui in-

👉 byna sina

Christianis.

benter loca

A servatione religionis complectenda resilirent. Quu igitur ego Costantinus, & ego Licinius, Augusti ambo, feliciter Mediolanum venissemus, atque ibi in consilio quæ ad vsum & vtilitatem rei-« publicæ præcipuè pertinerent, inquireremus: in-« ma potius visa sunt, constituenda atque ordinan-« da esse duximus, ea videlicet, quibus honor & cul « tus diuini numinis cotinetur:hoc est, vt etia Chri « stianis liberű prorsus concedamus arbitrium, reli gionem quá velint consectandi. Vt quidquid tan « dé est divini & cœlestis numinis, id nobis & qui " sub potestate & ditione nostra degunt, omnibus « propitium benignumq; esse posser. Itaque senten « tiam hanc nostram sana atq; recta deliberatione « in edictum retulimus, vt nemini prorsus potestas præcideretur, quouis tempore Christianoru ob-« scruationem & religionem complectendi:&qué « animo suo commodu congruentémque esse crederet cultum, sequendi, vt divinum numen in re-« bus omnibus propensum atque benignum nobis esset. Acquu sane est, vt hoc sic nobis placere, rescripto ilto nostro nunc significemus: vt hæresibus omnino sublatis, que in prioribus ad \* deuo tionem tua datis literis nostris de Christianis co-« tinebantur, si quæ sunt insuper sinistra prorsus & a clementia nostra aliena, ea inducantur. Proinde " quilibet liberè & apertè, qui Christianas cæremo nias observandas sibi esse duxerit, eas sine pertur

" batione & periculo omni tutò obseruet. Quod a ita solertiz tuz plenissimė indicatū voluimus, vt « scias nos liberam absolutámque potestatem Chri " stianis religionis suę colendę decreuisse. Et quum deuotio tua animaduertat, tam absolută ipsis esse daram facultatem, aliis quoque ad facra ea & cæ-" remonias transire volentibus id facere sciat esse

strorum couenire manifestu est, vt potestas vni-« cuique sit, pro eo atque velit, divinum colendi nu men.Factum id à nobis, ne cui diuino honori aut cultui quidquam per nos diminutum esse videatur.Itaque & hoc in personam Christianoru decernentes statuimus, vt loca eorum in quibus antea conuenire soliti sucrant, (de quibus, prioribus

permissum.Id quod tranquillitati temporum no

etiam literis nostris alio tempore ad deuotionem tuá datis, formam & modú aliú constitueramus) si ca aliqui vel à fisco nostro, vel à quopia alio, em ptione interueniente comparauerint, ipsis Christianis absque pecunia & absque repetitione vlla

precij dati, citra omnem cunctationem & delibe rationem restituant, Quod si qui talia loca dono à quopiam acceperint, aut etiam ex liberalitate& munificentia nostra cosequuti fuerint, ij ad præfectum cuiusque loci iudicis locum obtinentem adeant, vt ipsorum per benignitatem nostram ra

tio habeatur. Atque ea loca omnia, nulla interpo sita mora, corpori Christianorum omnino reddi curabis. Et quoniam Christianos ipsos no solum ea in quibus couentus agere soliti sunt, sed & alia loca habuisse constat, no privatim ad quenquam

illorum, sed ad ius corporis corum, hoc est, Christianorum pertinentia, ea quoque omnia qua diximus lege citra ambiguitatem omnem Christianis ipsis, hoc est corpori ipsorum, & cuilibet coru conventui restituenda iubebis: co quem diximus

seruato modo, vt videlicet qui ea absque restitu-

tione precij, sicuti dicum est, reddiderint, indem D nitati corum à benignitate nostra prouideatur. Quibus in rebus omnibus Christianorum, quod » diximus, corpori operam studiúmq; tuum, quoad poteris, prestare debebis, vt iussa nostra primo " quoque tempore impleantur: & vt per bonitaté » liberalitatémque nostram, communi & publicæ " quieti consulatur. Ita enim futurum est, quemad ... modum prædiximus, vt diuina erga nos gratia & 😹 benignitas, quam multis iam in rebus sumus ex- " perti, perpetua nobis firmáque maneat. Cæterum " vt eiuscemodi liberalitatis & constitutionis no- " stræ sententia ad notitiam omniŭ perferri queat, » consequens est, vt literis tuis præsixis, decretum " hoc nostrum passim in locis omnibus proponas, " & in noticiam omniŭ deducas,ne quempiam mu " nificentiæ nostræ lex latêre possit.

### CAPVT XLII.

Ecundam verò hanc quæ sequitur constitutionem, promulgarunt,in folam catholicam eccle E siam liberalitatem talem colla- " tam este significates. Salue Any- " 🛭 sianom line, plurimum nobis honoran "fitmendi.

de. Liberalitatis benignitatisque nostræ modus " hic est, vt quæ alieni iuris sunt, no solum no violenter inuolari, verumetia restitui velimus, Any- " gijs Confan line reueredissime. Quapropter precipimus, qua- " sini. L. Prini primum literæ hæ nostræ ad te perlatæ fuerint, vt " quæcunque bona ad ecclesiam catholicam Chri-, stianoru, vel in vrbibus vel in locis aliis pertinen- " tia, siue à ciuibus, seu à quopia alio occupata deti-, neantur, confestim ecclesiis ipsis restituatur. Pror " fus enim constitutum nobis est, ve quas antea ecclesiæ habuerűt possessiones, in ius earű redeant. " Quum itaque deuotio tua mandati huius nostri iussionem clariorem perspiciat, operam dare de- " bes, sine horti sine ædes, seu quidlibet aliud ad ins " ecclesiarum pertinuit, vt hæc omnia eis quampri 💂 mum reddantur, vt videlicet te iussionibus hisce " nostris cum cura & fide paruisse intelligamus. Va le Anyline, nobis admodum honorande. Aliam 💂 quoque constitutionem ad eundem scripserunt, " in qua ecclesiarum ministros & præsides,à ciuil:- F bus muneribus liberos & immunes elle iubet, in hunc modu:Salue Anyline reuerendissime.Post- " eaquam rebus multis constat, neglectam cotemptamque religionem, per quam summa sanctissimi cœlestis numinis observantia & reverentia có seruatur, ingentia rebus publicis intulisse pericula: candémque iplam legitimè atque fanctè rece pram & cultam, maximam Romano nomini feli citatem, plurimáque omnibus hominibus benefi cia, diuina benignitate suppedităte, cociliasse: placitum nobis est, viros eos qui debita sanctitate &

præcipua talium sacrorū cura ministeriis suis per

egregium sacræ religionis cultum funguntur, laborum suorum digna referre præmia. Quam ob

causam qui intra provinciam tibi creditam in ec-

clesia catholica sunt, cui Cecilianus præest, fun-

Aionémq, & operam suam sanctissimæ religio-

ni præstant, quos Clericos nominare solent, eos

ab omnibus prorsus muneribus immunes conser

uari volumus, vt ne errore aliquo aut lapfu facri-

mis ecclefia ca

Texts fan

Cijlitutio de dmationeCo li autini.

Catholicus Africa. De Pholli Alcias. de ratorib. 🖝 T. PTAsur.lib.C.12 Imperatorse po[[ession Coercio bare

Vicatius pra fellorum.

.....

Canflătinas

capiam Ceci

liani episcopi Carthagines.

stiftiti Ro.

\*\* **3**40 (...

C

A lego, à cultu qui summo numini debetur, abstra-· hatur: sed potius citra omnem perturbationem, « religioni sacrisque suis inseruiant. Qui sanè si cultum suum, qui longe maximus est, Deo rite exhi- beant, plurimum rebus publicis videntur afferre ∝ commodi & emolumenti.ValeAnyline,plurimű " nobis & honorate & desiderate. Edidit præter-" ea Constantinus quartam quoque constitutioné, " in qua ecclesiis pecunias donat, ad Cecilianum episcopum Carthaginensem ita scribens:Costan tinus Augustus Ceciliano episcopo Carthaginis. Quandoquidem visum nobis est, per pronincias " omnes Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ, certis quibusdam ministris legitimæ & sacrosanctæ catholicæ religionis, aliquid ad sumptus tolerandos largiri, literas ad Vrsum Catholicum Africæ dedi, eíque significaui, va ter mille pholles dinumeran dos tibi curaret. Quapropter vbi quam diximus pecuniæ summam recipiendam mandaueris,om nibus eis qui in breui ad te ab Hosio misso designati sunt, distribui cam iubeto. Ac siquidem deesse quidquam compereris ei summe, quo minus liberalitas quam erga omnes eos præstandam sta tuimus, impleatur: ab Heraclide possessionu nostrarum curatore, nulla interueniente dubitatio-" ne, quod opus esse videris, petere debebis. Ei eni, quum mecum esset, iniunxi, si quid pecunie ab eo exigeres, vt id ablq; ambiguitate omni tibi expésum ferret. Et quoniam audiui, quosdam non satis compositæ aut sanæ métis homines populum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ, praua quadam & subadulterina fraude peruertere velle: scito me Anylino procosuli, atque etiam Patricio Vicario præfectoru, quum vterque præsens adesset, eiusce modi mandata dedisse, vt inter alia omnia, ad hac quoque rem, quam par est maximè, conferant cu ram: neque si tale quidquam accidat, negligendum sibi putent. Itaque si aliquos eiuscemodi ho mines in ea ipla vælania perseuerare videris, sine omni procrastinatione ad eos qui dicti sunt iudices accedes, & remiplam eispropones, vt illos

CAPPT XLIII.

quemadmodu præsentibus eis præcepi, castigent & coerceant. Divinitas magni Dei te in multos



conseruet annos.

Nsuper quintam etiam composut constitutionem, conuentum episco porum agi præcipiens, vt concordia fierer, consensusque vnus ecclesiaru

ad hunc modum scribens. Costantinus Augustus Milriadi episcopo Romanorum, & Marco, &c.1 Quandoquidem plutes libelli à clarissimo viro Anylino proconsule Africa ad me sunt misi, in quibus refertur, Cecilianum Carthaginesis vrbis episcopum à quibusdam eius collegis, qui in Afri ca sunt, de rebus multis argui & accusari : miling id graue & molestum accidit, în provinciis scilicet istis, quas deuotioni mez diulba prouidentia suo ipsius arbitrio suaque sponte mandauit, & m a quibus frequens est populi multitudo, turbam ali quam & motum deteriorem ad seditionem con citandam reliquum esse, dissidiumque inter epia scopos extare: placult mihi, ipsum Cecilianu vnà cum decem episcopis, qui eum reum agere viden

tur, & alios præterea decem, quos ipse sibi ad cau D sam suam necessarios esse arbitratur, Romã in na » uim impolitos mittere, vt ibi vobis, & item Reti- » cio, Materno, & Marino, collegis vestris præsen- » tibus, quos cius rei gratia Romá properare iussi, » audiantur.Vt verò caulam totam ad augustissimā 🛥 legem accommodare, atque plenissimè de re'hac » omni certiores fieri possitis, exempla scriptorum » Anylini ad me datorum literis meis adiuncta, ad » eos quos dixi collegas vestros misi: quibus firmi- » tas vestra perlectis cognoscet, quomodo ea quæ » dicta est causa ritè atque ordine sit decidenda, at- » que ex æquo & bono finienda.Neque enim ledu 🔊 litatem diligentiámque vestram latet, ea mevene 🛥 ratione sanctam catholicam Ecclesiam prosequi, » vt nullum prorfus dissidium aut seditionem in 🐱 loco aliquo relictam velim. Diuinitas magni Dei " pos caiholivos plures annos conseruer, reuerendissimi. Alia » itidem constitutionem vulgavit, vt alter quoque " conuentus cogeretur, in quo dissidium omne ex 20 facro presbyterorum ordine tolleretur. Eius ver- 20 ba hæc funt. Constantinus Augustus Chresto epi " 🏻 ter disidëta fcopo Syracufano. lampridem antea quum nonnulli prauè & peruersè à sancta religione virtuté- " que cœlesti & catholica secta secessionem face-E rent, præcidere volentes eiuscemodi eorum con " tentionem & rixandi studium, costitueramus, vt , accitis quibuídam ex Gallia episcopis, euocatisq; " ex Africa iis qui inter se hostilem in modu perui-, caciter & obstinate contenderent atque certaret, , præsente quoque Romano episcopo, id quod in " controuerliam & concertationé venisser, in præ- " fentia eorum diligéti cura & iudicio decidi componíque posset. Quandoquidem verò, sicuti fieri " soler, quidam salutis suz cultusque & observantia, qua sanctissima secte debetur, obliti, odia atque inimicitias amplius exercere no desinut, neque rei iudicaræ acquiescere volút, per exceptio- 💂 nem obiicientes, perpaucos quoldam sentetiam tulisse, qui etiam prius ad decisionem celeriter & 🖫 cupide ferendam accelerarint, quam omnia quæ, inquiri opus fuit, diligeter & accurate excusisset. " Quibus ex rebus omnibus illud euenit, vt simul & illi quos fraternam concordiam & vnanimita- " tem obtinere decuit, turpi quodam, seu potius, detestando more, per secessionem inter se dissideant: & hominibus qui à sanctissima religione F alieno sunt animo, occasio ridendi atque obtrectandi sit prebita. Itaque prouidendu mihiest, » quod dudū post sententiam latā spontanea trans- 🕶 actione compositum oportuit, vt id nuc tandem » multis præsentibus finem debitum consequatur... Posteaquam igitur ex diuersis plurimisque locis » episcopos in Arelatensem ciuitatem intra Calen » das Augusti connenire insimus, tibi quoque 'scri » bendum esse cesuimus, ve accepta à viro clatissi- » mo, Latroniano + Agitatore Sicilia, publica ve- » Auræ tessera: duobúsque aliis ex secundo ordine, » quos ipse eligedos putaueris, tibi adiun cii, & pue » pe permitem ris tribus qui in itinere vobis inscruiut assumptis, » intra eam diem in eum quem diximus loeu per- » uenias. Vt per firmitatem tuam, reliquorumque » sia causa su qui ibi conuenient, vnanimem & consentientem = feetin 7 prudentiam, controuersia quæ hucusque non re- » illeri scilice Ctè per fædam intestini dissidij cotentionem du » fuere opes co

aliqued esse inter epifcecos dißidium

Comisio im

Propter diss dia christia worum apud infideles pro-

pi in přečilo nibus ecclerauit, omnibus quæ hinc & inde ab iis dicentur, " opic,

Licinÿ cotra

Conftantini

\* H & a

. ۱۳۵۰

tes Perinth

qui inter se dissidét, quos adesse ibi etiam præcepimus, auditis, vel nunc tandem ad debitum cultum professionem, concordiám que fraternam re duci queat. Incolumé te Deus omnipotens multos conferuet in annos.

CAPPT XLIIII.

Viuscemodi ille tum leges constitutionésque ferebat, quum vberri mè nobis Deus pacem, cœlestisq; gratia libertatem prolixißimè dedisset. Cæterum id ferre non po-

tuit, antiquus ille generis nostri hostis. Continuò enim Licinium occupauit, eumque à recta senten tia abductum, ad inimicitias aduersus Constantinum suscipiendas permouit:quem ille,quòd magnam in bello cotra Maximinum gesto gloriam consequutus fuerat, quú imperatoris nomine decorauit, tum ei Nicomediæ, \* Heracleæ quæ ad Thraciam est, atque Orientis ditionem permisit. Licinius autem, quum ea quæ prioribus tyrannis acciderant, nosset, (quæ quidem eum vt saniora sequeretur consilia, abunde satis admonere pote rant)& quum sororis Constantini maritus esset, dignitatéque & gloria ab illo secudas obtineret, imitatione eius abiecta, tyrannos, quorum euerfionem arque interitum, si quis alius, & ipse maximè viderat, zmulari maluit. Quapropter quum alia omnia paruipendit, tum affinitatem etiam& fædera iureiurando confirmata contemplit, varios aduersus Constárinum dolos struens, & benefacta mala gratia compensare studens. Ac primum quidem insidias occultans, & amicitiam simulans, sæpe fraudibus illum aggressus, nihil tamé egit.Inexpugnabili enim vi,vrpote Deo charus, munitus erat: & quæ hostis ipse in cordis latebris alia super alia struebat, facilimè ipse in lucé producta coarguebat atque opprimebat. Tá præfens illi divini cultus & pietatis armatura auxilium ad salutem attulit. Atque ipse quidem, qui in tanta apud Deum esset gratia, occultos illius co natus ad huc modum effugit. Ille autem quòd insidiæ clandestinæ ei minus ex sententia succederent, Deo illas in apertum pertrahente, citra dissimulationem propalàm se aduersus Constanti-C num, fortalle autem dicere licet, etiam aduersus rerum omnium Deum, quem ab eo coli sciebat, armauit. Primum igitur paulatim Christianos, qui sub ditione eius erant, premere aq; oppugnare est aggressus. deinde mente ab insita sibi insa nia captus, manifestam contra ecclesias commouit persequurionem: futurum ratus, vt Constantinus, religione periclitante, summo afficeretur mœrore. Neque cu latebat, ecclesias pro illo orare, 2tque studere, vt sub illius essent imperio. In primis verò delectu instituto, + Christianos om

† Confessio Agrentij en Swida, Erat hic in palatio Licinij in-ter fubstribas, quos Latini novarios rocant, illustri loco. In imperiali antem quadi demo font aqua suit, er super eo sonte Bacchi sum-laccii: sum autem ritu ampla, qua locii eum omnem togens, multa cum ameruicate obumbrabat. Huc quum Licinius resuit deambulans, Auxentio, & multu praterea aliu eum officij gratia comi-Bantibus, veniffet, & betrum ingentem & maturum è palmite pen denten confessifia, Auxentio ve sous decerpart, mandanis. Au tinn mihil prorfue fabesse doļi saspicatus pagione quem ex famore

suspensione gestabat stricto, betrum resecuit. Tum Licinius ad com, D Ad pedes Dienys y vuas depone, dixit Auxentina verò : Mini me gentium, inquit, imperator. Christianus enim fum. Licinius rue sum: Itaque ex aula, ait, confestim abibu, dignitate posita. Alten tibi duorum istorum necessario faciendum. Enin tim, unlla interposita mora cingulisperquèm libenter folutis posuit, & aula discodens valedissie. Hunc aliquanto pòst, episcopi Mopsuefice a ntistitem legerunt.

nes è dom o familiaque sua exegit: militésque qui dzmonibus sacrificare nollét, honore dignitatéque spoliatos exautorauit. Mox leges illegitimas & iniquastulit, in custodiis conclusis misericordiam omnem claudens: & Christianis deprehen sis, easidem quas maleficis pænas decernés. Quid ego nunc dicam, quæ ille prius inaudita de comu giis statuerit? quæ nouo quodam modo in desun Cos admiserit? quantam auri & argenti vim à cinibus exegerit? vt noues agroru mensiones instituerit? aliasque adinuentiones excogitarit?& delationes illustri loco natorum & magna gloria vi rorum receperit? quorum vxores per repudium ab eis separatas, impotetibus atque impudicis ad ludibrium dedit. Quid etiam dicam, quibus ipsemet in extrema etiam senecta vel virginibus vel E coniugibus quotidie libidinosissimè illudens, exsatiare tamen impotentem suam petulantiam no potuerit? Sed enim quæ sequuntur flagitia eius, arua hæc& nihili quæ diximus effe coarguunt. Postremò năque furori suo longè maximo quasi victus cedens, vim omnem in episcopos conuertit, quos ministros Dei esse sciebat. Horū præclarissimos quosque clàm fraudulenter enecauit, cæ dísq; nouus planè & insolitus modus fuit. Ac que in Ponto &in vrbibus circũ Amaleam is peregit, sæuitiam atque crudelitatem omnem longe supe rant. Ecclesiæ náque partim à radicibus ipsis euul sæ solo æquatæ, partim clausæ prorsum sunt. Sacerdotes auté magno cum contemptu perinde atque malefici quidam, grauiora etiam quam homicidz, propter innumeros eis illatos cruciatus passi, tandem ferro in minutas partes dissecti, in mare vt piscibus esca fierent, proiecti sunt. Nam aliorum piorum cædes quis enumerare queat? So litudines etiam tum & montes inculti pro vrbibus frequetabantur. Atque ad cum modu quum animatus esset, quocuque se conferret, diripiebat p omnia, & vastabat. Quo tempore etiam exercitus dux Theodorus martyrio est defunctus, spectata fortitudine vir, qui Heraclez in Ponto habitans, Mariandynorum genti præerat : & quòd euocatus ad Licinium non venisset, hospitem ipsum ha buit, ciúsque Deos comminutos egentibus dedit. Hunc Licinius etiamsi egregie charum habuerit, multis tamen affecit cruciatibus. Nam & in crucem eum egit, & subulas in meatus secretiores corporis eius immisit, postremoque capite truncault. Cuius corpus postea in patria eius Euchaite magnifice deportatum, & ibi infigni templo cohonestatum est. Alius hic est à tyrone illo, qui in Amalea ciuitate lub Bringe Maximiani præfecto holocausty factus, supplicium ignis fortiter pertulit. Sicuti & ille, qui Pergæ in Pamphilia crucifi xus, vitam hanc finiit. Quanuis omnes ij corpus vnű & spirit' vnus in Christo fuerint. Post Theodoru & Basileus Amasenus episcopus, quu prius intolerabilia tormenta esset perpessus, capitale

Item Th rus Perzifu Befile Ame

40.martyres

Sebastienses A subiit supplicium. Sebastia quoque vrbs in stagno suo quadraginta illos egregios & divinos viros p frigus & vndá mirifice Deo totos holocausti instar oblatos vidit, quum Lysias adhuc & Agricolaus satellites propugnatorésque eius superstites essent, inveniendisque adversus martyres nouis cruciatibus apprime pollerent.Illorum porrò coiuges, quæ & iplæ quadraginta numero fuere, Heracleam Thraciæ abductæ esse feruntur: atque ibi cum Amone quodá diacono tormentis, que quisquam exprimere possit maximis, generose & for titer toleratis, cum pulchra professione, per gladium victimæ Deo sunt oblatæ.

passus. Quandoquidem enim illorum malis &2d- D uersis rebus edocus ad frugem & officiú non rediit, candémque quă illi impieratem sequutus est, non immeritò in easdem quoque sædas calamita tes decidit. Statuæ quoque,& quæcunque imagines eius in muris politæatq; insertæ fuerant, euerse, erute atque abolitæ sunt. Atque ille quidem ita victus occubuit.

CAPVI XLV.

D extremam ergo dementiá ruens, ita vt cœperat,defectionem fuam à fide in apertu proferre perrexit: & ad manifestam idololatriam couersus, sacrificiis & victimis mactatis,

se facilius rectiúsque bellum eo modo expediturum arbitratus, dæmones euocauit. Dicut quoque seductum eum à quibusdam qui vétoriam ei polli cebantur, Mileti oraculum Apollinis Didymçi siue gemelli consuluisse: esque de belli euentu perconctanti, à dæmonio responsum esse versibus

🖈 ઢ γίρομ, μάλα δύ σε νίοι τύ ρουσι μαχαταί, σή τι βία λίλυται, χαλιπόν δίσι γήρας ικάνω. Te grandaue pater innenilu pugna fatigat,

Et tua fracta iacet senio graniore potestas. Constantinus porrò imperator Deo charissimus, verecundia quadam singularique bumanitate & modestia præditus, talia quum de eo audiret, seipsum primum continuit, vicémq; eius qui indi gnus erat cui quispiam condoleret, admodum est miseratus. Postquam verò ad conatus illius hostiles nihil superesset, rabiésque contra Christum su scepta magis magisque procederet, moderatam pro consuctudine sua aliquantu contrahens men tem,& humanitaté iusticia temperans, subuenien dum eis esse qui ab illo tam crudeliter vexarétur, statuit: illud certum compertumque habens, fru-Aum pietati suz, victoriam, cœlitus contra hostes C suos propositú esse. Quam ob causam honestatis virtutisque amori malitie vitiorumo; odio misto, vnà cum pio filio Crispo, contra Licinium salutari armatura duce & auxiliatrice processit. Et tandem ambo acie structa, ad Chrysopolim Bithyniç vrbem cum illo prælium commisere: omnibusq; rebus eis rite atque feliciter cedetibus, victoriam ab hoste fortissimè retulere, peditatu illius omni naualique subsidio in fugam verso. Ille porrò qui quid faceret no videret, seipsum victoribus dedidit : ille inqua, qui paulo antè minas ferociter spirauerat, atque omnia potestati suæ subiicere contenderat.Imperator sanè more suo solitovsus, vitam quidem illi donauit, eumq, fub custodia esse Thessalonica mandauit. Vbi verò ille à moribus suis consuetis non discessit, & fraudulenter insidiosa consilia captans, barbarorúmque multitudi nem mercede conducens, ve bello restaurato cladem acceptam sarciret, ad res nouas rursum spe-Care deprehensus est:Imperatoris iussu vitam fer to cesus amisit, idem scilicet quod priores tyranni

Licinius literis aded infeftus fuit, rt rirus ac peftem publicam eas appellaret, illarum sam expers rt ne decretu quidem subscribere pof-set. Illud in eo non reprehendendum, quod spadonum anlicorúmque insolentiam mirè compescuit. Egnat.

> CAPVI XLVI.



Otus autem Oriés simul & Ocperuenit: quas ille regiones, om-nésque circumcirca prouincias, necnon septentrionales atq, au-strales oras, tranquilla pace, mecidens sub Constantini imperiu

Tyrä illitas 🕁 Christianes Permenit.

tu omni depulso, repleuit. Itaque magnifici vbiq; conuentus celebrari, letis alius alium oculis respi- E cere, feruenti úsque subridere, mærore pristino tri stitiaque eiecta, noua luce loca omnia relucere: in vrbibus & vicis omnibus pæanes & hymni, primum quidem in reru omnium Deum, deinde etia in tante prosperitatis subministratorem cani, memoria maloru aboleri, obliuio impietatis induci, omnes præsentibus bonis vbertim vti frui, maior etiam meliórque rerum futuraru spes esse, legum videlicet & costitutionum humanitatis plenissimarum, bonorúm que aliorum que tum libere & propalàm ia ctabantur, donation u quoque amplitudinem pietatis declarantium: quarum multitudinem quænam oratio enumerare queat? Siquidé publicitus omnes Imperator iple cohortatus est, vt in primis diuinũ numen piè colerent . Ita enim fore, vt omnia eis abunde prorsus suppetant, omniaque cœpta cum spe optima feliciter cedant:sin à pietate tali & veri dei religione aberrarent, nihil eos & pace & bello gres aduersas expectare debere confirmans. Atque hac quidem non per ia-Cantiam gloriabundus, sed gratiam Dei agnoscés & profitens protulit. Ità ille commodum se Deo ministru prebens, terras omnes ditioni suz subie. F cit,vt Christianoru religio g maxime augeretur: & qui in ea colenda constanter perseucrarent, illu stres maximè dignitatibus & honoribus fierent. Talibus igitur confiliis fretus,quecunque iam inde ab initio contra nos decreta fuerant abrogauit, exules reuocauit, honores illis & bona sua, siue mi litaris dignitas, seu possessio fortè cuiquam adem pta fuerat, restituens. Ecclesias ampliores publica pecunia construxit, immunitatem ministris Dei concessit, couentus fieri permisit, aliaque peragere iussit, quæcunq; ad Christianum pertinent culrum. Postquam ad hunc modu omnes in pristina reuocauit libertatem, eisque honores solitos bonaq, sua restituit, si qui sententia capitali damnati vitam finiuissent, genere proximos, si qui essent, adire illorum hæreditates iussit: si non essent loci eius ecclesiam in bona corū siue privata seu publi ca essent, succedere lege lata præcepit. Atque hæc quidem sic imperator recte constituit, legitiméq, confrmauit: præterea verò christianis omnes pro-

Per pietatë

Christianifmi mirifica propagatio.

Victoria Co fătini adner (m Liciniñ. Licinius Se

Constant

7d-lemania abolitio.

waxos, cabitua Nilo. Plin lib.s. cap.9.

L. mic. C.de glad.lib.11. Prostitutio าพรูกัสมังสุด Heliop sublata.

Sarmata à Constantine vieti.

Donatio Co fanini.

+ hrlatotoτl. Portatilie ecclesia.

L'Omnes in dices.C.de feri. \* inpuicip. C

Nec illudomiferim, ma sata dierum ifterum nemi na in que nunc à Chri stianu vsurpätur,autore . Constautin principe sicut in illine Gra ca landatio-Nicephorne. Augel. Po litian.|Mifeel.cap.8. Crax in mau Costanti mi impressa. Crucu suppli

A fanos magistratus gerere permisit. Festos autem Græcorum dies, simulacrorum victimas, & orgia, incantationes,& sacra dæmonum prorsus prohibuit & interdixit. Multa etiam ex prisca consuetu dine i melius ab co mutata. Apud Ægyptios enim cubitus non amplius in Græcorum delubra, sed in sactas nostras ædes deportatus, atq; ibi dedicatus est, quo incremetum exundantis Nili monsum di gnoscebatur. Spectaculu singulari certamine con certantium gladiatoru Romæ frequentari solitu, ex eo tempore prohibitum. Phænices, qui Libanum montem ad Heliopolim incolebar, virgines fuas ante legitimas nuptias ad stuprū prostituere desierut, quod lege antea apud eos sieri receptum erat. Templa altitudine & latitudine ampla extru Ca. Que verò antehac iam ædificata fuerat, instru mento Ecclesiastico & donariis exornata. Nónulla etia ex iplis fundamentis excitata sunt. Ad quæ omnia imperator liberaliter impensas contulit, Episcopis eam rem curantibus, magistratibusque iussu illius pecunia ex publico præbentibus. Sauromatæ quoque & nationes Istrum accolétes, im perio eius lubditę,quæ gétium aliatű victrices, lo los Romanos qui eis resisterent, habuerunt. Eas Constantinus miraculoru nocturnorumque insomniorum denunciationibus deuicit. Quoscunque autem populos bello superauit, perinde atq; cum Christo de gloria contenderer, gratiam in se collatam, propagandæ religionis studio rependit, Omnes nag; homines ad hancfola colendam exci, tauit,& in omnibus provinciis parté aliquam publicorum vecligalium ecclesiis tribuit, donationémque cam ratam esse téporibus seculisque om nibus sanxit. Atque vt memoria continua milites Christum colere assuefaceret, arma eorum signo crucis exornauit. Et quum, sicuti dictum est, in im periali palatio suo templu construxit: tum + por tatilem ecclesiam aliam fieri sibi curauit, que vbicunque locorum esser, & maxime in bello circuferri posset, vt ne in solitudine quidem agens, vbi opus esset, Deumg; colere & diuina mysteria participare deberet, ædibus sacris carerer: ad quam ve luți ad tabernaculu semper prestò fuere sacerdotes & diaconi, fine intermissione ministeria diuina, iuxra staras ecclésiæ cæremonias, obeuntes. Diem eum quem Iudzi primum numerarunt, & Græci soli dicarut, \* Dominicu appellauit, eumque festum & feriatum esse omnibus lege lata sta tuit : similiter & eum qui Sabbatu præcedit, vt in iis precationibus vacaremus, supplicationibusque Deum exoraremus: alterum quidem, quòd in co Christus resurrexit: alterum autem propter crucem, à qua plurimum sibi bonorum prouenisseva riis modis expertus suerat. Quam eria ob causam eam summopere inveneratione habens in numis suis & imaginibus omnibus insculpi inscribique fecit. Testatur hoc imagines eius, habitu eo & for ma propositæ, Supplicium crucis quod Romanis ex lege frequens maxime & vsitatum fuit, ex iudi ciis sustulit. Et quu divini cultus augedi studiqsus fuit, tum ferendis etiam legibus laudem & gloriã est consequerus. Nam impudicos illicitósque con cubitus, quos ante cum nemo inhibuerat, ipse coercuit : sicuti hoc ex costitutionibus eius legibusque latis paret. Absurdas etiam illas apud Romanos leges, ne cœlibes in adeunda hæreditate con-

iugibus æquarentur, neve præterquam genere p- D Illidi a pinqui quicgex testamento lucrarentur: preterea vt qui liberos non procreassent, dimidia bonorum parte mulcarentur, abrogauitine scilicet qui cœlibatum coplecterétur, quod deteriore maritis essent conditione, minus eam sectarentur vitam, que se in studiis Deo placitis sedulò exercet. Quin vt ij qui per continentiam in cœlibatu vitam degunt, præcipuum quiddam præillis haberent, san xit:vt cælibes scilicet oes, etia impuberes, pro eo atque eis visum esset, testari possent : contra consuctudinem quz olim apud Romanos obtinuerat, qui leges tales tulerat, vt vrbem seditionibus bellisque ciuilibus ante eiusmodi sanctionem exhaustam, ciuibusque orbatam, matrimoniis liberorumque procreatione frequentiore redderent. Qua verò imperator Constantinus observantia erga professionem fidei nostræ fuerit, abundè illud quoque testatur, quòd clericos omnes consti tutione lata immunes liberosque esse permisit: iu diciúmque & intildictionem in eos episcopis, siquidem ciuilium iudicum cognitionem declinare vellent, mădauit: & quod episcopi iudicassent, id robur & autoritatem sententiz omnem habere debere decreuit. Firma quoque & immutabilia E esse voluit quæ in Synodis costituta essent. Et quæ ab episcopis iudicata forent, vt ca à magistratibus respublica administrantibus militarique quæ sub eis esset manu exequutioni mandarentur, atque ad rem collata perficerentur, constituit. Libertatem quoque ecclesiæ lege lata concessit, & vt libertate sacerdotibus testibus donati ciuium Romanorum numero ascriberentur. Quz omniz tempus quoque ipsum ad hunc vsque diem, consuctudine probata plurimorum annorum præualente, confirmat. Atq; ille quidem magno studio leges eiusmodi codidit, rebus autem ipsis cultum diuinum fedulò propagauit. Sed &ipsa religio per feipsam admodumviguit, propter eorum qui cam colebant virtutem : quòd multi adhuc persequutione sopita superessent cofessores. Et præter eos alij quoque tum extitere magna gloria boni Apo stolicique viri, operibus simul & doctrinis sidem maximè exornantes, de quibus loco suo dicetur.

CAPVI XLVII.

Ostquam verò & belli & religio nis res ei feliciter successerunt, Orientis simul & Occidentis regiones in ditionem eius peruene runt, & ipse solus Romano-rum imperator factus est, Christianismus indies magis ac magis propagatus est, &pax tranquilla per omne Romanum imperium fuit. Et tum quidem Crispus maximus natu filius eius, diem suum obiit. Ipse verò reliquis filiis Cz-

saribus dictis, & Costantino natu tum maiore Ro mam misso, contra Byzantios est profectus. Byzas nanque quidam genere Græcus, remporibus Manassa Iudzorum regis vrbem paruam sub nomine suo construzit, quam antiquitus homines barbari incolentes, propterea quod suis libere vteren tur legibus, & agrestiores essent, Romanorú imperio subiicere se prorsus renuerunt . Itaque post bellum in Bithynia contra Licinium gestum, Nicomedia

Ferendei

Detrets 57

defra. L.I. & 2.C. de huqui i e clg.m

Cloristiani

Criffi mari

Ofpide By autea Lyges dillom Plin. lib. 4.c4,11. Bellum Con flătini côtra Byzantios,

Videt iterii

fignii crucu

in calo Con-

Constantini

Costantinus orbe Costan

tinopolitană

Victoria.

A comedia soluens Constantinus, bellum eis intulit. Byzantij porrò quum ceruicem ei submittere, & tributum pendere nollent, pertinacité que Ro manæ seruitutis iugum excuterent, res ad manus peruenit : ac prælio commisso, sex millia primò in Constantini exercitu, deinde conflicu altero tria rursum millia hominum sunt casa. Quo fortunæ successu Byzantij sublati, vt copias Romanorum omnes conciderent, dispiciebant. Pauci nanque eo tempore cum imperatore milites erant, omnibus ferè, exiguo excepto numero, ad præsidium Romanæditionis, quòd de Persarum expeditione & incursione renuciatum esset, missis. Vespera diei erat, & imperator laguidus & mæ stus inopia consilij cotinue oculos in cælum intendit : atque ibi rurfum,itidem vt Romæ, quum contra Maxentium bellum gereret, scriptura stellarum ordine atque distinctione conformatam vi dit, hoc sic significantem: Inuoca me in die tribu lationis tuz, & liberabo te, & glorificabis me. Stu pore igitur percitus, rursum oculos in cælum sustulit, atque iterum Crucem stellis sicuti antea effigiatam in cœlo, & inscriptionem circum eam conspexit, cuius hæc verba erant: In hoc ipso signo hostes omnes vinces. Et confestim in memo riam ei quæ antea acciderant, venêre. Postridie er go classicum canere iussit, præliúmque rursus cú Byzantiis commisst: & quod tropzum & signu Crucis præferri in acie mandasset, fortiter illos vicit, simulque vrbem ipsam cæpit. Victoriæ autem eius tropæum & signum eo loco statuit, vbi nunc Porphyretica eius columna in magnam altitudinem ampliter excurrit.

CAPYT XLVIII,



D tantam sublimitatem quum imperium eius maximum pertigisset, vrbem aliam Romanæ honore & magnitudine æqualem construere, suumque ei nomen imponere statuit. Erat tum iuxta

Hellespontum, planicies sub Ilio, ad Aiacis sepulcrum, vbi olim Achzi bellum cum Troianis gerentes, stationem naualem habuisse dicuntur: ibi vrbis forma quæ ei videbatur descripta, quibus locis portas extrueret, circumspiciebat. Hoc sic eum in animo agitantem, noctu apparens Deus oraculo admonuit, exaduersum Chalcedoni circum Byzantium quod costituisset opus eum perficere debere. Ille porrò iussis obsecundans, locum eum omnem circumiens occupat, syl uam repurgat, ciuibus benignitatem gratiamque solitam atque decentem exhibet : naturaque regionis & cœli temperata clementia & situ loci sublimioris maximoperè delectatus, maximis eum mœnibus circumdat,& de nomine suo Con stantinopolim vocat: Regiam magnifice ad ma-

Ad reliquam felicitatem accedit, quò d mare Constantimopolim pulchriorem fitu reddit, circa sam fe infinuans quàm mamime, & in pelague rastum excundans, admodum cam exeguat, & tranquillos portus mant u prastat. Duo nanque maria, Acgamm & Enximum, ca parte qua ad Orientem vrbs spectat, confluent, fluctuimque mutua collifione commoditatem & amarnitatum plurimam en parte omni illi affermet. Procop. re, variis omnigenisque ornamentis ex Orien- D te omni decoratam, construit. Iuxta hanc iwwwip seu circum equestré instituit : & + porticus duas coctili latere in vsum viatorum, vt sub eis ambulatent, proiicit: aliaque insuper multa ædificia ani mo simul & manu liberali ambitiosè circumcirca excitat. Addit lauacra, & fontes copiosarum & pellucidarum aquarum. Et quum + originarios loci eius, magnitudini tantæ vrbis minus sufficere videret, ades maximas per plateas passim extruit, virisque & opibus & fama celebribus incolendas attribuit, quos vel ex veteri Roma, vel aliis ex gentibus ed pertraxerat. Tributaque & ad stru Auram ciuibus, & in alimenta colonis, vt copiis omnibus vrbs ea abundaret arque cresceret, designat. Amplam quoque curiam Senatui ædificat, vrbémque ipsam nouam Romam, & + impe rialem, nulla re ab altera illa differerem, nominat. Et maxima profectò illa cepit incrementa, tum conditoris pietate atque insigni erga Deum amore, tum ciuium ipsorum religione, singulario, ad benignitatem & commiserationem propensio-E ne. Tanta certe quidem ei inest ad persuadedum, & ad Christi fidem pertrahendum, vis & illecebra, vt omnes ferè & Iudæos & Græcos ad complecendum Christianz vitz institutum alliciat. Et ex quo verá pietatem semel colere cœpit, nunquam aras, sacrificia & cultum simulacrorum est experta, præterquam sub impio Iuliano: quæ tamen macula pauxillulum progressa, starim restin-Ca diffluxit.

CAPPT XLIX.

Rbem porrò recens conditam, quum multis aliis decorauit ornamétis, tum præcipuè varij generis simulacris & statuis: quas ex Græcorum templis, ideo solo æquatis, vt obliuionem erroris

illis induceret, huc transtulit. His adiecit lapides luculentos, tectorum fastigia, porticus, columnas, aliaque quæcunque spectaculo digna essent. Multa præterea opera arte naturam ipsam æmulantia, ad ea quæ ibi fiebant, aliunde eð mi- F fic. Multæ etiam vrbes religione mutata, templífque deorum direptis, simulacra, vt imperatori gratificatentur, Constantinopolim perferenda cu rarunt. In foro autem, quod nunc quoque Constantini dicitur, Porphyreticam & maximam illam columnam Roma aduectam statuit, in qua statuam suam ex zre factam collocauit, quz dextra manu ingés a aureum malum continet : atque ipsi malo veneranda crux ab eo infixa, cum tali inscriptione: TIBI CHRISTE DEVS VERBVM HANC COMMENDO. Quatuor autem folidis firmísque absidis pulchrè circuncirca basi columnæ fundata, sub ea ipsa basi duodecim cophinos & septé sportas, necnon reli quias septé panú, quibus benedictione cosecratis Christus multitudinem pauit:præterea dolabram Noæ, qua ille arcam construxit, manibus ipse suis imperator, figillo fuo ea omnia obfignata, reposuit. Que ad nostra vsque tempora etiamnum vrbi ipsī intactus inuiolatúsque thesaurus permanent. Istrum fluuium, qui Danubius quoque dici† die lubinėg lig securių Elvai tāv i... dumięuv.

† arizleras

† BatiAlusuea.
Lam vrbis
Conftantino
politana, ppter finceri
vera religionu cultum.
Sed eā, proh
dolor, à Turcis anno Da
mini 1453.
e apta amifit.

Oornamisa vrbu Cöstan idoopolisana

a Sunt auto
res, qui pper
malum iftud
aureü à Tur
cu Cöftantinopolisanam
vrbē Aurek
malum dici
putano.

Status Com flantini. In future Christi indicio noc absida gradata, mec cathadra velata adhibebuntur. August.

Pons faxens in flumine 15tro.

q

Digitized by Google

\*\*

Tertio erucë in cælo Constătio ridet.

Lateranense palatinen Roma.
Seytha Paristry subacti.
Tüpla à Cö
stantino con
dita.

Drepanum, fen Drepana, Helenopolu dista.

Ecclefia arian soqian arphung, burah B prane.

A tur, ponte saxeo iunxit : eóque transito, Scythicam gentem, quæ vltra id flumen coluit, sibi subiugauit. Quo tempore ei denuò in cœlo salutifera illa armatura apparuit, victoriamque eam, sicuti & antea conciliauit. Templa portò, quæ vbique terrarum ædificauit, quid attinet enume. rare? Primum quidem manibus ipse suis, quemadmodum diximus, Romæ in Lateranensi palatio describendo conformauit. Quod sanè palatium ipse quoque in gentibus impensis magnifice construxit, & CHRISTO sacravit. In vrbe Nicomediensi, loco illustri, cui Brachiæ nomen fuit, templum viginti millium martyrum splendidum excitauit. Sicuti etiam Antiochiæ ոսթատեր seu Dominicum octogonum. Drepani item, vbi genitus est, in honorem Luciani martyris delubrum aliud extruxit : eamque vrbem, matri honorem deferens, Helenopolim cognominauit. Tria quoque Constantinopoli maxima templa SERVATORI CHRISTO constructa dedicauit: sanca Sophiæ siue Sapientiæ, sandæ Pacis, & sandæ Virtutis. Insuper celeberrimus Apostolis templum quoq; suum con didit. Eaque omnia deinceps etiam à successoribus imperatoribus magnifice sunt instructa atque ornata. Diuo itidem Mocio, & Acacio, & Agathonico,& Menæ,martyribus,fplendida marty

### CAPYT L.

ria seu delubra ædificauit.

† lv 15 avåwrhp.
Softheniii lo
cus traicstus
Coffantingpolitano, qui
dicitur, eregione oppose
tus.
Diumsarchä
gel Michael
Argonantis
apparuit.

Ed & + traie & u, & in loco eo qui Sosthenium vocatur, ecclesias duas archangelo Michaëli extruxit: \* \* in quibus splendide exornandis, ad Imperialem magnificentiam nihil overò molestum non suerir, histo-

misit. Mihi verò molestum non fuerit, historiz huic inserere earum structurarum causam, & vnde loco ei Sosthenij nomen sit impositum, Memoriæ nanque proditum est, Argonautas Gre corum quum ad eum quoque locum peruenissenr, prædari atque diripere regionem cam cœpisse: & ab Amyco, qui ibi rerum tum potiebatur, in fugam versos, palantes in quendam ne-C morosum & incultum, propter densitatem arborum, locum profugisse: ibíque eis latitantibus, virtutem cœlitus aduenisse, viri specie, alas veluti aquilæ in humeris habentis, victoriámque aduersus Amycum oraculo denunciasse. Illos porrò id sequutos, cum illo conflixisse, victoriam reportasse, ipsum vnà cum copiis suis concidisse. Atque vt gratiam visioni ei referrent, fanum eos & statuam, ea quæ eis appatuerat forma, in loco eo excitasse:noménque regioniSosthenium

\*\* De duchus hisse sancti Michaelu templu, Procopius Cafariensu sic scribit: Littus verunque ad Constantinopolim singulari pulchritudine exornanit Instinianus. Templa duo archangelo Michaeli, alterum ex aduerso alteri, ad fretum constructa
fuere. Alterum in regione qua dicitur evante, hoc est transitus, sine traiectus, in parte dextra Euxinum pontum nauigare incipienti, Alterum autem in littore huic opposito, quem locum reteres neo 1200, hoc est promoutorium, propterea opinor quòd lougius à littore in fratum procurrit, appellarum. Hac i pla templa im
perator Instinianus ri temporu desormata denuò ex issis fundamen

tis restituit, structura admiranda.

indidisse, quòd scilicet robore ibi accepto salui euasissent. Eam statuam laudatissimus princeps Constantinus, quum in eam oram necessaria de causa divertens vidisset, familiaribus comitibusque suis rem talem exposuit: regionémque eam cum stupore admiratus, ibi mansit. Somni porrò capiendi tempore assistens illi visio statux eius similatedine: Ego, inquit, sic + sum Michael archidux Domini Sabaoth virtutum, Christianorum fidei tutor : qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fideli & germano illius ministro, auxiliaria arma contuli. Itaque è somno excitatus, regionem eam pulcherrimé excoluit, & ara imperiali, magnificaque manu & liberalitate in parte Orientali constructa, celeberrimum id templum ciuibus fimul & aduenis reddidit . Maximè tamen sacram cam ædem apparitionibus suis illustrauit Archangelus. Nullus enim graui quopiam casu, aut incluctabili periculo, aut ægritudine incognita, morbo denique incurabili circumuentus, + qui ibi Deum orans imploraue-E rit, non facile opem & auxilium inuenit. Et certò satis creditur, diuum Michaelem Archangelum apparere ibi folitum, falutiferum eum efticere locum: cuius rei gratia, ab antiquis etiam Michaelium est vocatus. Sedenim quod antiquitus eo loco Probiano accidisse, qui medicus in imperatoria cohorte militauit, audiui, dicam.

Graui is correptus erat morbo, ex pedibus admodum laborans, iun turis connexionibusque corum longo tempore distortis. Caterum agritudine tali, visione diuina in eo templo prossus est liberatus. Hic porrò, quòd Græca superstitione imbutus, ad Christianam pietatem transierat, alia quidem religionis nostræ quodammodo credibilia atque probabilia esse dicebat: Crucem autem diuinam salutis causam esse, omnino non admittebat. Atque in hac illi sententia periculose satis perseueranti, Archangeli visio assistens, Crucis signum, quod in sacro Ecclesiæ eius altari collocatum fuerat, exhibuit:disertisque verbis ostendit, ex quo tépore CHRI STVS sit crucifixus, nullam esse rem quæ opitulari generi humano priuatim & publicè, finém- F que debitum & effectum consequi, absque augusti huius ligni virtute possit, neque apud Angelos, neque apud pios sanctósque, quicunq; ve ri in Deum amoris testimonium obtinerent, homines. Qua persuasione saniorem ille mentem recepit. Hæc hactenus. Ora autem hæc, ad dextram partem, ex Ponto Constantinopolim nauiganti, consistit, circiter stadia triginta quinque ab ea, maritimo itinere: septuaginta verò insuper pedibus fretum, quod in medio, est circumeunti distans. Eandem vim & gratiam quoque habet Archangeli delubrum, quod in ipso, quem diximus, traiecu est. Verumenimuerò Argonautæ, vt in Pontum Euxinum peruenere,Æetem propter + vellus aurenm direptum fu gientes, non cadem qua prius vsi crant nauigatione, in Græciam redière: sed mari quod supra Scythas est transmillo, per flumina quæ ibi sunt, ad Italiæ fines appulere: arque ibi hybernantes,

† eltrás. Diens Michad Coftan tino quoque

Apparitio nes fancts ar changels.

t ivrasorio\_ Educto-occ

Softhenium
stid Michaelum diclum
bum diclum
Probianum
medicus iperialu podagricus ibi
janatus.

Signi fanct a crucu virtus fen crucifisi Chrifti pais

† Macher you geter Argonauta Tum in Gra ciam reditua.

Optime shei Stianorii stasus fub Comstantino.

† Quidam

Meletium

inant.

A \* Emum oppidum condiderunt. Æstate deinde proxima, adiquantibus eius regionis incolis, machinis quibusdam Argo nauem ad quadringenta stadia terra trahentes, ad fluuium cui Acylis nomen erat, Eridanum influentem, perduxerunt. Eridanus verò ipse in mare, quod Italiam alluit, prouoluitur. De his autem fatis. Quamplurima sanè alia quoque templa vbiq; Constantinus construxit, aliaque omnis generis vera pietatis opera perfecit: illud maxime studio habens, vr Christianæ religionis professio per terras omnes quas sol illustrat, propagaretur. Id quod ei ex sententia succedere perspectu est. Pax certe optata Christianorum rebus, scandalis impedimentisque omnibus celerrime sublatis, affulsit. Sed. iam tempus est, vt suus quoque septimo huic li-

Plinius libro tertio, cap. 18. Argo nans flumine in mare A-driaticum descendis, nec procul Tergeste. Nec sam constat quo slumi me. Humeru traiettam Alpes, deligentiores tradunt. Subissis e anté Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomé ex ea causa est, inter Aen monam Alpésque exorienti.

\*\* V teunque Constantinus optimus princeps & Christianissimus fuerit, de co tamen à quibusdam sic memoria proditum, vt de-cem primos annos prastantissimus diceretur, duodacim sequentibus latto, decem novissmis pupillus, ob immodicas largitiones. Egnat.

bro historiarum imponatur finis, viginti & sex D Anni hucomplectenti annos: quorum sanè viginti Dio. cletianus & Maximianus Herculius in imperio peregerunt, reliquis sex Gallerius Maximinus, Maxentius, & Licinius tyrannidem exercuerunt. Quibus etia magnus Constantinus in Galliis nondum Augustus salutatus, & in vrbe Roma rerum summæ præfuit. Quos annos nonnulli Diocletiano tyranno contribuunt : alij verò potius diuo Constantino, sicuti & nos, adscribunt. Atque iis subtractis, reliqui fiunt viginti sex anni eius, quibus post tyrannorum euersionem solus ipse & vnus Princeps sincerè ac ritè imperium administrauit. Et Occidente relicto, in Orientis, quod Ni comediæ fuit, imperiale palatium est profectus, & deinceps magno etiam studio vrbem sibi cognominem condidit. Quo tempore à condito orbe fuit annus quinquies millesimus octingentesimus, vigesimus primus: à Christi nativitate tre centelimus, sedecimus.

ine libri. Secund alios vigintė duos.

Anni impery Costan uni Magni

Secundum mentericos 4294.

Licinio postremim oppresso, Constantinus solue imperavis amis 26.Cum Licinio & Maximino (Maxentium omisto) circuter annos 6. Ante hos Constans Chlorus, Constantini pater, & Galle-rius Maximinus, postquam Diocletianus & Maximianus purpu ram posuere, annos ferc 4. Due iste simul 6. Diocletianne solue

#### TOMI OCTAVI CAPITA.

Repetitio eorum qua dicta sunt, & dicendorum propo-

Breuis commemoratio rerum apostolici Constantini, à nativitate eine vsque ad imperi initium.

Vt Constantinus tyrannos vicerit, & Christianam am plexus sis religionem.

De conditione vrbis Constantinopolitana, adificisque eius: vt res Christianorum aucta sint: de pieta te, virtute, ac constitutionibus sancti Constantini

De Ary cum Alexandro contentione: de + de Melitio: unde er quomodo, er per quas causas er occasiones ea contentio extiterit.

Qui ea tempestate magnarum vrbium fuerint Episcopi : & de Episcopis qui ab initio Byz antif ecclesiam rexerunt.

Epistola Alexandri Alexandrini episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum, de Arianio.

Alia eius dem epistola publice universis scripta, in qua Arim excommunicatur: in qua etiam Eusebim Nicomedia episcopus perstringitur.

9 Quibus de rebus Arius ad Eusebium Nicomedia episcopum scripserit.

10 Qua Eusebius idem Paulino Tyrio episcopo scripserit.

De Synodis pro Ario coastis, & de turba & confusione qua per orbem Arium inuasis.

12 Vt Constantinus audita Ecclesia contentione, Hosium Hispanum in Orientem miserit, ad concordiam inter dissidentes conciliandam.

Epistola Deum deligentis Imperatoris, ad Alexandrum Arium missa.

14 De prima uninersali sancta Nicana Synodo, qua de ea Eusebins scribat.

15 Qua ante Synodum sint acta: co de duobus philosophis, qui prater omnium opinionem in Christum credi-

16 Ve imperator Synodu ipsam ingressus sit: & oratio eius quam ad sacrum episcoporum ordinem habuit.

De quibus rebus Synodus decreta fecerit, & de santto fi 17

De Episcopu qui per disidium contra decretum Synodi 18 pugnarunt: oqua contra eos, ipsumque Arium, Synodus & ipse imperator constituerit.

Qua de Paschate & haresiarcha Melitio Synodus decre 19 uerit, & de sacris diuinisque canonibis. Item quid Paphnutius confessor suaserit.

Quod etiam Acesium Nouatianorum Episcopum impe 20 rator in Synodum accinerit.

Qualia Eustathius Antiochenus, & Athanasius Ale- 21 xandrinus, Episcopi, vera pietatu propugnatores, de Synodi actis memoria mandarint.

Epistola Euseby Pamphili ad ecclesiam suam, acta sy- 22 nodi exponens.

VI duo etiam mortui Episcopi 🔗 patres decretu Syno- 23 di subscripserint, Chrysanthus & Musonius. Qua ipsa santta synodus Alexandrina scripseris eccle- 24

sia,de rebus in Synodo gestu.

Epistola magni Imperatoris Constantini ad omnes 25 vbique Ecclesias, de sancta synodi actio, & de A-

Quod Constantinus liberalitatis & munificentia cau 26 sa à charitatu affectu profecta, Constantinopolim Synodo translata, publicum ei prabuit epulum: emuneribus omnes honoris gratia prosequusus, domum quémque dimiseris.

Epistola magni Constantini de ecclesiarum restaura- 27 tione, & Sacrorum librorum comparatione.

Qua magnus Constantinus Macario Hierofolymo - 28 rum episcopo, de viuifico Christi sepulchro scripserit.

Vt imperatoru mater Helena Hierofolymu fuerit, & 29 ibi crucem sanctam inuenerit, o qua circa eam in. uentionem sint acta.

De ecclesiis quas Helena & Constatinus Hierosolymis 30 O circa ea loca construxeris.

31 De Deo gratio operibus beate Helene, eins démque obitu, Item de cognomine ei vrbe: praterea historia sidé prope excedens de sancto martyre Luciano.

32 De tribu magnificis crucibus, quas in magnis columnis Constantinopoli Constantinus collecauit: O mirifica, de vna earum narratio.

33 Vi Constantinus Christianismu vbiqueterrarum propagari curauerit.

34 Delberu, ve ij ad piam Christiana fidei professionem sint addusti.

35 Vt etiam interioris India populi Christianismum sint amplexi,& natio itidem Armeniorum.

36 Quid Sapori regi Persarum acciderit: de episcopo Simeone, déque ys qui cum eo martyrio sunt affecti.

37 De Tarbula Simeonis sorore:de Acepsima, & Mile, epi scopis : alsisque in Perside sedecim millibus martyrum.

38 Qua Constantinus Sapori Persarum regi pro Christianu scripscrit.

39 De vitamonastica, unde ea initium sumpserit, quid ea prosteatur, & quos habuerit autores.

40 De vita Ginstituto clarissimi inter Monachos Antony magni, & sectatoribus eius: & de Paulo Simplici.

41 Defancto Amone: & Entychiano, qui in Olympo Bithynia monte versatus est.

42 De sanctu magnorum miraculorum editoribus, Spiridone, Nicolso, & Parthenio.

43 Quemadmodum Eusebiu & Theognic Ariani, libello pænitentiæ exhibito, sua receperint ecclessas: ósque qui in eorum locum surrogati erant, eiecerint.

44 Pt post Alexandrum Athan ssim Alexandria episcopatum susceperit, & de eim à pueritia institutio. ne: & vt + seips magistro sacerdos sit factus, & magno Antonio charus fuerit: & de Arianorum contra ipsum calumniu & insidiu.

t intelle

ellerite.

De Synodo Antiochia congregata, qua Episcopatum 45 Enstathio magno abroganit: & de Episcopu, qui es successerunt.

De Romano & Hierosolymitano patriarchu . Item de 46 Arianorum & Melitianorum coniunctione atque

VI Arius sit renocatus ab exilio, rettam deinde dottri- 47 nam & religionem se settaturum pollicitus.

VI Athanasim, quòd Arium non susceperit, accusa-48 tionem sustinuerit ab Arianis & Melitianis: & de decantata Arseny manu.

De Synodo Tyri contra Athanasium coasta, & ut ac-49 cusationes, contra ipsum institutas falsas esse Athanasius arguerit.

De consecratione seu dedicatione templi Hierosolymita so ni, Epistola imperatorii ad Synodum Tyri Phænicia congregatam: & vt Athanasius exul sit fastus.

Pt Arius ex Alexandria Constatinopolim aductions, st negocium facesserit Alexandro Constantinopolitano episcopo: & vt Alexandri precibiu Arius sit ruptiu, & quomodo Athanasius obstumicius incomoria commendarit.

De su qua postea Alexandria acciderint, & de consti-52 tutione quam imperator contra omnes tulit hæreses.

De Marcello, qui Ancyra minoris Galatia episcop<sup>o</sup> fuit 53 & de Asterio sophista.

De obitu & testamento Magni Constantini. 54
De sepultura eius: item quibus moribus, qua statura et 55
forma corporus fuerit.

## ^ECCLESIASTICAE HLD

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS OCTAVVS.

CAPVT 1

† ionwesino



Es gestæ + Apoftolis ipsis compa
randi Constantini,postquam hostiliter cū impio
Licinio bello est
congressus, vsque
ad conditum atq;
in ampliorem vrbem redactū Byzantium, sic se ha
bent. Quadoquidem verò admo-

dum abfurdum mihi esse videtur, tam illustré imperij administrationem, veræque in Deum pietatis, vt ita dicam, fundamétum fimul & fastigium, impiisimorum tyrannorum catalogo & historiz ita inserram (quod quidem necessariò prorsus factum est)relinquere:facere no possum,quin eam, quoad eius fieri potest, ab illis seiunctam, proprio persequar libro:quum scilicet tam ampla sit,& re bus omnibus excellés. Quapropter quæ antea Ty rannorum temporibus coniuncta exposui, quàm potero breuissimè oratione perstringam, de patre nimirú eius, de nativitate, de educatione, quomodo ad rerú administrationem peruenerit:mox etiam veteris Romæ imperium consequutus sit, vt triumphale victoriæ lignum in cœlo conspexe rit, per quod etiam exitiales & execrandos illos ty rannos deuicit: deinde quomodo diuino Romæ lauacro sit ablutus, quæ pro Christianis & Ecclesis ipsis peregerit: quibus costitutionibus pro religione nostra promulgatis effecerit, vt res nostre breui magna acceperint incrementa: vt postremum Licinium attriuerit: denique Byzantio ca-C pro,prædonibúlque inde pulsis,cognominem sibī vrbem magnīficē excitarit, eandémque facris& profanis ædibus, porticibus, + proiectis, statuis, aquis, aliísque publicis intra & extra mænia ædificiis exornarit. Hisce omnibus, quæ antehac latius sunt explicata, breuiter repetitis, quæ sequuntur fusius comemorabimus:res scilicet impiissimi Arij, primámque Oecumenicam & vniuerfalem Nicænam Synodum: & vberem, qui tum floruerunt, diuinorum virorum prouentum, quæ gentes, & quomodo professionem fidei nostre susce perint, Arianorum post Synodu improbitate reie &a: quæ Antiochiæ, Tyri, Æliæ, Alexandriæ, & Constantinopoli contra Eustathium & Athanafium veræ pietatis illustratorem acta sint. Deinceps de rebus beatæ Helenæ,quomodo ea Hierosolymis preciosam venerandamque Domini crucem inuenerir, quibus rebus ibi pulcherrimè facrosanca excoluerit loca, & quomodo tandem diem suum obierit. Multa præterea alicubi inserentur, videlicet de Asterio & Marcello Melitianis, de Nouatianis: & quomodo Arius crepuerit, libello prius verioris pietatis exhibito. Post hæc omnia felicissimam Costantini mortem, magnificas que & tali principe dignas exequias, qui innu mera deinde miracula & prodigia ediderit, referemus. Sedenim manum operi admouentes, com modè id tali initio ordiemur.

CAPVT 11.



Iuo Constantino pater suit Constas, cui \* Proceri, ab aliquibus etiam Chlori seu virentis cogno Emen impositu. Illustri is admodum loco natus, genus ad imperantum semiliam perulis. Clar

Pratorum familiam retulit. Claudij enim, qui ante Diocletianum & Aurelianum iplum Romæ imperauit, + ex filia nepotem fuilse constat. Posteaquam autem Persæ, Sarmatæ, & insuper Parthi, Varacho concitante, aduersus Romanos bellum mouere:Diocletianus,qui tum imperium obtinebat, Constantem oratorem ad barbaros componendæ pacis gratia milit . Hic ex Hesperiis in Orientem profectus, ad locum cui Drepani nomen erat, appulit. Ibi hospes, comitatus eius & cohortis regiæ splendore captus, filiam ei suam viuida & nubili iam ætate puellam subiicit. Constans amoris concubitusque mercedem, pallium mulieri, regia purpura intextum atque exornatum, donat : & puellæ patrem, quod illa procreatura esset, tollere atque educare iubet: nouum & id admirandu quiddam fore arbitratus, ex eo quòd cum puella dormiens, in Occidente, circum ipsum lectum, solem illucescentem se vidisse in cubiculo, dixit. Cæterum legatione sua ritè desunctus, domum rediit: ibique F egit. Interea Diocletianus, postquam ad imperium peruenerat, quarto administrationis eius anno, Maximianum Herculium socium sibi imperij adsciuerat. Constans verò & Maximinus Gallerius, Cæsarum + insignibus decorati sunt. Quorum hic Galleriam Diocletiani, ille verò Theodoram Herculij filiam vxorem duxir:quum quidemyterque quam antea habuerar coniugem, propter eam quam erga imperatores gerebant animi affectionem & propensionem repudiasset. Costanti Britannia, Alpes & Gallia superior prouincia obuenit, + inaccessa & non ita multorum vectigalium regiones. Annis aliquot intercedentibus, quò ipse antea legatus missus fuerat, oratores quoq; ire inbet, viros genere claros. Cæterum & illi,quu Drepanu delati essent, hospi tio matris Costantini excipiuntur. Vbi puer ludes, ab vno oratorú ad animi acerbitatem per obiurga tioné est comotus. Cuius verba ille ægrè impatiétérq; ferés, lachrymis profusis ad matrem quere-

\* wasowie

ToParentes & orthogonal Consister Consister

Alijexfilia
Chrispi, qui
fuit frater
Clandy, patre Europio
genitum tradone,

Cöstas dicere soitem suit, Opes publicas melims à prinatu plution haberi, quam intra mum Principu claustrii reservari, Eutrop.

Trouvisis.

f Susimbode Kai Suaveise Sa Lugia,

† iµBinois.

propositio.

q 11j

A lam defere. Tum illa rem omnem de puero in medium psoducit, Regij alleueras sanguinis esse. Er verba ea facile confirmabant, quum pueri facies, quæ Constantis vultum apprime referebat, tum purpura illa infecta vestis, quam ex arca mulier protulit. Atque ij quoque legatione ex Constantis sententia confecta, in patriam reversi, qui alias muneris sui res illi exposuere, tum de puero etiam Constantino retulere, formosum eum ingeniosúmque adolescentulum gestus edere regios, & vultum constitutionémque eius ferè om nem egregiè referre. Quam ob causam Constans filium statim vna cum matre ad se adducendum curauit. Quum verò metueret, ne quid vel puero vel matri ab vxore sua, per zelotypiam & coniugalem æmulationem accideret, Helenæ ipsi,sicuti decebat,prospexit, puerú autem aliquanto pòst Nicomediam ad Diocletianum misit. Ibi ille in imperatorio palatio, perinde atque pignus quoddam degebat, inter domesticos, scholaru cooptatus. Et fortia manu peragens facinora, Christianorum sacra sensim & occulté est complexus : & imperatores, qui tantopere vanç superstitioni dediti essent, & plurima martyrum cæde oblectarentur, detestatus. Porrò vt incantationibus diuinationibusque quibusdam Diocletianus cognouit, ipsum Constantinum solum summa rerum & imperio potiturum, idolorúmque cultum fublaturum, odio erga eum est accensus, consiliúm que occidendi eius cepit. Qua re comperta, Constantinus ad patrem se contulit:quem iam supremum

Cestantinu Constantu ∫wcce∬er. & 14, 71 CA far. 4.78 Au goftw. Apud alios chronicos scri ptores inquio Olympiade 272. Annii mūdi condusi 4271.Anni Demini 310 Bibliader po pit annö s di conditi 4 289.

Domi.311.

Costantina

in aula Dio

eletiani edu-

catm.

CAPVI 111,

tusdecimus.

propè trahentem spiritum, & circa testamentum

condendum occupatum reperit: in quo illi Chri-

stianorum religionem consectanti, imperium po

testatémq; suam reliquit : reliquis, quos exTheo-

dora susceperat liberis, præteritis: ipse quoq; ma-

nibus suis,in Britania coronam imperialem ei im

poluit, quinquaginta & sex ætatis, tribus a verò

& viginti imperij, exactis annis: quum quidem

omnibus, qui veram pieratem colendam statuis-

sent, tutus & tranquillus fuisset portus & perfu-

gium. Eo modo Constantinus paternum est con

fecutus imperiu, ducente fima feptuage fima quin-

ta incunte Olympiade: qui annus est à mundo co

dito, quinquies mulle simus octingéte simus quin-

Iocletianus autem & Maximianus, viginti annis in imperio administrando completis, propter certas caulas, & quòd dura que-dam perpelsi essent, potestatem eam sua sponte sibi ipsis abroga

runt. Qualia autem vel contra nos, vel etiam pro nobis propoluerint edicta, & quot martyrū millibus strenuè pro Christi nomine decertantibus, ipli simul & Maximinus successor eorum necis: causa extiterint, plenissime à nobis paulo anté est explicatum. Maxentius porrò Romæ, & Maximinus Nicomediz, hic in Oriente, ille in Occiden te, tyrannidem exercentes, eisdem detinebantur studiis, ciuium subditorum bona diripientes, matrimonia aliena violantes, & cædes innumeras: quolibet propèdie subornantes. Aduersus hos,

oppressorum legationibus pluribus excitus è Gal D liis Constantinus, primum Maxentio ad vrbem Romam bellum intulir. Quo tempore aleam Mar tis prælio aduersus eum experturus, paternum inuocauit Deum. Et derepente in cœlo salutiserum Crucis signum longius distentum, Orientem ver sus, meridiano tempore, splendore solem ipsum superante, apparuit : circum quod, in orbem, stellis itidem, ve in cruce literarum latinaru formam referentibus, inscriptio hisce verbis est visa, I N HOC VINCE.quod fignum confestim ex auro & lapillis preciosis, ad militaris vexilli instar fieri curauit : & fimul Maxentium fortissime deuicit, in ponte submersum, & Romam in potesta tem suam recepit. Deinde deorum simulacra cominuens, in cinerem redegit, corundémque delubra solo æquauit. Mox, manibus ipse suis, Seruatori in Palario Roma templum sarculo descripsit & excitauit.Leges pro Christianis tulit, aliaq; magno studio pro eisdem egit, quæ paulo antè recen suimus. Et quum eum morbus inuasisset, & medici infantum fanguine id malum difcuti purgarique posse renunciarent, abborruit resiluit que ab co facinore Deo charissimus imperator, luctu & E eiulatu matrum permotus.Intercedit nox,& prin. cipes Apostolorum se ei spectados exhibent, Romanæque vrbis Antistitem accersere iubent, piscinam apud eum esse ostendentes, cuius lauacro ablutum illum saluum subità & incolumem fore dicunt. Aduenit ille, quæ opus sunt refert, imperatorem baptizat: & morbus ipse aquis innatat, squamarum in morem, non ab oculis, verum à carne ipsa decidentium. Itaque ille melius habet, vsque aded ve miraretur ipse, is ne esset, qui antea fuerat Constantinus. Postea Iudzorum turba existit, qui imperatoris matrem adeuntes, Con stantini quidem ab idolorum cultu defectionem laudant & admirantur, sed transitionem eius ad CHRISTVM valde arguunt & criminantur. Et literæ ca de re ab Helena ad filium datæ.

At ille firmis nixus fundamentis efficit, vt illi ipsi Iudzi cum Syluestre Romanz vrbis Episcopo congrediantur, sermonésque conferant. Atque is magna eloquentiæ vi cum illis agens, facilè eos conuincit. Mox cum Maximino prælio con gressus, tropæum Crucis inferri in hostem inbet, E aduersus quod quum ille iacula emittere iuberet, victus succumbit. Quo è medio sublato, magis etiam res Christianorum sunt auctæ. Iraque encznia, innouatarúmque rerum feriz, tranquillitate vbique à Deo concessa, celebratæ: aliaque omnia peracta, quæ in eiuscemodi mutationibus & Dei dispositionibus, moribus fieri receptum est. Sub hæc constitutiones in scripto & sine scripto, quæ pro eo atque deceret, res Christianorum ordinarent, editæ. Templa quædam de integro costructa, quædam in amphorem decentioremque formam mutata. Leges latæ, immu nitatem ministris Dei conferentes, libertatémque & magnificas donationes templis sacrisque ædibus largientes. Aliæ præterea, synodos & conuentus fidelium in vnum cogentes : atque item aliz concordiam ecclefiarum conciliantes. Atque hæc quidem tum ad eum modum se habebant. Licinius autem, qui Constantiam Constantini so rorem in matrimonio habebat, Orientémque ad

Bellam Con Stantini ad. ner(m Ma-

Signem Cris cu es im calo

Constătina Rome bepti

Man

Christian

្នក់ខាររំខា ខែ i) sunopia. demac i M4 (clossa,rur Jump The as, postranò الا دناكات 10 cit, fuganit, & pæ dediem capit: cerrimã hofem, Dacid . . pa naariu. Y n Aromisry cognos Casit Coff & tinas Licinio cadendo,no idem is ten tara,quod Max ou Harolim imperio, B quod deposus 14, repaido lecerat. Conflătinopolu co ftrui-INT CT SECOT-

TTHE. الكيد ۲۰ بريان lelikot.

MINT.

TIME Confta

fatti Mj-

None Re-

A Nicomediam cum imperio administrare iussus erat, quòd magnitudinem Imperij moderatè perferre non posset, rebellionem exitiumque aduersus cum, à quo summa acceperat beneficia, molitur: conatumque suum, occulte Christianos, quorum ille magnus amator erat, occidens, ac multos ex eis in rationem martyriorum referes, declarat. Apud quem quum Constantinus neque cohortádo,neque suadendo, neque adeò territando, ve à cœpto desisteret, aliquid efficeret, postremò bello eum aggreffus, ad Chrysopolim Bithyniæ præliu cum co committit. In quo superatus ille, in potestatem quidem Constantini peruenit: vitam, victore donante, recipit, & Thessalonica sub custo dia seruatur: vbi verò tum quoq; ad nouas res respectare deprehésus est, ipse in seipsum ferru pertraxit.Quam obrem securi percussus, sibi ipsi quidem vitæ finem, tyrannidi verò & idololatriæ bel licum motum creauit.

### C APPT 1111.

Ebus contra Licinium prosperè gestis, vrbem quoque ve sub nogestis, vrbem que mine suo condat, circumspicit.
Byzantij quidam erant saui admodum, armisque sibi barbaro more plurimum arrogares. Hos magnificis tribu

armis adortus, belli iure vincit:corumque vetusto castello diruto, ingentibusque & magnificis tribu tis comportatis, magnam construit vrbem, nibil prorsus rerum omnium, que ad eam illustrandam spectarent, omittens, ædes præclaras struens, ex ipía Roma aliífque populis incolas eò alliciens: 🕂 circum equestre, porticus, proiecta, aquæductus, fontes, statuas, imagines, & que cuque ellent precipuæ artis opera, fieri, cóque comportari, vt íplen dida ornataque fedderet omnia, curans. Ad hæc, templa Deo, Apostolis & martyribus, & maximã illam \* Porphyretici marmoris columnam construens, in qua statuam quoque suam collocaus, in polo seu vertice mundi crucem infixam manutenentem. Quo ille symbolo indicauit, virtute inuicti eius tropæi & figni pedram omnem & mare: iplum à le elle lubactum. Ha regione etiam ea quæ Sosthenium dicitur, & kin traic@u,ex apparitione archangeli Michaelis, templa condidit, aliaque plura opera perfecit, qua illius diuma mete & prudentia, atque etiam in rebus omnibus magnificen tia digna erant. De cognomine ei vrbe dicitur, no longe ab Ilio, circa Græcorum naualem stationé, eam illum excitare copisse. quòd autem noctu oraculo diuino admonitus, circum Byzantium, è regione Chalcedoni extruere iussus esser, responso ei morem gerentem, amplisita mænibus ibi eircumdedisse: rebusque omnibus & ornamentis atque honoribus præcipuis Romæ parem extruxisfe, curiam atque Senatum, sumptus, \*telleras frumentarias, dignitatisque genus omne, Imperatoria prorses munificetia ciulbus largitum este. Atque ita omnibus rebus rite arq; ordine dispositis, Constantinopolim & nouam Romam appella [se,cadémque éûm illa potestate, cisdem moribus atque institutis, eisdémque legibus esse insisse, & insuper + Imperatricem vrbem declarasse, populorum omnium qui Romanum imperium agno-

scentes, Septentrionem, Austrum, & solem Orien D ma & robs tem versus, & quod in medio est mare colunt ab eis quæ ad Istrum extructæ sunt vrbibus, & ab Epidamno, quæ non longè ab lonio sinu est sita, vs que ad Cyrené & proximam Libiam, per totum, quod dicitur, Boreale clima & regionem Arctoã. Et vrbem ea condi cæpisse, à mundo creato quinquies millesimo octingentesimo vigesimoquinto,Imperij eius decimo:abfolutam autem prorfus esse, eiusdem Imperij vigesimooctauo anno, qui incidit in conditi Mundi annum quinquies millefimum octingentefimum quadragefimum tertiü, fiue, vt alij tradunt, trigelimumočtauŭ. 2 De ca illud quoque memoriæ est proditum:vt Imperator iple pedibus, haltam manu tenens, ambitum mœniaque eius definiens circumiit: quòd comitibus eius vlterius quàm conueniret, pomeria vrbis pro ferre videretur, quendam ex eis ad eum accessisse atque rogasse, Quò vsque tandem here? illumque diserte respondisse: Eò vsque, dum qui me præcedir ductor, constiterit. Vnde satis constabat, cœlestem quampiam ei præiissevirtutem, que eŭ, quod fieri deberet, instrueret. Eam tam magnifice fundatam, almam quoque Romã vocauit, quod verbum Romanis+gloria præclaram fignificat. Con E stantinus sanè nunquam non pro Christiana pietate aliquid agens, non Byzantij tantum, sed & vbique terrarum, pulcherrima ædificauit tépla, potilsimumque in metropolitanis sedibus, sicuti Ni comediæ in Bithynia provincia, Antiochiæ ad Orontem, in veteri Roma, & Hierofolymis ipsis. De quibus, quæ ibi opera perfecerit, postea dicemus. Quum verò res omnes ei ex sententia cederent, etiam apud exteras nationes, finitimas fimul & lo ginquiores, vel iure belli, vel fæderibus pactis pacatas:altissima annis pluribus pax & tranquillitas in orbe Romano floruit, & professio fidei Chriitianę vbique terrarum est propagata. Multę quoque teræ nationes sacra nostra sunt complexæ: & mitificum vitæ institutű in ecclesiis,& apud multitudinem ipsam, denique in montibus etiam & solis locis resplenduit, quòd nuper admodum Mo nachi pullulare copissent, & quod martyres adhuc & confessores superstites essent, sacerdotésq; F infuper Apostolicis donis & miraculis, vitæģ sim plicitate vigerent. Per quos cœlestem prorsus vita in terris cernere erat, religione ipsa indies semper & in rebus omnibus augmenta sua capiente: & Constantino studio omni in hoc incumbente, vt apud omnes ea vbique confirmata stabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem excresceret : vtque per ipsum, adiuuante Deo, Christianismus in serena certaque traquillitate & altissima pace cosisteret. Arque ve simpliciter dicam, ea tempestate res nostræ lætissimæ, incundissimæ, & florentissimæ fuere:aduersarij autem contra, in tristicia, summissione, & mærore summo vixere.

### CAPPT V.



Eligio nostra quum in tanta esset gloria & flore, pacem & quieté tan tam intestinum turbauit bellum. + Nugænamque & disputationes co dentiolæ, veram pietatem perfectá-

que diuini numinis cognitionem prætexentes, de

Imperatrix. Terminus Orientalia Conftan tinopolitani imperij. Tempus Co dita mbu Conftantine politana. a Si scilices ant intra tredecimen mű perfeeta, ant que to impery eius anno edi ficari cæpta चुंदा. Augeriü anspicatisiom cŏdit a งาช่ม Con stantinopoli-Alma Rowoofer. Instinia Constantinopolim nonam Romã Deo propi-tio, melioribo quàm ग्रस्टाई condită esse ANTUTÎN CEM fet, l. Dec an thore C. de veter, iura enucl.

Christianis-

.....

in mi

Aiga, The

Tranquille ".

florentémq; 🗥

rei exclefiafti

ce statil im-

fus heretics

perturbarit.

tunitata"

quibus antea inquisitum non fuerat, ea in quæ-

άλάς ως ταμ Α πονης Θ-, χού παλαμγάι Θ-

Diaboles idololatria au ter & propa gater.

† ág isov tl vai th trevo vajostuvissi. Tumult' Ec clesiaftico ino tium

Alexădrini Epifcopi.

Arine Melitÿ fectator.

Melitim he resiarcha à Petro antistive Alexã drino excom nicat<sup>9</sup>, et cã co Ari". 🗡 µі жовы missit: hoc est, nŏ pa∫m eSt n jacramë **tum** baptifmi adn a Mdit' sibi ipsi Epi Scopalano dinatë jumpsit. † Deinde Ptoleman, P anopo lu ac Veneru oppidam

stionem deduxerunt, caque re ingentes turbas in ecclesiis cocitarunt. Siquidem generis nostri\*pestis, improbusque prorsus & exitiosus hostis, nauim ecclesiasticam tam placide secundis vetis ferri,& ab vniuersitatis huius Deo gubernari vides, ferre id non potuit: & grave molest úmque sibi esse putauit, nisi submergendam cam curaret, quæ tam securum citra prauorum dogmatum fluctus & procellas teneret cursum. Vt enim Græcæsuperstitionis præstigias proculcari, dolososque laqueos eius in apertum protrahi, & manifeltò argui atque convinci, & creaturam quidem (vt antehac) amplius non coli, creatorem verò eius, sicu ti conuenit, laudibus vehi & adorari animaduertit: apertum rursum contra Deum mouere bellu posthabuit, & dolo rem clandestinè admodum & fraudulenter aggressus est. Repertis namque quibuldam, qui Christianam quidem profiterentur fidem, arrogantia autem inaniq, vanæ gloriæambitione & dominandi cupiditate quasi intemperiis quibusdam agerentur, eis ipsis veluti instrumé B tis adinuentionis fraudisque suz vtens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem &feductionem, ve conditor scilicet rerum omnium Deus, creaturis ipsis exæquatus & connumeratus, creatura rurlus quemadmodu antea adoraretur, cultusque divinus adorationi+ illius similis fieret. Verùm vnde, quóuc modo , & per quem zizania hac sata sint, re altius repetita, ve potero, exponão Alexandria, qua primaria & precipua inter Ægypti, Thebaidis & Libye vrbes, ciuitas est, amplisima lanè & populosissima, post Theonem, vt antea diximus, Petrus eximius veræ pietatis propugnator, ecclesiam gubernauit: qui certaminis sacri cursu splendidè sub impiis tyrannis peracto, Achil lam breui habuit successorem. Atque huic, ecclesiz clauo dirigendo Alexander suffectus est, Apostolicæ doctrinæ generosus defensor: qui in ea, quam diximus, tranquillitate & pace, divinis institutionibus quotidie ecclesiam exhilarauit. Ea tem pestate Arius quidam erat, in ratione quidem ille facri ordinis relatus, sed qui iam inde ab initio stu dium suum super dogmate suo satis declarauerat. Melitio namque nouas res molienti primum adhesir: atque eo relicto, se postea ad diuinum, quem diximus, Petrum contulit, à quo etiam Diaconus est factus. sed ab codem rursum ecclesia exactus, co quòd Perrus Melitium sectatorésque eius excommunicauit, & baptismum eius non \* recepit, propter nonnullas quidem causas, potissimum au tem quòd ille persequutionis periculo non perlato, cultum divinum abiurarit, & demonibus facrificarit. Eius quippe rei gratia in ordiné redactus, neque aliam quampiam ob causam, quæ probari aut defendi posset, ab ecclesia proscriptus Melitius, iniuria le affectum elle dictitans, conuiciis & maledictis Petrum proscidit. Et quum sectatores multos haberet , hærefiarchá se & ducem eorum constituit: & \* Episcopali dignitate sibi arrogata, in oppido+Lyco,quodad Ægyptum est,quæcunque sunt Episcopalis muneris, citra pudoré timorémque omnem peregit, Petro prorsus præse con tempto. Itaque vnà cum aliis Melitio faventibus, Arius quoque quiescere nolens, in Petrum est inuectus. Vbi verò Petrus accepta martyrij corona,

vitæ cursum finiit, bab Achilla successore cius Arius veniam impetrauit: & rursum Diaconi mini- D sterio fungi permissus, cpostea in Presbyterorum quoque ordinem est allectus. Apud Alexandrum quoque,proximum ab Achilla episcopum, honesto loco fuit:&quòd cauillationum dialecticarum non imperitus, arque in eiusmodi disciplinis probè exercitatus esset, scripturaru interpretatio credita ei fuerat. Enimuerò quum no benè ferret Ale xandrum Episcopi dignitatem obtinere, + quòd non rite is quoque, neque ordine lectus esset, dissidia aduersus eum latenter & contentiones mouit. Quimque non haberet quod in vita moribus que Alexandri carperet, neque per sycophantiam facile quicquam confingere posset, ca quidem in parte quiet fuit d quæ verò ille in ecclesia pro co cione recte piéq, doceret, in eis repugnare illi instituit. Episcopus namque, filium cum patre فينمناء wor, hoc est, eiusdem honoris, atque eiusdem substătiz, zqualémque per omnia eidem qui eum ge nuit, esse, ex divinarum scripturarum sententia & traditione docuit. Arius autem inter presbyteros primas tenens, verboque veritatis prorsus repugnans, creaturam facturám que patris filium voca-E uit,in absurdas opiniones prouolutus. Ex non exi stentibus siquidem genitum esse: & fuisse aliquan do tempus quum non fuerit, meráque sententiæ &+arbitrij libertate vitij & virtutis capace esse: aliaque eiuscemodi censuit, quæ opinari eum par erat, qui sibi de huius generis rebus disserendum atque inquirendum elle costituisset. Et quum existimaret episcopum Libyci Sabellij dogma assere re, contendendi & aduerfandi studio in errorem ex diametro illi contrarium decidit. Sanè quidem permultos ad nouas eius dogmatis respertraxit, & ex parui igniculi scintilla ingés est & altum exortum incendium. Ab Alexandria enim doctrina hæc progressa, Aegyptum, Libyam, & superiorem Thebaidem percurrit, mox etiam ad alias prouincias & vrbes peruenit. Quastione tali iam in controuersiam vocata, Alexander dissuadere eam est conatus. Sed iam non pauci Episcopi, & plurimi ex clero recte dicere Arium affirmabant, sententiámque eius complectentes comprobabat. Postquam autem inter fe non colenserunt, seu potius Arius+furiis correptus propalam impietatem do F cuit: Alexander illum, & cum co qui partes eius sequerentur, clericos omnes excommunicanit, & facro ordine mouit. Sentiebant porrò cum eo in Alexandrina parœcia, Aithalas, A chillas, Carponas, Sarmates, & alter Arius, presbyteri: & Euzoius, Macari, Iulius, Menas, & Helladius diaconi, multam etiam populi partem secum trahétes. In quo, alij idem sibi de Deo sentiendum atque credendum esse quod Episcopus arbitraretur, putabant: alij verò, sicuti multis euenire consucuit, istos misérabantur, veluti iniuria affectos, & indicta causa, ab ecclesia proscriptos. Sunt qui dicunt, contentionis huius alium, ante Arium, autore fuisse: Alexandrum, secudo ab Ario loco presbyterum, Baucalim cognomine qui nomé id adeptus fuerat, ex supercrescentis carnis pondere in dorso eius col-, lecto, testacei vasis forma, quod Alexandrini vernaculo sermone baucalam nominare solent: huc. inquam, secundas in ministerio sacro ferente, disfensionis causam extitisse putant. vnde postea in-

iterum: & in Libyco Lycou, rbi m tes finie Thehad Plin.lib.5. cap.9. 6 Artes ab Achilla Episcopo Ale mandrino in Ecclefiam er roris gratia impetrata re ceptus. "Ari" prof byter & fararii doctor Alexadrie ordinatus. im Lingo. 7 kg ngù 08 78 hr67x1-W. P. d Contentio A lexandri epifcopi, & Ary presbyteri, de de Élrina Christiana profes Ary here. ſis. † witt foot i -TH [ ا كاست بناية ا

Ea longè latéque graffata.

† kopubarTeiro.
Alexander
episcopo Arium cii popularibo sais ecclesia
proscribit.
Scinditur icerzii studia
in constana
vulgue.

Alexander

Bancalis,
prothyser & ipfe Alexa
drinns, differ
such huma
autor à quebufdam habism.

A ter Alexandrum & Arium contentio commota, & જ કે ંમલ્ટાંઝ, hoc est, consubstantialis promulgatio exorta sit. Quod namque Baucalis prælatum sibi honore Arium ægreferret, nouationem dogmatis istius illi adscripsit. Alexander verò episcopus, vtrumque à contentione abducere volés, ad disputationes sermonúmque collationes eos inuitavit: persuasione potius quam violenta iussione controuersiam sopire, conducibilius esse ducens. Et quum multories disputando congressi essent, sicu ti fieri assucuit, contentione inter quospiam mota:Episcopus nunc huic, nunc illi beneuole & cómode adhæsit:postremò verò tandem & ipse coæternum & consubstantialem patri filium, ita vti antea semper senserat, disertis verbis pronunciauit, Ariúmque idem sentire iussit. Quod vbi ille, vt faceret, in animum inducere non potuit, facris zdibus est ab eo eiectus.

CAPVI

O tempore Romanę ecclefiæ Syl

uester præsuit, Miltiadis succes-for, qui post Marcellinum egre-giè in persequutione ipsa certamine defuncă û, facri muneris fu-fcepit administrationem. Alexan drie autem post Theonem & Petrum, Achillas, ac deinde quem dixi Alexader, ecclesiasticam tenuit præfecturam. Antiochiæ, Tyranno in ecclesiastico ministerio Vitalis suffectus, pace primum eccle siis reddita. Is à tyrannis ecclesiam dirutam denuò excitauit : cuius structuram reliquam Philogonius perfecit, qui ex causidico episcopus factus illi successit, Licinisque temporibus, vti virum for tem decet, ardorem æmulationémque suam pro vera pietate ostédit. Porrò Hierosolymis post Her moné Macario sacrú munus creditú, digno tali no mine viro, vt qui omnibus bonis & ornamétis flo ruerit. Cóstátinopoli verò, post Metrophané, Probi Imperatoris ex fratre nepoté, Alexádro facrorú cura sorte cesserat. Verum enimuerò hoc loco faciédű mihi omnino videtur, vt altius ab ipsis Apo stolis repetitos Byzantios episcopos recenseam, & veluti facram quandam infcriptionem historiç huic adiiciam. Andreas Domini apostolus, Thraciam, Macedoniam, & Euxinum, provincias fortitus, Byzantij Christum prædicauit. Et quum à Zeu xippo, tyrannidem tum spidem tenéte, ad cædem quæteretur, Argyropolim transiit, atque ibi biennium conuentus agens, permultos ad Christiside pertraxit. Cæterum sacra eo loco fundata æde, & Stachy apostolo episcopo creato, Sinopen conces sit. Stachys sacro eo munere annis sedecim administrato, ibidem sepultus, Onesimum habuit successorem. One simus quatuor decim annos ecclesiam eam gubernauit, eique Polycarpus surrogatus:qui decem & octo annis munere suo cum lau de functus, Plutarcho id reliquit. Hic sedecim annis ecclesiæ præsuit, eamque moriens Sedecioni concessit: quo post annos nouem defuncto, Diogenes quindecim annis eam rexit. Illi Eleutherius fuffectus: qui septem annis episcopali munere obito,Felicem habuit successorem. Felix quing, an nis sedé Episcopalem tenuit, eamq; ad Polycarpū

transmisit. Qui sanè omnes, propter infideliu in- D cursiones, in eo quod memorauimus Apostoli oratorio synaxes & conuentus celebrarunt. Deinceps Athenodorus functione ecclesiastica suscepta, quatuor eam annis obtinuit: ecclesiám que aliam, in loco cui nomé erat+Olea construxit, ibique synaxim peregit. Eam ædem postea Constan tinus Magnus splendidissime auxit & ornauit. Athenodori successor Euzoius, sex annis Episcopatum gelsit, cui Laurentius luccedens, vndecim an nis ecclesiæ præfuit. Post hunc Alypius tredecim annis facrum magistratu administravit. Istius successor Pertinax, vir Consularis, nouem annis Episcopalem dignitatem obtinuit: qui quum locuple tior esset, ecclesiam aliam ad mare, in loco quem \*ficos nominabant, excitauit, eamque Pacem appellauit. Eum locum Christiani perpulchris & cotinuis ædificiis in oppidi formam redegerűt. Quapropter eum etiam mænibus eximiis, magna virtutis gloria pollens Constantinus est dignatus, p in eo Icilicet Pacis esset templum.Post Pertinace, Olympianus vndecim annis sacrorum antistes fuit : rurlum post hunc Marcus, annis tredecim. Post Marcum Cyrillianus sedecim. rillianum Constantinus, septem. Hic primo epi- E scopatus sui anno, intra Byzantium in parte seprentrionali templum edificauit, atque id Euphemiæ martyri,quæ tum facrum peregerat certamé, consecrauit. Ad quod templum reliquo vitæ tem pore transacto, episcopale munus Tito reliquit: qui id supra triginta & quinq; annos administratum, ad Dometium Probi imperatoris fratre trans misit. Atque huic Probus filius successit. Et Dome tius antistitis honorem viginti quatuor, Probus duodecim annos gessit, cuius Metrophanes frater successor fuit. Hic annis decem cum ingenti laude Episcopale ministerium cohonestauit. Sub quo etiam Constantinus semper Augustus, cognomine sibi vrbem magnificè condidit. Metrophanis por rò successor fuit Alexader, Apostolicis donis præclarus, Hæc de Episcopis. Sedenim Alexádriæ episcopus Alexander, quum Arium videret + dominandi furore flagrantem, privatim illegitimos couentus agere, & turbam motumque ingentem co citare: no modò ad facros ecclesiarum præfectos, verùm etiam ad fideles passim in vibibus omnes, de blasphemia eius publicitus literas dedit. Ex F quibus partes certas operi huic intexam, ve mihi verior narratio rerum constet, & nemini confingere quidquam videar. Adiicia præterea alia, quæ veritati sunt consona, historiamque omnem dilucidiorem reddere possunt.

t Iraia. Oles Couft 2 timopolu re-

Item . Fici. Pacis tēplū. \*ounds. Christiani ad boc sef lib oppidum con fruxerunt.

Probi imperatoru frater, & ex fratre nepotes duo, Byzantij episco

† GIAMEXIAS eisem zuet-MEYEY.

CAPPT PII.



Lexander itaque iste Alexadrinus, ad cognominem sibi Alexandrum Constantinopolitanum hæc scripsit. Reuerendissimo & vnanimi O fratri Alexandro, Alexader in Do mino salutem. Pravorum homi-

num, qui dominandi libidine & pecuniæ cupiditate ducuntur, institutum, semper quæ ampliores eis esse videntur, insidiatur ecclesiis: qui vario sanè prætextu pietatem ecclesiasticam inuadere solent. Siquidem tanquam stimulis quibusdam, ab

Alexandri Alexadri mi episcopi ad Alexan drum Cöstä tinopolitanii episcopum, de Tebus in do-Elrina eccle sia noni Ary, Scrie

Collatbas. † pilapylav. 23 Size hasoelav. Et Collutbo qued i perwerfu docebat, sed non 22 duranit eine herefu: nam statim dispa " ruit. Epiphan.contra B Ariomanifas. Ariana ha " refis.

FI ereticerii ferè capta aud plibë 🖝 infideles bo ines plan- 20 libilia.

Indiffilabila Christi to

Arismorii prof. riptio excomemicatio.

+ X45070-Plareticorii લ્ઠિકાંક છે લ્ટ pta franduienta.

A eo qui in illis efficax est, diabolo, ad propositam sibi voluptatem incitati, religione omni proiecta, iudicij Dei timorem proculcant. De quibus neces sitas mihi imposita est, multa ab eis passo, vt ad pie tatem vestram scribam, vt eiusmodi homines caueatis, & ne quis eorum se in parœcias & ecclesias vestras subinsinuare audeat, provideatis. Instructi enim sunt per simulationem & dissimulationem, ad fraudem & seductionem, impostores isti, vt siue per seipsos, seu per literas, per assentationem & venditationem fallam arte quadam compolitas, transuersos agant simplicem atque sinceram sidé consectantes homines. Quandoquidem Arius & Achillas, conjuratione nuper facta, Colluthi+dominandi cupiditatem, longe etiam deterius quam ipse ille, sunt emulati. Ille namque accusatione aduersus hos ipsos instituta, maligni consilij sui aliquem reperit prætextum. Isti verò, \* æruscatione illius sub Christi nomine susceptă videntes, eccle siæ amplius subiecti esse no sustinuerut:sed extru ctis sibi ipsis latronu spelucis, continuos ibi peragétes couentus, diu noctuque se in caluniis aduer sum Christú & nos excogitatis, meditádo exercét, atque omnes pias & Apostolicas sententias repre hendentes, Iudaico prorsus more, Christi persequutricem instituunt officinam, diuinitatem Saluatoris nostri pernegantes, omnibusque cum parem esse docentes, & voces salutifer z eius cono miæ & administrationis nostraque causa summissionis colligentes, cogerere ex illis impietatis suæ dogma contendunt, verbáque divinitatis initióq; simul & fine carétis Paternæ gloriæ eius auersantur. Quapropter impiam Græcorum & Iudæorű de Christo opinionem corroborantes, laudem ab illis, quam maxime possunt, venantur: omnia ea quibus illis ludibrio sumus, subornantes atq; procurantes, seditionésque & persequutiones quotidie contra nos excitantes: & quùm iudicia aduerfus nos, impudicis mulierculis, quas ipfi dolofè feduxerunt, intervenientibus instituentes:tű Christianismum ad obtrectationem traducentes, ex eo quòd per plateas & vicos omnes, nouæ eorum,adulterata pictate, res temere vulgantur. Quinetia indissolubilem Christi tunicam, quam ne carnifices quidem illi dividere voluerunt, scindere ipsi ausi sunt. Itaque nos ea quæ moribus improbisq; & apertis conatibus illorum congruunt, adhiben tes remedia, communibus suffragiis nostris, illos ab ea que divinitatem Christi adorat ecclesia proscripsimus. Consilium illi quoque caperunt, vt nos fraudulenter circuueniant, & ad consentientes nobis collegas furtim transire, sub obtentu pacis atque vnionis, deprecationem quidem præ se ferentes, re ipsaverò aliquos ex illis in contagione morbi sui pertrahere per +blandiloquétiam saragentes, & vt captiolis argutisque ab eis acceptis literis, habeant, quas à se in fraudem abductis perperam legant : cósque impietati iam assuesactos, prorsus à pænitentia& suga errorum, quibus sunt seducti,abstrahant, perinde atque suffragantes sibi & consentientes haberent Episcopos. Non illi sanè, quæ apud nos malè & docuerunt & egerűt, (quam ob rem etiam excommunicati funt)confitentur, sed aut silentio ea committunt, aut confi-Ais atque compositis verbis & scriptis adumbrates tegunt, hominésque decipiunt, atque +ad persuadendum comparatis insidiosisque sermonibus D eate met su. pestiferam suam occultates doctrinam, seductio- a managenties ni & fraudi expositos abripiunt. Sed & pietatem « зиліне. quoque nostram, passim apud omnes sycophan- = tice carpere non omittunt. Quapropter illud cue « nit, quum nonnulli literis corum subscribant, vt « in ecclesiam illi recipiantur : & 🖈 collegæ, qui id 🤘 permittere audent, vt equidem puto, graui calum niæ crimine non careant : qui scilicet non solum id faciunt, quod Apostolicus canon eis non permittit, verum etiam diabolicam, quæ in illis elt, co tra Christum esticaciam succendunt & augent.Ea ob causam nihil cunctatus, dilecti, meipsum excitaui, vt taliŭ hominŭ vobis ostendere infidelitate.

\* 00%@TOP

Hic etia

ec prà dictus.
\* μοχώμα.

Artemő fu

† lasu The Be.

H ereticorii

\* exercise

Deinde blasphemias illorum singillatim exponit, es sque copiose ex diuinis scripturis refutationes obiicit, impietatem ipsorum redarguens: & lo gius stilo progressus, infert. Multa, dilecti, quu dicere possem,prætereo:molestæ arrogatiæ esse ducens, eadem sentientes doctores, pluribus admonere. Ná vos ipli+à Deo docti estis, minime igno- u † " todie rantes, doctrinam hanc Ebionis ipsius, & Artemę, « & Pauli Samosateni esse, quorum isti impietatis fecibus haustis, nobis nunc, ex non existentibus, il E lorum clam viuiradices producunt: Arius nimirum ipse,& Achillas,&quod cum eis est malignătium conciliabulum: & tres præterea illi in Syria nescio quo modo creati episcopi, de quibus iudicium arbitrio vestro permittimus. Deinceps declaratis summissioribus scripturæ vocibus, quas Saluator + adsciticias nostra causa per exinanitionem salutarémque passionem suscepit, itidémque eis locis relatis atque expositis, quibus extra initiú omne principium ac Deitas, naturalisque gloria &diuinitas eius exprimitur, hec prosequitur. Quis verò quod scripturus sum mirabitur, dilecti?si cotra me, & piissimam plebem nostram, ementitas corum calumnias exposuero? Qui etenim aduersus dininitatem filij Dei acië struere ausi sunt, cotra nos quoque-kcum nulla prorfus gratia, probra & conuicia dicere no verentur. Qui etiam ex veteribus nullos esse dignos putant, qui cum eis con ferantur:neque eis æquari se patiutur, quibus nos à pueris præceptoribus vsi sumus: sed ne ex omnibus quidem qui passim sunt, collegis & presbyteris, quenquam ipsis comparari volunt, solos se lapientes, possessionum contemptores, & dogmatu repertores esse iactantes: vt quibus vnis reuelatu sit, quod nemini omnium qui sub sole sunt hominum in mentem venerit. O tumorem impium, & furorem immensum:ô opinionem insanam,& Sa tanicum planè sensum. Sub hac aliis quibusdam memoratis, & dogmate fidei corum fusius exposito, circa finem epistolæ hæc adiicit. Hosce igitur « anathematis fulmine, de fidelium fratrum consen su,ictos, nemo vestrûm recipiat, neque vel dicta vel scripta corum sustineat. Qui enim mentiri om « nia consueuere, impostores, veritatem certè non proloquentur. Vrbes illi circumeunt, nihil aliud agentes quam vt amicitiæ obtentu, per hypocrifim & adulationem, literas dent & accipiant, quibus seducat, ab ipsis iam deceptas paucas mulierculas peccatis oneratas: Et quæ sequuntur. Hosce itaque talia contra Christum ausos, & qui Christianismum quùm publice ad populum traducut,

tum in iudiciis magno studio & contentione pro-

A bris manifeltis exagitant: qui perlequutionem téporibus pacatis, quatu in eis situ est aduersus nos concităt: qui inessabile Christi natiuitatis mysterium eneruant:hosce,dilecti,auersantes, vnanimi nobiscum consensu & suffragio, calculis quoque vestris furibundam corum audaciam iugulate:exé plo collegarum nostrorum, qui in illorum excom municatione acquiescunt, literis contra eos ad me datis, libellóque damnationis subscripto, qué per filium meum Appionem Archidiaconű misi per Ægyptum omnem, Thebaidem, Libyam, Pétapolim, Syriam, Lyciam, Pamphyliam, Asiam, Cappadociam, & alias circumcircà regiones. A d horum sanè exemplum, à vobis etiam eum confirmatum iri, persuasum habeo. Multum quidem certè opis à me in eos qui ab illis sunt detrimento affecti, est collatum:sed illud maximum fuerit depellendoru à seducta plebe malorum auxilium, si collegarum nostrorum concordi cosensu illa persuasa, ad pœnitentiam decurrere studuerit. Salutate vos inuicé, cius que apud nos est consentiétis fraternitatis nomine. Valere vos in Domino opto, dilecti. Vti nam fructum aliquem vestrorum tantopere Chri sti amantium animorum percipiam. Deinde anathemate excomunicatos, in epistola receset, quos &nos suprà retulimus. In candem sententia, Philo gonio Antiochia, Eustathio Berrææ in Syria, atq, aliis etiam aliarum ecclesiarum antistitibus scripsit, quos Apostolicam doctrinam comprobare sciebat. Arius porrò neque ipse sibi cessandum esse putauit. Quapropter necessitate quadă ductus, occupare Episcoporum beneuolentiam voluit:& culpam deprecans, de fide sua ad eos scripsit: simul que petiit, si recte quidem crederet, vt & ipsi auto ritate sua id cofirmarent: & Alexadro, ne sibi suilque molestiam exhiberet, significarét: Sin minus, vt quemadmodum credendum esset, ritè doceretur. Nec parum ea res Arij partibus profuit. Opinione namq; tali vbique ferè apud Epilcopos vulgata, communis omnium de ca quæstio suit. Itaq; alij ad Alexandrum scripserunt, nequaquam prius Arium recipiedum esse, quam solenniter blasphemiæ suæ nuncium remisisset:alij contrà, illum vt pium,& nihil in fidei doctina nouantem potius, defenderunt. Alexander porrò, qui cerneret mul tos tum, per speciem sanctimoniæ & grauitatis, Arianos ad se admittere: multos etiam instigare, vt iple ad recipiendum in gratiam Arium perluaderetur: maxime verò Eusebinm Nicomediesem, virum præclarum,atque in vtrag; disciplina summè versatum, & in Imperiali palatio plurimum honoratű(Diocletianus enim Nicomediæ, & qui ante eum fuere principes, Imperatorum domicilium constituerant)seipsum excitat, atque illis re-

CAPYT VIII.

scribit, Arianos se ad communionem non rece-

pturum. Admodum auté literis suis Nicomedien-

sem Eusebium perstrinxit, quæ sic habent.

Harifsimis & reuerédifsimis, qui vbique funt , per catholicam Ecclesiam, collegis, Alexader in Do mino salutem. Quum corpus vnum sit ipsa catholica ecclesia, præceptúmque extet in divinis li:

teris, vt vinculum concordiæ & pacis retineamus, D peræquum est, vt alij aliis inuicē, quæ apud quosque accidunt, perscribamus: vt sine doleat seu lætetur membrum vnum, ipsi inter nos vel condoleamus, vel congratulemur. In ecclesia sanè nostra exurrexerunt nunc viri iniqui & + Christi inimici, defectionem docentes, quam recte quisquam præcursorem Antichristi existimauerit atque dixerit. Constitueram equidem id silentio committere, vt fortè inter solos desertores malum hoc co sumeretur:neque in loca alia progressum, simplicium quorundam aures contaminaret. Quandoquidem verò Eusebius, qui nunc Nicomediz est, in se ecclesie res sitas esse existimans, (quoniam in eum, quòd Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomediésem ecclessá adiectis, eam assectatus est, legitimè vindicatum non est) præire desertoribus istis, & ad loca quæuis scribere, eos commendans, cœpit,ne fortè ignorantes aliquos in extremam& Christinimicam hæresim pertrahat, necesse habeo, id quod in lege scriptum est memoria tenens amplius non silere, sed vobis rem eam omnibus " annunciare, vt & defectores iplos atque inaulpi- " cata eorum verba cognoscatis: & quum Eusebius E Zusebius scripserit, animum ad literas eius non attendatis. » Arianus. Dudum namque maleuolentiam suam tempore » occultatam, nunc tandem per hos renouare vo- 🐱 lens,præ se fert ille quidem tanquam pro his scri- » bat, reuera autem pro seipso id se studiose facere » declarat. Et desertores quidem sunt, Arius, Achil- » las, Aithales, Carponas, alter Arius, Sarmates, Eu- 32 zoius, Lucius, + Iulius, Menas, Helladius, Caius, & " cum eis Secundus, & Theonas, aliquando Episco 20 impium dogpi dicti, quæ verò contra scripturas adinuenta do- 😞 cent, hæc sunt. Non semper Deus pater erat, sed 20 erat quum Deus pater non erat:non semper igi- » tur Dei verbum erat, sed ex non existentibus fa- " Aum est. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, » ex non existente secit, Itaque aliquando erat, quú " non erat : siquidem creatura & factura est filius. " Neque verò æqualis substantia est patri, neque ve " rum & naturale verbum patris est, neque etiam " vera sapientia eius : sed vnus quidem ex creatis & 💃 genitis est, + abusiue autem verbum & sapientia " factus. Et ipse \* in proprio seu natiuo Dei verbo, " & in Dei sapientia est, in qua & omnia, & ipsum F quoque fecit Deus.Propterea etiam mutationi & " alterationi natura obnoxius est, sicuti omnia quo " que rationalia. Peregrinum quoq; & alienum se- " gregatumque est verbum à substantia Dei. Et inenarrabilis est pater filio:neque enim perfect è cernere potest verbum patrem, neque perfecte &cer " tò eum cognoscere. Etenim suam ipsius quoque " substantiam, vti est, filius non nouit : propter nos " namque factus est, vt nos per eum, veluti instrumentu, crearet Deus:neque is substitisset, nisi nos " Deus creare voluisset. Rogauit igitur eos quidã, " posset ne verbum Dei mutari, sicuti diabolus mutatus est?atque illi respondere non reformidarut, posse.mutabilis enim naturæ esse, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter sese venditantes Arianos, sectatoresque eorum, nos quidem cum Aegyptiis & vicinis 💂 Libycis centum numero episcopis, conuentu acto "muciau conanathemate iugulauimus. Eusebius verò receptos complexus est, qui mendacium veritati & impie-

† xesopexa

Alyzalia

+ Kalagusi-

riani confu-

tatio.

A tatem pietati commiscere studet. Sed nihil aget.

vincit enim veritas. Nulla enim est communio lu

ci cum tenebris, nulla concordia Christo cum Be
lial. Quis enim vnquam audiuit talia? quis ad rem

tam peregrinam & insolentem, eam audiens, non

obstupelcit? auresque obturat, ne verborum isto-

« obstupelcit? auresque obturat, ne verborum isto-« rum fordes auditum pertingant? Quis Ioannem « audiens dicentem, in principio erat verbum: non « damnat hosce asserentes, Erat aliquando quum

mon erat? Aut quis audiens in Euangelio, vnigenitus filius:&, per ipsum facta sunt omnia:non auersabitur sonantes, vnum esse creaturarum silium?Quomodo verò par esse eis potest, quæ per
nipsum facta sunt automodo vnigenitus, qui

a iplum facta lunt? aut quomodo vnigenitus, qui, iuxta eorum fententiam, omnibus connumeratur? Quomodo porrò ex non existentibus sir, quu pater dicat, Eructauit cor meum verbum bonum:
& &, Ex ventre ante luciferum genui te? Quomodo

inæqualis fit fubstantiæpatris, qui est imago perfecta,& splendor patris:quíque dicit, Qui me videt,videt patrem?Quomodo, si verbum & sapiétia est, filius Dei, erat aliquando quum non erat?
Perinde enim est,atque si dicant, irrationalem &

minipientem aliquando Deum. Quomodo mutationi aut alterationi subiectus est, qui de seipso dicit, Ego in patre, & pater in me: &, Ego & pater vnum sumus? Per Propheta verò: Videte me, quòd
ego sum, & non mutor. Etiamsi enim in patrem
dictum hocreferri queat, commodius tamen re-

dictum hoc referri queat, commodius tamen rechius que in præsentia de Verbo dicatur: quòd etiamsi homo factum, non tamen est mutatum: sed sicuti Apostolus inquit, lesus Christus heri & hodie, idem & in secula. Quid verò eis, vt dicerent, suasit, propter nos factum esse, quum Paulus scri-

bat:Per quem omnia, Erropter quem omnia: De blasphemia quidem eorum illa, quòd filius non nouerir patrem, non est quod miremur. Quum enim semel Christum oppugnare hostiliter consti

tuerint, fraudulenter & calumniose etiam voces eius deprauant, dicentis: Sicut cognoscit me pater & ego cognosco patrem. Si igitur ex parte Pater cognoscit filiú, videlicet & tilius ex parte cognoscit patré. Sin hoc dicere ness est, & pater psecte nouit filium: certú est & manifestum, quemadmo

dum pater nouit verbum suum, ita etiam verbum nouit patrem suum, cuius etiam est verbum. Atque equidem nos hæc disserentes, & diuinas scripturas explicantes, æpenumero eos conuicimus: sed rursus veluti chamæleontes mutati sunt, certamine quodam in se pertrahere contendentes il-

lud quod scriptum est: Impius quum venerit in profundum malorum, contemnit. Verum enimue rò, multæ ante eos extitere hæreses, que longè plu ra quàm deceret aut oporteret tentare ausæ, in stulticiam decidere. Isti verò omnibus verbis suis abolere verbi diuinitatem aggressi, kiusticiæ illas laude, præut ipsi sunt, ornauere, quippe Antichristo propinquiores. Quapropter etiam ab ecclesia

sto propinquiores. Quapropter etiam ab ecclesia proscripti, & anathemati subiecti sunt. Dolemus quidem nos perditionem & interitum eorum: & maximè, quod & ipsi aliquando sacra mysteria ec clesiæ didicerint, & nunc ab eis desciuerint. Non

miramur tamen, qui nihil noui accidere eis scimus. Idem enim etiam Hymenzo & Phileto euenit, & ante eos Iudz Seruatoris primum sectatori,

postea verò proditori & desertori. Et de iis nobis

non desunt documenta & præcepta, sed ipsemet D Domin' prædixit: Videte ne quis vos seducat.mul » ti enim venient in nomine meo, dicentes, Ego " sum, & tempus propè est, & multos seducent, no ... sequamini cos. Et Paulus eadem à Seruatore edo-Aus scripsit, quod in extremis temporibus defi- ... cient quidam à fide saniore, intendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, auersan- " tium veritatem. Itaque quum & Seruator atque 😹 Dominus noster Iesus Christus per se nobis præceperit, & per Apoltolum de istis significauerit, rite sane & ordine nos, qui auribus ipsi nostris im " pietatem illorum audiuimus, eos, sicuti antea diximus, anathemati subiecimus, & alienos prorsus ab 🐱 ecclesia & fide Catholica declarauimus. Idque " propterea pietati vestræ, charissimi atque reueren dissimi collegæ, significavimus, vt neque ex eis " quenquam, si per temeritatem ad vos accedere " ausi fuerint, suscipiatis: neque Eusebio, aut alij cui- 🕳 piam de eis scribenti, credatis. Conuenit enimvobis, vt Christianis, omnes qui contra CHR I-STVM vel dicunt vel sentiunt, veluti Dei ho- " stes, & animarum pestes, auersari, & ne salutatione quidem dignari, ne quando scilicet participes E peccatorum eorum fiamus: ficuti beatus annunciauit Ioannes. Salutem dicite, qui apud vos sunt " fratribus. Vos, qui mecum sunt, saluere iubent. \* Hæ literæ ad loca omnia perlatæ, maiorem etiam contentionem peperêre, malumque propter dissidendi studium adauxêre. Qui enim Alexan- " dro sunt suffragati, eis subscripsere: alij autem, " contra eas venêre.in primis verò Eusebius Nico- » mediensis in contrariam sententiam est raptus, " quòd'admodum se in eis perstrictum esse intellexerat. Permulti autem partes eius sequebantur. Atque is crebras ad Alexandrum dedit literas, ve Arianos, quæstione posthabita, reciperet: quem " ad hoc maxime literis suis excitans, induxit Arius. Ex quibus aliqua adducam, vt simul & participes eius impietatis manifesti siant: & Alexandri sides, qui nihil perperàm contra cos statuerit, ostédatur. Scribit igitur ad Eusebium Nicomediesem Arius in hæc verba.

CAPYT IX.

Esideratissimo domino, viro F
Dei, sideli, orthodoxo, Eusebio: 
Arius, qui iniustè perseguutio. 
nem ab AlexandroPapa, propter 
omnia vincentem veritaté, quam 
& tu propugnas, patitur, in Do.

mino salutem. Proficiscente Nicomediam patre meo Ammonio, recte me sacturum esse putaui, si per ipsum te compellarem, simúlque insitam tibi charitatem, & quam erga fratres propter Deum & Christum eius geris assectionem admonerem, magnopere persequi me & oppugnare, omnemque aduersum nos sunem mouere Episcopum: ve nos perinde atque sine Deo homines vrbe eiiciat, propterea quòd non comprobamus voces eius, publicitàs dicentis: Semper Deus, semper silius: simul pater, simul filius: coexistit x ingenito Dei silius, t semper genitus est, x ab ingenito genitus est, neque nutu neque momento aliquo pracedit Deus silium, semper Deus, semper filius, semper Christus

endi.

Dißidium ecclesiarum per Alozandri literas auclum.

Arij ad Enfebiono Nicomedica fem epifcopum litera. Queritur fe iniufte ab Alexadro eppnguari,

\* Ingenito
filists Des.
† ådytvels,
\*åytversogross.

Digitized by Google

Haretici funt ve'uti chamalcon-

Ariani reliquis harefi bus improbiores. \*Idenalosase If lauras ludvos. Arianti querendam nomina, † bri apoirnieges à sis en ce, Danno preexifiere pilo fine prim opes.

† [[ izezűjájó rads.

# ###dz##-

i hitilian,

A Christus, ex ipso Deo est filius. Et propterea quòd Eulebius frater tuus Cesariensis, & Theodotus, & Paulinus & Athanasius, & Gregorius, & Actius, & Orientales omnes dicūt, + Deum qui sine principio est, præexistere filio, anathema facti sunt: excepto solo Philogonio & Hellanico & Macario hæreticis, nulliúsque doctrinæ hominibus. Ex quibus, filium quidam eructationem, aliqui germen, nonnul!i coingenitum dicunt. Quorum impictatem ne audire quidem possimus, etiamsi decies mille mortis cruciatus nobis minentur atque intentent hæretici. Nos verò quid dicimus & sentimus? documus & docemus? Quòd filius non est ingenitus, neque pars ingeniti vllo prorsus mo do,neque+ex subiecto quopiam: sed quòd volun tate & cossilio substiterit ante tempora & sæcula, plenus Deus, vnigenitus, immutabilis: & priusqua gigneretur, aut crearetur, aut designaretur, aut fun daretur, nó fuerit: ingenitus enim nó erat. Affligimur autem, quòd diximus, principiū habere filiu, Deum autem esse absque principio:propterea inquam persequutionem patimur. & quòd diximus, ex non existentibus eum esse. Idque ita diximus, quòd neque pars Dei, neque ex subiecto quopiam est:hanc ob causam affligimur.Reliquum ipse nosti. Valere te in Domino, memorémque tribulationum nostrarum esse opto, \*Collucianista, verè pie Eusebie. Porrò qui hic enumerantur, sunt: Eulebius Pamphili dictus, Cefareæ Palæstinæ episcopus: Theodotus Laodiceæ, Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti, Actius Lydz, quz nunc Diospolis vocatur. hi Arianarum partium fuere. Aduerfarum autem nominat Philogonium Antiochenum, Hellanicum Tripolitanum, & Macarium Hierololymiranum, quos syco phantice hæreticos vocat, quòd coæternum & an telæcularem, + eiuldémque honoris & eiuldem substantiæ cum patre filium esse docuerunt. Hoc scripto permotus Eulebius, quum plures alios venenum hæresis euomens incitauit, tum ad Paulinum Tyriæ ecclesiæ antistitem literas dedit, quas audite conuenit.

C \* Collecianifiam Enfebium vocat, quasi condiscipulum, qui secti Lucianum prespyterum Antiochenum martyrem, sacras literas Antiochia docuntem, andiarit.

### CAPPT X.

Zafiby Nicondicatis al Pacinis Tyri epifopom epifola. a Enfebiarm Páphils C a forijam ano sifiam inseal ligis.

Omino meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Neque egre gium Domini mei Eusebij pro verbo veritatis, de quo ad nos est renunciatum, studium: neque tuum eadem de re silentium, Do

mine, tacitum apud nos est. Itaque pro eo atque conuenit, de domino quidem meo Eusebio lætamur: de te autem dolemus, tanti viri silentio causam nostram damnari existimantes. Quapropter te, qui nosti prudenti viro minimè omnium conuenire, vt aliena & absurda sentiat, veriratémque obticeat, hortor, vt spiritu mentem tuam ad scribendum redintegrante, scribere tandem de rebus iis incipias, quæ & tibi & auditoribus suturæ sunt vtiles: præcipuè, si consentanea scripturæ, vestigiis

verborum & sententiarum eius insistens, scribere D animum induxeris. Neque enim duo ingenita audivimus, neque vnum in duo divisum, sed neque » + corporeum quid perpessioni obnoxium didici- » mus aut credidimus, domine : verum vnum qui- » dem ingenitum vnum verò ab ipso verè, non au- » tem ex lubstantia eius 🖈 factum, prorsus naturæ 🤊 ingeniti non particeps: neque quod ex substantia » eius sit, sed factum plane sit, aliud natura atq; vir . ... tute, ad perfectam similitudinem dispositionis & » virtutis factoris ipsius factum. Cuius principium » non verbo tantum inenarrabile, sed neque men- » te,non dico hominum, sed corum quæ supra homines sunt, omnium, comprehensibile esse credimus. Proindéque non nostris ipsorum rationibus freti, sed sacræ scripturæ autoritatibus edocti, dicimus, conditum esse & fundatum & genitum substantia, & immutabili atque inenatrabili natura & similitudine ad factorem ipsum, sicuti ipse dicit Dominus: Deus creauit me in initio viarum eius, ante omnes colles genuit me. Si verò ex ipso, hoc est, ab ipso erat, ceu pars eius, aut ex dessuxu substantia, non iam creatus, neque fundatus esse diceretur:id quod ipse quoque, domine, prosectò non ignoras. Quòd enim ex ingenito existat, conditum iam ab alio, vel a seipso, fundatúmue non sit, vtpote ab initio ingenitum existens. Si verò genitum id esse dicatur, + indicium quoddam de se præbeat, veluti ex paterna substantia genitum, & ex natura eius kaqualitatem habens. Scimus autem, quod non de eo solo genitum" esse, scriptura, verum etiam de aliis, illi per omnia natura dissimilibus, loquitur. Nam & de " hominibus dicit: Filios genui & exaltaui, ipsi au- " tem spreuerunt me. Et, Deum qui genuit te, " dereliquisti. Et in aliis quid dicit? Qui genuit " guttas roris: non naturam ex natura, sed cuiusli- " bet rei quæ generatur, ex voluntate eius, genera- " tionem deducens. Nihil enim est ex substantia e- » ius:verùm omnia voluntate eius,pro fe quodque, 🤏 genita sunt, sicuti genita sunt. Atque ille quidem " Deus, hæc verò ad similitudinem eius + ratione » fua similia futura, & tamen omnia ex Deo. Quz » tu accepta & elaborata, pro ea quætibi divinitus F adest gratia, ad dominum meum Alexadrum perscribe. Persuasum enim habeo, si ad hominem scripseris, te eum permoturum esse. Saluta omnes in Domino. Valentem te, & pro nobis orantem, diuina gratia conseruet, Domine.

CAPVT XI.



Alia & isti scripserūt, adversus ve ritatem bellū instituentes. Post-quam autē diu multūmq; scribētes, persuadere Alexandro quod volebāt no potuere, perinde atq; iniuria affecti essent, egrè id ferē-

tes, magno studio in hoc incubuere, vt Arij dogma obtineret. Et in Bythyniæ primaria vrbe, impietatis instituta officina, Eusebius ad plerosq, orbis Christiani Episcopos literas dedit, vt Arium sectatorésque eius ad communionem admitterent. Sic enim suturum, vt ingentem de dogmate tonis, Nicopis. Al. ou
patinos ti
titorios.
Sentinos
Eufeby de
perfona ficy
Dei Ariamijans.
7170vie.

† Intépacie 12 va nacizi Alÿ habet intépacie, toc est, diminutionem, decre mentum; † auréra[a, identitatem.

† Nizw.

Alexander
Alexadrinue vt Avium ad com
municinem
admittat,
perfuaderi
non poteft,

Arias W persuyter, co mentus im ecclesia sus co zendi potesta tem petit. Permi∫ŭ id Ario,944tenu Alexandro episcopo morigerm effet, Palestinu epif.opu fts-A1elitiani Ary fiss -tores Vulgue etiž sibi sudiciă eccle Siasticarum rotroversia rum fumit. Id queque भूधकाँ श्री.

consequerentur gloriam: & Alexandro, vt idem faceret, autores fierent. Vt verò nihilo magis cœptum corum ex sententia processit, quòd Alexander in eis quæ semel decreuisset, constanter perseueraret : desperata ea re Arias, internuncios ad Paulinum, & Eusebium Pamphili, & Patrophilum Scythopolitanum, & ad illorum collegium misit, vt sibi sectatoribusque suis populi sui in ecclesia cogendi, sicuti antea fecissent, potestas fieret, petens: quippe qui longo ipse iam tem pore ordinem locumque suum inter presbyteros haberer, & ex consuetudine antiqua vnus quidem omnibus præesset episcopus : presbyteri autem suas ipsi regerent ecclesias, atque in eis populum congregatum pro concione docerent. Illi legationem hominis suscipiunt, & cum aliis in Palæstina conuenientes, petitionémque eius adimplentes, decretum in scriptum referunt: Arium quidem, vt antea, conuentus cogere polle: Alexandro autem subditum esse, deprecarique & sup plicare ei, quo in gratiam vnionem que eius peruenire posser, debere. Sed & alia quoque in Ægypto Synodus hac de re acta. Ario Melitius etiam, sectatorésque eiusdem fauerunt, eumque maximè iuuerunt: qui & ipsi non ita pridem ab ecclesia desciuerant,& malè erga Alexandrum animatierant. Quis autem Melitius iste fuerit, iam antea diximus. Cæterum hæresi hac per Ægyptum, & alibi passim in ecclesiis vulgata, dissidium vbique implacabile excitatum est. Et vulgus iudicium earum rerum sibi sumebat. Agebatur de his publicè in foro, aliis ad hanc, aliis ad illam partem animi affectione inclinatibus. Eaque rerum facies risum prorsus, tragicumque præbebat spectaculum. Siquidem non peregrini & aduenæ ecclesias oppugnabant, sed ciues ac tribules quotidiana consucrudine inter se coniuncti, bellum intestinum gerebant, linguis pro hastis vtentes, & seipsos inuicem mordentes. In eam sanè indignitatem res euasit, vt publice Christianismus, ad iocum & ludibrium omnibus expositus esset. luueniliter namque inter se decertantes, legationes circummittebant, vtra pars maiorem ad se pertraheret hominum frequentiam. Et quamplurimæ epistolæ, inter se contrariæ, passim mittebantur ab eis qui vel Alexandrum vel Arium opinionibus suis assentiri cupiebant. Vnde deinceps, quæ sequutæsunt hæreses Arianorum, Eunomianorum,& si quæ sunt aliæ, dissidij & conflictationis occasionem sumpsere.

EL arefum pluriü ez cőscatibe eiufmodi ortsu .

CAPVT XII.

A lexandrum obiurgans, vicio eis vertit, quòd que

Constanti nom per literas Alexãdris & Arium ad con cordiã est co bortatus, Væ contentio quú ad Imperatoris quoque aulá peruenisset, non mediocriter, ea audita, laudatissimus permotus est atque indolvit Princeps. Et graui in animo cóce pto mærore, propriá eá reputauit esse calamitatem. Confessim ergo slammá accensam extinguere, & quam celerrimè malorum sonté obturare studuit. Verebatur enim, quòd nuper admodú religio vigere cæpisset, multos eiusmodi opinionum dissensione adductos, sidem auersaturos esse Itaque literis scriptis, & Arium &

latere potuerit, questionem in medium attulerint: D & nimia ad contendendum inclinatione, ea perperàm vulgarint, quæ neque mouere, neque prorsus in animum admittere, aut certe, si admisssent, silentio tegere, neque ita inter sese dissidere, quáuis illis tum de dogmate non conveniret, debuilsent. Omnium, quippe maxime necessarium vou esse putauit, vt de diuina prouidentia cosentiamus & omnes candem fidem seruemus. Exquisitè verò de eiusmodi rebus inquirere, + secundarum esse partium. Quod si ambiguz emergerent sententiæ, reclius eas in recessibus mentis, tanquam in vmbra, tegi. Quapropter vt à talibus contentionis nugis alienissimi, idem sentirent, eos est cohortatus. Aegrè sibi esse quam maxime testatus, homines tales & vrbes Orientales, quàmuis vsu publico id flagitante, iplamý, adeò Alexandriam, tato sibi eius dissidij impedimeto obiecto, visere, Talia quædam obiurgatione & suasione tempera ta, Alexadro & Ario sapientissimus scripsit Impe rator. Grauiter etiam admodum tulit, quòd audisset, quosdam in Oriente festum Paschæ diem non eodem tempore, quo reliquos omnes Chri-E stianos, celebrare: eosq; quùm singulare quidda sibi vsurpare, atque à destinato receptæ ab alijs consuctudinis instituto recedere, tum ferias eas Iudaico quodam more peragere. Quapropter fieret, vt tam lætus & festus Christianorum conuentus obscuraretur, & dissensione deprauaretur. Itaquè consentientem statum ecclesijs conciliare volens, vtraq; in re inhibere mali currentem impetum, priusquam latius ad plures perueniret, & leditioné ad cócordiam reducere studuit. Eius rei gratia, virū & vita & doctrina inligni pręditū, qui quùm alijs in rebus præclarus effet, tum in tuenda fidei professióe paulò antea magnam sibi gloriam comparasset, quiq; in maxima apud Imperatorem veneratione & honore præcipuo esfer, nomine Hosium, ciuitatis Cordubæ in Hispania episcopum, ex omnibus familiaribus suis delectum, cum literis ad cos qui in Acgypto inter se dissidebant conciliandos, & ad concordiam reducendos: & item ad cos qui in Oriente, ecclesijs alijs se Paschali die celebrando non accommodabant, ad consentientes nobiscum ceremonias pertrahendos, misit. Literarum earum partem aliquam non incommodum fuerithoc loco inserere. Epistolam enim totam, Eusebius libro secundo eorum quos de Constantino scripsit, de verbo ad verbum retulit. Cuius capita quæ-

C APPT XIII.

Ictor Constantinus, Maximus, Augustus, Alexandro & Ario.
Quæstionis præsentis exordium
à vobis isthinc extitisse intelligo. Quum enim tu Alexander
à presbyteris requireres, quid

dam sichabent.

quisq; eorum sentiret de quodam loco scripturæ, seu potius de cuiusdam partis inani quæstione interrogares: & tu Ari, quod vel prorsus in animum non admissum, vel certè admissum silentio mandatum oportuit, improuidè respondendo In fidai pro fessione omnes consentire debemen.

† bedierieß

Questiones ecclesiastica non temerè promulganda.

Correnerfia de sépore Pa febasu (elebrandi.

Ad distensiones confo
modi compo
nendas Con
Stantions
Hosiii Cordubensem epi scopum in
Asyptum
Asiguta
miste.

Eusch.lib. 2

Epifola Cö Stantini ad Alexadrii & Arium particula.

> Dolet Ecclofiasticam vnionem dini sam esse.

A exponeres, excitata inter vos dissensione, conuentus quidem solennis quibusdam denegatus, sanctissimus autem populus in partes scissus, commu nis corporis apta & consentiente vnione excidit. Itaque vterque vestrûm ex æquo sententiam animumque animaduertens, ad quod vos conseruus & collega vester legitime ac iuste cohortatus fuerit, id suscipiat. Quid verò hoc ipsum est? Neq, interrogare de eiulmodi rebus à principio, neq; îterrogatu respodere, æquu erat. Eiuscemo di enim quæstiones, quas non aliqua legis & religionis no stre necelsitas iniugit, sed inanes inutilis-kocij nu gæ proferunt, etiamíi naturalis alicuius exercitationis gratia proponantur, tamen intra abdita mentis noltræ continere, neque vel facile in publicos conuentus producere, vel incauté omnium auribus credere debemus. Quotus enim quisque elt, qui res ita magnas & difficiles admodum, aut certò perspicere, aut ritè exponere queat? Quod si quis id sibi facere procliue esse ducat, cui parti plebis id persuadebit? aut quis tandem erit, qui contra tales tantarum rerum argutias & subtilitates, sine periculoso lapsu consistet? Quam ob rem inhibenda est in talibus +disputatio longior, ne quo modo, si vel naturæ nostræ imbecillitas, quod propositum sit, exponere non valeat: vel discentium auditorum hebetius ingenium, id quod exquisite dictum sit, assequi non possit: in alterius istorum, blasphemiæ scilicet, aut schismatis atque dissidij necessitatem populus incidat. Itaque & interrogatio incauta, & responsio improuida, æquam sibi inuicem in veroque veniam concedant. Neque enim de præcipuo aliquo legis nostræ præcepto occasionem concertandi lumplistis, neque nouum aliquod à vobis de cultu Dei institutum est inductum, sed vnam candémque habetis propositam rationem, sicuti communionis etiam tesseram. Et quum de rebus minimis inter vos contentiose decertetis, minimè omnium decet, per dissensionem, vos tantam populi Dei multitudinem pro arbitrio vestro ducere. Quod neque decorum, neque prorsus fas esse creditur. Sedenim, vt prudentiam vestram paruo exemplo commonefaciam, non igno ratis sand, philosophis ettam ipsis de vno omni-C bus conuenire dogmate, & persæpe eosdem de parte aliqua sententiarum aut breuium dictorum dissentire: sedenim etiam si scientiæ virtute discordent, corporis tamen vnione inter se conspi-Quod si hoc sic habet, quomodo non multo iustius fuerit, vos, qui magni Dei ministri, in tantæ religionis instituto collocati estis, vnanimes inter vos esse? Verum age, deliberatione maiore consideremus, & cogitatione prolixiore quod dictum est animaduertamus, an re-&è propter paucas & vanas verborum inter vos rixas, fratres frattibus aduersentur, & solennes conventus impia dissensione per vos segregentur, qui de paruis admodum & minime necessariis rebus mutua contentione decertatis. Vulgaria hac funt, & puerilibus mentibus magis conuenientia, quàm sacrorum & prudentium virorum sapientiæ congruentia. Decedamus nostra sponte à diabolicis tentationibus. Magnus ipse Deus & Saluator omnium nostrûm , commune omni-

bus protulit lumen : per cuius prouidentiam, cœ- D ptum hoc mihi, illius longè + potentioris famu- « lo, ad finem debitum perducere permittite, vt 🖈 🧸 🗪 per vos, illius populos, mea admonitione, mi- « ecclefia com nisterio, & cohortationis contentione ad conuentus communionem reducam. Est enim, quem- " ர காச்சுக் admodum dixi, vna quædam in vobis fides, vna « v@, Deifi. instituti vestri sententia, & legis ipsius præce- a ptum, omnibus suis partibus in vnum anime pro- « positum & voluntatem omnia concludit. Hoc iplum quod vobis inter vos contentionem peperit, quandoquidem non ad totius legis vim refertur, nequaquam apud vos seditionem aliquam & seccisionem faciat. Atque hæc dico, non vt omnino necessitatem vobis istam valde puerilem atque incautam, aut qualemcumque tandem quæstionem sopiendi imponam. Potest enim à vobis fincerè solennitas conuentus retineri,& communio omnium seruari, quamuis maxime in parte quapiam inter vos aliqua sit de re minima dissenno. Siquidem non omnibus nobis, in rebus quibusuis, eadem voluntas est, neque vna apud nos natura aut sententia obtinet. Itaque de providentia Diuina, vna in vobis sit sides, vna sententia, E vnus de Deo consensus. Ea verò quæ de minimis iltis queltionibus intervos exquisitè inquiritis,tametsi ad candem sententia non deducantur, conuenit intra cogitationem retinere, atque in animi penetralibus conseruare. Itaque facite, vt ineffabile illud & præcipuum comunis amicitiæ & charitatis sacramentum, & veritatis fides, Desque cultus,& religionis atque legis nostræ honor & reue rentia, constans & firma apud vos permaneant. Redite ad mutuam charitatem & gratiam, reddite vniuerso populo suos amplexus: & vos ipsi veluti animas vestras expiantes, rursus alter alterum agnoscite. Iucundior namque persepe, post depositas inimicitias, reconciliatione interueniente, fit amicitia. Reddite mihi quoque serenos dies, & noctes securas, vt mihi suauitas aliqua puræ lucis, « & tranquilla vitæ læticia deinceps seruetur. Quod si non sit, illa mihi necessitas incumbit, vt suspiriis & lachrymis totus extenuer, & neque vitæ huius tempus placide sustineam, Si enim tot Dei populi, hoc est conserui mei, tam iniqua & detrimen- " tosa inter se decertatione dissideant, quomodo sie F ri potest, vt ipse deinceps animo consistam? Cœterùm vt fummum meum hac de re mœrorem am plius intelligatis, illud sic habete: Nuper adeò, quum Nicomediæ essem, derepentè nescio quo vrgente, in Orientem cogitaui. Et properantem me ad vos, quum maiore iam ex parte vobiscum essem, nuncius huius rei perculit,& consilium cœ ptumque meum disturbauit, méque retrocedere coegit, vt ne oculis conspicere cogerer, quæ auribus quoque intoleranda elle iudicaul. Aperite mihi deinceps, per concordiam vestram, Orientale iter, quod mutuis vestris contétionibus clausistis. Date mihi hoc, vt celeriter vos, omnésq; alios populos lætus videre, & pro communi omnium con cordia & libertate, orationibus auspicatissimis fau stissimisque verbis, debitam gratiam Deo agere possim.

lice. \* id cft, re-

Propter que ce fliones no ita ti vaio & co munio eccla-Staffica non scondenda.

c Conft Linux

In Oriente, proficifcens Conftantin', in itinere de dißidio eccletior fall', re trocessit.

CAPVT XIIII.

Hofins orator infectio rebus ad Co ftantinii rediie. Conftanting Nicanam sudicit Syne

Parpertas Episcoporii Episcoporii qui ad Syno dum esin cowenerunt.

Primariarii ecclesiarii an siftises.

Legitima an tiquitus Epi Scopi de Tio Sew postwlatio.

Mandatarij C Romani & Constantimopolisani episcoperum.

Episcopi sau Elitate vita, miraculu. 👉 confessio ne Christi spectati,

T Imperator quidem prudenter hæc ita scripsit. Dissidium autem magis inualescebat: res omnis præter spem in deterius vergebat, & contentio impotens reconciliationi locum non relinquebat. Neque enim tam pium Imperatoris studium, neque excellens oratoris vittus, quidquam effecit. Et tantum abest, vt ad gratiam redintegrandam homines persuaderentur, vt amplius etiam ad vindictam lint excitati. Quapropter infe-Ais rebus ad Imperatorem rediit, qui ad pacem componendam missus fuerat, Hosius. Itaque Imperator, malum id ad summum excrescere cernens, decantatissimam illam in Bithynia Niczna Synodum promulgat:& literis locorum omnium Episcopos ad constitutam diem eò euocat. Illos publica vehebant vehicula & iumenta, publici equi & muli : nec ipsos tantum , sed etiam qui eos ministerij gratia comitabantur. Conuenere cò ferè ex omnibus provinciis & vrbibus patres: quorum nomina vnà cum vrbibus, quibus Episcopali administratione præfuerunt, magnus Athanasius in Synodalı suo libro recensuit. Episcopi fuere circiter trecenti decem & octo: nec pauciores sacerdotes & diaconi, corum comites. Apostolicas sedes tum tenuere Alexandria ad lacum Maraoticum sitæ, Alexander: Antiochiæ ad Orontem, ecclesia iam tum Eustathio commissa suerat, Philogonio non ita pridem ad Deum recepto, & ad meliorem vitam translato. Hunc Eustathium inuitum admodum & reluctantem, vi plurima allata prouinciales episcopi, sacerdotes, communisque Domini populus, ex Berrhæa ad eum thronum pertraxerunt. Hierosolymis episcopatum gelsit, suo respondens nomini, Macarius: Romæ Iulius, Constantinopoli Alexander. Et Romanus antistes, propter ætatem decrepitam: Con stantinopolitanus verò, propter multam imbecillitatem, in sedibus suis remansere: sed eorum nomine bini presbyteri missi sunt, à Iulio quidem Vitus & Vincentius, ab Alexandro autem duo alij, & vita & eruditione plurimum excellentes. Habebant ij ab illis mandatum & cautionem, vt in conventu locum illorum obtinerent, & quod ibi ritè atque ordine actum decretumque effet, comprobarent. In Synodo ea, multi Apostolicis donis pollebant: non pauci etiam, propter Christianam constanter obitam confessionem, stigmata & notas in carne circumferebant : præsertim ex episcopis, Paphnutius superioris Thebaidis, & Spyridon Cyprius Trimythuntis, & Hosius Cordubæ, & Iacobus Nisibis, (sicenim Antiochia Mygdoniæ antea vocata est ) qui etiam mortuos resuscitans in vitam reduxit, & innumera alia miracula edidit : Meletius Sebastiæ, Basileus Amasæ, Nicolaus Myrorum, Gregorius maioris Armeniæ, Paulus Neocæfareæ in Euphra tis ripa conditæ : qui ambarum manuum vſu, Licinij improbitate, ignito ferro venis atque neruis, quibus vis mouendi inest, perustis, orbatus fuerat. Eralij, quibus partim alter oculus stri-

denti ferro ademptus erat, partim poplites dex- D tri cauterio mutilati, pedes ad gradiendum inutiles reddiderant. Inter quos & Paphnutius Æ, gyptius fuit:de quo, sicut & de Spyridone, postea dicemus. Atque, vt simpliciter dicam, martyrum plane populus in vnum conuenit locum. Affuere ibi etiam plurimi alij,ex præstantibus & laicis, docti & eloquentes, in primisque sacraru literarum, nec non prophanarum quoque disciplinarum peritia præclari viri, alterutri parti mométum afferre alacriter parari. De eis porrò qui ibi conuenere, Eusebius Palæstinus in tertio ad Constantinum libro hæc refert : Ex ecclefiis omnibus, » quæ per Europam, Libyam, & Asiam omné sunt, » ministrorum Dei columnæ connenerunt in yna » oratoria æde, perinde atque à Deo amplificata: » Syri & Cilices, Phænices & Arabes, Palæstini, estque vicini Ægyptij, Thebæi, Libyes, & qui à Me- » sopotamia venerant: quin & ex Perside Episcopus aderat. Neque Scytha in eo choro desiderabatur. Pontus quoque, Asia, Phrygia, & Pam- » phylia, delectos suos & præcipuos viros eò miserant. Aderant quoque Thraces, Macedones, E Achzi, & Epirotz. Quin & qui iis longinquiores remotiorésque sunt, aduenerant. Ab ipsis quoque Hispanis, + celeberrimus ille vnà cum aliis,ibi considebat. Imperatoriz sanè vrbis Antistes propter ætatem senilem aberat, sed presbyteri eius præsentes vicem eius implebat. Solus profectò & vaus Imperator Constantinus post secula condita, Christo seruatori suo, corona pacis vinculo contexta, de victoria contra hostes parta, eiuscemodi diuinum + gratiarum actionis consecrauit donarium, & præclarum hoc Apostolici chori apud nos exhibuit specimen. Quandoquidem ad exemplum illius, conuentus coactus est ex gentis omnis quæ sub colo est, viris religiosis: in quibus crant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & Mesopotamiam incolentes, Judzam quoque, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyz quz est ad Cyrenem, aduenæ Romani, Iudæi & proselyti, Cretes & Arabes. Præterquam quod illic non om nes ex Dei ministris conuenerant : in præsenti verò choro, Episcoporum turba trecentorum numerum excessit. Qui verd cos comitati sunt, presbyterorum, diaconorum, acoluthorum, aliorumque plurimorum, neque numerum inire " erat. Inter eos autem Dei ministros, alij quidem sapientiz sermone, alij autem vitz mo- " rúmque firmitate, & patientiæ constantia enitebant : alij rursum mediocribus dotibus ornati erant. Nonnulli porrò ætate prouectio. " re venerationem merebantur, nonnulli iuueni- \* libus annis animorúmque vigore florebant. Quidam etiam non ita dudum functionis suz? susceperant munus. Atque his omnibus quotidie Imperator sumptus liberaliter præberi cura-

C SPVT XV.

uerat. Hæc Eusebius.

Lair ei dotti 🕁 pij

Eufebing PZ phili de Nie Epifco-

Hofius vi

+ xersien.

T.iberalitas

Imperatori

in Episcopu alendu.

Episcoperii

fanctorum

panpertas.

Epifopi Arisaifs**u** w.

Athanasi" anhidiacon" Alexădrinac

Prelo**dio di** Spataionia Nicesa.

Christiana deltrina nom est dialectica are suffulta. Christiano delica, Gr Apostoli una.

Luci confefforu freii diflum, cinfe i q: io felii prii Arnama da tii-Philofophi etiä infideles de profisione Chri fisma difputune fed ciifi lio improbo.

Spirido funplex ey grädenus Epifopus Philo fopio argutri pasciffimu restiu ad religiant Christiant Lurimi sane Arij partibus addicti erant, maximeque opinionem eius comprobabant: Eusebius olim Beryti, postea verò Nicomediæ antistes: Theognis Nicææ insine & Maris Chalcedonis Bi-

ipsius, & Maris Chalcedonis Bithyniz, epilcopi. Quibus cum fortiter congrediebatur Athanasius, inter diaconos Alexandriz primarius, iplique episcopo Alexandro percharus: quippe præclara doctrina & virtute præditus; & disputator gravis & acutus, non minima sanè con filij Synodi eius pars, Imperatori ipsi & familiaribus cius egregic notus. Quamobrem, magnu con tra se Arianorum concitauit odium: sicuti historia procedente postea indicabimus. Prius auté quàm omnes episcopi in publicum coirent conuentum, pro eo atque fieri consucuit, qui artium disserendi periti erant homines, quali præludentes certamina, de sententiis quas sequebantur, & contentiones inibant. Et quum quidam disputationis vo luptate longius producerentur, ex confessoribus, Laicis aliquis, simplici prudentia ornatus, qui ibi aderat: Doctrinam, inquit, nostram no verborum fraude, aut disserendi aliqua arte, + primi eius auto res atque adeò spectatores prodidere, sententia & fide nuda bonîlque operibus simpliciter & apertè fundatam. Arianis idem sualit, ne quid de side ab initio tradita nouarent, sed inexploratò sententia de numinis divini cultu complecterentur. At illi non oportere, dixerunt, antiquorum, nisi inquisita re, recipere sententias. Verum nonnulli quidé con silium confessoris minimè contemnendum esse iudicarunt:nonnulli autem,quòd vera eum dicere scirent, sermones cum eo tum non conserverunt. Sed & multi ex Græcorum philosophis, disputationibus se immiscuerunt: alij quidem, vt quænám esset religio nostra discerent: alij verò, quòd indignarentur, per Christianismum nuper admodum ortum, Grecæ superstitionis imposturas supprimi & perire. Atque ij professionem nostram in contentiolam controuersiam trahebant, vt propter intestina dissidia pessum iret, minúsq; multis grata esset. Horum quidam, arte dicedi sese ambiriose venditans, sacerdotibus nostris insultabat, & nu C gas ac deliramenta dicta eorum esse, cum repre-hensione obiiciebat. Eius tam arrogantem superbiam, simplex quidam senex non ferens (creditur autem celebris ille & magnus Spirido fuisse) cum eo disputatione est congressus. Et temerariis quidem ea res risui fuit: qui verò æquiores humaniorésque erant, verebantur, ne ab homine arte multa instructo, vir Græcarum disciplinarum prorsus expers, ludus fieret, & famen dignitate tanta spe-Catum inhibere reformidabant. Itaque quu id ei permissum estet:In nomine Iesu Christi, Philosophe,inquit,audi.Vnus est Deus cæli & terræ,visibiliúmque & inuifibilium omnium conditor, qui vniuersa hęc virtute Verbi produxit & sustinet,& sanctitate spiritus eius stabilit & cosirmat. Id Ver bum, quod à nobis filius Dei nominatur, errorem & seductionem humani generis miseratum, natū est ex muliere, & humanum substantialiter recepir corpus:mortuum etiam est pro nobis, & resur rexit. Et veniet primo quoque tempore, factorum cuiusque quæsitor & iudex.Hæc sic se habere, ci-

tra curiosam inquisitione credimus. Nec tu, quomodo hæc fint, quære: neque rationem eorumarguere aut explorare aude. Superant enim hæc-rationem,& cognitioné omnem longe præcellunt. Et paululum conticescens: Credisne, inquit, hæc? responde. Ad hæc primum hianti ore consternatus Philosophus: deinde, Credere se, dixit: victumque esse statim professus, cadem quæ diuinus ille senex sentiret, se quoque sentire constituit : atque vt & alij eudem reciperent animum, operam dedir, iureiurando confirmans omnibus, non sine di uino numine religionem complexum, sed arcana quadam vi ad sacra Christianorum se traductum esse.Idem postea Alexandro episcopo Constantinopolitano accidisse dicunt. Vix dum post Synodum Constantinus Byzantium venerat, quu quidam Græcorum philolophi accedentes,eŭ reprehenderut, quòd se illegitimo religionis cultui dedidisset, acres divinas nouasset, sacra alia quam maiores eius coluissent,& tot seculorum tempora tulissent, sectatus. Et vt periculu eis de noua opi nione facere, atque cum Episcopo sermones conferre liceret, rogarunt. Atque ille, tametsi inexer-E citatus & artium disserendi imperitus, vitæque tātum integritate fretus, (erat enim, vt vix alius quil quam,honestus & bonus ) tamen Imperatore iubente, colloquij congressum non detrectauit. Et quum permulti Philosophorum conuenissent, vt ex omnibus aliis prestantissimus vnus ad disputadum deligeretur, aliique taciti & quieti sedentes auscultarent, petiir. Ita vni ad certamen progresfo:In nomine lesu Christi, Alexander inquit, ribi, vt ne loquare,impero. Atq; ille vna cum hoc verbo lingua eius impedita obmutuit, eo, quod sibi acciderat, facto, reliquos per nutum admonés atq; exterrens.Et quum lignis manuúmque gestu,credere se significasset, cum lingua soluta simul voce recuperauit.Sic scilicet ille experientia ipsa yim& documentum mysterij cepit. Atque hæc sic gesta.

Idem in alio pholosopho Alexander Confictinopolitan' ansoftes fecis.

CAPVT XYI.



Mperatoripse quoque, vbi sesto die propter victoriam à Licinio reportatam peracto, Niczam venit, maxi mum in Imperiali palatio zdisscium exornauit, & subsellia sediliaque satis multa, qui convenerant sacris vitami si fieri cutauit: &

ris, parietibus quoque productis, fieri curauit: & vnicuique congruenti habito honore, ordine eos omnes ingredi infsit. Quum verò ei videretur, ve & ipse in consilium prodiret, postremus omnium cum paucis ingressus est, digna prorsus admiratione corporis proceritate, vultúque lato có-.spicuus,& nouam quandam gratam atque decentem, que in facie eius insidebat, preferens venerationem. Et summissiore, quàm Amplitudo eius ferrer, throno, qui ei paratus fuerat, posito: non prius sibi considendum putauit, quam id ei ab Episcopis permitteretur. Tanta in Imperatore humanitas cum reuerentia, qua viros illos prosequebatur, coniuncta inerat. Et tandem primus ipse in conuentu admonitus consedit, & cum eo simul sacer ille chorus.

Sanctorii in facro Nicano concilio Patrii feßio.

Sanchi Patribus Canflätinus aßb det.

r iii

Conftantinü meritu or năt laudibus Eustathius Antiochenzi, T Eu-Sebine Casarienfis **જા**ંધિ

Constantly? episcopis comcordiam jua .

Supplices cri minationii Li belle à multu Episcopie Imperatori offernatur. Eos Constan timus recipit, B tionibus ad indicia Chri fti relatie, in conspottu Epijcoperücő-burit.

Episcopos ve alim aly noxam remit tat fraternè admonet.

Epifcoporii delicta pro-peer offenditegenda,

C

ri,quă

A Ibi, quom altum esset silentium, primus Antioche næ ecclesiæ episcopus Eustathius, orationis laudibus, perinde arque recens decerptis floribus, Imperiale illius caput exornauit, spectatumque diuinis rebus curandis studium eius legitimo honore & faustis omnibus compensauit. Itidem & Pamphili Eusebius assurgens egit. verba enim ad eum, quibus virtutes eius laudibus vehebat, fecit, & per eum gratiarum actiones & hymnos Deo sacrauit. His finitis, siletio rursus facto, Imperator ex ipsa cathedra exhortatione vsus est, qua illos ad concotdiam excitauit: & quem quisque priuatim haberet dolorem, eum in prætentia postponere iussit. Permulti nanque alius alium accusauerant:ac tempus datum esse putantes, quo, quod cuique ægre esset, auerti curaríque posser, de quibus rebus inter se conflictabantur, de eis libellos Imperatori obtulerant. Quos quum non grauate recepisset, ad certum diem postea de eis le deliberaturum dixit : atque in præsens, ad id quod de fide propositum ellet, agendum, procedere iussit. Multi siquidem, qui libenter diutinas & acres etiam inimicitias gererent, Epilcopos quosdam criminabantur, & querelas suas scriptas Imperatori dabant. Quibus ille omnibus colligatis, sigillum annuli sui impressit, eosque diligenter seruari præcepit. Post conuentionem eam, dies constitutus quum venisset, libellos cos omnes in manibus tenens: Hæ,inquit, querelæ & acculationes magno illi ludici decidendæremittuntur, statumque tempus extremi iudicij sit dies : cui iudicio occulta etiam manifesta sunt. Mihi quidem homini, errori obnoxio, nefas esse videtur, ecclesiasticorum virorum accusationes recipere & audire. Neque etiam omnino conuenire puto, Dei ministros tales se præstare debere, vt vel à me vel ab alio iudicentur. Si nanque sacerdotum delicta plurimis innotescant, maxima præbetur eis offendiculi occasio, qui impunè nullo timore peccare constituere. Quapropter agite, CHRISTVM æmulati,per mutuam veniam alius alij commissa remittamus. Oportere siquidem remitti ab eo debita, ille dicit, qui ipse gratiam delicti petat. His verbis di-Ais, libellos in conspectu corum combussit: iuratus, nihil se prorsus, quæ in eis scripta essent, le gisse. Addidit & illud: Si in Episcopum incideret, alienum coniugium violantem, se purpura sua pia culum id obtecturum esse, ne tam fædum facinus spectatoribus occasionem mali crearet. Atque hæc quidem sic ante communem conventum acta. In confessu autem patrum, oratione ad concordiam eos cohortans, de dogmatibus fidei confultare,& lentétias per luffragia dicere iulsit.Quç verò tum ad eos dixit,in fumma hæc funt: Gratias quidem,inquit,rerum omnium caula,led hu-. ius potissimum conventus nomine, ago Deo, Patres & fratres charissimi. Recte enim sic vos appello, quando hanc mihi communis Seruator omnium nostrûm concessit gratiam, vt felicius etiam mihi, quàm votis optare sim ausus, res ceciderit. Tantam nanque sacerdotum Dei,in confilio & conuentu vno frequentiam, illo concedente intucri, an non ingentis felicitatis loco ha-

bendum? Sed peruclim vos omnes, cadem cogi-

tantes, & animorum consensu in eadem senten-Di tia consistentes, videre. Rebus enim malisque a- « Eubortatio deò, quæ quis eloqui possit omnibus, longè de- a ad concordià terius mihi esse duco, quòd ecclesiam Dei seditio- 🦝 💇 🖚 nibus inter se dissidente, & cotrariis hostiliter sen tétiis conflictantem cerno. Quando quidem auté (quod sane factu nollé) quæ ad me relata sunt, omnibus iam innotuere: quo dolore animum « meum perculsum, esse putatis, quum seditionibus involutos esse vos audirem? Quod minimè omnium à vobis factum oportuit, qui Dei ministri & pacis præcones designati estis. Quis iam aliis quieta consilia sequi persuadebit, quando vos tam hostiliter arma sumitis, & inter vos depugnatis? Quam ob causam, hanc sacram coëgi Synodum, qui Imperator & conseruus vester sum. Et hanc à vobis vnam peto gratiam, qua quum me à vobis recipere, tum vos mihi dare est æquum, vt rebus quæ seditionem hanc peperere in medium prolatis, controuersissque quietis con filiis decisis, ad pacem, pro ea quæ vobis inest gratia, cunctos redigatis, & doctrinæ concordiam reducatis. Sic enim futurum est, vt ego cum tam frequenti & facro cœtuvestro, cótra inuidum de- E monem, commune statuam tropæum. Qui pesti- " feris illis tyrannis, quorum opera in rebus omnibus est ex sententia vsus, quàm celerrime è medio sublatis, rerum suarum saragens, intestinum hoc commouit bellum, inuidens semper, & rebus nostris prosperis imminens. Quod ego vos,taquam Deo præsente, oro, vt pro se quisque, ca quæ animum eius angit molestia abiecta, se ad communis a concordiz commodum adiungar. Neque enim . Intellimize quisquam vestrûm puter rempublicam rite admistrati posse, si vos ita seditionibus & dissidiis digladiabimini.Er profettò graue admodum & absurdum fuerit, hostibus iam victis, quum nemo co trà niti audeat, vos armis inter vos cótendere, causamque inimicis ea re præbere voluptatis, & ironici subdolíque risus:idque de rebus divinis disserentes. Quos doctrina spiritus aperte, quid sit faciendum, docet: Sacrorum namque Euangeliorum scriptura, & Apostolorum divinitus inspirata verba, adhæc prisca quoque Prophetarum oracula, manifeste nos, quæ de Deo & dicere & sentire oporteat, erudiunt. Itaque, quæ sacrum hoc bellu F excitauit, contentione quam longissime missa fa-&a, diuinis do &rinis cotrouersiarum inquiramus decisionem. Quod sanè commodum nobis, & inuentu facile erit, si voluerimus.

CAPYT XYII.

Æc ille,aut certé hisce similia,veluti pius filius, ad Episcopos, tan-quam patres, dixit. Alia quoque laddidit, quibus disputatione de addidit, quibus disputatione de doctrina moueri permisit, Apo-stolicam concordiam inducere

studens. Et productus est in medium Arius, atq; de eis quæ ab ipso in quæstionem deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis verò cauebatur, ne temerè atque præcipitanter in alterutram partem sententiæ proferren-Qua porrò hisce de rebus in terrio ad Con-

cle siarii dissi din hostes Emangelij dele ce Etantur.

Processus Co

cilÿ Nicani.

Imperator Synodo prafi dens. A stantinum libro Eusebius memoret, referéda cen « sui. Plurimis sanè argumentis à parte altera proa latis, ac multa primum disputatione hinc & inde « instituta, patienter admodum omnia audiuit imperator, & intenta diligentia propositas quæstiones sustinuit : seorsimque deinde quæab veraque « afferebantur parte excipiens, paulatim eos qui ar a dore contentionis acrius ferebantur, conciliauit, & placide cum vnoquoque agens, atque Græco « sermone vtens, quòd & huius imperitus no esset, « suauem & iucudum se exhibuit. Et his quidé per-« suadens, illis verò sermone silentium imponens, necnon recta dicentes laudans, omnes autemad concordiam excitans, in eandem opinionem & sententiam de rebus in controuersiam deductis. omnibus omnes perduxit, ita vt in pfelsione cadem fidei consentirent, & eodem tempore omnes se salutiferum festum celebraturos profiteren tur. Decreta quoque communia in scriptum relata: & vniuscuiusque subscriptione roborata. Hæc propterea hic inserui, ve professionis fidei testimonium etiam ab hostium confessione momentum & pondus aliquod habeat. Ne quis obiicere aut canillari queat, idiotas & indoctos prorsus fuis se: qui eam in scriptum retulere. Eorum enim,inquit Eusebius, qui Niczz convenerunt, seruorum Dei, alij quidem præcelluerunt sapientiæ sermone, alij vitæ grauitate. Er imperator ipse præsens, omnes ita ad concordiam producens, consentien tes effecit. Sedenim professio fidei à trecentis & decem & octo Episcopis in scriptum relata, atque ab eildem, & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc ecclesiis olim tradita obtinet, de verbo ad verbum sic habebat. Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium omnium factorem. Et in vnum Dominum IESV M CHRISTV M, filium Dei genitum ex patre, vnigenitum:hoc est, ex substantia patris: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit, & incarnatus est, homo factus & passus. Et resurrexit tertia die, Ascendit in cœlos, & venturus est iu dicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Qui autem dicut, fuisse aliquando quu non esset, aut non fuille priulquam genitus sit, aut ex nó exi stentibus factu esse, aut ex alia subsistéria vel substantia fuisse, aut creatū, aut mutationi alterationíve obnoxium: eos anathemate ferit catholica& apostolica ecclesia Dei. Ad huc modum omnibus inter se conuenit, vt cosubstantialem patri filium

Arienorii Ademanio.

Christia

CAPVT XVIII.

esse decernerent,& sanam fidem coplecterentur.

Zpifapi a riani, qui vo cun & fentă tră vo iponcia reprehenderne T pauci admodum Arij laudarunt opinionem.Paulò pòst tamé & ipsi sidem eam approbarunt : (excepto Secundo &Theona) qui etiam 44482eis & consubstantialis vocem repro

henderunt, Erant autem hi, Eusebius Nicomedia, Theognis Nicaz, Maris Chalcedonis, Theonas Marmarica, Secundus Ptolemaidis, Menophátus Ephesi, Patrophilus Scythopolis, Narcissus Nero-

niadis (quæ secundæ Ciliciæ ciuitas est, nunc Ire- D nopolis vocata) Episcopi. Dicebat nanque i unicopi colubitatiale elle, quod ex aliquo fit + p partitionem, aut per germinatione, aut p fluxu. Ac per flu xű quidé, vt paterni liberi : p germinationé, vt ex radicibus surculus:per partitione aut, vt ex massa aurea ramenta duo vel tria. At quia iuxta nulla taliú modorú rationé ex patre filius esfet, propterea edită fidei professione reiicere instituerut. Et quu inseris consubstatialis vocé prorsus no receperut, tum subscribere decreto ei, quo dignitas sacerdotalis Ario est abrogata, noluerunt. Quæ res Syno. do causam præbuit, vt Atium, atque vna omnes qui eius adhærerent sententiæ, excommunicatos anathemati subiiceret, ac ne quis eorum Alexandriam ingredi auderet, sanciret. Eadem anathema in voces quoque hæresis eius, & librum quem ille contra pietatem compositum + Thaleiam inscripserat, quasi floridum & viridanté, cuius stylus & eloquutio, sicuti ex scripto ipso cognoui, simplex & dissoluta, Sotadisque poëtæ catilenis persimilis fuit. Ac præterea, si quod aliud eius aut se-Catorum eius inueniretur scriptu, vt id igni man- E daretur. Quin capite quoque Costantinus sanxit, si quis quidquam eorum pressum occultasse, nec statim exussisse compertus esser. Multas insuper epistolas per vrbes passim contra Arium,& qui sectæ eius erant, misst. Eusebium & Theognidem sedibus suis exegit. Et Nicomedienses ad comple Acndam à trecentis proditam recta fidem, aliósq; Episcopos qui recte lentirent legendos, \* Eusebiúmque oblivioni mádandum, est hortatus. Qui verò cum Ario sensuri, aut opinionem eius lauda turi essent, in eos se grauiter animaduersuru esse, est minitatus. Quibus literis etiam significauit,aliam ob causam invisum sibi Eusebium esse, vt qui antea Licinij partes secutus fuerit.Itaque non solùm illi sunt proscripti, sed alij quoque in eoru lo cũ lecti. Pro Eusebio enim Nicomedia Amphio, pro Theognide autem Nicææ Chrestus, episcopi facti, ambo fincerioris pietatis quam maxime stu diosi. Illud scire oportet, Eusebium & Theognidem, quique præterea factionis eius crant alios, fi dei suz doctrinam in scriptū relatam seorsim Synodo obtulisse, eámque vt adulterinam & impietatis plenam discerptam esse. Quam ob causam, F quòd ingens turba excitata, atque omnes propter manifestam impietatem aduersus cos comori essent,ipsi quoque, preter Secundum & Theonam, Arium quidem \* anathemati subiicere:exautora tionique illius subscribere nolentes, fidei professioni subscripserut:quod tamen + simulanter & insincer è secerunt, ab exilio reuersi, sicut postea ostendemus. Testificabuntur id quoque res eorum aduersus pietatis defensores acta, & qua ipsi de rebus his reliquerut scripta, quæ itidem re. censebo. Eusebius sanè alter, cui Paphili cognomen inditum, affuit & iple concilio, dubiúlq; etia atque etia secum considerauit, an promulgatæ fi-

Ensebim Nicomediensis ad Constantinum imperatorem, ma nu vestem suam quam gestabat demonstrăs, dicere est ausu: Etiansi bac me inspiciente rupta dwidatur, non tamen einselem substantia est edicerim vermoque, li 1901 à suprive succession, amor an quivre rag du se se se succession. Qua blass hemia permotus Constantinus, co proclimous in proscriptionem eins consensis. Sozono, lib. 2. cap. 21. † µιęnµip, zgobodiv, ģiūsiv.

Ariani ifi formulă fidei Nicenă reyciunt, & Ary exauthorationem im probant.

Arim & feclatores one rnà cü librie fuu anathemate ingulati. † 3404a, H areticorii libri ad 1218 damuantur.

Enfebio Ni
comediess &
Theogradi
Nicano episcopatus adempti.

Exequatio (y nodalismo decretorum.

Alij Nicomedua et NI
caa epifcopi.
Arianorum
professio fidei
in Cocilio pu
blice difcer...
pta.

Enfeb. No comediensis, Theograph No came, et quo dam alij A-riano, Nicamu decretu, extra Arij abrogations dignicate, fubicibunt, motorodati, eyc.

\* iwaxs iwaxs fubication, abducation, degradation, de

Euseb. Pam photo tardins cute eade approbanit. A dei professioni assentiri deberet:atque aliquantulum assensione retenta, eam tandem approbauit, & subscriptione sua confrmauit. ecclesiæ quoque suz quarenti,professionem & definitionem cam milit, in qua vocem quoque mi useis consubstan tialis declarat: ne cui suspectus fieret, tanquam tar dius aut neglectim, nulla adhibita cura, illi subscri psisset.

CAPPT XIX.

Diffenfie Pa Schatie celebrādi ad com fenfionem re ducta.

D ecretum Synoiale da Melitio & popularibus eous satu benignum.

Melities p pagade he-Tess sua can ∫a,temerè & illegisme sipopende aushoritatem Tapuit.

Canones Ni cana Synodi de conforma cleri. † 2 2 . reperiű sur apd Ruf fi. Ecclesiast.

historie lib.

10.cap.6. Paphnut ü Thebai epi-Scopi de cælibatu facerdo tum in conci lio Niceno fententia.

Socrat.lib. I. cap.11. bifto. Ecclefiajt.

In fententia Pephnuty iftä Honery Theodofii An. lex est feriota.l. Eü qui C.de epi sco. & cleri. que bodie

🗟 Idei dogmate ritè atque ordine cofirmato, rurlum couenere, ac de sacris Paschæ feriis disceptarut. Placuitq; omnibus, vt codé tempore ab omnibus festus is dies celebraretur. Tertio porrò

congressu, de co quem antea diximus, Melitio hæ resiarcha, eiúsque sectatoribus, atque rebus per eu in Ægypto nouatis, inquisitum atque decretum, vt omnes illi Lyci essent, nudum Episcopatus nomen retinentes,& ne cui eorum postea imponen dæ manus potestas esset. Quos autem antea manuum impositione dignati essent, vt illi in ministerio suo, quod sortiti fuerant, permanerent quidem, & absque metu omni communicarent, dignitate autem & honore ab aliis cuiuscung; ecclesiæ episcopis secudas ferrent:atque vt in defun ctorum locum deinceps recens apud eos cooptati surrogarentur, siquidem suffragio digni videretur, episcopo Alexadrino legente: ipsi verò legen di arbitrio suo potestatem non haberent. Ac rectè sanè & commodè hoc sic Synodus constituir, vt Melitij sectatorúmque eius temeritas atque ce leritas manuum imponendarum compesceretur. Tam præfracta nanque audacia fuit Melitius, vt persequationis temporibus quum sugeret atque latitaret, manus imponendæ potestatem, ad celebetrimum illum Petrum Martyrem pertinétem, sibi raperet atque vendicaret. Quare illud euenit, vt tantopere schisma & factio eius per Ægyptum inualesceret. His ita peractis, moribus conformandis Concilium leges postremò tulit viginti: Canones nominare solent. De quibus quum con sultaretur, + reliquis quidem cóstituendum esse vilum est, vt quicunque lacrum aliquod sortiti essent ministerium, præterquam Lectores, de cæterò cum vxoribus suis no concumberent, quas ante initum facrum magistratű duxissent. Solus auté Paphnutius, superiorum Thebarum episcopus, de quo antea nobis facta est métio, intercessione sua rem eam impediuit: veneratione dignum esse ma trimonium, neque castitate & pudicitia sua id carere dicens.legitimúmo; insuper ius eius subiicies, Synodű rogauit, vt legem eam non perferret: gra uem enim vtrisque, sacerdotibus scilicet & coniu gibus corum, atque ctiam fortallevitæ parum pudicæ causam fore. Quapropter, inquit, pro eo atque antiquitus seruari solitum est, deinceps quoq; obtinere oportet, vt qui sacerdotalem susceperint dignitatem cœlibes,postea quoque à coiugio abstineant:qui verò vxore ducta in ordinem sacrum cooptati sint, vt à coniugibus suis non separetur. Hæc Paphnutio, qui vxorem nunquam duxisset, suadente, Synodus comprobauit: atque de hac re, quam arbitrio cuiuslibet reliquit, nihil sanxit. De aliis autem, vt ei est visum, ritè atque ordine leges

tulit, ad quarum præscriptum conuenit res eccle. D quoque la siasticas geri. Quæ sanè leges propositæ omnibus sunt,& à quouis,si velit,facile legi possunt.

CAPYT XX.

Æterúm Imperator Dei amátifsimus, de communi cocordia solicitè cogitans, Acelium quoque Nouatianorum episcopu ad con cilium euocauit, eique & de fidei dogmate, & de die festo decretu

Synodi oftendit:interrogauítque adeò eum,an ea recte sic ab Episcopis essent costituta. Qui quum ca laudasset, neque noui quidqua definitum esse dixisset, se enim & idem dogma fidei à maioribus accepisse, & nunquam aliter Paschz festum celebrasse: Imperator, Qui igitur, inquit, quum in eadem sis nobiscum sententia, à communione noftra tantopere abhorres? Ibi ille dissidij, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ vrbis episcopum sub Decio imperatore suit, meminit: No uatum videlicet, eos qui post baptismum peccatú E ad mortem patrassent, ac diis sacrificassent, à com munione dininorum mysterioru reiecisse: solius Dei,& no sacerdotum potestatem eam esse dictitans, talibus hominibus remissionem delicti concedere. Ad quem ex tempore imperator: Scalas, inquit, admoue Acesi, & solus in cœlos ascende. Quo dicto, non Acesium ille laudauit, sed potius, quòd immune à peccatis se forte existimauit esse, perstrinxit. Acres quidem Consilij, sicuti breuissimė exposuimus, sunt gestæ. Mihi verò graue aut molestum non fuerit, ad fidem dictorum certius contrmandam, quæ de dolo furentiu Arianorum Eustathius & Athanasius veræ pietatis propugnacula (cripferűt, allegare: quæ item Eufebius Pamphili, de Synodi constitutionibus suæ signisi cauit ecclesiæ: præterea quæ à patribus vniuersis funt communiter decreta : denique quæ Deo cha rus Constantinus ad quoscunque absentes episco pos, de sidei dogmate, de Paschate, de Ario eiúsq; sectatoribus, & de ipso Eusebio Nicomedienfi scripsir. Ex iis enim maxime Synodi acta cognoscentur. Et primum Eustathij Antiocheni episcopi verba exponă, quibus Arianorum blasphemiă  ${f F}$ redarguit,& rem gestam docet: atque insuper di-Aum illud, Dominus creauit me ab initioviarum suarum, interpretatur. Qui sic scribit:

CAPVT XXI



D remipsam, vt gesta est, progre dior. Quid igitur est? Postquam » eas ob causas Nicæx Synodus co » acta est maxima (conuencrunt e- » nim eò ducenti, & septuaginta fe » rè præterea episcopi: certu enim »

numerum, propter tantam multitudinis turbam. » referre nequeo, neque id adeò magno studio sum 🛥 scrutatus) vbi de sidei ratione est quæsitum, perinde atque manifeltum argumentum atque indi- 🕳 "Enfeb. Nico cium blasphemiz, Eusebij scriptum est productu. ... mediesis com quod in præsentia omnium lectu, quum varium » formula sidei auditoribus motum, propter peruersam depraua- = chrè in Sytione, tum authori ipsi probrum attulit maximu. " wodo stait.

De Synodi Nicana de cretis Coftan timu Acefii quoq; Nova-tiani episcopi

ecclesiu ser-

Dißidil in ter Cornelii Ro.episcopü, d Novaii presbyterum de pænitétibus in eccle-Siam recipien dù.

Dicendorum propositio.

Eustathins Antiochenue de Syno di Nicana



Frandali

Filmer (ub

time fides

A Posteaquam autem conatus fraudulentus Eusebij « manifestò est deprehensus, & scriptum iniquissi-« mum in conspectu omnium discerptum, ex com posito nonnulli pacificationis nomé præ se feren tes, effecerunt, vt qui optime sententias dicere so « liti fuerant, filerét. Arjani verò metuentes, ne tam « frequentis Concilij decreto damnati relegaretur, « priores ipli sententia sua abrogatum dogma anathemate iugularunt, & consentictibus annotationibus professioni sidei manibus ipsi suis subscripserunt: & episcopatibus suis per ambitionem & circumcursationem maximam manus pleroruq; présantes, quod excidere dignitatibus debuerint, = retentis:postea, nunc quidem clandestine, núc auetem propalàm damnatas docuere opiniones,&va a riis ea in re vsi sunt argumétis & infidiis. Et quum pangere vellent zizaniorum plantas, ab homini-. bus peritis sibi metuétes, Episcopos ipsos deuitarunt, & alios veræ pietatis præcones atque profes a sores fraudulenter expugnarunt. Non credimus autem, impios atq; sinc Deo homines divino numine vnquam fore superiores. Etiamsi enim rur-B sus inualescant, rorsum tamé vincentur, iuxta graa diloquum & grauem pphetam Esaiam,&c. Hæc magnusille Eustathius. Qui verò co vel virtute vel pietatis æmulatione inferior non est, celebratissimus Athanasius, ad Aphros scribens, hæc ina fert: Episcopi qui conuenerant, quum abolere ab Arianis excogitatas impietatis voces illas (ex non existentibus creaturam esse, & facturam filium,& erat aliquando quum non erat,&quòd mutabilis sir naturæ)atque cas quæ ex professo in scripturis sunt promulgare vellent, quòd scilicet ex Deo silius natura vnigenitus est verbum, virtus, sapien-🚅 tia sola patris, Deus verus, vt Ioannes dixit: & vt Paulus scripsit, resplendescentia glorie, & expressa imago subsistentiæ patris: Eusebiani à propria \_ infanç opinionis persuasione transuersim acti,in-Migula a ter se sunt colloquuti: + Pactum feriamus, na & a nos ex Deo sumus. Vnus enim est Deus, ex quo omnia: & vetera præterierút, ecce noua facta funt omnia, ex Deo autem omnia. In mentem quoque eis venit, quod in pastore scriptu est: Primum om nium crede, vnum esse Deum, qui omnia creauerir & perfecerit, arque è nibilo in substantiam deduxerit. At episcopi, vbi versutiam illorum atque impietatis malignam fraudem animaduerterunt, dilucidandum esse, quod ex Deo dicitur, rati, + ex substantia Dei esse filium scripserunt: vt creaturæ quidem, quod à scipsis absque autore substantiam no capiant, sed principium creationis suz ex Deo babeant, sic ex Deo esse perhibeantur: filius auté solus ætetnus, substantiæ patris esse dicatur. Hoc erenim peculiare & proprium vnigeniti & veri verbi patris. Ac scriptionis quidé eius quæ eft, ex substantia patris, occasio & causa hæc fuit. Episcopis portò rursus paucos, vt tum videbantur, illos interrogantibus, an filium dicerent non creaturam, sed virtutem sapientiamque solam patris, atque imaginem sempiternam, non varianté, neque differentem per omnia à patre, & Deum verum : deprehensi sunt Eusebiani sibi inuicem innuere atque dicere, hæc in nos quoque cadere, & & nos imago & gloria Dei dicamur. Ac de nobis illud dictu este, Semper enim nosqui vivimus:&,

Virtutes multæ sunt: &, Exiuit omnis virtus Dei

ex Ægypto:&, Erucam atque locustam dici virtu- D tem magnam: &, Dominus virtutum nobiscum, » susceptor noster Deus Iacob . Sed & peculiares » nos Dei esse, non simpliciter dici, verum fratres » etiam vocari. Quod si verum quoque Deum filiu » nos dicamus, nihil eos id perturbare: qui quum fa » &us sit, verus sit. Hæc sane est Arianorum peruer ... sa sententia. Quapropter episcopi etiam, dolo eo » perspecto, ex scripturis collegerunt, præter subsi- » stentiam, resplendescentiam, fontem, flugium, ex- » pressam imaginem,&, In lumine tuo videbimus » lumé:&,Ego & pater vnű fumus . luculentiúsque 🛥 deinceps & copendiolius scripserunt, suesmoy con so substantialem patri. Quæ verba + scripturæ non " stamialu pa esse, Eusebius Cæsariensis episcopus nouit: sed ab ... eis stulte reprehenduntur. \* Præter scripturam » enim & ipsi impietatis autores erant. Minime na- » que scripturæ verba sunt, Ex non existentibus: &, " tin, bic no sie Fuit aliquando quum non esset. Itaque illi verbis » non ex scriptura quidem petitis, sed piè tamen in- 🖚 uentis, conuicti sunt & damnati. lpsi siquidem ve " luti è stercore erutis vocibus,plane è terra loquu- 🐱 ti funt.Epifcopi autem non ipfi fibi verba confin- E gentes, sed patrum de eis testimonium habentes, » ea in scripto suo vsurparunt. Veteres enimepisco » pi ante annos propè centum & triginta, & in ma » gna Roma, & in nostra vrbe, eos reprehenderur, " qui filium creaturam,& nó confubstantialem pa- 🖘 tri esse dixerunt.Id quod cognitu est Eusebio Cz " farex episcopo, qui prius \* quidem Arianx fuit , whowarsectator hæresis: postea verò ipsi Nicænæ subscri " bens Synodo, ad fuos literas dedit, & comproba- 30 uit, ex priscis quoque doctos quos dam & præcla- " ros Episcopos & scriptores in patris & filij diui- " nitate nomine 📆 🏭 serie consubstantialis esse vsos. "

Isti igitur morbo suo suppresso, quòd tátam epi " scoporu multitudinem metuerent, in ez quæ de- " creta sunt, pedibus ierunt, prophetică in se repre-, hensioné pertrahentes. Nam & ad cos huius vniuersi Deus exclamat: Populus iste labiis me hono rat, corde auté longé abest à me. Theonas porrò & Secundus, quòd idem facere nollent, ab om 🚆 nibus suffragiis consentientibus, sunt excommunicati, vt qui Arij blasphemiam veritati Euangeli- " cæ anteferrent. Hæc Athanasius.

\* Stultè Ariani verba Catholicorum, Ex substantia patru, & Consubstantialu, quòd in scripturu non innensantur, reprehen dunt : quum Arianarum prastigiarum nec voces, nec sententia, in eisdem reperiantur.

> CAPVI XXII.

Edenim quæ etiam Eusebius Pá » phili,ex ipla Nicæa ad quoldam *» lib.1.cap.*11. Arianos, qui proditione non iniuria ei obiecerant, fcripferit, au- » dire cõuenit. Ea sanè rabié quo- » que corú manifesto arguunt.Re »

Aius autem consilium intentionémque eius epi- » stola ipsa indicabit, quæ sic habet : Quæ de eccle- » siastica fidei professione, in frequenti Synodo Ni ... cææ celebrata, sint acta, aliude etiam credibile est " ne astu. vos cognouisse:quòd fama plerunque certain ac- ... curatamq; rerum gestarum commemorationem » præcurrere folita fit. Cæterum ne rumoribus hu- " iulmodi rei veritas aliter ad vos 🛱 est acta, perfe- 👪

† ipesen ד ביונים ל

lib. I. historia Sua Ecclef.

Etiă veteribas Theoloµессі і диль 40. Alatha-MEST LOOP

XOPTE APLA wi dietel.

Aßimala-Aria norti Nicenny of

Eufeb. Pan

Profession is fidei christia ne form ab Eusebio Păphili Synodo oblata. # iv पर अपूर्ण-TH KATHKIPS.

A ratur, necessariò vobis missmus, primum à nobis propositam de side scripturam: deinde etiam alte « ram, quam advoces nostras accessionibus quibusdam adiectis ediderunt. Scriptum sanonostrum in præsentia Deo dilecti Imperatoris nostri reci-« tatum, ac recte probéque conceptum esse iudica-" tum, ad hunc se habet modum: Professio fidei à « nobis expolita, sicuti eam à decessoribus nostris episcopis, arque in prima \* rerum sacrarum insti tutione, & quum sacrum subiimus lauacrum, acce pimus, & sicuti ex divinis dicimus scripturis, atq; simul & in presbyterio & in ipso episcopatu pro-« fessi sumus & docuimus, ea est talis. Credimus in « vnum Deum, patrem omnipotentem, rerum oma nium visibiliū &inuisibilium factorem. Er in vnū « Dominum lesum Christum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, filiú vnigenitum, primogenitu omnis creaturz, ante omnia sæcula ex patre genitum, per quem & omnia « facta sunt : qui propter nostram salutem incarna-« tus, & inter homines versatus, & passus est: & refurrexit tertia die, & ascendit ad patrem, venturus rursum in gloria ad iudicandū viuos & mortuos. « Credimus etiam in spiritū Sanctum: horū qu'em-« que este & subsistere credentes, patrem verè pa-« trem, & filium verè filium, & spiritum Sanctum « verè spiritum Sanctum: quemadmodum & Do-« minus noster discipulos suos ad prædicadi munus mittens, inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & spiritus sancti. Quæsic se habere, & nos sic sentire, sic etia olim obtinuisse, nosque adeò de tali fidei professione vsque ad morté decertaturos esse, etia arq; etiam confirmamus: anathemate ferientes omné impiam, + Deóque carenté hæresim. Hæc nos sic ex corde & animo,iam inde ab eo tépore, quo nos iplos nouimus, sensisse, atque etiam nunc sen tire & profiteri verè, omnipotétem Deum & Do minum nostrum Iesum Christum testamur. Declarare quoque certa & fideli probatione, & persuadere vobis possumus, prioribus etiam temporibus nos lic & credidisse, & prædicasse. Hæc à nobis exposita sidei professione, nullus erat contradicendi locus. Et iple Dei amantissimus imperator, noster Princeps, quum rectissime eam conceptam esse testatus, tum ita seipsum sentire profellus est: atque vt omnes ei assentirentur, subscri berent, & voce vna suffragaretur, admonuit : vno duntaxat adiecto no suessis consubstantialis verbo, quod verbum etiam interpretatus est dicens, non iuxta corporum perpelsiones المناسخة confubltan tialé dici, neque iuxta divisionem, neq; iuxta resectionem ex parte subsistere, quòd materiæ prorsus expers intellectualis & incorporea natura cor poralem quampiam perpelsionem sustinere nequeat : diuina verò & ineffabili ratione debere ta lia in animo considerari. Atque sapientissimus quidem & piissimus noster imperator ad huc mo dum est philosophatus. Illi verò per occasionem & prætextum adiectionis no summis consubstatialis, aliam fidei professionem composuerut (quam paulo antea historiæ adieci.) Ea porrò recitata, quomodo ab eis,& Ex substantia patris, & Consubstantialis patri, esset dictum, minimè indiscus-

fum atque inexploratum reliquimus. Interroga-

tiones nany, & responsiones interpositæ, ratióg;

& sententia dictorum inquisita. Atque equidem D illud, Ex substantia, illi professi sunt significare, ex ... patre quidem esse, sed non vt partem existere pa- » tris. Cui sentériæ, quum reca esse videretur, assen » simus: pia quippe doctrina dictante, ex patre esse » filium, non patrem substantiæ eius esse. Quapro- » pter quum sententiam eam approbauimus, tum .. vocem quoque ipsam non repudiauimus,quòd 🕂 🛥 pacis signum nobis ob oculos positu haberemus: » & præterea,ne à recta sententia excideremus. Ea- » dem ratione &, Genitum, no factum, admisimus. ... Quandoquidem verbú Factum, communem ap- ... pellarionem esse dixerunt reliquarum creaturaru, » qua per filium sunt condita. Earum quippe nihil » habere simile filium: proptereaque non esse eum » facturam, eis quæ per iplum factæ funt, similem: ... præstantiorem autem quam creaturam omnem » obtinere substantiam, quam ex patre genitam esse " diuina docent oracula: quum quidem modus ipse " generationis omni genitæ naturæineffabilis sit, " &inconsiderabilis.Similiter verò ratio probè dis- " quisita, Consubstantialem patris esse filiulastruit, " non quidem corporum more, neque ad animan- E tium morti obnoxiorum instar: neque etiam iuxta diuilionem lubstantiæ, neg; iuxta resectionem: sed neg; iuxta perpessionem quampiam, aut versionem, aut mutationem patris virtutis: paliena prorsus ab his omnibus sit ingenita patris natura. Sed quòd cosubstatialis patri dicatur, illud signifi cat atq, infert, nulla omnino similitudine ad crea turas conditas filiu Dei ferre: sed qui eum genuit, patri tantum modis omnibus esse similem,& no esse alia quapiam subsistentia vel substantia 🛱 patris. Cui verbo, eo pacto per interpretationem expolitio, rectè nobis vilum est assentiri: pręcipuè quum sciremus, ex veteribus eruditos quosdam & spectatos episcopos & scriptores, in exponéda pa tris & filij divinitatis ratione, to hussis consubstatialis nomine vsos esse. Hæc de professione fidei publicitùs edita, sunt dicta. Cui vniuersi assen fimus,& quidé non citra disquisitionem, sed iuxta sententias in præsentia Deo dilecti Imperatoris inuestigatas, nobisque expositas, & rationibus quas diximus ex professo consentancas. Porrò anathema quod professioni sidei ab eis est adie-&um,comprobandum esse duximus, vr homines " vocibus quæ in scripturis non inueniantur, vti .phiberentur, quæ ferè causam omnem confusioni " & seditioni ecclesiæ præbuerunt. Nullus sanè di- " uinitus inspirata, & que rite ordinéque dictis vti- " tur scripturæ, sunt illa, Ex non existentibus: &, " Fuit aliquando quum non esset. Quare rationi mi » nus consentaneum visum est, ea & dicere & do- » cere.quo facilius calculo etiam nostro ritè decre- » tum anathema comprobauimus: quandoquidem 33

In his eft In

Cor Enfeb.

Păphili ciă

in anathem

decreso Sym

dali advectio

cow(दर्ग)दरांर

Ambrosius de side, contra Arianos: Quemodo dicis Arias in scripturu dininu non inmeniri buobeten: Quasi buobeten aliud sit, quam quod dicit Dommu: Ego & pater vnum summ: Ego de patre esciui, & reni in mundum: Ego in patre, & pater in m Qui quum esset in sorma Dei, non rapinam arbittatus est ve esset aqualu Deo. Hac est tamen nominu ratio, ve in patre ey in silio rmitatem substantia credas: licet rem ipsam, qua est inenarrabilu, definire non possu. V s, sue lumen de lumine dicas sue verbum de verbo, sue spiritum de spiritus sue Dominam de Domino, quodse de co dixeris, mins tamen essentia patrem & filium credas, ipebelep enim Graci dicunt, quod nos cum vno aliud ipfum.Cap. 5.

Ei verban

Formulahas

à Cestánno landata.

+ 49 Lev.

8 possios adiectum. Expositio ins, vecu per Constantiwww, c.

Derebu (4an & disi-RE, verla mi, que im stipentu no aientur, religio est-Expositio rbi, Natii

و پهندين ا

Speedi Ni-

A neque antè actis téporibus eiuscemodi verbis vti « soliti sumus. Quin & illud, Eum antequa gigne-« retur non fuille, anathemate iugulare non absur-« dum putauimus : propterea & omnes profiteatur, « eum esse filium Dei, etiam ante nativitatem secu-« dum carnem.lam verò & dei amantissimus impe a rator professioni inseri curauit, Iuxta diuinam il-« lius nativitatem, ante omnia illum existere secu-« la. Quum etiam priusquam + actu gigneretur, po « tentia fuerit in patre ingenito, patre semper exi-« stente patre, sicuti quoq; rege semper & saluato. « re,potentia omnia existente, sempérque \* secun a dum eadem & similiter se habente. Hæc vobis,

« charissimi, necessariò perscribenda putauimus, vt quæ disquisitionem & assensionem nostram sub-« sequuta sint decreta declararem, & pulchrè primu quidem ad vltimam vsque horam stetisse nos ine telligeretis, quum nos ab aliis aliter scripta offena derent: deinde verò contentionis studio abiecto, ea quæ nos nihil perturbarent coplexos esse, quu nobis benignè verborum sententiam inquirentibus, manifestum habere cosensum viderentur cu eis, quæ in fide à nobis prius ppolita professi fueramus. Verum enimuerò Consubstatialis vocem non nouam, aut ab episcopis Nicææ tum congregatis primum proditam, sed à multis antea annis à sapiétibus inuentam, vsurpatamq; patribus esse, Consubstantiale, communi consensu concordíq; calculo ab omnibus coprobatum, paulò antè ipse exposui: id quod Eusebius quoque in vita Costan tini luculenter astruit.

> CAPVI XXIII.

Æterùm quod in subscriptione sancti symboli insigne accidit miraculum, id non intempestiuum fuerit comemorare, Priul-quam acta Synodi perficeretur, quam acta Synodi perficerétur, euenit, vr duo epilcopi èvita an-

te discesserint, g professionis fidei scripto annotationé lublcriptionémq; luam appoluissent. At reliqua patrũ turba ad cómuné sepulturæ & dormitionis locum venere, & monumento illorum assistentes, scriptumq; in manibus habentes, tanquam ad viuentes & audientes: Bonum certamé, dixerut, divi patres nobiscum decertastis, cursum peregistis, sidem serualtis. Si igitur obtinere debe re id censeus, quod à nobis est actum : quoniam nuc, nullo interposito obstaculo, Trinitatis splen dore illustrati, clarius id perspicitis, peropus est vos nobiscum libello subscribere. Hæc illi dixêre, & libellum oblignatum ad tumulum depoluere, noctémque totam insomnem egere. Postridie ve rò ad locum eum rediere, signa inuiolata inuenere,& libello explicato subscriptiones illorum reliquis infertas cognouere, recentes adhuc in hæc verba conceptas: Chryfanthus & Musonius, qui cum patribus omnibus, in sancta prima œcumenica Nicæna Synodo consensimus, quanuis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.

CAPET XXIIII,



Ynodus autem acta sua Alexandrie, D Synodalii es Aegypto,Libyæ,& Pentapoli,literis » (119 Nicani & magnæ Dei gratia Alexandrino- ptios epificia rum Ecclesia & qui in Aegypto, Li- prios epificia

bya,& Pétapoli sunt, dilectis fratribus, qui Nicça » congregati, magnam & sanctam celebrarunt Sy- » nodum in Domino salutem. Quandoquidem di- » uina gratia & Deo dilectissimo imperatore Con- » stantino suffragante, omnino necessarium visum » est, sacram Synodum ad vos dare literas, vt intelli » gere possitis, quum quæ ibi in quæstionem & dis- » quisitionem venere, tum quæ decreta sancitáque » funt. Itaque scitote, primò omnium inquisitu esse » in impietatem & præuaricationem Arij, sectato- » rúmque eius: & in præsentia Dei amantissimi im- » peratoris Constantini, consentientibus omnium » lententiis placitum, vt anathemate impia eius opi 💌 nio & voces atque verba blasphema condemna- » rentur, quibus ille filiu Dei blasphemans vsus est, » ex non existentibus illum esse dicens, & fuisse ali- » quando quum non fuerit, & arbitrij libertate vicijvirtutisque capacem esse filium Dei, creaturam E eundem & facturam nominans. Que omnia san- » Ca Synodus anathemati subiecit, ne audire quide » impiam opinionem, mentis væcordiam, blasphe- ... maque eius verba sustinens. Atque equidem res » eius quem consequutæ sint exitum, aut iam au- » diuistis, aut certe audietis: ne insultare nos homi- » ni videamur, qui peccati sui condigna tulit præ- " Tantoperè autem inualuit eius impietas, " vt simul cum eo pellum ierint Theonas Marma- » ricæ, & Secundus Ptolemaïdis, episcopi . nam & " hi factionis eius sunt. Sedenim quum per gra- " tiam Dei peruersa illa opinione,impietate,& bla- " sphemia, nec non hominibus eis qui seditionem " atque discessionem ausi sunt concitare in populo " antea pacato, Aegyptus sit liberata: & temeritas ;, Melitij, atque corum qui ab co funt in facrum or- 💂 dinem cooptati,adhuc reliqua fuerit: quæ etiā ſuper hac re Synodus decreuerit, vobis, fratres dilecti, significamus. Constituit nanque, vt Melitius 💃 (in qué illa quidé humanius affecta fuit, + summo enim iure nullam prorsus merebatur venia) in ciuitate fua maneat, potestatem autem nullam 🦼 habeat vel eligendi, vel manus imponendi: & vt F neque in regione, neque in vrbe alia, huius saltem rei gratia appareat, nudúmque dignitatis nomen retineat: & qui ab eo in sacrum ordinem lecti fue rant, ve arcanioribus sacratioribusque suffragiis confirmati, ad communionem admittantur. Præterea vt liceat eis quidem honorem simul & sun-Cioné ministerij obtinere : secundu autem prorfus locum, ab omnibus cuiuscung; paræciæ & ecclesiæ exploratis, ac per reuerédissimum fratrem & collegam nostrum Alexandrum lectis atq; designatis episcopis, ferant. Cæterum vt nulla eis sit facultas, quos vilum lit delignadi, aut nomina eorum subiiciendi, aut omnino faciendi quidquam, præter Catholicæ Ecclesiæ episcoporum, qui sub Alexandro sunt, sentétiam. Qui verò per gratiam Dei & precationes vestras, in nulla dissidij factione reperiatur, sed integri atq; impolluti in Catho. lica ecclesia consistant, eis potestas permissa est & 🕶 designandi,& nomina di&ádi, eorum saltem qui \*

clero digni sint:&omnia prorsus faciendi legibus 🛰

Alla Sy-

Arine (11 doctrina sua

**Episcopalis** electio.

A constitutionibusque ecclesiasticis. Quod si que « corum qui ecclesiæ præsunt, decedere contingat, « tum in defuncti locum & honoré prouehi quis-« quam ex reces cooptatis debet, vt modò idoneus « sit,& à populo eligaturita tamen, vt ad electione « eiulmodi calculus, luffragium, & confirmatio epi « scopi Alexandrini accedat. Atque hoc quidem « omnibus aliis concessum est:in persona auté Me-\* litij non idem constitutum, propter priorem ina ordinatum eius morem, celeritatém que & precipitantiă sententiæ & confilij, vt ne qua sit ipsi vel « potestas vel autoritas, homini scilicet, qui rursum a temeritatem ordinis negligétem inducere possit. ... Hæc sunt quæ præcipuè ad Ægyptum & ecclesiã « Alexandrina pertinent. Si quid verò præterea vel

« canonibus vel decretis est constitutum, reueren.

allatia et ar dmu cofusio cavenda.

Decreti, vi rbiq; codem tempore P4-Sche agatur.

episcopi Ale esndrini.

Coftant in w quoq; infe ad Alexatrinos dejerjdem rebus scripsit.

† Spep.

« dissimus dominus, frater, & collega noster Alexá « der, certius ad vos reuersus perferet, quippe & au a tor & particeps actorum omnium. Lætum insupervobis afferimus nunciu, de sanctissimi Paschatis celebrandi consensu. Nam & hec res, precibus 🧩 vestris rectè costituta atque ordinata est : fratrés-B que Orientales omnes, qui antea cum Iudæis fece runt, ex hoc ipso tempore cum Romanis & nobi-" scum, omnibúsque adeò alijs, qui antiquitus nobi fcum Pascha celebrarunt, id se concorditer acturos consenserunt. Gaudete igitur de rebus ecclea siasticis ordinatis, de pacis consensu & concordia « restituta, & de hærelibus omnibus excisis : atque maiore cum honore prolixioré que charitate susci pite, collegam quidem nostru, Episcopum autem vestrum Alexandrum, qui nos profectò præsentia sua exhilarauit, plurimumque in hac ætate sua, vt pax quoque apud vos esfer, laboris sustinuit. Orate pro omnibus nobis, vt quæ à nobis recte sunt constituta, firma stabiliaque maneant, per Deum omnipotentem, & Dominű nostrum Iesum Chri stum, cum sancto Spiritu: cui sit gloria in sæcula, Amen. Non ipía verò Synodus tantum, sed & celeberrimus Constantinus, ad populum Alexan drinum eius generis dedit literas: quibus ostédit, no simpliciter, temere, aut neglectim finitionem professionis fidei editam, sed exploratione multa atque disquisitione accurata adhibita, quæcunque dogmati cosentanea essent, in medium producta: C primumque inuestigatione diligenti obseruata, quæcung, occasionem dissidij & seditionis creare possent : ea ita reiecta, vt contrà dici quidquam non posset: & sic deinde + finitionem ipsam ,pmulgatam esse, & postremò, Dei sententiam con cordem episcoporum Synodi sententiam vocat, atque Spiritui sancto tot patrum consensum acce ptum refert, per quem illi à vera & certa sentétia non exciderint.

CAPYT XXY.

Constantini imperatoru de rebus Synodi Nicane ad Eccle sias quasque litera.

Dem & ad Epilcopos qui ad conuen tum venire non potuerunt,& ad om nes vbig, ecclesias, que aca ibi essent declarans, ad hunc modú scripsit: Ex-

perientia edoctus, per rerum publicarum prosperitatem, quanta sit diuinæ potestatis gratia, illum mihi propositum esse debere finem iudicaui, vt à beatissimis catholicæ ecclesiæ populis fides vna, & sincera charitas, consentiéns que in Deum pie-

tas seruetur. Sedenim quu aliter omnino fieri non D posset, vt + ordo stabilis & firmus costitueretur, » nisi simul omnes, aut certè plures episcopi conue- » nirent, & de re qualibet ad sanctissimam religio- » nem pertinente diiudicaret : eius rei gratia, quam » fieri potuit plurimis coactis, me quoque perinde » arque vno aliquo ex vobis (non enim negauerim, » quo maxime lator, conseruum vestrum me esse) » præsente, vsque adeò omnia in debitam sunt dis- » quisitionem vocata, quousque + rerum omnium » 1 700 2004. inspectori Deo placita sententia, ad consentientis » vnitatis cocordiam stabilienda, in lucem est pro- » tracta, ita vt nihil iam quod ad dissentionem aut » professionis sidei ambiguitatem facere posser, sit » lata. relictum. Vbi quum de sanctissimo etia Paschæ » die quæstio esset exorta, sententiis omnium decre » tum est, convenire, vt id codem tempore ab om- » nibus vbique peragatur. Quid enim nobis esse po » test vel pulchrius, vel grauius, g si is dies festus, ... vnde spem immortalitatis percepimus, vno or- » dine & celebri ritu ab omnibus certò & inuiola- 20 biliter peragatur? Ac primum quidem indigna ... res fuit, sanctissimum eum diem imitatione atq; E consuetudine Iudzorum celebrare, qui manibus » fuis nefario flagitio cotaminatis, non iniuria quo- " q; animis sunt excæcati, homines scelerati. Quid " ni enim liceat, gente ea reiecta, rectiore verioréq; " ordine, quem à primo passionis die hucusque ser- 20 uauimus, ad futura quoque sæcula observationis ... huius ritum transmittere? Itaque nihil vobis com , mune sit cum infestissima Iudæorű turba. Aliam 🗩 siquidem à Seruatore accepimus viam. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ suus cursus, " & legitima quæ illam deceat regula:quam vnani- " mi consensu complectentes, nos ipsos à fæda illa " conscientia & societate retrahamus, fratres reue-, rendilsimi. Et profecto omnium absurdissimum " De Indami est, illos gloriando iactare, hisce observandis nos " sufficere no posse, absque illoru doctrina & præscripto. Quídnam verò illi rectè sentire & sapere " possunt, qui post illam Domini cædem mentibus, capti,non ratione aliqua, sed impotenti impetu, " quocunque cos insitus impellit furor, ducuntur? ,, Quam ob causam, quum in hac quoque parte ve- 🦼 rum no perspiciant, sed, vti semper, affectu vicioso transuersi rapiatur, potius quam errorem corri F gant, codem anno bis Pascha peragunt. Qua igitur de causa cos sequemur, qui gravi errore le implicatos esse cositentur? Bis equidem eodem anno Pascha celebrare haud vnqua sustinuerimus. " Atque etiamli hecvobis non exponerentur, conueniret tamen, vos, pro mentis vestræ sagacitate, semper & studere & optare, ne cuiuspiam similitudine & exemplo, puritatem animarum vestrarum pollueretis, néve hominum modis omnibus malorum confuetudinem imitari videremini. Ad hæc illud quoque confiderandum venit, in re tan ta,& tá folennibus religionis nostrę feriis,dissensioné extare aliquam, longè esse impiissimu. Vnū » nanque nobis libertatis atque redemptionis no- == ca passionu stræ diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ, Sal- " uator noster dedit. Vnam esse catholicam suam " Ecclesiam voluit: cuius tametsi partes in multis " variisq; funt disperse locis, vno tamen spiritu, hoc \* est, diuino arbitrio fouetur. Consideret porrò " sanctitatis vestræ solertia, qu'am graue sit & inde-

Sacrarii Sy-

Imperialie humilitato nmißio. TOV IPHE.

Harefes sub

Celebrandi Paschatu consensu.

Infenfes la

Pascha secum Inden celebrandas effe fuades.

I dem vie & resurre-Etionu Ser Stri dies.



cs ecilefia.

\* zärzies,

rible rag

esine too l-

SKAZO OV

villing med

11 2,7010

arier le Bride

belasso Tzes

Constantino

de Arro, setici; eins po

Vas in tato A corum, per eosdem dies, alios quidem iciuniis intentos ese, alios verò conviuiis vacare: & post = Paschædies, hos quidem feriari & conquiescere, a illos autem statis ieiuniis macerari. Quapropter a hanc rem, pro eo atque decet corrigi, atque ad v-« num institutum formamque perduci, diuina vult Providentia: quantum equidem + extra omnem affectum positus perspicio. Iraque quum hoc « sic corrigere conueniat, ne quid nobis cum Domini percussoribus sit commune, & decens extet mordo, quem omnes Occidentalium, & Meridionalium, Septentrionaliúmque habitabilis orbis partium Ecclesia, & quibusdam quoque in locis Orientales obseruant, ca de causa in præsentia omnibus conuenire visum est, ipséque adeo id solertiz vestra placiturum esse recipi, vt quod per vrbem Romanam, Italiam, Aphricam omnem, Ægyptum, Hispanias, Gallias, Britanias, Libyam, cunctam Græciam, Asianam atque Ponticam ditionem, & Ciliciam, vno atque consentienti seruatur consilio, id libenter quoque prudentia ve-B stra suscipiat: secum ipsa perpendens, non modò ampliorem esse ecclesiarum in eis quæ diximus locis numerum, verum etiam idem communiter omnes sentire & velle, esse quam sanctissimum. Quin & strictior ipsa atque exactior ratio fla-

gitare videtur, ne qua nobis sit cum Iudzorum

periutio communio. Et vt tandem summam rei breuiter dicam: Communi omnium iudicio pla-

cuit sanctissimas Paschæ ferias, vno codémque die peragi. Minime nanque decet in ro tam san-& aliquam extare dissensionem. Et pulchrius est cam sequi sententiam, in qua nulla sit alieni erroris & peccati contagio. Ac quum ita se res habeat, libentibus animis cœleste hoc & verè dia uinum suscipite præceptum. \* Quidquid enim in sanctis Episcoporum agitur conuentibus, id ad dinină refertur voluntatem. Itaq; eis quæ scripsimus omnibus dilectis frattibus nostris significau tis,iá rationem hác & observationem sanctissimi diei suscipere atque instituere debetis, vt quum in pietatis vestræ (quod dudum mihi fuit in votis) a conspectum venero, vno codemque die sanctas « vobiscum ferias celebrare valeam, & rebus om-C nibus vnà vobiscum ex animo delecter, feritatem diabolicam per vim diuinam operibus nostris sublatam, vestramque vbique sidem, pacem & concordiam vigentem cernens. Deus vos seruet, fra-" tres dilecti. Æquum etiam est quæ contra Arium & sectatores eius, omnibus passim Episcopis & a populis scripsit, cognoscere. Quum malignos & impios Arius libi imitandos duxerit, par est, vt eandem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius diuinæ pietatis hostis, iniquis de religione compositis libris, condignam reperit mercedem, per quam omnium futuris sæculis probris obnoxius erit, plurimáque obruetur infamia, atque insuper impia eius abolita sunt scripta: ita & nunc placitum nobis est, Arium'& Arij suffragatores, Porphyrianos quidem nominari, vt quorum imitati sunt mores, corum quoque obtineant appellationes. si quod autem scriptum ab Ario compositum reperiatur, vt igni id

tradatur volumus, vt non modò improba eius do

Arina abrogetur, verùm etiam ne monumentum

quidem aliquod cius relinquatur. Illud equidem D prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Ario » conscriptum celare, nec continuò igni comburere, deprehensus fuerit, supplicium ei mortis esse » constitutum. Illico nanque in crimine tali com- » prehensus pænam sustinebit capitalem.Plures e- » tiam alias aduersus cosdem ad loca omnia misit » epistolas, + verbis per ironiam ad simulationem " Socrat.lib.1. compositis, eis illudens. Nicomediensibus iti - » dem, contra Eusebium & Theognidem scripsit: » Eusebium perstringens, veluti Licinio aliquando » fauentem, sibique insidiantem, atque alium Epi- » scopum legere iubens : quod & factum est. Eas » epistolas hoc loco apponere, ne longior esse vi- » dear, minus conuenire putaui. Ac de his quidem » hactenus.

Arianos liconstruce, † liper To λίγφ.

#### CAPVI XXVI.



Æterûm rebus ad hunc modum euntibus, commodum euenit, vt vicesimus Constantini imperij annus tum compleretur. Et Romani more recepto, decimo quoq; Principis sui imperij annus complementare con contratti contratti con contratti con contratti con contratti con contratti contratti contratti contratti con contratti contratti contratti contratti contratti contratti contratti contratti contratti con contratti co

no, communem & publicum agebant conuentum diémque festum. Itaque & ipse decere id arbitratus, ad epulas Synodum inuitat : & toris plu rimis ordine suo collocatis, eodem in loco excipit: multisque & sermonibus & donis honorificentiam & liberalitatem erga illos declarans, præclatissimos quosque corum mensæ suæ adhibet. Quorumquidem, quum ille mutilata propter CHRISTV M cerneret membra, atque fidei eorum costantiam inde colligeret, labiis ipse suis cicatrices eorum exosculari & venerari dedignatus non est, gratiam se osculo eiusmodi & benedictione eorum percipere confisus. Posteaquam autem finem suum convinium id habuit, loco suo exurgens, supplicis more conuentum rogauit, vt qui tantum pertulissent laboris, perpaucos sibi dies dare, & recens fundatam vrbem, iam tum perfectam, adire non grauarentur, ve precationibus suis munitiones & muros eius fir- F marent. Atque illi statim, quod petierat faciunt.

Constantinopolim veniunt, Encania & consecrationis festum diem celebrant, + incruento sacrificio operantur, precibus votisque vrbem abunde prosequuntur & firmant, eandémque Dei \* genitrici dedicant, nouam Romam, impe rantémque Constantinopolim cognominantes, Alexandro tum Byzantij ecclesiam regente.

Vicennalia (na Constan tiom agit, & Synoaum commissio excipis.

Stigmata epiścoporam mariyrë exelculatur. Inquat Pattes Byzan. tiu, ad Ence mia ibi calebrāda, 🖝 ci witatem nowam confecrandam.

† The deal min z Tev Susia נשוואסושוןנק Constantino polis Virgini matri dedicatur.

91.07 in Gracie Dei genitrix dicitur, qued verbum in solam virginem matrem Mariam cadis. Ichron aute accentu mutato . Doo genitus, qui rom est Dominus noster I ES V S CHRISTVS. Cui vrbem Constantinopolitanam recens ex-srnctam Constantinus dicanit atque commendanie. Supra libro stractum Constantimus ascame atque commendanie. Supra libro septimo, cap. 49. V trunque monuen essem compositum literiu, sed accentu dinerso prolatum & seriogum datimum casum habet dia-tino. Quapropter hie pro, Dei genitrici etiam verti posses, Dei mato CHRISTO, ve hiclocus cum superiore illa concordet. Sed librarius in Graco exemplari 71 3 corinq scripsit, cum sortasse riques feribere debuerit. Potest etiam osse autoru meie lapsus. Qui tamen infra CHRISTO simul & matri cine vrbem ann dedicatam memoras.

Viduis virgi A nibusq; sacru Jumptus annuas Custan tinus ex publice abunde constitucit.

† च्याप्टास्त्रेरण. \* के गुराममें elev. Pater dimit tit cum pijs mandsin.

<u> Abfantibu</u> episcopu scri bu.

D to fokunibus factingt 4 ties egit.

† केशर गांध के zapiji piz

Tëpm Nica mi Consilÿ celebra i.

Anitim Pas lines, Cesewim Iulian. Cananius Coß. † Birne ime χούσης λ. Costantin amplificada religioni chri fiana totus incübit ecclefin costruendu, & libris factis param 17.1mperÿ neduscelebra ri cæpit 20. allt finitasfi

ni De

**wini** 326.fi-

i in 329.

Hic denuò illis epulo exceptis, alía dona obtulit: & literas ad prouinciarum præfectos dedit, vt in vrbe quaque divino cultur addictis atque sacratis viduis virginibusque, ad sanctiora divinorum teplorum sacraria excubantibus, annonæ annuæ tribuerentur, quæ ad liberalitatem splendidam magis quam ad vium necessarium pertinerent.

Has Iulianus quidem postea + accidit, successor autem eius \* ex triente præberi curauit. Vbi verò iam pro se quisque domum redire pararet, cahortatus eos est, vt eandem omnes colerent fidem, mutuámo; pacé & charitaté maximè consectarentur: atque vt absque seditione omni, pacati atque tranquilli, rerum vniuersarum placerent Deo. Et quum multa, oratione longius producta, de communi concordia fecit verba: tum postremò vehementer eos admonuit, vt & pro ie, pro liberis suis, & pro imperio Romano orarent, perpetuóque propitium fibi diuinum numé facerent, Synodíque decretis stabilem firmitatem conciliarent. Absentibus porrò ea quæ commemorauimus scribens, vt professionem fidei, diligenti atque accurata exploratione tot virorum disquisitam, & de sententia totius vniuersi Dei constitutam, suffragissque tanta Synodi patrum comprobatam, susciperent atque complecterentur, mandauit. Et illorum quilque tanto affectus honore, domű ad gregem suum reditt. Imperator autem supra modu lætatus, quòd vnam per vniuersum orbem Ecclesiam, camque in dogmate consentientem cerneret, Deo, de omnium vbique Episcoporum vnanimi concordia + solenniter gratiarum obtulit actiones. Ere studiosorum esser, Episcoporum ipsorum nomina, præfecturas vrbium, earumque appellationes nosse: eaque omnia in Synodali Athanasij libro reperta appoluissem, nisi tædium prolixioris orationis vitarem. proinde ca inquitere volentibus, permitto. Tempus porrò Synodi, sicuti inuenimus, in mensis Maij vndecimam diem + indictionem vigesimam tettiam, & consulatum Paulini & Iuliani incidit : qui annus sexcétesimus trigesimus sextus ab Alexandri Macedonis regno fuit, vigesimus verò imperij Constantini, ex quo rerum in Britannia potiri cœpit: tertiusdecimus porrò, ex quo ad Byzantium venit. Synodus verò ipsa Niczzannis tribus & paulo longius est aca. Et res Nicænæ talem habuere finem . Constantinus autem ex eo tempore prolixius etiam quam antea religionis accensus ardore, ad vrbes & populos Romani imperij omnes, epistolas dedit, ve priori quidem errori nuncium remitterent, Chri Rianam autem doctinam & religionem ample-Aerentur. Episcopis porrò sanè quàm liberaliter pecunias mittens, cos ad ecclesiarú ædificationes excitauit, sumptusque ad id abunde præbuit. Libros itidem ecclesiasticos manibus propriis describere & concinnare iussit. Sed consilium animúmque scribentis certius indicabit epistola eius, ad Eusebium data, quæ sic habet.

CAPYT XXVII.

lecte.



Ictor Constantinus Maximus D<sub>Litera Con-</sub> Augustus, Eusebio. Tantisper = francini ad dum ad hoc vsque tempus im- » Enfeb.Pan pietas & tyrannis, pro arbittio » phili de firatima ecclafiarum. persequuta est, credo atq; adeò »

certò persuasum habeo ecclesiarum omnium o- » pera vel per incuriam pessum iisse, vel imminentis persequutionis metu minus esse quam digni- » tas carum postularer persecta, frater charissime. » Nunc verò libertate reddita, & serpente illo, Dei » optimi maximi prouidentia: atque opera nostra, » à rerum publicarum administratione depulso, » satis in apertum productam esse arbitror apud » omnes diuinam potentiam, cosque qui vel me- » tu vel incredulitate vel etiam peccato oppressi » fuerant, eo qui + verissime constat cognito Deo, » ad verum rectumque vitæ statum tandem per- » uenisse. Itaque quibuscunque vel ipse præes » ecclesiis, vel alios passim episcopos, presbyte- » ros, aut diacanos præesse nosti, cos admone, vt » diligenter incumbant in opera Ecclesiarum quæ » supersunt, vel restaurandarum, vel amplifican- E darum, vel vbi hoc necessitas postulauerit, re- » cens exstruendarum. Petes autem & ipse, & alij 🐱 per te sumptus necessarios à præsectis & prouin- : cialibus magistratibus. Diligenter nanque eis per ... In candi sea literas est mandatum, vt quæ à sanctitate tua di- 20 da fuerint, ipsi exequantur. Deus te seruet, fra- " ter dilecte. Hæc de ecclesiarum structuris, non ad hunc modò, sed & ad reliquos Episcopos scripsit. Que autem Eusebio Pamphili de librorum comparatione lignificarit, hisce subiungam.

Victor Constantinus Maximus Augustus, Eu-In cognomine nobis vrbe, Seruatoris Dei opitulante providentia, maxima hominum multitudo sanctissimæ Ecclessæ nomen dedit, séque ipsam illi dicauit: vt omnibus illis plurimum capientibus incrementi, faciendum omnino videatur, ve plures quoque ibi construantur Ecclesiæ. Quapropter, quod iudicio nostro placuit (pru dentiæ enim tuæ significandum duximus) id libentissime accipe, vt comparatis quinquaginta membranarum codicibus, qui & ad euoluen dum, & ad portandum commodi sint, à notariis pulchrè scribendi peritis, qui scilicet probè eam artem didicerint, describi cures divinarum scripturarum libros, quorum \* instaurationem & vsum ecclesiis maxime necessarium esse iudicaueris. Datæ enim sunt à mansuetudine nostra + ad Catholicu & dispensatorem generalem prouincie litere, vt omnia que ad eam rem portanda commoda sunt, præbenda curet. Porrò vt quàm celerrime codices describantur & concinnentur, procurationis tuz id fuerit opus. Duorum autem publicorum vehiculorum accipiendorum po testatem, ad librorum deportationem, authoritas harum nostrarum literarum tibi meritò prebebit. Ita enim pulchrè descripti codices, quam facilime ad nos perferri poterunt, ex Diaconis ecclesiæ vno ministerium id adimplente: qui quu in cospectum peruenerit nostrum, benignitatem nostram experietur. Deus te seruet, frater di-

t to brows

tentia ad alios quoque epifcopos feri psit.

Conflantini ad enndem Enfebium de Libria ecclefia fticu comparādis epifiola

\* The base RIDŽP.

† Agie in the Centermen Seattle.

CAPVI XXYIII.

1 in 1 de bunt. Quelm nanque de griouisser cos olim, + qui m Bilacy CO idolorum errore tanquam furoris intempetiis

Edenim quu facile quis ex iis li quidò cognoscere Imperatoria erga res sacras studium possit, tum id non minus ea etiam quæ 

&i fuerant, salutiferum monumentum defodisse, aggere multo molém akikimam excitalle, Calua riæ & resurrectionis vicinum circumcirca locum occupalle, de lapidibus nigentibus folum cius co-Araniste, (ve oblinioni mobilifeta memoria feth picerna mandarent) & cemplum præterea impudica des Veneris, statuamque eiustem ibi collocasse, virgineo partui illudentes: ve qui co loco debitum: CHRISTO honorem sibi præstandum statuissent, simulachro ei exhibere viderentur, processí uque temporis oblinio veram premeret atque occultaret causam squod nemini liberè eò commeare, aut aliis rem indicare fas futuru esser, funditus templum ipsum cruere, aggeremque egestum quam longissime à civitate proiicere, ve qui sceleratis sattificiis contaminatus esset, iussit : ac templum aliud pulchritudine præcipua amplissimum magnificentissimumque extruere præcepit. Quod templum luculenter epistola ostender, Macario Hierosolymitano episcopo, qui & iple cum reliquis patribus Arij opinionem labefactauit, hisce prope verbis scripta: Victor Con stantinus Maximus Augustus, Macario. Tanta est Seruatoris nostri gratia, ve nulla orationis vis præsenti miraculo digna suppetere cuiquam possit. Quod etenim monumentum sanctissima il-« lius passionis terra iamdudum opertum, tot annorum curriculis latuerit, donec per communis & publici omniŭ nostrům hostis oppressionem, ministris eius in libertatem vindicatis, erutum re-« luceret, omnem profectò stuporem & admira-

lit, zdificiorum pulchris stucturis exornem. Con

C

ată Costan

ينفنفة س

& sepalchris

Confiresti

Serve lib-to

co.17 . Constantino

es de re ad

Meseria

Mirarale

mibial B

« tionem excellit. Nam etiamsi qui vbique terraru esse videntar sapientes homines, in vnum eundémque conuenientes locum, dignum aliquid re tanta dicere velint, ne minimam quidem partem tamen eius eloquentiæ concertatione attigerint. Tantum enim miraculi huius fide naturam, quam humana ratio & cogitatio consequitur, omnem excellit, quanto rebus hominum cœlestia sunt efficaciora & potentiora. Eam ob causam ille mihi semper vnicus & præcipuus consiliorum actorúmque omnium propolitus est finis, vt quemadmodu seipsam nouis miraculis veritatis fides exhibet, sic etiam animi omnium nostrûm castitate & consentienti promptitudine \* alacriores reddantur. Quod quum omnibus manifestum puto, tum hoc maximè tibi persuasum esse volo, rerum omnium illud mihi summopere esse cura, vt sacratum locum, quem iussu Dei, accessione fædisimorum simulacrorum;, veluti quodam imminenti grauíque pondere leuaui, sancum quidem iam tum ab initio illum iudicio Dei factum: sed sanctiorem etiam declaratum, ex quo salutiferæ passionis sidem in lucem protu

uenit igitur solertiæ tuæ, omnia sic disponere, & D res quasque necessarias procurare, vt non modò » basilica aliis quæ vbique sunt præstantior, sed & = reliqua omnia ita construantur arque parentur, vt » quæcunque in quibuscunque vrbibus pulchritu- » dine sunt + excellentia opera, à structura ista lon 🛥 gè superentur. Atque equidem de parietum o- 20 pere atque artificio, Dracilliano amico nostro, cla a rissimorum præsectorum munere sungenti, & " prouinciæ rectori, à nobis madatam effe cura scito.Præceptű enim à pietate nostra est, vt artifices, 🧋 operæ, & que cumque præteres funt ad ædificationem nocellaria, quunt id ex folertia tua cognouerint, confostim per providentiam illorum mittan tur. De columnis autem & marmore, que pre-Mantilsima & commodisima operis ipfius + for ima fumuatim perspecta, existimaueris esse, ad nos fac feribas, ve quot & qualibus opus fuerit, -quum ex literis tuis intellexerimus, ea vndequa- " que comportari possint. Equum enm est, locum totius mundi maxime admirandum, pro dignitate sua exornari. Basitica porrò camera, lacunaribúsne an alio quopiam opere tibi fieri debere videatut, cognolecre ex te cupio. Si enim lacuna. E ribus extruenda erit auto quoque illustrari poterit. Quod superest, sanctitas tua quibus diximus magistratibus primo quoque tempore fignificet, quot operariis artificibulque, & quantis impensis ht opus. Quin & ad nos quoque vt celeriter referatur, da operam, non modò de marmore & columnis, verum etiam de lacunaribus, siquidem? hæc pulchriora commodioráque esse iudicaueris. Deus te conseruet, frater dilecte.

C APVT XXIX.



न्द्रप्र Iteris portò eis conficiendis, ma ter ipla imperatoris beata Hele-na, quæ illum talem genuit, ad-ministra suit ipso nanque Syno di coacta anno, in fomnis ora-

go, locorúmque sacrorum cognoscendorum gra p tia, Hierosolyma petierat: neque se ea in re vel itineris laborem, vel sene Autis molestiam remorari est passa. Ad extremu enim iam vitæ pervenerat, & de rebus atque religione christianorum piè admodum sentiebat. Plurimi potrò faciebat, vt crucis lignum & viuificum Christi monumentum inueniret. Et quatuvis difficultet, attamen ea randem inuenit, vt quidem nonnulli dixere : Indxo. hominé ex paterna quadam annotatione regionem indicante: re vera autem, vt equidem puto, Deo signis quibusdam & visionibus nocturnis ostendente. Quum enim Deo visum esset, res diuinas & occultas in lucem proferre, minime opus fuit humanis indiciis. Enimuerò imperatoris iussu, contaminato illo templo diruto, aggeréque exportato, ex eo loco facrum illud returre-&ionis antrū extitit, & tres sparsim dilie&x cruces:& tabula præterea alba inuenta, in qua diverfis literis Pilatus regem Iudzorum fcripierat, cáq; supra caput Christi collocata + in moré colunz, crucifix illu ludzor i regé esse promulgarat. Cz

Helma ma per Constatino filio literje sa cauf. pietatu Chri-Riana eden du à Serretu fuit.

\* - - 1 - 1 - 1 - 1 **:** 

FAUTES OW

Eade religio nu ergò Hie rofulyma gfetta.

· + 4 48466-

A terum quod literæ diffluxerant, & tabula temerè jacta jacebat, difficilis adhuc divini ligni inuentio erat, quod ordine confulo cruces diliecta fuerant. Quid nanque curarent, qui ita illas temere dissecerant, vt loco suo quanque relinquerent? præcipuè quum milites mortem propter sabbatum deproperarent : iidémque præterea inauspicatum elle crederent, ad cruces morari virorum, qui per vim illatam mortui essent, quapropter 2lia aliò proiecta. Quum ergo incerra inquisitio esset, dubia animi imperatoris mater Deum obse crauit, vi ci indicium figret. Atque ille ambiguidesperata.

Sacer Exal tationis (an-Ela Crucis † KLE : NOP. Hèc se so cras historit. ese aliorii relatione audisa scribere, ait.bb.1. cup.17.

Miraculum

quod veram Christi Cru-

ce indicanit.

Rufinus in

Ecclef for hi

fto.c.7. ◆8.

Clam,quib? Salwater cre ci est affixus

Sibylle oraculă de sau-Ela Cruce.

I flam panagestr, is I Dies Iferandðu. Apud Ethni

tatem quodam dissoluis modo, lignum demonstrans, ad quod Dominicum affixum corpus fuerat, & quod divini sanguinis stillam defluentem exceperat. Mulier quædam honesto loco nata, graul oppressa morbo, extremo laborabat pericu lo.ad hanc Macarius vnà cum Helena comitibus que eius venit : & fignum ille dedit,quæ ex crucibus istis fæminæægrotæ imposita periculum om nino discuteret, eam CHRISTI crucem esse. Atque precatione facta, crucem quamliber scorfim ille adhibuit. Et duabus admoris, in eodem nihilomiaus mulier discrimine mansit, vitæ iam Vrautem verum ei imposuit lignu, subitò illa respexit: viribusque firmiter collectis, lecto statim exiluit. Dicunt quoque, postea mortuo prorlus crucem impolitam, in vitam illum derepente reuocasse. Hoc sanè modo memoriæ proditum est, sacrum in apertum productum esse lignum. Cuius partem maximam diuina Helena argenteæ cistæ inclusam, Episcopo ad memo riam posterarum generationum reliquit: vbi etiam sacram Exaltationem quotannis peragendam sanxit. Partem verò ad filium imperatorem transmist . Quam illum quo animo quis suscepisse dicat? quum fide secum ipse reputauerit, vrbem cam feruatum iri, in qua tam facrum consernaretur + donarium. Quapropter eam partem statuæ suæ inclusit, quam in vrbe à se magnifice condita, super Porphyretica collocauit co lumna, in co quod dictur Constantini foro. Mi . sit illa etiam ad eum ex sacris clauis quosda, quos tu ad monumétum repererat : illis porrò corpus CHRISTI transfixum fuerat. Quorum altero ille sibi fertur galeam instruxisse, alterum equi frenis inseruisse, ve in certaminibus tutus à vulneribus illæsusq; maneret, & sic tempore suo .prophetia Zachariz impleretur : Erit, dicentis, in freno equi sanctum Domino omnipotenti. Quæ prophetæ quidem sancti olim cognouerunt, postea verò temporibus suis, quum Deo visum est, euentum certum sunt consequuta. Atque id non admodum est micandum, quandoquidem . & Grzci divinarum rerum quzdam prznunciarut. Quemadmodum quidem certe & illud Sibyllæ vel ex aduersariis quisque confitebitur, de sancta Cruce antiquitus dictum: Olignum felix, in quo Deus ipse pependit.

. Plurimi nanque apud Gręcos, qui cæteris prestare sunt visi, multas nouerant prophetias, quas ver sibus granioribusque ad populum verbis veluti quædam oracula incluserunt. Et erat potestatis divinæ, vt equidem indico, ad futurarum rerum certiorem consensum, non solum per peculiares ministros futura prædicero, verum sensim quo- D mi ma que aduenis & alienis ad id vti : perinde atque mulicus quispiam, gratum & iucundum decantans carmen, superuacancas quoque percurrit ple ctro chordas: aut ornatus gratia, supra cas quæ ex viu funt, alias etiam adiicit. Hæc etiamli per digressionem, commode, tamen dictaelle puto: quod à doctrina nostra alieni, + prastatiore quadam Dei ordinatione, futura de CH,R. IST. O prædicarunt. Commence of the Commence of

Mppresoris mater Helena amplifsimo templo in resurrectionis & Caluariz monumento ita constru-Ao, ve nulli prorfus, quecunque vel pulchritudine vel magnitudi-

Litant, Car Jours Commer

V C ARKT XXX Driver on Cal.

ne eximia funt, cederet, nouz Hiorusalem nomen indidit, + exemplati scilicet votoris illius & iam soluti tabernaculi. Ipsa verò domesticis propriisque impensis alias duas magnifice lacras coltruxit ædes alteram in Beth- E lehem, ad eam in qua CHRISTVS natus est speluncam, sexies mille passibus ab vrbe distantem: in cuius sanstiore sacrario humi, & præsepe, & speluncam: sacram est complexa. alteram yerd in oliuatum monte, ad verticem ipsum, vbi relietis discipulis CHRISTV Sin coelos est assumptus. Excitauit quoque mirificum aliud templum in Gethlemani prædio genitrici Dei, atque in sacrario ipso viuisicum eius sepulchrum firmiter inclusir. Quum'verò decliuis is sit locus, gradus marmoreos sieri curauir, viatores ex sanda vrbe Orientalem plagam versus ferentes. Multorum quoque sermonibus circumfertur, decliniorem eum locum, Vallem fletus, & torrentem Cedron, atque etiam vallem Iosaphat dici. In propinquo etiam esse hortum illum, in quo proditus est CHRISTVS, & in quo orare solitus fuerat. Sanctis itidem infantibus, & vbi Angelus pastoribus lætum attulit nuncium, in eis ipsis locis + sacras extruxit ædes: infantibus videlicet ipsis, & .+ VER-B I puerperæ, nec non aliam quoque sponso losepho zdem. Inde Bethaniam progressa, Lazaro CHRISTI amico infigne ædificavit delubrum : abest id Hierosolymis passuum mil-Deinde ad sacrum Iordanem libus duobus. conuersa, circa speluncam, vbi olim domicilium Baptista habuit, perpulchram ædem illi erexir. Aliamque + ad accliuitatem montis, Heliz Thesbitz.: Arque inde quatuor dierum itinere emenso, Tiberiadem venit, vbi 🕶 🗸 🚧 🗸 🗸 forey, hoc est, duodecim thronorum templum statuir, quo loco CHRISTVS quinque hominum millia pauit. In ca regione est Capernaum, vbi miraculum illud in Centurione editű, & in paralytico, qui per tectű demissus, statim faluté inuenit : deinde vbi mulier languinis fluxu laborans restituta est. Sistitur etiam in loco qui di citur im dans, hoc est, ad septé fontes: vbi ingens illud miraculum de septem panibus & paucis piscibus, Dominus fecir. Accessit ad Tiberiadis piscatum, & in locum vbi Magdalena sanata

† oixoveple

KP (Fibre

co candit nova Hiero felm dilli.

Tepla plata Hicrofolymu à dus Heleva extruffit. Plura i alia quoq Indea regenibm.

Vallis lofa-I irby dboard sheia. ל מש אלקם אם Lionia.

† 25.05 + žra

Ecclefia du. de Kattport.

im Járn O rez.o. ..

Mon That A est. Et quouis loco diuersa Apostolis constru-Simonia Ca tig at there. Daniu. - 130 21 7 ago co pud à Ti masoede Querem an ambi

In locu ple-

194 idolorii

face or cal

tom tolledi.

Challing temple ma-

Juiki extra

cods cereme

nies inliene

de Confen

tions cords.

Suminal

k Marite.

Ø f#T#

xit templa. Intra vrbem Tiberiadem, socrus Petri domo reperta, diuo Petro pulchrum costruit delubrum. Itidem porto in monte Thabor fecit: in quo Melchisedech Abrahamum dicitur benedictione profequutus effe. In ipfo autem transfor mationis loco, qui splédorem illum mirificu con spexere, Apostolis tribus pulcherrimam extruxit Quo loco multam etiam reliquit peecclesiam. cuniam, in subsidium eis qui ibi manerer, locumque ipsum excolerent. Inde Orientem versus descendens, Nazareth peruenit: & \* salutationis Angelice domo reperta, Dei genitrici peramænű excitauit templum. Et in Cana Galilæa, vbi Simonis Cananæi nuptiæ celebratæ,& + ex occultis incertisque botris vinum factum, aliam quoq; sacram ædem ædificauit. Cæterum in vrbem san Cham reuersa, in Sion amplissimum longe latéque construxit templum, in cuius postico domum circumclusit, in qua, foribus clausis, propter metum Iudzorum, discipuli fuerant congregati:in qua etiam sacra cœna peracta, sacráque pedum lotio, nec non Spiritus sancti in cœnaculo aduentus,in qua primus quoque Hierarcha & episcopus Iaco bus renuciatus est. In co téplo marmorea quoque fuit columna, ad quam quum flagellis cæderetur, alligatus est Seruator. In cuius parte sinistra, diui prophetæ Dauidis sepulchrum magnisicè in sublimi collocatu. Sion ipsa ad Australem vebis est sita partem, + superiorem eius sortita regionem, passibusq, mille à Christi resurrectionis loco distat.Et in palatio Caiphæ, Petro aposto lorum principi templum aliud costituit. Atque in fouca Hieremiz, & ad fontem qui Siloë dicitur, mirifica construxit opera. Postremò & agrum figuli apparari curauit, in aduenarum scilicet & pe regrinorum sepulturam. Sed & filij Constantini instinctu, ad arborem Mambræ, quæ nunc tere binthus dicitur,quindecim stadiis meridiem ver 🗸 sus vicinam habensHebron,Hierosolymis autem circiter ducenta & quinquaginta stadia abest: vbi vera certaque fama est, vna cum Angelis contra Sodomam euntibus, & filium Dei hospitaliter acceptum esse ab Abraham, ab cóq; Isaaci procreationem annunciatam, maximum ornatissimumq; templum erexit. Intellexerar enim Constantinus sub ea arbore, veteres Græcæ superstitionis aras construxisse, Græcis sacrificiis istic operatos esse, vinum libasse, thura adoleuisse, bonem, hircum, & gallum sacrificasse, lucernas accensas oleo infuso apposuisse, placentas obtulisse: quosdam etiam numos & varij generis vnguenta, in vi cinum puteum coniecisse, ita vt rerum coniectarum ingenti copia, aqua inutilis sit reddita. Quod sanè Constatini vxoris mater, qui forte istac tran firet, visum, genero ipsi renunciauit. Animaduerte rat enim zstiuo tempore, loci incolas, loginquiores etiam Palestinos, Phænices, & Arabes, annuas ferias in ea regione peragere. Et couentus celebritásque ea grata fuerat omnibus: Iudzis quidem, p Patriarcham generisque sui principem iactarent Abrahamum: Græcis verò, propter Angelorum in eum locum adventum: Christianis porrò, quòd Deo dilecto illi, id prædictum fuerat, quod multis postea sæculis de Virgine futurum fuerat. Qua ze Constantinus cognita, episcopis Palæstinis vi- D tio vertebat, in primisq; Eusebium Pamphili perstringebat, quòd sic tam sanctum locum despexis sent. Itaque episcopis Phæniciæ mandauit, vt ex ipsis fundamentis aræ euerterentur, simulachra igne comburerentur, ac templum ibi tantæ antiquitatis nomini coueniens extrueretur, in quo diuinum numen ecclesiæ recepto ritu coleretur, locusque de cœtero à contaminatione omni liber esset. Quòd si quis deinceps eiusmodi quidquam facere deprebésus esset, eum graui mulcatum iri pœna,constituit. Atque imperara hęc ad rem collata, legitimű consequuta sunt exitum. Nec minus Heliopoli in Phænicia aliam sacram ædem Constantinus ædificari præcepit, eíque Episcopú suum, & sacrum clerum dedit : veteri sublata lege,quæ communes esse vxores, & aduenientibus hospitibus virgines suas pstituere iubebat, vt dubia & anceps apud eos soboles, nullúmque eius discrimen esset. Hoc tam abominandum scelus abolens, vt gentes familiæque dignoscerentur, effecit. Simile quiddam etiam in 🖈 Aphacis fecit.

Templum nanque Veneris isthic ad Libanum E montem demolitus, vnà quoque fædos & indecentes, qui mixtim fiebant, concubitus protsus su stulit. In Cilicia porrò Pythonicum euertit fanum, atque incubantem ibi dæmonem eiecit. No tantum autem ecclesias è fundamétis terræ extru xit, verumetiam pro sua erga Christum slagranti desiderio & amore, vt in solitudine quoque san-&a haberet lymbola, ædem lacram è variis linteis fieri curauit, cámque veluti priscus Moses, sicuti à me antea est dictum, secum circumtulit. Quin & plures ecclesias alias, in sanctis illis locis, supra triginta, amantissima Dei sæmina imperatoris mater condidit: & ad charissimű sibi filium, in Occi dentalibus post Synodum agentem partibus, est reuersa.

CAPVI



Ermulta quidem funt, quæ illius in Deum amorem & pietaté testantur: non minus tamen cam virtuté, quod núc dicturus sum, declarabit. Dicitur siquidem Hie F rosolymis, sacris virginibus ad

XXXI.

epulas vocatis, famulæ præstitisse officium . Manibus enim ipla luis eleas illis appoluit, malluuium & aquam præbuit, aliaque omnia ministeria obiuit, quæ couiuis inuitatis exhibere moris est. Munera verò plurima & preciosa donaria, Orientalibus attribuit ecclesiis. Indigentibus res necessarias affatim largita est. Et multos in priorem reduxit statum, qui temporti difficultate euersi fuerant. Sic illa captiuorum vincula diuturniora soluit, ad metallum damnatos liberauit, & exules reuocauit. Quam ob causam condigna etiam à Deo accepit præmia. Etenim in præsenti hac vita, ea est consequuta, vt præstantius quidquam nemo ei accidere potuisse putarit. Nam Augusta renunciata est, & numos aureos sub effigie sua procudit, imperialibusque thesauris in porestarem suam redactis, pro arbitrio suo est vla. Quum autem ei finis vitæ instaret, cum ce-

Item Helio poli Phænicie, rbi rxe res comunes etăt, & virgines nupture pfinnebä tur. Itë in Apba cu ad monte Libanum \* Tripart. Ub. 2.64.10. Nicepho. le galdiois. Aesculapy ad Argas oppida

Portatili Co Stantini ecclesia.

Dine Hele

hoc imitātur magni Prin cipes ipfis En charifteriis.

Pramia pietatie eine in presensi 🕁 futura vita.

ſ iij

Helms mors.

Memoria defunctoris. T HYEISIS TAV שענונוע.

\* Costatio duabus cinitatibus matru jua He lena nomen emposuit. Ideno Ponto queq; nome, vs Helenopontue diceretur, imposwst. Lustin. de moderas. Helenebonti. Novel. 28 Luciani martyru cer pu à delphi ne Helenopolim Bithy nie est dela-† 1v +4 01. Keján Zibián maxwulvov. THE PPIETIP , יצורשנשנשנו ROLL OFTERS HE TRY CIV THE e 184476 9#-GLAC. Exemplum imaginaria perceptionis Euchariftia † 230B10W-C

Luciani mas вути catholiei plures difei puli Ariani.

Trae levre. A leberrima memoria Romæ decessir, vndeochuagesimum agensannum: quum quidem in extrema illa alloquutione & valedictione, moritura, de piæ Christianæque vitæ instituto, permulta mandata filio dedisset. Ingentes quoque ei post obitum tribuit honores: quales scilicet eam decebant, quæ tam piè sancteque vixisset. Extra vrbem Romanam sepulta, in templo rotundo marmorea vrna deposita, atque biénio post vnà cum vrna Constantinopolim deportata est: princeps ipse, in imperialia monumenta ædis sanctorum Apostolorum illata, lætisque posthac atque etia + nocturnis memoriis, vt par erar, est celebrata. Hierosolymis autem venerandæ illæ virgines, quibus veluti quædam ancilla inseruierat, præcipuis eam sunt memoriis solenniter prosequu-Quod si quis mundana hæcin aliquam bo narum vuliumque rerum rationem referre velit, in eo quoque omnem longè superat obliuionem. Perinde enim atque pignus quoddam futura secula habent, ad memoriam eius sempiternam, in Bithynia vnam, 🖈 & in Palæstina alterā vrbem : quibus imperator filius conditis, memoriam illi tribuit immortalem. Admodym verò beatam Helenam regione & situ alterius delectatam esse ferunt, quæ antehac Drepanum nominata fuerat: quum quòd ibi orta esset, tum quòd 🖈 Lucianum martyrem post martyrium obitum eò à delphine deportari contigerit. De quo martyre illud est decantatum: moriturum eum, quum vis tyrannica neque templi neque sacrarij copiam faceret, & vincula quoq; atque plagæ motum prorsus denegarent, + in suo ipsius pectore discumbétem, horrendo illo operatu esse mysterio, ad eumque modum & ipsum participasse de immaculato sacrificio, & aliss vt itidem communicarent, suasorem fuisse. Sacrum id in carcere perficiebatur, & ecclesiæ specimem sacer ille chorus, qui cum iam + morientem stipabat, repræsentabat. Aliam quoque ob causam ita sa cris operabantur, vt scilicet quæ à piis peragebantur, ab iis qui alterius essent opinionis, non conspicerentur. Huius discipulos esse dicunt, Eusebium Nicomediensem, Marin Calcedonensem, Theognidem Nicznum, Leontium, qui deinde Antiochiæ episcopus fuit, Antonium Tarsi Ciliciæ antistitem, Numenium, Eudoxium, item Alexandrum, & Asterium Cappadocem, quos ad Græcorum superstitionem deslexisse fama est,tyrannorum crudelitati cedentes : postea autem laplui arque errori, opem ferente eis ad pœnitentiã præceptore, renunciasse. quanuis iterum no idem libi cum magistro sentiendű esse delegerint, Arij opinionem ex professo complexi. De beata He lena hactenus.

> \* Socrates lib 1. cap. 28. scribit, Constantioum vices multes amplificates in formam vibium extulisse, atque in primis Drepanam, seu Drepanam, à matris su nomine Helenopolim vocasse: & cinicati cuidam ab eo aucta in Palastina, à fororn sua appellasione nomen Constantia maidisse,

> > CAPYT XXXII.



quum vbique terrarum in illu-ftribus vrbibus delubra, tum ma ximè in cognomine sibi ciuita-Erum enimuero Constantinus, D te,ea extruxit: quam statuis & aliis admirandis operibus exor-

nauit, licuti in fine proximi expoluimus romi. Quòd verò re ipsa sanctæ Crucis vim & efficaciá expertus fuerar, summopere cam semper venerabatur atque admirabatur. Ac post Helenæ reditum tres immensa magnitudine cruces fabrefieri fecit, ad exemplum earum quas ter in cœlo viderat: primum Romæ, contra Maxentium depugnans: secundò, quum commisso cum Byzantiis prælio tropæum de eis statuit : tertiò autem, quu Istro ponte iunco, Scythas vitra id flumen subegit. Ad imitationem igitur triplicis istius visionis, tres ex ære fieri curauit cruces, eisque sacra hæc imposuit nomina, insus, xpisos, vinai: IESVS, CHRISTVS VINCIT. Exhis, cui nomen IESVS inditu, auro per omnes partes diffuso ornata collocata est super fornicem seu arcu triumphalem in foro, vt obscuriore significatio. E ne ardorem pietatis ipsius indicaret. Potentia nãque roboris eius Græcam superstitionem debellauit . Alteram verò venerandă facrámque crucé, CHRISTI nomen preferentem, in Porphyretica Romana statuit columna, in loco qui piradia offer, hoc est fraternus amor dicitur. Tertiam, quam Constantinus quidem vinn, id est victoriam vocauit, Heraclius autem aviuntop, hoc est inuictam nominauit, in alta marmorea columna pofuit, in loco cui nomen est apromonen, id est forum panarium ad quam multæ etiam supra opinionem hominum virtures sunt editæ: atque in primis, si qui + rigore inflammationis vexarentur, & oculorum doloribus & suffusionibus premerentur, sanati sunt. De qua factum quoddam, quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne verò quisquam narranti mihi sidem non habeat: nihil enim tam præter opinionem & præter fidem est, quod Deus non perficiat : neque etiam quidquam quod Deus velit, impossibile est. Dicitur nanque, & verè dicitur, quum ad cam Angelus Domini ter quotannis per altissimum p intempestæ noctis silentium, perinde atque emicans quoddam cœlitùs fulgur, cum splendore insustétabili venit, crucem eum circumire suffitum facientem: suauique voce quasi cuiusdam tenuis indicis, præsentiam suam illis qui puritate vitæ à vitiis abhorrentes, talia & videre & audire idonei sunt, insinuare: atque vbi cantu ineffabili diuinu carmen ter sancti hymni psallens concinuerit, curfum illum veluti stellam magnifice emicantem + ad omnia redire sua. Hanc sanè venerandam Do mini crucem, longo post rempore, decimum octa uum annum Mauricio imperante, quòd immenso terre motu corruerat, ferreis quibusdam operibus Heraclius firmauit, & in basi cius huiusmodi incidit inscriptionem: + Opus Deo acceptum imperatoris magni Heraclius firmauit. Quæ inscriptio ad mea vsg; tempora durauit. Hæc de tribus crucibus à Constantino constructis.

Ter figues CTUCH IN CO. Lo Constanti no apparnis,

Tris crucia tropes Coft 2 tinopolo àCo Santino Locu celebribu: sta

7416 Sanationes ad crucis fignő missífica Miraculum ad cande cro cem descendessis è cæto Angeli.

ל פוזין פאפם

ने अप्रेट क्ले हैं।-EGA Klm.

Trov Sid\_ PISON BOOKAL My HIJENE APARMO E-Bace.

CAPPT XXXIII.

Protegandi Challesof-EI THIA Cdella propo-מוחלב ביון semple negli enatur. 17 lane diruit (ar,(1886)

fotot, pro-

finalactorii. foperflitione eram comicgrafina i**pfi** faces prodú**de** n.Qendreio dinafa PINSU CARsatue mefra factore Di Ethnich tapua fial.

C.lib.11 始。 paighde si. Varie, Trespida sharan cal to prenkato,al Clari-franfarano frantalere, Gezerrano nendesid Co factioneria accepte, Confections Phenicia. Babara

Vi rerum omnium illud quàm maxime studuit, vt religio am-pliora caperet incrementa. Neq; se continere ea in re potuit. Vniuersos namque homines, quantum in manu eius id fuit,ad Chri

stum adductos arque pertractos voluit, Apostoli-

cam prorsus declarans mentem & studium. Quá-

doquidem autem homines Romano subditi im-

perio, præter rationem omnem, metum atque superstitionem, propter conceptam de simulacris opinionem retinebant, ritus patrios complectebantur, & ex antiquitatis autoritate pendebant, inducendam esse cultus eius apud ipsos obliuione putavit. Id verò nec aliter nec prius fieri potuit, quàm illi templa, & quæ in eis sunt statuas negligerent atque contemnerent. Consiliúm que id ad exitum perduxit. Edictis enim Imperatoriis passim publicatis, populi metuentes ne de rebus sibi charissimis in periculum venirent, in officio suere.Et templorum custodes sacerdotésque, quum quod agerent non haberent, res quæ antea apud cos in honorem fuerant, despexere: & quæ dudű in abstruso latentia à nemine conspecta fuerat, ex adytis arcanísque locis pertraxere: quaque solis ipsis cognita erant, omnium oculis exposuere. Simulacrorum materia, quæ quidem ingentis esset precij,igni adiudicata, & in minuta frusta concila quæ verò ex ære artificiolo opere fabrefacta elset,propter pulchritudinem & præstantiam,in no uam Imperatoris vrbem comportata est:atque ibi per regiones certas, atque in Hippodromo leu cir co equestri,& alibi passim collocata. Abductus igi tur est ex Pythij oraculi sede Apollo, ex Helicone Musæ, & Delphis sacer tripos: atque celebris ille Pan, quem Pausanias post Medicum bellum dicauerat. Templa porrò neglecta, protsus ad ruinas sunt redacta. Omnino etiam tum & apud Ægas A csculapij-k in Syria, & apud+ Aphacos ad Libanum montem Veneris delubrum sublatum. Vtrūque autem veteribus & celebre & veneradum habitum. Quæ quum ita fierent, ex sententia Imperatoris res procedebat. Et qui tépla deorum, quæ prius coluerant, iacere, stipulaque & storea complexa essevidebant, in contemptum corum veniebant, maior ûm que errorem reprehendebat. Quidam nos funt æmulati. Alij Imperatoris ipfius gra tia, oportere se Principis mores & instituta colere existimabant. Nonnulli porrò ab episcopis & Mo nachis, in quos diuinis quibusdam indiciis inciderant, edocti, satius esse Christianam suscipere religionem censerunt. Proinde populi multi & vrbes totæ ad Christianismum se conferebant. Quemadmodum Gazzorum +nauale,quod Maiuma di-Chum erat, maximéque antehac dæmonum cultui addictum fuerat, totum se ad nos contulit. Cuius vt communem & vniuersam transitionem remuneraretur, magnum illi habuit honorem. Vrbem enim esse promulgauit, Constantiamque cogno-

Rectine suprà cap.30.eod.in Cilicia.Sicuti etiam apud Sozomë.lib.2.cap.5.legitur.Lucan.Et entrema refenät manalib? Aega.

Hic die certo ad innocationem & proces quasdam ex summ Libani montu ingo emicans ignis, perinde atque fella in vicino faminisqui Admis rocatus, fubmergebatur: V enerem caleftem cines esse discere. Sozom.lib.2,cap.5.

minauit, propter religionem, locum eu vnius ex fi D liis nomine cohonestás. Idem consequuta est que apud Phœnices Constantina est vocata:nam candem ob causam Imperatoris ipsius ei inditum est nomen. Multæ quoque & aliæ vrbes sua sponte « ad facra nostra colenda funt adductæ, que & simu « lacra sua libentes euerterunt,& templa in ecclesias 🧸 Dei commutarunt. Talibus incrementis quum Ecclesia augeretur, professio fidei etiam per barba 🛰 ras nationes peragras, omnem occupanit orbem. .. Non tantum enim qui ad amnem Rhenum sunt populi, Christianam religionem susceperunt, sed etiam Galli & Celtæ, qui vltimi ad Oceanum habitant: Gotthi quoque & finitimz eis nationes, ad Istrum colentes, non ita pridem sidem in Christu complexæ, ex vita agresti ad humanitatem & másucrudinem se composuerunt. Atque vt verum di cam, barbaris omnibus, vt Christianismum complecterentur, vna occasio fuir: inter Romanos & exteros populos bellum lubinde geltum, lub Galieni imperio, & deinceps. Multitudo siquidé varia permista in Orientem transiens, eam orbis par tem prædabunda peragrauit:atq; alij aliunde barbari idem facientes, in finitimos excurrerunt Ro- E straprabuemanos:atque ibi plurimam prædam agetes, mul- " ". tos quoque ex sacerdotibus captiuos abduxerut. Qui apud eas nationes, quum morbos curarent, dæmonésque sola Christi inuocatione exigerent, & integros prorsus atque irreprehensibiles vitæ mores exhiberent, barbari passim viros cos propter virtuté & admiranda opera veneratione prosequentes, quid eos facere deceret, ab eis cognoue runt:Deóque per illos conciliato, cultum numinis meliorem sequuti, sinceramque doctrinam complexi funt, ac postremò ecclesias quoque con struxerunt.

CAPPT XXXIIII.

Icuti & Iberi, gens barbara & bel « Ibers Aralicofa, Christiani facti sunt, Constantino Romanum imperium « li,per mulieadministrante. Habitat auté hæc « ad Christiare, ad Septétrionem & Euxinum « deli. natio in interiore Armeniæ par- « nifmum per-

versus.Sunt autem Iberorum in Hispania coloni. F De therib. Præiit eis in religione colenda captiua quæda mu lier:quæ quùm aliàs semper pudicè casteque vixerat, tum captiua quoq; nihil de pietate sanctioreq; instituto remisit. Nã diu noctúq; pietatis exercitia exhibebat, iciuniis plurimum vacabat, continuéq; precationibus infistebat.Itaque barbari nouo vit**ę** instituto viso, cam admirari, & quánã de causa hoc sic faceret, percontari. Illa porrò candidè & simpli citer, sic Christum filium Dei coli oportere, dicebat. Tum barbari & nomine & religione eius qui iic coleretur audito, obstupuerut. Interea accidit, vt regis filius etiamnum infans, grauiter ægrotaret,& mater patrio quodam more ad alias eu mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri posset. Vt autem puer à nutrice circulatus est, neque meliuscule habuit, tandem etiam ad captiuam illam est deportatus. Quæ in multorum prçsentia, nihil sanè ex materia aliqua compositi remedij admouit, neque enim se quidquam ciusmo di scire affirmauit:sed puero in linteolo,quod ei & ∫ iiij

ce Religio noa stra seció homanitatë er manfuetudia mem affert. « Bella à Ro-MANIA CUM Barbaru gesta,causam propaganda apud illos re ligionu no-

∝ Socrat.lib.z.

Plilib.6.

cap. 4. 4 10.

Sozom.lib. 2.cap.6.0

Famina ea revis I berorii filinm iz de ploratum,re A . Stituit,per in MCCALionem nominis Ieso Christi.

Regină que que ipfam egram sanat. Hane ad Christiana religionem complettesdam exbortasur. Donum fibi à rege oblatio non recipit. VbiChrift', ibi opes.

Regina rege lui ad Chri Stranismum inuitat.

Rex ea de ro **em**bigit. Ambiganti in venatione tenebrarum denfarii pla-Z4 offatur.

Ibi ad Chriftianism**um** pellit.

Mox cines Swos ad eun dem.comple= Eteridum cohortatur. Pito pri. Buig the TOS Piypar@.

pilis contextum erat,iam lacerum,reposito, simplicem ei fecit medicinam, nomine Christi super co inuocato. Et ecce qui in ea erat expectatione vt protinus moreretur, quamprimum precatio est facta, liber à periculo fuit. Ex eo tempore præclara eius mulieris fuit fama, matrique pueri & aliis fœ minis innotuit, Nec ita multo pòst, & cam ipsam pueri matrem incurabili oppressam morbo, code restituit modo:eamque est hortata, vt deinceps ei diuinum præstaret cultum, gratiamque haberet, qui bonorum conciliator, veræque salutis, vite, & regni lit dator. Eum esse Christum, verum verbu. Et postea quotidie ad cam frequetans, salutaria ei veræ pietatis exhibuit medicamenta. Quapropter regina re ipla dictorum veritate in se ipla cognita, hominem in magno habuit honore. Sedenim rex quum è coiuge & celeritatem & rationem re-. medij intellexisser, donis mulierem munerari voluit. At illa nihil sibi opus pecuniis esse dixit, cui abunde in Christo suppeterent opes omnes: sibíque ingétis muneris loco fore, si & ipsi eudem numinis cultum complecterentur. His illa dictis, mu nus latis grande ad regem remisit. Quem deinde iensim quodammodo vxor persuadebat, pulchrű errorem ei suadens, diuerso prorsus quam olim Eua suerit, animata modo. Colendum enim esse admonebat eum, quem mulier illa annunciaret Deum:magnum quippe illum, qui facilime quæ vellet facere, regna in placido atque quieto statu conferuare, obscuros illustrare ac locuplerare, humiles subitò magnificare, & quosuis in rebus aduerlis saluare posser. Hæc quum sic vxor commemoraret, Iberiæ Princeps flectebatur ille quidem verbis, ambiguus tamen erat. Sulpectas enim habebat res nouas,& præterea immutare verebatur patria instituta. Porrò venatum aliquando cum familiaribus suis est profectus, & ecce nebulæ denlæ è montibus diffulæ, tenebras ingentes adduxe re:opacitatémque lyluz condensantes, diem conuertère in noctem. Perangusta venatio erat, & iter impeditum & imperuium. Metuebant sibi omnes, & quò quemque sors tulit, sunt dispersi. Nec minus & rex ipse solus pererrans, patrios inúocabat Deos. Vt autem nihil de ca calamitate est re-C missum, pro co atq, fieri solet, quum homines inopinatis opprimuntur casibus, captiuz illius Dei in mentem ei venit : constituítque adeò ipse secu, culturum se eum decœterò, si malum tam subitu · sibíque præter expectationem oblatum discussiffet. Hoc fic decreto, caligo statim soluitur, & serenitas ampla radiis in syluam coiectis succedit. Iraque lætus domum redit:vxori,quod acciderat, sua uiter recenset: mulierculam illam acciri statim iubet, léque ab ea de cultus eius ratione doceri ardétius petit. Atque illa, quum quæ par opúlque fuerat dixillet, confestim ipse suos conuocat: & orationem pro concione ad eos habés, beneficia quæ captiua illa in domum eius cotulisset, commemorat: & quamuis+nondum dogmate nostro initiatus, populis tamen suis voluntatem suam exponit. Et illi vniuersi simul cultum Christi ambitiosa alacritate complectuntur. \* Ac primo quoque

Regis ad exemplum totus componitur orbis. Claudian. Vita Principu censura est , cáque perpetua. Ad hanc dirigimar, ad hãs conversimur. Plon. I un.

tempore descriptione à muliere facta, ecclessam D Cines Princi sanè quàm celebrem erigunt. Atque ipse quidem viros, coniunx verò vnà cũ captina muliebres ma gno studio ad religionem adducebant. Et iam parietes circumcircà exstruxerant. Postquam autem columnas quoque funibus quibusdam sursum tra hentes, locis suis collocabant, vna quidem & altera columna facile fedem fuam obtinuere.In tertia verò difficilis admodú & laboriosa fuit collocatio.neque enim ars conatui sufficiebat, neq; robur trahétiű quidquá proficiebat:&permulti erát, qui illa machinis adtraherent. Superuenit nox,& alij omnes domum quisq; petiere, sola autem captiua mulier in eo loco permasit, precibus Deum implorans, vr facilis columnæ in bafi fua redderetur repositio. Nam illa ad medium vsque erecta, obliqua consistebat, parte altera sublata, immobili prorsus permanente altera. Factum id, vt lberibus priora incepta firmiora, & quæ deinceps de numinis cultu statuezent, certiora essent. Diluculo namque proximo ad ecclesiam venientes, veluti miraculum & somnio prorsus simile quidda viderunt. Quæ etenim prius immobilis fuit colūna, directa paruo interuallo supra basim suam suspensa persistebat. Et illa consternatis omnibus, & Christum solum verum Deum profitentibus, in conspectu omnium paulatim sua sponte se demittens, melius quam ars vila efficere queat, loco suo est adaptata. l'ostea verò & relique columne facile collocatæ atque firmatæ funt. Atque Iberes deinde studio omni opus id absoluerunt : cohortante etiam ea ipsa captiua, legatos ad Constantinum misere, qui sœdus cum eo paciscerentur, societatémque belli cum Romanis facerent, ac pro eis rebus genti ei sacerdotes atque Dei ministros dari orarent. Qui quum publice quæ apud cos a-Cta fuerant, & quam paratus esset populus is vniuersus ad Christum colendum exponerent, miran dum in modum ea legatione delectatus est Imperator. Et quam potuit celertime, rebus quas petierant omnibus ex eorum voluntate confectis, oratores ipsos domú remisir. Hoc modo, lberes prædicationem Christisusceperunt, & tot annorum lapfu nunc etiam magis in religionis cultu acquiescunt.

C APVT XXXV.

Vb eiusdem imperio, & interiorum quàm qui ad nos vergunt, Indorum gés, quæ Bartholomæi doctrinæ expers permanserat, à lacro quoua raticeps est falacro quoda Frumétio instituta,

&a. Ne quis autem putet, Christianismu ab homi nibus prouenire: id vel ex eis qui apud Indos fuere Christianis, facile est cognoscere. Indi autem Sa bæi primum, deinde etiam Homeritæ sunt appellati. Nationem eam ex Abraham & Cetura prognatam, regionémque eam quam Greci magnam & felicem Arabiam nominát, elle, extremúmque Oceanum fines eius pertingere dicunt: cuius metropolis & primaria vrbs est Sabba. vnde ad Solomonem, fama obtinet, aduenisse reginam illam Austri. Gens ipsa circuciditur, ac Soli, Lunæ, aliísq; eius regionis incolis demonibo sacrificat. Immixpis fini confitur. Ecclefiz construunt,

> Fides corum incheata per miraculum ingens in [[ru Etura ecle-Se dininitàs exhibitum perficitur atque cofirmeby who men.

Idem focieta te belli 🕁 pa cu cum Constantino per legatos inita, presbyteros 👉 fidei doctores ab u impetrant.

Indi quoque interiores inopinato mođo ad Cbri-Stianam fide f**ant** cowersi. Christianismus non ab hominibu, Sed à Deo ve mit. Indi, Sabai, Homeritz. Magna & felix Atabia.

Plin.lib 6. cap 23. Idalolatria Indorna.

Mex popilli Regu curamu confi-Pa From ies isterie Iodia Chrifiere facte

A ta ci quoque est no exigua Iudæorum multitudo. Hanc regionem philosophus quidam Meropius Tyrius, cognoscere & perspicere volens, veteres sepientes Platonem, Empedoclem, & Democritum, qui viscadorum locorum gratia, longinqua vsi sunt nauigatione, maximéquo propinquiorem Metrodorum,qui Indos perlustrauit,imi tatus, assumptis adolescentibus duobus genere sibi propinquis,& Graca linguę non imperitis,(liberalibus enim areibus cos erudienas) od eft profe Aus. Atque soi quibus opus erat rebus profectis, iam in reditu crat, Acgyptizwectus nauc: Propter penuriam autem fine aque, sen alterios nocessarie reijad portum quendam appulere. Eucherat inm ve foodus & pax inter Romanos & Indos pacta, foluereur. Atque Indialicunde incurfione in eos facta, quùm alios plerosque, tum ipsum philosophum interemère : adolescentulos autem captos regi fuo dono abduxere. Et ille iuniorem quidé, Aedelij ei nomen erar, ministerio vini miscendi, Fromentium autem arcano regiarum literarum& pecuniarum curandarŭ muneri (ingenio (um nanque,& ad huiulmodi munia obeŭda idoneum esle cognouerat ) præfecit. Et quum annis pluribus egregiam ei fidem præftitissent, moriens rex, vxore & tenero filio relicto, diuturnam illorum beneuo lentiam libertate data compensauit, & quocunq; loco effe vélent, migrandis eis potestatem permisit.Itaque illi Tyru,quæ patria eis erat, redire properabant. At Indorum regina, quòd tener admodum filius eius esset, eos, vt aliquot adhuc ad tempus, pueri regníque curatores constituti, donec ille maior fieret, ibi manerent, rogauit. Obsequuntur illi. verebantur enim herz optata reiicere:& Indorum regnum, quoad potuere , administrant. Et magis penes Frumentium summa rerum erat: qui, vt equidem puto, instigante Deo, si qui apud Indos Christiani, aut qui nauibus eò frequentarét Romani essent, diligenter perscrutabatur. Eos inventos perhumaniter accepit, locísque,

Christianorum more, suis cum eis orauit. Atque ea progressus via, orationis domum construxis: & quosdam ex Indis sacris nostris instituens, preca-C tionibus operari docuit, & religionem profiteri hortatus est. Et filius regis iam ephebus etat. Atq; illi quamuis,vt manerent,plurimum cogerentur, attamen & cum regis & cum matris eius bona ve nia in patriam suam rediere. Et Aedesius quidem Tyri,propter propinquos suos, postea presbyterij assumptit dignitatem. Frumentius verò Phænicia relicta, Alexandriam se contulit: atque ad Athana sium quumvenisset, qui nuper admodum ad sacra ecclesiæ gubernacula peruenerat, res Indorum ei exposuit,& vt procliues paratique ad Christianis-- mum suscipiendum essent, ostendit. Et insuper, no despiciendam esse tam opportune oblatam venationem, sed episcopum eò & clerum illis quamprimum mittendum esse supplicauit. Athanasius porrò verbis eis in animo suo perpensis, Episcopis, qui tum Alexandriæ aderant, aduocatis, no alium apriorem magisque idoneum ad cultum diuinum ibi adaugendum iudicauit esse, quàm eum ipsum, qui primus semina Christianorum comu-

nionis apud eos iecisser. Atque ille persuasus, epi-

scopatum suscepit: & in regionem Indorum reuer

sus, przeo Euangelij istic omnibus factus est. Tan

topere verò eum laudatum esse ferunt, vt parem D cum Apostolis laudem & honorem tulerit. Clarissimum enim eum Deus reddidit, prodigiis & miraculis infignibus exornans. Et locupletem na-Aus gratiam, plurima Deo constituit templa. Mediculque animarum iuxtà & corporum incurabilium diuturna sanauit vulnera. Hæc Rufinus memoriz prodidit', qui se Ædesium Tyri conuenisse refert.Et ad hunc quidem modu + sacerdotalis dignitas & administratio apud Indos est instituta: vnde deinceps diuinum dogma finitimas quoque regiones perualit. Eisdem ferè temporibus, Arme niositidem Christianam religionem complexos esse audini. Quum enim Gregorius ille, qui miraculis edendis clarus fuit, multa à Teridate propter Christum passas, & post multas variásque malorú species ad quatuordecim annos fouez comosa & caliginosæinclusus esset, Teridates ipse eius gentis princeps, cum domo sua tota, & cum optimatibus, divinæ iræ vindictam est expertus. Ad vita enim ismul & formam porcorum redacti, feiplos denorabat. Sedenim ex fouea illa extractus dinus Gregorius, vno signo omnibus Christum colere persuasit: & suilla forma arque vita liberaros, institutum nostrum complecti coegit, delubra eis E construxit, sacra arcani & mystici sacrificij celebrauit, & nouis miraculis incolas damones ex ea regione exturbauit. Sunt qui Gregorium vnà cum Teridate ad Imperatorem magnum Constantinu venisse tradunt, eum que tam miranda & inopinata audientem magnopere lætatum esse,& Gregorium ipsum totius eius regionis episcopum ordinatum, eò milisse. Gregorius igitur Teridatis suffragio coprobatus, quim idolorum fana ibi euertit,tum Christo sacra templa erexit, & mitaculis præcipuis vniuersam gentem ad fidem nostram redactam baptizauir, arque ad Seruatorem Chri-Rum adduxit.

\* Alium hant Gregorium Mirificum fuisse aliquis putet, ab en quem suprà Oregenis descipulum, & episcopum Noccasarionsum. Sed vum & idem est. Sicusi colligere est infra ex lib.11.caf.19.

> CAPVI XXXVI.

On longè post, per finitimos populos ad plurimos dogma nostrú peruenit: à quibus & ad Persas do Ctrinam turn p Nonnulli etenim ex Persis, cum Osroenis & Armeniis familiarius

agentes, & cum sanctis quibusdam viris verba có ferentes, paulatim virtutem illorum experti, ad vi ræ eorum æmulationem tacitè ferri, & Christianilmum amplecti cœpere. V bi autem cum tempo re numerus eorum est auctus, ecclesiæ costructæ, sacerdotum ordo institutus, aliaque quæ nostrorū sunt sacrorum peracta, non mediocrem ea res Ma gis attulit plagam.Ij enim antiquitùs,veluti familia quædam ad quam facerdotium pertineat, rem divinam apud cos procurant. Quin & Iudzis qui ibi sunt, ægrè fuit, iamdudum odio atque invidia aduersus religionem nostram, nobis infensis. Ij Sa porem, qui tum regnum in ca regione obtinebat, adeunt: & Symeonem Seleuciæ Ctesiphontis, pri

eode fatten, in Indian prapaganda fidei Chri-Jiana can a redit. Episcop' cor icroston.

Armanÿ etiam Christis

Homines in sues vindieta diviva es werfi. Iide per Gre gorium pri-stinum stată recipions, & Christiani finat. .

Origo & p-pagatio Chri stianismi apud Persas.

F

Christum .

li Symone Persidu cali miose apud gem deferus. Sequetio Chil Perfide.

Ad regem etus adducitur. Regem legiti ma de cansa n adorat, Tolita remrétie observan B ti4 omi[]4, Symmet.

Idem Soli factificate in

Reducitur in carcerem. Vsthazanes eunuch, qui fide abiurarat ab eo despicit**ur.** ). BIනවස්දු. Adotata eft Jummifsionis gratia se inclinare, ant icurvate. Vsthazanie parnitentis Luffred † iBuksus.

Vsthazani oublica apud regen Sap

Resipificiis

mariarum in Perside vrbium, episcopum, per calumniam deferunt, veluti Romanorum Imperatori amicum, rebulque Perlarum infestum. Et rex fide illis habita, primum Christianos vehementer vexauit, prefectos illis viros squos constituens, & tributa grania imponens, vt scilicet egestate & exactorum crudelitate expugnati, religionem repudiarent: id quod ei magnopere studio fuit.Deinde sacerdores arque episcopos, tanquam corom præfectos iugulare, ecclesias demoliri,sacradonaria publicare, & Simeonem perinde atque religioni simul & regno Persarum insidiantem corripi iussir. Itaque magi ludzis adiquantibus, eccle sias statim solo zquant: & Symeones ferreis com. pedibus vinctus, apud regem sistitur. Vbi sanc vi, rum se honestum & bonum præstitit. Post multa namque verbera introductus, non amplius, vti co suctudo eius fuerar, adorare illum sustinuit. Quapropter ira percitus tyrannus, quid id tandem esser, quod nunc demum præter morem faceret, interrogat. Atque ille: Quòd nunquam antea, inquit ficuti nunc, productus fum, vi mihi illata, vt verif Deum prodam. Quum quidem nulla inter nos esset dissensio, que moris Persici sunt feci:nuncautem nefas id esse duco. De veritate namque & side nobis est certamen.Porrò Sapores illi, ve Solé adoraret, necessitatem imponit: quod nisi faceret, non ipsum modò, verum etiam omnem quæ ibi esset Christianorum gentem, interituram esse minatur. Sedenim quum neque minis illum territas, neque promissis demulcens, quidquam proficeret,ac nulla spes esser reliqua, illum vel sacra sua proditurum, vel Solem adoraturum, vincum remittit in custodiam. Quem, dum abducitur, Vstha zanes vetulus eunuchus, Saporis olim pędagogus, primam in aula regia obtinens dignitatem, affurgens, vt martyrem adorat: tum enim fortè pro au-læ palatio confidebat. Symeones verò ne verbo quidem eum dignatus, quasi iniuria affectus præteriit:illud in eo detestans, quod non ita pridem+ coactus Solom adorandum duxerit. Tum eunuchus oculos lachrymis suffusus ingemiscit, vestem splendidam ponit,pullam sumit,atque pro ędibus considens suctum gemitu & lachrymis mistum continuat, talia subinde verba referens:O me miferum, qualem erga me futurum sperem, qui à me +nulla adhibita vi pernegatus est Christum?quádo Symeones iste veteri consuctudine mihi coniunctus, ea de causa ne aspectu quidem me dignatus, præteriit? Hæc Saporem latere non potuerut. Itaque accito eunucho, num quid domi suz ei aduersi acciderit, rogat. Ille, nihil infortunij domi esse dicit:felicitatis quippe id esset, si quid domi esset mali.facilius namque id futurum fuerat, quam tanta opprimi calamitate. Lugeo autem, inquit, o & viuo,& solem aspicio, iamdudum qui morerer meritus:propterea quòd non ex animi sententia, tua gratia, diuinum Soli exhibui honorem. Itaque vtroque nomine me mori debere iudico, tum quòd tantopere desideratum, rerum longè pulcherrimarum proditor factus, negauerim Christu: tum quòd te quoque ipsum decepi. Atque his di-Ais, adiurat, haudquaquam se posthac mutaturum sententiam. Sapores ad tantam eunuchi mutationem consternatus, Christianis quam maxime succenset, imposturis atque incantationibus talia ab

eis agi existimans. Et propter familiarem consue- D tudinem gratiamque qua nutritium luum profequebatur, modis omnibus à proposito illum dedu cere tentat, crudelitatem mansuetudine teperans. « Vt autem perficere, quod voluit, nó potuit, Víthazane non tam se esse simplicem aut stupidum dicente, st pro factore de creatore creaturam colen « Vibezens dam esse statuarira victus Sapores, caput ci ampu tari iubet. Enimuerò quamiam ille abducererur, fidelissimum quendam ex conuchis ad regem mit tes hæc renunciari ei jubot. Qua ab incunte ætate, ô res, benemolentia in te, patrem tuum, & familia omnem fuerim, alacricor vobis inferniens, nihil mihi rekibus opus esse credo:scire enim te omnia noui. Sedenim pro eo quòd semper gratificari vobis studui, vnam hanc peto græiam: quam te quidem,qui multas acceperis, reddere est æqui. Grauitet enim motiturus fero, quod perinde atq; infi dus, maléque de familia vestra meritus, possas pé dam. Quapropter przeoné publicè omnibus promulgare iubeto, Vithazanem morto mulctari, no qui in regiam aut regnum quidquam admiserir, sed qui sacra Christianoru professus, minime regi E parere voluerit, ve quem ardenter colnerit Deo negato, pro illo Soli divinum ferret honoré, propterea supplicium sustinere. Arque internuncius hæc ita significat. Sapores autem peritionem implet. Recte namque promulgationem eiuscemodi casuram putabat. Etenim si Christiani cum animis suis reputaret, nulli decœterò parsum iri, quádo nutricius & tam charus regi vir necaretur, celerrimè cos Christum colere desituros. Præterea verò factum id Vsthazani quoque commodú accidir.Quemadmodum enim, quum timore addu-Aus Solem adorauit, multos ex Christianis transuerlos egit: ita imitatores eius rurlum futuri fuerant illi, quum pro veritate religionis casum esse cognoscerent. Atque Vsthazanes quidem ita præclarèvitam suam finiit. Postera autem die Symeo. nem quoque rex trucidari præcepit. Erat autem ea dies, quæ venerandam Dominicam resurrection Christi præcedit. Quin & alios itidem centum vin Cos, qui ex episcopis & alio sacro ordine erant, tu iugulari iussit. Symeones igitur productus, neque F ipli regi,neque Soli adorationis cultum exhibere volés, perquàm liberè & fortiter de dogmate suo decertauit. Maximus porrò Archimagus, sue magorum princeps, quum illos abductos, an viuere, & rem diuinam de regis sui more facere vellent, interrogasset, atque id illi conci detrectassent, ad supplicium omnes condemnati sunt. Symeones verò prælenti animo elle,& confidere, eos iulsit: atque in memoriam eis reuocauit mortem simul & vitam sempiternam, resurrectionem quoque, & veram pietatem. Et testimonia quædam sacraru literarum adducens, facile fidem faciebat orationi suæ:Mortem scilicet affirmans esse vitam. At si quis per timiditaté cultum Dei deserat, id demum veram esse mortem.Neque ita multum abesse tépus, etiamsi nemo occidat, quin sua ipsa sponte mors præstò sit:quippe quam nemini,qui genitus sit, estugere liceat. Que autem futura sint eterna, & zuum iplum testem habentia, no omnes ex zquo prorfus confequutura : fed vnicuique certam quadam & exactam adhibitum iri, quæ vitam hic actam examinet, amussim: accepturumq; quemli-

a pulle Rale duci V Sthazani ad regen for Non vult is ve maleficus feel on Chair e fileten meri Qued fatu ad supplició capitu fue trus becken ge,cas contra Cirrificanos id com rojum eft. ce verò V fthazani adChri ltianos, ques negation Swa offenderat confirma dos fuit.

V Sthaze

martyri

centă Ecclefeafticorii virorum splenpridie Refur restionu Do minica martyrium. Quibus ver-bu Symeones commartyre ∫wos in extre mo Supplicio capitu ad co fantian & fortitudinem sit exberta-

Sym

\* & A-कुर कि रहा lightyes-BiTSPOL

Matyres Áslicas a d નિયારે matyrio queque ipfe Filiaite cina B nigo facta. 🔻

Azadu ca N BOTTS rez in antifigranes Lan ion & pri-maries Chri لحم أنحمته datesof futuit. V mefizak istalo, J' House live . Matyriese Tabeleviri, 59mae e andryris O oppopi Irania. I tam k,o ri

A bet pro operibus suis bonis præmia immortalia, arque itidem rurium supplicia pro malis perpetratis sempiterna. Maximum esse, prorsus vitá pro nomine Dei proiicere, atque apud nos bonorum omnium summum & felicissimum. Eiusmodi ver bis Symcones, veluti quidam bonus pędotriba, ad certamina discipulos suos inungens, ingenti fiducia illos ad cædem progredi est cohortatus. Cœte rum postquam centum illi iugulati sunt, postremò & iple Symeones gladio est percussus. Inter hos etiam fuere Abdechalas & Aninas, senes iam, & + seniores seu presbyteri ecclesiæ eius. Tremen ti verò Aninæ, dum ad cædem præparatur, Pulices regiorum artificum præfectus: Conniue, inquit, paululum ô senex, & oculos claude, & fidenti animo ensem excipe: statim enim videbis magnum lumen Dei.Hæc cum dixisset, correptus, & ad regem tractus est. Vbi quum Christianum se professus esser, quòd liberioribus verbis doctrinam defendisset, & pro martyribus contra regem stetisset, quasi non opportune aut decenter dicendi libertate vsus esset, nouo quodam modo ad morte est condemnatus. Ceruice namque perfossa, lingua inde eius est extracta. Præterea verò ex calum nia quorundam, filia quoque eius sacra virgo interfecta est.

### CAPYT XXXVII.



Resurrectionis die, eaucum.
ris Christianos morte mulctans,
of propositu. Ibi tum inu-Nno proximo, ipso \* luculento merabilis eorum multitudo dici-tur martyrio esse sublata, quod

multi etiam ex regia aula sustinuere. Inter quos & Azades, apud Saporem maxime gratiolus, certamen pertulit: propter quem in magnum coniectus mœrorem rex, multitudinem ipsam postea iu gulari non sustinuit, solos autem religionis antesignanos gladio feriendos censuit. Simul quoque tum comprehensa est sacra quædam virgo cum fa mula, eiusdem vitæ instituti sectatrice. Cui soror etiam fuit, quæ post mariti obitum nuptiis secundis renunciauerat. Tarbula portò ea, quam comprehensam esse diximus, erat episcopi Symeonæ foror. Erat autem per calumniam in vincula conie&a,quòd Iudei eam detulerant,propter fratrem Symeonem iratam cædis eius gratia veneficio insidiatam esse regine. Aegrotabat enim ea cum extremo periculo, & calumniam perinde atque vera esset, approbabat. Facilimè siquidem sidem habuit rebus detestadis, quæ sic erumna oppressa iaceret : præcipuè quum + ex genere Iudæorum esset, institutisque eorum viueret, eosque sibi sincerè & ex animo bene velle putaret. Quæ res illis sa

Kode tip itild zwop i pipo tie drasastus, Nic. Kade tir i pi-क्का में ना क्षित्र कार्य के कार्य का क्षुत्र के में के में बाद का कार्य के कि कि कि कि कि कि कि कि कि कि कि क vacáscus à zadzues agooctorare. Sezom. Quibus verbu elegantes Parafemes & passionie Christi dies significatur.

Ante conflicutionem istam, alio Saporiu edicto, innumeri Chrifiami in Perside gladio sunt cass qui supso Magu quastiones oppidami in perside gladio sunt cass qui supso Magu quastiones oppidami agentibus obtulerunt ne siluntio Christi un negarent, versi . So zom.lib. 2.ca. 11. V no passionis Christi die ibi sedecim millia martyri variu suppliciu sublata ese, passim in locis multis scribit Hiron.

tis præbuit occasionis, ad odium explendum. Ita- D que sacras illas virgines, in parces duas serra discissas,in crucem egerunt : reginamque ægrotam, vt per medias illas iret, + permouerut, vt scilicet piaculum abominandum in ipfas immitteret. Tarbulam hanc forma arque vultu valde venustam, quidam ex magis,amore eius ex conspectu antea captus, clàm ad se accitam, de concubitu compellauit:atque si se potestari cius committeret, mercedem ei calumniæ eius abolitionem est pollicitus. Tantum verò abest vt illius cupiditati puella assen tiretur, vt cótumelia impudicam eius petitionem prosequuta sit, morsque potius decreuerit quàm virginitatis pudicitiá prodere. Saporis edicto paísim promulgato vt cæteris quidem, sicuti supra di ctum est, parceretur, in duces autem religionis solos capitaliter animaduerteretur:magi, eorúmque principes ea re exultantes, incredibile dictu est, quanta cum improbitate Persidem peragrantes, episcopos & sacerdotes occiderint. Potissimű autem in regione Adiabenorum crudelitatem omné exhibuere.Est porrò ea Persica regio, Christú rota profitens.Eadem tempestate & Acepsimas episco pus ductus est,& cum eo ex eius clero permulti. Atque alios quidem facultatibus corum direptis dimiserunt: Acepsimam autem magi slagris multis verberatum, ingenti vi ad Solem adorandum adigere funt conati. Verùm vbi nihil egere, carceri eum incluserunt. Quem Iacobus quidam dignitate presbyter, sua sponte sequutus, magos orauit, vt in eundem cum illo carcerem protruderetur. Ibi episcopo grandæuo subseruiit,ærumnásq; eius sedulitate ministerij sui alleuauit. In eisdem vinculis tuere, Aithalas presbyter, + Ioseph , Azadanes, & Abdiesus, diaconi, plurima flagella propter doctri nam perpessi. Postea verò vbi Archimagus, re cu Sapore communicata, potestatem ab eo in illos, pro arbitrio suo, nisi Soli diuinos offerrent honores,animaduertendi obtinuit, regilque sentétiam vinctis declarauit, atque illi in continenti Christu abnegare, multó que magis Soli diuinam rem face re reclamarunt, multos crudeliter eis intulit cruciatus. Et tum quidem Acepsimas constantis fortitudinis specimine edito, in flagranti certamine vitam finiit.cuius cadauer Armenij quidam, clàm sublatum,sepeliere.Reliqui verò, & quidem plu- F res, loris corpora conscissi, pietate tamé nihilominus integri & salui, denuò in vincula sunt conie-&i.In iis, Aithalæ, dum tortus neruis extenditur, adeo sunt brachia luxata, humerisque diunisa, vt deinceps emortua, vsu nullo dependerent, neq; ei ad cibum ori admouendum sufficerent. Quapropter aliorum ea in re eum ministerio vti oportuit. Sed & complures alios facerdotes, diaconos, monachos, sacras virgines, aliósque preterea singulari in doctrinam Christianam ardore præditos, ma gnoque labore in sacris ecclesiasticis versatos, excruciauit. Horum numerum inire no fuit. In quibus fuere episcopi, Barbasymes, Paulus, Gadiabes, Sabinus, Marcas, Mocius, Ioannes, Hormidas, Papas, lacobus, Romas, Maares, Agas, + Bocchoris, Abdas, Abdiesus, Ioannes alter, Abramius, Abdelas, Sapores, Isaac, & Dausas, in regione Zabdæa (hoc enim illi nomen erat) à Persis bello captus. Ea tempestate, vnà cum 🖈 loci eius episcopo Mareade, etiam mortuorum excitator Milas, cu cleri-

f de aringi rater véseu Indei maleficium piacu lo non absimili ameliri instituent. Tarbula qui redimere pos lebs maluis.

Magi per Perjide om em edicta regu addueli,in episco pos et clerii Sevient. Acepsime martyrium.

I acobus pres byter au Acepsima episcopo in ció dem carceré includi rozat † Pro lofepho Sozome. habet I aco-Aithalas, Ioseph, Azadanes, Abdiefus martyres.

Aithala brachia in torprentu lo co suo mosa. o inutilia reddisa.

Episcoporii martyrű in Perfide cata † Sozom, ba bet Bochras.

Zupleneize. Marca des episcop".

Milas,alÿ Milesium vo cant. Et 250.cleri ci martyres. ixupides to τὰ πόλα. Insultanit oppido. Sozo † ifausprés. 100 45 Sasi-Profestio Fiserofolywitana relizionu ergô. Oppidum quoddam a-pud Persas contempto verbo Dei in crimen la Ca mai:ftatu apud reze suü, O devode in miciem est cellapsum.

Perfarum.

A cis ducentis quinquaginta numero, qui à Persis itidem captiui abducti fuerant, innotuit. Milas sanè Persicus miles fuerat, mutatoque viuendi more, Apostolicum sequutus est institutum. Et oppidi cuiuldam in Perside episcopus factus, quum sepe multas grauesque sustinuisset plagas, vbi neminem Christianam religionem amplecti velle animaduertit, + dira incolis imprecatus, inde discellit. Non longe verò post, quum primarium ibi magistratum gerentes + maiestatem regiam lesissent, adducto cò exercitu longè maximo, Persa oppidum diruit, locúmque eius bobus aratro iunctis proscidit,&tanquam agrum conscuit.Milas autem ex eo oppido, sicuti dixi, discedens, sola pera in qua sacrum Euangeliorum librum seruabat, accepta, Hierofolyma precationis ergò venit. Deinde Ægyptum, ad visendos ibi Monachos, petiit.Quantus autem vir is immensis mitaculis edé dis, mortuísque adeò restituendis fuerit, Syri ipsi, qui vitam & res eius gestas in literarum memoria retulerunt, libris fuis testabuntur. Mihi satis fuerir, hæc tantum de eo dixille, eorumque duntaxat me minisse, qui apud Persas sub Sapore diuinum susti nuere agonem, Aegrè en in quisquam numerum inierit,& qui nam,& vnde fuerint,aut quomodo, quæue subierint supplicia. Varij namque, multorumque generum cru ciatuu apud Perlas funt mo di:qui in eis etiam cum ambitione quadam, laudem & gloriam maximè ostentant. Quantum au tem ratione complecti licet, eorum qui tum ibi martyrium absoluerunt, & alicuius fuere nominis viri & mulieres, extra multitudinem eam quæ numerum excedit, ad millia sedecim fuisse dicuntur. Quorum nomina recensere operosum iudicates, qui Edellæ sunt, Persæ & Syri Christiani, hoc tantummodo memorix commendatunt.

C APVT XXXVIII.

Osteaquam autem laudatissimus Imperator, Christicolas ibi ita af sligi intellexit, ægrè id ferens, ma gnopere est perturbatus. Et paratus quidem ad opem illis ferendam eras: sed quod faceret vt illi

eo quoque loco quietam ducerent viram, non habebat. Sedenim accidit vt legati tum ex Perside ei adessenti quorum optatis quum satisfecisset, reche se facturum putauir, si Sapori de Christianis qui sub eius regno essent, quidquam etiam significaret. Itaque epistolam ad eum, dignam protectò illam quæ maximè celebretur, dedit: maximam se il li debiturum esse gratiam ostendes, si quietem eis qui sacra Christi colerent, permitteret. Neque esse quò d'religionis eius cæremonias criminaretur:

" quippe illos non victimis mactatis, quemadmodú ipsos, sed incruentis gaudere sacrificiis: & preces ad Deum fundere, cui non effusus sanguis gratus esset, sed anima virtutem sincere exhibens, & dog mata veræ pietati maximè conuenientia. Proinde

- « laudandos cos esse magis, qui sibi ita credendum, « Deúmque colendum statuerent. Ad hec Deum il-
- um propitium habiturum esse recepit, si Christia norum pietati consulendum putaret. Atque ad id
- indicandum, Galienum illum & Valerianum, preterea verò ea quæ sub ipso accidissent, produxit.

Illos enim, tantisper dum Christianos quiescere D palsi estent, facile imperij curlum tenuiste: eosdé autem, potissimum verò Valerianum, posteaqua, ficuti reliqui Imperatores Romani, persequutionem aduersus Christianos excitasset, ab ipsis Persis vicum, in discrimen diving vindice incidisse, & apud eos captinum miserè vitam finiisse. Sedenim sibi ipsi, propter sidem in Christum, Deum opitulatorem fuisse, omnémque inde Romani im perij ditionem ab ipso vsque occidentali Oceano, cum bonaOrientis parte, in potestatem suam peruenisse: multa à se bella confecta, & de grauibus tyrannis divino nutu tropæa esse statuta. Ad quas res nibil sibi opus fuisse vel hostiarum mactatione, vel vatum ariolorumque prædictione: sed advi ctoriam omnem satis fuille, solam Crucis, que copiis suis przierit, armaturam, & orationem przte rea languinis prorlus expertem. Ad finem porrò epistolæ hæc etiam verba affert. Hoc hominum genere, Christianorum dico (de his enim mihi est termo omnis) quomodo me elatum iri læticia pu tes, si audiam, Persarum quoq; res florentissimas, pro eo arque cupio, plurimum exornari? vt res fimul & tibi pulcherrime, & illis stidem optime, atque ita vtrisque ex æquo feliciter eant, Sic namq; vniuersitatis huius Deum clementem habiturus elles, & benignum. Hos igitur, quando ea amplitu dine es, tibi commendo. Hos ipios, quoniam pietate quoque præclarus es, tibi trado. Hos congrué ti tibi humanitate & beneuolentia complectere, à te ipso simul, & à nobis, per fidem, immensam initurus gratiam. Tanta diuino huic viro, de omnibus qui vbiuis locorum in cognitionem Christi venissent, inerat solicitudo. Quapropter talis quu fuerit, abunde quoque dimina cura fretus, Europa, Libya, & plurimis Asiæ prouinciis ditioni suz sub iectis, subditis suis, qui perlibenter ei paruere, beneuolis vsus est. lam verò & ex barbaris plurimi, partim sua sponte, partim bello subacti, non grauate eum coluere. V bique denique tropæa excitata, victorem Imperatorem eum promulgarunt.

CAPVT XXXIX.

Tq. ipse quidem eiuscemodi actio-F nibus suis essicim religionem nostram auctam honestatamquevoluit. Sed &ipsa per se ipsam in magna suit gloria, per eos qui tum ad virtutem

aspirabant, homines. Multi enim adhuc ex Confessoribus superstites erant, in ecclesiis enitentes. Quinetiam celebrem eam reddidere, sidémq; ampliore gloria auxere, morum (plendore, qui eo té . pore monasticam solitariámque consectabantur vitam. Nam veluti arcana & diuina quædam res, cœlitus ad homines delapsa est hæc Philosophia: quippe quæ & disciplinarum artes, & disputationum nugas, vt quæ superuacaneæ sint, ociúmque quod in studiis melioribus poni queat, sibi vendicent, impedimentó que adeò ad puritaté vitæ sint, prorsus negligat: solaque natiua vtens virtute, ca quæ ad illam perficiendam, & ad vitia tollenda fa ciunt, doceat & excolat: quæ verò inter hec habetur media, corum nullam ducat rationem, prorsus autem circa res versetur honestas; atque eos qui à vitus longe ablint, virtutem autem minus conse-Ctentur,

Amplifimus pietatu Confiantius fructus. Subduterum baumolétia. Barbararum mationii obfernantia, Victorie infiguets.

Religio Chri Stiana Sub Có Stantino per Sespsam quoque storens.

Propter Con
fessors adhac
superfixes, et
propter Mowachos.
Describition
rera rita
Monastica,
qualis emuino etlam esse
debet Clusi
strana.

Exempla, Christi perse

ľ

Conflantini

ad Saporem

Perfarii regë

nu epiftola.

ro Christia

IN MINHEN in the apt . THE, ON - Au 14:14: ALESTES.

+ Charter

të tër Wi-

بالإلبانات

intile A Ctentur, prauos atque improbos censeat. Non enim ostentationem, sed actionem virtutis admittit:nihili prorsus cam, quæ ab hominibus prouenit, gloriam faciens. Et quum generose fortité eque anima perturbationes expagnat, tum necessarias naturæres parum admodum curat, vilipendens etiam quascunque corporis imbecillitates. Viribus autem à diuina mente acceptis, ad immortalem illam mentem sublimis tollitur, no-&e dieque illam cogitans atque intuens: mirificis etiam modis colens, continuísque precibus concilias. Puritate verò animi, bonorúmque operum factis, ad sinceritatem religionis grassans externas expiationes, & quæcunque eius generis sunt, lustrationes despuit, & vnum piaculum esse peccatum ipsum putat. Atque ita rebus externis supe rior facta, imperiumq; (vt ita dicam) in eas obtines neq; ab inordinata vita, neque ab vila necessitate, ab honesto debitóq; proposito suo trasuersa agitur, neg; cotumeliis affecta perturbatur. Sed neg; indignum quidquam patiens, vindicam meditatur. Tantum etiam abest, vt vel moribus, vel rerum necessariari inopia, cam adurgens, de statu suo deturbet, ve talibus quoque erumnis magis lætetur, generositatem & mansuetudinem suam declarans. Per vitam itidem omnem illud studet, vt quàm minimo indigeat, atque quantum huma næ naturæ captus permittit, proxime ad Deum accedere nititur. + Transitum autem, siue diuerticulum præsentem existimans esse vitam, neque occupationibus negotiorum irretitur, neque prouidentia retum præsentium tenetur. Et hahitum hominis \* succincum expeditumque, qui nullis sit superfluis rebus oneratus, laudans, ad futuram respicit beatitudinem, selicémque illam quietem expectat :omni quoque erga Deum pietate, in animo suo, veluti in domicilio excepta, verborum fæditatem, vt rem ingratam, repudiat. Quas enim illa actiones à moribus suis loge proscripsit, earum neque mentionem verbis facere sustinet. Naturæ verò necessitates paulatim constringens; & carnem moderatione domans, lasciuiam castitate comprimit, iniusticiam æquitatis amussi propellit, mendacium exigit veritate, composito vi2 nendi more omnem accidit inæqualitatem. + Familiarius etiam pro societate humana se hominu moribus accommodando: & proximorum animis conformando, bene viuendi institutum confirmat : extraneorum simul & amicorum, vt eis prouideat, curam habet: egentium res suas, & opes ducit elle communes, & quæ cuique debentur tribuit. Gaudet illa cum gaudentibus, morentibus nihil non adhibet confolationis.In fumma, ad id + quod reuera summum bonum est, sta dium omne convertens, sermonibus castis & cogitationibus spiritualibus se ipsam erudit, cultum formæ supersiuum prorsus negligit,maledica ma gnopere auersatur: colloquia cum veneratione & honoris præsatione ingreditur, auditorem prius veluti medicamento curans. Loge ab ea abest iracundia, convicium, jurgium. Quòd enim vera ratione prædita est, irrationalem omnem declinat motum: & vt semel dicam, perturbationum, que vel in anima, vel in corpore funt, omnium domina existit. Verum enimuerò autorem diuinz -iftins Philosophiæ quidam laudant: Heliam illum

+ æmulatorem, quidam verò Ioannem Bapti- D stam. Philon autem ille, genere Hebræus, secta autem Pythagoreus, temporibus suis Iudços quos dam, viros graues & venerandos, dicit in regione quadam frequentes habente tumulos, circa lacum Maræoticum ad Alexandriam pertinentem, nouum philotophandi morem complexos effe: quorum domicilia, vitæ consuetudinem, aliaque instituta omnia, ralia aliquis esse ex descriptione. eius colligat, qualia prisci apud Aegyptios Monachi sunt consectati. Nam vitz id genus ingrefsi, possessiones suas propinquis relinquebant: ac rebus omnibus nuncio remisso, extra oppida viuebant, atque in hortis quibusdam & agris solis habitabant. Erant autem eis & mansiones, qua monasteria rectè dicantur, vbi solitarij cum grauitate & sanctitate sacris initiabantur, carminibus que diuinis, hymnis & psalmis Deum laudabant atque colebant. Nullus horum prius cibu,quàm sol occidisset, capiebat. Fuere etiam, qui tribus aut pluribus quoque diebus sine alimento perseuerarent: vino autem & languinolentis prorlus E abstinerent, certisque diebus consultò humi decumberent. Cibus eis erat panis, sal, & hysopum: potus, aqua. Prope eos mulieres etiam vetulas fuisse scribit, quæ philosophiæ eius amore, eundem vitæ cursum delegerint. Quaproprer & + consilio voluntario cœlibatum consectatæ, vitam ita transigebant.Philon sanè in libro quem de Vita contemplatiua, siue supplicum, inscripsit, memoriæ hæc mandauit. Videtur autem eos significare, qui ex Hebræis tum nuper admodum Christianismum susceperint, Iudaicis adhuc opinionibus præditos, morésque eorum servantes. In nulla enim gente alia, præterquam apud nos, tale vitæ institutum inueniatur. Equidé ab illis Aegyptiis tatopere hoc viuendi genus inualuisse coniicio. Sunt verò qui dicunt, persequution i tempora huic instituto derepente primum causam præbuisse. Quum enim à tyrannis religio exagitaretur: qui sibi fuga consulebant, in montibus inton sis & saltibus quibusdam versabantur, in quibus ne deprehensi caperentur, de industria errabundi sedes mutabant. Et quum ei vitæ assueuissent, pau latim deinceps institutum id ad mortem vsq. pro- F ducebant: & ad magna incrementa, multis pet zmulationem, conversationem talem & vitam subeuntibus, transmittebant.

CAPPT XL.



Edenim sine Aegyptij, seu prio-res illi, quos diximus. anr eris-!.. quicung; instituti huius autores fuero,& ciulmodi philosophia aliis praire, illud quide certe neliis pezire, illua quique como non confitetur, ad fummu, & vinendi ratione, institu-

moribus iplis, & accurata viuendi ratione, institutú hoc, ita vt opinio obtinet, exercuisse celebré il-· lum & magnű Antonium: quem tum in Aegypti montibus viuentem, propter virtutis præstantiam, germanum libi amicum fecit clarissimus Imperator Constantinus, frequétibus ad cum datis literis hominem honorans, & vt + de institu-

Philo Inda Sub Inderio quoruudam omine,pri morum ad Alexandriam,& in Aczypto, Christianochorii institu të descripsit.

Dietar

Aftetriz.

t iv äzapias dexieu. . 3

Persequatio ra plurin fecerunt.

t miel & eipūtau, Ni-Wilte. Sezo. bor eft, de rebus quibus indigeres.

a ik arāta THE BATEIFOR. oceburo. Neephor. नक् श्रोपस नक्षण lozanıdöv, Sozolib.1. cap.13.boc est, claro loco 6 5 pop & कार्य संस्थ-KAHA TÕI zaj dizu-# ] 1019 apråew Niceph. TÃS ZAĻ ŘIJU Tion axes. 61.5020, hos of Nigyptiorum a tibus. Monastica Antony po Hesiod son- B † auvripiss.

A stis suis se certiorem faceret, rogans. Fuit autem is genere Ægyprius, a primas in patria sua partes ferens, in vico cui nomen erat Conia ortus, qui b finitimus est Arcadum, que apud Ægyptios est Heracleæ. In iuuenili autem ætate, telictus à paren tibus orphanus, quidquid ei fuit agri, loci eius incolis donauit, reliquam substantiam egentibus distribuit. Ita enim decere existimauit, vt qui philosophari constitisset, non solum pecunias relinqueret, sed etiam pro eo atque deceret, inopibus eas expenderer. Sand quidem qui tum rebus pulchris vacarent, eis se coniungens, quæ in vnoquoque corum præstantissima essent, ca est zmulatus. Quòd nanque sciret optimam quanque vitam consuctudine dulcem gratamque fieri, qua uis grauis primum sit & molesta, in + compendiolis perfectisque se magis exercuit virtutibus. Et quotidie quasi principio iacto, magis ac magis in vniuersa animi moderatione proficiebat, nouam quandam & vigentem indies præse ferens alacritatem. Et corporis quidem voluptates erum nis eius iugibus suppressit, animæ autem inordinatos impetus pertinacia propoliti sui constriuxit. Semel autem interdiu post occasum solem cibum sumplit.Persæpe verð biduum totum, quandoque etiam triduum, escas non attigit. Cibus ei erat panis, obsonium simplex sal, potum præterfluens torrens præbuit. Per totam autem semper, vt sic dicam, vigilans noctem, aliquam etiam dici partem precationibus dabat. Quod sicubi somnus ei obreplisser, breuis is admodum fuir: humi verò in nudo folo plurimùm cubabat. Et omnino olei fimul vaguini,& lauationis viui renunciauerat : quòd illum non lateret, robustum quoque & firmum corporis habitú humidis sensim ad mollitiem & luxum conuerti. Haud vnquam eum à quopiam nudum esse visum tradunt. Er quum lite ras iple non didicit, tum neque earum peritos admiratus est. Mentem verò bonam vt literis ipsis antiquiorem, taliúmque aded artium inuentricem, valde laudauit. Quin neque iis quidquam opus esse dixit, si mens per seipsam valida sit. Mitis porrò atque humanus, vt non magis alius quif C quam, & in colloquiis gratiosus maxime, atque item acutus+ inuictulque fuit. In disputationibus præcipue, etiam si qui interdum contentiose cum eo conflictarétur, ne perturbaretur, seruabat. Præstantiori siquidem sapientia quadam, & nouo mo re, vnà cum divina prudentia, temerè illatum con tentionis studium facilè cotrahere, & ad moderationem conformare nouerat. Vehementiam autem colloquutorum temperans, mores eorum simul reddebat meliores. Diuinam inde cognitionem atque etiam precognitione colequutus nibil admodu esse iudicabat futura præuidere : vanúmque etiam, quod in ca re collocaretur, studium esse dicebat. Neque virturem vllam esse docuit diuinare: quòd è diuerso, neque in vitio, cuius gratia pænam quis metuat, sit, futurum non nosie. Cœterum vnum illud beatitudinis esse exi-

stimabat, rité Deum colere, legésque eius & man-

data inuiolata seruare. Si cui autem amor futu-

12 cognoscendi incessat, puram modò, inquit, ha-

beat animam, & futuri perspectio eum conseque-

tur, Deo veluti per speculum aliquod cognitioné futuri exhibente. Socordiam autem detestans,

omnes qui recte viuere vellent, admonuit, vt opus D facerent: & vt seipsum quisque in iudicium & rationem d iu noctuque factorum abduceret, atque si quid contra decorú fecisset, vt id literis annotaret.Sic enim fore, vt seipsu vereatur homo, & deinceps ab abfurdis animi motibus, ne multa anno tata reperiat, abhorreat:fore etiam vt metuat.ne scriptura tali à quopiam deprehésa, improbus ipse manifesto inueniatur. Acriter quoque, si qui iniuriam accepissent, defendebat, eaque causa frequenter vrbes adibat. Multi namque eum accedentes, calamitatésque suas deplorantes, cogebant vt vrbes ingrederetur, & pro eis precator atque intercessor apud magistratus sieret. Illi porrò plurimi faciebant, si ipsum viderent, & Sirenem verborum eius audirent, quum populum principibus magistratibusque obedire iuberet. Ipsi enim studio in primis fuit, latêre, & in solis locis versari. Et quod eo esset animo, si quando in publicum prodiret, confecto quanta potuit celeritate, cuius gratia in vrbem venerat, negocio, rursum se in solitudinem recipiebat. Siquidem E dicere solitus erat, lethalem esse piscibus extra vndas conuerfationem:neque minus Monachum in periculum cœlestis vitæ & professionis sanctio ris amittendæ venire, si moras in vrbibus Rahat. Et quum iucundum se omnibus præbuit, tum ne fummissus nimium & adulator esse videretur:pre terea ne ex eo quòd ab omnibus honore afficeretur, quodque ei quos iussisset, morem gererent, fastu & arrogantia efferretur, curauit: Scribenti aliquando Constantino ad se ve veniret, mirificè enim hominem amabat, detrectauit id primum dicens:Siquidem ad Imperatorem venero, Antonius ero: sin minus, abbas Antonius. atque eo tan. dem modo ad illum adire fustinuit. Verùm hæc tanquam gustus quidam & exigua imago Antonij vitæ & instituti, sint exposita:vt ex his vniversam eius, qualis suerit philosophiam colligamus. Quam rebus omnibus optimus Athanasius, cui etiam fuit charissimus, copiose memoriæ posteritatis literis mandauit: certaminibus eius contra demones, & artibus quas aduersus illos adinuenit, alissque vitæ prodigiis & rebus quibusuis conscriptis, vt liber is monastici instituti ceu+ finis qui- F dam estet. Itidem vtide Athanasius kin vita Syncletices fecit, vt, siçuti in hoc mulieres, ita in illo scripto viri, quod sequerentur institutum, tanquam in commentario expressum, haberent. Habuit autem discipulos multos, probatos admodum, & qui magistrum vitæ institutione, sapientiæ studio, & virtute reliqua satis felicitet retulerunt. Qui partim in Aegypto & Libya, partim in Palæstina, Syria & Arabia sunt philosophati. Præstantissimi sanè ij sunt, atque itidem successores eorum. Et profecto ingentis esset laboris, vel omnes qui Deo vită suam dicarint inquirere, vel facienda ab eis addiscere:præsertim quum illi ma. gna cura, vt & ipli & eorū facta laterent, studuerint: non perinde scilicet, atque nostrorum temporum Monachi, facientes, qui + fastu & ambitione inani insolenter per forum sele inferentes venditant. Multi sanè spectati fuere secta- a mule ... tores eius: & in primis Paulus ille, qui ex virtu-te Simplex est cognominatus. Quem ferunt rusticam vitam agentem, & cum formosa con-

ofta vita

wy doćia

Athana [i

tonej Mond

chi conscri-

TET EXHTINES

In vitu pa-

tice inter fa-

tiffas allega-

Athanalia libris de pia-

ginicate con-Jiripfiffe te-

« Discipuli &

Antoni

Paulas Sim

TOPO NOL BIA

BINT18, 161

fik TRE 470.

Kive pora-

u foliatores

plex.

« trum, Syncle

a cree Abba

Hierony

Pfæ. † δρ**©**. \* iv τã βίφ

ollitia.

mil opus eft

à14 | 47 Lyl-

ls bersqu'spo perceso. port.

A iuge habitantem, & posteaquam eam + in flagran ti crimine cum mœcho concumbentem vidisset, grauiter subridentem, adhibito iureiurando, coniunctioni eius renuncialle: eaque statim dimissa, ad Antonium peruenisse. Mitis verò admodum fuisse, & obedientiam præcipue coluisse dicitur. Monasticis quoque studiis & tertaminibus cum magistro contendit, omnem adhibente curam atque diligentiam, ne quid quod ab illo degeneraret, in imitatione eius deprehenderetur. Qui sanè testimonium ei perfectionis in optimo instituto, monasticaque philosophia perhibens, nihil ei deinceps præceptore opus esse dixit. Ipsum quippe per scipsum philosophari egregiè admodum, 14m lenem:qui scilicet studium id no à puero esset me ditatus, sed non ita pridem ad certamen tale descendisser. Sed & Deus coelitus, quæ de eo Antonius pronunciauerat, autoritate sua confirmauit: breuique ita clarum reddidit virum, vr melior etiam præceptore, ad dæmones lucta supplantandos atque propellendos,esset.

CAPVT XLI.

And Ao

t<del>થ</del> દળ**હેં** પું,

n reclius

relete poffici Talket ov

VTB BIRDS

etel da

A inche

B

Quum nanque n

Odem tempore & Amon ille Ægyptius itidem viguit, qui à propinquis & familiaribus coactus,
vxorem quidem duxit: cum ea
tamen coniugij more, vti viri
consueuere, congressus non est.

Quum nanque nuptiarum dies aduenisset & sponsa, sicuti fieri assolet, in thalamum eius deducta esset, solus cum sola colloquutus, finem iam luum nuptias habere dixit: & magnum quiddam fore, si virgines vitam exigerent, docuit: præmiaque cœlibatus commemorans, persuadere ei conatus est, vt solitariam pro se vterque secta retur vitam. Et puella quidem verba eius laudibus extulir, segregari tamen ab eo prorsus noluit. Itaque Amon decem & octo annos cum ea vixit, seorsim cubans, & quod secundum Deum est vitæ institutum colens. Muliercula verò zmulatione illius, & ipla spe animóque erecta, iniquum esse existimanit, sua causa tantum + virum in obscuro latêre: & vtrunque potius ab altero segregarum, pietatem exercere debere censens, separari à viro petiit. Atque ille relicta mulieri domo, ipse meridiem versus ad lacum Maream, in solitudine, circum Scetin & Netriz montem, duos & viginti annos Monasticam est philosophatus, bis quotannis adire & visere mulierem solitus. Multos & hic veluti dux habuit sectatores, & mul ta diuina edidit opera. Multa dica eius memorantur, quæ ab Ægyptiis monachis, accurate talia & studiose inquirere, veterúmque monachorum facinoribus, siue in scriptum sint relata, siue minus, delectari solitis, per temporum successionem percepta, hodie quoque feruntur, auditoribus perquam iucunda. Quorum vt gustum aliquem proponamus, hæc subiungere libet. Petebat magnus iste vir solitudinem quandam, cum discipulo suo Theodoro: quimque fossam quandam vndis scilicet repletam traiicere opus haberent, ne vestes altius attollentes, alter alterius nuditatem cospiceret, retroducere paululum D Theodorum iuber. Quum verò seipsum quoq; nudum videre vereretur, diuino momento in fublime sublatus, in viteriorem peruenit ripam. Vt autem Theodorus quoque satis madens transgres sus, vltra Lycum (sic enim incolæ fossam cam no minabant) venit, vestémque & pedes Amon siccos vidit, precibus senem fatigans, causam eius rei vt sibi diceret periit. Ille tectum id, quidquid esset, tacitumque esse voluit. Vt verò magis magisque Theodorus contendit, nihil se de petitione ea remissurum professus: Amon tandem pa-Ao prius interposito, se viuo nemini id prolaturum, remactam exponit. Quapropter is poltea præstantioris cuiusdam naturæ virum eum esse credidit. Porrò quòd etiam præcognitionis divinæ plenus fuerit, id quod nunc diceinus, satis indicabit. Puer quidam parentum iniustorum à rabido cane morlus, in ea expectatione, vt quamprimum moreretur, erat. Ille: Non ego, inquit, ied vos, siquidem voleris, eum curabitis. si enim, quem surripuistis bouem, dominis suis restituere E volueritis, statim malo omni puer liberabitur. Bos redditus est, & periculum omne contestim profugiens, vacuum erumnæ omnis puerum reliquit. Quum autem aliquo pòst tempore Amon decederet, animam eius Antonius dicitur in cœlū deduci vidisse, divinis virtutibus eam comitantibus, venerationeque & stipatione multa, arque etiam ineffabili quodam hymnorum carmine pro sequentibus. Et quum, qui tum cum Antonio erant, per consternationem in aerem suspiciente, & rei tantæ faciem admirante, causam ab eo requirerent: ille visum id handquaquam occu!tum habuit. Et verba eius re ipsa sunt confirmata. Postquam enim à Sceti multi venere, & tempus obitus Amon indicauere, illud ipsum tempus esse cognitum est, quum Antonius stupore correptus in cœlos suspexit. Vterque sanè meritò beatus habendus: Amon quidem, quòd sic è vita præsenti sit subductus: Antonius verò, quòd eum Deus visione ea sit dignatus: quum quidem inter verius que habitationis locum, magnum interuallum atque dierum aliquot intercederet iter. Arque F hæc quidem de Antonio & Amon, memorie sunt prodita. Eodem verò tempore, & in Olympo Bithyniæ Eutychianus ille versatus, monasticæ philosophix nauauit. Tantopere siquidem per virtutem diuine gratiæ particeps est factus, vt miracula & prodigia plurima ediderit, morbósque incurabiles sanauerit. Quapropter Constantinus quoque Imperator magno studio amicitiam consuetudinémque eius ambiuit. Accidit tum, vt ex Imperatoris sarellitio quidam, tyrannidis affectatæ suspectus, & circa Olympum occultatus, ca ptúlque in vincula sit coniectus. Et quú perquam acerbe in carcere cruciaretur, propinqui & cognati eius Eutychianum conuenientes, vt legationem precationeq; pro eo apud Imperatore susciperet, atque aliquo modo prouideret, vrinterea vinculis liberaretur, ne scilicet ante legationem obitam acerbitate tormentorum interiret, rogarunt. Atq; ille ad carceris custodes, vt hominem vinculis leuarent, oratum misit. Vt verò illi petitioni eius non acquieuere, ipsemet ad carcerem venit. Et ecce cultodiæ portæ sua sponte claustris

Amon dini na virtute vitra Lycü fossan transfertur.

Alind. Amonts miracuium.

Antonius
Amonu
morientis iöge ab eo dissitus animä
su calū serri
vidit.

Buthychian<sup>s</sup> monachus,

Socr.lib.1.
cap.13.

Is vinclüer ad mortë con demnatum liberat.

: ij

Lausius praposium, & Sophronius Hierofolymisanus, de Monachia Sanctu scripserunt. Tielin di TAV NOVATIA väv aguskiu. ov déas zá-PITO- MLTEIx1,000. Sozom.lib.1. cap.14.hoc ejt, Novatia norum hare- B sis quum es. fet ,gratia di nina parti . ceps fuit. Hacverba azudSozono. in principio BATTALIONI de Entrebia no polita funt. Nicephorus autê in tote bec opore Noustianu est ini quior. De Spiridone ouiom si mal & homi num pastore, rostico videli cet, & Trim mythuntu in Cypro episto po,ein/que

Fures dinimitsu per mi raculum vin Eli, ad melio rem frugem redaction

mitaculu.

A fractis,ad viri prælentiam statim patuere, & compedes ferrez, numellz, vinculaque ceruicis vinctum relinquentia, cum strepitu delapsa sunt, & huc atq, illuc dispersa. Deinde ad Imperatorem, qui tum Byzantij erat, profectus, illicò reum condemnatum supplicio liberauit. Nihil enim Constantino difficile aut molestum fuit, quod vir ille peterer, quem vehementer amabat, & magno in honore habebat. Fama autem fert, Eutychianum postea + ad Nouati hæresim desciuisce, & ea que ei inerat gratia excidisse. Et hæc quidem, aliqua ex parte, nobis de Monachorum instituto & philosophia sint dicta. Qui autem talia scrutari volet, multos inuenier libros, inquibus plurimi, qui ea æ tate atque deinceps integritate vitæ enituere, comemorantur. Potissimum verò, quæ de iis Lausus Præpositus conscripsit. Multam quoque & vtilem de eis historiam Sophronius Hierosolimitanus nobis reliquit, Prati & noui Paradisi titulo, scripto ei indito.

#### CAPYT XLII.



Vando quidem verò & Spiridovando quidem vero & Spirido-nis, & Nicolai mentioné me fac turú esse recepi, hoc loco sidem mihi liberandam esse duxi. De a-liis náque Confessoribus & Hie liis năque Confessoribus & Hie rarchis, qui innumerabilia & mi-

rifica palsi funt & fecerunt, & quorum multi, que in eis fuit, gratiæ robore mortuos quoque excitarunt, suprà exposuimus. Ipsi quidem diuo Spirido ni tanta diuini spiritus incessit gratia, vt quæ de eo celebratur fama hoc quoque tempore, virtutem eius astrucre possit. Rusticus enim cum esset, coniugémque in matrimonio, & liberos ex ea susceptos haberet, non propterea in rebus diuinis deterior aliquo fuit. Tanta nanque is sanctitate erat, vt & à pastorali vita non abhorreret (Trimmythus autem, quæ vna in Cypro infula vrbium \* est, sorte ei obuenerat) à fastu tam alienus, vt eodem in loco & oues pabulo, & homines doctrina atque vitæ exemplo pasceret optime. Quum autem mul C ta sint, quæ de co liber in ipsius vitam compositus recenset, ne socordiæ sustineam crimen, neue rurfus extra propositum longius digredividear, duorum aut trium egregiorum eius factorum meminero. Fures aliquando noctu irruisse dicuntur in sancti viri ouile, insidias gregi eius tendentes, & clàm oues aliquot rapere conâtes. E quum nemo eis compedes iniiceret, derepente diuinitus vincti sunt, Aurora illucescente, magnus ille vir adest, manus corú post terga redactas inuenit, sub-« ridet:vincula illa, quæ sub oculos non caderent, soluit: docens eos admonet, licuisse illis si quid petiissent, accipere: neque opus fuisse, cur noctu se erumnose fatigarent: mores eorum ad ... meliorem vitam, vt iusto quæstu vitam tolera-« rent, transformat: & postremò erumnæ eorum « misertus, Abite, inquit, & arietem hunc accipia te, ne noctem hanc frustra peruigilasse videa-

\* Spiridonem istü, cum episcopus esses, ones pascere non pudnisse, pet summam humilitatem & simplicitatem, Suid stribit. Quod in reterum episcoporum pampertate, non ado mirum suit. Eidem Deus ante tempus, promissam mortuorum resurressionem, per siliam com redininam, exhibuit. Socrat dib. I. cap. 12.

mini:reprehensionémque mihi, propter tolera- D tos domi mez labores, veluti qui vacui abieritis, impingatis. V num hoc est quod à Spiridone, non sine admiratione facete est factum. Nec illud quidem no admiratione dignum. Erat beato illi filia Irene, germana tanti patris puella. Apud hanc ex notis quidam magni precij gestamen atque + ornamentum deposuit.lla vt rem certam tutamque sequeretur, domi quidquid id erat defossum, terre seruadu credidit:nec ita multo post, nullo eius rei indicio post se relicto, è vita migrauit. Venit breui qui id depoluerat & nuc inculando, nunc orando, molesto erat Spiridoni. Vt verò gestamine tali diu multumý, domi quæsito, id no inuenit, suam ipsius senex putauit esse calamitatem: hospitis, qui tantopere lugeret, capillum conscinderet, ac sese prorlus conficeret,iacturam.Itaque, Agedum (inquit)ad filiz sepulchrum eamus, eamque interrogemus. Vbi eò ventum, nominatim filiam vocans Spiridon interrogat, quonam loco gestamen deposuerit? Ibi illa subitò apparens, beato illi rem omnem exacte exponit, & rursum sepulchrum subit. Spiridon porrò ornamentum, quo illa loco E indicauerat,inuentum,homini reddit,eumque dimittit. Alteri quoque indigenti homini, & inopia magna circumuento, serpentem ad sepem & maceriam se voluentem, in aurum conuertit, eumq; illi dedit, vt eo mutuam pecuniam sumens vteretur, penuriamque suam solaretur. Ceterum, quum se ille inopia depulsa aliquantum locupletasset, Spiridon serpentem ita vt tum erat, ad locum suu circa sepem reposuit. Qui viri sancti precatione, pristina recepta natura, rursum reptans, ac sese circumuoluens, latebras suas intrauit. Verum enimuerò illud quoque factum eius vt memorem, con uenire mihi visum est. Mos beato illi erat, sementem & fructus qui ei prouenissent, vendenti, partim pauperibus largiri, partim sine sœnore vtendos dare. Siue igitur daret, seu acciperet quidqua, non id per manus eius gerebatur: sed quæ ei erat repositoria cella, ad se venientibus commonstrata, vel accipere eos, vel viui acceptum reponere iu bebat. Quidam sanè qui mutuum ab eo acceperat, vt debitum redderet, ad eum venit. quum autem is more solito, cellæ rursus inferre quod acce F perat, iussus esset, reponens id, sustulit potius. Non enim tátům debitum non reddidit, sed insuper ali quid quoque harpagatum secum ferens abiit: ita ramen, quasi mutuum dissoluisset. Sedenim celare factum non potuit. Aliquanto nanque tempore post rursus illum, mutuum accipere volens, conue nit.Et ille ex consuetudine sua hominem ad loculos granarios mittens, metiri quantum vellet, iufsit.Vt autem is nihil ibi frumenti inuenit, id patri significauit. Ibi ille: Mirum profectò, inquit, si vni tibi cella vacua videtur. Quapropter considerare conuenit, an quum prius nihil reposueris, recipere nunc quidquam conere. Sciens enim esto, nisi fallaciæ quidquam subsit, voti te compotem fore. Vade ergo denuò cum certa, te inuenturum esse, fiducia. Atque ita ille demum deprehensus, veniam fraudis petiuit. Tale quiddam alij quoque, qui oues à viro sancto mercabatur, euenit. Centum erant, quas emerat. At ille capram vnaminsuper annumerauerat: quæ quum ab illo vi traheretur, ipla minimè sequebatur. quodam-

† Kespiev.

Filia Spiridonu Irone è Sepulchto it mortus patri,que loco отватё́(ит apud se ab bospite depofitum recondiderit,often

Miraculum huic propè Simile de di-No Staniflas Craconiensi apud Polo mos episcopo fertur.

Serpes in ali rum yerfus.

Infidus con modatarius officio esse do

Infidm ùide

A modo enim resistens, balatu hominis iniquitatem traducebat. Et ille, quum nihil non ageret, in

Spiriden in beffice benigood of offi Officia be-

7,000

edata do

Ti weekt a

lypicare,

wict.6137. Bayes osine

7 ÅT KERSON -HIP TOP-رقاب سر

humeros tandem eam sustulit. capella autem & calcibus & cornibus ceruicem eius acrius petens, delapsa est, & in stabulum suum recurrit. Quod vbi Špitidon cognouit, illi vt ritè metitetur& numeraret, suasir. Atque vbi ille factum statim confessus est, bic noxam remisit, capramque sequi illum iussit: quod alacriter sanè illa faciens, sua sponte emptorem est sequuta, interdum etiam eundem properans præcessit. Pulchra quidem sunt hæc. Constantiam verò eius viri, ecclesiastico ritu servando, simplicitatémque divinis traditionibus colendis, quomodo silentio prætercam? Conuentus aliquando agebatur, in quo Triphyllius ille quoque erat, + Ledrensis episcopus, literarum artibus probè eruditus, & legibus discendis diu Beryti versatus. Hic episcoporum iussu populum docens, Spiridone præsente, quum dictum quoddam referre deberet : quo Christus ad paralyticum est vsus, illud scilicet, Tolle grabatum tuum, & ambula: + pro grabato, lectum dixit. Quod moleste terens Spiridon : Non tu quidem, inquit, præstantior es eo qui grabatum dixit qui igitur, malum, pudor iste est, verbis illius cam decoro non velle vti? Atque his dictis, in conspectu omnium episcopali sede exurgens, faltum & supercilium corum qui oratione affectata lele effertent, contrahere est conatus. Recte enim id facere potuit, quamuis apertus omnino & simplex esfet: Magna quippe dignitate gloriaq; venerandus, propter mirifica quæ edebat opera, atque ætate prouectiore, fincere & grauiter episcopali munere gerendo clarus erat. Sed & quam fueritin amicis accipiendis dexter &humanus oftendam. Magnum quadragefimæ ieiunium agebatur, & ex amicis quidam ad eum ex itinere longinquo venit,& quidam eo quo ipse iciunaret tempore. Certis enim quibusdam diebus à cibo omni abstinens, postea vescebatur. Illum igitur facratis eis diebus venientem, quum de itinere fes Tum videret, filiæ fuæ vt pedes illius lauaret, mensamque proponeret, præcepit. Atque illa vbi neq; panem neque farinam domi esse, propter præsentem abstinentiam & iciunium, dixit: precatione iple facta, + luccidiam ad focum pendentem recipere ea, & quamprimum ad ignem torrere iusir. Et vt alla satis fuit, hospiti & iple assidens, cibóq; manus admouens, comedit, & amicum vt itidem faceret est hortatus. Atque ille qum detrectaret. Christianum se esse dicens, neque tali tempore eiuscemodi esca indigere confirmans: Spiridon illum,ne quidquid id esset cibi,pro ea rerum inopia aspernaretur, admonuit. diuinum enim oraculum extare, quod mundis omnia munda esse declaret. Multa porrò alia hisce similia ab illo acta, institutum-nostrum commemorare non permittit, quæ Rufinus primum Romano exposuit sermone, aliaque præterea plurima ad rem Ecclesiasticam pertinentia. Et de Spiridone hactenus. Floruit etiam tum Nicolaus, apud Myra Lyciz episcopus, Spiridoni, vita, mo D rum simplicitate, naturaque conuenientia par: nec non miraculis, & accurata certaque doctrine observantia perquam celebris. Huic ea fuisse dicitur gratia, vt qui eum complecteretur, familiariusque secum ex animo collequeretur, diuini quiddam doni hauriret, momentumque inde aliquod reciperet, vitæ ad optima quæque opera conformandæ. Eius actiones veluti omnibus notas, prætermitto. Par istis etiam fuit Parthenius, vrbis vnius in Hellesponto episcopus, vitæ splendore, humanitate, & prodigiis ingentihus clarus, adeo vt accepta à Deo potestate, mortuos excitatit, dxmonibus imperarir, & variorum morborum curator gratuitus ac promptus fuerit. Ac de his ha-&enus. Ad hunc scilicet modum, do &rina fidei in nationibus, solitudinibus, & vrbibus omnibus, ma gno consensu frequentata est: atq; in ecclesia Dei indies incrementis suis eluxit, in cœlumvsque sub lata. Corterum hisce dimissis, orationem ad ea que in ecclesia gesta sunt, rursum convertam.

Nicolassa Myrorë in Lycia episco pus, alterius Nicolai Mi rifici anuncu lus & decef-

Parthenia Hellespontiacus episco

#### CAPPT XIIII.

Audatissimus quidem ipse impe rator, omnem mouebat funem, vt religio nostra magis ac magis augeretur, & incrementa sua ca-peret, quippe qui Apostolico cœ lestí que prorsus esset animo. Invt religio nostra magis ac magis

ter ecclesiarum præsides, rerúmque sacrarum magistratus tum erant, qui non solum cum illo ædifi candum, verùm etiam destruendum sibi,& ecclesiæ fundamenta funditùs euertendum statuerant: sicuti stilo progressi ostendemus. Arius enim Synodi ipsius atque Imperatoris calculo condemna tus,& exilio mactatus fuerat : atque itidem Eusebius Nicomediensis, sectatorésque eius, qui profelsioni quidem fidei subscripserant, Arij autem exautorationem sententiis suis comprobare noluerant. Et Arius non longe post Nicanam Synodum ab exilio quidem est reuocatus, Alexandriam auté ire prohibitus. Cœterum postea quoque ei ab Eusebio, post palinodiam & recantatio- F nem, reditus in eam vrbe impetratus est: id quod suo loco dicetur. Breui quoque & Eusebius & Theognis ecclesias suas receperunt: eis qui in corum locum surrogati suerant, Amphione Nicomedia, & Chresto Nica eiectis. Quum nanque pænitetiæ libellum primariis episcopis misissent, Imperatoris iussu sunt renocati. Libellus autem is de verbo ad verbum talis fuit: Quum quidem calculis-vestris ante iudicium factum, à pietate vestra damnati simus, silere debuissemus de pietatis « Divres 236 vestræ decretis . Quandoquidem verò abfurdum fuerit, silentio ipso sycophantiæ opinionem& indicium contra nos ipíos præbere: eam ipíam ob causam ad vos referimus, nos professioni fidei cólensisse, sententiaque momento & consubstantialis explorata, pacatos prorius fuisse, neque vila ex parte hæresi adhæsisse. Certitudinis autem ecclesiarum causa, quæ nobis in mentem venerant, in medium protulimus. Atque ipsi tandem certò ... 🛨 perluali, aliisque etiam quos oportebat itidem 🧸 🕬 😘

Attasyn. di Nicana AEta Syno in controu ſiā raračia.

Arine ab excilio renoca

« Eusebius & ∝ Thegonis ecec clesias suas recipiness.

Panitentia E \* KATO-JAGIA

> Fidei forma y subscripse-

Non talit Spiridian, in connentu publico episcopum Triphylbium verba Enangelica per affectationem mutata allegamem. Quid hic Deus bone, hodie nostru faceret Theologu?

<sup>†</sup> Penutia, charitas, & bona conscientia, de ciborii delectu dispefat.

Arÿ condë vationi nov itidem.

Waqoqoq**8** µip tiv suq . uatdissiv,

# dojy lel control by do let control by a co

Eufebine (\*)
Theognu Imperatoru Co
ftantini bonitate abufi
finat:queno
Synodo peracta, Socrates in Occidentales par
tes profactio
esse forbit,
lab. 2.cap. 13.0

Athanafi'

opifiopi A-

in episcopatu

Apollinavu de Atha

1745'j in A-

occlessa suc-

cessione.

lexandrina

[uccessor.

A anobis persuasis, sidei subscripsimus. Anathemati verò subscribendum non duximus, non quidem quòd fidem ipsam carperemus: verùm quòd eum qui acculatus fuerat, talem esse non crederemus. « Ex epistolis enim cius ad nos datis, sermonibusq; a in faciem collatis, certiores facti fumus, talem no esse. Quod si sancta vestra Synodus de eo sic pera suasa est, nos nihil repugnamus. Cœterum suffragium nostrum ad decreta vestra accommodantes, per hasce literas,+ plena side consensum nostrum confirmamus: non nos quidem graviter exilium fereres, sed suspicionem hæresis amolieres. Quod si dignabimini nos in conspectum vestrum admittere, vnanimes in omnibus habebitis, rebusque vestris indicatis stantes. Et quum pietati vestræ placuerit, eum qui \* criminis huius nomine est delatus, humaniter reuocare: absurdum esse du ximus, & posteaquam reus ipse renocatus, de intenta sibi calumnia causam dixit, vt nos prorsus taceremus, contra nos iplos reprehensionis occasionem exhibentes. Facite igitur, sicuti pietati vestræ Christianæ convenit : vt Dei amantissimum Imperatorem admoneatis, preces nostras eidem offeratis, & quamprimum quæ vos facere decet, de nobis statuatis. Post hanc palinodiam & recantationem, reuocati Eusebius & Theognis, ecclesias suas receperunt, eis qui illis suffecti fuerant repulsissicuti dictum est. Sic illi sub prætextu ouium pellibus amichi, lupos egerunt. Imperatoris humanitate ad seductionis commoditatem abuli,& continuo Imperatoriæ aulæ aditu pristinam dominationem consequuti, quemadmodum deinceps dicemus, res pelsimas admilerunt.

CAPVT XLIIII.

Vm temporis post quintum Synodi mensem, Alexander Alexadriz antistes moriturus, sedis sue successorem, diuini iudicij (sicuti coiicere licet) calculo, celebrem reliquit Athanasium. Quum nan

que Athanasius refugeret atque reluctaretur, Ale xandrum ferunt vim illi inferentem, vix tandem vt thronum susciperet, persuadere potuisse : sicuti id quoque Apollinaris Syrus ad hunc modum scri ptum reliquit: Non desijt verò postea quoque bel ligerari impietas. Sed primùm quidem aduerfus beatum viri huius magistrum, cui hic perinde atq; patri filius, patronus affuit, arma sumpsit. deinde verò in hune quoque ipfum,postquam ad episcopatus peruenit successionem, multa quidem ille vsus tergiuersatione, sed tamen consilio Dei productus. Sicuti beato quoque illi viro, qui ei episco patum quasi in manus tradidit, divinis indiciis, no alium videlicet quam hunc successorem fore, est significatum. Euocabatur namque è vita, iamque adeo prope obitum erat Alexander, quum nominatim Athanasium vocauit absentem : atque ibi, quum qui tum aderat eiusdem nominis, vocationi audiens esfet, ad eum, veluti quem non vocasset, conticuit, denuoque vocatione est vsus. Et quum id ab eo sæpius fieret, consiluit tandem Athanasius præsens, declaratus est autem alter absens. Et prophetico demum spiritu beatus

Alexander: Athanasi, inquit, effugiturum te cre- D dis, sed non effugies. Quo verbo ad certamen eum euocari ostendit. Hæc Apollinaris. + Arij autem tribules iactant, post Alexadri mortem co municasse consilia inter se, qui Melitium, quique Alexandrum sequuti fuerant : convenisséque in eundem locú,ab vrraque parte,ex Thebaide & re liqua Aegypto episcopos quinquaginta quatuor, & decretum ab eis elle, vt communibus suffragiis ab eis legeretur, qui Alexandrine preesset ecclesie antistes. Septem verò episcopos quosdam, iureiurando proculcato, præter sententiam & voluntatem omniu reliquorum, electionem Athanasij, ad id ab eo coactos, in ea que nominatur Dionysij ecclesia, furtim peregisle. Mihi verò magnus iste vir, non absque diuino numine ad episcopatú peruenisse videtur : qui sanè talis fuit, qualem ea Hagitarunt tempora, ad intelligendum, dicédum, atque ctiam scribendum idoneus maximè: & qui quod telo peteret, tangere atq; assequi posset, quíque ad resistendum insidiis structis esset sirmisimus. Erat præterea vir admodum ecclesiasticus, E & ad lacra peragenda aptilsimus, atque (vt lic dicam) in rebus eiulmodi avrididantos, & à leiplo do Aus. Ferunt nanque, + quum necdum ad ephebos accelsisser, à Deo eiusmodi quiddam in eo adumbratum & simulacro quodam repræsentatum esse. Alexandrini in vrbe sva festum quenda diem insignem agut, quo die Petrus, qui apud eos eccle ham rexit, martyrio est defunctus. Hasce ferias, ve moris erat, Alexander quoque, præfectus tum ecclesiz, celebrabat, & sacris mysticisq; cæremoniis operatus sedebat, eos qui cum eo assurrecturi fuerant, præstolans. Quum verò sederet sublimior, oculos ad mare coniecir, & pueros quosdá in arena ludentes vidit.Ludus erat, terú quæ in ecclesia peragutur imitatio, & episcopi tandé electio. Arq; aliquatenus quidem id nihil habebat periculi . Vr autem arcaniora mysteria, sacráque no tangenda, pueri attigere, grauiter factum id tulit : accitisque cleri primoribus, pueros ostendit, e osque ad se adduci iussit.Illi vbi sunt adducti, de ludicro eos interrogauit: mox etiam que egerint, dixit. Pueri pu dore simul & timore correpti, primum quide ré negarunt: deinde vero, vt verbera eis Alexander minatus est, actu omné exposuerut, vt scilicet Athanasius episcopi munus fortit<sup>9</sup>, multos baptiza rit,& impolitione manuum in ordinem ecclesiasticum sacerdotes & diaconos cooptauerit.Inqui siuit etiam rem quanq; Episcopus, quū quid vmbratilis + episcopus per ludum ritus sacros peragens dixerit, tum quid responderint, qui sacris ab eo initiati essent. Atque vbi rem quamlibet iuxta ecclesiasticam traditionem seruatam reperit, cum epilcopis qui ei tum aderant, re deliberata, nó denuò baptizandos elle censuit, qui semel per simplicitate divina gratia digni effecti esset. Et tatumodo ea quæ sacerdotibus facere fas est, in myste rio adimplere iussir. Pueros auté eo quem in ludo cœperant ordine, ipsum Deutestem faciés, in ecclesiam induxit: & propinquis suis traditos, vt ab eis cultodirentur, atque in imitatione ad progresfus faciendos instruerentur, qui sic abundè institu tionem puerilem assequuti essent, rogauit. Maxi-

mè verò id de Athanafio egit:quo deinde notario & familiari víus,non ita longo pòst tempore gum tol lis redo

Ariani ille gitimè eletti esse camilati (mr.

> Dinino mitu Atbanasi\* episcopus est lectus. Sozo · meni indicio & Niceph.

> Athanafi? epifcopm äv . redidant&.

† özen ags. sibn əsvepl. va.

Ashanaf?
per ludü,nödü ephebm,
à puern epi
lettus, epife
palia muhera ebijt. So.
zom.lib.2.
cap.17.

fing digide.

Etid per ludum baptifa ti, demo baptifandi unn funt, fed care monia tantii folines in en implemda.

Athanasi Alexandri notariw. Idi diaconus ordinatus.

Vel inuitus
ab Alexan
dro Athamafius epifeo
pus fubftituitur

Mago" chao in Nicona Synodo 'rfas fait.

† trascusacivOr. Praclara Athangii gloris.

Ariani A – therefore il leftrarout.

Esfeb. Nico medicafis Atheosfis adoctfarine.

Enfahim mo du omnibus apal Alba nafium, 78 Arius Ale sădrid redu casur, agis.

Salidai par fasdan sugast. A in diaconorum ordiné euexit. Atque hic in grammaticis literis exercitatus, & apud Rhetores versatus, præterea verò etiam in sapientiæ studiis institutus, quú ex eis artibus tantú percepisset, quantum ad hoc satis esset, ne ab eis qui in illis eximij sunt & clari percelleretur, Niczam est perductus, vbi maximè decertauit: quippe qui propter firmitatem sermonum veritatis non minima ibi actionum omnium pars fuerit. Specimé verò ille quoque in ætate iuuenili, sapientis, spectati,& + senilis viri præbuit. Postquam autem Alexander mortuus, & iple successor eius factus est, tum magis gloria eius enituit, virtute ipsius in rebus omnibus seipsam costrmante atque laudante. Quam ingétem quoque reddidit magnus Antonius, quú optima qua que de eo testificans, tum etiam iussis eius morem gerens. Nam & eius causa ex montibus in vrbes frequétius venit,& in ecclessa cum eo est versatus. Tum auté, sententiæ eius quam de Deo habuit, calculum suum addidit: èis qui ini micitias contra eum suscepissent aduersus, ipsius auté Athanasi) amicus intimus & summus. Quin & Ariani Athanasium illustriorem reddidere, qui vnà cum Melitio Aegyptum motibus compleuerant.Insidias enim sine intermissione ei molientes, capere eum legitime non potuerut. Et nuper admodum Eufebius ab imperatore ab exilio redu Aus, no mediocrem sibi vsurpabat libertatem, ab illo in magno honore habitus, perinde atq; à praua opinione ad recaz pietatis lententiam transiilset. Quocirca liberrate ea abusus, maiorem etiam in ecclesia turbă excitauit, per eam quæ ei inerar fallam opinionem, casque quas aduersus Athana fium susceperationmicitias, ex quo in Synodo in illum, veluti veræ pietatis propugnaculum impegir.Et primum quidem electionem eius Eusebiani reprehendebant,tanquam neque legitime, neque ab idoneis, quæ fidem mererétur, personis fa-@am. Vbi verò insimulationem eam refellit, magno animo pro fide Niczna decertans, aliam illi texuere telam, eo consilio, ve Athanasio exilium strucrent, atque Ario reditu in vibem Alexandrinam pararent. Ita enim facillimum ipsis fore putabant, vt i ussis consubstantialis fidem eiicerent, & pedetentim impietatem suam pro ea inducerent. Tentauitque adeò, ad Athanasium scribens Eusebius, vt ab illo susciperetur Arius. Sin minus, sine scripto per internucium, magnum illi minatus est malum. Postquam autem omnem mouens lapidem, persuadere id illi non potuit: eos qui in doctrina res nouas induxissent, nouamque hæresim instituissent, & eam ob causam à tam frequen ti Synodo proscripti essent, minimè recipiendos esse contendenti: alio modo conatus est, vt Arius reciperetur, Alexandriámque reduceretur, Impesatori persuadere.Id quod tandem,sicuti suo loco dicam,zgre effecit.

† Juss Benirite dicuntur, apprime spollati, probati, perfecti, sublimes, er extra indicij alcam constituti: qualum Grego. Theologus esse dicite Basilium Magnum. El omo Dei inquit, er sidelu ser me, er vir desideriorum: sed spiritualium. Ita enim vocat scriptura rite sussentim: hoc est, oos qui ad summit eva ser locum, er sublimes rissibiliaque has supergressos.

C SPYT XLY.



Vm verò alia etiam turba inter D coniunctos episcopos exorta, ec clesiam excepit, qui de verbo in municipali de consultation d

que sele exercentes, intestinum inter se ita commouere bellum, † vt concertatio eorum nihil à nocturna pugna differrer. Neque enim alius alium intelligebat in eis verbis, vnde sese inuicem blasphemiis expeti putabăt. Siquidem qui confubstantiale non probabant, opinabantur cos qui id reciperent, Montani & Sabellij sententiam sequi:blasphemósque vocabant, velut qui silij Dei existentiam euerterent. Qui verò consubstantiale comple&ebantur,illos auersabatur,ac si Græcismum plurésque deos asserent. Potissimű verò de iis Eustathius Atiochenus, & Eusebius Pa phili,congressi decertarunt: atq; vterque in subsistentia filium Dei, atque vnú Deum in tribus subfistentiis profitebatur. Et Eustathius Eusebium 🖈 inculabat, quòd professionem fidei Nicæna noua ret. Atq; hic rurlum, acquiescere se in decretis Ni cænisdicebat, illi aŭt Sabellij errorem criminádo E obiiciebat.Enimuerò ea de re Synodo Antiochiæ coacta, episcopatus Eustathio abrogatur, re quidé vera,quòd Nicenam fidem propugnans,Eulebiű, Patrophilum Scytopolitanum, & Paulinum Tytium, quorum sententiæ Orientales episcopi astipulabantur, vt Arianos auersaretur: sicuti autem illi ipli Ariani præ le ferebat, tanquam is qui cum Sabellio faceret, aliásque item no optimas ob cau sas: quemadmodú de omnibus episcopis, qui exautorantur, multa dici, moribus est receptum. At res tota sycophantia erat, cum calumnia coniun-Ca. Veluti enim Episcopalem dignitatem impudica muliercula concubitu, fædaque voluptatis vsu turpiter contaminasser, sancto viro eam ademerut. Nam meretriculam vultu venusto, formæ ætatisque florem cuivis mercede prostituentem, conductam, vt linguam illis daret, verbisque subseruiret, permouere. Et conuentu coacto, in quo ducenti & quinquaginta erant, alios quidem omnes exite, mulierculam autem illam teru viu proteruam ingredi iussere. Progreditur illa, lactetem infantem in vluis gerens, eum que impudenter ex p Eustathij consuctudine se concepisse & peperisse clamat. Eustathius, si qué alium facinoris eius testem conscium, aut qui tale quidquam nosset, haberet,rogat. Quæ quum id negaret,iusiurandum ab ea iudices acerbi postulăt, quum quidem disertis verbis lex vociferetur, quæ de quopiá sinistrè vulgentur, ea duobus aut tribus testibus firmitaté obtinere: & Apostolus rursum, aduersus presbyterum actionem recipi absque duobus aut tribus testibus, prohibeat. At illi nulla legis ratione habita, & nullis testibus, aduetsus tantum virum iudicium instituere. Posteaquá enim illa, verba fua iuramento confirmavit, infantem videlicet Eusta thij improbælibinis opus esse,ilicet illi veluti cotra mœchű calculos produxerunt: Epifcopis áliis, qui infidias structas ignorabant, frustra contrà nitentibus,&non legitimè virum damnatú esse con tédentibus. Porrò qui fabula hac concinnaverant, nulla interpolita mora imperatorem adentes, eíq; legitime per sentétiam Eustathium damnatú esse persuadétes, Episcopatu hominem mouere atque

Contétio noma inser epifeopos comum Elos de confubfiantialie verbo. azes Be Naza. plivav. ace pud'ir ra vez l'epaza. Gragaçeto.

> Ardor alpercandi facis, vt conten dentes fe non intillizans.

\* Nicomedienfeno.

Cogitur ea de caufa Amsiochia Symo
dou. Sezom.
lib. 2.cap. 19
Eust at hims
Antiochewas episcop
ibi examora
two iniquissime.

I dem per calumniä stu pri insimula tur, & condemnatur.

Meretricula
subornata
periurium,
tniquasiudicij corrupti
processus.

Obtinat id name quoque in quibajda confiferra, re puellu ri-tiatu inrame tum à indiciona deferatur.

inj.

Seditio propier Eustathium Antiochia otta-

સંદ કૃત -TLUBALIVER. Eam ob cas (am Eustathise ia∏a 1peratoru in exilium abdecitor. \* äµ{vovil-Eustathij egregia lane. Meresticula ea săde frav demindry B desegita

+ BAV 20 500 METIGOT D TLXVIV. Ex opifice quodă ea pue rum concepe Arianifantes epi Euschiü Paphili Ca Sarea Antiochiam tradu Etum voluns. Eulebo id detrectat,in peratore colilion cius ap probante. MicanaSy nodi cano est de non trăsfe redu ex ma ecclesia in alid episcopu. Socrat.lib.1. 64p.24. Asethusa Syria oppi-

Emphrowing Phlacitus, opiscopi An

Sedes An-

tiochema offe

ANDU VACAL.

A exigere funt conati: tantum nimirum veræ pietatis & castitatis defensorem, & quasi margaritum. Grauis autem, propter illius abrogationem, Antiochiæ coorta est seditio: vt parum admodu abfuerit, quin eam prorsus euerti atque aboleri con tigerit: quippe quæ in duas discesserit partes, alte rique factioni manus militaris opem ferret. quæ res plurimum Eustathio nocuit. Vbi enim impera tor cognouit ecclesia seditionem, vehemeter indignatus,Eustathium tanquam hominem factio. sum eo nomine suspectum habuit: & quendam + honoraria militiæ illustris dignitate præditum eð misit, qui quum tumultum ibi sedaret, tum Eustathium occulté inde abduceret. Itaq; ille per Thraciam in Illyricum est deportatus, perplacide calúniam feres, phoc sic \* præstare iudicarer, vir rebus omnibus honestus, bonúsque, & orationibus componendis facundia iucunda & copiosa, sicuti id opera eius testantur: eloquutionisq; priscæ podere, sententiar u castitate, verborum eleganti gra tia, & pronunciationis vehementia præcipuè pollens. Deinceps verò infelix illa muliercula graui circumuenta morbo, sicophantiz eius actum con fessa, tragædiam omné, vr edita fuerat, exposuit. Dixit etenim, sacerdotes plurimos, qui eam pecunia corrupissent, flagitium id facere ausos: leipsam autem non omnino mendacem elle, quod scilicet ex Eustathio quodam + illiberalis artis opifice, puerum concœpisset. Quum Arianorum phalanx Antiochiæ contra sanctum virum hæc admittere ausa fuisser, ita insuper ipsi secum rationem duxerunt & costituerunt, si imperatori notum quempiam atque eloquentia præclaru virum in Antiocheno throno collocarent, facillime eos vniuersos in opinionem suam pertracturos. Proindéque Eusebium Pamphili, aliis prælatum, traducere in eum locum studuere. Quo decreto imperatori significato, illud preterea addidere, virum eum plu rimi à populo Antiocheno fieri, gratio lumque ibi este. Hoc sic præcipuè scripserunt, qui hostili erga Eustathium animo erant. Ipseverò Eusebius decre to ei reluctatus, literas ad imperatoré, quibus Antiochenam sedem deprecabatur, dedit. Imperatur verd consilium eius, qui sic Ecclesiasticum canonem seruaret, ab ecclesiaque quæ semel ei admini stranda credita esset, ad episcopatū alium transfer ri renueret, admiratus: & populo, & ipsi Eusebio rescripsit, sententiam eius gratam habes, beatumque eo nomine vocans : quippe qui non tantum Antiochiæ, sed vniuersi etiam orbis episcopatum recipere dignus esset. Ad eundem modum Synodo quoque scripsit. Et quod sincera fide esse opinaretur, presbyterum Cappadociæ Euphroniu, & Arethulæ Georgium, alterum istoru, aut alium certè quenqua, quem magis idoneum indicarent, designare, & sedi Antiochenæ preficere precepit. Atque illi ante Eusebij electionem, Eulalium episcopum creauerant; qui quum paulo post vitam finisser, tum demum Eusebium transferre properauerat. Quod quia ille refugit, Imperatorq; traflationem cam inhibuit, vacuam sedem eam fuisse annis ordine octo ferunt : deinde Euphroniú eledum. Quo post annum & menses aliquot defun-&o, Phlacito eius ecclesiæ præsecuram commissam. Omnes autem Ariana cótagione magnopere erant infecti: quanuis clandestine cam souere

viderentur. Cuius sanè rei gratia multi ex clero & D sacerdotú ordíne, alij præterea qui nihilominus recte sibi pietatem colendam statuissent, conuentibus in ecclesiis relictis, ipsi seorsum cogregaban tur. Habebant ij Eustathianorum nomen, quòd ei post illius etia discessum maxime faueret, Ac quæ Antiochiæ de Eustathio accidere, hæc sunt.

#### CAPYT XLY I.

rio episcopatu accepto, tandem à Hierosolymita-

Maximi electionem, haudquaquam pœnitentia

ductum esse: atque cum animo suo considerante,

& quòd vir is recte de Deo sentiret, & quòd mul-

titudini propter strenuè obitum confessionis cer

tamen, valde charus esser, necessariò eum qui sibi

succederet, retinédum esse censuisse. Non paruus

enim ille animum eius subiit metus, ne ipso mor-

te sublato, Eusebius & Patrophilus opportunita-

te temporis arrepta, alicui ex Arianis episcopatu

fuum concederent : quandoquidem, se adhuc su-

perstite, nouas res moliri cœpissent: & à se \* ex-

dum verò, qui in Ægypto quoque coortus fuerat

motus, sopit' crat. Arii nanque hæresis à Nicæna

Synodo proscripta. Melitius verò cis quas suprà

comunicati, nugas tandem suas repudiassent. No- F



Yluestri auté in ecclesia Roma-na, ante onem estre cellinus, deinde Miltiades, non cessit. Post Macarium vero-Hierosolymitana obtinuit Ma-Diospolitana ecclesia, à Maca ita diu gubernauerăt,Iulius fucximus, qui antea in Diospolitana ecclesia, à Maca

nis est retentus. Quòd etenim superioribus temporibus confessor extitusset, alitérque vir bonus esser, populi suffragiis designatus fuerat, qui Maca rio vita functo, epilcopatum eius reciperet. Vbi verò Diospolitani viro eo orbati, id ferre no pol-Duo codem tepore Hiefent,& certamen propterea moueretur, alium anrefolymu cotistitem Diospolitanis legendum: Maximum au-Jentoent es epi

tem apud Macariū, cum quo vnà episcopalem gescopi, sicui apud mes que reret curam & functionem, retinendum: atq; vbi que Cond ille decessisser, vt hic in locum illius surrogaretur tores a∬ami censuerunt. Illud portò scire oportet, o qui hæc fobens t. diligentius inquisiuere, de sententia Macarii mul-Sozom-lib.2 cap. 20. titudinem, quod de Maximo ingenti studio egerat, fecisse confirmant. Macarium năque post illă

> re or poste ritate jolici-Melitinuno ui metas mo riës in Aegy psocausa est. \* apopullis. Tig.

Pia Maca-

ry de successo

Enflathian

Suos fibi com

tes, Antie

chia ab eccle

sa seesione

Episcopi Ro

Hierofoly

an coza

- ١٤٥٨م مقع ا for mier > SOTHETES IN VIZÁIA GUUÓ\_ TÃY ÀUT 4 60 villar mark \* diquerie ক্রেগ্রহেজ্জ. lib.2. ca.21. hec est fami. liarem swam cotta Nica na Synodi decresum. Et reclina. Melisiani es Ariani inter je dißidētes cotra catholi turicy com nes innica a Etiones &de

exposuimus conditionibus receptus erat. Et Alefo. Nicepho. xandro in Aegyptum reuerfo, Melitius quas extra ordinem non recte tenuerat ecclesias, restituerat. Iple Lyci agebat. Er priulquam Melitius decessit, Ioannem quendam, + qui cadem cum co de Synodi Nicænæ dogmate sentiebat, in locum suum substituit: qui noui rursus motus in ecclesiis autor fuit. Quod vbi Ariani videre, neque ipsi rerū suarum negligétes fuere. Et quod apud factiolos eiuf modi homines fieri assolet, hi quide Arii opinionem laudibus ferebant; illis verò magis conuenire videbatur, vt ecclesiis Melitiani preessent, quibus etiam pleriq, magis erant addicti. Atque antea quide vtrique ab alteris dissidebant. Vbi ve cos coimagna rò animaduertere, multitudinem episcopos catho licz ecclesiz sequi, conuentu coacto, fœdus inter se pepigere, communéque aduersus pium Alexãdrinæ vibis clerum suscepere bellum. Et adeò cri femliones, ip saq; etiam no minationes simul & defensiones ex æquo comumina faciño

sentiebant de Deo. Veruntamen quòd sibi comuniter inimicitias contra nos sumpserant, consensum atque cordiam assimulabat, vtrique arbitrati facilius sibi eo modo res ex sentetia successuras, Cæterum temporis processu ppter perpetuos de rebus eiusmodi sermones & colloquia, ad eu peruenere habitu, vt idem vtrique de Deo sentirent. Sedenim deinde Melitiani, iuxta pristinam secessionem, ab Arianis sunt dissuncti. Simul nanquo vtrorumq; clerus & populus alij ab aliorū abhor rebant communione. Multasque vrbeis id peruasit malum, maximè verò Arianismus viguit in Bithynia & Hellespoto, necnon in ipsaCostantinopoli. Inde adeò, quòd Eusebius Nicomediensis & Theognis Nicænus, arte quadam eum cui decretum Nicænæ Synodi asseruandum comissum fuerat, dicuntur circumuenisse, subscriptionélq; suas deleuisse : arque liberè & propalam docuisse, non o Theogram B oportere filium patri consubstantialem dicere. Ij quoque primi Athanasio autores fuere, earu quas pertulit ærumnarum. Multam nang; ab imperatore consequuti potestatem & libertatem, Arium quidem, qui consentiens & amicus illis esset, Alexandriam reducere: illum verò veluti ex diametro eis repugnantem, abigere inde contenderunt.

A niter decertantes protulere, vt tempore procedente, Ariani vocarentur Melitiani, & Melitiani

Ariani. Atqui Melitiani de ecclesiarum præfe-

Auris tantum decertabant, Ariani autem malè

CAPVT XLVII.

adductus sit, quam potero breuissime dicam.

Et sanè vix tandem consilium id ad exitum suum

perduxere. Quomodo autem id conficere potue-

rint, & quo pacto imperator vt Arium reciperer,

Que france Ariani oferial .78 AniiAle eardrië roaninarit. Probyter Arison Co C fania Coo famini foro ri, iniuria Ario factam

lide rur∫sus

djangütut.

Enfeb. Ni-

Nicesus. fabscripcióes

aa in Ni-

eena decreta

ad adom ser

derite at-

que delent.

dienfis,

lä Costă tim quog; à Coftătis mo

Resbyter quidam ægritudine A-riana, quanuis ea occulrio occupatus, Constantiæ impera-toris sorori, quá Licinius in ma-trimonio habuerat, familiaris e-rat, & amicus. Is ex familiaribus

colloquiis, quum multa apud ea vteretur sermonum libertate, illata aliquado Eusebij mentione, de Ario quoque verba aspersit, minus rectè de co statutum esse dicens:per inuidiam quippe & zmu lationem Alexandri damnatum, simul & à patria exulem, & ab ecclesia extorrem, in miseria viuere, séque indigna pati: neque ea esse, qua plerique credant, opinione. Hæc vera esse Constantia ar bitrata, apud scipsam celauit. Nihil enim nouare audebat, confirmatum esse sciens, stabilémque in Synodi decretis imperatorem. Et quamdiu superstes fuit, tectam tacitamq; opinionem eam ha buit. At vbi graui est oppressa morbo, à fratre frequenter cam visente, supremam hac petiit gratiam, vr presbyteru, de cuius eximia pietate testifi cabatur, familiarem haberet : rece eum sentire, sinceramq; ei beneuolentiam conseruaturu esse. Se quidem iam decedere. Ei verò, no quid pateretur, admodum metuere affirmans, quòd à nonnul lispersuasus, viros graues perpetuo mulctasset exi lio. Arque illa his dictis, fatis concessit. Presbyter verò libertate inde sumpta, paulatim eosdem apud imperatorem mouebat de Ario sermones, quos ad sororem quoque eius dudum retulerat:

nihil scilicer contra Synodi decreta Arium senti- D re.venientem eum, si ipse iubeat, vera hæc esse: & quòd præter rationem sycophantia circumuentus sit, in faciem ostensuru. Imperator, siue sorori gra tificans, seu presbyteri dictis credens: Si Arius, inquit, + recipit, fidémq; facit, se cum Synodo sen tire, accipio hominem, cum honore omni Ale- » xandriam cum remissurus. Ad hæc verba, lite- » ras quoque eiusmodi ad illum addidit. Victor » Constantinus Maximus Augustus, Ario, Iampridé » rie Arim. firmitati tuz, vt in + aulam nostram venires, & > cospectu nostro fruerere, significatum est. Quod ... te illico non fecisse, valde miramur. Iraq; publico » vehiculo conscenso, ad nos venire propera, vt be = neuolentia curáque nostra adiutus, in patriá redire queas. Deus te seruet, dilecte. Date ante Quint. Cal. Deceb. Hac imperatoris est epistola. Mi hi autem admirari in mentem venit, ipsius de vera pietate ardorem & zmulationé. Apparet enim exiis quæ scribit, sæpius illum ab eo ad pænitentiam excitatum esse. Quapropter eum reprehendit, qui multoties literis admonitus, ad veritatem E non redierit. Ille igitur literis eis acceptis, cum Eu zoio Constantinopolim venit. Erat autem Euzoius diaconus, & ipse ab Alexandro exautoratus, quum Ario presbyteri dignitas adempta est. Imperator in conspectum suum admissos, an fidei promulgatæ assentirentur, rogauit.atque illis id asseuerantibus, libellum eos offerre iussit, qui eorum de Deo sententiam complecteretur. Tum illi declinata priore via, quam sententiis quibusdam inueniendis inicrant, simplicibus aliis notísque divinitùs inspirate scripturæverbis, nouam formulă & expositioné texuere:iureiurando con firmantes, ita se ex animo credere & sentire, neque aliter vnquam sensisse. Scriptum id hisce ver bis conceptum fuerat. Piissimo Deique amantissimo domino nostro Imperatori Constantino, Arius & Euzoius. Sicuti Deo grata pietas tua Imperator domine præcepit, ita in scripto exponimus fidei nostræ professionem. Et coram Deo testamur, sic nos, omnésque qui nobiscum sunt, quemadmodum subiecimus, credere. Credimus in vnum Deum patrem om- F nipotentem. Et in Dominum Iesum Christum filium eius, ex eo ante omnia secula genitum, Deu verbum, per quem omnia facta sunt, quæ vel in cœlo, vel in terra sunt, qui venit, & carnem assum plit: qui passus est, & resurrexit: qui reversus est in cœlos,,& rursum veniet iudicaturus viuos & mor tuos. Et in spiritum sanctum, & carnis resurrectionem, & vitam véturi seculi, & regnum cœlorum: & vnam ecclesiam Catholicam Dei, quæ à finibus ad fines mundi est. Hanc verò fidei persuasioné ex sanctis Euageliis accepimus, dicente Domino discipulis suis: Euntes docete omnes gé tes, baptizantes eos in nomen patris, & filij, & ipi ritus sancti. Quod si non ita credimus. & verè recipimus patrem, & filium, & spiritum sanctum, sicuti cuncta Catholica ecclesia, & sancta scriptu ræ docent, pro eo atque omnino persuasum habe mus, iudex noster erit Deus, & nunc & in venturo illo die.Itaque pietatem tuam, Deo dilectisime Imperator noster, cohortamur, vt nos, qui ecclesiasti sumus, fidémque & sententiam ecclesiæ & sacrarum scripturarum obtinemus, per pacifi-

† aw tilltai Euccatur in rialem Con-Rantini lite searist dev.

Secret.lib.1. 64P.25. Benigna lite interpretatio

Arius & Enzoim ad Imperatore reniuns.

Libellus pfef Sionis fide Arÿ 🖝 Еихоў Са



1 m perator Costantinus per credulita tie errore for mulă hanc fi dei ecclesiasti ca concordia caufalandat: eámą; conen twi episcoporii Hierosolymitano per pendendam mittit. † Tar KU Plar THE LERANGIAS Ensebiani ibi Armm & Euzoium B recipiunt, & dos comédát.

TEPHRION XCL eiv, mizza a jis emiga MYNAMICAE.

A cam & divinam pietatem tuam, matri, videlicet Ecclesia, vnias atque coniungas, quastionibus, & quæ ex quæstionibus oriuntur superfluis, & ad ré non pertinentibus verbis accisis: vt & nos & Ecclesia per pacincationem inter nos conciliati, solitas preces pro pacifico & pio imperio, totaq; familia tua communiter omnes peragamus. Hoc scriptum nonnulli insidiose compositú dicebant. Illos nanque verbis quidem ecclesiæ conciliari,ni hilominus tamen prioribus opinionibus suis inhærere, verborum ipsorum significatione id satis declarante, ambiguè in veranque parté inclinantium,& ad ancipitem sensum vergentium. Imperator autem existimans eos Nicænis decretis assen tire, supra modum læticia efferebatur. Verunta men ante legitimam, pro recepto more, explorationem atq, inquisitionem corum qui summă + rei ecclesiastice tenebant, sibi hoc non sumpsit, vt illos ad communionem admitteret: sed ipsos ad eos qui tum Hierosolymis couenerant, episcopos misit, quibus significauit, vt nouam illoru formulam expéderent : humaniter perspicere iubens,siue illi rectè sentientes per inuidiam circumuenti insidias pertulerint, seu malè opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tandem acquiescerent. Eusebiani porrò + comodum nacti tempus, imperialium literarum prætextu, + Synodo nondű acta, ad communionem eos admisere. Asque hoc quum fecissent, Imperatori rem eam infinuarunt: & ecclesiæ Alexandrinæ, Ægypto, & Libyæ om ni, episcopisq; & clericis earum scripserunt, vt no grauatè cos reciperent:quorum & imperator ipse piam fidem este testaretur, cuius etiä fidei formulam epistolæ suæ adiunxerűt,imperiali iudicio Sy nodi calculum addentes.

#### C APVT XLVIII.

Oc modo Arius Alexandriá ve-

勒克克西山路 Pas Kala-GELUÄ ÄAUP THE WANTED Zv. Neepho. אן וסד עום ל પ્રદુલે લ્ડાલ્ટર મેં પ્ર**ત** -TAGELUA TRE es<del>our</del> es<sub>t</sub>e lyng Andeing igi-VITO: SOCTAL. 46.1.14.27.

Imperator 1-

dignasur.

Exiliä . thanasie mi

nit. At enim + mendacij molitio veritati succubuit. Tantu naque abest vt cum sacer admiserit Athanasius, vt etiam perinde atque piaculum aliquod sit auer latus. Arius ibi manens, bærelim rursus comoucbat. Et Eusebiani Athanasio scripserunt, & imperatori quoque vt scriberet persuaserunt, vt ita ille rem, quo Arius reciperetur, moderás administraret. Id verò Athanasius facere omnino recusavit. & ad ipsum imperatorem literas dedit, fieri nullis modis posse, vt ij ad communionem admitterentur, quos tam frequés Synodus, propter veræ pietatis fidem proculcată, anathemate notasset: præcipuè quum non legitime, pænitentia ac conuersione interueniete, resipuissent. Id imperator grauiter tulit: maximo enim studio ad sarciédam eçclesse concordiam incumbebat. Itaque Athanasio rescripsit, ne quem ab ecclesia arceret. Ac si contemptim iussa sur acciperet, missurum se eò, qui il lum inde exigerent, est minatus. Qua de re particulam epistolæ Constantini annectere scripturæ huic libet, quæ sic habet. Quum igitur volutatem meam perspectam habeas, omnibus quicunq; in-

trare in ecclesiam volent, liberum præbe ingressum. Si enim cognouero quenquam à te ab eccle " sia repulsum, aut ab introitu eiusprohibitum esse,

præsto ibi confestim erit, qui à me missus, iussio- D ne mea exautoratum te ex eis locis deportandum curet. In hanc sententiam Constantinus scripsit, vtilitatem publică in consilio habens, & ecclesiă scissam videre nolens. Athanasius auté quum imperatori denuò scripsisset, non esse participadam cum Arianis communionem: rurlum Ario immi nens, Alexandria eum expulit. Tum demű Euse biani animaduertentes, le voti sui impotes fore, nisi episcopatu Athanasius detrusus esserbatum imperatoris aduerfus illum animū, in occa sionem consilij desiderisque sui perficiendi arripuerunt. Erant autem qui contra sanctum virum conspirauerant: Eusebius Nicomedia, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Vrsicius Singidonis, & Valens Mursorum, Pannoniæ episcopi. Quum verò non satis occasionis haberent ad tantam calumniam, exMelitianis quosdam accusatores eius pecunia clàm conductos subornarur. Ac primam apud imperatorem a Essione, Eudamone, & Callinico, Melitianis episcopis calumniantibus, illam accusationem sustinuit, quòd Ægypto lineam vestem Alexandrinæ ecclesiæ pendendam imperas- E set,& tributum exegisset.Quam sanè calumniam apud imperatorem, quũ eum + fortè fortuna aliã ob causam Nicomedia conuenissent, Alypius & Macarius presbyteri falsam esse coarguerunt. Imperator ergo delatores literis perstrinxit, Athana sium auté ad se euocauit. Nondum autem ad Con stantinu venerat, quum ei Eusebiani aliud crimen intendêre: insidias eum clàm Principi tendétem, Philumeno cuidam arcam auro referram misisse. Quam rem vbi imperator meram itidem esse sycophantia manifestò deprehendit, in Psamathia, quod ex suburbiis Nicomediæ vnű est, tum agés, cum ingenti honore Athanasium Alexandriam remisit: literis datis, quibus omnia quæ in hominem dicta fuerant, ementita esse ostendebat : & insuper testificabatur, perhumanum eum ac rectè credentem planeque dininum esse virum, qui ppter inuidiam crimen sustinuerit, & superior tamen accusatoribus euaserit. Cohortabatur quoq; multitudinem, ne dissideret, sed modis omnibus concordiam conscetaretur, & Deum suspiceret,

Atque ille quidem talia scribendo, pacem con- F ciliare studebat. Melitiani autem & Ariani crimina alia aduersus Athanasium instituerut. Quorum vnum erat, mysticum eum comminuisse poculum,facram menfam euertiffe,& diuinos quofdam libros combussisse. Alterum verò, Arsenij cuiusdam Melitianorum hæresis episcopi, quam ei amputauerit,manum secum habere, + per quã prodigia ederer. Arsenium porrò apud presbyterum quendam Patrinem nomine in monasterio quoda cum cura & diligentia occultantes, humanitate benignitatéq; omni fouebant, vt tectus ibi maneret, & neutiquam in publicum prodiret. \* Res \* Arsenij huius Ioannes etiam monachus

\* Hapterivase of agree tadutan natagoplan ach indunes plinaxie Tis & 7?apiu.vos. Sozom.lib. 2.cap. 23.boc est, Institutus verò ad einscemedi quoq; crimonationem est Loannes monachus quidam ac-

Arsenium hunc Eusebim lib. 10. dicit aliquando Athanafy lectorem fuiffe, & ob noxam quandam castigationem verith profugife,& latuiffe,cap.17.

Benigna 747 boram Confantini inserpretatio. Arine ab Albana Sio Alexan dria exigitar Enfebrant confilium, ve Athanafia episcopatau abrogetur,ca Calinistores aduersus eis apud impera torem Subor-Prima calinia no predie A Al. Eusione habet. אינו שו שו או KOVTO. Ni. ceph. Tits TO ZHPOS IV VIKO pendulatoyxdoor Tis So લ્ટલ, જા કુંખ્યુવે Neq; në secũda, crimen masestatis la Sa Athanasie intentans.

Imperator ho mestè cum p-Lixa com datione Atha 104 siū à se Alescandriă re mittit. None aduct ∫m Athana-Simm Arianorü & Me litianorii cri minationes, SACTOTUM pphanatorum cadu 🕁 ma gicarum attium, Ischyras libi ipfi facerdota lem ærrogans dignitatem, Albanafis accufator. † 750; μαγά. ME TIVES. SOcrat, boc est. Magie gra† ekette 2-pole in Piaesfire tolere

† ik Geruba bace loca راوون Cistanti earom ad enfin Atha safis inflite B tari calam – niarum Dal naivo iedi em delegat, ciling; Enfeb. Tomguide affefo. \* Legadom puto Cafari, ex Entresi qui de Côft Z no scribit: Tricinalibus fun Dalmao fratris fai filis Caform legit. in Catalogo Cursia Ro . พาลี, 25. Impery Com fantini confal reperieur Dalmarian Cajar.

> daerfariorii nii afafo. icedā is aa, & }brofle. rnbåg. T 70 NOTES, Nicep. Time,

A criminator adornauit. Et autores rei istius technis insidiísque talibus structis, vbique obambulabant, sermones serentes, & Athanasium traducen tes. Vehemétius verò in eum inimici eius inuehebantur:&Ischyras ille maximè, qui in Marcote co lebat, quæ regio Alexandriæ est, plures frequentésque habens vicos, in quibus multæ & magnæ sunt ecclesiæ episcopo Alexandriæ subiecte, cuius vrbis censentur esse parœciæ seu viciniæ. Ibi ages Ischyras, + sua sponte & ex sese natus domo pdierat sacerdos: quod quidem facinus pæná omnem longe supergreditur. Qua in reab Athanasio deprehensus, quum in eum inquireretur, fuga sibi cosulens, Eusebianis Nicomediæ est iunctus. Atque illi, pro eo quo aduerfus Athanafium ardebant odio, veluti presbyterum susceperūt, episcopali se eum dignitate ornaturos polliciti, si accusa tionem Athanasio intenderet. Ille sanc to ca quæ dicta erat, facile instituit. Imperator portò his ver

bis auditis, \* Censori Dalmatio fratris filio res Antiochenas in Syria administranti scribit, vt de eis rebus iudicet, iustasque exigat pænas. Mittit quoque ad eum Eusebium & Theognidem, vt eis assessoribus iudicium de Athanasio peragero. tur.Quod vbi Athanalius exCenfore, qui eŭ euocauerar, cognouit, secu ipse perpendens quàm arduum sit causam dicere apud minus beneuolos& æquos indices: illorum artibus aduersus eos concertat, & modis omnibus veritatem minimè oppressum iri sperat. Et quia difficile ei videbatur, ré omnibus probare, Arlenio non coparente:& iple secum reputabat, non aliter se innocentiam suam declaraturu esse, nisi vivere eum osse deret, quem ipsi mortuu esse asserebant, ex familiaribus quendam diaconum in Ægyptű mittir, qui Arlenium quærat.Ille postquam Thebaidem peruenit, vbi ageret cognouit : apud Patrinem scilicet, qui eum occultabat. Atque ipsum quidem ibi non inuenit; aduentu enim diaconi cognito, in inferiore transierat Aegyptum: Patrinem autem, & simul Elia, qui illum aliò traduxerat, assumptum, Alexandria adduxit. Qui ambo apud præsidem, viuere Arsenium confeisi sunt, qui ab ipsis antea occultatus, C eo tempore in Aegypto esset. Hæc ad imperatore quoque sunt relata. Is Athanasio scribit, suadens, vt cum cura epilcopatum retineret atque administraret, Meletianorum delationes non metueret. Et præterea dignas pænas legibus persoluturos esserent, qui tam gravia auderent, & quiescere quidem nollent, tumultus verò in ecclesia concitarent: eos scilicet homines, qui non modò bonis atque innocentibus per inuidia insidias struerent, verum etiam + ordini verzque pietati detrimento essent. Hæc quum ad Athanasiu scripsisset, publicè is epistolam recitari iussit. Melitiani in metu coniecti, + deinceps minas imperatoris vertetes, conquienerunt. Et ecclessa in Aegypto pacata est, que à tanto Pótifice administraretur. In dies quoque ea augebatur, frequentiórque fiebat: o multi ex superstitione etiam Græcorum ad fidem accederent, & populi toti ad Christianismum aggre-

C SPYT XLIX.

On longe deinde post, aduersa- D Cogitur Ca on longe acinat poit, acuniciorum technæ rursum Athanasio negotiŭ exhibuete, odiúmq;
apud imperatorem creauere, Ná
accusatoru turba coiit. A qui-

accusator urba coiit. A qui-bus vix tandé imperator permo tus, Synodu Czlarez Palzstinz cogi iusit. Quò euocatus Athanasius, ad mensestriginta aduetum suum distulit, eius qui ibi sacris presidebat Eusebij Paphili, & cognominis ei Nicomediensis, factionisque corum dolum suspectum habens. Atq; eò quidem venire supersedit : postea verò acriore ei adhibita vi, Tyrum venit. Imperator nanq; ad dedicandum Hierosolymis templum, quod ipse costruxerat, Synodum congregari iusserat: quò, vt + spectaculo essent,Eusebius,& qui factionis eius erant, cum multo & regio apparatu ibant. Eam Synodum imperator ex itinere Tyrum divertétem, prius Athanasij causam discutere iussit. vt iurgiis nugisque omnibus è medio sublatis, pacation bus animis templo Deo consecrando, † mystica sacra perficerent. Tum auté trige simus imperij Có E stantini agebatur annus. Et aderant ex episcopis Orientalibus sexaginta numero, quos Dionysius Consularis coegerat. Eò \* ferreis catenis vin-Aus ex Alexádria Macarius presbyter, militari eu ducéte manu, venit. Athanasius autem citatus, pri mum quidem moras nectebat, non tam criminationes timens, quam ne quid de fide aliter quam in Niczna Synodo decretum fuerat, nouaretur ca uens. Veritus tamen imperatoris literas, quæ,nisi sua sponte veniret, inuitum eum vi eò abductum iri minabantur, Tyrum venit. Dei auté prouidentia quædam,qui mottuus dicebatur, viuum Arfenium cò quoque ire impulit. No enim rationem habuit vel acceptæ à sycophantis pecuniæ, vel eorundem de occultatione mandati, quin Tyru ipse quoque clàm veniret, quémnam tandem finé res habituræ essent, cogniturus. Porrò Archelai consularis ministri in caupona quadavino & ebrietati vacates, quum ex quodam, eum qui interfectus esse dictus tuerar, Arsenium adesse, & in quadam domo latitare audissent, rem hero renunciarunt: qui cam statim inquisitam atque copertam pres. F fir, certamque reddidit: & Athanasiú secretò per internuncium fidelem, bono animo esse iussit, p viuens scilicet Arsenius adesset. Atque ille præsens, † quum iam in potestate corem esser, cum se esse pernegabat. Paulinus auté Tyri episcopus, qui hominem iamdudum nouerat, ipsisimű eum esse profitebatur. Et prouidétia quidem rem cam disponens, sic est moderata. Athanasius verò postquam citatus apud Synodum constitit, crimina sibi obiecta partim diluit: partim vt de eis amplius dispicerer, dilationem petiit, (valde nanque difficilis & impedita ei res erat, qui accusatores apud iudices gratiosos esse, testes multos ex Arianis & Melitianis, sententias illorum comprobantes, dispositos: & delatores in eis criminibus, de quibus ipse cos couicerat, venia dignos iudicatos esse videret: ) potissimum verò in accusatione de Arsenio: & rursum de muliercula quadam, quam muneribus datis inuitam noctu vitiasse arguebatur. Quas sanè ambas deinde ridiculas esse ostendit. Siquidem deinde, quum mulier in medio con silio assistens Athanasis incularet, presbyter quie

ft ing eperum conent w, Athanasy can Sa: sed u eò non ranit. Conentance. rum aline de dicandi tëpli Hierofelymitani gra-† Sime zden.

IsTyrii insie imperatoru, ve ibi Ashamafii canfa discutiat, dipertit. † iziBarteia. Isa esã Coveris Riensine fortamy ftica dicta funt. \* sidupodisμi<del>O</del>. Macarine Alexădrimm presbyter vinctus Ty-Tũ adducisur Venit co Athanasim. Isam Arfo miw. Athanafe<sup>\*</sup> Arfeviuma Tyri adeffe, centior fit. 1 by xups ) 24. VILLY OFA Augdely, Socrat.lib.z.ca. 18.hoc eft, captus. -scoofatio! пй саркарію FA,qua Alba Rajo junt in titata , apud Sozom inne Binatur, lib. 2.cap.25. Suffetti em no ex parte Athanas y dicion.

corè 🖝 sa

Ar [onia uoq; viu<del>um</del> exhibens.cedu crimen re fellit.

すかないる.

В

\*

Tapired-I udiciúl schy re or Ashanafy.

† townas.

Missiem ab ерусори Ма resten quidă, qui in re pra lenti caufa Statum inqui rant. † excusping.

ואניפא או ל ese idian. Athanafi" eša in indecio finifire agi cernes, adim peratorem co fugit. Ta movempe. sime.

C

† 64 m 70%-70 satifikts SLY. Testificatio suspecta. "Athanafi" 71 cölumax damnatur, Dignitas cidem abrogaA dam Alexandrinus Timotheus, qui ibi aderat, sicuti ei cum Athanasio clam conuenerat, causam scilicet perinde arq; propriam in se recipiens: Itáne tandem, inquit, mulier à me tibi oblatum esse vitium dicis? atque illa, An verò non à te? (ipsum digito demonstrans) dixit : tépore quoque & mo do, vt vis ei illata esset, adiecto. Et hoc quidem crimen, vt ridiculum, sic facile est refutatum. Deinde manus Arfenij producta: & accufatio no iam verbis, sed factis instituebatur. Illeverò dextrè ad\_ modum & prudéter criminationi obuiam itt. In\_ terrogauit nanque, an ex præsentibus quisquaArsenium nosset? Atque nonnullis, nosse se cum dicentibus: Arsenium in concilium adduxit, sub ve-Re manum vtranque tegentem. Et tandem: En vo bis, inquit, mortuus præstò adest. atque vna illius, mox quoque altera producta manu: En, ait, At senium habetis, manus duas habentem : tertiæ auté locum vbi quis inueniat, accusatores mihi ostendant. Deus siquidem conditor in principio homi nem prorsus + trimanum no creauit. Calumniis his apertè ad eum modum confutatis, doli architecti reru suarum satagetes, turbæ se immiscuere, & fuga sibi cosuluere. Et crimé quidé hoc à se Athanasius, Arsenij vita remouit. Deinde Ischyram + exceptione repulit, in primis & presbyter non esser. Insuper etiam, no debere quenquam ab inimicis iudicari,allegãs,Eulebianos fubmouit.Et quum alia quoque accusationis capita in medium proferrentur, visum concilio est, Marcoten ire: vt † in re præsenti, quæ in cotrouersiam erant dedu-Ca, inquirerentur. Vt verò ad rem inuestigadam electi funt, quos Athanasius per exceptionem iudices reiecerat (mittebantur enim eò, Theognis; Maris, Theodorus, Macedonius, Valens, & Vrsicius )ipse reluctabatur, & apud vniuersum concilium, rem eam + insidiosam esse in molitionem, vociferabatur: ac si accusator vna cum suspectis & inimicis iudicibus adesfer, iniquum id + vniúsque tantum partis iudiciú esse protestabatur. Hec quum ille dicerer, neque quisquam, ac ne Dionyhus quidem consularis rationem eius haberet, atque insuper metueret, ne manus sibi per vim & cædem afferrent, ex consensu eo ad imperatorem profugit. Postquam qui Marcoten missi fuerat, rediere, atq, † ad testationes vniformes, sub vna scilicet persona, vera esse quæ aduersus Athanasiú accusator dixisset, confecere: Synodus primum eum nullo defendente, † veluti contumacem co demnauit: deinde etiam sententiam, qua ei dignitas Episcopalis abrogata est, tulit, in qua sententia virum conviciis multis vt seditiosum, & Ægyptű motibus turbulentis implentem prosciderunt: si-., mul & de muliercula illa,& de Arfenij cæde probrum prætermittentes. Ad omnes quoque locorum omniú episcopos literas dedere, ne vel ser

\* Ischyra, seu Ischyrionia (ita enim eum Sozomeneu uon causa in co statu suit. Arrogabat is sibi & vsurpabat sacerdotic dignitatem, & qua presbyteri sunt munia obibat. Euro verò quano Athanassus in facto stagrants mysticu sacru operantem deprehen-disset, mensam sacram euertie, calicum confregit, & impiam temerary hominu audaciam inhibuit. Qua de re accusante Ischyra, Asha-nasim causam apud iniquos indices dixit. Actas nostra multos vidit Isthyras, Athanassum nullum. Porrò Athanassus ca que modo dicta sunt per Macarium presbyterum Ischyra examorando git,qui & ipse è rinculu causan dixit.

mone vel vsu &commercio aliquo cum eo com- D municarent, néve ei Alexandriæ esse permitteretur. Verum quoque elle asseruerunt, mystici pocu li comminuti crimen: & accusationu capita quæque attingentes, singulari quadam arte caluniam pertexuerunt, sycophantas conuictos silentio tegentes,& accusatores eius omnes laudantes.Ioan ni quoque illi qui Melitio successerat, sectatoribusque eius, aut quicunque ex clero eius erant, ho norem dignitatémque tribuêre. Ipsum etiá Ar senium, qui cæsus esse dicus fuerat, receperut: qui tum quoq; Melitianoru sectator, & tang Hypselopolitarum episcopus, iniquæ illi Athanasij abro gationi subscripsit. Qua in re illud nouum mirúmque vilum est, p qui ab Athanasio iugulatus esse dicebatur, is viuens, quatum in eo situm erat, Athanasiŭ exautorando iugulauit. Hoc tam iniustum insanúmque iudicium, multi etiam qui ibi affuere episcoporú deprehendere. Nam Paphnutium confessorem tum præsentem, dicunt, apprehensa Maximi Hierosolymitanæ ecclesiæ anti stitis manu consurrexisse, atque veriq; minus con uenire arbitratum esse, qui cofessores extitissent, E oculólque propter sermonem veritatis esfossos, & articulorum iuncturas mutilatas circuferrent, vt commune quicquam cum prauis improbisque hominibus haberet, & aduersus vere pietatis propugnatores sententiam ferrent.

CAPVT L.

O tépore, quo & trige simus im-

perij Constantini annus comple batur,&templum Hierosolymis in Caluariæ loco magnificentis simė absolutum suerat, quod ma gnum martyrium dicitur:Marianus quidam ampla dignitatevir, ab imperatore cu literis ad Synodum venit, quibus quàm celerrimè Hierosolymă adire, propter sacri eius templi dedicationem iubebantur. Atque illi protinus vt po tuere,Hierofolyma contenderunt, difsidio atque discordia omni seposita, templúmo; ipsum dedicarunt,donaria fimul & ornamenta ab imperato. 🗜 re milla maximi prorlus precij conlectantes: quæ longo fanè pòst tempore ibi fuere,stuporé & cõsternationem plané spectatibus conciliantes:tanta illorum erat magnitudo, tantum precium. Erat is decimusquartus mensis Semptembris dies, qui ab eo tempore in ecclesia Hierosolymitana quotannis publice ab omnibus festus & celebris agitatus est, octo ex ordine diebus couentibus celebrandis. Quibus diebus ex omni terraru orbe homines eò conueniunt, & ad festos conuentus con currunt, arcana sacra peracturi, & loca sancta cognituri. Deinceps verò & decantatam illam ibi e2 gere Synodum, in qua Arium & Euzoium suscepere: Imperatoris videlicet literis adducti, quibus ille recte eos de fide sentire significabat. Scripse runt illi quoque ad ecclesiam Alexadrinam: multam esse, odiis discussis, ecclesiis pacem conciliată: Arium resipuisse:cumq, accepto ab homine ponitentie libello, ritè susceptum, prorsus in ecclesie

poteltate elle Acta ca ad imperatorem etiam retu

lere.Atq; illi quidem hæc sic † egere.Athanasius

autem Constantinopolim contendens, de iniuriis

Arfenia q; opfe Athe lat. P, aphuaci Theban or Maximus. Hierosoly-mitan episco

pi,permerfa

hoc iudicin

Epifcopi Ty to Hierofoly ma ire ii tur, ad teplü nove Hiero

Anniwersa tim Emales tionu fancta Crucu dies. Profestio Hierofolymi ta**n**a religiomi erzò. Suprà cap 47.ad. † Proferipsi ı¶e ∆fıã obsignificantes.

n thanasii ad imperate rem Conffice tinum preces.

Secret lib.z.

cap.33.

Collections
concert Ty
rum epifropericonft =
cuocat.
Mens rexan
di repida res
dininas perprice nequi,

igopev.

† sperieudes

m qifa

-المنه والتأ

ربعة مربة هاا

who of the

iwymieri.

Describi in

effusfe glo-

TONETTO.

A quas acceperat, apud imperatorem est quiritatus. Et quum ibi nonnulli qui cum sententiis suis danauerant adessent, illud ab imperatore supplex pe tiit, vt rerum Tyri de se actarum in eius præsentia inquisitio & iudicium fieret.Porrò imperator Athanasium æquum petere censens, ad episcopos qui Tyri conuenerant, eos ad se venire iubens, in hæc verba scripsit. Ego quidem quæ sint res à Sy nodo vestra per tumultum, & quasi procellam quandam iudicatæ, ignoro. Videtur tamen quodammodo tumultuanter per inordinatam consul tationem veritas esse deprauata, quòd scilicet vos propter nugandi aduersus proximos studiu, quod quidem inuicum esse vultis, ca quæ Deo placita fint, peruidere non possitis. Enimuerò diuinæ, puidentiz fuerit, vt quum contentiosi ardoris vitium manifestò deprehensum discutiatur: tum apertè nobis declaretur, num in couentu isthic ve stro curæ vobis veritas fuerit, & res absque odio & gratia sint iudicatæ. Quam ob causam vt propere ad pieratem nostram veniatis volo, vt & rerum àvobis actarum exactam rationem nobis ex hibeatis, & de vobis ipsis satisfaciatis. Qua re autem vt hæc ad vos scriberem, & vos per literas ad me euocarem, adductus fuerim, ex verbis sequen tibus intelligetis. Ingredienti mihi iam cognomi nem nobis & modis omnibus felicem vrbe Con stantinopolim, (accidit autem vt equo tum veherer) derepente Athanasius episcopus, cu aliis quibusdam quos secum habebat, in media publica via, ita præter expectationem obuius est factus, vt consternationis etiam præberet causam. Testem autem facio + inspectorem rerum omnium Deum, me illum primum qui fuerit non nouisse: donec nostrorum quidam quis esset, indicarunt. Atque quibuldam de iniuriis quas sustinuit eum percunctantibus, quææquum erat renunciauit. Ego quidem eo tempore cum eo verba non feci, neque colloquutus sum. Vbi verò ille id postulauit, ego autem denegaui, parum admodum abfuit quin eum reiici iuberem: ille tamen cum mul ta libertate nihil peteret à nobis aliud, qua vt vos præstò essetis, quò necessitate vrgente, in præsentia vestra, quæ passus eslet, satis deplorare posset, & ego id rationi & tempori conuenire duxi, perlibenter hæc ad vos scribi præcepi, vt omnes quicunque conuentui Tyrio interfuistis, citra procra stinationem, in \* aulam mansuetudinis nostræ venire acceleretis, & rebus ipsis iudicationis vestræ sinceritatem & veritatem, me cognoscente, declaretis: quem sanè germanum Dei samulum esse non negaueritis. Per meam certe quidem erga Deum religionem, pacata sunt vbique omnia. Quin ipsi etiam barbari nomini Dei ritè laudibus benedicunt, qui hactenus veritatem ignorarunt. Manifestum autem est, + qui veritatem non no. rit,eum neque Deum nosse. Veruntamen, quemadmodum modò dixi, & barbari per me germanum Dei ministrum, Deum cognouerunt, & metuere didicerunt . Ipsumque me vbique tutati, & rebus ipsis mihi prospicere senserunt . Vnde maximè Deum norunt, quem illi quidem propterea quòd nos metuunt, colunt: vos autem, qui arcana facra benignitatis eius \* præferre (quid enim dicam + servare?) videmini, vos inquam nihil agi-

tis aliud,quàm quod ad discordiam & odium fa- D cit,& quod(vt simpliciter dicam) ad generis hu- ... mani exitium refertur. Verùm properate, sicuti di 👊 &um est, & ad nos quamprimum omnes venire ... maturate: illud persuasum habetes, omnibus ner » uis conaturos nos esse, vt iis quæ corrigenda sunt, " emendatis, in lege Dei omnia ritè seruétur, vtque » eis neque probrum neque praua aliqua opinio » & suspicio inhærere possit: dissipatis nimirum, » prorfúmque attritis, atque adeò fublatis omnino " legis inimicis, qui quidem sub prætextu speciosi " nominis, varias atq, omnigenas prebent blasphe- o mias, & obtrectandi occasiones. Talia impera-., tor quum scripsisset, alij quidem episcopi maximo territi metu, pro se quisque domum redibant. Eusebiani autem se in oculos imperatoris ingerétes, iustam esse Synodi sententiam asseuerarunt. Et multis in Athanasium conniciis coniectis, non iam de poculo fracto, aut menía, aut viui hominis brachio, quòd vera ea essent, instabant : sed ad nouam aliam confugêre calumniam. Minatum enim esse Athanasiú dixerunt, inhibituros sua sua- E sione Ægyptios esse, ne frumentum pro eo atque Constantinus sanxisset, quotannis Alexadria Con stantinopolim subueheretur : eaque verba audiuisse Adamantium, Annubionem, Arbathionem, & Petrum, episcopos . Hæc allegantes, causam ca lumniis obtinuere. + Sæpenumero nang; mendacium vincit, quum is qui calumniam struit, bonæ fidei opinionem consequitur. Confestim igitur imperator iracundia correptus, in Galliam ad Treuiros virum proscribit. Idque ita fecisse Con stantinum opinio est, non tam quòd vera esse que in eum dicta fuerăt, crediderit, quam vt ecclesiam ad vnitatem & episcopos ad concordiam perducerer. Quod quidem aliter fieri no potuit, nisi Athanasius relegaretur. Communionem enim Arianorum omnino auersabatur. Atq; ille ad eum quidem modum ad Treuiros in Galliam est ab-

Rufebiani sätü episcopi Constantine polim reniüt

128/76e
minaus ?

"Jesic, stav s
einkaner to
agiomisov
ixa.

Athannfine
calumnin no
nie Enfebiamorii circumnentme Confrantino cenfente, ad Tre
miros relegatur.

### CAPVI II.



Rius autem Hierofolymis Alexan F driam rediir. Quumverò eccle sia Ægypti nihil sibi comunionis cum eo esse vellet, ille cum sectatoribus suis denuò turbas ciere, & hæresim suam fraudulenter sere-

re cœpit. Plebs quú ipsius reditum, tum pastoris sui exilium grauiter tulit. Ac imperator vbi Arij sententiam pravam esse cognouit, Constantinopolim hominem vocauit, perueríz opinionis cœptorumq; suorum rationem redditurum. Costan tinopoli populus in duas partes discesserat. Atq; ij quidem nihil prorsus de Nicænis decretis mutandú esse dicebant, alij autem Arium recte profi teri contendebant. Et maximo in vrbe motu exci tato, homines pleriq; vt conuentus cogeretur, co nabantur. Alexander porrò Constantinopolitanæ ecclesiæ antistes, qui dudum Metrophani successerat, vir præter cæteros Dei maxime amans, vt motum eum sedaret, nihil non experiabatut. Quod vbi ei min' fuccelsit, in maximu fe demilit certamen. Et quu quod faceret aliud no haberet, Armu Ale
mandriam re

merfus contémitur.

I de Conftan
tinopolim ab
imperatore
enocatur.

Conftantino
poli quoq; in
religione diffidetur.

Cotentio Alexandri Co frantinopolitani episco pi & Euseby Nicomediensis, de Ario-

Conflituitus Alexandro dies, que Arium in com admittat.

Alexander ad preces com fugut.

† 74 OVELAGE हाक अदेशकात्र का 24. Alexandri precatio contra Arium.

a Precatme eft Deum, ve vel animam Suam Suscipe ret ,ne comu nione Arÿ contaminare tur:vel inopi natum quidqua faceret, good or fa-Etum eft. Epiph. b Atim Ni eanis decretis apud Cöstäti mopelim subfaribit. 🕇 लकाडारळेडू. Subscriptionë dole male per instantandi cofirmat. Socrat.lib. 1. cap.38. Vindicta di aina aum cisequitur. † Tale siguse-KĀR ĀTOWA-MAGE.

Constantini forum,

A pacem & communionem cum Ario tum depreca tus est. Nefas enim esse, miniméque consuctudini ecclesiastica couenire dixit, qua ab ipsis atque eis etiam qui ex terris omnibus que sub sole sunt, Ni cæam concurrerant, decreta essent, abrogare. Eusebius autem post conuicia multa aperte minabundusgrauia ei denunciauit, nisi ad certum diem Arium in communionem admitteret. Asque co enim si esset, ipsum quidem extorrem ab ecclesia futurum, successorem autem eius cum Ario com municaturum. Hæc vbi sunt dica, tum quidem colloquio soluto discessere: Eusebius quidem etiam atque etiam, vt quæ minatus fuerat, ad exitum perducerentur moliens: Alexander verò,ne ad rem conferrentur, quæ fremens ille denunciauerat, precationibus incumbens. Quem, non tantum vt ipse exautoraretur mouebat, quantum ne quid de doctrina mutaretur folicitabat. Pertimidum eum maximè imperator faciebat, qui quodammodo in aduersariorum verbis acquiescete , videbatur.Itaq, in ea folicitudine & anxietate tre pidans diuinus senex, rebus omnibus posthabitis, & arti disserendi nuncio remisso, festinabundus+ ad sanctius confugit sacrarium, iciunio & orationi sese dedens : neque quidquam rerum earum re mittens, quæ ad placandum exorandúmq; Deum facerent. Et in ea ecclesia que Pacis cognomé obtinet, se clausit: & ore in sacram sanctioris sacrarij mensam procumbens & lachrymas, continuè dies nocésque orauit. 2 Cuius illa fuit oratio, vt siquidem opinio Arij vera esset, ne ipse constitutum conventui & communioni videret diem:sin quam iple coleret, sententia maximè veritate nite retur, vt Arius dignas lueret pænas, veluti maloru in professione fidei omnium autor. Sic epilco pus Alexander precabatur. Sed & imperator periculum de Ario facere volens, in regiam suam eum accitu, num & iple Nicznis decretis allentiretur, rogauit. Atque ille, citra moram & deliberatione omnem, in conspectu Principis b, decreto Synodi callida simulatione subscripsit. Factum id admiratus Colfantinus, iureiurando quæ scripserat confirmare eum iussit. Quod & ipsum confestim + dolosa adhibita fallacia, sicuti eos qui de hac re C memorat, dicere audiuimus, fecit. Quod nanque suam de divino numine opinionem Arius in chat ta descriptam sub axillis in sinu ferebat, ita se verè sentire, quemadmodum scripsisset, iurauit. Quare imperator persuasus, Alexandro, vt Arium recipe ret, seuerius mandauit. Sabbathum erat, & postridie vt ad communionem admitteretur Arius, expectabat. Verùm vindicta nequaquam morata est, quæ vestigia eius qui tam + absurdis cauillationibusvius esset, in pedibus ipsis est insecuta. Ex imperatoris palatio à quibusdam Eusebij satellitibus Arius deductus, per forum insolenter gradiebatur,& per mediam vrbem venditans sese inferebat. Postquam ad Constantini forum ventu est, vbi ingens illa Porphyretica Costantini ipsius columna magnifice in altum excurrit (lerum autem dici erat) timor derepenté ex conscientiz vulnere Ario incessit, eumque alui laxitas consequitur. Et vrgebatur eo casu maxime: proindeque secessum publicum, qui in propinquo erat, petit. Ibi

animo ei defecto, sua sponte incrementa effluut:

& + vi naturz constringente soluta, sedes ipsa D + porton procidit, & multus sanguis effunditur, constitutio quoque interna corporis omnis vnà cum intestinis epate & splene diffluit. Atque ita ille perit. Quum autem inde non exiret, ingressi quidam propter diuturniorem eius moram, mortuum in tædo subsellio reclinatum inuenere. Secessus is longo post tempore est ostensus retro forum & macelli porticum: perpetuáque loci eius & mortis Arij est memoria, quippe quem prætereuntes omnes digitosemper designare soliti fuerint. Diu verò postea, fama est neminem subsellio eo vsum esse. Omnes enim locum eum fugerunt, pro detestando habentes, in quo videlicet Arius impietatis pœnas persoluisset. Postea autem Arianus quidam, vir perquam opulentus, locum emit: & forma eius priore abolita, domum magnificam in co construxit, vt obliuioni resibi acta mandaretur, neq; amplius mors Arij sempiterna memoriæ successione, + veluti per Comicum ludum posteritati exhiberetur. Obitu verò eius publicato, variæ de eo hominum fuere opinio. E nes. Quibuldam enim videbatur repentina zgritudine correptus, & per animi liberiorem relaxationem, vt cui res ex sententia cecidisset, ex immenía, quæ cor eius affatim offuderit, læticia, subitò extinctus esse. Alij, impietatis dignum luisse supplicium putabant. Familiares eius, ab obtre-Catoribus ex insidiis per incantationem & veneficium necatum dicebant. Non mediocris verò animi solicitudo Nicomediensem cepit Eusebiu. Factum nanque istud non vrbem modò, sed vniuersum propè orbem percurrit, sama de eo velociore passim increbrescente. Imperator sanè re ea maiorem in modum est delectatus, & propterea professionem fidei Nicznam perinde arque à Deo ipso dictatam, magis etiam defendit, Christianz religioni mirificum in modum addictus.

Locus ipse postulare videtur, vt quæ magnus Athanasius de Arij rebus scripta reliquit referam. Que sic habent. Nam & ipse Arius heresis quidem princeps & antesignanus, Eusebij verò par ticeps & socius, studio & opera Eusebij & amicorum eius, vocatus à beato Constantino Augusto, & ab codem vt in scripto persuasionem sidei suæ exponeret flagitatus, in sibellum eam dolo malo, impudentibus de impietate sua dictis suppressis, retulit: verbaque scripturarum simplicia, ficuti in eis expressa reperiuntur, itidem vt diabolus alsimulauit. Deinde quum beatus Constantinus dixisset, Siquidé nibil præterea tectum in men te habes, veritatem testimonio iurisiurandi confirma.Vlciscetur enim te, si falsò iuraueris, Dominus ipse, Iurauit miser, neque habere se, neq, aliud quam tum scripserit, quamuis dictum aliquando ab eo sit, sentire. sed ilicò egressus, taquam pænas pendens concidit, & suspensus crepuit medius, Atque omnibus quidé hominibus cómunis vitæ finis costitutus est mors ipsa: neq; cuipia, etia si is inimicus fuerit, qui vita defunctus sit, 4 insultare couenit:quod incertum sir, an non idem sibi ante vespera accidar. Sed Arij obitus quando quidem " non simplex fuit, dignus propterea est qui comemoretur. Quum enim Eusebius se eum in ecclesia introducturum minaretur, episcopus quidem \* sandam.

POISETTE B.

Repairs horrenda Arÿ mors.

In loce corbi Arine inte, ÿt,ad abe lenda mortis eina mfamiä. magnifica ades ab A. rianu cofiru-Eta.

t rupusāja Varia de morte Ary

de Arÿ paris rio & obitu.

† & 14 7 11 3 larusante.

Nullius cala mitatu inful Nefeis quid ferus resper rebats

Constantinopolitanus Alexander id futurum negauit: Arius autem vi & minis Eusebij confisus est. Sabbathum quippe erat, & postridie sperabat se ecclesiæ conventui aggregatum iri. Certamen erat acre: his quidem minitantibus, Alexandro autem orante. Sedenim Dominus, iudicio suo interpolito, aduerlus homines iniquos indicauit. Nondum enim sol occiderat, & necessitate eum in locum fuum pertrahente, ibi pessum iit, vtroque simul, & communione & vita confestim orbatus. Beatus certe quidem Constantinus re audita, admiratus cam est, periurium eius vindicatum esse perspectu habens. Omnibus autem tum manifestum fuit, quum Eusebij minacem denunciationem, tum Arij spem & expectationem fru Ara fuisse. Declaratum quoque rursum, Arianum furorem ab iplo Seruatore exclusum esse à communione, & hic, & in primogenitorum ecclesia. Quis igitur non miretur, homines istos magno corentionis studio videns iusticiæ laudem ei tribuere, quem condemnauit Dominus? cosdémque cernens hæresim defendere corum, quos excommunicatos esse convicit Dominus, ducem eius Ecclesiam ingredi non patlus? Hæc de Ario

CAPFT LII.

Non perfordadeser Coft dan unew, vs. Athanafili ab exilio renocas

الماماء

Planinii Co

m Ecclefia.

O tam fæda morte sublato, finem tamen nugamenta eius non habue re. Neque qui factionis eius erant, vel ad breue tempus desierunt infidias eis struere, qui in diuersa erat sententia. Populus sanè Alexan-

drinus frequenter ad Imperatorem, qui ei de restitutione Athanasij miserabiliter supplicarunt, misit. Et ad eundem scripsit multa virtute pollens Antonius, ne omnino Melitianis fidem haberet, sed potius vt sycophantiam omnino esse. intentatam Athanasio accusationem, crederet, orans. Imperator autem nequaquam persuaderi potuit : sed populo Alexandrino rescribens, dementiam atque + inordinatam confusioné obiecit. Sacerdotibus autem, & cœlibatum colentibus Monachis scilicet, vt quieti essent, mandauit. Neque enim vaquam se mutaturum de A. thanasio sentétiam, neque cum renocaturum esse asseruit : tanquam virum seditiosum, & malorum patratorem, præsertim quum ecclesiastico iu dicio condemnatus esset. Clam quoque Antonio significauit, se Synodi decreta non facile irrita sa cere posse. Nam etiamsi pauci, inquit, fuerint, qui hostili animo sententia sua illum iugularint, tamé reliquam couentus eius multitudiuem bonorum & probatorum virorum, non ita simpliciter & temerè prorsus illorum calculos fuisse sequuturam. Addidit insuper, effreni esse lingua, & contumeliosum virum Athanasium, atque ad seditiones & discordias concitandas idoneú. Ita nanque qui hostili in eum crant animo, apud Imperatorem de talibus criminibus eum detulerant: quum imperatorem scirent vicia eiusmodi supra modum grauiter ferre. Porrò quum multitudi. nem in duas esse sciret factiones divisam,& aliam Athanasio, aliam autem Ioanni fauere, qui Melitij fuccessor, in Synodo Tyria communione vti, ho-

norémque suum in clero suo, sicuti & sectatores D eius, habere iussus fuerat : valde ea re comotus ipsum quoq; ab ecclesia proscripsit. Quod quidem preter opinionem Athanasij inimicorum accidit: accidit tamé. Neque Ioanni profuere quicquam, que Tyri à Synodo acta decretáque fuerant.Impe rator nanque nulla supplicatione aut deprecarione flecti potuit, si quando suspicioné in quenqua, ad leditionem eum & discessionem Christianum clerum concitare, concepisset. Scire autem oportet, Arij dogma, quauis à multis magno studio in sermonibus & disputationibus frequétaretur, sine nomine tamen etiam tum fuille, neque in corpus proprium coaluisse. Nam preter Nouatianos, Phryges, Valentinianos, Marcionistas, & Paulianos, omnes alij simul communicabant, & in vna conueniebant ecclesia. Quippe contra quos lege lata, Imperator precatoria corum aboleti, cosque in Catholicis ecclesiis cum aliis congregari iusserat. Alibi verò illis neque priuatim neque publice conuentus agere licere, sed in vno communiter omnes loco conuenire voluit. Per quam le- E gem, quantum ego colligo, multe hæreses, memo ria carum sublata, diffluxere. Superioribus enim temporibus, quicunque Christi appellatione cen serentur, quanuis diuersarum essent opinionum, eodem tamen loco apud eos qui Grecam suscepe rant superstitionem, erant: & quum ab illis affligerentur, de discrimine si quod inter cos esset, curiose ipsi inquirere supersederunt, communibus quippe calamitatibus expositi. Quapropter facillimè per partes conuenientes conciones habebat: frequentiorique coluctudine, quum pauci essent, in factiones multas non discedebat. Constitutione autem ista promulgata, difficile eis fuit publicè seorsim convenire, multo verò minus clandestinos cœtus cogere, episcopis loci cuiusq; id obseruantibus. Proinde metu eo coerciti, Catholicæ ecclesiæ sunt vniti. Quod si fortè aliqui in sua sen tentia perstitere, decedétes nullos reliquere successores, quum neque conuentus eis agere permit teretur, neque libere hæresim docere possent. At hæreses aliæ vel propter autorum improbitatem, vel propter dogmatum + ineptias, non ita multis G sunt frequentatæ. Nouatiani autem, vt qui eadem cum vniuersali Ecclesia de CHRISTO sentirent, diutissime statum suum retinuere, neq; illis constitutio ea obsuit. Videtur verò & imperator ipse non illibenter aliquid de rigore & seuerinate remissse, & terrere potius quam perdere subditos maluisse. Et Accesius, qui tum Nouatianorum episcopus fuit, maxime Ecclesiæ suæ profuit, apud Imperatorem propter sanctiorem vitam gratiolus.Phryges verò, pręterquàm in Phry gia & locis finitimis, eadem in aliis Imperij partibus, quæ aliæ hæreses, sunt passi. In locis autem suis, ex quo Montanus extitit, secta sua exordio sumpto, longo permanserunt tempore. Eo

\*\* I phe Basiled updation inteles his mit wartof awing wapes.
The cost, burnied in improved in the case in up in the per salva up the per salv

autem anno Eusebius & Theognis, nouas res de

dogmate Nicznæ synodi, scriptis moliri cæpe-

Seditioforio hominii in.micus Confrantinus. \*\*

Ariani nödum collegiö & ecclefiam fuä habuere.

Lex Coft antini, re certus exceptus hare fibus, cuis fei que opinionus Christians in rua convenio rent ecclesia, meg; suos sibò cogeres cartus

Novatianorum ecclesia,

Phrygim co nenticula.

Enfebien & Theograpus noma fidei formula copolita, Nicana dacreta retexuere.

Isawi quoqu Melitia-

A runt: & nudo quidem capite, quod dicitur, 70 64 μούσιον consubstantiale relicere aust non sunt. satis enim sciebant, Imperatorem ipsum ita sentire,& mirifice formulam eam complecti. Aliam autem componentes scripturam, seu formulam fidei, interpretationibus quibusdam complecti eam, ca quæ Nicææ decreta esser, Orientalibus episcopis tignificarunt. Atque ex cius verbis, eorumque sen su, in disputatione prior quæstio est deducta. Que tametli finem luum consequuta esse videbatut,ta men eo pacto in controuersia est reuocata. Et res quidem de Ario sic sunt acta.

#### CAPVT LIII.

Marcello A v Grano eps in convento eti Scoporum Čõ Stantinopolitano dignetas adempia.

Aftering B Cappadoxex Sophistachri Etw Jed A. Ls martyrie repudiato, dys sacrifi-Itaq; in pres byterorii ordi uem non est тесерьив. \* Polis enim Du ex Ma ria initium [m:mpfiffe,& fine habiturum e∬e, dilib. 2.cap. 33.

Marcelli An C cytan hare-

Libros is Sieos abolete ab episcopu ins-Jus, dicto an . diens no fuit Basilius eps Ancyranus.

Marcellus postea episcopatum juum тесиретания. Scripta eim no satu à ple rsjq; Hellect a Vb idem tempus epilcopi Constantinopoli congregati, Mar cello quoque Ancyræ minoris Galliæ epilcopo dignitatem, veluti qui noua nuucamet ta, abrogarunt. Afterius nanque

quidam ex Cappadocia sophista, qui ostentationis & quæstus causa philosopharetur & doceret, eo studio posthabito, Christianam religionem se culturum professus fuerat. Et libris aliquot compolitis, Arij opinione astrucre contenderat. Cum quo itidem Christum Dei virtutem esse scripserar, vti Moses erucam & locustam magnam virtutem Dei esse dixit. Aliaque hisce similia cauillans, Arianis adhærebat: atque in synodis eis assistens, plurimum eos adiuuabat. Illud autem in consilio habebat, ve præclaræ alicuius vebis episcopatum consequeretur. Verum id quod costituerar, parum ei successit. Persequutione enim non tolerata, diis sacrificauerat : camque ob rem, sacrorum administratio ei est denegata. Porrò quos composuerat libros, in Syria vulgauit. Aduersus quos Marcellus scribens, siue sciens, seu imprudens, in errorem ex diametro illi contrarium est delapsus, & cum Paulo Samosateno CHRISTV M merum esse hominem dixit \*. Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Æliæ coacti fuerant episcopi, Asterio quidem ipsi nihil obiece runt, quòd scilicet sacris ecclesiastici ministerij initiatus non esset: Marcello autem episcopali di gnitate prædito, quu plurima vitio verterunt, tum quòd perperam scripsisser, dicam impegerunt: aboleréque eum libros, qui nihil à Samosateni scripris differrent, iusserunt. Atque ille facturum se id pollicitus, minimè tamen fecit. Cæterùm vbi Eusebius inde literis Constantini vocatus Byzantium venit, tutsum Marcelli causa in disceptationem est deducta. Postquam autem minime illivifum est, vt impietatis libros, sicuti receperat, igni consumeret: episcopatum ei Eusebiani ademere, & Basilio cuida eloquentia & varia doctrina præclato viro, Galatie ecclesiam regendam tradidere. Scripserunt ij quoque, vt Marcelli scriptum, vbicunque reperiretur, prorsus ab oleretur: capitibus quibusdam ex eo scripto, vt dissonantibus, epistolæ insertis.Quod sanè scriptum libris tribus, quéadmodum audiui, pulcherrimè refutauit Eusebius Pamphili: Marcellus autem in Synodo Sardicensi postea episcopatum suum recuperauit, quòd no ita sentire existimatus esset. Non enim satis perpensa & intellecta à multis eius scripta: ob eamq;

causam, in Pauli eŭ opinioné incidisse, calumnia D homini obiectam elle, licuti suo loco à me refere tur, creditum est. Simulque dictum, \* per modu quæstionum à Marcello scripta ea esse instituta. Et imperator ipse, manifestam esse Eusebianorū contra eum calumniam deprehendit. Admodum enim infesti illi erant, quòd neque in Phœnicia quæ aduerlus Athanaliú ipli cóllituerant, neg; rur sus Hierosolymis quæ pro Ario decreuerant, cóprobasset. Sed neque in dedicando Caluariæ tem plo, quod magnum martyrium est cognominatu, à communione corum se subducens, eis affuisset. Quapropter ad imperatorem scribentes, præter alia vito obiecerant \* in imperatorem ipsum co tumeliam, eo quòd ecclesiam splendidissimè con ditam, cum reliquis episcopis consecrare supersedisset. Hæc de Marcello.

#### CAPYT LIIII.

Mperator imperio filiis iam diuiso, Constantino quidem & Conftanti partem Occidentalem desi-gnauerat, Constantio autem Orien stanti partem Occidentalem desi- E lios dinidos. tem dederat. Quorum primo im-

perij sui decennio Constantinum, secundo Constantium, terrio minimu natu Constantem Cæsaré dixit. Deinde anno vno & mensibus aliquot peractis, + sexaginta & quinq; annos natus, corpore male affecto, Helenopolim Bi thyniæ transijt, vt ibi quæ in propinquo sunt, sua sponte profluentibus & naturalibus lauacris vteretur. Quum verò grauiorem sentirer imbecillita tem, lauatione post habita Nicomediam venit:atque ibi in luburbano agens, que madmodum Her mes, Socrates, & Theodoritus ecclesiastici scriptores dicūr, diuinum percepit baptismum. Quorum verba hic apponere visum est. Hermes enim " Sozomenus sic inquit. Ibi sanè quum in suburba " no ageret, sacro initiatus est baptismo: qua de re " vehementer lætatus, Deo egit gratias. Socrates " autem: Helenopoli Micomediam est profectus, » ibíque in suburbano agens, Christianum suscepit 💃 Itidem & Theodoritus: Trigeli- F mus imperij eius præterierat annus, atque anno " insuper & mensibus paucis exactis, Nicomedia .. in Bithynia agens, ægrotare cæpit. Quum verò " quàm incerta sit hominis vita cognitum haberet, " diuinum baptilmi donum lulcepit: quem ad id vsq; rempus ideo distulerat, quòd in flumine Iordane percipere concupiuisser. Hæcilli quidem nescio quomodo dicunt: nos verò Ecclesia vniuersali consentientes, Romæ eum sacro lauacro tinctum elle, Syluestre administram ei imponete manum, diximus. Ac de his quidé satis. Porrò testamento codito, Imperium tribus filiis, sicuti antea distribuerat, reliquit. Et multis veteri Romæ, & cognomini ei vrbi honoribus & præmiis concessis, vita est defunctus, sexage simoquinto ætatis anno:quum quidé imperasset annis triginta duobus, mensibus aliquot decollantibus, vigesimopri mo mésis Maij die, Feliciani & Tatiani cosulatu, qui \* ducentelime octuagelimæ leptimæ Olym. piadis secudus annus fuit . Moriturus reuocari Alexandriá Athanasium iussit, Eusebio alisse, qui ei aduersabantur, præsentibus. Nemo verò miretur,

\* es in Eath Eufebiani Marcello in-

fæfi.

\* Basıdia i. Belen.

Cost antinu imperij disto es inter fi-

† Sexaginta fex, Eutrop.

Therma cl Helenopolim.

Iden ad Nicomediã baptisates ab Eufeb. Nico medienss epo. In sade fente tia eft Rufin. Orof. Calsio. & Pomp. Latus.

Constantini mors. Ea biế nio ausè per inustate ma gnitudinis co metam denunciata est. \* Quidă ponunt Olympiadem 179

Hac těporů alierii Chro:



Caltantin ur", ab ri Asbana m jaßit, n ab Epi ropio dece 1.44.33.

Teltament ii Confrantini,

B

A quòd tantos viros deceptus exilio mulcauerit. Nam qui id ei persuasere, Antistites sacrorum fue re, intra se quidem fraudem illi & dolum occultantes, extrà verò splendorem magnificum pre se ferentes: quando etiam divinum & magnum illum prophetam Dauidem non pontifex aliquis, sed domesticus verbero seruus decipir. Sibá enim illum, satis scio quòd legeritis: qui confictis men daciis regem contra Miphibolet, vt agros illi auferret, concitauit. Quod quidem no ideo, vt Prophetam accusem, dixi: sed vt imperatorem defen dam, & naturæ humanæ imbecillitaté declarem: simúlque illud admoneam, ne statim prorsus accusatoribus, etiá si sint vel præclari, vel 🖈 exacta ætate viri, sides habeatur, sed vt auris altera semper aduersario reservetur. Testamentu apud presbyterum deposuit, quem Arij laudatorem Constătia soror eius, cadémque Licinij coniunx, moriens ei vt virum bonum commendanerat. 1d iusamento interpolito, Constantio, quum ex Oriéte venitet, dandum præcepit. Ex filiis enim decedenti nullus affuit.

Constantium spadonum & aulicorum en tor suit, quos tineas & sorices Palaty appellare solitm erat.

#### CAPVI LV.

T ille quidem sic ad meliorem regni felicitatem migrauit. Duces autem & præsecti, satellitiúm q; eius omne, arcæ aureæ corpus eius impositum, in cognominem ei vrbem duxere: & in

fuggestu quodam ei collocato, quicuque viuo hò nor præstitus, idem quoque defuncto tum à comi tatu aulico est exhibitus. V niuersi etiá perinde atque patre, cuius benignitatem omnes experti fue rant, orbati, perquam amarè luxere. Sed quid dice re attinet, qua cum fint illi profequuti honorificetia & cultu, donec aliquis liberorum eum humaturus adueniret? Atque vbi Constantius certior de morte eius factus ex Oriente affuit, magnificétilsimè patrem funere elatum, in ecclelia quæ 🗛 postolorum dicitur sepeliuit, vbi superstes adhuc ille sepulchrum sibi ipsi extruendum curauerat, quod Grecorum + ara antea sub duodecim deosum nomine fuerat, admirandum sanè spectaculum.Ibi in vrna marmorea, vnà cum matre Helena repolitus est. Vnde mos postea sequutus, vt deinceps ibi quoque Christiani imperatores sepelirentur. Quin & Costantinopolitani, alisque item virtute insignes episcopi in Apostoloru delubro funt tumulati, perinde atque imperatoriæ dignitati par honore esset sincere obitus Episcopatus. Idque factum, vt non longe ab Apostolorum

reliquiis abesset. Magna enim gloria postea bono D Ingentia mi rum conciliator Deus virum eum, veluti fidelem ministrum accumulauit, sanation u & miraculor u gratia & vrnæ & statuæ ipsius, quæ in Porphyretici marmoris columna polita est, immissa, vt deinceps nulla ægritudo contrectatis eis non cederet, & fides verbi illius Christi adimpleretur, dicetis:Ego glorificates me, glorificabo. Maximus autem hic vir Christianæ religionis laudator fuit.Et quum primus imperatorum omnium curam ecclesiasticarum rerum suscepit, tum ita eas auxit, vt ad summam amplitudinem nibil esset reliqui. Et nescio an quisquam alius, ve ipse, quascunque aggressus est res, perfecerit. Nam & sine Dei numine nihil prorsus egit.Foris in bello fortissim exti tit victor: domi auté tam facilè rempublicam administrauit, atq; vt ei visum fuit composuit, vt celeriter confilium aliud & fenatum & vrbem impe rantem constituerit. Græcorum religionem quæ diutissime magno studio frequentata, ad summa superstitionem peruenerat, plurimumq; vigebat, facillime, quamprimum est aggressus, sustulit. Mo E ribus bonus, mitis, & masuetus admodum, animi fortitudine magnificentiam exhibuit. Mentis acu mine, bonarú artium disciplina, recto iusticiæ cultu, & munificentie alacritate, omnes superauit. In præliis vir, forme decore nemini secundus: & quu gratiosus maxime fuit, tum decentiz ipsi magnisi centiam coniunxit. Statura quoque corporis spe-Candus. nam neque nimium procerus esse habitus,& exiguam breuitatem loge supergressus est. Humeris latis, sensim ceruicem crassiorem prætu lit. Colore corporis rubicudus, minus densum ha buit capillum, eumq; flauescentem. Barba mediocriter tenuis & rara,neq; admodum demissa erat, ita vt in pleraque faciei parte succrescere nó videretur. Oculi, quales viru decent, & placidi: ex quibus mirifica quædam eminebat gratia, acutiorésque illi & grandiores. Nasus subaduncus, cui carnosum quidda insidebat. Facies ipsa latior, & magnanima admodum. Denique supra alios Dei ma ximè amans fuit. Totius eius vitæ tempus sexagin ta & quinque anni fuere, quorum triginta & duos in imperio egit, mélibus aliquot desicientibus sicuti suprà diximus. Imperium cum summa potestate solus viginti sex annis obtinuit. Complectitur porrò octanus iste historiarum liber, à primo Constantini imperij anno, ad obitum vsque eius, annos triginta duos. Quum conditi mundi annus fuit, a quinquies millesimus octingétesimus quadragesimusseptimus, A natiuitate autem Domini tum agebatur annus trecentefimus 💆 quadragesimussecundus.

Tacula ad ma Constautine edita.

Constantini

a Secundum recéciores cir citer 4318. b A1.340.

I del ced-

hg-Baµiq,

## NICEPHORI CALLISTI

## NONI TOMI CAPITA.

Proæmium, totim libri argumentum exponens.

Vi Eusebius Nicomedia episcopus, eiusque sectatores, Ary dogma confirmare volentes, per quendam Arianum presbyterum turbas in ecclesia concitarint.

3 Vt Athanasim ex Gally's redierit cum literit Constantini Casaria, de obitu einstem Constantini. Item'de Acacio, qui successor Euseby Pamphili fuit.

4 VI Alexandro Constantinopolitano episcopo defuncto, Paulus & Macedonius piorum & Arianorum electione locum eius obtinuerint: & vt Paulo in exilium acto, Eusebius Nicomediensis in eius locum sit suffectus.

Vit Eusebius coasta Antiochia Synodo, aliam sidei promulgarit expositionem. Et ut episcopatum abrogarit magno Athanasso. Item de Eusebio Emeseno.

6 Vt Athanasio eiesto, Gregorius militari manu stipatus ecclesiam occuparit. De Iulio Romano episcopo, quomodo is Athanasii casum agrè tulerit.

7 Vt post Eusebium Paulus rursum sedem receperit, Arrians autem Macedonium contra eum fouerint. Code cade Hermogenis ducis: Covt denuò Paulus sit eiestus.

8 VI Athanasim & Paulm literis Iuly freti, sedes suas receperint.

9 Vt imperator Paulum per Philippum prafectum in exilium agi curauerit, Macedonius autem in Episcopatum sit restitutus: & vt Athanasius fuga sibiconsuluerit.

Quomodo Iulius Romanus Pontifex epifcopis Orientalibus pro Athanasio scripserit: item Constantio fra tri Occidentus Imperator Constans. & quomodo, qui ex Oriente in Italia venerant, aliam sidei vulgauerint expositionem. II Vi Occidentalibus & Orientalibus partibus de dostri-

na fidei triennium dißidentibus partibus de dottrina fidei triennium dißidentibus, epifcopi Orientales expositionem fidei composuerint, quam longio. rem nominarunt,& Occidentalibus miserunt.

12 De Sardicensi Synodo.

13 Que Socrates scriptor Ecclesiasticm de opinione Eusebij Pamphili memoria prodiderit, co-que Occidentis Orientisque de side Nicana suerit sententia.

14 De Aeg ypty's monachis, Scetiotis scilicet & Tabenne. fiotis. Atque inibi de duobus sanctis Macaris. Item de Pambo & Pachomio . Item de Apollonio, & de Anub.

15 De Palastina & Syria monachis.

16 De monachu Ponti, Europa, & Italia. e inibi de Eustathio Sebastia episcopo, qui autor e antesignanus eorum fuit. item de sancto Ephraim.

17 De Didymo.item de Aetio & Apollinari, hareticis.

18 DeTheophilo.Indo.

19 De Philostorgio, & qua is scripta reliquerit : de felici Arabia,de quatuor magnis fluminibus, & de Paradio.

20 De egregio in Christianam religionem filiorum Confiantini magni studio, & de opinionibus eorum: & ve aliquantulum Constantius transuersim actus, fuerit, & de disidio seu contentione super consubstantiali & aquisubstantiali: & de sigmento A-

21 Vt post Sardicensem Synodum minis Constantis Casaris adductus Constantius, ab exilio reuocauerit Paulum & Athanasium: & qua Constantius Athanasio scripserit.

Epistola Iuly Romani, pro sancto Athanasio Alexan 22 driam missa.

De Antiochenis episcopis. en de maleuolentia Stepha- 23 i ni,cui Leontius successit.

Vt Athanasius sit receptus, vtá, sectatores eins sedes suas 24 receperint.

Epistola Constanty ad Alexandrinos, pro Athanasio. 25 Vi ciuitates Athanasium exceperint, or de Synodo 26 Hierosolymis propter eum coasta, or qua ea Synodus

Alexandrinis pro Athanasio scripscrit.

Vt Vrstius & Valens Ariani, libellum respiscentia in 27 lio Romano pontifici obtulerint: & vt Nicanam side amplexi, cum Athanasio in gratiam redierint.

VI eo tempore res quoque publica male habuent. & de 28 Saporu Perfarum regu contra Nisibim expeditione: & de Occidentalibus tyrannu Magnetio, Britanione, alisque qui post mortem Constantu Casaru.extiterit.

Pt rursum Arianorum opera Athanasius sit expul- 29
sus sipséque se fuga commiserit : & vt denuò Georgius Alexandriam sit perduttus, Alexandrinisque
infinita mala conciliarit : quemadmodum ea de re in
oratione de fuga sua Athanasius scriptum reliquit.

Vteadem & Macedonius Costantinopoli, circumque ea 30 loca fecerit: vt martyrio perfuncti sint Marcianus Martyrius, & Paulus Constantinopolitanus Epi-scopus.

De haresiarcha Photino, de detribus sidei formulis in 31 Sirmio editu, o maxime de Marci Arethus y episcopi sidei expositione.

Vt tyranni Occidentales sint deuisti, Britanio scilicete 32 Magnentius De Iudan Diocasariensibus, o vt Gal lus sit intersectus.

Vt denuò Ariani Synodos Antiochia & Mediolani ce- 33 lebrantes, Athanasium oppugnarint: & qua consilia de peruersione sidei Constantius ceperit.

Quas calamitates sub imperio Constanty magnus per- 34 tulerit Athanasius, O vt D E V S sape eum ex ma ximu liberarit periculis, O vt is multa divinitus praviderit.

Vt Liberius Iuly Roma successor, quod se Constantino 35 opposuerit, in exilium sit actus, & Felix locum eius occupauerit.

De blasphemia Aety Syri, or item Eudoxi Antioche 36
ni. Item de Synodo Ancyra coasta. Et qua Georgius
Laodicensis episcopus or Constantius imperator contra Actium or Eudoxium ad eam Synodum scripserit.

De rebus in Sirmio actis: To vt liberius Romam reuersus, cum Felice successore suo episcopatum administra rit, donec paulo post è viun Felix excessit.

Vt institutam Nicomedia propter Eudoxium & Ae-38 tium Synodum, motus terra coortus foluerit: & vt tum Synodum in Oriente & Occidente scindi atque diuidi placuerit.

De Ariminensi Synodo, in qua Occidentales ab Orien-39 talibus dissenserunt.

Epistola Ariminensis cocily Constatio imperatori missa. 40 De episcoporum Arimini congregatorum cum impera 41 tore dissensione: ex de Synodo dolo malo Nica. qua

tore dissensione: & de Synodo dolo malo Nica, qua ' Thracia ciuitas est coasta.

Qua mala Ariani intulerint consubstatiale colentibus 42 de Macedony crudelitate. Qua etiam mala nouatianu propter consubstantiale acciderint. Pt Macedonius translatis in aliam lecum Constantini reliquis, tumaltum populi concitarit: quam ob causam Constantius of indignatus.

De Synodo Seleucia congregata, & alia fidei formu-

la quam Acacius promulganit.

De rebus Constantinopoli post Seleucia Synodum athis. Ve Actio episcopatus abrogatus sit: co ve qui seleucia congregati fuerant, o simul Occidentales Ariminensi subscripserint fidei:ac deinceps Constantinopoli quinquaginta in Synodo congregati episcopi, Ariminensem sidem comprobarint, quibus dam illi verbu ab Acacio additis. Catalogus variarum fidei expositione.

Vt Acacine & Endoxius episcopatibus prinarint Macedonium, Eleufium, Bafilium, & Sophronium, non dottrina causa, sed propter prinata quadam crimina.

Vt etiam Cyrillus Hierofolymitanus episcopus episco. patu deiettm fit, o qui in locum abrogatorum suffetti.

De improbe & importuno sophismate Eudoxy Constan tinopolitani, & de persequatione tum ab Acacio pro-

De haresi Macedony, & Marathony Nicomedia, & 47 Bustathy Sebastia episcoporum, qui primi contra Spiritum sanctum blasphema proferre verba cæperunt , &

propterea Pneumatomachi appellati funt. Vi Eudoxio Constantinopolim traducto Meletius ext 48 Sebastia Antiochiam sittranslatus: O vt eo ciecto, Eu-

Zoins locum ibi obtinuerit.

Vt Acacine Antiochenne etiam verbum aquale ex 49 Ariminensium side eximere contenderit : & vt idem, guum prastare id non posset sconquieuerit. Ade Alexã drino Georgio, ut is Alexandrinis grauis molestisque

De Imperatoris Constanty obitu, & qua Gregorius So Theologus de eo scripta reliquerit.

# ECCLESIASTICAE

NICEPHORI CALLISTI STORIAE TOMVS NONVS. XANTHOPVLI,

C A P V T I.



ecclesiæ superstite adhuc Con stantino accide-Orint, abúdè à nobis dicta esse videntur. Superest, vt quæ consequuta, & à sacro episcoporū ordine sub filiis cius acta sunt,p-Clequamur. Atq; Dequidem in hoc

libro commemorabo, quemadmodum Athanasius ex Galliis reuersus, Eusebio restiterit. Et ve imperium ad constantem simul & Constantium, deinde autem ad folum Constantium peruenerit. Dicam præterea de Paulo, Eusebio, & Macedonio, Constantinopolitanis antistitibus, & quæ sub his acta. Et quas res Antiochiæ & B Alexandriæ gesserint, qui ibi minus digne sacro sunt magistratu functi. Et vt Roma cum Con stantis & Iulij literis reuertentes Paulus & Athanasius, sedes suas receperint, & mox ex eis rursum sint expulsi. Item de variis & in Occidente & in Oriente conciliis: in Sardica, Sirmio, Mediolano, Palæstina, & Seleucia coactis. Dicemus quoque de Gallo Cæsare, & de quibusdam hæresiarchis, Photino, Aetio, Macedonio, Eudoxio, & duobus Apollinaribus. Faciemus etiam mentionem clarorum quorundam propter virtutemvirorum. Præterea Eustathij & Meletij, Antiochiæ & Sebastiæ episcoporum. In fine, quomodo minus laudabili morte vitam finierit Constantius, exponemus. Initium autem inde sumemus.

CAPPT II.

Iuente adhuc Constátino, nemo apertè contra Nicænā fidei professionem niti audebat : quanuis nonnulli clàm eam non receperint.Postquam autem is decessit, qui in cordis recessu hæresis ve-

nenum occultum antea habuerant, & ob id tum quoque fuspecti fuerant, confestim alicunde progressi, clandestinis colloquiis posthabitis, nudo (vr dicitur) capite cum omnibus congrediebatur, vt Arij maximè opinio obtineret laborátes.Quorū duces erāt episcopi Bithyni, Eusebius & Theog nis. Facilius autem cossilium suum ad optatum exitum peruenturum putabant, fi Athanasij in vrbë Alexandrinam reditum impedirent. Et quum eis sic esset instituta ratio, tum veluti manu quadam in rebus omnibus vsi sunt administro presbytero,qui autor etiam vt Arius reuocaretur extitit,nő apud Constantinum tantum, sed etiam apud Con stantium maxime gratiosus, quòd per eum res ple rasque ex voluntate sua peragebat. Dudum enim Orientis imperio potiri voluerat:quod ei tum ex D testaméto patris, à presbytero eo illi in manus tra dito, permissum erat. Quam ob rem hominem in honore haboit: & libertatem et multam, simulque apertum ad Imperialem aulam aditum dedit. Quæ res noticiam ei apud omnes conciliarunt,& gratum veréque charum Imperatoris coniugi, & qui Imperatorio cubiculo præerant eunuchis effecerunt:quorum princeps tum fuit Eusebius nomine, maximam quoque in tota Imperatoris domo potestatem obtinens. Hicex presbyteris eius de rebus facris institutione, Arij rabie imbutus, a= cerrimus sectatorum eias laudator fuit, plurésque in aula Imperiali celeriter in sentétiam ipse suam adduxit. Quin ipsam quoque Imperatoris contugem, per mulierculas quæ in Gynæceo erant, & per presbyterum ipsum in impiam opinione pertraxit. Et malum hoc paulatim per omnem serpés

Presbrit fait,vt rice ab exi-

Presbyteris in aula Imperiali gratio∫m.

Enfebius Archie chus Aria-

n wibe Con stantinopeli-

distintenia τις Τέλιμος

Disputationes de religio me populares. aulam, ad ipsum quoque transiit Imperatorem. Et breui per aulæ interiora vagatum, extra quoq; aulam aperte progressum, omnem vbique percurrit vrbem. Ibi tum + bellum quoddam dialecticu atque disputatorium est exortum. Et in vicis, congregationibus cauponis, couentibulque adeò om nibus mulieres quoque & pueri non aliud studio habuere, quàm de dogmatibus blaterare: his videlicet Arij opinioni veluti honestæ & bonæ addi-&is, his autem decreta magis Niczna complecten tibus, vnde rixæ, æmulationes, & inimicitiæ ex-

CAPVI III.

Eulobias 🕁 Theognu antesignani.

Athana [ "

ex Gallia

revering.

Alexădriă

nioria A-

• Atha-

lexandrinos

nasio epist.

Ic rerum status in vrbibus Orien tis erat. Occidentales enim Nice-num decretum inuiolatum reti-nuere. Porro Eufebio & Theognucre. Porro Eusebio & Theognidires, quæ incrementa sua in deterius capiebat,& quotidie, vt

ita dicam, magis magisque excitabantur, ex lenten tia procedebant. Qui in primis studebant, id quod constituissent, ad exitum perducere. Id verò erat, vt vnum aliquem qui opinionis corum esset, Alexandrinæ ecclesiæ Hierarcham præticerent. Sed consilium corum ab Occidente reuersus impediuit Athanasius, vnius Augustorum, iunioris videlicet Constantini, qui Occidentalibus Gallis impe rabat, literis fretus. Is nanque vbi cognouit, patré cognominémque luum, Athanalij exilium teltamento abrogalle: reditu concesso, vt Alexadriam is reuerteretur, curauit. Literæ quas secum attulit, hisce verbis scriptæ erant. Constantinus Cæsar po pulo catholicæ ecclesiæ Alexandrinorum. Nó puto facris animis vestris excidisse, quam ob causam Athanalius adorandæ legis facerdos, ad tempus in Gallias missus fuerit. Quum enim sanguinariorum infestorum; inimicorum feritas capiti eius ad periculum creandum immineret, ne per impro borum peruerstratem extremum discrimen adiret, sed ve immanitas ea eluderetur, è faucibus ingruentium ei virorum ereptus, in ditione mea viuere iussus est, ita ve in ca qua versatus est vrbe, res ei necessariæ omnes abunde suppeditarent. Quamuis præclara eius virtus, diuino confisa auxilio, durioris fortunæ graues erumnas maximè subleuet, at que adeò contemnat. Sedenim tametsi dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Augustus, pater meus, episcopum hunc in locum suum apud grauissimam pietatem vestram restituere constituerit: tamé posteaquam humana sor te præuentus prius obdormiuit, quam votum suu impleuerit : conuenire mihi visum est, consilium diuinæ recordationis Imperatoris, per successioné ad me transmissum, perficere. Qui vir vbi in conspectum vestrum venerit, qua apud me acceptus fuerit veneratione, cognoscetis. Neg; adeò miradum est, si quid à me pro eo est factum. Animum namque meum ad id, quum desiderij vestri facies, tum tanti viri species mouit & excitauit. Diuina providentia vos conseruet, fratres dilecti. Secundum hasce literas, suaviter ab Alexandrinis susceptus Athanasius, Aegypti ecclesias administrauit. Eusebius verò tanquam telo quopiam, sic reditu illius ictus, sycophantiis oppugnare eum rursus,&

ciúmque adeò ei nouis calumniis exhibuit. Citra moram enim omnem Imperatore adito, illum vt virum seditiosum, & qui ecclesiasticas costitutiones ordinémq; turbarit, ac citra episcoporum sen tentiam sibi ipsi ingressum in ecclesiam vsurparit, detulit. Tantopere certè Imperatorem permouit, vt illum tursus sede episcopali deturbarit, sicuti postea dicemus. Eo tempore Eusebius quoq;, qui Pamphili cognomen sortitus fuerat, simul & episcopali functione Cæsareæ Palæstinæ, & vita ipsa relicta, + Acacium habuit successorem. Qui quu magistro illo sacras leges didicisser, ardorémq; & æmulationem illius referret, facundia venusta & faceta celebris admodum fuit. Et cum libros multos non pænitendos reliquit, tum præceptoris sui vitam pulchrè descripsit. Nec multo post Constátinus Cæsar fratri Constanti aduersus (nam in ditionem illius impetum fecerat, vnde graue bellű inter eos motum) à ducibus illius non longe ab Aquileia cesus est. Sie Romanum imperium quod in Occidentem vergit, Constanti: Orientale auté, E Constantio cessit.

rem ad seditionem perducere est aggressus, n'ego- D

Zufebij P2. 3 £4p.3. fucceffer.

Confrantini inmieris cades. Corpus cins in flu. Alfan of

CAPVT 1111.



Onstantinopoli verò tumultus alius ecclesiam inuasit. Alexadro enimepiscopo, qui precationib. Arium expugnauerat, episcopatus quidem sui vigesimotertio, etatis autem nonagesimoocta-

uo anno, vita defuncto, Paulus in locum eius est furrogatus: vt quidem Ariani calumniantur, sibi ipsi dignitate ea præter Eusebij Nicomediæ & Theodori Perinthi, quæ núc Heraclea dicitur, episcoporum sententiam (ad quos dudum, vipotevicinos maximè,Byzantij episcopi electio pertinue rit) vendicata: vt autem veritas ipla fert, Alexandri iudicio & delignatione , epilcoporúmque qui tum ibi aderāt, suffragio accepta. Siquidem in extrema senectute Alexander iam moriturus, familiaribus eius eum rogantibus, cuínam fedes ea cómittenda esset: è duobus alterum eligendum suasit. Ac siquidem episcopus creandus est rebus di- F uinis probatus, & ad docendum idoneus, Paulum habetis,inquit,presbyterum,qui etate quidem iuuenis est, animum verò senilem obtinet. Sin deligendus, qui rebus agendis aptus fit, & ad confuetudinem magnorum virorum, qui cum potestate 🍕 rempub.gerunt, accommodarus: ea re, & præterea religionis specioso obtětu multis modisprestátior fuerit Macedoni<sup>9</sup>. Et ambos,Macedonij laudatores testimoniú ab Alexádro tulisse dixerút: Paulú quidem vt do&rina & eloquentia clarú,Macedoniŭ autem veluti vita meliore. Iidem paulŭ ob dedicias & vitam liberiorem reprehendêre. Videtur sanè Paulus eruditione singulari fuisse, & ad docédum in ecclesia valde commodus. Tractandis autem profanis negociis, & in hominum convictu, posteriores partes tulit. Sicuti pericula, quæ ei accidêre,ostendunt:quorum ille nullum, sicuti harŭ rerum periti faciunt, discussit. Et quamuis multitudini vehementer charus esfet, malè tamé ab eis est acceptus, qui Nicæna decreta oppugnarunt. Ac prima statim accusatione, quast no secundum

Alexa

Successor 🞳

Alexan

Pauli exil ii er cedes.

Diffeefe Co mer Cathe lices of Arianos de ele-Elime ep:sco-Cooft spring Eujebris Nicom:de (em, epsfcapin Com ji ani mopelie facu.Trans-Lationes En- B (ebij ex voo

A leges vineret,sede deiectus, & exilio dánatus est. In quo etiam,inimicis eius id procurantibus,stran gulatus, mortem oppetiic. Sed hac postea accidere. Tum verò de episcopi electione ingens motus est exortus. Superstite namque Alexandro, no multa Ariani vsi sunt libertate, superiorésque eis fuere qui minimor consubstantiale profiteri docuere:quòd scilicet Arium fædissima morte, per diuinam prorsus vindictam, absumptum vidissent. Vt verò Alexander mortuus est, plebs in duas partes scissa, ad apertas progressa est inimicitias, & conte tio dubia multitudinem occupauit. Nicænæ enim fidei sectatores Paulum episcopum designabant: Ariani autem Macedonio sacram administrationem committere contendebant. In ea sanè ecclesia quæ Pacis nomen obtinet, quæque Dei Sapien tiæ templo vicina est, cum prærogativa defuncti episcopi sententię, Paulus episcopus est renunciatus. Quam electionem Imperator grauiter tulit: peregrè enim tum advenerat,& confilio veterum Pauli inimicorum coacto, illum quidem vt facro munere indignum desecit, thronumque Eusebio Nicomediensi cocessit : quum quidem id Canon ecclesiasticus interdiceret, episcopos ex vna vrbe in aliam transire verans. Nihil autem mirandum est, qui sic contra Vnigeniti divinitatem rabie surentes ferantur, si absque timore omni leges quoque eius transgrediantur. Sed hoc ille non tum pri mum ausus est. Antea namque quum Beryti episcopatum gereret, Nicomediam quoque inde transiluit. His actis, Constantius Antiochiam

C APVT V.

Vícbius autem, ampliore co mo-

Per causan Autiochemi templi enca-. 7010, E0limo epifeoperum cogit,

V sebius autem, ampliore eo mo-do auctus potestate, non mode-rate se gessit: sed omne, vt in pro-uerbio est, mouit sune, vt quod semel statuisset, esficeret. Et com modum ecclesia Autiochena decimo tum poit iacta eius fundamenta anno abso-

luta erat:quam, Constantio filio administro vsus C magnifice ex ipsis fundamentis magnitudine simul & pulchritudine nulli secundam Constantinus extruxit. Itaque prætextu & occasione encæniorum, & dedicationis templi eius, per opportunum Eusebio visum est, concilium cogere, ad professionem # \$ \$ \$ \$ \$ consubstantialis aperte abolédam,& decreta Nicæna immutanda. Et conuenere vndequaque Antiochiam episcopi nonagintaseprem numero: vbi tum post Euphronium, eccle siæ Phlacitus præfuit:Hierosolymis auté, post Ma carium, Maximus: qui confultò ad Synodum eam venire renuit, secum ipse + considerans, ne quid rursus præter animi sententiam faceret: sicutiantea, quum inuitus etiam Athanasij exautorationi subscripsit. Sed neque Romanus episcopus Iulius, Syluestris successor, vel per seipsum, vel per quépiam qui locum eius obtineret, Synodo ei interfuit : quum quidem ecclesiastico Canone sancitu sit, + non oportere ecclesias citra Romani episco pi sententiam in Synodis quidquam statuere. Ex Italia quoque ipla & provinciis viterioribus nemo edvenit. Quintus tum à Constantini obitu an

nus erat, & Synodus Imperatore præsente ageba-

tur. Eusebiani Athanasium accusarunt, quòd san- D ctiones ecclesiasticas transgressus esfer, prius scilicet thronum eum recepisse, quam ei a Synodali episcoporum conuentu id permissum esset, asseuerantes.Et quòd multis præterea mortis causa extitisset, seditione in ingressu eius coorta: in qua nonulli cæsi, nonnulli iudicum quæstioni traditi, pecunia mulctati essent. Multis insuper aliis calumniis in Athanasium textis, primum Eusebium, qui Emelenus cognominatus est, Alexandriæ antistitem designarunt, de quo postea dicemus. Eo verò Alexandriam adire metuente, Gregorium suffragiis suis delegere. Deinde quæstione de doctrina mota, nihil illi quidem, quod in Nicænis actis reprehenderent, habuere: opportunitatem tamen crebras Synodos cogendi, aliasque fidei formulas promulgandi præbuere, vt alia atque alia subinde mutatione pedetentim in gurgitem Arianorum homines delaberétur. Hæc quemadmodum processerint, apertius historia ipsa indicabit. Quæ autem ad vrbiũ epilcopos palsim lcriplere, hæc fuere, Nos neque Arij sectatores fuimus: quomodo E enim epilcopi presbyterum consectaremut? neg; aliam quampiam fidem, præterquam quæ ab initio promulgata est, recepimus. Sed excussa explorataq; eius fide, illu potius recepimus, quam sequu ti sumus. Id quod ex verbis nostris cognoscetis. Didicimus namque ab initio, credere in vnum rerum vniuersarum Deum,omnium intelligibilium simul & sensibiliu conditorem &\* prouisorem. Et in vnum filium Dei vnigenitum, qui ante omnia sæcula extat,& simul existit cum eo qui eu genuit patre:per quem omnia facta sunt, visibilia iuxtà &inuisibilia. Qui extremis diebus, iuxta beneplacitum patris descendit,& carné ex virgine san-Ca recepit, & omnem paternam eius voluntatem simul expleuit. Qui & passus est, & resuscitatus: & reversus in colos, sedet in dextra patris. Qui venturus est ad iudicandum viuos & mortuos, & mansurus rex & Deus in sæcula. Credimus etiam in Spiritum sanctum. Si verò addere oportet, Cre dimus quoque de carnis resurrectione, & vita z-Hæc primum scripta ad episcopos miserunt, silentio, vtrum coæternus sit, aut consubstan tialis patri filius, an contrà, prætereuntes. Porrò Antiochiæ morati, perinde atque priorem formu lam damnassent, professionem aliam sidei edidere,in omnibus Nicznæ consonam: nescio tamen an non occulta verbis eius sententia quæpiam in. sir. Ea'sic haber. Credimus, pro eo arque Euangelica & Apostolica traditio docet, in vnum Deum patrem. omnipotentem, rerum vniuersarum conditorem atque factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium eius vnigenitu Deu, per quem omnia facta funt, genitum ante omnia læcula ex patre,Deum de Deo,totum ex toto, solum ex solo, perfectum ex perfecto, regem ex rege, Dominum à Domino, Verbum viuens, sapientiam, vitam, lumen verum, viam veritatis, refurre-Ationem, pastorem, ostium, immurabilem arque inalterabilem \* divinitatis ipsius, substantiz,& potestatis, & consilij, & gloriz patris ipsisimam arque per omnia similem imaginem, primogenitum omnis creature, in principio existentem apud Deum, verbum Deum: pro eo atque in Euangelio est dictum, Et Deus erat verbum: per quem om-

Malan fraut VOU, THE IXXX siac suvedinas navovis श्रिक्षा. Alliones Synodi cătra Athanafin Eusebian Emefenus. Gregorius Mihanafio ∫wcce∬or å cö ciliabulo Antiocheno designa-Crebra Syw di Ecclesin obsunt.

Formula fi-

<del>ar</del>ovoatko.

Formula einsdem conci liabuli proli-

" Tie febrar@

Secrat. lib. 2 cap-8. Prarogativa Rem. Ecclefie in Conci-中山部江 بعدائد ۱۹ mg 10 fe-

interesaus.

18 de lin de

TH KARUPION idanasi sa

ingobias.

TOLIS, HOLA

A nia facta sunt, & in quo omnia cossistunt. Qui diebus extremis descendit de cœlo,& natus ex Maria virgine, secudum scripturas: & homo factus, mediator Dei & hominum, & Apostolus fidei noftræ,& dux vitæ(quemadmodum dixit, Descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, Sed voluntatem eius qui misit me. ) Qui passus est pro nobis, & resurrexit pro nobis tertia die: & ascendit in cœlos, & consedit in dextra patris. Et iterum venturus est cum gloria & virtute, ad iudicandos viuos & mortuos. Et in Spiritum san & um, qui consolationis & sanctificationis & persectionis gratia credentibus datus est. Sicuti & Dominus noster Iesus Christus discipulis mandauit, dicens. Euntes docete omnes gentes, baptizates eos in nomen patris & filij & spiritussancti. Manifestum porrò est, Patrem verè esse patrem, & filium verè elle filium, & spiritum sanctum verè elle spiritum sanctum: nominibus hisce non simpliciter neque ociose positis, sed cuiusque corum qui nominantur propriam certò significantibus subsisté tiam, ordinem & claritatem. Ita vt subsistétia quidem tria sint,+consensione autem vnum. Ad finé porrò hæc adiecere. Hanc igitur obtinentes fidei persuasionem, coram Deo & Christo ipso, omné hæreticam pravámque anathemate ingulamus \* opinionem. Et si quis contra sanam rectaing; scriprurarum fidem docet, dicens aut tempus aut læculum esse, vel suisse, antequam filius Dei suerit, anathema sit. Et si quis dicit filium creatură, perin de atque vnam aliquam creaturarum:aut genimé, perinde atque vnum aliquod geniminum, & non sicuti divinæ scripturæ de prædictis omnib prodidere sentit : aut si quis aliud docet vel annunciat, præterquam quod accepimus, anathema sit. Nos enim omnia quæ ex sacris literis à Prophetis & Apostolistradita sunt, verè atque apertè & credimus & sequimur. In hac formula quum immutabilem & inalterabilem filij divinitatem, imaginëque non differentem à divina substantia & consi lio & potestate & gloria, atque primogenitu omnis creaturæ clare dixerint : nescio quomodo etia consubstantialem ipsum patri dicere detrectauerint. Vulgarut sanè quidam, sidem talem sic se inuenisse scriptam,& à Luciano conceptam,qui Nicomediæ martyrio decertauit, viro diuino, & in sa cris literis lupra cæteros apprimè erudito: amplitu dine, vt equidem puto, martyris, celebritarem potius scripto suo vendicantes, quam vera dicentes. Interfuit autem concilio huic, Eusebius, qui ex Ni comediensi ad Constantinopolitanam sedem est translatus: Acacius Eusebij Pamphili throni iuxtà & eruditionis successor: Patrophilus Scythopolitanus: Theodorus Heracleotes seu Perinthius, vir præclarus, qui Euangeliorum expositiones edidit: Eudoxius Germaniciensis, qui post Macedonium Constantinopolitanam ecclesia gubernauit: Gregorius, quem ecclesiæ Alexandrinæ episcopű designauerant, qui omnes eadem sentiebant : sed

& Dianius Calarea Cappadocum, & Georgius

Laodiceæ Syrorum episcopi, alisque plures insi-

gnium thronorum Metropolitana dignitate præ-

ditt Antistites: præter Iulium Romæ & Maximű

Æliæ episcopos, qui ob eas quas paulo antè recen

fuimus causas no affuere. Ad illos etiam Eusebius

Emesenus accessit. De eo, qui fuerit, nunc dicam.

Hic Edessa Oscoenorum claris parentibus geni- D tus, sacras primum literas, postea etiam Græcas di sciplinas, ab eius loci magistris didicit. Deinde cu Eusebio Pamphili familiarius agens, atque etiam cum Patrophilo Scythopolita, accuratius in facris est eruditus literis. Antiochiam venit, quum ibi + Eustathius propter crimen ei intentatum ex autoritate Synodi condemnatus est:atque cum successore eius Euphronio eisdem in ædibus ægit. Sacer dotalem autem dignitatem deprecatus, scholas Alexandrinas frequentauit. Ibíque quantum opus erat exercitatus, Antiochiam rediit: & cum Phlacito, qui in episcopatu Euphronio successit, fuit. Hic, Eusebius Constantinopolitanus quum Syno dum celebraret, Alexandrinæ sedi hunc destinauit.Quòd enim & eloquétia polleret,& bene honestéque viueret, breui is Ægyptios ab amore & desiderio, quo in Athanasium ferebantur, abdu-Aurus elle existimabatur. Eam functionem vbi re pudiauit, id quod res erat secum reputans, iustam nimirum erga se odij causam facile Alexandrinos reperturos, qui alium neminé pro Athanasio cer- E nere sustinerent episcopum, Emesam est missus: Gregorius autem Alexandriam deductus. Ille calumnia Emesæ expetitus, quasi eius partis Astronomiz quæ Apotelesmatica dicitur, tesponsis scilicer dandis occupata, studiosus esset , Laodiceam ad Georgium epilcopi isthic munere fungentem, veterem amicum profugit:& cum codem Antiochiam ad Phlacitum & Narcissum profectus, inde apud Emelenos in episcopatum suu restitutus est. Fuit autem & Constantio Imperatori pergratus, qui eum fecum aduerfus\*Perfas bellum gesturus duxit. Multa namque divinum numen prodigia per iplum edidisse, Laodicelis refert Georgius, qui vitam eius conscripsit. Et quanuis tantus vir fuerit, non tamen inuidorum, qui honestis imminere soliti sunt, laqueos effugit. Obiectum enim ei est, quòd in eadem effet cum Sabellio sententia. Tum sanè quidem, vti dixi, Antiochiæ decretis faciendis cum aliis suffragator interfuit. Hæc de Eusebio. Et Synodus Antiochena rebus ita gestis, soluta cit.

CAPPT VI.

A verò tempestate res etiam publicæ infeliciter administratæ. Franci enim, gens bellicosa, Galliam occidentalem percurretes, maxime vastarunt. In Oriente au tem loca pleraque sævis terræ-

motibus sunt concussa: Antiochia verò maximè. integro namque anno id pertulit malum. Quo tépore cum magna militum manu (quinque hominum millia erant, quos Syrianus ducebat) Gregorius Antiochia Alexandriam est profectus. Milites propterea eum sequuti, vt tutò & absque seditione omni ingredi eam vrbem posset. Incredibili enim erga Athanasium desiderio multitudo tenebatur. Non parum tamen Ariani quoque, qui Alexandria erant, quomodo Athanasius exigeretur dispicientes, hac in parte profuerunt. Metuebant enim illi, ne tumultu in plebe excitato, malè ab ea acciperentur. Quod & ipsum Athanasius veritus, sensim sugiebat. Serum iam diei erat, & ipse in

de saburi-ZOVIA. Enemit re Enfathiu à Cyro Ber-Thato accords. tus tăquam Sabellizaus, ordinem damuatu redigeretur. Olim epife pu Mathewatican of Aftronomiam Ap telefmatică traclare reli gio erat.

† Apad So

2.64.9.00

viBu hosdin

bard Kiper KA

THYOPHIUTAL TOD BLPOLING

unda opedára

for Barbaros. Ex Entropio videtur esfe legen dum Parthos.

\* Socrates

habet adner

Clades reip.

Franci Gal liam vastāt.

Terra metas

dieturnm.

Gregorius milstari ma-

**ma in** po∬ef-

Somern Feele

fia Alexan

drive pardo-

citur.

F

Primary epi fcopi,quiCom cilio Antio cheno interfuere.

ou mouria.

Confultà in

has formula

momen 70 å.

Possis emif

hac Luciano

martyri calli

dè adjeripta.

∫wno.

Formula

\* racodifíar 33

De Enfebio Emejeno.

was ecclem Dieer

Enfelo A. s'reguat. Epifcopi dif u Orien-

m Sya n Žnie

Evfebÿ

Nova Byzz rý de electió ne epifcopi Palu is Ecclesia Co-€tw. M ecedes iterwa cius

A ecclesia, quòd Synaxis & conuentus in expectatione esset, rebus sacris intendebat. Et manus iam militaris ecclesiam per manipulos ordine suo occupauerat:quum ille precatione peracta, psalmodiam continuare iubet. Milites quieti tum erant, quòd intempestiuum,impetum in eum facere, exi Aimarent, quum concentu vno carmina resonarent. Atque interea, quòd omnes vna porta egrederentur, Athanalius in media plalmos canétium turba rectus, incolomis euadit, atque Romam reeurrit. Gregorius porrò, illo profugiéte, thronum recipit. Propter quod factu multitudo malè animata, ecclesiam quæ apud ipsos sub Dionysij episcopi nomine crat, igni combusit. Eusebius cum suis ea re ad voluntatem suam peracta, magnóque studio episcopis in Oriente catholicis reiectis, & aliis qui eadem secum sentirent, insignioribus sedibus, Alexandriz, Antiochiz ad Orontem, przfectis, & in ipsa ad Hellespontum imperante vrbe per seipsum sede occupata, admodum morigeros omnium eorum locorum habuit episcopos. Iulius autem Romanus Pontifex, & totius Occidentis episcopi, constantes Nicænæ Synodi suffra gatores & laudatores, rebus quæ in Oriente præter spem acciderant, grauiter afflige bantur. Ipsum quoque Athanasium ad se venietem perbenignè susceperunt: & virum tantum, eadémque cum eis sentientem, honore sunt prosequuti, causamque eius ad iudicium cognitionémque suam transferendam duxerunt, & scriptis eam ob rem literis Synodum ad se euocarunt. Quibus literis Eusebius exacerbatus, missis ad Iulium legatis, iudiciu ei rerum in Tyria Synodo aduersus Athanasium decretarum permilit.

CAPVT VII.

Riusquam autem responsum Ro ma accepisset, Eusebius diem suu obiit, non diu à Sung de chepa superstes. Porrò belua ea sublata, Constantinopoli cœtus piorum studio & ardore, quo er-

ga Nicæna decreta ferebantur, Paulum in ecclesiã reduxere. Tum quoq; Arianoru factio, & Theognidis atque Theodori Perinthij (Heracleotem eŭ nominant)sectatores, in ea quæ Pauli dicitur ecclesia, conuentu acto, Macedonium Constantinopolitanum elegerunt episcopum.In quibus quùm alij multi, tum Vrsicius & Valens, alter quide Singidonis superioris Mysiæ, alter autem Mursorum superioris Pannonie episcopi fuere.qui postea resipuere, & libello pænitentiæ Iulio Romæ episco po oblato, sumi consubstantiali assensere, & ad communionem admissi sunt. Tum temporis autem acres Arianæ opinionis æmulatores, non paruos ecclesia motus excitarunt, quorum vnus etia Macedonius fuit. Ciuili namque ex ea causa bello exorto, plebs quotidie ferè seditionem cocitabat: & multitudine vtrinque concurrente, plurimi atterebantur atque peribant. Qua re Imperator cognita, quum adhuc Antiochiæ moraretur, ira percitus, Hermogeni duci, qui tum in Thraciam missus fuerat, mandauit, vt ex itinere cu equestri manu in vrbem imperatricem diuerteret, & Paulum ecclesia eiiceret. Qui vbi affuit, & Imperata factu-

rus militarem manum adhibuit, plebs ei restitit. D Eam verò, ad vim vindicandam paratam videns Hermogenes, amplius etiam militari robore insti tit.Ibi multitudo ad seditionem & tumultum pau latim concitata, præter rationem ad impetum pro siluit: & deinde vnà simul omnes ruentes, Hermo genis domum incendêre, ipsúmque occidêre: fune quoq; ad pedes eius alligato, per vrbis vias traxere.Hac vbi ad Constantium sunt relata, equo vehens Constantinopolim venit. Et quym grauiter in multitudinem animaduertere statuisset, noxam eis, quòd lachrymantes ei obuiam ierant, remistr. Dimidiam tamen circiter frumenti partem ademit, quod Constantinus quotannis ex Alexan driæ & Ægypti tributis, ciuibus suis largitus fuerat. Melius fortasse Constantius esse ratus, sic seditionum, quam aliter, accidere causas, quæ ex luxu plurimum & secundarum rerum licentia emer gere solent. Octo enim myriades medimnorum frumenti quotannis à Costantino plebi datæ fuerant, cuius dimidiam partem tum Constantius diminuit: ira omni in Paulum conuersa, quem non E solum throno, sed vrbe etiam eiecit. Macedonio quoque succensens, vt seditionum, tumultuum, atque adeò cædis Hermogenis autori: qui iniussu suo episcopatum recepisser, atque electione eius neque comprobata neque abrogata, in ea qua couentus agebat ecclesia, eum sic manere passus An tiochiam reuertit. Interea Ariani Gregorium perindeatque in religione segnem, & Alexandrinis minus gratum, & propter ecclesiæ, quæ Alexandriæ Dionysij episcopi fuerat, in introitu eius con flagrationem, episcopatu mouent: & Georgium quendam Cappadocem genere, qui circa panem viliorem & furfur ætatem egerat, fuccidiæg; adeð suillæ promus condus fuerat, quòd in religione tuenda industrius esset, pro co in Alexandrina sede collocarunt.

\* Alla funt hac Constantio III. & Constante II. Cost. quo sempere Constant Francerum genoem bello rectam fædere sibi coninneit Socr.lib.2.cap.15.

#### CAPVI YIII.

Thanasius autem Romæ agebat, Constante Constantin matu filio toti Occidenti imperante. Venit ed Costantinopolitanus

Daulus. & Marcellus Anquoque Paulus, & Marcellus An-cyranus, propter eam quam dixi-

mus causam, Asclepas etiam Gazzorū episcopus, qui & iple quod fortiter Arianis relisteret, accusationem iudiciúmque, quasi sacrificij aram euettisset,sustinuit:& ob id episcopatů deponere coactus fuit, quem epilcopatum Quintianus est confequutus. Lucius præterea Adrianopolitanus eodem crimine delatus, & dignitate itide spoliatus, Romam confugit. Horum causa Iulius antistes Romanus cognita, quòd cosentientes sibi de Nicænis decretis invenit, communione eos est dignatus. Pro amplitudine autem ledis luz, ex veteri priuilegio & prærogatiua, perlualum habens, omnium vbique episcoporum curam & iudicium ad se pertinere, datis cuique liberrime scriptis lite ris, suas eis ecclesias reddidit, eòsque in Orientem remisit : eos qui temerè illos exauthorassent, perHarmoge-nes à plebe furence in earficetur.

Confraction dimidi 2 par. pulica plebi, oulita lece adimit. Paulus proferibit.

Alexadria Ariani Gregorio ro-Georgium ci substituunt.

Catholici epi riente Romă profugions,

**Episcopus** Ro.profugos epifcopos ad communicas admittit. Ecclefia Ro mana vetas prinslegiono. Socralib.2. ca.15. Soze. lib.3.cap.8. Profugi epi-Scopi in integrum restitwantar,

Orientaliü epifceperum ad Iuliü Re. antiftitem acres lisera.

Seutentia e ino feriptio

tusque & turbas ecclesiis crearent, neque semel Nicææ factis fidei decretis starent. Ad hæc præcepit, vr quidam ex eis ad diem constitutum Romç prestà estent, qui recte sententiam in condem natos latam esse probatent. Sin minus, minas addidit:nisi à rebus nouandis desisterent, se ab eis sa cras exacturum pœnas, Athahasius, & qui cum eo erant, missis ad Orientales episcopos literis, eccle sias suas receperant. Illi consumeliam esse rati lulij obiurgationem, Antiochiæ congregati, de sententia omnium epistolam ad eum misere, luculen ter quidem illam scriptam, ironiis autem aculeatisque verbis refertam, forensémque & iudicialem in modum compolitam,& quæ styli vi & gra uitate minarum expers non esser. Scripserut enim, Romanæ quidem vrbi ab omnibus obseruantiam exhiberi & honorem: quippe que antiquitus Apo stolorum domicilium & schola, verxque pietatis, vt aliquis dicat, Metropolis & primaria vrbs fuerit: quamuis ex Oriéte præcones eius eò venerint, se tamen non ideo secundas ferre debere, quòd Ec clesiæ magnitudine superiores non essent, quum virture & rebus aliis priores se esse existimarent. Illud eriam criminis loco obiecere, communicare eum cum Athanasio animum induxisse: ídque indignè tulere, veluti contumelia Synodi corum sen tentiæ irrogata ellet. Et factum iplum, vt quod co tra sanctiones Ecclesiæ processisser, iniquum esse, sunt calumniati. Atque ægre id eis esse, rectéque se eum reprehendere, quum dixissent: postremò, siquidem quum sententiam ipsorum qua illos condemnassent, tum electionem eorum quos pro illis ecclesiis præfecissent, comprobaret, pacatos etiam se fore, & secum communicaturos. Sin aduer sari eis pergeret, & ipsos coniunctos aduersus eu ituros esse, intulere: quum neque maiores eorum contra Cornelium Romæ episcopum conati aliquid fuerint, quum ille Nouatum presbyterum ec clesia summouisset. De rebus vetò Nicænis nihil rescripsere, superfluum id esse arbitrati, etiasi plurima quæ scriberent haberent:quæ tamen vt omit terent, res prælentes necessarió essagitarent. In ea C sententiam Orientales episcopi ad Iulium literas

· A stringens, vt qui no recta sequeretur consilia, mo-

CAPYT IX.



Onstantio verò Imperatori Antiochiæ agenti scribentes, illos vt seditios homines à se expussos esse, sunt calumniati. Ille vbi Pau lum recuperasse locum suum audiuit, admodú ferociit: & ad Phiantia

lippum vrbis \* præfectum, secundam ab imperia li potestate dignitatem tum obtinentem, scripsit, vt Paulo vrbe eiecto, Macedonio ecclesiam traderet. Philippus ex Hermogenis casu cautior factus, quòd multitudinis surore metueret, arte qua dam rem est aggressus. Priusquam enim ea vulgaretur, perinde quasi de publicis quibusdam rebus consilium habiturus, Paulum ad se in Zeuxippum (quod publicum & celebre amplissimumque est lauacrum, postea+Numerorum cognominatum) vocauit, esque decenti cum honore aduenieti, Im peratoris literas exhibuit. Ac hominem per pala-

tium Imperiale, lauscro quod diximus vicinum, D ad mare deductum, nauigioque impositum, Thessalonicam misit:quam etiam patriam habere,& à maioribus suis inde oriundus esse dicebatur. Eidemque Oriente toto interdicens, in Illyrico & vl terioribus terris viuendi liberam permilit potelta tem.Præfectus ex co loco, vnà cum impio Macedonio incitato cursu in ecclesiam ire contendit: & multitudo ex omni hominum ordine mista, ca reaudita, pro se quisque locum antecapere festinans, ad eam ecclesiam cucurrit. Innumeri prorsus, qui eò confluebant, erant. Et militaris manus. armata ad terrorem plebis consequebatur. Atque ea vbi proxime ad ecclesiam venit, nec ei accessus propter vndique concurrentem turbam patêret, milites vi homines reiicere per audaciam cœperunt. Quum verò illi propter multitudinem oppidò in angustum redactam, cedere & \* considere non pollent, relistere cos, milites, neque sponte transitum dare velle opinati, strictis vsi gladiis, ve luti reluctantes cecidere, multosq. (vt fieri solet) neci dedere. Non pauci etiam inter se conculcati E: arque attriti interiisse dicuntur, ita yt occisorum turba trium millium centum & quinquaginta nu merum superauerit. Porro Macedonius, perinde atque noui nihil factum esset, tanquam innocens & purus, in + Epibateriorum introitúsque arcanioribus sacris, quasi ex aliqua prestigiarum scena aliquis, aut Deus (quod dicitur) ex machina, de im prouiso Hierarcha apparens, à præsecto magis, quam ex ecclesie consuetudine, ab episcoporum ordine in thronu est deductus. Ad hunc modu, & per has cædes Macedonius & Ariani ecclesiá occupauere.Ita etiam Paulus folum iniqui exilij gratia vertere est coactus. Athanasius autem Constátij minas veritus, fuga sibi consulens disparuit. Nã ille capite in eum se animaduersurum denunciaue rat, quòd obtrectatores eius & insidiatores eum vt seditiosum detulerant, reditu eius ex vrbe Romana in ecclesiam, multitudinem ingentem conculcatam interiisse allegantes. Maxime verò Constantium in eum incitauerat calumnia ab Arianis ei intentata, veluti annonam pauperum, quam Im peratoris pater Constantinus Alexandriæ in ege- F norum alimenta distribuendam sanxerat, Athana sius vendidisset, atque in pecuniam redegisset. Ob seruandum illud, eo tempore quo Macedonius episcopatum recepit, Constantium magnam ecclesiam absoluisse, quæ 000/a, Sapientia nominata est: proxime ad cognominem Paci ecclesiam, quam Constantinus Constantij pater, quum prius exigua fuisset, ad eam etiam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit: ita vt duorum istorum templorum oræ contiguæ, vnúsque ambitus & muri

CAPVI X.



esse videantur.

Vlius Romanæ vrbis episcopus literis, quas Eusebius ante obitú suum contra Athanasium scripserat, alisse que quas ij qui Antiochiæ conuenerat dedere, atque aliis rursus quorudam Ægyptiorum episcoporum,

ementita esse aduersus Athanasium omnia declarantibus, essque sic inter se pugnantibus, acceptis, Antiochenis Macedoniau in possessonë epsseparus deducirur.

• our Rado.
Cades hominum multa
in ingress
Macedony
in ecclesiam.

† Inneftituvä nücrocät. Macedonim vir sanguimatim sabitò episcopus apparet.

Athanesij Suza.

Par graem calumniă in innidiă A-thanafuu a-pud Conftan tium adducivar.
Sapičtia Del semplü, quod Conftantiu non perfecit.
Sapr. lib. 7.
649. 49.

Iuly ad Au siochenum că ciliabulum sesponsum.

. ••

t verleav.

\* Staryer.

Costanty ins So Paulus e-

discopus Cou

Aantinopoli-

liff mittiter.

u in exi-

Austilas
Ro.epifops.
pl den zaek
radpu tu
denizs fudpus emonitunde tuchu
sing. Soct. al.
2.149. 17

Albanafi<sup>2</sup>
& Paulus
apud Conjiantem Impe.quiritantm.

ź

•

4

بر،

į,

at 3

•

i,3⊈ 第□

غنبر

Conflătis ad Conjlantiii pro orshodoaia lisera.

Tres Orientales episcopi in Occidese legati.

Formula fidei, quam la gasi ifti Impe. Conftanzi akulore. A Antiochenis illis rescribens, epistolæ eorum arrogantem & præfractam sententiam coarguit: & quòd latenter aggressi essent, contra decreta Nicæna,fidem nouare & adulterare. Præterea,quòd præter ecclesiasticam consuetudinem, se quoq; in Synodum vocare intermilissent. Extare enim ecclesiasticum Canonem, authoritatem omnem eis abrogans, quæ præter Romani antistitis sententiam peracta essent. Rursum, quòd in rebus quas in Tyro vrbe & Mareote decreuissent, non legiti. mè processissent, inquisitione videlicet vna tantu præsente parte facta. Arsenij autem manum liqui do apparentem, apertam sycophantiam esse, eis obiecit. Et secundum ea omnia, æquum esse vt Athanasio & Paulo subueniretur, intulit. Breui nam que post, Paulus quoque Corinthum se ire assimu lans,in Italiam venit,& casum suum miserandum in modum deplorauit. Verumenimuerò vbi Iulius scriptis suis apud Orientales episcopos nihil effecit, Occidentis Imperatorem Constantem, de re bus Athanasij & Pauli certiorem secit. Qui ei etia adito, Arianæ factionis subdolas fraudes exposuere:patris mentione illata, vt ille œcumenicam & vniuersalem Synodum coegerit, constitutionéq; decreta illius stabilierit, referentes, & eum ad paternam æmulationem consectandam cohortantes. Constans rebus eis cognitis, casum corum virorum calamitatem suam prorsus esse putauit: & ad fratrem scribens, eum admonuit, vt paternære ligionis incorruptam integramque seruaret normam.Ille enim,inquit, vera pietate imperio stabilito, tum tyrannos Romanos omnino sustulit, tu barbaros hostes circumcircà deuicit. Significauit eidem etiam, vt tres ex Oriente in Occidentem mitterentur episcopi, qui rationem de Athanasij & Pauli exautoratione exponerent. Ad id delecti funt, Narcissus Irenopolis Cilicie, Theodorus Perinthi,& Marcus Arethulæ Syriæ epilcopi. Qui in Italiam quum venissent, Imperatori Constanti iu stam esse, quæ contra illos lata fuerat, sententiam persuadere voluerunt. In Athanasij verò colloquium venire non sustinuerunt. Porròvbi de fidei corum ratione questitum est, aliam eius, quam que Antiochiæ composita erat Constanti formulam obtulere, hisce verbis expressam. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem & fa&orem vniuerlorum: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia secula ex patre genitum, Deum de Deo, lumé de lumine, per quem facta sunt omnia in cœlis & in terra, visibilia simul & inuisibilia Verbum exiltentem, & sapientiam, & virtutem, & viram,& lumen verum. Qui in extremo dieru propter nos homo factus, & genitus est ex virgi ne sancta. Qui crucifixus, & mortuus, & sepultus est:& resurrexit ex mortuis tertia die, & ascendit in cœlos, & consedit in dextra patris, venturus in consummatione seculorum ad iudicandum viuos & mortuos, & reddendum vnicuique secundum opera sua. Cuius regnum interminatum in infinita permanet secula. Sedet nanque in dextra patris, non folum in feculo præfenti, fed etiam in futuro. Et in spiritum sanctum, hoc est paracletum: quem

quum Apostolis promisisset, post ascensionem

suam in colos, misit, vt doceret & suggereret eis

omnia. Per quem etiam sanctificabuntur, que sincerè in eum credidere, anima. Eos autem qui ex non existentibus dicunt esse filium, aut ex alia sub stantia, & non ex Deo, & suisse quandoque tempus quum non suerir, alienos esse nouit Ecclesia catholica. Hanc exhibuere formulam.

Constans autem perspectum habens, eos iniquè contra diuinos viros conspirasse, neque criminum aliquorum gratia, neque propter vitæ prauitatem, sicuti attestationes declarabant, communionem illorum auersatos, sed dogmatis dissonatiam pror sus causam dissidij esse: infecta cuius causa venerant re, eos dimissit. Et Orientalibus atque Occide talibus veluti chassma seu hiatus sut, quæ eis intercesserat, dissensio. Qua tempestate & in Sirmio, quæ Illyrici vrbs est, Photini hæresse emersit: qui in minore Gallia ortus, & à Marcello, de quo diximus, loci eius episcopo eruditus, ecclesiis ibi præfuit, merum esse hominem Dominum doces. De quo, suo tempore dicemus.

Constas Avianorū fram
dem & casū
nsā cognoscis
Distibus inter Orientales & Occidentales,
Photini havesis.

### CAPVI XI.



Riennio deinde elapso, Orientales episcopi scripto alio composi to, ad Occidentales id misere: of manposixon, hoc est, longiorem vo carunt formulam, seu expositionem, quòd scilicet verba & senté

nem, quòd scilicet verba & sente tias plures complecteretur. Verum ne in eo quide substantia Dei nominatim métionem fecere. Eos verò qui filium ex non existétibus,aut ex alia subsistentia quam ex Deo esse: & suisse quandoque tempus aut seculum, qum ille non fuerit, diceret, proscripsere. Scriptum id pertulit Eudoxius Germaniciæ antilles, qui etiam post Macedonium Constantinopolitanæ præfuit ecclesiæ: & Martyrius, & Macedonius Mopfuestiæ Ciliciæ episcop. Occidentales episcopi scriptum non receperunt: sufficere sibi Nicanam sidei professione, neque se vlterius anxiè nimis & curiose squirere de ea velle, dicentes: atque illud etiá prætexétes, aliena lingua libellum scriptum esse, & se verborum senten tiam non intelligere. Lógior autem illa expolitio F ad verbum hæc est complexa. Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem & fa-Aorem vniuctforum: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Et in vnigenitum filium eius lesum Christum, Dominum nostrum, ante omnia genitum ex patre, Deum de Deo, lumen de lumine, per que facta sunt omnia in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia: Verbum existen tem, & sapientiam, & virtutem, & vitam, & lumé verum. Qui extremis dichus propter nos honio factus, & ex virgine sacta natus, crucifixus & mor tuus & sepultus, tertia die resurrexit: & receptus in cœlos, sedet ad dextram patris, venturus in con fummatione seculor ad iudicand vivos & mor tuos, & reddendum cuique secundum opera eius. Cuius regnu interminatu, &in infinita (ecula permanet. Sedet enim in dextra patris no tantu in feculo isto, sed & in futuro. Credimus verò & in Spi ritű fanckű,hoc est,in Paracletű , quem Apostolis promissum, post ascensionem suam in cœlos, misit, vt doceret & suggereret eis omnia:per qué etia sanctificatur, quæ sincere in ipsum credut animæ.

Orientales
per episcopos
alios µaxebsixov hoc
eft,longiore
fuci formulam ad Occi
dentales miserunt.

E

E-ifcopi legati Occidentales eam non veci pinus. Maceisexos, hoc est prolizior sidei for mula.

Ouiverd dicunt, ex non existentibus esse filium, aut ex alia subsistentia, & non ex Deo: & quòd fuerit aliquando tempus, quum non fuerit: cos alienos nouit esse sancta Catholica Ecclesia. Non minus & cos, qui dicunt tres esse Deos, aut Christum non esse Deum ante secula: neque Christu, neque filium Dei ipsum esse: aut eundem esse & patrem & filium & spiritum lanctum, aut ingenitum filium:aut quòd non ex propolito neque volurate pater filium genuerit:anathemate ferit san-& catholica Ecclesia. Non enim, ex non existentibus esse filium, dicere tutum est: quandoquidem nullibi hoc in divinitus inspiratis scripturis de co fertur. Neque sanè-kex alia subsistentia, preter patrem, prægrediente: sed ex solo Deo germane seu natiue ipsum genitum esse, docemus. Vnű namque ingenitum & principij expertem Christi patrem, diuinum docet verbum. Sed neque illud, 23 fuit aliquando quum non fuit, quod præter autoritatem scriptura periculose dicunt, tanquam tem porale internallum præconsiderandum: sed solus, qui eum fine tempore genuit, Deus contemplandus. Nam & tempora & secula per ipsum facta sunt. Neque verò + simul principij expers, neque 🖈 simul ingenitus cum patre filius esse putandus est. Etenim simul principij expertis & simul ingeniti, nullus propriè pater aut filius dicetur. Sed patrem quidem solum principij expertem existente & incomprehensibilem genuisse incomprehensibili, & quem omnes consequi non possint modo scimus, filium autem genitum esse ante secula.Et neque itidem vt patrem ipfum quoque inge nitum esse:sed principium habere, qui eu genuit, patrem ipsum. Caput namq; Christi Deus. Enimuerò tres confitentes res, & tres personas patris & filij & spiritus sancti, secundum scripturas, nó tres propterea facimus deos. Quadoquidem x per leipsum perfectum & ingenitum, principióque carentem, & inuisibilem Deum, vnum tantum nouimus, Deum & patremvnigeniti, solum ex seipso essentiam habentem, solum aliis omnibus abundè + existentiam largientem. Neque sanè dum vnum Deum esse dicimus, domini lesu Christi patrem solum ingenitum, proprerea Christum Deu esse antesecularem negamus:quales sunt Pauli Samosateni sectatores, post inhumanatione eum 🖈 ex profectu deificatum esse dicentes, eo quod natura merus homo factus sit. Scimus enim ipsum, etiamsi subiectus est patri & Deo,tamen genitum ex Deo, Deum natura elle perfectum & verum, & non ex homine postea Deum, sed ex Deo hominem factum propter nos elle,nequevnquam deliisse esse Deu. Execramur verò insuper, & anathemati subiicimus, cos qui verbu quide ipsum Dei, sed tantū nudum &\* sine subsistentia ficticiè vocăt:in alto verò essentia habens, aliquado sanè vt vocale seu + enunciatiunm, aliquando verò vt \* internum seu mentale à quibusdam dicum. Chri stum auté ipsum & Dominum & Deű, & media-

torem, & imaginem Dei esse ante secula nolunt:

sed eum ex eo tépore Christuelle factum & filiu

Dei dicut, ex quo nostram ex virgine carne assum

plit, ante trecetos quinquagita annos. Ex eo enim

tépore initiú regni Christú habuisse, & siné id ha-

bituru esse post consummationem & iudiciu, vo-

lunt, Tales autem sunt Marcellus & Photinus An-

diuinitaté Christi, & similiter interminatum eius regnű abolent, eo modo, vt ipsis videtur, monatchiá l'eu vnius imperium constituentes. Nos enim scimus, este non simpliciter verbum enunciatiuu, aut internum: sed viuentem Deu verbum, per seiplum lublistetem,& filiu Dei & Christum, & ita \*præscienter simul existentem & simul agentem ante secula cum suo patre, & ad omné eius administranté creationé, sue invisibiliú seu visibiliú, vt qui + subsistentiale verbum sit patris, & Deus ex factus est, & patre suum omnibus hominib.manifestauit, quíque regnat in secula seculoru. Siquide nihil nouæ dignitatis Christus assumpsit, sed eum antea persectu, & patri per omnia similé esse credimus. Atq; itidem, eundé esse patré & filiu & spiritu sanctum, & vnius einsdeg; rei & personæ tria proscribimus: quonia patrem qui coprehendi nequeat, at que perpessioni obnoxius non sit, & com prehesibilem, & perpessioni obstrictum per inhu manationem costituunt. Tales sunt, qui Patropas-Siquidé nouimus patrem quidem, qui miserit, in suo immutabilis divinitatis statu permansisse: qui verò missus est Christū, inhumanationis œconomiam & munus obiisse. Consimiliter autem eos qui impiè, non cosultò neque voluntate genitum esse Christu dicunt, necessitatem videlicet quandam imponentes,& substantia voluntate & delectu carente Deo tribuentes, ita vt inuitus filiŭ genuerit, impiissimos & à veritate alienissimos cognolcimus. Quoniam aduersus comunes de Deo \*noticias, atque etiam aduersus divinitus inspiratæ scripturæ sententiam, talia de eo statuere audent. Nos ctenim+ absolutissimæ potestatis eum elle, perfectissimique \*iuris sui Deum scientes, sponte & voluntate sua filium genuisse, piè existimamus. Et cum timore illud de eo dictum esse cre dentes, Dominus creauit me in initio viarum suarasque eius géitum esse arbitramur. Impium enim est,& ab ecclesiastica fide alienum, coditore cum creatutis per eum conditis comparare, cundémq; ctiam generationis modu cum eis quæ ab co sunt aliena habere putare . Solum namque,& folo seu vnico modo vnigenitum filium germane seu natiue atque vere genitum esse, nos diuinæ literæ do cent. Quin neque dum filium per seipsum esse, viuere, & existere consimiliter patri dicimus, propterea eum à patre segregamus, loca & interualla quædam inter eorum coniunctionem corporaliter imaginates. Credimus enim kine medio, & + sine spacio vllo, ipsos coniunctos esse, & inseparabiliter à seiplis existere, patre quidem completéte,& \* pectori applicante filiū totū:filio verò toto prorsus + deuincto & \* applicato patri, eóque solo perpetuo in sinu paterno coquiescente. Itaq; in modis omnib. perfectă & sanctissimă trinitate credentes, patreq; Deum dicentes, & filium, non iplos duos deos,led vnum confitemur,iuxta diuinitatis amplitudinem, & vnam certam absolu-

1 broise

+ AUTORPH

\* KÉ PIOV ÁT

\* ÀMBLEST

+ delica

μ(vs.

ROTO.

Ferrand \*

† ifne Inplus. \* Agramicas

Deo. Hic enim est ad quem pater dixit, Faciamus at thereton hominem secundű imagine nostra& similitudi- « 300. nc, qui & à patribus visus est quu lege ferret, & lo « quutus est per Prophetas: & qui postremò homo « hęc nomina impiè accipientes, meritò ab Ecclesia F siani apud Romanos, Sabelliani apud nos dicutur. tú ad opera sua:non itidem eum vt creaturas factu

cyrani in Galatia, qui anteseculare subsistetiam & D Marella,

# if Irless i. ek iv wast. es afoüro-KHHIVER. .

f rusher. 29. \* owayir. PHT Q-

+ The live retici.

\* ik moro-**₩ 1**9 !(0**₩**0 - 33 ريته فعله

\* indra. KTOV. \$ 2500bit-

# Detterand-w 28 (A) 18 28 गुनंद **स्टबं**गर का 191 ac 180 iis, GC. وسط وونده diser, or for saferetime ila verti pouf:Patre quidem rerii maerjarii romis cii ma potefate impe-صينه ه is filmes obžie, 👉 c. λ<del>έντΘ</del>. Socrat Li. 2. (19ite 19-

A tamque regui coniunctionem. \* Vniuerlaru quidem rerum per omnia cum summa potestate+ im perium obtinente Patre omnium, & ipsius filij:filio autem patri quidem subiecto, extra verò eum vniuersa post eum quæ per ipsum tacta sunt regete,& spiritus sancti prolixè ex volutate patris gratiam sanctis donante. Ad hunc enim modum, ordinem & rationem monarchiæ vniúsque imperij in Christo constare, nobis sacra prodidere oracula.Hæc vt post breuiorem fidei formulam fusius exponeremus, necessitas nobis imposita est, non per superfluam ambitionem, siue venditationem: sed vt omnem alienam suspicionem contra sententiam nostram conceptam, apud cos qui res no stras ignorant, abstergeremus: & vt Occidentales omnes quùm calumniæ aduersariorum impuden tiam, tum ecclesiasticam Orientalium opinionem cognoscant, cui opinioni divinitùs inspiratæscripturz, quz apud eos inuiolatz conseruantur, per nullam coactam autviolentam interpretationem, perhibent testimonium. Hoc quidem modo prolixior illa expositio sucrat instituta.

CAPVT XIL.



T autem ab Occidentalibus est repudiata, Constans Cesar vnum illud à fratre sibi dari postulauit, vt Paulus & Athanasius sedes suas reciperent. At quum literis suis nihil effecisset, propterea

quòd aduersarij contra niterentur: & quum popu lus ea de causa seditionem moueret, Paulus & Athanasius rursum Costantem adiere, & vt vniuersalis Synodus cogeretur petiere, vt de professione fidei, & de eorum causis accuratius res explorari posser. Exautorationis enimignominiam se propter fidei sinceritatem sustinere affirmarut. Quapropter de duorum Imperatorum istorum senten tia statutum, vt vtriusque imperij episcopi ad die certum Sardicam, quæ Illyrica ciuitas eft, conuenirent.Id quod Constans sic petierat, Constantius autem assenserat, vr videlicet seditio solueretur. Atque ex Occidentis partibus circiter trecenti có uenere episcopi, sicuti alicubi sacer dicit Athanasius:ex Oriente verò, Sabino Macedoniano referente, sex & septuaginta. Quibus accensus est & Ischyras ille, ex sese ortus presbiter. Ob quam çau sam, quum negocium ei cum Athanasio esset, in aduersariorum partes concessit, apud quos propter mendacia conficta episcopus apud Mareoten est creatus. Reliqui autem angustias constituti téporis prætexentes, atque alius aliam causam allegantes, non comparuere. Potissimum verò in lulium culpam eius rei conferebant, quum quidem mensibus viginti ante episcoporum aduentu dies eslet constituta. Decimus is erat annus, ex quo Có stantinus, Imperatoris vtriusque pater, ad meliorem migrauerat vitam. Et Orientales, qui + Philippopolim in Thracia venerant, Occidentalibus, qui Sardicæ iam præstò erant,scriplere,vt Athana sium, eiúsque studiosos, vt quibus sacris ministeriis interdictum esset, à concilio remouerent : aliter enim fieri non posse, vt in vnum conuenirent. Quod quidem postea quoque , quum Sardicæ essent, obtinere contendebant. Occidentales autem, atque in primis Hosius Cordubensis Hispa-

nus,& Protogenes Sardicensis, respondère, nun- D quam se communionem illorum deuitasse, neque porrò etiam vitaturos esfe:quum Iulius episcopus Romanus,caula corum peripecta,iniquè cos infidiis circumuentos esse indicarit. A desse ipsos quoque,& redarguere iniquum illud iudicium velle. Plura quoque alia vltro citróque & scripsere, & per internuncios alteri alteris significauere, vnde maior etiam inter eos est excitata simultas, maius odium, dies quoque constituta præteriit. <u>Et con</u>festim discessione facta, seorsimque verisque con filia agitantibus, contrarias alteriadueríus alteros sententias tulere. Orientales namque Philippopoli conventum egere, atque ibi decretis suis in Athanasium, Paulum, Asclepam, & Marcellū magis etiam confirmatis, Iulio insuper Romæantiititi magistratum ecclesiasticu abrogauere, quod primus iple cum illis communicallet. Contessorem etiam Hosium ea de causa, & præterea quòd amicus Eustathij & Paulini Antiochenæ ecclesiæ episcoporum fuerit, exautorarunt. Deinde & Maximinum Treuirorum antistitem, qui primus ad E communionem Paulum admiserat, reditúmque eius in vrbem Constantinopolitanam procurauerat:infuper quòd Orientales epifcopos in Occidétem venientes proscripserat. Nec iis tantum sacram ademere dignitatem, sed & Protogeni Sardicensi: quoniam Marcellum Ancyranum quem antea calculo fuo dănauerat , ope fua fubleuaret: atque item Gaudentium , quia quos illi per abrogationem ignominia affecerant, multo prosequeretur honore: & quod aliter de reb<sup>9</sup> diumis quam Cyriacus sentiret, cuius ipse successor erat. Potrò in caula fidei harino consubstantiale quidem repu diarunt, marqualitatis verò opinionem literis in partes omnes (criptis diuulgarūt. in quibus locorum pleroruma; episcopis quoque significarunt, ne cos quos proxime sententia sua notas fent, vel in communionem reciperent, vel literis etiam dignarentur. Alij autem dicunt, eos de fide, iuxta prolixiorem quam præmisimus formulam, credere iulsisse:in quasus esis consubstantialis, ver bo nullo meminere: sed eorú tátum qui tres Deos esse, aut Christum non esse Deum, aut eundem esle patrem & filium & spiritum sanctum, aut filiu ingenitum, aut fuisse aliquando tempus aut seculum quum ipse non fuerit, dicunt. Hæc quidem episcopi Orientales Philippopoli in Thracia agebant.Hosius autem, & qui cum eo Sardicæ erant, prim um quidéillos indica & deserta causa, propter contumaciam damnarunt: Athanasiú recepe runt,& quæ aduerfus eum Tyri acta fuerant, anathemate funt persequuti, Marcello episcopatum fuum reddiderunt, quòd le diceret nunquam ea sensisse, de quibus per calumniam accusatus esset. Asclepæ episcopatum Gazæorum autoritate sua confirmarunt, qui antea etiam multorum antistitũ,& maximè Eusebij Pamphili suffragio Episcopalem susceperat dignitatem, cuius rei certitudiné acta iudicij declarabant. Lucium etiam Adrianopolitam, quòd acculatores eius profugerant, restituerunt. Horumque paræciis & ecclesiis scripserunt, ne alios quam hos ipsos haberent episcopos, eorumque quamprimu expectarent aduentu. Abrogarum quoq; epilcopatú \* Gregorio Alexandrino Basilio, Ancyrano, & Quintiano, Gazzo:

Disidit inter Orienta. les & Occi-

Mutua inter eos exautorationes. Maximin<sup>3</sup> Treverensis episcopus,

Orientales
Philippopoli
coacti, out
unov, hoc est
inaqualitate in Trinita
ts indusune,

Occidentaliú epifcoporum Sardica acta.

\* Legëdum fortè Georgio suprà can 7.cod

tivil quaire

tivil quaire

no minutales

Athenafin

or Paulono

à concilio est

clusses esse roo

lant.

Conclui Sar

panij 🕁 Co

300. epife**ți** Occident**a**-

les, Orienta-

racies Thre

cie Macdo

eri Filo

les episcopi

140'N 70-

ele de Co

† Singido he lie S gedinii dicum.

Occidentales \* And Hasay In Trinitate da mant.

Magnocum B metu & reli gione veteres de fido noui aliquid edidere.

Marcellas is As:314 mum epifeopari ab Oscidentalikus restitutus. Eine scripta à multu non Satis intellecla, or proinde pro hereticu habita. Ensebius Pamphili co era Marcellum stripsis. Secr. lib. 2. cap.20.

Enfeby Päphili verbor==,Domions creanit De, & 6,626pojuw.

A & vt non modò episcoporum, sed ne Christianorum quidem appellatione honorarentur, statuêre.ldem fecerunt I heodoro Perinthio, Narcisso Irenopolitano, Acacio Cafariensi Eusebij Pamphili successori, Menophanto Ephesio, Vrsicio + Singidonis, & Valenti Mursia Pannoniorum episcopis, & Laodicensi Georgio, quamuis Synodo Orientalium is non interellet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt, quòd filium Dei à paterna substantia separarent & quòd, qui dudum propter Arianam hæresim reiecti fuerant, eos recepillent, & ad ampliorem ministerij Dei euexissent dignitatem. Eis danatis, ad omnes vbique episcopos miscrunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, nec non Nicanis placitis consentirent. Quibus roboratis, vò ἀνόμωιν, inæqualitatem repudiarunt, vò òμιθsier, consubstantiale aperte premulgarunt. Et scripto quodem composito, quod diffusius quidem quam Nicanum esser, finitionem autem eius seruaret, verbisque non admodum ab illo differret, id passim ad loca omnia miserunt. Ne verò nouare quidquam contra Nicæna decreta viderentur, Hosius & Protogenes, qui tum Synodo præierāt, cum certa attestatione ad Iulium literas dederunt autoritatem suam se Nicænæ fidei professioni integram relinquere: perspicuitatis autem gratia, qua Nicaa constituta essent, non ita multis latius extendisse, ne scilicet Ariani compendio professionis fidei ad absurdas opiniones cos abduceret, qui dialectica sunt imperiti. His ita peractis, domum reuertêre. Et verique in ea erant opinione, recte ab eis quæ sententiis proscriptionis ferendis egissent, esse facta. Orientales quidem, quòd Occidentales, quos ipsi sacro ordine mouissent & reiecissent, eos ad communionem admisissent. Occidentales autem, quòd illi qui Athanasium & 2lios damnationis sententia notassent, ante publicam cognitionem profugissent. Et quòd ij Nicæna decreta complectebantur:illi verò ea deprauare & adulterare audebant. In Sardicensi concilio Marcello quoque, de quo suprà diximus, Ancyræ Galatiæ episcopatum, sicuti commemorauimus, rursum mandarunt. Nam is Synodo exposuit, à multis libri sui scripta intellecta non esse.vnde illi suspicionem conceperint, eadem se cum Samosateno Paulo & Sabellio sentire.

### CAPPT XIII.

Ciendum fane, Eusebium Pam-Marcelli commentatium refellisse. Scripto nanque eo in partes suas diviso, deinde confutationé infert: idque in toto opere facit.

Ex quibus libris Socrates scriptor ecclesiasticus plurima allegat, quapropter Eusebius quasi Arianus taxatus fit. Ac deinceps refert, primæ Synodo eum interfuisse, alissque episcopis decretis faciendis consensisse: sicuti Eusebius ipse in tertio ad Có stantinum libro memoret. Profert verd idem & piam eius in illud, Dominus creauit me in initio viarum suarum, interpretationem, in qua hæc sic scribit. Quòd Dominus seipsum creatum esse ait, non hoc sanè ita dicit, tanquam qui antea non fue

rit, ac tum primum esse cœpetit: vt quemadmodu D reliquæ creaturæ, itidem & ipse ex non existente extiterit, quod nonnulli no recte acceperunt: sed vt constans quidem & viuens & præexistens atq; subsistens ante totius mundi constitutionem, ad \* regendum autem & administrandum vniuersa à Domino fuo,ipfius patre , ordinatus: vt co loco hoc verbum Creauir, pro verbo ordinauit seu costituit, sit dictum. Aperte certe quidem hominum principes & duces creaturam nominauit Apoltolus dicens, Subiecti igitur estote omni humanæ creaturx, propter Dominum, siue regi quasi prxcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Et propheta ex persona Dei dicens, Ecce ego firmás tonitrum,& creans spiritum,& annuncians ad ho mines Christum eius:hoc verbum Creans,non ea sententia, quòd antea non fuerit, accepit. no enim tum Deus creauit Spiritum, quum Christum suu per eum omnibus hominibus annunciauit:neque recens sub sole fuit. Sed fuerat quidem ille, & preextiterat: missus autem tum est, quo tempore Apostoli congregati erant, quum instar tonitrus E è cœlo sonitus prouenit, tanquam aduenientis fla tus vehementis hoc verbo Creans, pro eo quod est demittens, aut ordinans seu statuens, posito: to nitru verò ipso, alio quodam modo Euangelicam prædicationem significante. Tale est & illud, Cor mundum crea in me Deus: vbi non ille quidé tanquam cor non habens, sed ve tandem habenti & purificaretur & perficeretur, precatus est. Et illud, Vt crearet duos i vnú nouú hominé:pro+cogeret feu congregarer. Vide porro an non tale fit & illud,Induite nonum hominem, secundum Deum creatum.Item illud, Si quis in Christo noua creatura: & quæcunque sunt eiusmodi. Vt ne mireris, si metaphorice & per traslationem in verbis istis, Dominus creauit me in initio viarum suarum: Creavit, pro constituit, aut ordinavit dictum sit. Hac in tertio ad Marcellum libro Eusebius. Socrates autem hæc quoque hisce verbis pro Eusebio refert: Quum itaque Eusebius Nicane Synodimentionem faciens, soluta esse & constituta, quæ tum in controuersiam deducta fuerant, atq; omnes consensu vno eadem sensisse atque dixisse F referat, quomodo quidam illum Arianisare suspicantur? Falluntur verò Ariani etiam, qui illum cum eis sensisse existimant. Sed dicet aliquis, in scriptis eius Arianum esse eum videri, propterea quod frequenter dicat, + per Christum. Cui respondemus, hac loquutione sæpenumero ecclesiasticos viros vsos esse, alissque, quibus œconomia scu munº humanitatis Seruatoris nostri signi ficatur. Et ante omnes istos Apostolus ipse verba hæcvsurpauit:& nunquá tamé veluti prauæ opinionis habitus est doctor. Ac rursum hæc infert: Non enim ostendere habebunt, Eusebium principium existentiæ tribuere filio Dei, quanuis in libris eius œconomię siue dispensationis huma næ verbis abuti eum inueniant. Maxime vero, quod admirator & æmulator Origenis librorum fuit, in quibus vbique filium ex patre genitum esse reperiunt, qui Origenis librorum acumen assequi possunt. Hæc & alia Socrates afferens, sinceritatem doctrinæ Eusebio adscribere contena dit. Ego quidem talem potius virum eum fuisse velim: Ecclesia autem Catholica non talé fortas-

\* **2**57.67.

Vabi and re in faipte. accipiatm.

t cleanage

Socratio pro Eusebio Pã phili Mpologia,cum Arianii (# mon ferfi∬t.

† Jik Kus. Offendiculo olim fuit più fi Christus simpliciter | sine prafatione hone ru, & illatione divinitatù reminardur.

Secretes Na antianus. Dißidium spertum imter Occiden-

Salacia moss.

Difidy cises

Occidentale conftantißimè Nica ium Symbo lan retinue-Veficies 💇 Auscent 1 mg Ariani.

Orientales erbum i pre esis exagita

Hominum <del>lernicac</del>u ZNO.

A se iudicat, quam potius sequi par est. An verò ille certò in pietatis sinceritate sit, sicuti iste qui quidem Nouatianus est, dicit, id accurate certoque occulta omnia perspicienti Deo relinquendum. Et de his quidem satis. Sardicensi verò connentu ita peracto, domum se quisque recepit. Ac deinceps Occidens ab Oriente per secessionem diuisus est. Non amplius enim Occidentales cum Orientalibus, haud eadem fecum fentientibus, nego tij libi quidquam & coniunctionis esse voluere. Et communionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricum & Thraciam, circa montem qui Sufacis dictus est. Vltra eum autem locum propter varian tem fidem, minime inter se invicem communicare voluerunt.Vt verò fieri folet, in ecclesiis, calumniæ & dissensiones erant. Et ingens turba & confusio Ecclesiam catholicam inuasit. Antea siquidem, etiam si dissiderent, consuetudine tamen inter se iungebantur, nec adeò grauem cam rem putabant. & consuctudinem eiusmodi, eundem de Christo sensum esse existimabant. Et vt paucis dicam, ecclesia Occidentalis omnis patriæ insistens religioni, contentionis expers, & à studio de dogmatibus nugandi aliena fuit, sincerè professionem fidei Nicænam sonans atque profitens. Quamuis etiam tum Vrsicius Pannonius & Auxentius Mediolanensis conati sunt ecclesias di strahere, & ad Arianam opinionem traducere: efficere tamen id nequiuere, sede Romana & aliis Occidentalibus episcopis vigilantibus, & hæresis eius surculos illico exstirpantibus. Oriens autem post Antiochenum concilium seditiones concitauit, & propalàm aduersus Nicænam fidem disceptans iudicio contendit: reuera tamen, sicuti colligere est, plures sententiam Nicæni dogmatis comprobabant, filium ex substantia patris esse cófitentes: cotentionis verò cupiditate deuindi, aduerlus verbum ซึ่งแดงเด่ง consubstantialis, impotentibus animis pugnabant. Nonnulli quidem, sicuti quidatradidere, quòd iam inde ab initio contra id verbum stetissent : & quemadmodum eiusmodi homines facere solent, ne victi esse, si cederent, viderentur, in sententia propterea persistebant,& vocabulum id abolere studebant: probro sibi fore, si opinionem mutarent, arbitrati. Nonnulli autem, quòd frequenter de his nugati essent, ita opinari ex animi sententia malebant. Et quum semel ab eo quod decebat excidissent, opinionem suam sirmiter retinebant. Erant qui indecoru con tendendi studium secum ipsi perpendentes, ad gra tiosiorem declinarent sentétiam, vel propter gloriam aut timorem, vel propter vim aut familiaritatem, plerunque etiam propter amicitiam, & fortasse alias ob causas, quibus homines adducti, vt sese res tulit, etiam in his quæ parum decent, gratificantes aliis obsequuntur: denique quòd nonnullli liberè & palàm, quæ ab aduersariis obiicerentur, redarguere atq; refellere non possent. No pauci verò eius temporis homines, ineptias prorfus & superfluas nugas esse existimantes de rebus eiulmodi conflictari, ab illorum confuetudine leiuncti, taciti secum Nicæna decreta complectebátur & colebant.

CAPYT XIIII.



Vpra omnes autem qui in Oriente D magna cum libertate saniorem dodrinam defenderunt, tenacissimè Nicæna decreta retinuere, Paulus

fius Alexandrinus, episcopi, atque cum its vniuersus Aegyptiorum monachoru cœtus: quibus præiit Antonius adhuc superstes, quiq; cum eo erant (plurimi autem erant)in Aegypto & aliis Romani imperij locis ascetæ: quorum multi vsque ad Constantij imperium & posteriora etiam tempo ra durauere: quales fuere (Amonem enim, & Thebæum Paulum omitto) eodem veróg; nomine di cti Macarij, hoc est beati: Aegyptius scilicet ille,& cui + Vrbani cognomé inditum fuit quales etiam circa Illyricum & Thraciam Martinus Sabariæ or tus Pannonius, & Hilarius Pictauiensis, homines admirandi : de quibus paulo pòst suo loco referemus. Multi denique alij aliter spectati viri, eisdem annis viguere, atque in Ecclesiis Dei enituere: inter quos præcipuè eruditione & eloquetia floruit Eusebius Emelenus episcopus, Titus Bostrensis, E Serapion Thmuzus, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germaniciensis, Acacius Cæsariensis Eusebij fuccellor, Cyrillus, qui post Maximum Hierosolymitanam administrabat ecclesiam, & Theodorus Perinthio:qui omnes doctrinæ sue fætus haud pœnitedos ecclesiis reliquere. Videtur autem om nes hac in parte gloria præcellere, at que ecclesiam vniuerfalem exornare Ephraim Syrus. Tum quoque extitere, Lucifer, Didymus, & Aetius, admodu quidem illi eximij viri, sed aduersus veritatem plu rimum etiam pugnarunt. Atque vt summatim dicam, præfecti ea tempestate ecclesiarum exactisfimis vitæ institutis dediti crant, à quibus plebes ritè gubernata, Christi religionem constanter co. luit,& indies fides est adaucta, atque ecclesia sensim pro insita ei virtute atque bonorum operum spledore, & quòd à sacris alissq; ecclesiasticis viris prodigia divinaq; miracula fiebant, ad ingenté glo riam peruenit:Græcorum auté superstitio pessum iit, & ab improbis nugis adveră fide trăsiit. Et quoniá lanctorú istorú virorú facta est mentio, faciédum esse duxi, vt breuiter eos, & si qui insuper eo tempore illustres homines cum laude ssoruere, o-F ratione persequar. Ac primo loco percelebres illi comemorentur viri, qui Scetis montiumque eius duces fuere. Vtriq; nomé erat Macario: quorú alter in Aegypto ortus erat, alter Alexandria patria habuit, & cognomé Vrbani: abo certè diuini prorsus viri, atq; in Monastica philosophia admirandi, diuinaru prædictionu non expertes, demonu indu strij expulsores, & prodigiorū sanationūć, prompti & expediti autores. Horū alter, Aegyptius, scilicet, mortuu quoq; excitauit: vt quendam alieni dogmatis sectatorem, ad credendum mortuos resurgere, persuasione ea adduceret. Hic vltra nonaginta annos vixisse perhibetur, quoru plus quam dimidiam partem in vita folitaria tranfegit.Et ado lescens admodum sapientię studiis excelluit:&ob id was Auguriges quali puerum senilem dicas, cognomen obtinuit. Presbyteri dignitatem quadragenarius suscepit. Vrbanus verò breuiore tempore ad eandem peruenit dignitatem. Exercitia pietatis omnia ad summum excoluit, quæ partim ipse inuenit, partim ex aliis audita modis omnibus

Catholici in Oriente.

† WOASTINS.

Christianispus (ummè

I doloma

De sanctis cius atalis Movachu.

Due Masa rÿ: Aegyptim, & Pe liticus, sen ci uilu.Mortum ad fide refurrectiovis confir**mă** dă excutat".

Enagrius
Macarioth
discipulus.
Catalogus
sanctorum
Monachord

\* Plunc So zom.non ha bet bb.3.cap. 14.

Institutum
vita Monachorum Ta- l
bennesterü,
quorum dux
Pachomius
fuit.

Non temare
Monacho pa
Monacho pa
culiarem fibi
fumpfere habitum.
Quid fibi va
lis myftice
Monachorü
habitus.

A absoluere est conatus. Adeò autem extenuatus & macie confectus fuir, ve non esset vnde pili barbe excrescerent. Et Aegyptius, cum reueretia quadam austerus: Alexandrinus autem quum in aliis omnibus par Aegyptio esset, in hoc tantum ab illo variauit, quòd in colloquiis hilaris & iucundus, vrbanis salibus vtens, iuuenes ad studium & exercitationem pietatis adduceret. Horum discipulus fuir Euagrius, apud quos Philosophiæ sanctioris \* præcepta factis exprimere didicit, quum antea verbis solis sapientiæ studium professus fuisset. Eodem verò tempore, & eisdem in locis, cum illis philosophati sunt, decantatus ille \* Pambo: atque qui angelicam prorfus, si quis alius, & ipse exercuit vitam \* Paesius:item Heraclides Cronius, Paphnutius, Putubastes, Arsesius, & magnus Serapion.Præterea Pityrion ille, qui tamen alibi, apud Athenas videlicer, asceterium, seu exercenda pietatis domicilium habuit. Insuper ingens quoque ille Pachomius, qui dux & autor vitæ Tabénesiotarum fuisse dicitur. Noua autem quædam illis est vitæ ratio, in quibusdam rebus à reliquis Monachis euarians. Animum enim assuefacit ad virtutem aspirare, & terrena proculcare, & sursum respicere semper: vt facile deinceps sit puluerem hunc deponentibus, in coelestem peruenire regionem. Siquidem indumentum illis erat melota leu pellis ouilla: symbolum arque monumentum, vt opinor, generosæ & fortis illius Heliæ Thesbitæ, rei Venereæ & concupiscentiæ macerationis atque mortificationis, vt æmulatione & ardore eiuldem cum illo spei,ad continentiam & castitaté strenuè grassarentur. Cæterum reliquorum quoque Aegyptiorum monachorum amictus, vt opinio fert, ad exemplum aliquod & specimen arcanioris philosophiæ spectat. Non entir illi temerè à communi habitu vestitum suum mutauere. Ami culum namque manicis carens, indicium atq; institutionem esse arbitror, ne manus ad iniuriam inferendam faciles sint & promptæ. Capitis verò tegmen acuminatum, vt simplices sint, & iniurias non vindicent, puréque & innocenter viuant: la-Aférium puerorum instar, quorum capita eiusmo-C di lineis mitris operiri solent, quæ partem rationis principatum imperiumque obtinentem tegut atque fouent Zona porrò, & qux humeros & brachia comprimit cinctura, promptam alacritatem în ministerio Dei suobscure indicat: vt quæ adim plere iussi sunt, succincti perficiant. Fortasse autem alij alias reddiderint rationes monasticæ phi-

\* The bifeque on the second of the later of the second of

losophiæ appositas: mihi hæc dixisse sat est. De Pa D chomio verò dicitur, quum primum in antro quo dam constanter philosophiæ huic incumberet, ei angelum cœlitus assistentem madasse, vt nouum Monachorum cœtum cogeret. Oportere namque eum qui ritè veriorem irreprehensibili vita repræ fentaret philosophiam, ducem multorum, quibus prodesse posseri, eósque certis instituere legibus.His ille dictis, tabulam ei dedit,& seipsum vt stola indutus fuerat, exhibuit. Quæ sanè tabula ad hodiernum vsque diem seruatur. In eo scripto, leges præscribetis more, expositum erat, permitti debere vnicuique, vt quantum posset & vellet, ederet, biberet, operaretur: atque itidem vt pro arbitrio suo iciunaret, aut non iciunaret. Et vt validius cibum capientibus, duriores labores:qui ve rò parcius alimentis vterentur, & ad pietatis exercitium incitatiores essent, leues atque faciles operæmandarentur. Domicilia autem religiosa circumcirca eis extrui iussit, in quorum vnoquoque tres manerent. Cibum portò in vnis amplioribus ædibus vt caperent constituir, idque cum alto sile E tio considentes: facie ita operta, vt neque alius alium,neque præterea aliud quidquam,quàm men sam & cibum propositum cernere posset. Cum iis ne alius quisquam habitu alio in eadem mensa cibum lumerer, præterquam si hospes eò diuertens acciperetur. Signis autem quibusdam, manuum impulsione, vel nutibus ré necessariam ab eis quibus lorte, vt mensæ præessent, obuenisset, insinuado peterent. Quod si quis cum illis viuere vellet, ve tribus prius annis mutato paulum habitu, duriores perferrret labores: atque ita tandem arcanis corum facris institutus, codem cum illis loco esfet. Vestimentum autem vt esfet sagum pelliceum, & capitis tegmen mitra lanea: quæ mitra quibuldam purpureis distincta filis, puncta sua ha beret, crucis formam referentia. Tunicæ autem & zonæ itidem vt lineæ essent: in quibus simul & in fagis confidentes, super extructis toris mediocrem caperent somnum. Domicilium porrò vt ita sepimeto circumuallaretur, vt id lectum cuiulque concluderet.Primaria autem & Dominica die vt ad communionem & perceptionem diui- F norum mysteriorum accedentes, solutas zonas & sagula pellicea deponerent. Atque vt duodecies interdiu semper oraret:itidem verò ad vesperam, nocu similiter, & item hora nona tertiò. Et quum cibus ellet capiendus, vt orationem quamq; psalmus præcederet. Præterea vt ad numerum Græcarum literarum cœrum monachorum cohabitãtium in viginti quatuor ordines dividerer, & cuique ordini congruerem, sicuti animus, vita & mores cuiusque ferrent, imponeret appellationem scilicet vt simpliciores, i & o:qui vetò praui essent, & minus reci, [ & § vocarentur : atque aliter alij; iuxta cuiulque institutu, & literæ ipsius habirum, aptum accommodando cognomen. Eiulmodi sane legibus Pachomius monachos suos rexit. Quiquidem humanus maximè & Dei amans fuit, cò amplitudinis progressus, vt res quoque futuras non ignoraret: quippe quas præcipue ex continuo angelorum colloquio cognoscebat.InTho. baide autem philosophiæ suæ officinam habuit, in quadam infula quæ Tabenna nominata est: à qua hucusque Tabennessotz dicuntur. Qui cum

Monacherü Tabennesserom leges.

Afteta cuiufd im feitè dictum est, Monachu, nist opus sisciat, auxro homuns esse persimilem.

Anni foxe

µxoias,hec

est probatio
mu.

Perceptio fa crofaulta Eucharistia.

Tabenna in Sula. Septies ille e - A inide infliteu monacti.

Apollonia

. Anak.

tempore magna capere incrementa, adeò ve septies mille,& quidem admodum celebres,vitam eis quas diximus legibus ad exacta prorsus rationem agétes extiterint. Intra Tabenna nang;, cum quibus etiam Pachomius erat, circiter mille & tre centi fuisse dicuntur, alij autem per Thebaidem, & reliquă Ægyptű coluere. Eorum omnium vnű erar institutum, vnus viuendi modus, communia -omnia inter se habétiű. Insulam ipsam quasi metropolim quadam esse putabant: & qui ibi rebus præerant, patres. Ex quibus quoque, qui instituti eius æmulatores eranr, cœtui cuique & domicilio præfectos suos accersentes accipiebant. Hæc de Pachomio. Eadé verò atate & Apollonius ingenti erga diuinam philosophia amore flagrans pollebat : qui quindecimo ætatis anno folitariæ philosophiæ initiatus sacris, quadragenarius diuinæ obsequés visioni in publicum ad loca hominibus habitata rursus prodiit, atque in Thebaide tuguriolum sibi condidit. Et quum in primis Dei esset amantissimus, admiranda edidit opera: nihilq; rerum omisit omnium, quin in eis præcipuè excelle rer, que cunque ad id genus philosophiæ pertinet. Moribus fuit optimis, & in pietate prolixè docen da magna gratia. In precationibus adeò habuit be nignum & propitium Deum, vt ab eo otans nihil non exorarer. Et pro sapientia sua ea prorsus pe tebat, quæ facile Deus tribuere solet. Floruit tum quoque Anub ille, quem post confessionem pro Christo in persequutione obitam, ferunt nunqua postea mendacium dixisse, neque quidquam terrenærei concupiuisse: quæ verò à Deo orasset, om nia obtinuisse: angeloque adeò institutore vsum, pietatis virtute exercenda ad summum vsque perucnisse.

C APVT XV.

\* idente-Hilamo Pa leftuus mo-Thebashe, Sozo.

Edenim de Ægyptiis monachis hæc satis est dixisse. Inde verò e-🗲 tiam Palæstina 🛨 peragrata,ean Adem philosophádi rationé com plecti cæpit. in que prime ruit Hilarion: cui patria fuit vi-

cus nomine + Thebasa, quæ non minus g quindecim stadiis à Gaza abest, austrum versus ad torrentem sita, qui mare influens vernaculum à vico ipfo accepit nomen.Quum autem Alexandrinas frequentaret scholas, Antonij fama quæ tum increbuerat audita, videndi eius gratia solitudinem petiit: & aliquantulum cum eo moratus,item vitæ institutum sequi constituit. Quòd verò ad Antonium quotidie multi ventitarent, voti compos fieri non potuit. Itaq; in patriam teuersus, quum parentes eius è vita hac migrassent, substantia sua omni fratribus & egenis distributa, nihil sibi ex ea reliquu fecit. Et mox deinde in loco quodam maritimo, viginti stadiis à vico distante, ruguriu è latere sibi extruxit, congerie fractaru testarum te-&um. Cuius tanta fuit latitudo, longitudo, & altitudo, vt stantem eum caput inclinare, recumbere auté volenté pedes ad seipsum + contrahere necessariò oporteret. Hic rebus omnibus passuetudinem, promptam sibi & facilé faciebat erunam. Atque in moderatione & téperantia egregiè elaborans, nullum prorsus ex factis suis concepit fastum, quum quidem ea in re superiorem haberet

neminem. Corporis autem voluptates & animæ D blanditias edomans,cũ inedia,siti,frigore,& æstu strenuè conflictabatur. Moribus integris preditus fuit, sermone humanus & placidus: & quæcuque sacrorum oraculoru didicillet, accurate memoria tenebat. Tantopere porrò pietatis virtute charus Deo factus est, vt hodie quoque pro data sibi gratia, multi à morbis incurabilibus liberentur: & demones ab eis profugiant, qui ad monument u eius accedunt, non tantú apud quos prius sepultus fue rat Cyprios, veruetiam apud Palæstinos, ad quos postea peruenit. Quum nanque in Cypro degens vitam finiisset, traditus sepulturæ, magno ibi cultus est honore. Postea Helychas, ex discipulis eius celeberrimus, corpus eius arte quadam sublatum, ad domicilium eius in Palæstinam detulit. Ab eo tempore, more eius regionis sic obtinente, publicitus memoria eius celebratur. Ita nang; Palæstini præclaros apud se viros cohonestare solent. Sicuti etiam in Abrillo Anthedonio faciunt, & in Alexione Bethagathonio, & in Alaphio Asaliensi: qui eadèm ipsa ætate piè vitam exegere,& E virturum abundantia maximopere veræ pietatis religionem adauxere, in vrbibus maxime quæ Græcæ essent superstitionis, sub Constantij imperio decertantes. Tum etiam apud Edessam accuratiore & angelico viuendi more, magnus ille Iulianus est philosophatus:cuius tanta fuit con tinentia, vt ossa carnibus carentia cuti costricta ha bere videretur. Vitam eius Ephraim etiam Syrus conscribendam sibi esse duxir. Porrò Deusipse hominű opinionem de eo cælitùs autoritate sua confirmauit.nam & variarum ægritudinum fanationes homini præbuit, & pellendorum dæmonű potestarem exhibuit: in quibus omnibusvou erat promptum & expeditu remedium, precatio. Mul ti verò & ali, per eam Edesseni nomi regionem. & apud Amidam, & ad montem Gaugalium, qui dicitur, Christianam philosophiam sunt complexi: quorum præfecti erant Daniel & Symcon. De monachis Syris, hæc in præsentia sint dicta. Deo autem volente, fusius etiam postea & de eis, & de eorum successoribus dicemus.

CAPVT XVI.

Pud Armenios verò & Paphlago-nes, arque in Ponti motibus, Mona-sticam philosophiam colere primu cœpisse Eustathius fertur, qui Seba-stię Armeniorum sacris Ecclesiæ re-

bus præfuit. Tanto auté studio consectatus esse dicitur institutu, vitam, vestitu (quo scilicet vtendum esset, & quo non) morumque exactum modum, vt etia qui Basilio magno adscribitur liber, & Ascericus dicitur, opus istius esse, à multis feratur. Vulgatum portò de eo est, nimis eum exacta cura &diligentia in absurdas quoq; impegisse observationes, Ecclesiastico canoni minimè accomo datas. Sunt tamen qui eu reprehensioni eximunt, & quosdam ex sectatoribus eius eo nomine incu fant. Nam illi precationibus, in domibus virorum qui in matrimonio viuerent, etiasi presbyteri elsent, operari recusarunt, cósque nec alloquio dignati sunt. Diebus quoque Dominicis iciunia ser uarunt, & conuentus ecclesiasticos plurimum do

Miracula 7gentia ad diui Hilarionu monumê-

> Memoria di wi einsdem.

Item Abrilli Alexionu, Alapbÿ.

Iulianua ma nachus ad Edeffans.

Daniel.

F

Eustathius Sebastiensis Armenia episcopus, an tes monach

Absorde se Elatorii eins obje: nationes

tourfart.

Fan pise taso.

Gangrensis Synodus horum institutum dinanit

Par fornicatoris calibatum & menachatii pra se ferens.

Dinu Mar timus Panna wise.

. In Mari Tufce contra mötes Lygu fices fita. Mortwork re suscitatio, et alia eisu miracula.

A mi egerűt. Locupletes extorres prorsus regno cæ lorum esse duxerunt. Qui vel semel carnes edissent, cos repudiarunt. Vestitum monachorú aliorum consuctum reiicientes, nouo atque insolito ami&u funtvfi.Sed & alia multa nouarunt.Ab iis multæ non obscuro loco natæ fæminæ seducæ, sub continentiæ prætextu, maritos suos quibus adolescentulæ nupserant, reliquere. Postea autem quu continere se non possent, in libidinis lubricu funt coniectæ. Fuere ex eis que capillo cælo, quod mulieribus fas non est, virilem habitu sumpsere. Horum gratia ab episcopis finitimis, Gangrensis apud Paphlagones Synodus coacta est: in qua decretum, vt ab ecclesia catholica illi excluderetur, nisi ea quæ diximus omnia anathemate confodere animu induxissent. Quapropter Eustathius, vt ostenderet, non importuni aut præfracti moris causa, sed pietatis erga Deum exercendæ gratia, se eiusmodi leges tulisse, vestem insolitam mutauit, & habitu eodem quo reliqui sacerdotes deinceps vsus, itidem vt illi in publicu est pgressus. Et quu B vita talis esset, sermonem quoque congruentem ei habuit, no ille quidem eloquentia pollens, qua exactiore cura & diligentia non didicerat, moribus autem admirandis vtens, facile multos perlua sione sua quò volebat duxit: adeò ve viros quosdam & mulieres in fornicatione degentes, castiorem exactiorémq; viuendi rationem sequi persua serit. Ferunt sane, viru quendam & mulierem per prætextum Ecclesiastico more cælibatum colere assimulasse, costémq; in clandestinæ consuctudinis infamiam decidisse. Eustathiú porrò magno. pere persuadere eis annisum esse, vt congressu esulmodi supersederent. Quum autem nihil esticeret, altius suspirio ducto, dixisse, plerasque mulieres quæ cum viris suis secundum matrimonij leges, vt fas est, vixissent, ab corum virorum conuictu oratione sua adductas desciuisse, castitatemque complexas esse apud hos autem qui inter se contra leges consuessent, inefficacem orationis sux suadelam esse. Atque hic quidem in eis orbis partibus sumi instituti absolutæque philosophiæ dux & autor fuit.In Europa autem per Thraciam C & Illyricum, etiamsi homines monasticam confuetudinem ad id vsque tempus ignorarent, non omnino tamen viris Christianæ philosophiæ peritis regiones istæ caruere. Floruit apud hos Martinus ille, qui Sabariam Panoniæ patriam habens, quum generis tum militiæ splendore adeò clarus fuit, vt honores etiam sit meritus, & ordines duxe rit. Sed illæ Cæsariana diuinæ militiæ posthabuit. In Illyrico primum philosophatus:atque inde variis persequutionibus & insidiis expetitus, secedere est coactus. Multos nang; ex episcopis, qui Arij contagionem conceperant, manifestò deprehensos coarguit. Ac deinde Mediolani secum ipse vixit. Vnde Auxentij, eius vrbis episcopi non rectè de Nicænis decretis sentientis, insidias veritus, discessit: & se in insulam quandă, que vernaculo no mine \* Gallinaria dicebatur, abdidit . In hac alimento radicum herbarum vixit.Infula autem ipfa exigua admodu est, & ædificiis carens, Tyrrhenu respiciens mare. Atq; inde abductus,administrationem ecclesiæ Turonensis suscepit. In tantú verò divinis resplenduit donis, vt & mortuos in vi-

tam restituerit, prodigiaque & miracula plurima,

qua non multum ab Apostolicis abessent signis, D Hualuri ediderit. Eodem & tempore & loco simul quoq; Hilarius ille viguit, vit divinus, qui quu Martinus profugeret, candem sustinuit fortună: quippe qui eodem cum illo ardore in fidem ferretur. Hic + Pictauiésem gubernauit ecclesiam, atque de side, & aduersus quosdam qui alienas à sana doctifina afferrent opiniones, libros ad perluadendu valde appositos códidit. Apud Italos sanè & in locis vlterioribus enituere Eusebius & Lucifer, patriz elo quentiz vi alios omnes antecellentes. Eusebius etiam ecclesie Vercellensi præfuit: Lucifer verò, sicuti mox dicemus, nominis sui \* hæresi præiit. Præterea Flauianus & Paulinus clari tú fuere, qui postea Antiochenæ ecclesiæ res administrauere: quibus etiam Leontius, p sententiis ab co discordarent,epilcopatum abrogauit. Ii lunt,qui Eultathio in exilium deportato comites fuere: qui sanè nihil prorsus téporibus illis, de sacris Antiochene Ecclesiæ curis, ac potius de tota sinceriore pietate 🖈 vitiari sustinuit. Eadé hac ætate & Ephraim Syrus præclarus fuit, qui quidem longo interual- E lo omnes præcessit. Hic Nisibin patriam habuit, & in monachoru philosophia exercitatus, breui tantum in lingua Syrotű, quum quidem cam prius ab aliis non didicisset, neque specime aliquod aut spem,talem eum fore, præbuisset,profecit,vt quu pietatis exercitio ad summu cotemplationis peruenerit, tum splendore, facilitate & suauitate verborum, necno densitate & gravitate sententiaru, etiam præclarissimos quoque Græcorum, qui elo quentia antiquitus excelluissent, superauerit. Etenim si quis illorum Græca scripta in Syroru fortè aut aliorum peregrinam lingua transferret, & florentem illam Græcorum ornamentoru gratia, decentémquenitorem & fucum verboru detraberet, illico quoque adscititiis coloribus deficien tibus, sententiarum obscuritas sese prodebat. At Ephraim lógè alia erat oratio. Nam quum eo adhuc superstite, arque etiam defuncto, postea libri eius in Græcam linguam conuerterentur, nó longè ad modum à propria & natiua decedebat virtute.Mirum quidem auditu est, eundem & Græcè & Syriacè legi. Quam ob causam magnus ille & F oratione & virtute Basilius, qui Cappadocu metropolim epilcopatu suo exornauit, summopere virum est admiratus, cundémo; cruditionis nomi ne beatum censuit.Vt tăti viri tam certò testimonio manifestú sit, communiter quoque à Græcis, qui tum clarum in eloquentia obtinuere nomen, prestantissimum omnium Ephraim iudicatű esse. Vox sanè Basilij talis, no temerè prolata esse existimanda est. Dicitur autem diuinus Ephraim trecentas versuum myriades coscripsisse. Multi quoque ei fuere discipuli, qui institutione & philosophia eius sunt æmulati:in quibus celebriores sunt, Abbas, Zenobius, Abraham, Maran, & Simeon, apud Syros ingenti gloria viri: & alij quibus cum præterea hunc vitæ modum illi communicauere. In locis verò eisdem, facundia maximè præstantes, Paulonas & Anarad extitere: qui deinde lapsi,

† Dinne Hilarine coniunx fuit. Non nocuit tibi progenies, no obfitit vxor, Legitimo coniuncia toro, non horruit illa tepestate Deus thalamos, cunabula, tadas. Sola erat in precio, qua núc incoguita vir tue Sordet, & attrito vivit cum plebe cucullo. Bapt Alantuanu.

Etanianfu.

Eufeb.Ver cellenfis eps.

والع Homony diEta. Lucifer Satdom. Flavianus. Paulinus. Eustathine A ntiochen au Ethraim Syrus. \* 367x### Miritan.

Ephraini Basiline ma sm est.

Ephra Myrapo.

Ascred

Badefanes. Harmonius

Syrorum Mufica. †taik wkodo idio zopo za pdido.

Bardesana baresis. A sana excidere sidei doctrina. Alij insuper apud Os roenos fuere, codem præclari modo, Bardefanes, & filius eius Harmonius. Et parer quidem nominis sui hæresim instituit : filius autem Græcis disci plinis satis eruditus, patriis vocibus legitimis modis musicitque numeris inclusis, + ordine circulari cas cani instituit, quos ex eo tempore hucusq; Syri pfallentes vsurpant : no illi quidem carminibus ipfi sicuti ab illo sunt prodita, sed sonis tantu eorum victes. Nam ille ad paternam delapsus hæ resim, eadémq; cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, necnon de futura regeneratione opitularus, lyricis modulis doctrinas eiusmodi aspersit. Quibus multi ex Syris propter verborum venustatem & sonoru numeros demulsi, paulatim opinionibus talibus recipiendis sunt assuefacti. Cæterùm diuus Ephraim ea re cognita, quanuis Græcarum artium expers, Harmonij numeros moderatus est: atque eiusdem modulis, car minibus Ecclesiastica sententia cosonis, adiecis, Syris ad hoc víque tempus ea canéda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibº Deum in primis celebrat,& laudes præterea virorum qui instituto Deo placuere canit, ad Harmonij carminū leges compoluit : à quibus, vt equidem puto, per æmulationis ardorē, posteriores ecclesiæ cantores mo dulorum formulas mutuati, magis etiam atq; magis augere atq; propagare eas sunt aggressi. Qualis igitur is sermone fuerit, vel ex hoc ipso coiicere licer. Vita verò ei valde exacta, & bonis operibus spectata fuit. Quietem etiam multo studioest sectatus. Et propter morum castitatem tantopere calumnias deuitauit, vt ferè à conspectu mulieris. prorsus abhorruerit. Fertur sanè, qui mulier quædam nulla prorfus vitæ disciplina, & pudore nullo,in angulto admodú loco ei obuia tacta, siue có fultò veluti virum tentatura, feu ab aliis vt hoc fa ceret mercede conducta, oculos fine intermissione in eum coniiceret, increpans in terram ea prospicere iussisse, illamque respondisse: Sed quomo do tandem terram ego intuear? quum æquius sit te eam respicere, qui ex ea conditus sis, quàm me ortum ex te habentem, proindéque rect è te respe Cantem. Quod mulieris verbu ille admiratus, de. inde scripto mandauit. Atq; id Syri in primis memoratu dignum ex illius rebus esse censent. Et pri mùm quidem is læpe ira victus est: posteaquá autem monasticæ philosophiæ incubere cæpit, nun quam commotus esse visus est. Atque aliquando, quum dies multos pro consuetudine sua iciunio tralegisset,& minister tempore cibum ei afferret, accidit vt is ollam frangeret. Ephraim verò pudo re iuxtà &timore correptum illum videns: Bono, inquit,esto animo. Quadoquidem enim obsoniú ad nos venire renuit, nos age ad id accedamus, & ad ollæ fragmenta consedens comedit. Enimuerò vt vana eriam gloria superior suerit, inde liquidò patebit. Designabatur vrbi cuidam episcopus, & iam qui se ad electioné abducturi erant, adueniebat. Ac iple statim co cognito, in forum progressus, veluti mente captus indecorè gradiebatur, no saris honeste vestem post se trahens, & quæ vena lia erant surripiens, propalamque comedens. Sic ille métis impos existimatus, electionem effugit. Et tantisper dum alius episcopatum reciperet, occultans sese latuit. Plurima sane & alia memora-

tu digna,& qui de eo confcriptus est liber,&pro- D uinciales eius, Romani simul & Syri de eo referüt quæ cuiuis cognoscere est procliue. Vnum illud sanè g memorabile, historiæ huic inserere visum est, quod ab co ante obitum est gestum. Fames ingens Edessenorum vrbem premebat : arque ipse, qui multos annos non fuerat domo progressus, tú philosophandi studio aliquantu intermisso, prodist: & in homines locupletes, qui sic tupiter reru necessariarum inopia ciues suos pereuntes despicerent, acriter est inuectus, arguens eos, quòd animarum cura neglecta, studium omne in corpore fouendo collocarent. Illi autem integritatem & paupertatem viri obseruater veriti, minimè id sic esse affirmarut: facile enim & promptum eis esse, indigentibus facultates distribuere: deesse saltem, qui in eo ministerio, pro eo atq; deceret, fidelem se præberer, omnesque lucro inhiare, & talia fæde in questum suum vertere, dixere. Tu Ephraim: Ego verò, inquit, qualis vobis esse videor? & illi, Honestus atque bonus, respondere : & talis prorsus, qui opinioni quæ de co fertur, vita ipsa respon E deat. Itaque, ille ait, paratus sum omnibus hac in re inferuire.Et multo ab eis fumpto argento, trecentas parauit mélas: & + in publicis porticibus eos qui fame affecti crant, acceptos, diligenter & benignè fouit:aduenas quoq; , & alios qui inopia affligerentur, humaniter curauit. Idque tantisper fecit, dum fames ibi est grassata. Ea verò depulsa, iple ad philolophiæ luæ officiná reuerlus, ibi paucos post dies vita est defunctus.In Ecclesia, clerici ministerium sumpsit. Vita autem monastica percelebris, ex æquo cum iis qui episcopatu, doctrina,& vitæ sanctitate clari sunt, laudatur. Hæc pau ca ex multis, quæ ab Ephraim recte piéque facta funt, diximus. Res nanq; eius omnes fi pro dignitate earú exponere nos oporteret, aut etiam aliorum qui tum in codem philosophádi genere elaborarunt, quomodo scillect eorum quisque vixe-, rit, & quali moru institutovsus sit, qualis ipse fuir, scriptore esset opus. A nobis certe quidem id prestari omnino no potest, cum propter orationis & styli tenuitatem, tum gres corum rectissime, gestas ingnoramus. Nam illoru multi in solisdegen- F tes locis, vt plurimum latuere. Quòd si nonulli in vibibus domicilia sua habuere, quòd viles esse ap pareret,& nihil ab aliis differre viderentur,colultò actiones suas celarunt. Ná humana laude repu diata, solóque Deo actorum suorum teste aduoca to, minimè ab hominibus gloriam funt au pati. Atque equidem de viris qui imperij eius tempore monasticam philosophia sunt sectati,& secundum ecclesie leges perfecte & exacte in plerisque Romani imperij locis tum vitam exegere, hæc mi hi comperta funt.

mu tempore
paupersbuo
eleemolyna,
quam a locu
pletsbus acca
perat,distribuenda in a
fermiss.

Ephraim fa

t to the faposing imad Note.

Sälli wonachi > Adt. Budson cosellasi sunt.

CAPPT XVII.



Emporibus autem eis clarus etia fuit ecclesiasticus scriptor Didymus, scholæ sacrarŭ disciplinarŭ Alexandriæ præfectus. Neq; vero laudem in ea eruditione tantum meritus suerat, verumetia erius spissiæ summo excoluerat

omne genus alterius sapiétiæ summo excoluerat studio.Poëticam nanque & Oratoriam persectisDidymus
Alexadrium
Alexadrium
doctor, & eeelefiasticus
feriptor cac\*,
natura mira
culum.

Acmè mevetricula cuinflam ad Epiraimildi Elum, quod ipfe verfib. Syru icluste.

Ephraim iram in pota flato fina habare didicit.

Ziafdem facaè dicti ey factum.

Simulatione infance, quo minus epifco pus conferratus fit, Ephraim eff uA simè didicerat de astronomia auté & geometria, numerorumq; proportionibus & conuenientiis nihil eum latebat. In diuerfas philosophorum opi niones tata incubuerat, vt eas exacte perdisceret, cura, vt præterea aliud nihil scire videretur, que sa nè omnia acumine métis & auditionis pceperat. In pueritia nanque visum prorsus amisit, quu elementa prima discenda ei essent. Ephebus verò artium liberaliŭ eruditionem adamauit, atq; in scho lis præceptores audiebat tantum. Eò verò sapientiæ breui peruenit, amplitudine & celeritate inge nij, vt mathematicarū artium obscura, & theorematum speculationúmque arcana exactissime addidicerit. Et quum cœcus esset, literaru noticiam manuum contrectatione assequutus esse dicitur: nam earum formas in tabula altius exfculptas, fæpius tangendo cognouit. Alia porrò, vt syllabas, li terarúmq; connexiones,& quæ ordine colequun tur cætera,propter naturæ acumen, animo & auditu peruestigata percepit. Precipuumque ipse mi raculum fuit, quu audiretur & cospiceretur. Mul-B ti quidem vel vt virum eum tantű viderent, vel vt suauem gratamque eius orationem audirent, Ale xandriam venere. Pro Nicænis verò decretis pugnans, Arianis restitit, eósq; orationis suç suadela, quá vi nulla adhibere videbatur, pressit. Et ad cos qui secum disputabant, verba faciens, rerum controuersarum iudiciu detulit. Et quum ad morem gerendum & cedendum facilis, tum orthodoxis eo nomine charus maximè fuit. Nec ab his tantu, sed etiá à monachis Ægyptiis magno honore cultus est. Præcipuè verò eum clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est. Quem dicunt, quum Alexandriam venisset, vt Athanasio firmæ certæque fidei perhiberet testimoniú, hæc ad Didymum proloquutum esse verba: Non est Didya me, quod teiplum mærore conficias, propterea o « oculis careas, quos muies, lacerta, & vilia animalcula habent. Voluptate potius & lætitia efferri te couenit, qui itidem vt angeli internis maximè vigeas oculis:quibus clarè immortalem & divinam cognitionem percipis, veritatemq; ipsam exactè perspicis. Hic hosce reliquit libros: In totum Psalmorum librum varios comentarios, in Oseam & Zachariam libros quinque, in Esaiam libros duodeviginti,in Euangelium secudum Matthæum & secudum Ioannem non paruos comentarios scripsit.Insuper contra Arianos,& de Spiritu sancto, aliaque scripta plurima composuit. Floruit eadé ætate Syrus quoq, Actius, qui ab eis disputatoradmirandus habitus est, qui diuersa à nobis docent. In altercationibus quippe, verborúm que contentionibus, ratiocinationibus, & fallaciis ludificantibus, valde cómotus, vt qui ex professo in rebus eiusmodi studium omne consumpsisset. Et proinde o talis esset, quódque facile quidquid sors tulisset, malè feriatus de Deo theologaretur seu bla teraret potius, also & contemptor deûm appellatus est. Patria ei fuit Cœlesyria. Cuius pater quum in militia aduersis rebus conflictatus tandem interiisset, bona eius qui tum retu potiebatur Princeps publicauit. Qua re vnà cum matre Aetius ad extremam redactus pauperiem, ad aurificu artem discendam se contulit, vt quocuque posset modo victum sibi pararet. Ea arte vbi satis est vsus, pro-

pter ingenij vim ad dicendi disciplinam est couer

sus: Paulinumq; audiuit, qui ex ecclesia Tyria An- D tiochiam fuerat translatus. Porrò mortua matre, cuius gratia aurum conformanti arti operam nauauerat, totus statim in dicendi studium incubuit. Breuíque certamé subiens, multos disputado con uicit.Postquam autem Eulalius post Paulinum in Antiochená sedem est collocatus, multitudo ingens motu aduersus Actium concitato, vibe cum expulit. Quo tempore Anabarzú Ciliciæ concessit, atque ibi artem rursus suam ita parandi victus gratia exercuit, vt non prorsus dicendi certamen omitteret. Accidit tum, vt Sophista quidam Aetij ingenium admiratus, artem fuam cum eo commu nicandam duceret. Atque ille in Sophistæ domű receptus, homini inseruiens, omne (vt fieri solet) famuli ministerium præstitit. Sophista grammaticen & logicé ei tradidit. Ipse verò quum herum ob minus rectam de diuinis oraculis opinioné argueret, mercedé bene de se meritæ domus + abdicationem tulit. Atque inde eiectus, cum Athana sio Anabarzi antistite vixit, apud quem Euagelistas exacté excutiés legit. Deinde Tarsum ad An- E tonium, Luciano martyri notum, venit. A quo Apostolum disces, satis diu cum eo, quum adhuc in presbyterorum ordine esset, mansit. V bi verò A ntonius episcopi functionem suscepit, neque iam doctrinæ, qua Aetium erudiebat, vacare posset, ille Antiochiam est reuersus. Et ibi quu à Leontio adhuc presbytero (Luciani martyris & hic habitus sectator) prophetas, atque imprimis Ezechielem doceretur propter linguæ intemperatiam, & sententia impietaté, inde tursus est expulsus. Itaque Sophisticam exercens, & certamine cum eis qui clari co studio erant congrediens, loca multa circumiit, Postea verò & medicam artem accuratè didicit. Sopolis in tali disciplina doctor ei fuit, vir in eo studio nemini secundus. Ipse etiá Aetius optimus in eo habitus, gratuitò pauperes curauit. Quod si aliquado egeret, noctu ad quempiam artis suæ peritu, ne interdiu à studiis potioribus abduceretur, adibat : & aurum, quod accuratiore arte elaborandum esset, petebat: atque opere celeriter perfecto, & à conductore operæ suæ mercede F accepta, vitá tolerauit. Leontio verò ad episcopatum Antiochenum euc Co, Actius ab co diaconus delignatus,& ad munus in ecclelia docendi dele-Aus est. At ipse diaconatum suscipere veritus, docendi functionem non reiecit. Atque ibi satis diu versatus, Alexandriam venit, Athanasium oppugnaturus. Vehementer nanque de consubstantiali propugnando Athanasius egit.Et quũ à quibus dam ad episcopatum Actius recipiendu delectus esser, dignitatem cam cotempsit. Sand antequam Actius ad Arianos defecisser, tametsi illi ab هيرة ـ or consubstantiale profitentibus disidebant, nihilominus tamen preces, hymnos, consilia & res propè omnes cum eis communicabant, mystico duntaxat factificio excepto. Ex quo autem ille pri mus secessionem facere cœpit, omnibus consentientis conuentus amicitia, & consuetudinis vinculis ruptis, in aduersas eis qui in alia essent opinione maxime partes per factione transiere. Tum verò & Eunomius Actij sapiétiæ fama adductus, ex Cappadocia Antiochiam profectus est, & Secundo le ibi coiunxit : qui illum Aetio Alexadria adhuc degenti, commendauit. Atque hic alter al-

Idem in matrë impine.

Action An siochia enpulsus. Anabarzi Sophista ope ram das.

Sophista **ell** domo exigit.

† azerteufer

Sacres likeres Terfs difcit.

Antiochia rurfum exigiur.

Idem medicus factus.

Gratuitòege nos curanis.

Sozolib.z. \
cap.15 Aesiib
primine medicum fuissa
dicis.

Action An tichenus do-

lde episcopatŭ cotempsit.

Actio fuafore proofees fe Arrami à catholicie foinnecre

Whip the per

.

Zin Grindi-

Pre larun

Antony Ab

batu ad Di-

dymä diशिषः.

Didymi li-

Idem ppter penuriam an ri fex fallus Aug seila

s eine Gel-

Galli in madë adium

Galls: I plia ab idalalaper Actions

त क्षेत्रिक é que illu Esiune freit. exióicati. Herefts Apolinarifia-E WALETA

Sera Bb. 2-cap. ris.

A teri obstrictus, ille quidem docens, hic autem discens, in sacris veerque desudabat doctrinis. Ætius Gallo quoq; Cæsari notus suit : cui quum religio magnopere cura, tum viri qui sacris literis & ecclesiis nauarent, chari fuere. Quapropter talium disfertationum causa, in hoc quoq; genere disputationum, vt illi gratior esset, le exercuit. Dictusenim est Aristotelica quoq; opera perlegisse, & ad cos qui talia Alexandriæ docerent frequentasse. Cæterùm quod in Galli odium, ppter peruersam suam opinionem inciderat, iussu illius alterum ei crus perfractu faisser, nisi Leontius Antiochenus distinatione sua codemnationis calculum amouisfet.Verùm enimuerò Gallus in conspectum suum eum primű admissum, charum maximè habuit: & ad Iulianum crebrò misit, quum illum ad Græcismum & idolorű cultum deficere intellexisset, vt scilicet hominem ex impietatisbarathro extraheret. Quin & diuinarum literarum doctorem illu Gallus instituit. Hæc de Ætio. Quomodo auté ad episcopatum euectus, non exigua pars corum fue B Tit, qui to avouse was iregoveren, hocest, inaquale & altero substantiale docuerunt, atque etiam exautoratus folum exilij causa verterit: Eunomius autem multo eo deterior, factione eius sycophantia circumueta. in locum eius suffectus sit, & de ipso etiam Eunomio, postea dicemus. Eodem tempore Laodice in Syria viri etiá duo floruere cognomines,pater videlicet & filius:vtrique enim Apol linaris nomé crat. Et pater presbyteri, filius lectoris ordinem obtinebat. Ambo Græcarum discipli narum, Grammaticæ pater, Rhetoricæ filius, magistri erant. Senex Alexadriæ ortus, Beryti docuit: & ducta Laodiceæ cóiuge, Apollinarim filiú progenuit. Et cum Epiphanio Sophisticam profitente,illi simul florentes,eum vt veri amici sunt com plexi. At Theodotus Laodicensis tum episcopus, quòd metucret ne continua illius cosuetudine ad Græcam impietatem declinarent, familiaritate illius eis interdixit. Sed illis Epiphanij amicitia, episcopi edictis potior fuit. Proinde & Theodoti suc cessor Georgius, quum multa tentasset, vt illorum dirimeret coniunctionem, postquam operasuam C frustra esse vidit, Ecclesiastica cos prohibuit com munione. Quo facto pro infigni contumelia acce pto, filius Sophisticis fretus \* capturis & argutiis, nouam quandam hæresim instituit, nomen autoris ipsius referentem. Est & alia opinio, non ob ea quam (cilicet diximus caufam,illū à Georgio desciuisse: sed quòd Georgius aliena prorsus & absurda opinione nunc Arij defendens sententiam, nunc æqualem patri filiú profitens, conuentui Seleuciæ acto assensisset: ea illum arrepta occasione, discessionem ab eo fecisse: & quum id nemo curaret, opinionem nouam inducere conatú fuisse. Docuere autem Apollinares, Dominű carnis œco nomiam & functionem factis ipsis obeuntem, animam no recepisse. Ac rursum veluti absurditate ea per ponitentiam correcta, animam quidem re cepisse addidere, eam autem humanam non habe re mentem. Satis nanq; ei pro anima diuinitatem fuille, quæ hominem allumplerit. Atque ea re vna ab Orthodoxis dissidentes, in aliis cadem quæ Ni cænorum decretorum studiosi, sentiebat. Verùm

de his postes quoque loco suo dicetur.

C APVT XVIII.



Vit tum etiam propter virtutem & doctrina magnopere laudatus Theophilus ille, qui cognominatus est Indus: non ille quidem hæresis alicuius autor, sed Arianismo plurimum addictus.

Qui sub Constantino ab Adiabenis admodú achuc iuuenis, + obses, in Romanorum ditionem fuerar missus. Adiabene verò regio est Indica,am pla & celebris. Ac Theophilus consuetudine diuturna adeò mores ad Romanorum instituta conformauit, vt & monastică delegerit vitam, & diaconi susceperit dignitatem, Eulebio Nicomedien si manus ei imponete. Quum auté legatio à Constantio propagandæ veræ pietatis & confirman; dæ fidei gratia, ad Orientales nationes mittenda esset, ambitiosa munificentia eam instituit: & prin ceps eius, quem modò dixi, Theophilus designatus est. Constantius sanè perquam magnifice, vt q maximè posset gratiosum eum redderet, ad ducen E tos generolos è Cappadocia equos nauibus impo sitos, aliaq; insuper dona ad illos perfereda Theophilo dedit, vt scilicet illi simul & liberalitatis eius amplitudinem & animi magnitudiné admiraren tur.Et Theophilus legationem obiit, eamq; ad finem debitű perduxit. Nam qui in regionibus eis regnum obtinebat, à Græca superstitione ad veræ pietatis religionem deflexit. Et ecclesias tres in di uersis locis erexit, non tantum quæ ab imperatore missa acceperat donis, sed maximè etiam quos iple addiderat sumptibus, per animi alacritatem cm illo concertans. Ecclesiar u istarum vna in metropoli & principe vrbe totius gentis, Tapharum eam nominant: secunda in loco vbi Romanű em porium erat, extrorsum ad Oceanum versum, regio A dane vocatur: tertia in alia terræ eius parte, vbi est quod Persicum emporium dicitur, in Persici maris ore costructa. Theophilus porrò rebus apud Homeritas ampliter dispositis, templisq, eis consecratis, atque etiam pro rerum copia exornatis,inAdiabenen quam patriam eius esse diximus, traiecit: ac deinceps in reliquam quoque Indiam F trasiit, multaque quæ apud eos non rite agebatur, correxit. Etenim colidentes Euangelicum audiebant oraculum, aliaque multa faciebant, quæ sanctiones Ecclesiasticz non iubebant. † Ea omnia pulchrè immutans, ad Ecclessæ placitum morem composuit.Vna saltem,& quidem maxima re incommodans, quod re irigereforer altero substantiale colere docuit.Porrò ex India & Arabia magna, ad Auxumitas Aethiopes est progressus, qui in pri mis rubri maris littoribus habitabat, quod Oceanus sele illi insinuans efficit quod sane rubru mare, in maximam longitudinem protésum, in duos diuiditur finus. Horum alter quidem ad Aegyptű exundans procedit, vbi etiam nomen sibi suű ferre desinit: qué antiquitùs filij Israël Aegyptios fu gientes,ficcis pedibus transiere.alter ad Palæstiná excurrit, prope vrbem cui vetus nomen est Aela.

† Apud Suid.eft, Theophilum hune reloti quandam Aposto licam imagnem fuise, qui etiam Indaa cuius dam mortuum resusci-tasse dictus sis. Testatúmque id de eo esse Thalassium familiarem e-ous, virum in quem mendacij suspicio non caderet: multosque praterea alios, qui atate ea vixere.

t ras. ims.

Adiabene. Apud Plm. Adiabene A∬yriorü eft inuiu,lib.6. cap.13. Theophil<sup>9</sup>ad Orietales po pulos legation à Constantio mi∬iu, Chri ftianismi p-pazandi gra

Tapharum;

Adane regio Homeite Arabici po puli suns. Plin lib 6. cap. 28.

Res Ecclesia flicas in Orient e Theophil' ordinas

Auxumita populs. Rubri marje duo sinne.

Ada ribs.

Auxumii. A]]yıÿ. A In rubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt, quorū metropolis est Auxumis. Ante hos verò ad extimum pertingentes Oceanu, Orientem versus, Aslyrij: apud quos etia hanc appellationem habent, quos Alexader Macedo exSyria pullos, colonos cò deduxit. Ii ad hoc víque tempus patria vtútur lingua. Omnes autem nigerrimi funt, acutis solis radiis eos adurentibus. Apud quos maxime prouenit xylocalia, & calia, & calamum,& cinamomum: necnon innumerabilis elephantorum multitudo. Et Theophilus re-Cte constitutis Auxumitarum rebus, in Komanorum reuersus est ditionem. Atque post reditum in magno habitus honore, suam quidem illevrbem, aut ecclesiam, cui episcopus præesset, sortitus non est. V bique tamé locorum propter hominis reuerentiam, in eum vt miraculum quoddam, omniu coniecti oculi crant: donec Aetio & Eudoxio in exilium, quod confilia cum Gallo comunicassent, ciúsque rebus fauissent, actis, & ipse Heracleam in Pontum est deportatus, Gallo in intimis habitus.

Exiliü Aetij Endoxij, Theopholi.

B

CAPVT XIX.

ExPhilostor gio, de amne Tigride.

Meseneregio

Mons ATA

rat in Ar-

Reliquia ar

De Euphra-

Euphratesia

\* TAIRA BIA-

- ול השישים

deou merido

TATHE

menia.

ce Noe.

Syria.

Edenim, que Deo inuisus Philostorgius de sententia Theophili, quem diximus, memoriæ literis madauit, ea nunc paucis perstrin gemus. Dicit enim, in sinú Persici maris, que a in parte Oceanus

sele effundens, vastum & circumcirca multas gen tes complectens efficit, quum alios maximos fluuios, tum Tigrim se vndis suis inferre. Qui cum Apeliotem versus sub Hyrcano mari in Cordyæis manifesto sibi ipsi redditus emersit, iuxta Syriam profluens, simulatque Susidem terram pertingit, Euphrate ibi se ci commiscente, magnus iam & aquaru vi rapidus, ingenti & fragolo lonitu prouoluitur. Vnde illum Tigtidis feræ cognomen accepisse ferunt. Priusquam auté in mare delabitur, in duo ingentia flumina scissus, ostiis duobus lon gè inter le dissitis, in Persicu se mare coniicit, mul tum terræ in medio concludens: cámque fluuialé fimul &maritimam infulam efficiens, quam gens Mesenoru incolit. Euphrates autem fluuius ex Armeniis manifellò apparensexoritur, vbi mons est Araratjab incolis ita appellatus : ad quem arcă Nox constitisse, sacra produnt litera, cuius etiam nunc ibi lignorŭ & clauorum non paucæ seruantur reliquiæ. Inde primum exiguus profluens Euphrates, quo longius fertur, eo maior existir, plurima alia flumina in alueum fimul & nomen suu excipiens. Maiore auté & minore Armenia emen sa, vltrà progreditur, cam quæ peculiari nomine Euphratesia dica est, deinde etiam reliquá secans Syria. Hac porrò & illa post se relicta, omnisq: \* generis qua fluxir, helice diuulsa, vbi Arabiæ propinquaturus est; refringitur : ac oblique in circulú contra mare rubrum prolabens, & regionem no paruam sinuose claudes, ad Cæciam ventum cursum convertit. Inde vbi inter Boresm & Apelioté medius constitit, & ad Tigridem flumen procurrit, non totum se ei immiscet, sed portionibus tan tum quibusdă medio interuallo amissis, parte reli qua, eaque maxima & nauigabili, in Tigrim eundem apud Susas omnis incidit, ac nomine suo amisso, cum illo in Persicum deuoluitur sinum. Id D porrò quod intra duo ista flumina protéditur terræ, Mesopotamiæ nomen obtinet. Enimuerò Tigris & Euphrates, quibus in locis emergentes appareant, dictum est : sacræ autem literæ nostræ è Paradiso eos profluere, verissime commemorant. Ex eo nanque fontes & primordia lympharű suarum recipientes, fortalle ad certum víque locum super terram profluunt. Deinceps verò à vasta & harenosa solitudine excepti, atque ibi in profundum per cuniculos absorpti, non prius deorsum versum currere desinunt, q ad angusta & lapidosa eius terræ loca pertigerint, progressúmque eorum ad inferiora præcipitem solum durius & solidius præpedierit. Vbi vndæ eotű continuè & cő fertim confluentes, vi & magnitudine sua directu cos deinde cursum tenere cogut. Qui deinde subterraneo meatu fluentes, partem aquarum eorum non minimă quæ in medio est terra carpente, minores & tenuiores iam ad ea loca perueniunt, vbi ex cuniculis in apertum erumpunt. Quòd illi auté occulti subterraneo cursu longissime voluatur, id E no debet videri incredibile. Sut enim & alia passim flumina & maxima &rapidissima, que sub ter ra feruntur. Apparet id ex eo sonitu, qui ad aures nostras ab eis cum strepitu & fragore ruentibus perfertur. Et nonnulli, quod quum supra eos fluuios pureos effodissent, & quod se eis infernè obtulit folū lapidosum paululu rupissent, vnda perstrepens curlum sursum versum cum vi quadam moliretur, vix ab eis qui ad summu putei os constiterant, sunt retracti & recepti. Atque illa subsequuta in riuu cualit, quem nulla cœli siccitas propter vim & fluxum perpetuum turbarit. Ineffabilis nanque Dei sapientia, taquam venas quæ opus essent suppeditantes, sic aquarum procursus tum occultos tum manifestos perfecit. Vnde quoque ppheta Dauid illud cecinit : Ipfe fuper maria fun dauit eam, & super flumina præparauit ea. Maria scilicet quam maximis terræ sinubus thesauri instar accumulans, solo corum robustius consolidato, ad tantă vim & molem, quæ in ca inferuntur, aquarum sustinedam. Flumina autem, commoda &mirifica constitutione transitum eis liberű prębens, regionibus semper ex alto se summittenti- F bus atque recedetibus, & ex sublimioribus ad hu miliores oras aquarum ruentium momentis locu concedentibus.Idem ipfe coniectura ductus,Para disum ad Orietem sub æquinoctiali situm esse ait circulo. Primum ex eo, quod ad meridiem manifestum est loca ferè omnia esse habitabilia, ad extremum vsque duntaxat mare, quod \* iam sol adurit, anno toto radios suos in id emittens. Hæc quippe est illa quæ media zona dicitur. Deinde 9 is qui nunc 4 Hyphalis dicitur fluuius, in scriptu-

Hac quidem veterum prope omnium snit opinio. Sed patrum uostrorum memoria inceptore Columbo Liguri, nona Hispanorum manigatio magnam Africa partem priscu hominibus ignotă: Grplu rimas in Oceano meridionali, Gr. insulai habitabiles invenit. V s sa tie iam constet Oceanum non rese invertu magnitudimis. Sed in uliu atque terru immonse etiam magnitudimis (nous orbem vocant) abitatque terru immonse etiam te uniucism orbem qui ribique si talis aura particeps, non esse imhabitabilem id quod antiquitus etiam primum Posid minm philosophum Paneti discipulum, dande quoque Mucennam Arabem medicum observasse, quorundam est opinio.

ris sacris Phison nominatus, & ipse è Paradiso or-

Mesopota-

Tigris & En phrates è Pa rads fo profluout.

Flung ifts Jub terra aliquādsu fluüt

Scill Gezpenilsur bet homines metallary.

Paradifus vbi fit.

a Apud Pliu. Hyphaliseft lib.2.cap.73

•

Hyphsfir, for Phofon fa.uste è pa nobje pfime. Caryophilia.

Hyphofis rade fabrib

Gasa quoq. Nilus e Pa tadijo fluita

In Orienta Or maridia terra fismal Or mari magra etament

**\_\_\_\_\_** 

desire.

Мешестез,

Candopardalis,
Discriptored for general time scannol. Herat.
Angel. Poliston. cap. 3.
Mifell.
Siminificat.

A tum ducens, ex Arctois magis Orientis partibus meridiem versus pfluere videtur, & in eius ipsius orz Oceanú aquas suas coniicere ex aduerso Taprobanç infulæ. Ad cuius fluminis ripas inuenitur quod caryophylū vocatur, siue id fructus, seu flos est. Et persuasum habent qui ibi habitat homines, arborem cius, ex eis que in Paradilo sunt, vna esse. Etenim ea quæ supra eos est terra,admodú deserta est tota & sterilis. Quod auté is fluvius florem eum adfert, satis costat illum super terram totum ferri,neg, vípiam sub terram in cuniculos demitti, aliter enim, quod ibi natum esset, perferre non posset. Habet & aliam flume hoc notam terrenz cum Paradiso commistionis. Fertur enim, si quis febri laboret ardenti, & in flumine eo mergatur, derepente eum morbo liberari. Tigris verò & Eu phrates, quod terram subcant, & rursus emergant, non aliquid inde, vt Hyphasis, efferre possunt. Sed ne Nilus quidem, nam & hunc ipsum inde profluere, inspiratæ Mosæliteræ testantur. Gæon ab ipso, à Græcis autem Aegyptius appellatus. His nanque, quantum coniicere licet, è Paradiso proruens, priusquam habitabilem orbis partem attigit, sub terram cuniculis immissus, inde Indicum mare fubit, fub quo in orbem circumuolutus (vt coniectura est, quis enim hominum hæc certò asseueret & demonstret?) & præterea sub omni ea quæ in medio protenditur terra, ad mare rubrum procurrens, ac sub eo quoque plapfus, in alterú eius defertur littus, sub id quod dicitur Lunæ promotorium, (vbi duos fertur efficere fontes, non parum inter se distantes, & sursum versum magna vi & fragore prorumpentes) & inde per Æthiopiam prouolutus, in Ægyptum procurrit, per altitsimas rupes strepitu immenso præcipitans. Addit insuper & illud, tractum illum orbis ad Orienrem & meridiem omnem, quatuuis in immenso ardore, maxima tamé & robustissima ferre omnia, quæ vel terra vel aqua gignun tur.In co enim mari admirandæ magnitudinis im mania cete reperiuntur, quæ (æpenumero Oceanum eum nauigātibus pelago innatantia & emer gentia apparuerunt,& terra ipía elephátos habet longe maximos & vastissimos:præterea eos qui † spurij elephanti dicuntur, quorum genus cætera quidem boues sunt maximi, pelle autem & colore,ipsaque adeò magnitudine elephanti. Sunt ibi quoque dracones sine serpentes crassitudine trabibus non minores, longitudine ad quindecim protensi orgyas seu passus, quarum exuuiz etiam Romamvifæ funt perferri. Et apud eas gentes Mo noceros, seu vnicornis animans, caput draconis ha bens:& cornu nó magnum quidem illud, sed tor tuolum . Mentum illi omne barba oblitum,collü longum in altum protenium, & serpentis tractui quàm simillimum. Reliquum corpus ceruo similius:pedes autem sunt leonis, cuius effigiem coloribus exprellam à pictoribus conspicere licet. Camelopardalis etiam regionis eius est soboles, quæ quidem aliis partibus cerui magnitudinem refert, proceritate autem cameli corpus imitatur. Collum longissimum, & reliquæ corporis proportioni & convenientiæ minime respondens, in altum rectum gestat: ac pelle tota à summo capitead imos pedes versicolore, quam proxime ad pardalim accedit, pedésque priores posteriori-

bus altiores habet. Est item apud eos qui dicitur D Ægopithecus, simia quædam. Plurima enin. sunt simiarum genera: arctopitheci scilicet, leontopitheci, & cynocephali, & aliz aliis multarum animantium speciebus simiarum forma permista. Quarum permultæ etiam ad nos perlatæ, hoc manifestò declarant. Ex quibus etiam est is qui dicitur Pan, capite, vultu & cornibus capram teferens, & ab ilibus item deorsum versum caprinis pedidus insistens, ventre autem pectore & manibus mera simia: quem tum quoque Indorū Rex Constantio misst. Quod sanè animal ad tempus aliquod, quum ferretur in cauca propter ferocitatem inclusum, vixit. Vbi verò mortuum est, aromatibus condierunt exenteratum, qui ferebant, & insolitz formz ostendendz gratia Constantinopolim seruatum pertulerunt. Videntur autem mihi animal hoc olim vidisse Græci, cósque insolentia aspectus exterritos, Deum sibi constituisse: quum solenne hoc illis esset, vt quæ fidem excellerent, ea in deos referrent. ld quod in Satyro quoque ab eis est factum, qui & E iple simia est, facie rubra, ad motum facilis, & caudam habens. Quin & Sphinx ex genere simiarum est: cuius reliquum corpus, vt aliarum simiarum, hirlutum est, pectus autem ad collum víque glabrum. Mammas porrò mulieris habet:totúmque corpus, quà nudum est, rubra quædam & tenuis, milij specie, eminentia in orbem circundat, &multum decoris atque gratiæ colori, qui in medio humanus est, conciliat : facies plusculum rotunda & acuta est,& ad muliebrem inclinans for mam. Vox itidem prorfus humana, fed non articulata, celeriter cum quadam quasi indignatione & dolore obscurum quiddam vociseranti si-milis: grauior autem est & molestior, si ea acustur. Ipsum porrò animal ferum admodum est, astutum & maleuolum, neque adeò facile domatur. Hoc antiquitus mihi videtur Thebas Bæotiæ esse apportatum: & quum forte in quosdam, qui ad spectaculum eius confluxerant, insiluisset, & vultus corum vnguibus deformasset, non feren tem Oedipum ciuium suorum contumeliam, fe- F ram interemisse, & nomen inde illustre retulisse.Czterum fabulz Oedipo fortitudinis laudem adornantes, alas beluz isti affingunt, quod celeriter in obuios inuolaret. Eædem illi pe&us mu lieris & corpus leonis accommodant: illud propter nuditatis comoditatem & muliebris formæ similitudiné, hoc propter ferocitaté, & quod plurimum quatuor insistat pedibus. Sermoné quoq; ei figmentum tribuit, p vox eius humanæ confor mis esset : tribuit & ænigmata, g obscura & non intellecta vociferaretur. Neque hoc mirum est. nam & multa alia Graci fabulis fingendis mutare consucuerunt. Hzc eadem regio & asinos feros magnitudine ingentes fert, pelle mirificè præter morem versicolores : albo scilicer & nigro colore admodum inter se variatis, & zonæ quædam à summa dotsi spina ad latera & ventrem demissa atque ibi diuisa,& conuersionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam & nouam efficiunt plicaturam & varietatem. Sedenim & phœnix, decantatissima illa volucris, apud eos est: & psitacum inde ad nos apportari scimus, auium loquacissimă, & ad zmulatione hu

Quố Graci Panë fimil deii fecerunt, Itë Sasyrum

Sphina.

Fabula de Sphinge & Oedipo vode originem coperio.

Onegri,

Phonis,

des aues.

Aurum pu

Arabia felize

Paradifi for

Haretici etiam quidã inter orthodo mes retres nã Semerè recem fii i.

A manæ vocis accommodatissimam. Et item varias punctisque distinctas aues, quas quidam Garamãtidas vocant: nomine à gente, vnde plurimæ afferuntur, eis imposito. Plurima porrò alia apertè exi mia & præstantia ibi gignuntur, quotum multitu dinem præsens commemoratio reformidat. Nam & aurum hic natcitur purissimum, quasi quibusdam aureis capillamétis sponte sua è terra existen tibus, quæ sibi inuicem imposita iacent, & manifestum prouentum præbent. Sunt etiam ibi fru-Aus tum pulcherrimi, tum maximi: ex quibus no ta sunt carya. Verum enimuerò & tractus earum gentium, quæ supra Homeritas sunt, vsque ad ma re rubrum, bis anno fructus edit : vnde & regionem cam Arabiam felicem cognominarunt. Et omnino cuncta quæ ad Orientem solem est ora, longè reliquam terram rebus omnibus excellir. Paradisum autem, quem extremum mare Orientale alluit, quum totius Orientis pulcherrimus & purissimus sit, cœlum lætissimű amænissimúmque habés,&aquis pellucidiísimis rigetur,satis có stat incomparabili præstantia, quam terram quæ fub sole est omnem, omnia gignere & ferre meliora. Atque hæc tametsi per digressionem sunt extra institutum argumentum dicta, tamen necessaria, ve puto, esse videbuntur doctrinæ piæ & liberalis studiosis. Præter hosce verò & alij plures extitere viri, qui sacras literas probè intellexerunt, & de eis copiose disserverunt. Eos auté omnes recensere, præterquam quod præsentis operæ non est, difficile fuerit. Sedenim nemo me re-Ctè reprehenderit, quòd nonnullos bæreticarum sectarum auctores aut sectatores, inter eos viros qui optime de facris religionis professionisq; nostræ senserunt atque scripserunt, comemorarim. Non enim nunc de fide nobis & opinionibus eorum, iudicium sumpsimus : sed propterea tantum mentionem talium virorum, quod ab eloquentia graui & festiva multum valuerint, intulimus. Minime nanque, sicuti diximus, constitutum nobis est, de dogmatibus sententiam ferre : sed simpliciter ita, vt quæque res suo tempore sele dedere, exponere, decreuimus, nihil ex arbitrio nostro te-C merè adiicientes. De opinionibus sanè quidem aliísque eiusmodi rebus, manifesta propalàm extat veritas. Atque de eis, quibus hoc per leges con cessum est, indicium facere possunt. Porrò qui tépestate ea vittute insigni & eruditione preclara excelluere, ij sunt. Deinceps verò posteros quoque loco suo recensebimus.

CAPYT XX.



Vnc autem historiam institutam prosequamur. Non solum quos diximus Dei amantes viri fapientiæ studio pollentes, religionem nouis exercitiis adaugé-tes cohonestarunt: sed etiam im

peratores ipsi æmulatione paternas res Ecclesiasticas & divinum cultum in deliciis habuere. Cle rum enim Dei eiúsque liberos & propinquos infignibus honoribus & immunitatibus decorarut, bonísque & honestis patriis legibus alios & ipsi pro suo in Deŭ amore, ad religionem adduxerut. Qui sanè omnes idolor cultum simulacror um-

que curam sustulerunt: & vbique locorú claustra D Græcorum templis impolita lunt, quædam etia in materiæ \* rationem à nostris reuocata, & funditus statim diruta. Nec paruo illis studio fuit, sacra ecclesiarum delubra temporis diuturnitate penè collapía restituere, quædam etiam ex ipsis fundamentis construere. Quorum vnum est & pulchtitudine & magnitudine aliis multis præstantius, quod apud Emelam Costantius condidit. Ad hæc lege sanxerunt, ne quis ludæus mancipium Christianum, cuiuscunque tandem secta, are & libra emptum haberet. Si qui aliter fecisse compertus esser, seruum eum publicum fore. Quo si eum circumcidisse deprehensus esser, capitis supplicium eum subiturum, bonis eius publicandis. Quum enim constitutu in animis suis haberent, Christianum cultum propagare,hoc etiam maximè proui derunt, vt ne temere à Iudeis aliqui in religionem suam pertraherētur: sed potius veræ Ecclesiæ om nes, de quibus aliqua spes esser, conservarentur, & Christiani fierent. Christiana enim pietas ex Grecis & gentilibus magis increméta sua capiebat. Ve E rum enimuerò primum Constantini filij paterna opinioné integram certámq; seruarunt: & vterq; acer Nicana fideli laudator fuit. Constans quide ad finem vsque in ea perstitit: Constantius verò aliquandiu cam sequutus, postea no suo consub stantialis verbo paísim iactato, aliquantulum de sententia sua cessit:non ille quidem ita prorsus ab ea desciscens, ve nonfilium æqualem substătia pa tri apertè profiteretur. Sed Eusebius Nicomedien sis, & alij eius temporis Orientales episcopi, virtu te & doctrina magnam gloriam consequuti, differre loquutiones has asseuerabant, vo 6,000 cosubstátiale,& + substantia æquale,id quod etiam suososso aquisubstantiale dicebant. Subiiciebant nanque, manque, onsubstantiale propriè de corporibus dici, viputa de hominibus & aliis animãtibus, item de arboribus & plantis, quibus omnibus communicatio & generatio ex equali est .4mosoror aquisubstantiale autem, de rebus materia carentibus vsurpari debere dicebant, veluti de Deo & angelis: horum enim quodlibet, si per seipsum mente & intelligentia quis contempletur, F 🖈 pro le leorlim lubliltat. Quibus verbis, vt videtur, Constantius seductus, & aliter quam antea persuasus, aliquatum transuersim est actus. Arque equidem, quantum coniicio, animo & sententia idem is cum patre & fratre sensit: verbo auté mu tato,minimè se in pietatis cultu labi putauit, videlicet si pro નેમલ્કલં = consubstantiali, નેમલ ભાગન æquisubstătiale diceret. Quod sanè eis qui id afferebat rectius certiusque elle visum est. Affirmabant nãque, nisi quis hoc sic diceret, periculu deinde esse, ne corpus esse quod incorporeum est & diceret & fentiret.ld sanè vt stupiditatis plenum, multis ridi culum visum est. Cæterùm illud cos scire oportebat, quòd rerum, quas mente & intelligentia cũ .templamur,nomina, à rebus apparentibus 🕂 per transumptionem necessariò accipiuntur. Quod verò potest esse in nominibus periculum, qui in ipsa intelligétia & méte nullus sit lapsus & error? Inde etia coiicere est, magnu illum in Theologia Gregoriu, in suis in Iulianu inuectiuis orationib, dū in laudado Constatio totusest, no iniuria mirificiseumornare præconiis, pietatémque eius ita

\* Thus Alges WELLOW THE \$ puticois

Tēplű apud Emelam à Constantine condetam.

Coffätini.l. Turca.ejt. C. ne chriftian. mācip.l.De nobn.S.bu ita diffositiu. C.de epife. a eler.

Constans co-Stater of Bio nem pues cosubstantialu raimut. Constantine episcoperum quer undam juajo à verbo co recessit. T KAT GOLON SHOLOV. Differentia iter apossos Q 1401000-SION. # ikatips vol Hiver Koat id is tooss. Sozom. vire q; mxta propnă ejentiă COLITARIO mpesit.

Trank HETE. Antiv.

CAPVI XXI.

Defenditur Constantÿ lapfus

Arianorii fgmentii con tra Nicana dureta,

Apad Soze. धी अस्य देश से-विक्रीहरू क्ष hac off ,es modum baptiza meffe. lib. 3.49,19. Armine fis Synodus. 3 Si quis illis ci Confrante iifaat. nam Cost antium Constătions etete preceßie. Ationorii rrfutatio. a Sozom. w gefinnen fo-

b Vidano
effe logendio,
inequalitimfraciso cod.
fraciso 
Armi pêja & Sdacan il

vade dipertimus, redeamus.

gelicæ etiam virtutes stipantes, nouisque & admi randis honorantes carminibus, sint prosequutæ: sicuti in fine Tomi huius exponemus. Neque mirum videri debet, imperatorem terum administra tione occupatum, magnoru hominum lualu ver-... bum boc approbasse: quando multi tum ex sacris viris animo & lontentia Nicano dogmati assentientes, citta contentionem omnem impliciter id guogizecepere, Aliqui autem nibil prossus de vitaque distione sufpicantes sinistri, vno codém-; que sensu piæ sententiæalterutru vsurparunt. Vnde illud sarje constat, tumorem merum & fastum esse quod Ariani suo videlicet commodo confinxere. Aiunt enim, post trecetorum decem & octo sanctorum patrum couentum, episcopos multos, in quibus etia Eusebius & Theognis Bishyni fuering noluille filium sucieee consubstantialem patri dicere, quu quidem formulæ fidei subscripsisfent. Qua etiam re commotus Constantinus, exi-, lio cos mactarit, In fomnis autem imperatoris fo B tori divinitàs oraculo ostensum esse iniquè illos in exilium actos, qui recte de Deo opinarctur. Atque deinde revocatos eos imperatoré interrogalse, cúrnă ita aliter q Synodus statuissent, sentirent, qui suffragatores & participes scripturæ reruq; aliarŭ in ea fuissent. Atq; illos respodisse, no ex animi sentétia se decretis eis assensisse. Timoré enim eos inualisse, ne cotentione ea de re orta, speraçor iple à Christiano dogmate velut inutili & cotrouerlo deficerer, & ad pristina relaberetur supstitio nem : qui heri & nudiustettius, vt dicitur, Christianus esse cœpisser, + & non ita pridem baptismo initiatus fuillet, proindeque confilio mutato persequutor Christianorum fieret. Quibus verbis auditis, Constantinum exilium quidem illis remi fisse,rationémy; consilij & facti corum comproballe: meditatum verò esse, vt Synodum aliam co geret. Atque id facere volentem, mortem impediisse. Constantio autem, vt filiorum natu maximo, \* vt confilium id exequeretur, mandasse: + quòd regni administratione sibi nihil profutură esse, nisi omnes cocordes essent, dixerit. Proinde hunc patris iussa transgredi nolentem, Atiminese indixisse conciliu. Sed figmenti istius mendaciu, prudenti facile est deprehendere a. Vigesimus pri mus imperij Constantij annus erat, quum Synodus Arimini coacta est: multis aliis conventibus ante id tempus celebratis, in quibus maximè que-substantialis, est disputata, Substantia autem baqualem patri filiú docere, omnes omnino renuerunt, donec Aetius Syrus hac de re perperam sensit: propter quem, quod malè opinans, no melius doceret, eodé tempore Arimini & Seleuciæ Con stantius omnes vndequaque episcopos conuenire iussit, opinionem eiusmodi abolituros. Vt iam omnibus liquidò pateat, Constantis non ob eam quam Ariani ementiri funt caufam, Ariminensem instituisle Synodum:sed propter opinionem, qua Actius perperam vulgauerat. Atque hec vera esse, historia procedens declarabit. Portò ista quanuis per digressionem, argumento tamé instituto con sentanea, necessariò à me sunt exposita. Sed pò,

deprædicare, vr illu, à morte scilicer, productu an-



Onstans Occidentis imperator, actis Sardicésibus cognitis, duobus Episcopis & Saliano duce quodam, pietate & iustitia claro viro, ad fratrem missis, per literas etiá quæ Sardice gesta essent,

🔊 ras etiá quæ Sardice gelta ellent, ei declarauit. Et Paulo atque Athanalio, qui iniuria affecti fuerant, ecclesias suas reddere iussit. Quum autem Constantius frustra tempus extraheret, alia epistola ei Constans institit, ve aut Paulum & Athanasium reciperet, eisg; throngs suos reddendos curaret:aut nisi hoc faceret, ad bellum se præpararet. Atque ille re cum quibusdam episcopis deliberata, de corum sentétia, satius esse sta tuit, Athanasio de ecclessa decedere, quam ciuili decertare bello. Constantis literæ Laconice his verbis scriptæ erant : Venit ad nos Athanasius,& " ad se episcopatum Alexandriæ pertinere probauit. Quapropter illum ope tua fac consequatur. " Alioqui nanque armis eum meis recuperabir. Hisce literis adactus Constantius, Athanasiú pu » blica disposita vectura ad se vocauit . Atq; illo,qd " aduersariorum dolos suspectos haberer, reditum differente, iterum sæpiúsque Constantius literis eum ad se inuitauit: quas ad fidem dictis faciendam, historiæ inserere liber. Constantius victor " Augustus Athanasio episcopo, Diutius tanquam " ſæuis pelagi fluctibus te differri & affligi, non pa- » titur mansuetudinis nostræ humanitas: neque pa \* triis expulsum laribus, bonisque spoliatum, atque " in inaccessis ferarum locis oberrantem, despicit » indefella pietas nostra. Equidem diutius ad te ani 🕶 mi mei sententiam perscribere distuli, sponte tua » te ad nos venturum, atque laborum remedium pe ... titurum elle opinatus.Verùm quum fortalle con- » filium propositumque tuum timor impedierit,li- » teras hasce munificentiæ plenas, ad firmitaté tuá » dādas exillimavimus : quo citra metum omné in » cospectum nostrum quam celerrime venire pro- » peres, vt quum integrum statum tuum recipias, » tum humanitatem nostram expertus,in ea que iu 🐱 ris tui sunt restituaris. Hac enim de causa & domi-F num atque fratrem meum Costantem Victorem » Augustum pro te rogauimus, ve redeundi tibi fa- " cultatem permitteret, quo ad eum modum, vtris- '» que nobis annuentibus, in patriam reducaris, & » hoc nostræ in te gratiæ pignus habeas. Constanti- 20 nus Victor Augustus Athanasio episcopo. Etiási » prioribo literis nostris tibi significauimus, vt abs- » que folicitudine omni in comitatum nostrum ve- ឆ nires, quòd te maxime in ius tuum restituere cu- » piamus: tamen nunc quoque hasce ad firmitatem » tuam dedimus. Quapropter te hortamur, vt diffi- " dentia metúque omni fepolito, publica confcen- 😘 das vehicula, & ad nos venire contendas, vt qua- " rum rerum recuperadarum desiderio teneris, eis- » dem potiri queas. Constantius Victor Augustus » Athanasio presbytero: Quum Edessæ ageremus, 2 & presbyteri tui ibi presto essent, placuit nobis, yt ... misso ad te presbytero, in comitatu nostru venire " properares : quo in conspectu nostrum admissus, " confestim Alexandriam proficiscerere. Quandoquidé verò plurimu iam præteriit téporis, ex quo 💂 lucris nostris acceptis non venisti: nunc quoque ...

Cöstäs Atha nasiom & Paulö in integrum valt testitui.

Litera Confrancis ea de re ad Confrantium,

Coustaine bi tern son Athanasiumes nocat.

Litera alia. Cöftäsy enof dem fensissa

Alia irem cius de lucra.

y ij

A commonere te voluimus, vr aduétum ad nos tuú « matures,& sic patriæ tuæ restitui,& voto tuo po-" tiri possis. Milimus autem ad te Achetam diaco-« num, vr plenius hæc ad te referret : ex quo animi « nostri voluntatem, te scilicet quod optas cosequu urum elle, cognoscere poteris. Athanasius episto lis Aquileiæ (ibi enim degebat) acceptis, Romam ad Iuliū, vt de rebus suis cum eo constitueret, profectus est. Cui quidem Iulio & Romanz ecclesie, ille plurimum attulit lætitiæ, quum literas eis exhi buiffer. Credebant enim Orientis quoque imperatorem cu eis professioni fidei assentire, qui tam humaniter ad fe Athanasium inuitaret. Et Iulius rebus quibus oportuit illum înstruxit, viaticoque donanit: & literas însuper ei ad clerum & populum Alexandrinum dedit, quibus fe lætari & gratulati eis indicat de tanti præsulis restitutione. Ad verbum epistola hoc modo scripta erat.

C APVT XXII.

Talÿ Romani epijcopi ad Alexan drinos p Athanafio epistela.

......

Precum eccle



Vlius episcopis & presbyteris & dia conis & populo Alexandriam inco lenti, dilectis fratribus, in Domino falutem: Congratulor & ego vobis, fratres dilecti, vos fidei vestræ fructum oculis vestris percipere. Id

enim verè quispiam fieri dicat, in fratre & coepiscopo nostro Athanasio: quem & propter vitz cius puritaté, & ppter vestras preces, Deus vobis " restituit. Ex hoc sand pespicere est, puras vestras a charitatisque plenas orationes semper ad Deum esse delatas. Cœlestium enim promissionum cha-" ritatisque in Deum memores, quam ex doctrina « ciuldem fratris quem diximus nostri addidicistis, illud certò cognouistis, & pro insita vobis recta si de percepistis, non ad finem vsque à vobis segregatű eum iri, qué in piis vestris animis veluti præsentem semper habuistis. Itaque non multis mihi opus est verbis, ad vos scribenti. Quæcung; enim à me dici vobis possunt, ea sides prius vestra anticipauit. Et profecto impletæ sunt per gratia Christi communes omnium vestrûm precationes. Gra tulor igitur vobis,iterű enim id dico, inuictas vos " in fide animas vestras conservasse. Nec minus fra " tri meo Athanasio gratulor, quòd tametsi luctuosa multa est perpessus, nulla tamen hora charitatis vestræ & desiderij in obliuionem venit. Quanuis nanque corpore ad tempus à vobis distractus esse visus est, spiritu tamen cotinuè veluti præsens vo " biscum fuit. Atque equidem, dilecti, tentationem & erumnam eius omnem, non puto gloria sua ca " rere.Nam simul & vestra & illius fides multis est perspecta & explorata. Nisi enim hær intercessisfent, quis tandem credidisset, aut vos tantum iudi cium, tantúm que erga talem epilcopum obtinere amorem? aut illum tantis esse accumulatum virtutibus? per quas cœlesti etiam spe non excidet. " Consequatus nanque est variis modis, & in præ- fentia, & in futuro gloriolum confessionis mare tyrium testimoniúmque: quòd multis terra si-. mul & mari variè procellis iactatus, insidias & « fraudes Arianæ hæresis omnes conculcauit & sæ « pius per inuidiam in periculum insidiose coniea dus, mortem contéplit : prælidio scilicet omnipotétis Dei & Domini nostri Iesu Christi teaus,

ille sperauit simul & insidias aduersariorum se e- D uasurum, & ad vos consolationis vestre gratia re- » diturum. Et simul vobis ex cóscientia vestra,præ- » clara tulit tropza, per quz ad orbis víque termi- » nos explorata vitæ sanditate præclarus cognitus » est: multa ille quidem libertate propalam animi » instituto & cœlesti doctrina vsus, abunde autem » perperuo & constanti se à vobis indicio esse amatum testatus. Redit igitur ad vos multo etia splen » didior, quam à vobis discessit. Si etemin precio- » fioretti materiam, aurum dico & argentumad puritarem ignis explorat: quid nam quilqua pro rei » dignitate deviro isto dixerit?quî tot & tantis eru- » narum incendiis & poriculis denictis, vobis red- ... ditur purus & insons, non à vobis tantum, sed à » cuncha etiam Synodo receptus. Suscipite ergo, di » lectifratres, cum omni qua Deo accepta est glo- » ria & lætitia, epilcopum vestrum Athanalium, v. " nà cum eis qui aduersatum retum eius paticipes » fuere.Et gaudete, quod optatis vestris fruimini:& » quod pastorem vestrum; vt ita dicam, desiderantem & strientem pietatem vestram, salutaribus E scriptis aluistis & potastis. Siquidem ei peregrè » quoque versanti, vos solatio fuistis, eumq; in me- ... diis per sequationibus, procellis, atque inimicoru 🕳 insidiis, fidelissimis animis & mentibus vestris fo ... uistis. Me verò iam exhilarat, quod mecum in ani = mo considero & præuideo vniuscuiusq; vestram z in reditu illius gaudium,& multitudinis san@isi- ... simæ occursationes, necnon præclaros & festos = concurrentium hominum conuentus. Et quæ tan " dem & qualis ea futura est dies? quum frater qui- " dem meus restituetur: qui verò ante eum suere, " destituentur, & honoratissimus optatissimusque " reditus in latitiam gaudio plenissimam vos effe- .. ret omnes? Quod sanè gaudium maxima ex parte ad nos etiam pertingit, quibus à Deo & hoc co ... cessum est, vt in tanti viri notitiam peruenire po- 🚙 tuerimus. Sedenim pulchrű fuerir, epistolam pre- " catione claudere. Omnipotens Deus, atque huius ... filius Dominus & Saluator noster Iesus Christus, gratiam hanc vobis perpetuam esse velit, qui premium admirandæ fidei vestræ dedit, quam in epi scopo vestro præclaro testimonio exhibuistis: & F vt vobis & posteris vestris, & hic & in suturo, bo ... na ea maneant, que nec oculus vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis conscendêre, que scilicer 🕳 præparauit Deus diligentibus se,per Dominu nostrum Iesum Christum, per quem omnipotenti " Deo gloria sit in secula seculorum: Amen. Valere vos opto, fratres dilecti

CAPPT XXIII.



Isce instruct literis Athanasius, in Orientem Antiochiam Syrie, vbi tum Constantius agebat, pectus est. Ecclesiam auté ibi regebat eo tempore Leontius. Ex quo enim Eustathius exulare ius

fus fuerat, sicuti suprà dixim<sup>9</sup>, primus sede e a obtinuit Euphronius, cui successit Phlacitus: atq; huic rursum Stephanus. Hic verò, ppter dolum & insi dias, quas p propinquu quenda suu animo simul & moribus ferocissimu, Onagru nomine, Roma venietibus Costatis, qui easse quas Costatius malo-

Explorant adversa vi

Fides in ten

perspicitur.

Episcopi An tiocheni.

eps Ameroc om Legatis Remaru is المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة المعاملة ا teres ep tm est.

Intrac d Vincentius qosopi.

\* Theodor. lib.2.£49.9.

· Sernatoria Christo opens implorau:8 Theodorus.

Ashanifias Antiechia con Eusta-Dis COM

A rum hominum dirimebat 🖈 calumnias & cœpta sinistra, legatis, Euphratæ & Vincentio episcopis pro Athanasio missis, tetenderat: à Constantio iu dice, vt ea dignitate indignus, reie & us est. Veritati enim aduerius, omnis generis erumnis eos qui p vera doctrina stabant, afflixit. Et forum perambu lans, domó (que ingrediens, non viros rantum, sed & mulieres pudore & sanctitate vitæ spectatas pulsauit, couiciss, proscidit. Vel ex eo solo quod in legatis admisit, qualis vir fuerit, satis conficere licet.Metuens nanque ne Athanasius, cuius gratia maximè legatio ista missa fuerat, ecclesias reciperet, ancillam per Onagrū fuum è prostibulo mercede conductam, in episcoporum hospitio collocat: deinde non longe ab eo loco improbissimè insidias per homines seditiosos disponit, vt cum impetu in sanctorum virorum irruerent ædes. Quorum alter quum impudicæ illius advenientis strepitum sensit, dæmonem esse ratus psalmum + fuccionit. Huius fabulæ & sycophantiæ, vnde & quomodo instituta esset, quæsitore ipso imperato re, autor repertus Stephanus, vt nepharij iceleris artifex exautoratus est, & Leontius Antiochiæ epi scopus delectus. Qué Athanasius propter dogma deprauatum deuitans, cum Eustathianis, qui in pri uatis ædibus ecclesias & conuentus agebant, com municauit.

CAPYT XXIIII.

T Constantius quidem non illiben

ter eum suscepit, nihilominus tamé

beneuolentia humanitatémq; eius

Conflătinses defum vað . Alexadria Ar anu pelit ab Athanafie

Albana [3 niste Constă tism, of Am tiechie cathe ben ecclefia 704 daur ,10

Constantion

tétauit. Captioso enim sermone eu, aduersariotum suggestione, fallere volens, sic ad eum loquutus est: Ego quidem de communi Synodi sententia, frattisque & mea, tibi quod optas perficio, & thronum tibi tuum trado. Æquum verò est,te quoque mihi hanc reddere gratiam, vt vnam Alexadriæ ecclesiam eis permittas, qui à te dissidétes, à communione tua abhorrent. Atque Athanasius: Aequissimum sanè est, ô imperator, inquit, vt mos tibi geratur. Sed C eandem tursum te gratiam peto, quandoquidem & Antiochiæ quidam sunt, qui corum comunionem, qui aliter quam nos sentiunt hic auersantur, iube eos quoque ecclesiam suam habere, in qua li berè placitas sibi & statas peragant cartemonias. Ad hac quum imperator quod diceret non haberet, satius esse duxit, aduersarios quietos esse, petitionéque sua ve parum comoda supersedere. itaque nihil amplius mouere. Atque illi rectè profe-Co cam rem putarunt, nihilo scilicet minus Alexandriz res catholicorum incremétum suum habituras, quum Athanasius non solum suos à periculo tueri, sed alienos etiam ad se allicere, pro industria sua posset. Si verò Antiochiæ, quod ille pe tebat, fierer, non exigua augmenta Eustathianis, qui non pauci essent, accessura. Et fortalle ecs ad res nouas aspiraturos esse, quu sine persculo quæ consueuissent, agere possent. Ille quoque non minor metus animos eoru subiit, quod ctiasi penes cos ecclesiaru eius loci potestas summa esset, non omnem tamen elerum & populum obedientem haberent. Sentétiam enim quam quisque de Deo obtineret, in choro stantes, ad finé psalmodiz de-

clarabant.Quidam enim patrem & filium codem D honore celebrantes, nonulli patrem in filio (præpositione interiecta obscurius secundas partes filio tribuentes) alij, gloria patri per filium in spiritu sancto:quidam etiam, gloria patri & filio in spi ritu sancto, canebant. Primum omnium ferunt Annochenum Flauianum, monachorū coacta caterua clare accinuisse, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Quod quidem, vt nihil habés suspicionis, in ecclesiis Dei obtinuit. ld verò Leontius videns, inhibere cos, qui iuxta Nicænæ fidei tradi tionem Deum laudibus profequebantur, non audebat, seditionem timens. Atque aliquando caput canis florescens manu demulcens, dixisse ferrur, niuem eam solutam lutum multum subsequuturum esse: anigmate obscurius subindicans, dissonantiam celebrandi Dei apud populum aliquado in seditionem euasuram, neque eos qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudine consensuros. Constantius Athanasio & aliis, scripto quoq; edito, ecclesias suas reddendas curauir: cum quo scripto (iubebat enim cos no grauate recipere) illi in E vacuam fedium fuarum pollessionem rediere. Et Asclepam Gazæi facile admisere.ltidem& Adrianopolite Lucium. Ancyre verò, Marcello reuertéte, proprer Basilium pullum non paruus concitatus est motus: qui motus aduersariis ad conuician dum prębuit occasionem. Non inuitus quoq; Pau lo Macedonius thronum concessit,& non ita diu leorlim in delubro quodā intra vrbem Synaxim & conventus egit. Ne ipli quidem Athanalio difficilis in Aegyptum reditus fuit. Cottantius enim per epistolain Georgium acciuerar,: qui in patriá indignabundus protectus, ibi vitam egit , suas sibi res gerens. Athanasio verò alias etiam literas Cóltantius dedit, quibus ei reditum permisit: & ea quæ variis modis in iudiciis cotra eum gesta fuerant, aboleri atq; oblivioni tradi iussit. Literas eas, atque itidem alteras, hic subiiciendas elle du xi, quæ sic habent.

Leoty epifco pi Antiochenı dınınıtasu puchre di

Gloria patri

Athanah' or aly catho luci epifcopi s integrum refixuumtur.

# CAPYT XXY.

Ictor Constátinus Maximus Au F gustus, Episcopis & presbyteris " catholicæ ecclesię Alexandrinę. " Non destitutus est divina beni- " gnitate reuerendissimus epilco- pus vester Arbanesses lpus vester Athanasius.Sed quan 👃

uis ad breue tempus humanz obiectus est explo- " rationi, tamen debitum ab ea quæ omnia respi- " cit Prouidentia tulit calculum, voluntate Dei & " iudicio nostro patria simul & ecclesia, cuius præ- " fectura divino ei nutu contigit recepta. Quem " æquum fuit, vt sententia cosentanea nostra quo- " que imitaretur mansuctudo: videlicet vt omnia, quæ antehac contra eos qui cum ipso commu- " nionevsi essent, decreta sunt, nunc oblivione ob- 30 Apresia inia literentur, suspicióque aduersus cum omnis de- " inceps intercidat : & immunitas, quam dudum " qui cum eo fuere clerici habuere, pro eo atque " decet, literis hisce confirmetur. Quin & illud no- , Immunitat Arz erga eum benignitati meritò adiiciedum elle " eclesiastua. iudicauimus, vt vniuersi, qui in sacri ordinis albo " funt, cognoscant securitatem adauctam esse omnibus, qui ei fuere coniuncti, episcopis simul &

Confläty ad ecclesia Ale Kandrinā, d Alhanafia biere.

Christi gra-

y iij

Invitat re-Elè sentientes Ashana[ÿ

Cöstätim ad populü Ale

ל ונף מפ ששם

ispãe opno-

olas. Nicep.

ndas.Socrat.

lib. 2. ca. 23.

Sacra religio

† Tāplecho-

nania Roul-

clericis. Certum verò vniuscuiusque rectæ senten tiæ indicium erit, si cum hoc vnitus coniunctúsq; fuerit. Quicunque enim præstantiore sorte & iudicio communionem ipsius sequendam sibi dele « gerint, eos omnes ad similitudinem, quæ nos prçuenit, prouidentiæ, hac nostra, Dei voluntate exhi bita gratia & benignitate perfrui iulsimus. Vi. &or Constantius Maximus, populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ. Quum in rebus omnibus pposita nobis sit vestra, quæ ex recta iuris legúmque constitutione prouenit, felicitas: & non igno remus, satis diu episcopi vos caruisse prouidentia: . Athanasiŭ antistitem, vitu propter insita sibi sidei sinceritatem morúmq; natiuá probitatem homi-" nibus omnibus spectatum, zquum esse duximus, " vt ad vos remitteremus. Eŭ ita vt consuetudo fert 🔐 & decet, suscipientes, precúmq; ad Deum vestrarum adiutorem constituentes, quæ & vobis cona gruit,& nobis accepta est,concordiam & pacem, suxta ecclesiæ sanctione, prolixè servare studete. ... Minimè enim omnium conuenit, discordiam ali-B quam aut seditionem inter vos concitari in ista a temporum nostrorum tranquillitate. Atque eam a quidem incommoditatem abesse à vobis omnino volumus. In precationibus verò, ve eo quem 🗽 diximus autore & adiutore fedulò vtetes, diuinis rebus more recepto insistatis, vos admonemus:vt « tali animorumvestrorum proposito ad vniuersorum vota transcunte, ex gétibus etjam qui adhuc idolorum errori sunt implicati, ad + sacrosanai sacrificij cognitionem peruenire, Alexadrini cha " rissimi, maturet. Quare vos iterum admonemus, vt in iis quæ diximus persistatis. Episcopum verò Dei ipsius nutu & sententia nostra advos missum, libéter recipiatis, atq; eŭ ex animo complectendu vobis esse existimetis.Id quod & vos decet,&mã suctudini nostræ conuenit. Vt enim tumultus & feditionis occasionem omnem eorum + qui con fultò deteriora copta consectátur, precideremus, iudicibus qui apud vos sunt, literis nostris manda. uimus, vt omnes quos seditios esse cognoscerent, legum subiiciant vindica. Itaque quu vtrun que perspiciatis, simul scilicet & diuina nostramque sententiam, curam etiam quam de vobis atque concordia vestra gerimus, & legitimam aduerlus improbos pænam, ea quæ sacræ religionis lanctionibus conueniunt, ritè seruantes, & quem diximus episcopum omni honore & reuerentia prosequentes, preces quum pro vobis ipsis, tum pro vitæ totius & reipublicæ prosperitate, ad re-" rum vniuersarum Deum patrem fundere sedulò Audere. Eodem exemplo præfectis Augustonicæ, Thebaidis, & Libyæ scripsit, in quibus & illa fuere. Quod si quando antehac cum ignominia & detrimento eorum qui cum Athanasio epi scopo communicarunt, quidquam actum reperitur, abolitum id nunc volumus. Immunitaté nanque quam clerici prius habuerut, eandem eos recipere statuimus, & constitutionem hác nostram seruari præcipimus vt reddito ecclesiæ Athanasio episcopo, participes quoque eius quam antea habuere,immunitatem retineant:eam scilicet, quam reliqui habent clerici, vt & ipsi ea vtentes gau-

ad Augustomica, Thebai du, 🖝 Libya prajectos

Constantian

ecclesiastica,

deant.

CAPYT XXYI.



Iuscemodi literis munitus Athana-D fius, per Syriam in Aegyptum con-tendit, & inde per Pelusium Alexa-driam profectus est. Peragrans auté vibes in Aegypto, quos ibi Ariano

dogmati addictos reperit, illis exautoratis, quoru doctrinam exploratam probasset, ecclesiarum eis administrationem committebat. Idque itidem, quum per nationes alias iret, fecisse dicitur: siquidem ibi quoq; ecclesię Arianus gubernandæ man datæ fuissent. Quæ res postea ei aliarum criminationum initium & causa fuit, quòd nimirum in pa rœciis, quæ ad iurisdictionem eius non pertinerent, electionem Ecclesiasticam vsurpare ausus esset. Et quum reditu suo non ex aduersarioru sen tentia instituto, propter Costantis amicitiam, ma iore esset animo: cominus contemnendus visus est, quo in maiorem illustriorémque honorem & gloriam ita euectus fuerat, vi ex aduersariis multi animos desponderint: & quod in eum gerebant odio depolito, communioni eius se aggregarint. Quemadmodum quidam Palestini fecere, & Ma- E ximus Hierosolymorum episcopus, qui in Licinij persequutione egregium se ostendit martyrem, quum ei ex oculis alter propter veram pietatem effossus est. Expositis nanque apud hos Sardicenfibus actis, & literis imperatoris quæ idem decernebant exhibitis, in sententiam cos suam Athana sius pertraxit. Atque illi, Synodo ex Syria, Palæstina & regione finitima coa da, ad communionem eum receperunt, de bitumque dignitati eius hono rem exhibuerunt. Vnde non minima ab eis qui Athanasio malè volebant, Maximo prouenit inui dia & reprehensio, quod qui antea Tyri suffragatorAthanasium condemnantium fuisset, nunc seorsim sententiam pro eo talem tulisser, autoritate sua dignitaté illius confirmasset, & alacritate summa cum eo communicasser. Quæ verò pro eo Synodus Hierofolymitana in Aegyptum, Libyam, & ipsam Alexandriam ad presbyteros & diaconos & plebem reliquam scripsir, talia fuere. Sancta Sy nodus Hierosolymis congregata, eis qui in Aegy- » pto,& Libya,& in ipsa Alexandria sunt, presbyte ris, diaconis, & populo, dilectis desideratisque fra F tribus in Christo salutem. Vniuersarum rerum " Deo, dilecti, pro rei dignitate debitas agere gra- » tias, propterea quæ semper fecit admiranda non " possumus. Fecit autem nunc quoque cum ecclesia " vestra,pastore vestro & domino + collegáq; no- » stro Athanasio, vobis reddito. Quis etenim se ocu " lis suis visurum sperauit, quæ nunc voa rebus ipsis 🕶 percipitis? Sedenim verè profectò orationes veftræ exauditæ funt ab vniuerfitatis huius Deo, qui » ecclesia sua curam gerit:quique lacrymas vestras = &luctum respexit,& propterea precesvestras ex- » audiuit. Eratis nanque sicuti oues iactatæ & dispersæ, non habentes pastorem. Et verus in cœ- » lo pastor, oues suas curans, reddidit vobis quem'. desiderastis. Ecce enim & nos, qui nihil pro Ec- » clesiastica pace no agimus, & cum vestra conspi- » ramus charitate, illum prius recept u complexi (u- » mus. Et per eum in comunionem vos recipientes, » hoc scriptum & gratiarum actionem nostram ad » vos dedimus, vt dilectionis vinculo nos & illi & » vobis vnitos atq; coiun cos esse intelligatis. Debe » tis verò etia pro pietate Dei amatissimoru impe- »

\* Pelufiam vnű ex oftin Nily & asit at in Angustonica A e Typii parte.

Athanasi<sup>2</sup> Alexan renertes, Arianos ecdesiu 'exigit, eisa: orsbode cos substituit

Vnde nova aduerfus ció funt exorte. M aximus consessor.

Athanasius Hierofolymitanum 🕁 alios episcopos in fenten HAM JUAM adduces.

Synodus 2-uincialis bis rosoly mitaua,ad con Bem Athanasiñ recipit.

Synodi eius ad Slexan drines & Athanajio jeri

ל מואלים לו ביולים

Y dam A-

riani Alba

mafio fo com-

Y rpai alij

V rane 70-

ob Hos

garrum lin

quali Orfa-cum dictrict:

Orfaces an-

ten apud ees nobilu & ge

tur, fine nobi

moles dia

lua ipfa.

V sleetu pa

nicatie li-

belas Iulio

oblem.

episcopo Ro. "

A ratorum orare. Qui sanè & ipsi, tum desiderio in pilm mādi. » illum vestro, tum sinceritate eius cognita, sestituere eum vobis cum omni honore sunt dignati. Itaque obuiis eum excipite vlnis, & debitas pro eo gratiarum actiones, à quo hanc tantam recepsstis gratiam Deo reddere studete, ve perpetuò cu Deo lætari,& Dominum celebrare valeatis, in Christo Iesu Domino nostro:per quem patri sit gloria, in secula seculorum, Hæc Maximus & Palæstina Synodus pro Athanasio scripsit.

CAPVT XXVII.

Oeterum alij quoque, tametsi ingenti erga Arianam religione ardore essent, in illius tamen cocesser se se valens fecere, qui cum Theognide & aliis apud Mareo-

ten tuete, ea que Ischyras dixerat, de cofracto mystico poculo, & aliis rebus inquirentes. Ij priore opinione mutata, Romam profecti sunt: atque ibi Iulio episcopo libello pænitentiz oblato, victos se ab Athanasio esse sunt confessi, simulque in po sterum se न्द्रवेमव्ह्रवंद् consubstantiali assensuros esse receperunt. Ad ipsum etiam Athanasium scribentes, benigne le cum eo communicaturos esse signi ficarunt. Quæ sand res publicitus in maximum euasit veluti triumphum & documentum certum, iniquas esse Tyri dictas latásque in Athanasiú sententias. Ad Iulium episcopu Romanum quæ scrioserant, hæc fuere : <u>Beatissimo domino Papæ Iu</u>lio, Vrsicius & Valens. Quandoquidem antehac multa & gravia de Athanasio episcopo scriptis no stris suggessimus, bonitatis tuæ literis in sententia aliam traducti, negotio co de quo ad te scripsimus i mpediti, rationem eorum reddere no potuimus. Sedenim præsentibus núc fratribus nostris presbyteris omnibus apud humanitatem tuam profitemur,omnia quæcuque antea de nomine, quem diximus, Athanasij ad aures nostras peruenere, fal sa & conficta, modisque omnibus aliena ab eo esse. Quapropter communionem eius cupide affe-Camus præcipuè quum pietas tua, pro insita sibi integritate, gratiam nobis erroris facere est dignata. Profitemur & illud, si quando Orientales maligné, aut ipse etiam Athanasius, nos de rebus his in ins vocare voluerint, nos præter animi tui sententiam cò non itutos. Arium autem hæreticum, eiúlque defensores, qui dicunt, fuit aliquando quū non fuit filius:&, Christum ex non existente esse: &, qui Christum Deum esse & filium Dei ante secula negant, sicuti & in priore libello nostro Mediolani oblato, ita nunc quoque anathemate ma-Camus. Hæc autem manuum nostrarum subscriptione annotates, iterum lterumque profitemur, nos, quemadmodum modo diximus, Ariana hæresim & autores eius damnare in seculum. Ego Vrsicius professioni huic mez przsens subscripsi. itidem verò & Valés.Hæ quidem ad Iulium. Que verò ad Athanasium scripsere, sic habebant. Domino fratri Athanasio episcopo, Vrsicius & Valens episcopi. Occasionem per fratré & compresbyterum nostrum Musæum, qui ad dilectionem tuam proficifcitur, frater dilecte, nacti, compellan

dum te ex ipsa Aquileia duximus: optantes, vt sal-

nus literas nostras legas. Addes autem nobis fidu- D ciam, si tu quoque scribendo nobis responderis. Scito nanque pacatos nos esse, & ecclesiasticam tecum communicare coniunctionem. Indicium earum rerum est, literarum nostrarum isthæc copellatio.Res Athanasij ita se habuere.Et sic ille ex Occidente in Orientales partes reuerius, eccleiias in Ægypto rursus gubernauit. Itidem verò & Paulus,& Marcellus,& Asclepas,& Lucius,sedes suas recepere.

CAPPT XXVIII.

A tempestate & respub. laborarunt. Ex trib.enim Constantini filiis, qui na tu maximus, patri cognominis erat, à ducib. Constantis fratris \* trucidatus fuerat, non iubente illo quidem, sed

nec prohibente etiam : sicuti à nobis suprà est dicum.Illud quoque no omittendum videtur, vnà cum Constantini, post mortem eius, filiis, imperasse patri suo cognominem Dalmarium Cæsaré, E prosperrima indole patris persimilem iuuenem, Sed eum breui iugulatum esse à militibus, Constá tio sinente potius quam iubente. Deinde minus quoque feliciter Constantio res in Oriente succes fere. \* maxima nanque à Persis expeditione susce pra, perinde arque nox quædam confertim Roma nis offusa esset, victoria verè ad Persas inclinauit. quum Athanasius etiam variis casibus ia&atus, & de confubstantiali aduersus eum bellum est excitatum.Nisibim,quæ etiam Antiochia Mygdoniæ à quibusdam dicitur, 2 Sapores ad dies septuaginta oppugnauit, tormentis per circuitu dispositis, vallo in magnam altitudinem excitato, omni genere armorum bellicarúmque ad expugnandas vibes comparatarum machinarum emisso, fossisque & aggeribus ductis.Vt autem res omnes expertus ni hil egit, fluuium Mygdoniū (ita enim dicitur, qui mediam secat vrbem ) longius à muro aggeribus ex vtraque parte præaltis, qui vndas cohiberent, constructis inhibuit,& derepentè quasi tormentũ quoddam mænibus immisit. Atque illa quod vim & impetum vndarum non sustinerent, in parte v- F tra que meatum illi præbentia, cessere at que concidere. Persa autem in spem vrbis potiundæ ere-Aus, postridie lutosis aquosisque locis exiccatis ad muri qui conciderat, partes cum copiis omnibus accedens,mœnia ipía ita vt antea fuerant, restaurata vidit. V rbis nanque episcopus Iacobus, di uinæ sortis minimè expers, oratione celeriter ea restituit.Et accedentes præterea ad ea Persas, quæ in conspectum non caderent, depulit telis. Quod Sapores cernens, consternatus obstupuit: Et quod circa murum virum splendido regióque cultu ornatum vidisset, Constantium eum esse arbitratus, cædem eis minatus est, qui eum non adesse renun ciauerant. Vbi verò illi vera esse quæ dixissent, Co stantium scilicet Antiochiæ esse, confirmarunt, 2gnouit visionis eius prodigiu, Deumque res Romanas propugnare dixit. Eáque de read iram prolapsus, in aerem tela, vulneraturu se esse cum qui corpore caret, ratus, miser coniecit. Ephraim auté, qui apud Syros optimus fuit scriptor, muro coscenso, vbi innumerabilem illam hostium multitudine vidit, Iacobum qui tum ibi,vt dictum est, y iiij

De Conftat tini tribu fi lin ita scribit Eutrop. lib.21. Constantini immioru ca. \* 1111. . Dalmatij io mioris cades. Constantinil primum filiü decennali Suo transalpi nu gentibus prafecis. Conft autin secundü, vicennali in Orientales mifit.Confid ti natu mini mo tricennalibes Illyricum Italiã of Africa provincias dedis. 4 Sapores Perfari rest Nisibim op . pognat. \* Nocioros siquidé pugna inter Remanos dy Persas in col Limitio commi∬4.firmie res ad brene tempes res Perfari funt roje Socra. lib.2. ca.25. Mænia Ni Sibu flumimis inhibiti ſubito impetw fternuntur. I acobi epifco pi cim vibu precibes ca reficiütar. Ďew Nifibim defendle

Ephraim.

Culices & muliones diuinitus Per a fis immissi, victoria ab eu reportant.

e Conflantis

Magnenty

te tyrannis.

Item Nepo-

Sirmy à mi

litib alim ty

ctus, nomen

illi eras Bri-

Sorr. rbi Su-

petents facile

dedit. Egna.

Cades ciuf-

tanioniı.

prà. †Venism

rannos li-

tiani. \* Ad Illy

Item Brita- R

cades.

episcopum agebat, rogauit, vt muliones & culices Persis immitteret: quibus illi, etiam per minima animalia Deum eis abunde auxilium ferre, cognoscerét. Et ecce, simul cum ipsa precatione, animalculorum aëreus exercitus nubis instar confertim in illos inuolat, & in elephantorum proboscides, que veluti tibiæ directæ eminebant, equorumque & aliorum iumentorum aures & nares irruit. Illi verò animalculorum corum non ferentes cogressum, nullo seruato ordine, cum impetu discurrentes miscentur, fugientesque turpiter concidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo Dei subsidio cognito, quum multa per cam expeditionem tentasset, cum probro tamé & ignominia inde discelsit, clade sibi ipsi potius quam victoria parta. Costantio auté bello Persico in Oriente occupato, Magnentius in Occidente tyránidem arripuit, qui imperatorem Constantem apud Gallias per insidias interemit, imperiumque illius sibi subdidit. Vnde ciuilis belli causa extitit. Huius knanque impotentem animu verita Imperatoris soror Cóstantia, Britanioni Imperiale imposuit diadenia, eumque aduersus tyrannum ducere iussit. Quod vbi Constantius cognouit, & ipse Imperatoris + insignia eidem misit. Sed & hic imperandi d libidine corruptus, in tyrannidem apud Sirmium eru pit.Romæ quoque non mediocris tumultus fuit, quòd Nepotianus Constantij ex sorore Eutropia nepos, imperium sibi in vrbe vendicans, fortem ex gladiatoribus fatellitibus exercitum contraxerat. Eum tamen non die rerum potitum, Magnentius necauit: qui loca omnia in iplo Occidente vastare non intermisit, Tantum breuitempore malorum est accumulatum. Erat is quartus à Sardicensi Synodo annus. Constantius porrò, qui Oriétis Imperator declaratus fuerat, Occidétem quoq; potestati suz subiicere contendit, bellumque aduersus tyrannum, qui ibi grassabatur, adornauit, Eo tempore Athanalius epilcoporum Aegyptiorum Synodum Alexandriæ coegit:in qua quæ de eo vel Sardicæ vel in Palæstina decreta essent, coprobarentur atque confirmarentur.

Alexădrina pro Ashanafio coacia Synodue

C d Constans ad delicias delapsus, Magnenty, qui comes ordinum Angusta, Germania rebuserat, insidiu, hand longe ab Hispaniu, un oppido Pielene, occisus ast. Entrop. qui Augustam, Augustodunum nominat. Nepotianum die vigesimo ostano Magnentius oppres sit: T caput eins hasta insixum, in vibe circumlatum est. Idem.

## CAPYT XXIX.

a Criminas sur aducrfarij Ashana sirm apud Costanessi.

b Constâtion metata sente tia restitutos paulo antè catbolico epi scopes dennò extrudit. Mperator autem aduersantis sectæ importuna solicitatione transuersim actus, priorem mutauit sententiam. Suggesserant enim ei, a Athanasium rursum Aegyptum & Libyam turbare. Addiderant etiam, in parœciis

quæ iurisdictionis eius non essent, episcopos & presbytetos designasse. Et quod omnium maximu forer, ipsum quoque frattem Constantem ad inimicitias aduersus eum concitasse b Quibus criminibus apud Constantium, vi qui Euripus esset, esfecere, vi quæ Sardicæ constituta suerant prorsus aboleret, & cos qui per eam Synodū restituti suerant episcopi, exigi iuberet. Ita sactum, vi Marcello deiecto, Basilius Ancyram Galatiæ sit reductus,

& Orestiadis episcopus + Lucius vin aus in car- D cere interierit: Paulus verò Constantinopolitanus perpetuo exilio mulcatus, in oppidum quoddam Armenia in solitudine situm, d'Cucusum nomine, deportatus sit: vbi laqueo strangulatus, Macedonianorum opera petist. Tantum autem calumnia Athanasio apud Imperatorem intétata valuit, vt is quendam fummiferit, qui caput illi vbicunq; reperto amputaret: & cum eo I heodulo itidem, & Olympio, ecclesiarum quarundam in Thracia episcopis. Quam rem vbi Athanasius præsensit, minis illius cedens, fuga vitæ suæ consuluit. Qua deinde fugam Ariani funt calumniati,& Maximè Narcissus Neroniadis Ciliciæ episcopus,& f Leótius Laodicensis, tum autem Antiochenus episco pus. De quo Athanasius dicit, presbyterum eŭ ministerio quod seipsum castrarit, motum esse. Nam is ancillæ cuidam Eustoliæ venustæ mulierculæ co habitans quum invalescetem eam ob causam fœdam suspicione abolere studeret, seipsum castrauit, vt libere deinde cum ea esse posset. Cæterum ne eo quidem facinore suspicionem sustulit. Nam E eam ob rem tum illi dignitas adempta:postea autem Constantij opera, Laodicensi primum, deinde etiam post Deo inuisum Stephanum, qui Phla cito post Euphronium successerat, Antiochenæ præfcctus est ecclesie. Verum enimuerò post Atha nasij quæ dicta est fugam. Georgius in locum eius surrogatus, ecclesias A egyptias male tractauit. 8 Qua autem is commiserit, ea ex Athanasij verbis, qui eis rebus interfuit, calque pertulit, rectius intelligentur. Nam in Apostolico libro, quem de Fu ga interiplit, defensionem aduerlus eos qui eŭ car pserant instituens, métionem quoque corum quæ tum ibi acta essent facit, & hisce vtitur verbis:hIn Alexandriam rursus irruerunt, qui nos vt occiderent inquirebant. Et facta funt posteriora, deterio ra prioribus. Subitò enim milites ecclesiam circuuallarunt,& pro precatione bellum institutum. Deinde quadragelima ipla, qui ab eis è Cappadocia millus fuerat Georgius ingressus, clades quas abillis cognouerat, adauxit etiam. Post Paschæ hebdomadam virgines in vincula coniiciebantur, episcopi à militibus vin ai ducebatur: pupillorum F & viduarum domus & panes diripiebantur, impe tus in ades fiebat. Nocu Christiani submergebatur, domus resignabantur: clericorum fratres pro fratribus periclitabantur. Et dura quidem ista: que verò subsequuta sunt, duriora. Hebdomada enim post sanctam Pentecostem, iciunio absoluto, populus ad cœmiterium oratum, propterea quod co munionem cum Georgio omnes auer sarentur, egressus erat. Atque eo cognito, improbissimus ille ducem Sebastianum Manichæű excitauit. Et ipse adeò cum ingenti militum arma, strictos enfes, ar cus & sagittas ferentium manu, ipso die Dominico contra populum processit, & paucis qui precabantur (plurimi nanque iam propter diéi hora do

THE supra cap 8. Eod. Advianopolis episcopus suife delius est. Sicuti & apud Soce, lib. 2.x. 26. Ovestiam antem sus Otestiadem vrbem offe desunt supra Macedoniam in eminenti monte sitam in O. estu. Ovestas enim populos meminas Plin. lib. 4. cap. 10. Patria has sust Ptolemas Lagi. Eadem videtus della esse Advia colonia Romana Adviani patria, quam u postea ampliscania, & Adviamopolim vocanie.

mum se receperant) repertis, talia ibi fecere, qua-

d Cusufum
Cappadocia
Socr. Atha
vafio & alisi
quobufaz epi
feopiu percuffor fuborua-

e Athenafy fuga. f Leonts a m tiochen m epo fcop m adbue presbyter, feo pfum caftramt.

g Georgiae Athanajio Jugato, ecclo-Jiam Alexid drivă rezoto

h Athanafo de calamisatibus ecclefia Alexadrina, quastla in fuga cinu persolit.

I ciuniii post. Pantecestan

Horrenda Ariani inCa tholices admittent.

: ; -

1.50

Victoria 🗼 .

A lia ab eis fieri decebat. Rogo enim accenso, & virginibus ad igné admotis, vt se Arianæ sidei esse di cerent, cogebat. Atq; vbi eas superiores esse, ignéque nihil curare vidit, denudaris eis ita facie s verberibus contudit, vt ad tempus aliquod vix cogno scerentur. Et viris quadraginta comprehensis, novo cos diverberavit modo. Virgis nanque è palmarum arboribus repente desectis, quibus adhuc acumina suz inessent, terga eorum tam crudeliter conscidit, ve quidam ex eis sæpius à chirurgis propter acumina infixa curati: quidam verò quòd cu ram cam fetre nequirent, mortui sint. Reliquos verò simul omnes, atque vna virgines in magnam Oasim in exilium egit. Mortuorum porrò corpora primum reddi suis non permiserunt, sed ea insepulta vi voluere celarunt: quòd existimaret crudelitatem tantam se occultaturos esse. Et secerunt illi hoc, opinione sua seducti, homines dementes. Dum erim defunctorum familiares lætarentur quidem propter confessionem obitam, lugerent autem propter corpora denegata, magis ac magis impietatis simul & crudelitatis contra eos increbuit crimen. Confestim etiam ex Aegypto & Lybia exilio mulcarunt episcopos, Ammonium, Thmuim, Caium, Philonem, Hermem, Plinium, Psenosirim, Nilammonem, Agathonem, Anagaphum, Ammonium alterum, Marcum, Dracontiŭ Adelphium, Athenodorum: & presbyteros, Hieracem & Dioscorum. Eósque tam acerbe exegere, vt nonnulli quidem in itinere ipso, quidam autem in exilio decesserint. \* Expulere verò episcopos plures quam triginta. Studio enim eis erat, iuxta Achab, si fieri posser, tollere veritatem. Et quæ Alexandriæ à Georgio sint acta, talia fuere.

CAPYT XXX.

On secius verò & Macedonius Constantinopoli post Paulú ecclesia ibi occupata sæuiebat. Accepta enim plurima ab Imperatore potestate, bellum contra ec clessam suscepit, nihisque ad ty

C rannicam crudelitatem reliqui fecit. Et Imperatore arte circumuento, constitutione eius, rapinas & direptiones fuas, quas in ecclefiis peragere decreverat, confirmauit. Circumferebantur per vibes Imperatoris literæ. Militaris manus sanctionibus subserviebat: & non solum ecclesiis, verumetiam vrbibus ipsis pellebantur, qui Paulo fauebant, & This profite consubstantiale profitebantur. Acprimuin quidem persequutionem tantum vrgebant! deinde verò necessitatem quoque eiuscemodi, vt cum illis communicarent, eis imponebant, cui ad sæuitiam eá nihil deesset, quæ olim eis qui ad idolorum sacrificia adacti sunt,illata fuerat. Nó enim proscriptione tantum res agebatur, sed & publicatione atque direptione bonorum, præterea flagris, verberibus, variíque generis cruciatibus, & exiliis. Multi plagis confecti interiere. Aliis ius civitatis ademptum. Quidam in fronte notis compuncti, vt dignosci tanquam stigmatici possent. Clades ea ad cædes etiam processit. Nanque cum multis aliis, & Marcianus & Martyrius, cum magna fortitudinis laude sunt mortui, qui familiares & scribæ Pauli fuerant. Eos Macedonius præfecto tradidit, crimen illud obie cans, quòd seditiosi es- D fent,& plurimum opis ad Hermogenis cædem co tulissent. Horum Marcianus subdiaconus suit: Martyrius autem psaltes seu cantor, diuinarumq; scripturarum lector. Sepulchrum eorum extra vrbis murum est celebri fano clausum, quod fanum martyrum monumentum esset. Id Ioannes Chryfostomus primus constructe cæpit, Sisinius deinde absoluit: qui postea ambo ecclesiæ Constantinopolitanz przetucre. Rede enim putarut, dignos esse honore martyrum, qui gloriam à Deo consequuti essent, quum demonum eiiciendorum, tum variorum aliorum morborum cotactu monuméti sanandorum. Itaque locus is damnatus antes, ap paritionibusque simulacrorum horrendus, expiatus ab eis est, & purgatus. Et Macedonius quidem hæc sic in Orientis vrbibus gerebat. Vrbes verd Occidentis & Græciæ ad Illyricum víque, mbil eiusmodi pertulere:quòd concordes essent, &iam inde ab initio Nicana Synodi decreta constanter retinerent. Cœterùm Paulus, sicuti antea quoque dictum est, Cucusi exulans, impiorum homisum E crudelitate \* per strangulationem vitam finiit. Obitus eius Athanasius quoque in defensione fu gæ suæ meminit, hisceverbis: Constantinopolis enim episcopum Paulum, quum prosequuti essent & inuenissent, propalam suffocadum curarunt in oppido Cucuso, carnifice ad cædem eam vsi Philippo præfecto: erat nanque hæresis corum antesignanus, & prauorum consiliorum administer. Hæc sic ferebantur.

\* De cade Pauli lib. 4.cap. 2. Sozom. Paulus ad exilium per-petuum condemnatus, & Cucufum Armenia deportatus est. voi ez tiam vitam finiit, morbône dicam, an voi es adhibita, non fatu scio. Fama certè hodie quoque obtinet, à Macedonianu laqueo strangulatum esse.

Miracila ad monati tion cornint edita. Sozomad-

dit,Capite de mnatos ibi morte mul-Elari Colitions

Oroidentalei in orthodo uis colends confrantes.

Paules Cod ftantinopelià tanu epifes. pas Cucusi françulat";

C APPT XXXI.

Onstantius autem ex Oriente in Illyricum aduersus tyranos exercitum ducebat. Et quæ cotra eos gesserit, paulo post referam. Quu autem Sirmij esser, Photini dog Fma in disquisitionem adduxit. Onstantius autem ex Oriente in

Qui eloquens quidem, & ad persuadendum idoneus, ecclesizque Sirmies Antistes fuit: noua 2utem hæresi instituta, multos in sententiam suam pertraxerat.quam etiam in Imperatoris præsentia propalàm & liberè promulgabat. Dogma cius erat, vnum esse Deum omnipotentem, qui verbo suo vniuersitatem hanc constituerit. Antesecularem verò verbi generationem & existétiam prorfus negabar. Ex Maria auté Christum initium sum psisse docebat. Eo dogmate vbique locoru diunlgato, vniuersi tam in Oriente quem in Occidente episcopi, siue Nicænam sequerentur fidem, seu Arianam compleceretur sententiam, grauiter id tu leré:quòd ex æquo contra omnes, nouas res inducere existimaretur. Ne ipse quidé Imperator mediocriter dissidio eo est commotus. Quaproptet etiam concilium ibi coegit. Convenere cò ex Oriéte epilcopi, Marcus Arethulius, Georgius Alexandrinus, quem Ariani miserant: Basilius Ancyranus, Pancratius Pelusius, & Hypatianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Mursorum, & pro-

Photini Sir mier fis epi -Ropi batelis.

> Concilii Sle miensse proherefim coa-

d Maty

د لها**لغ**رمها ۲

Hie

dor. 106 .

m,juz==-

niis tyran-

m(4 m Ot-

Hofins confe∬or.

Hofin to-ทเน เอน -Etu, tribus Arian**erii** fidei formulu subscri-Photin', Sa bellim, Samosatenus, Sirmy damnati. Sozom, lib. B 4.cap.6. Socr.lib, 2. cap.30. Triplex fidei formula Sir . mij ab A-Toamfuntib? composities.

Prime formule summa.
† Whatwo.

µivap.
Secunda.

† levolue.

† suurcedcar.
Formula fidei Sirmy & Marco Atethnsio com posita.

A pter virtutem magnus Hosius Cordubæ Hispaniæ vrbis episcopus, confessor & Nicænæ Synodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmij affuit. Arianorum enim dolo non dudum antea in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium con uenerant, Imperiali edicto reductus fuerat. Speraverant enimilli, si is suffragator corum sue persuasione seu vi fieret, multum eum ad constituendum stabiliendumque dogma eorum momenti allaturum esse:vt qui spectata fide testis, & veluti miraculum quoddam eius atatis hominibus haberetur. Verum vbi assentiri eis renuit, varios rursum contracto iam extenuatóque graviore ætate corpore sustinuit cruciatus, adeò vt ad fidiculas & verbera peruencrit. Quibus ille coa cus, tribus eo rű formulis allenlit & tubscriplit. Sedenim Syno dus guum Photinum cum Sabellio Libyco & Pau lo Samolateno facere, eadémque docere manife-Rò deprehendisset, statim ei episcopalem abrogauit dignitatem. Quod sanè ve rite atque ordine fa-Aum, & tum & postea omnes complexisunt, & comprobatione debita dignum iudicarunt. Cœterum illi diutius ibi manetes, perinde atque prioges fider formulas damnarent, tres alias promulga runt. Atque vnam quidem Graca lingua Marcus Arethusius composuit, reliquæ Latino sermone fuerant conscriptæ:quæ simul & verbis & corum Rructura atq; compositione ab Arethusij expositione prorfus dissidebant. Quin neque cade quæ priores formulæ, complectebantur. Graca nang; neque εμιώσιον consubstantialem neque εμοιούσιον æquisubstantialem patri filium dicebat. Et eos qui docerent filium principij expertem este, aut qui filium + dilatatam Dei substantiam facerent, aut qui etiam coniunctum, non autem subiectum patri dicerent, excommunicabat. Itidem verò & altera Latina de substantia agens, sueso se consubstá tialem iuxta & imacione aquisubstantialem omnino dicendum esse inhibebat:vt quæ verba neg; in seripturis sacris vspiam inuenirentur, neque + notitus primis aut cognitione hominum perciperen tur. Constituit sanè, patrem maiorem dicendum elle quum honore & dignitate & divinitate, tum C ipso paternitatis comine. Decernit etiam cu omnibus filium subiectu esse patri Et principij quide expettem elle pattem, omnibus verò (patre excepro)filij generationem elle incognită. Quam formulam ve minus recte compositam, posteaquam multis promulgata traditaque fuerat, episcopi retractare contenderunt. Et Imperator iple id leriò, coercionem eis & pænam qui eam in lucem prolatam non reddidissent minatus, madauit. Verum ea quòd in multoru manus peruenerat, non prorsus est abolita. Alteram quidam ex Latinis, ei quæ ab Arethusio Marco edita est + conexam, in præsentia reseram. Alteram autem que postea lecta est, loco suo reponam, quum res Arimini actas co memorabo. Quam Marcus dictauit, sic se habet: Credimus in vnum Deum patrem omnipotente, creatorem & factorem vniuerforum:ex quo omnis paternitas & in cœlo & in terra nominatur. Et

†† Sirmiensem connentum coaciü tradunt paß Sergy & Nigriaui consulatum: quo anno, meque ex Oriente, neque ex Occidente quisqua Consul creat im sucre, propter tyrannorum motus, & reipub, perturbatione. Socr.lub.2.cap.29.>070.lib.4 cap.6 Chronict tame objerua sores, Cossan: tant, Conslantiu Aug. V. Costantiu Galiu Cafare.

in vnigenitum eius filium Dominum nostrum Ie. D sum Christum, ante omnia secula ex patre genitu, Deum de Deo, lumen de lumine: per quem facta funt omnia, in cœlis & in terra, visibilia & invisibilia. Qui est verbum, & lumen verum, & vita. Qui extremis diebus, propter nos homo fact, & natus è virgine sancta, & crucifixus & mortuus & sepultus est. Et resurrexit à mortuis terria die, & re ceptus est in cœlum, & consedit ad dexterá patris: venturus in columnatione seculi, indicare vinos & mortuos, & reddere vnicuique secundu opera sua. Cuius regnum interminatum in infinita secula permanet. Sedet nanque in dextra patris no so-Jum in seculo isto, sed & in futuro. Et in spiritum sanctum, hoc est, paracletum, quem quum se Apo stolis post ascésionem in cœlos missurum promifisset, vt eos doceret & admoneret omnia, misse per quem etiem sandificantur, quæ in eum fincerè credunt, anima omnium. Eos verò qui dieunt, ex non existentibus esse filiú, aut ex alia subsistentia quam ex Deo: & quòd fuerit tempus aut seculum,quum non fuerit, alienos esse scit sancta Ca- E tholica Ecclesia. Acrussum dicimus, si quis patré & filium duos profiteatur deos, anathema sit. Et si quis Deum dicens Christum antesecularem filiu Dei administrasse patri in reru vniuersarum creatione non profiteatur, anathema sit. Si quis \* ingenitem, aut pattem eius ex Maria progenitam esse dicere audeat, anathema sit. Si quis iuxta præscientiam, eum qui ex Maria genitus est, filiu esse dicat,& non ante secula ex patte natum apud Deu esse, & per eum facta esse omnia, anathema sit. Si quis dilatatam substatiam Dei filium facere dicat, aut ditatationem substantiz eius filium nominer, anathemata sit. Si quis substantiam Dei vel dilatari vel contrahi dicat, anathema sir. Si quis vel +mé te conceptum, vel ore \* prolatum verbum dicat filium dei, anathema sit. Siquis hominé solu dicar, filius ex Maria prognat°, anathema sit. Si quis deu & hominé ex Maria genitű profitens, Deű ingeni tũ ipsum intelligat, anathema sit. Si quis illud, Ego Deus primum, & ego-kpostea, & præter me non est Deus: quod de abolitione idolorum, & corum qui dij no sunt, dicum est:ad abrogationem vni- F geniti antesecularis filij Dei Iudaice accipiat, ana thema sit. Si quis illud, Verbum caro factum est, audiens, Verbum in carnem mutatum, aut conuer sionem subjisse, & sic carnem assumpsisse existimet, anathema sit. Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem, vel perpessionem, vel mutationem, vel diminutionem, vel \* abolitionem secundum divinitatem sustinuisse di cat, anathema sit. Si quis illud, Faciamus homine, no patrem ad filium, sed ipsum ad se ipsum Deum dixisse profiteatur, anathema sit. Si quis cum Iacob, non filium vt hominem, sed ingenitum Deű aut partem eins colluctatam esse dicat, anathema sit. Si quis illud, + Pluit Dominus à Domino, non de patre & filio accipiat, sed \* seipsum à seipso pluisse dicar, anathema sit. pluit enim Dominus silius à Domino patre. Si quis audiens Dominū patrem, Dominum filium, Dominum & Dominum patrem & filium dicat, & Dominus ex Domino dicens duos statuat Deos, anathema sit.non enim componimus filium patri, sed patri subiectum elle dicimus.neque descendit in corpus absque consi-

\* To dylwaTov patromo
filicet.

† Ivolikite Tov,
\* Apopopitip.

\* petra Tou.

\* maigun.

Hec paulo

aliter vefer \$

tur apud Socratem li. 2.

oque Ra-

bini Indeo-

rum,quibue

de re res fuie.

Zantes Chri-

& Indai

cap.30. † iBpifi. \* Hodie

そったまに 18,71 Dei ila.Som**a.** iconda fi Simij feripla,q**nā au**-

जल संब्रह्म कार

alio patris:neque pluit à seipso, sed à Domino, autore patre.neque sedet à dextris à seipso: sed audit patrem, Sede à dextris meis. Si quis patrem & filiu & spiritum sanctum vnam personam dicat, anathema sit. Si quis spiritum sanctum paracletum profitens, ingenitum Deum intelligat, anathema sit. Si quis, sicuti Scriptura nos docuit, non alium à filio dicat paracletum: dixit enim, Et alium paraclerum mittet vobis pater, quem ego rogabo, ana thema sit. Si quis spiritum partem dicat patris, + aut filij, anathema sit. Si quis patrem & filium & spiritum sanctum tres dicat deos, anathema sit. Si quis \* proposito Dei filium Dei vt vnam creaturarum factum esse dicat, anathema sit. Si quis non volente patre genitum filium dicat, anathema sit. non etenim inuito patre, naturali necessitate coa-Aus ille, noles genuit filium :verum vnà cum ipsa voluntate, & abique tempore, & abique perpelsione, ex se genitum ipsum exhibuit. Si quis ingenitum & principij expertem dicat filium, taquam duo ingenita & duo principio carentia dicens, & duos deos statuens, anathema sit. caput năque est & principium omnium filius, caput autem Chri-Ri Deus. Ita enim ad vnum initio carens reru omnium principium, per filium piè omnia referimus. Ac denuò Christianismi certius accuratiúsque sen tentiam inquirétes, dicimus: Si quis Christum Icsum filium Dei antesecularem administrasse patri in rerum vniuersarum creatione non dicat, sed ex quo Maria genitus est, tum filium & Christum vo catum elle, & principium \* vt Deus ellet cæpilse asserat, eum anathema esse: sicuti Samosarenum Paulum. Fidei formula aliter apud Sirmium Latinè edita, & Græcè versa. Quadoquidem placitum est, vt de fide consideraretur, omnia certò exquisita & exposita sunt Sirmij in præsentia Valentis, Vrsicij,Germinij, & reliquorum: constitit itaque vnum esse Deum patrem omnipotentem, quemadmodum & in vniuerso orbe annunciatur. Et vnum vnigenitum eigs filium Ielum Christű, Dominum & Deum & Seruatorem nostrum, ex co ante secula genitum. Non autem duos oportere dicere deos: siquidem & ipse Seruator dixit, Vado ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Propter quod & omniu Deus est, sicuti Apostolus quoque docuit: An Iudzorum Deus tantum?non autem & gentiu?profe&ò gentium quoque. Siquidem vnus Deus, qui lustificabit circumcissone ex side. Et reliqua quidem omnia consona sunt, & nihil habent dubij. Quoniam verò permultos mouet substantiz verbum, hoc est (vt certius intelligatur + 4 interestion &quisubstantiale, siue 76 : μολοιογ, consubstantiale, neminem prorsus mentionem dictionum carum fa cere, neq; eas in Ecclesia docere oportet, propter hanc causam & rationem, quod ille in divinis scripturis non reperiantur, & captum humanæ mentis & cognitionis excedant:quódque nemo generationem filij explicare possit, quemadmodu scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? Soli autem patri manifeltum est, quomodo filium genuit: & item filio, quomodo iple genitus sit à patre. Nemini etiam dubium est, maiorem esse patrem honore, dignitate & divinitate, & ipso adeò nomine paterno maiorem esle: ipso etiam testisi-

cante filio, Qui me misit pater \* maior me est. Il-

lud quoque catholicum esse nemo ignorat, duas D + v-lum esse personas patris & filij: & patrem quidem ma a kor est tomp iorem, filium autem subiectum cum omnibus que . ranca sub ei pater subiecit. Et patrem principium non habere, & esse inuisibilem & immortalem, & passionis expertem:filium verò genitum ex patre, Deū de Deo, lumé de lumine: eiusque generationem neminem nosse, sicuti dictum est, nisi solum patré. 1psum porrd filium Dominum & Deum nostru, carnem five corpus, hoc est hominem assumpsifse, que mad modum & Angelus renunciauerat, & scripturæ omnes docent: atque in primis Apostolus ipse gentium doctor, Hominem Christus ex Maria virgine assumpsit, per quem & passus est. Capur autem fidei totius & hrmamentum est, vt Trinitas semper seruetur, ita ve in Euangelio legimus, Euntes docete omnes gentes, baptizates cos in nomen patris & filij & spiritus sancti. Integer autem & perfectus est trinitatis numerus. Paracle tus autem spiritus sanctus per filium missus, iuxta promissionem venit, vt Apostolos & credentes ... omnes san&ificet & \* designet. Hæc ea formula E est, cui ve Photinus etiam post episcopatus abrogationem assentiretur,& subscriberet, hominem funt hortati: dignitatem se ei episcopalé vnà cum throno reddituros polliciti, siquidem per pænitétiam quecunque perperam docuisser, anathemate iugularet.Ille ne audire quidem hoc fustinuit, sed eos ad disputationem prouocauit. Et iussu Imperatoris die dicta in locum vnum, quicuque doctina, eloquentia & honore antecellere alios videbătur, convenientibus, conditionem disputandi accepit Basilius, qui tum Ancyranam curabat ecclesiam. Concertatio ea longius producta, & notarij celeres veriusque dictata exceperunt: quibus longè luperior fuille exittimatus est Basilius. Porrò Photinus ad exilium est damnatus. In quo ille degens, opinioné suam Grece & Latine (multa enim ei in vtroque sermone erat gratia) scriptis mandauit. Quod verò in eis maximè elaborabat, illud erat, quod prærer opinionem suam, alias alioru om nes nihil esse, parum decorè probare est conatus. Photini quidem, ciúlque sententiæ res, ad hunc se habuere modum.

#### CAPPT XXXII.



Mperator autem aduersus tyrannos exercitum duxit, & conditionibus pactisque certis bellum cum Britamos mutarent, & se vnum Impera-torem acclamationibus renuncianione decidit, militibus illius vt ank-

rent, persualis. Nam insidiis eis cognitis, Britanio ad pedes Imperatoris supplicis habitu miserabiliter est prouolutus. Et Constantius ei Imperij insignia purpuram & coronam detraxit, quietumque & priuatum esse iussit: Seni magis conuenire dicens, vt in ocio viueret, quàm nomen tumultuum plenum obtineret. Sumptus autem ex publicis ve-Aigalibus ei, vt seni, ad Prusam circa Olympū amplos attribuit: vbi ille degens, postea ad Imperatorem scripsit, gratiasque et egit, qui se tantis & tam multis curis & erumnis, quæ in Imperio essent, liberasser. Rebus de Britanione prosperè confectis. maximam copiarum suarum, quas secu habebat,

lud: Mivui-

\* ivalefy. Nam q Piniti Chel Îti wa ha bet,now est cim. Rem. 1 Hereica pertinacia in Photine. Disputation Photini cui Bafilm An Haic diffe tationi n tes adhibuisse Constan tion Smadicie. Socrases 46,2. *cap.*30. Photom exulat.

Constantio

Imperiä co-

Conflations Galles Ca-∫ar in Orië-

Gallus cruce relucente forà medio die im cale Hierofolymu cermit.

Histofolycationis ergd profectio.

a Signü hoc cruca itidem Constantij exercitus im Ossidente арратий. Magnentij tyrannu 🖝 exilm. b Mip:s Iu lia, c Augustia Thermupy-Larum. Suprà cap 13.00d falla mentee mõtis Sufacis. d Alpes So Praliu ifiu vires Roma na ferè consumpte sunt. Bellatorum enim quinquagikaquatoor milis pariere. Ote. Entrep. † Ad Mar tië, Egnat.

ta fieri solet: sed multo magnóque sulgore densa & perspicua consistebat. Occupauerat autem colo incumbens circiter quindecim stadia. Longitudo eius, quantum colligere licuit, à Caluariæ mon te ad eum qui dicitur Oliveti pertingebat:latitudo autem, quæ longitudini ei propottione conueni-B ret. Ad miraculum timor etiam, in re tam insclita & inexpectata, omnibus incessit. Itaque omnes cum coingibus & liberis ad templum maius Deu laudibus ferentes, relicto à quoque quod tum for tè faceret, opere confugerunt. Et ea res in terras omnes promulgata, homines consternauit, quòd eam ex prouinciis cunctis, qui peregrè precationis ergò Hierosolyma venerant, vbique vulgaret. Multos sanè & ex Iudzis, & ex Grzcis, ad Christianismum perduxit. Factus etiam de ea certior est Imperator, familiatium suorum & ipsius Cyrilli liceris. Er divinitus ca quasi prodigium exhibita esse dicebatur à peritis, vt quæ antiquitus in sacris expressa esset literis. Splendidum hoc & venerandum spectaculum, ipsi quoque exercitui no fuit inuisum. Apparuit namque ingnum id, quum Imperator ad Occidentem Britanionem & Magnentium tyrannos deuinceret : vbi exercitus vario labore fatigatus, miraculo tanto vifo, immensa eius luce assatus & lustratus est. Nam Magnen tius veteri Roma capta, grauiter ibi sæuiebat, & multos ex Senatu atque ipsa etiam plebe crudeli-C ter necabat. Vbi autem Constantij exercitum adesse cognouit, cedens istinc, Galliam per Alpes Iulias petuit. Ita enim perangustus transitus dicitur, altissimis ex vtraque parte montibus in locum vnum, vt propè complicentur, coeuntibus, cangustiis quæ in Thermopylis sunt perquam similes. Et Alpes quidem Iuliæ Gallias ab Italia diuidunt. Quæ verò vocantut d Susacenses Alpes, inter Daciam & Thraciam funt. Porrò vbi aliquoties acies inter se concurrêre,& nunc hi nunc illi prælio superiores fuere, postremò victus Magnentius ad + Murlam Galliæ castellum profugit. Quo loco co. pias suas casu eo perculsas animare, & ad fortitudinem atque fiduciam excitare conatus est. e Quú autem & ipsæ militari more acclamatione sua illi vt Imperatori fausta ominari deberent, vel innitæ pro Magnentio Constantiú Augustum promul-

A partem, in Italiam adversus Magnétium misit. Pa-

truelem autem fratrem fuum Gallum, Constan-

tij (frater autem hic Constantini magni patris fue

rat ) filium, in Orientem & Syriam ire iussit, vt

provinciis isthic adversus Persarum excursiones

præsidio esset: eundémque cum nominis sui aoiç-

ctione Calarem fecit, Calarem Constantium re-

nuncians. Quo sanè tempore, illo Antiochia pro-

ficilcente, rurlum crucis lignum in cœlo ad Hierosolyma apparuit, solem radiis suis præcellens,

arcu quem irim vocant ingenti ad instar coronz

circumfusum, hora diei tertia, Pentecostes feriis

ineuntibus: Cyrillo tum Hierofolymis post Maxi-

mum res Ecclesiasticas gubernante. Cæterum cru

cis illa lux sparsim non diffluebat, quod in come-

Britanionem magiftrum militum in Pannonia ad Munfam milites Imperatorem renunciauerant, grandanum iam, & emnibus charum virum: quippe probum, & prissorum morum, iucúndaque ci-nolitatu: sed omnium liberalium artium expertem, adeò vi ne primarum quidem literarum elementa, nifi in extrema atate, addidicerit. Entrop.

garunt. Vnde ille imperium sibi no esse à Deo de- D latum intellexit: & castello eo derelicto, viterius est profectus. Verum quum eum Constantij exer citus magna celeritate persequeretur, solus profugiens in vrbem Lugdunensem peruenit. Atque ibi fratrem Desiderium, per beneuolentiæ causam sci licet, vt eum hostium manibus & iniuriis eriperet, deinde matrem, postea etiam si quis ex propin quis fuis alius adeffet,iugulauit. Et tandem in gladium libi ipli intentatum incumbés, dorlo etiam iplo perfollo, vitam finiit, quum non totos quatuor annos tyrannide potitus esset. Paulo deinde pòst, qui ei alter erat frater, B Decennius Cæsar ab ipso dictus, laqueo etiam seipsum interemit. Sedenim ne sic quidé respub.pacatæ fuere. Statim tyranus enim alius, nomine Syluanus, apud Occidetales Gallos extitit: quem non ita diu res turbáté, Costatij duces interemere. Enimuero Iudzi quoq; Diocesaree Romanis rebellates, & servitutis iu gű excutiétes arma sumpsere, & Palestina vicinasque in circuitu regiones percurrentes vastarunt. Contra quos ex Antiochia, vbi agebat, profectus Ĕ est Constantius Gallus, essque superatis tropæum ingens statuit,& vrbem corum ex ipsis fundamétis diruit. Sedenim rebus feliciter gestis, fortunam blandientem prosperitatémque cam non bene tu lit:nam & ipse ad res nouas aspirare, & tyrannide meditari cœpit. Sed breui conatus eius manifestò comperit Constatius. Siquidem ille per effrenem audaciam Orientis præsectum Domitianum, & quastorem + Montium suapre potestate necauit, cædis eius causa Imperatori non significata. Quæ res alizque insuper ad cam accedentes, effecere, vt Imperator eum, vt sibi iniurium, sublatum veller. Et ira incitatus, ad se eum euocauit. Atque ille in deteriorem partem eam vocationem fieri suspi catus, sibique propterea metuens, etiam inuitus profedus est, vxore sua Constantia, quæ pro co precaretur, præmissa. Ea in itinere mortua est. In comitatu Galli Theophilus etiam Indus fuit, de 1 quo suprà diximus. Nam is medium se inter Gallum & Constantium gerebat, coniunctionem eorum & concordiam cofirmans, quum Cæsar Gallus de signaretur, & pacta sierent. At Gallus, adem- F pta ei primum purpura, circa \* Phlanonem insulam in Occidentalibus partibus, ex infidiis Eufebij eunuchi + trucidatus est. Quod quidem ita tu fieri iulsit Constantius: postea auté eum facti pœnituit. Breui pôst frattem eius Iulianum ex Ionia accitum, quòd Imperij grauitatem secum perpenderet, Cæsarem creauit : & aduersus barbaros in Galliam misst, qui tes ibi turbulentas pacaret & constituerer. Sed de Iuliani rebus in historia sequenti accuratius omnia exponemus.

# CAPYT XXXIII.



Onstantius cura & periculo tyrannorum liberatus, venit Romam: vbi de rytánis triumphum fibi agendum esse duxit. Eodem tempore ad concordiam dogma tis Orientales simul & Occiden-

tales epilcopos, sicuti putabat, adducturus, Synodum cogi in Italia pręcepit.Iulius tũ viginti quinque annis Romana ecclesia administrata, decessit, f Magnets? charifilmes fibi quofque primum, deinde ctiam fo ipfom ocat. Sylvani 17ranni inte rites. g Dece frua Ma-Zventý ab. Toxee. Alg Decembina Totant. Iudai Diocafarea ribel lantes à Gal lo coercisó.

Galles res nevas moliter.

† Megnam Surat. Sezem. Est has crimen lefa Marejtalis.

\* <del>w</del>iel 424 VOVETU VĀ ebr. Socra.li. 2-cap-34. Plusint Qy. rici descrivit ərbu Fla nona, & isjula libro 3.649.21. † Gallica-de'. Inlianus Ca Sar dicitur. Iulianne im Gallia mif-. Confrantiae Roma Istin phat.

Liberius In A
ly Roma suc
cessor.
tuenne rursum Arians frandulem
ta adnersus
Athan ssio
er ertbodonos constita.

Conciliabralum 30. Ariamerii epifeoperii Am michia adnerfin Aphanafiii cam gregatum.

Confuntions
per renamine
Athanafij
condennationem inter
Orientales
& Occidentales renome
fidei concilia
re contendit.

Symod<sup>o</sup> Mer diclarenfes,

Orientales
per danationem Atha
nafy callide
Nicana decreta suppres
fa rolans.

Lucifor Sar

Lucifur S ar divis infolac metropolicamu dictiur apad T locad. lib. 2.cap. 15 referentur. Dolf orthodoxi panci fentiunt. Muliolani mini agitur. Hidrus Pt Clausenfis eprodutur aliji antolicii i...

provinciámque eius Liberius sortitus est. Tú verò opportunitatem sibi oblatam esse existimantes, qui professionem fidei Nicænam abrogauerant, calumnias rurium contexuerunt, vt woulde consubstantialis professores, quos antea vt senten tiæ alterius sechatores exautorauerant, ecclesiis prorsus exigerent. Constante namque adhuc superstite, non ausi fuerant fraudulenta-temeritate imperia inter se committere. Quippe bellum fratri Constans denunciaverat, nili Athanasium, ficuti dictum est, reciperet. Potissimum verò Athanasium illi expellere studio omni contendebant: qui sanè etiam Constante nondum cæso, Constantio autem propter illum, Athanasium se complecti assimulante, (tantum illorum erat odium) conquiescere non potuerunt. Sedenim triginta ex maligna corum multitudine Antiochiæ congregatis, Narcisso videlicet Cilice, Theodoro Thrace, Eugenio Nicæno, Patrophilo Scythopolitano, Menophanto Ephesio, atque aliis, reditum Athanasij illi tanquam illegitimum culpabant : & omnibus vbique epilcopis scribebant, ne cum illo co municarent, néve ad illum scriberent: sed Georgium honore prosequerentur, quem ipsi episcopum constituerant. Athanasius autem nibil prorfus hæc curabat. Id ita factum, donec Constantius tyrannis sublatis, vnus ipse Orientis simul & Occidentis imperio est potitus. Et Constatius quum in Occidente esset, cum episcopis Fimesis consubstantialis sidei assentientibus se coniunctum esse, & cum eis sibi convenire simulavit: & fortalle in partibus eorum elle omnino constituit. Arte certè vsus est, quum vim nullam eis primum adhiberet, sed tantum persuaderet, vt eandem contra Athanasium, quam Orientales episcopi tulissent, ipsi etiam sententiam ferrent. Sic etenim quodammodo putauit, si omnium Orientalium iuxtà & Occidentalium calculis Athanasius damnaretur, facillimum sibi fore, vt religionem pro arbitrio suo costitueret atque ordinaret. Iraq; in Italia Mediolani conuentus coactus est. Et ex Oriente quidem pauci admodum ibi præstò suere. Itineris enim magnitudo, & morbus, & ætas grandior, multorum impediit aduentum. Occidentales autem plures quàm trecenti conuenêre. Enimuerò Orientalium consilium fuit, vt Atha. nasius damnaretur, esque Alexandrina vrbe interdiceretur.Et reliqua Synodus fiue errore aut metu, seu etiam ignorantia pedibus in eam ibat. Soli verò ex omnibus Dionysius Albæ, quæ vna ex metropolitanis in Italia vrbs est,& Eusebius Vercellarum Liguriæ,& Paulinus Treuirorum in Gal lia, episcopi, & præterea Rhodanus & Lucifer, dolo deprehenso, Orientales euertendi Nicani dogmatis gratia condemnationem Athanasij vrgere, aslurgentes, vociferatriunt: Fraude Christianismum circumueniri, neque verbis eiusmodi de Athanasio agi : sed insidias decretis ritè atque ordine de Deo olim factis, Imperatorem & Arianos tendere. Hæc vbi dicta, conuentus rebus infe-&is solutus est. Qui autem liberius sententiam dixerant, condemnati, solum exilij causa verte. runt.Inter quos Hilarius etiam Pictauiensium epi scopus fuit. Porrò verum fuisse, quòd sub obtentu nominis Athanalij aduerlum fidem Nicænam Mediolanensis Synodus sit congregata, ea quæ

sequuntur confirmabunt. Nam quæ paulo post D eodem tempore & Arimini in Italia, & Seleuciæ in llauria, acta sunt concilia, res nouas contra Nicznas constitutiones molita sunt : quemadniodum mox declarabimus. Imperator stomachabundus vniuersale concilium cogere, & episcopos Orientales omnes in Occidentem pertrahere volebat, omnem mouens funem, si quo modo facere posset, vr ad concordiam omnes adduceret. At vbi re deliberata, difficile id visum est, quod ei itineris longinquitas obstaret, vnam quidem, sed duobus in locis congregandam esse Synodum sta tuit. Et Occidentales Arimini, Orientales verò Nicomediæ conuenire, literis suis iussit. Imperator sanè quidem hoc sic concordiam omnium spectans instituit : sed consilium eius aliter cessit. vtrinque enim dissensio inter eos intercessit. Neque enim Arimini qui conuenerant, concordes erant:maius autem inter eos qui Nicomediæ quidem per terræmotum coire impediti, Seleuciæ vero deinde congregati fuerant, dissidium est ortum. Cæterum quæ vtrobique sint acta, historia E ipsa deinceps ostendet. In præsentia autem, quæ Athanasio per omne Constantij Imperium acciderint, breuiter referemus, vt ordine suo nobis procedat oratio.

CAPT XXXIIII.



Lle siquidem auditis quæ adversus eum in Imperatoria aula factæ suerant comminationibus, ad tempus profugit. Deinde quinque qui sub eo erant episcopis delectis, in quibus Serapion etiá + Thmuæus, vir amans, atque in dicendo & scribenin Occidente de-

Dei in primis amans, atque in dicendo & scribendo gravis, fuit, ad Imperatorem in Occidente degentem eos milit, tribus ex ecclelia fua presbyteris additis: qui, si id Imperator iussisset, aduersariorum calumnias confutarent. Dum illi proficiscuntur,Imperatoris interea litere, quibus ad eum euo cabatur, afferuntur. Itaque iple cum suis in graui. erat cura & solicitudine. Neque enim tutum satis F esse putabat, dicto Imperatoris audiétem esse, qui in professione fidei hallucinaretur. Neque vero il li morem non getere,periculo carebat. Mansit sanè.Et qui literas attulerat, vacuus ad Imperatoré rediit. Porro æstate incunte, alter venit, cum quodam Alexandrinæ vrbis illustri ciue:atque is Atha nasium vrbe expellere, & clerum male accipere incæpit. Sedenim quum plebs rebellans vim pararet, & iple nihil efficerer, retrocelsit. Postea intempesta nocte ordinum ibi militarium dux, & qui ab Imperatore missus fuerar, atque hæc curabat, Hilarius, vbi Athanasium in ecclesia occultari intellexit, quæ Theonæ dicitur, cum delecta A egyptiorum fortique manu ei institit: & postibus effractis in templum quidem irruit, sed Athanasium quæsitum non comprehendit. Dininitus enim ei irruptionis huiulmodi cossilio manifestato, paulo antè inde exiuerat. Milites auté tardi° ad comprehendendum eum venerant. Dicitur sanè hic vir multa& diuerla diuino iudicio eualisse pericula.Quod namque Deo esset perquàm charus, quæ futura erant,itidem vt præfentia,per gratiam

exilium agii tur.

Conflanting
Ecclefiaftica
cocordoa gra
tia Occidentales Arimini, Orien
tales Scloucia in I fancia conuentipo
re agere inbet. Confiliü
eius fruftră
fuit.

Res & all

ne Atha-

majÿ jub Cö

zom. habet Thebau lib.

4.cap.9. 💇

flantio.So-

Athanaji\*

è manibu

Sapenumerd Athanafine dininitàs poricula prafen tia effuentIdem in speco latricust
sex, ve quiaism scrivit,
annu.
Ancilla infids persidia
mercedem ra
cipot.

In Nile nanigans,perfequusionem B

Athanasi ab Arianu ey Gracu Magia insi-mulanu.
Abolitione idolomania Alexadria in Gracu pradixis.
Einstem si-tidelum.

eludit.

Georgy Aviani epsscopi Alexădria in Catholicos cradeli-

Plebs fidem monachorii erebodoxorii est emulata A Dei prouidebat. Multa certè admiranda futurorum cognitionem viro ei contestantur. Frimum namque Constante adhuc viuente, & Constantio insidias ei struente, quum fuga sibi consuluisset, apud notum quendam hominem in subterraneo & caliginolo (pecu,aquæ olim cisterna,latuit, nemine præter ancillam conscio: quæ quòd fidelis esse videretur, ad vsus necessarios ei inseruiebat. Postquam autem in hoc magno studio aduersarij incubuêre, vt virum viuum caperent: & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede eum proditura crat:preueniens Deus,insidias ei indicauit. Ita ipse aliò concessit.at illa, vt que contra heros suos falsa dixisset, plagas reportauit. Grauis siquidem eis constituta fuerat pæna, qui Athanasium celare comperti fuissent, vt qui contra Imperatoria iussa niterentur, & rectam reipub.administrationem tollerent. Multi sanè co nomine res duras sunt experti. Persimile quiddam alio quoque ei tempore euenit. Eandem namque ob causam in Aegyptum profugiens, aduerso nauigabat Nilo. Quum autem fuga eius indicata, quidam eum persequerentur, cœlitùs id cognouit, & nautas atque vectores Alexandriam redire secundo flumine iusit: & in descensu persequutoribus suis præteritis, populi deinde tutbæ in vrbe frequentissima mixtus, latuit, incolumisque permansit. Quapropter non solum Ariani, sed & Græci atque gentiles eum vt magum & præstigiatorem, tales ob rescriminati sunt. Aliquando namque vrbem eo ingrediente, cornix in aere volans crocitabat : & Græcorum quæ illic stabat turba, scommate eum veluti impostorem persequens, quid nam cornix diceret, interrogauit. Et ille perquam vrbane & suauster ridens: Cras, inquit. Portendit namque, crastinum diem vobis non benè cessurum. Mandatum enim ab Imperatore veniens, festum diem vestrum inhibebit, & magnificentia vestra iniucunda vobis erir. Porrò id Athanasij dictum exitum suum habuit. Ab imperatore enim literæ venere, quibus magistratus iubebantur, de cætero Græcos prohibere, ne ad templa accederent, & more superstitionis suz dies festos peragerent. Et celebritas C ea quæ iam aderat, & ab illis plurimi fiebat, venerationéque maxima colebatur, tum foluta est, neque postea peracta. Declarare hæc satis possunt, di uinum eum virum,& prophetici doni non expertem fuille.lpfo autem, vt dictum est, profugo, clerus eius ecclesias tenuit:donec adueniens dux cu armatis, Georgium expectantibus eas tradidit, & iple postea Georgius adueniés occupauit. Is quòd non apparatu aut more epilcopi administrationem suam institueret, terribilem se exhibuit. In Athanasij autem laudatores ferus admodum fuit: ac viros simul & mulieres arripiens, tanquam fæuus tyrannus, in vincula coniecit. Quamobrem publicum populi odium in se concitauit. Periisset certe quidem, nisi periculo vitato ad Im-, peratorem procurrisset. Ibi tum sectatores Athanasij ecclesiis præfuêre, quamuis ad breue tempus, Præsecus namque Ægypti illis eiecis, eas factioni Georgij restituit. Nec longè post & ipso rediit, terribilior quidem qu'em antea, non minus autem omnibus inuisus : quippe qui Imperatorem ad iram contra eos commouisset. Infidelis verò, & fastu plenus à plerisq; increpitus est:& ab

Aegyptiis monachis maxime, quos hominu mul- D titudo in primis, quùm quòd vera dicere existimati sunt, tum quòd philosophice plane virtutem & pietatem exercere perseuerarunt, sequebatur. Res Athanasij, sicuti sub Constantio vario euentu sue re, breuiter & ordine exposita, sic se habuere.

#### C APV T XXXV.



Mperator verò priusquam Romam iret, & solitum ob victoriam triumphum ageret, accito Liberio Romanorum episcopo, Iulij successore, persuadere ei conatus est, vt in sente tiam quos secum habebat episcopo-

rum iret:quorum vnus Eudoxius erat. Quod vbi ille ei resistens se facturum negavit, ad exilium est damnatus. Berræa autem Thraciæ, quò deportaretur, designata fuerat. Sed & alia condemnationis eius causa fuisse dica est:videlicet quòd renun ciare Athanasij communioni nolucrit, cundém- E que apud Imperatorem defenderit, qui Athanasium accusabat, quòd & ecclesias iniuria affecisser, & causa necis duobus fratribus suis fuisser. Idem comprobanda esse quæ Tyri aduersus Atha nasium, per inuidiam alienæ sententiæ sectatorum acta constitutaque fuerant, dicebat. At Liberius pænitentiæ libellum Vrsicij & Valentis Iulio decessori suo oblatum, Imperatori exhibuit: in quo falsa esse & ementita, quæ apud Mareoten acta erant, significantes, noxæ gratiam petierunt. Rogauit insuper, ne ita indica causa Athanasium damnaret, néve quæ perperam decreta & manifestæ calumniæ essent, comprobaret. De frattibus autem ne prorsus episcopali manu vindicatam iniuriam vellet, dixit: quam manum Deus non a d eiusmodi facta, sed ad sanctificationem & omne aliud bonum opus constituerit. Sedenim Constantius nihil omnino illum de sententia sua decedentem videns, biduò ad deliberandum ei permisso, nisi animum mutaret, in Thraciam deportari iussit. Atque ibi Liberiuse Mihi verò, inquit, dudum hæc deliberata atque co F stituta sunt, & paratus adeò sum in exilium ire. Porrò quum iam abduceretur, Constantius ei quingentos aureos misit. quos ille reiecit, & ei qui illos attulerat, Imperatori renunciare iussit: Non indigere se eis: daret eos quos secum in aula haberet adulatoribus, & ad simulandum dissimulandúmque compositis hominibus, quorum infatiabilis cupiditatis inopia animis corum femper insidens, cósque excrucians, nunquam expleri posfet. Mihi namque Christus, inquit, patri æqualis, largitor semper alimentorum atque conciliator, & promus condus bonorum omnium, erit. Hæ Liberio causæ, vt in Thracia exularet, extitere. Felix autem Romanæ ecclesiæ diaconus, administrationem eius sortitus est. Qui Nicæna quidem fidei professionem retinebat, & in religione reprehensione carebat:vnum tamen illud vicio ei vertebatur, quòd priusquam episcopus creatus esset, cum diuersæ opinionis studiosis communicare sustinuerit. Vbi verò Constantius Romam venit, populi & nobilitatis illustriores fæminæ, pro Liberio deprecates, yr illu restitueret, ei institêre.

Liberins exu lare inbetar.

Cause exily

Colloquium Coustătÿ & Libery.

Ne per epi-**[сорогії та**n eu inimicitias exercise ru aut viudi caru, Imperator. Eale-Siafticorum namque heminun mawee fantliftcations operari debent. Theodor,lib. 2. cap .16, Li berim exula turu denem **द्रमां मुल्ला**क र्वे aureorii 20 i stantio sibi moffen ieiicis. Felix Roma Liberio subfituitur.

Romani reftitni fibi Li

-> C4 fiátio petút.

A Et Imperator cum episcopis suis re communicata redditurum se eis hominem pollicitus est, si in eadem cum episcopis suis concederet sententiam.

CAPVT XXXVI.

dissidere visus est. Quam ob causam ecclesia eoru pullus, arte quadam per dissimulationem eos vi-

tabat, comunioném que cor i detestabatur, veluti

Indexida Gema fis are andè n enfrepetä nii iroadis. \* drips-

& Spession icit, Sirfis Sy

Er idem tempus, quem suprà diximus, Aetius Syrus manifellò& liberè suam de Deo opinionem diuulgabat.Diaconus tum adhuc erat, ficuti à Leontio Antiochiæ epilcopo caltrato illo creatus fue sat. Opinabatur autem itidem vt Arius, coditu, & ex no existentibus, atque inæqualé patri filiu esse. Ar quod ingéri contétione acriúlque de Deo disserere auderet, variisq; vteretur ratiocinationibus, factionis suæ popularib. diuersus esse, atque ab eis

qui se Ario post periurium coiunxissent, quum ille pænitentia ductus, Constantino Imperatori consentanea se cum Nicena side sentire adiurauit. Sed de his fatis. Quum Imperator adhuc in Occidente esset, nuncij venêre, Leontium Antiochenum epi scopum diem suum obiisse. Et Eudoxius Germaniciæ antistes, qui in Imperatoris comitatu erat, per cubicularios eunuchos vacantem eam sedem ambit & vendicat. Assimulans enim locum eum consolatione & custodia indigere, vt sibi in Syriam ire liceret, ab Imperatore petiit. Quod vbi ei est permissum, ingenti celeritate eò venit:ac throno recepto, repente perinde atque-k ex se ipso ortus episcopus Antiochiæ extitit, re cum celebrioribus Syriæ episcopis, vtpote cum Marco Arethusio, Georgio Laodicensi, qui candem sententiam sequebantur, atque aliis ad quos more quodam pa trio electio pertinebat, non communicata. Di-Chum etiam est, de voluntate Imperatoris, & eorum qui in aula + rerum potiebantur, id factum esse: qui vnà cum Eudoxio Actij sentétiam sequebantur, inzqualem patri filium esse docentis. Postquam verò Antiochiam ita obtinuit, amplio-C remque adeptus est potestatem, propalam iam Aetij opinionem.propugnabat,& adiuuare illum maxime conabatur. Et contendebat ille quidem episcoporum cogere concilium, atque illi diaconatus honorem restituere: sed id efficere minimè potuit, quod apud omnes Eudoxij dignitas & stu dium post Actij odium esset. Congregauit tamen tum consentientium ei episcoporum conventum Antiochiæ: in quibus crant, Acacius Cæfareæ Palæstinæ Eusebij successor, & Vranius Tyri episcopus: qui vnà cũ æquilubltátish & cólubltátish reiiciebat; fubrobtexu Occidentali u episcopor u auto ritaris, quiboc sie Sirmij statuerint. Admirad' naque ille Hosius, atq; vnà cũ eo qui ibi conuencrat, quum propter contentionem qua aduerlus Vrlicium, Valontem, & Germinium vsi fuerant, vim multam, vt diximus, palsi fuillent, vt neque consubstantialis neque equisubstantialis filius dicoretur, concesserant, tanquam ea verba tam expresse in divinis scriptis non apparerent:pretereaque supra humanz mentis captum ellet , de ellentia Dei subtiliter nimium & anxiè inquirere. Et quod eis tum visim esfer, coptis suis Hosij literas multum allaturas esse momenti, epistolam tum Hosij alio- D Ariani, rúmque Occidentalium nomine, Sirmio ad Oțietales dederant, ingentes Vrficio, Valenti & Germinio agentes gratias: & quod Occidentales re-Aè tandem sentirent, eius beneficij causam illis asscribentes. Sedenim Eudoxio itares nouante, multi Antiochia qui recum dogma defendebant, & ei aduersabantur, ab illo pulsi, Georgium Laodicensem adiere, esque quæ Antiochiæ agerentur exposuêre. Atque ab eo literis acceptis, Ancyram Galatiæ sunt profecti. Basilius enim, qui ibi post Marcellum episcopatum gerebat: plures ex vicinis episcopis ad se dedicandæ quam recens construxerat ecclesiæ gratia conuocauerat, lbi illi per querelam re omni exposira, literas reddidere, hisce verbis conscriptas. Reuerendissimis dominis, Macedonio, Basilio, Cecropio, Eugenio, Georgius in Domino salutem. Aetij nau fragium penè om- " nem occupauit Antiochiam. Quos enim vos igno minia notastis, execrandi Arij discipulos, cos omnes Eudoxius receptos in clericorum ordinem co optar, & Aetium hareticum maximo honore E prosequitur. Subuenite igitur tantæ vibi, ne in illius naufragium orbis totus pertrahatur. Et concilio corum coacto, quicunque adesse possunt, ab reliquis episcopis subscriptione decretorum vestrorum accepta, postulate: vt quùm Aetium Eudoxius ex Antiochia eiiciat, tum sectatores eius « ex sacro clericorum albo tollat. Aut certè si perrexerit cum Aetio inæqualem dicere, atque cos « qui hoc dicere audent, illis qui id non faciunt, honore præferre, sicuti modò dixi, Antiochia vobis perierit.Hæc Georgius. At qui Ancytæ.congregati erant, quum compertum haberent, eo quòd libi ipsi Antiochenz sedis dignitatem arrogalset, Eudoxium res nouas inceptare, Imperatori statim rem eam significarunt, eundémque obsecrarunt, vt ope sua interposita videret, ne ea quæ Sardicæ, Sirmij, & in aliis conventibus constituta essent, convellerentur in quibus omnibus filium patri substantia aqualem esse decretum sit. Legationem etiam ad Imperatorem misere, ipsum Basilium Ancyranum, Eustathium Sebastiensem, Eleusium Cyzicenum, & Leontium ex Imperiali- F bus cubiculariis presbyterum. Hi vbi ad Constantinum venere, presbyterum quendam Antiochenum Asphalium, qui Aerij studiosus maximè quascunque voluisset res ex sententia confecerat, compererut iamiam cum literis Imperatoriis abiturum esse. Imperator autem Ancyranorum oratorum postularis cognitis, epistolam quam Aspha lius profecturus secum laturus suerat, retrastauit, alióque scripto Eudoxium condemnauir. Cuius scripti hæc fuere verba. Victor Constantius Maximus Augustus, sanctæ ecclesiæ Antiochenæ. Eudoxius non à nobis ad vos missus venit : ne quis hoc putet. Longè alia nobis més est, quam vt eiusmodi hominibus faucamus. Quod si quùm alia, tum hoc sic astute mentiuntur, satis manisesti funt, erga \* Deum cos arrogantes & versutos esfo. A quibus enim rebus illi le libenter ablineant? qui potentiam aucupantes, vrbes ingressi, ex vna in aliam transiliunt : & periode atque coloni quidam folum fubinde mutantes, angulos omnes rerú ampliorú cupiditate curiofé perfetutantur, cir- « culatores meri & fraudatores, quos ne nominare e pisopi.

Hofy & liorii cathe licorum nomine ementitas literas Sirmio ad Orientales dederunt. Orthodoxò ерівсорі Ав tio.hia ab Endoxio pul . Pro bis Grov gina Laodscë fis ad connen tum epifcoryrā scribit.

Sarrii clericorū album.

Legatio ab co connenta ad Imperatorem ea de re mittitur. Ariam id res fuas im aula confeca runt.fed hæ à Coustatio rettaclă: wr.

Conftantif ad Antion ce chenos litera contra Endoxium.

\* right poll Tov xoutevépevos, ce Describütur ambitiofi & rum ftudiofi

quidem fas sit. Officinæ prauæ & impiæ prorsus factionem eos esse, vos quoque intelligitis. Et satis ex verbis suis autorem ipsum, secatorésque hæ relis huius cognoscitis. Quorum hoc vnű elt sudium, ve populum deprauent. At versutiisti, & ad omnem audaciam propti, temerè iam apud quosdam vulgare non dubitatunt, nos electione quam sibi ipsis subornarunt, lætari. Quæ quidem sta ab eis dicuntur, qui talia in vulgus efferre consueuerunt, prorsus verò facta non sunt. Atque ipsi mihi in animum reuocate doctinam illam primam, quum de fidei sententia deliberantes inquisiuimus, in qua Saluator noster & filius Dei substantia patri æqualis declaratus est. Verum boni isti viri, qui facile quæcunque eis in mentem venere, de Deo dicunt, eò processere impietatis, vt etiam alia quadam quam res ferat arbitrentur, aliósque ea docere contendant. Atque ea in capita ipsorum redundatura esse, valde persuasum habemus. Sed nunc satis erit, à Synodis eos & conuentibus arcere. Nam ferè cò productus scribendo sueram, ve in præsentia dicerem, quæ illi breui passuri sunt, nistà rabie ista discesserint. 1sti verò (quid enim non inferant mali? ) improbissimos quosque perinde atque mandatum haberent, aggregantes: hos inquam hæresium antesignanos in cleri album re ferunt, ordinem venerandum tam turpiter dehonestantes, non aliter atque eis concellum sit \* agere & ferre omnia. Enimuerò quis + mortalium omnium istos perferatiqui vrbes quidem impietate implent, exilium auté piaculis obtegunt? Vnű illud studio habentes, vt omnibus bonis perpetud sint infesti. Facessat importuna factio, & sanctis insidere thronis desinat. Nunctempus est, vt veritatis alumni in lucem prodeant, quique \* medij tales hominum mores fugientes dudum metu fese continuere. Istorum namque sapiéter instituta consilia in medium producta iam apparent. Sed nihil non quod aggressus fuerit perficiet, qui hosce ab impietate eximet. + Bonorum virorum fue rit, maiorum fide viuere, eamque vnam, vt dictum est, asserere, neque viterius quidquam anxiè nimis & curiose inuestigare. Quin & illos admonuerim, vt aliquando tandem ex barathro prorumpentes, animis mutatis, ad sententiam istam accedant, quã diuina præditi sapientia de Deo rité atque ordine episcopi tulere. Tantum scilicet paruo momento periculum fuit, vt inæqualitatem asserentium opi

CAPVT XXXVII.

Reui deinde quum Roma in Sirmiü

nio obtineret, nisi Imperator ipse episcoporum

opera & diligentia intercessisset.

Confianting Aria-Scopi Liberiti à professione e impossis

של עושקע ש

\* μίσοι 3σοι »

т**ё**г 100г iz - 33

φυγόντις φό-

BO ZETLIZOYτο αθλαι.

† Ardräv &. »

ישרשו לבין

**ร∤ร**เรเรลีย

17-6 HV 0D -

ørpiv. t sis to

> Constantius rediisset, Occidentalibus epilcopis precantibus, Liberius ex Berrœa reductus est. Atque ibi in presentia corum quos diximus, aliorumque plurimorum Orientalium episcoporum, Imperator suadere Liberio, vt filium non esse patri consubstantialem opinaretur, tentauit. Egit id quoque Basilius,& qui cum eo erant:eámque rem illi Imperatori, apud quem in magno etat precio, suggessere. Et afferentes, quæ vel de Paulo Samosateno, vel de Photino apud Sirmium constituta

fuerant omnia: & præterea formulam fideiAn-

tiochiz Encaniis in ecclesiz consecratione, ob D imissio consubstantialis causam editam allegantes, veluti contenderent quidam bæresim propriam per prætextum & occasionem cosubstantialis instituere, in sententiam suam adducere studuère Li berium,& Athanasium,& Alexandrum, & Seuerianum, & Crescentem, Africanos episcopos. No minus id quoque conabantur Vrsicius & Valens, & Germinius Sirmiensis episcopus,& qui preterea ex Oriente ibi aderant. Liberius autem aliam quoque seorsim fidei conscripsit professione, que omnes ab ecclesiæ communione arcebat, qui silium patri non secundum substantiam& per omnia xqualem dicerent. Id propterea fecit, quòd Eu doxius, & qui factionis eius fuere, non ita pridem Antiochiæ propter Aetij hæresim congregati, qum Hosij epistolam in manibus haberent, plurimum verborum fecerant, quibus Liberium per calumniam traduxerant : perinde atque to suesies consubstantiale repudiasset,& patri filium omnino inæqualem dixisset. Occidentales legati rebus ita bene gestis, assumpto secum Liberio Romam E reuerterunt, literas ab episcopis Sirmij congregatis ad Felicem Romanz tum ecclesiz præfectum, & ad clerum populúmque ecclesiæ eiusdem afferentes: quibus, vt pastorem suum libenter suscipe rent, admonebantur. Ambobus porrò & Felici & Liberio permissum est communiter sacra curare, & munus Apostolicum administrare. Qui quide concordes fuere, & quidquid medio tempore acciderat rerum aduersarum & tristium, per amnestiam & obliuionem aboleuere. Quòd namque admodum bonus vir esset Liberius, quódque pro recta ecclesiæ doctrina Imperatori constanter restitisset, multa pietate & benignitate populus Romanus in eum fuit: víque adeò certè, vt in eius eie Aione per seditionem eius causa motam res ad cz dem processerit. Sed paulo postFelix mortuus est, & solus Liberius episcopatu administrauit. Quod sic Deus rectè prouidit, ecclesiæ, ita vt decebat, rebus consulens: ne primaria Apostolorum sedes fædam illam & incommodam à duobus gubernata ducibus contraheret notam:quæ res ab eccle siæ constitutionibus perquàm est aliena, discor- F diamque ve plurimum conciliare solet. Hzcin Sirmio acta.

# CAPYT XXXVIII.



T pulchrè convenire tum Orientalibus cú Occidentanous ...

[û.Res verò aliter se habebat. Imperatoris enim metus id faciebate

Acrii & Eudoxij in vrbe Antiochena excitatas res

nouas, rurlum Nicee Synodu cogere placuit. Quu auté Basilius Ancyranus cotrà niteretur, quod primum ibi de fide disquisitű esfer, magis convenire, vt id Nicomediæ fieret,est visum. Et ex nationib. iam omnibus,qui vel à prudentia,vel ab eloquetia aliquid valerent, episcopi eò cotendebat. Quú terræmotus ingens exortus vrbem, & simul templű nuper admodum costructu, ex fundamentis ipsis cocussit atque deiecit, multosque pro eo atq; hoc vel illo quemque loco deprehendit, vel servanit, vel interemit. Cecropius quide Nicomediesis, &

Due code

Terrem Nicemedia

J. 11.23.

32....

Conflantin

† Bosporanii A K No tifiten fuiffe, Sozo.418.

Arfscins cladem bane Nicomedsen јет ртано-

Mors Arjacy oftime.

Precatio eio B des ante a All be item meds ante excidió Hipponis re gy oraffe dines Angefinus fertur. 6 Miracula enflem. ( Demoniacze quidam ense stricto N'icomedia हरा शिक्त विकास rebat, & boad confpetio eim diffugie bant. 1 bi ci Arfa cins occurrie, & lesum Christum no moranit.Ita cofestim daium pal smyt, sig mifer ille par gam, to ad fragem bond reduction. Sozem.lib. 4.cap.16. d Turametam incendiam fe dans Nie media emfequată. e Deliberatio de loco Sy uodi eelebrä -Concilia Se-

Formula fidei copofica.

lessa I fau-

totă coallă.

+ alius quidam episcopus, paruo momento periculum cuasere. Quæ res fama vbique vulgara, episcoporum aduentum prohibuit. Atque illa Nicaa quoque,& Constantinopolim, & Perinthum, aliasque Thracie ciuitates tali casu euersas esse promulgauerat. Dicum tum est, Arsacio cuidam, qui sub Licinio confessionem fidei obierat, milésque antea & leonum ferarúm que aliarum domitor & custos in Imperials comitatu fuerat, tum auté Nicomediæ in turri præalta pietati studens philosophabatur, cladem eam diuina visione reuelatam: camque ab eo, ex turri digresso, clero populóque prædictam esse. Sed tantum abest vt fides ei habita lit, vt derilus etiam fuerit, qui calum tam inexpectatum promulgarer. Illum autem rursum in lo cum suum conscendisse, supinumque in solo iacentem, Deum deprecatum fuisse. Vbi etiam in iplo cladis cius impetu, turri ipla immota & stabili permanente, orantis habitu martyr mortuus est repertus à multis, qui eò concurrerant, vt terræmotum ex loco superiore spectarent. 2 Orasse aurem eum, precatumque Deo esse ferunt, vt vita prius finiret, quam eam vrbis calamitatem videret,in qua Christum cognouisset, & ecclesiastica philosophia initiatus esset. b Multa is etiam supra vim & captum hominum fecit.dçmones namque eiecit, aliis quoque casibus assitictos homines resti tuit, & ad saniorem mentem multos reduxit. Et draconem siue alterius reptilium generis venenoiam teram viæ publicæ incubantem, & atflatu so. lo viatores necantem, oratione, ex latibulo vt ípo te sua prodiret, & per seipsam caput semel atque iterum terræ illideret, & sic tandem rumperetur, protraxit. Multi sanè mortales Nicomediæ ruinis ædificiorum interierunt, multi sibi fuga in solitudinem & agros consuluerunt. d Etenim incendij flamma è turnis & balneis officinisque artificum qui ad ignem opus faciunt coorta, & ruderibus decidentium culminum circumclusa, materiáque proxima & farmentis, vt fieri folet, ei admistis , tabulatisque resinam exsudantibus, & ad concipiédum propagandúmque ignem commodis aucta, tanta alimenti copia in partes omnes proferpens, C & ad seipsam reuertens, veluti vnum (vt ita dica) ardentem rogum vrbem ipsam effecerat. Quo incendio, quòd ex ædibus transitus non patêret, mul ti sunt consumpti. Et quonia Nicomediensis casus episcoporum conventum interturbauit, primum quidem Imperatori, vt Nicaæ rursum congregarentur, placuit. Bafilius autem de eo loco diu multumque deliberauit. Et sic in vibe Nicæna, populo ibi omni terræmotu conturbato, deliberatio hærebat. Porrò Marco Arethulio, Georgio Alexandrino, & Basilio Ancyrano, qui tum Sirmij cum Imperatore in negotio quisque suo agebant, Tarsus Ciliciz commoda visa. Vt verò & hæc aliis minus conuenire existimata est, tandem vt Seleu. ciæ in Isauria Synodus ageretur, constitutum. Atq; hoc sic decreto, quia ibi aderant Valens, Vrsicius, & Eudoxius, qui potissimű inequalitatis opinioni præibant, effecerunt illi, vt episcopi co loco congregati, formulæ fidei ex tempore copolitæ subscriberent. In qua formula substantiæ nomen infertum non erat. Adhæc in animis ipsi secum perpendêre, episcopos Seleuciæ coactos partim Ni-

cznam fidem, partim Antiochiz in templi dedi-

catione professionem editam complexutos, & per D zmulationem ardentius defensuros. Vtranque ve rò formulam substantiz nomen habere,& filium patri per omnia similem disertè promulgare. Ac fi in locum vnum episcopi convenirent, omnino cos Actij opinionem, quam ipsi laudantes studio omni stabilire conabantur, repudiaturos esse, illis minime dubium fuit. Quid ergo faciunt? Dolum instituunt, vt Occidentales quide Arimini, Orientales verò Seleuciæ congregarentur, vt eo facilius quod agebant perficeretur. Procliuius namq; putabant, paucis quam multis, quod vellent, persuadere. Et patribus ita segregatis, siquidem possent, vtramque etiam Synodum, dissidio in vtraque instituto: sin minus, alteram saltem in sententiam fuam se pertracturos esse considebant, illo prouiso, ve ne calculis omnium hæresis eorum damnaretur.Hæc agebant per eunuchum Eusebium, Im peratoriæ tum aulæ præfectum, Eudoxio quam maximè assentientem: & alios quosdam, qui magi stratus & honores gerentes,& gratia pollentes,ex sententia omnia perficiebant. A quibus persuasus E Constantius, perinde atque incommodum simul & reipub.propter graves impensas, & ipsis episco pis propter itineris magnitudinem esset, si in codé loco convenirent, Synodum divisit, cámque Arimini & Seleuciz celebrare iussit. Atque in literis suis constituit, vt primum controuersia de fide professione decideretur, deinde de aliis ecclesiailicis sanctionibus deliberatio fieret. Tum autem de eis qui per iniuriam exautorati, & in exiliú acti visi essent, in quibus etiam Cyrillus Hierosolymorū episcopus fuit, consultaretur: postea de eis quoque episcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Permulti enim accusabantur, & ab Aegyptiis maximè Georgius: quòd scilicet alienorum bonorum rapinis gauderet, & contumeliofis quibusdam ho minibus delectaretur.Postremò, vt pea decē dele-Aos legatos se de actis suis certiorem facerent.

Dolofum Arianila tium (ઇપિકેઇ, vs Orientales epifcepi Selencia, Qé cidentales Arimini d gregiatur. Eins deli canfa.

Enfebin co nuchus auta Imperatoria prefettm.

Constantine procession 5 y nodu prajeri

Crimina Georgy, episcopi.

### CAPT XXXIX.



Piscopi, sicuti Imperator iusterat, conuenêre: & primum quide Arimini Occidétales quadringenti, & aliquot præterea numero. Et qui gravitet in Athanasiú animati erat, minime omnium de eo quidqua conuenêre:& primûm quidē Ari. F

mouedum esse duxere, quod hoc sic commodius elle putarent. Cæterùm postquam de side, quomo do cam profiteri conueniret, quæstio proposita est, ibi Valens & Vrsicius, qui primum Arij opinionem defenderant, medio autem tempore libello supplici Iulio Romano antistiti dato, 🌠 🏎 evein consubstantiali assenserant, quemadmodum diximus, temporibus sese & rebus obtinentibus semper accommodantes, aliis alia sicuti fieri solet censentibus, dixere, priores fidei formulas abolendas esse: vnámque cam obtinere oportere, quæ non ita pridem Sirmij lingua Romana composita, ab ipso etiá Imperatore plurimi sieret. Debere quippe Synodum quoque de sententia illius professionem cam approbare, neq; vlterius qui 1quam curiofius indagare : vt eo modo omnis discordiæ occasio, verbis nihil ambigui habentibus, quæ subtili & accurata exploratione perpensa

Arimintili

V rsicins &

Lainž ij fi. dei formula Sirmij compositan de**4 ह**िमेश्र \* alva: triber-TO. HLTE THE areonies ber Bir Zzáv Sófar riel sid, # fivizees Adjoin 18 34. ANVEKÃO TLP-Opéas ávezivoites inf. odjav Alfrig,

Sanior A nemor pars episcoporum in Nicene Symbolo acquiefiis.

Patrum decretorum defenjio.

Nicena formulam propognantes. Arianifan tes 0×4mt0rast.

Condemnaticnu es cau Sam precipuano fuisse Socrat.scrisbit, quod Arianum doyma Arianifantes damnare no-Lucrint.libr. 2.cap.37. † araias. Latina Sirmiēsis connē- 23 tus fidei for- »

A essent, in formula insertis, præcideretur. \* Longè præstantius esse asserentes, cum rusticitate quada rectam de Deo tenere opinionem, quam ex Græcorum nugamentis nouis peritis verbis, quæ non intelligerentur inducere vocabula. Quibus illi dictis obscurè innuebant, seu potius propalam 36uessis consubstantialis verbum per calumniam re prehenderunt, veluti in facris literis non expreffum. Sub hæc verba charta prolata, legi eam postu larunt,in qua æqualem patri filium secundum scri pturas dicebant: mentionem verò substantiæ in Deo omnino fieri interdicebant, & pro eo æqualem per omnia filium patri reponi volebant. Hzc porrò formula illa erat, quam antea quidem pressam seruauerant, tum verò in lucem proferebant. Eam maxime probabant Germinius & Auxentius & Caius, & Demophilus. Ea lecta, plurimi nihil opus esse noua sidei formula eo tempore afsirmabant, contétos se esse professione Niczna. In presentia propterea in locum vnum conuenille; si quid nouatum esset, vt id inhiberetur. Et vtcunque ea quæ tum lecta essent, nihil haberent nouarum rerum: vt dicerent tamen eos qui scriptum id composuissent, atque vt illi ipsi Arij dogma, quip pe quod turbas voique in ecclesiis concitarit, anathemati primum subiicerent, petebant. V bi Valés & Germinius petitionem eam repudiarūt,illi formulas hæreticorum & item Nicænam in mediu proferre iussere, vt illæ quidem damnatæ reiiceretur, hæc verò autoritate denuò & suffragiis Synodi confirmaretur. Et vt de cætero neque disputatio de fide moueretur, neque Synodus peteretur, sanxerut. Sufficere enim quæ à maioribus dudum constituta essent: ea complecti posteros deberer & perquam absurdum este, nunc demum fidem conscribere eos, qui nuper admodum credere cœ pillent: & veterum traditionem abolere, per qua & ipsi & patres corum ecclesias gubernasient, ex quibus plures martyriis & obitæ confessionis coronis condecorati fuissent. Et ij quidem sic dica sententia, antiquitus decretis stare, nihilque nouu inducere constituerunt.illi autem, Valens scilicet, & reliqui, quos paulo antè nominauimus, contrà C nisi sunt. Summopere namque contenderunt, vt Synodus recens compositam Syrmij fidei formulam comprobaret. Tantum autem abest, vt patres id facerent, vt etiam Vrsicium, Valentem, eorúmque complices damnationis sententia exautorarint.Et Synodus professionem Nicenam amplius etiam contrmauit. Illi autem damnationem ægrèferentes, ad Imperatorem confugêre. Porrò Synodus ea non folum formulæ illorum præfationem, sed ipsam quoque formulam reprehendit. cuius verba erant. Composita est sides catholica in prælentia Domini nostri Constantij perpetui Augusti, consulatu clarissimorum virorum, Flauij Eusebij & Hypatij, Syrmij, ante xi. calen. Iun. Ac deinde. Credimus in vnum solum & verum Deu, patrem omnipotentem, creatorem & conditorem omnium. Et in vnum vnigenitum filium Dei ante omnia secula, & ante principium omne, & an te omne quod mente concipi intelligique potest tempus, & ante cossiderationem & cogitationem omnem, + sine perpessione siue affectione genitum ex Deo:per quem secula condita,& omnia fa cta sunt. Genitum verd vnigenitum, solum ex so-

lo patre, Deum ex Deo, equalem qui ipsum genuit D patri, lecudum scripturas: cuius generationem nemo nouit, præterquam solus qui eum genuit pater. Hunc iplum vnigenitum filium eius scimus « nutu paterno aduenisse cœlitus, ad abolitionem peccati. Et natum ex Maria virgine, & conuersatu cum discipulis,& omnem œconomiam siue admi 🐷 nistrationem exequutum, secudum paternam voluntatem:crucifixum, & paslum, & mortuu. Qui descendit ad inferos, arque res ibi constituit:ad cu ius conspectum infernalium portarum ianitores exhorruerunt. Qui etiam resurrexit tertia die, & cum discipulis conversatus est. Et diebus quadraginta expletis, receptus est in cœlum, & consedit ad dextram patris: venturus extrema die cum paterna gloria, & redditurus vnicuique secundum opera sua. Et in spiritum sanctum, quem ipse vnigenitus filius Dei Iesus Christus se missurum pollicitus est generi hominum, paracletum siue conso latorem, pro eo atque scriptum est: Vado ad patré meum, & Rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet vobis, spiritum veritatis: ille de meo E accipiet, & docebit atque admonebit vos omnia. Et circa finem hoc etiam addidere. Nomen essentiæ per simplicitatem à patribus positum, non intellectum verò à populis,scandalo & offendiculo est. Et quoniam scripture id quoque non habent, placitum est id tollere, & deinceps nullam omnino essentia in Deo facere mentionem, propterea quod diuinæ scripturę patris & filij substátię pror lus non meminere. Acqualem autem filium patri per omnia dicimus, sicuti sacræ scripturæ & dicút & docent. Ridiculum porrò episcopis visum est, Imperatorem quidem perpetuum seu zternű nominare, filium autem Dei sempiternű vocare nolle : certúmque tempus editæ fidei formulæ præfigere, manifesta quoque calumnia ea iudicata est aduersus maiorum fidem. Maximè verò eá Athanasius criminatus est, vt alicubi ad suos scribens ostendit. Et inseruissem hic confutatoriam + eius epistolam,nisi orationis prolixitatem fugiens,studiosis eam inquirendam, atque ex ca rem omnem cognoscendam, relinquerem . Damnati illi, sicuti dixi, formulam secum ferences, ad Imperatorem F confugêre. Concilium verò decem ad eum legatis episcopis, literis quoque rem acta declarauit, quæ in hanc formam Icripræ fuerant.

> CAPTT XL.



T Dei iustu, & pietatistuz mandato, quæ antiquitùs constituta sunt, credimus. Ariminum namque ex omnibus Occidentis vrbibus episcopi comnes in locum eundem conueni-

mus, vt simul & fides Ecclesiæ carholicæ cognosceretur, & qui aliter sentiunt manifesti fierent. Atque vbi rem omnem diu multúmque confiderauimus, faciendum esse comperimus, ve que sides antiquitùs obtinet, & quam Prophete & Euagelia & Apostoli per Dominum nostrum Iesum Christum imperij tui custodem, valetudinisque etiam tutorem, promulgatunt, eam à maioribus acceptă seruemus,& seruatam ad finé vsque custodiamus. Et absurdum nefariumque esse putauimus, quæ

rk letter of KOVO MÁSEV TE

≈ beia SubAZa tia & effen-Arianifan tes serbi « Substantia ex Symbole e tollunt. Quemodo formulă ifiă Sirmiensco Patres cathe lici acceperist. † Epistola istem pars ad finem To

adiæta.

Litera Syne

menfu catho.

lica ad Impe

ratorem Com

Supplicatio

Stituendis

File Nicema propheti – ca magelica, ल क्टीबी-करीः

Excel Veficy & A rectè & legitime à patribus constituta, & Nicaz communiter vnà cum gloriosissimo parente tuo imperatore Costantino deliberata sunt, ex eis mu tare quidquam: quorum doctrina & sententia ad omnes omnium hominum aures & animos vulgata peruenit, quæ vnà Arij bæresim expugnauit atque extinxit : per quam non solum ea ipsa, sed & reliquæ hæreles sunt euersæ: cui omnino vel addere quidquam non tutum, vel adimere etiam periculosum est. Atque si alterutrum in ea siat, licentia aduersariis detur, vt quod libeat, facere cis liceat. Proinde Vrsicius atque Valés, quòdiamdudum suffragatores & participes Ariani dogmatis fuerint, à communione nostra exclusi sunt. Ad quam tamen admissi sunt, posteaqua se errasse co gnouerunt: atque vt ad pænitentiam admitteren tur, & noxæ gratiam consequerentur, orauerunt: a id quod scriptum coru attestatur. Quapropter vt in gratiam reciperentur, & venia eis delictoru daretur, obtinuerunt. Factum id eo tempore, quum Mediolani Synodus est coacta, presbyteris quoq; Romanæ ecclesiæ presentibus. Norunt illi, eŭ qui etiam post obitum memoria dignus est, Constan tinum, omni adhibita exquisitiore cura & diligen tiore inuestigatione, fidei professionem, quæ edita est, publicasse. Posteaquam autem baptizatus il le,inter homines esse desijt,&ad debita sibi quietem traslatus est, ineptum esse sciunt, nouæ quidquam rei inuehere, & tot sanctos patres cofesso-

Valens post ab Onthodead Aria-अधिकार संस्थित

res & martyres dogmatis ipsius autores atque in-" uentores despicere : qui quidem patres,iuxta vete rem ecclesia catholica sanctionem, omnes in eadem sententia perseuerarunt:corúmque etiam fidem Deus ad imperij tui tempora transmist, per Dominum nostrum lesum Christum:cuius beneficio imperium obtines, rerúmque in orbe etia no « stro potiris . At rursus milerandi & erumnosi illi " impia mente nefarióq; aufu, precones feipfos impiæ opinionis renunciarunt, & veritatis constitutionem euertere conati funt.Postquam enim iuxta mandatum tuum, Synodi concilium coactum est, seductionis fraudisque suz illi consilium dete « xerunt. Contenderunt nanque versutia quadam C tumultuose sesse ingerentes, nouare quiddam, vbi sodalitatis impietatisque eiusdem suz compettos homines invenillent, Germinium, Auxentium, & Caium, dissidij & seditionis autores: quorum inconstás doctrina blasphemiarum omnium aceruum impietate sua longé excedit. Vbi verò ani-- maduettere nos non eiusdem hæresis esse, neque prauis opinionibus corum assentiri, in consilium se nostrum insinuarăt, perinde atque aliud quid- quam decreturi. Perbreue autem intercessit tempus, quod corum sententias in lucem coarguens protulit. Verum enimuerò ne res ecclesiæ semper - codé affligeretur casu, turbaque & tumultus pro-🖛 uolutus omnes comprehenderet, tutissimum vi-que inuiolata seruarentur: atque illi quos diximus, à commercio communionéque nostra segrega-« rentur. Quam ob causam Oratores nostros ad hu manitatem tuam milimus, qui eidem confilij noftri sententiam per scriptum quoque indicent atque declarent. Quibus illud quoq; præcipuè man dauimus, vt ex antiquis legitimisque decretis, ve-« ritatis fidem faciant, eamque confirment. Decla-

rabunt illi etiam sanctitati tuz, minimè futuram, D sicuti Vrsicius & Valens dixere', pacem, si quid » in legitimis constitutionibus immutatum fuerit. » Quomodo nany, pacem seruent, qui pace ipsam » tollunt? Quin contentio potius & turba per cœ- » pta eiusmodi quum alibi, tum in Romana eccle- » sia exorietur. ltaque humanitati tuz supplicamus, » vt sereno vultu respicias, benignisq; auribus ora- » tores nostros audias, neq; cum defunctorum iniu » ria nouare quidqua & mutare permittas: sed nos ... in iis quæ à maioribus nostris definita legitiméq; » constituta sunt conquiescere sinas:quos profecto » solerter & prudenter omnia spiritus sancti afflatu » egisse dixerimus. Que verò nunc ab istis nouatur, » fidelibus quidem incredulitatem, infidelibus auté ... ferocitatem afferut. Supplicamus præterea, vt epi " scopos qui in longinquis alienisq; regionibus de- so gunt, & vel ætatis grādioris imbecillitate, vel pau- " pertatis grauioris difficultate premuntur, cum bo " na venia redire ad suos iubeas, ne ecclesiæ, episco- " pis corum ab eis disiun &is, diutius in tali solitudine permaneant. Ad hęc insuper omnia, illud quo- E que te oramus, vt ne quid adimatur, néve addatur » ad ea quæ prius extant, quidquam : sed vt omnia » ıntacta integraque permaneant, sicuti à patris tui » pietate ad hoc víque tempus sunt conseruata. Ac » ne deinceps nos itineris labore affligi, arque alie. » nos longéque dissitos à parœciis nostris esse per- » mittas: sed vt episcopi potius cum populo suo in » pace sacris epulis & rebus dininis vacare possint, » pro tua salute, imperio, & pace orantes, quam tibi » diuinum numen largiri dignetur prolixam. Lega- » ti verò nostri, & subscriptiones & nomina episcoporu fecum ferunt: quiquidem etia ex ipsis sacris li " tetis, de sententia nostra certiorem facient tuam ... pietatem. Hæc episcopi Arimini cogregati, ad imperatorem scriplere.

CAPYT X LI.

Ed Valés & Vrsicius legatos pre uenerűt,& imperatori rem omnem atbitratu fuo exposuerunt: scriptóque quod legerant osten F niole prosciderunt, vt quæ for-

mulam nó receperit, cui conscribendæ ipse affuisfet. Atque ille Synodo succensus, oratores, quibus diuturna mora in aula molesta erat, dié de die dif fundens, differebat : contrà autem, quos illi damnauerant, in precio habebat. Et vix tandem excufans se, scripsit, quòd necessitate vrgente, vt contra hostes itet, per expeditionem eam legatos facile videre non potuerit : Adrianopoli auté redeun rem se expectate illos iusserit, vt ibi ab extremis tumultibus liber, per ocium & legationem audiret,& quæ opus essent constituerer. Addidit & illud, de rebus diuinis deliberare volentem, negotiis aliisvacuum, animumque sincerum atq; quietum obtinere debere. Ad quæ Synodus rescripsit, nihil se aliud omnino quam decretum esset, etiass quidquam præterea statueretur,facturam. Et non modo scripsit, sed id quoque dicere legatos iussit. Insuper eidem supplicauit, vt placide oratoribus receptis,& quæ dicturi essent benigné acciperet, & quæ ipli scripsissent diligeter cognosceret.Du-

Oratores Sy nodi V rfici**ns** & V alens Const intime erga oratores ees parum be nignu.

Suma resposi Constancy ad Synodii Scripso,

Aliarii liso rarum Syne di ad Coft an tinum fenten

CALLISTI

A rum etiam quodammodo esse significarunt, ipso

Que deinde plures Occideutales episcopi vieu d Litis Symbole Sumieji sub feripferin', epinio doplex.

Synodes Sol-

Synodus Ni ca i Thracia ab Ariania coacta.

🛡 sioisµa.

imperante tot ecclesias tato tempore viuis adhuc episcopis orbari. Opúsque esse, si ipsi quoque videretur, prius eos ad eccicliam quemque luam re dire, quam hyems cos opprimeret. Hæc atque alia hisce similia, ita vti supplices episcopos decebat quú oratione ad persuadedu apposita per epistola grauem & tersam ad eum scripsissent, atque iple celeriter eis nihil respondisset, satis diu adhuc ibi morati, deinde ad sedes suas sunt reuers. Atq, & episcopi quide Arimini congregati Nicænam cofirmaueriut fidem, satis iam constat. Quòd verò postea multi formulæ ab Vrsicio & Valete ex Sirmio allatæ subscripscrint,id quoq, declarabimus. Gua de re duplex fertur opinio. Harum altera est: imperatorem occasione arrepta à Synodo, quasi non sua volutate soluta, Valenti eiusque sectatoribus facultatem permisisse, vt quas vellent in Oc cidente ecclesias administrarent, omnibusq; leca ab eis fidem traderent: & quicunque subscribere illi nollent, sedibus suis deiicerent, atque alios factionis suz illis surrogarent. Qua potestate accepta, illos vi omnes, vt quá diximus formulam cóprobarét, adortos esse: & qui id facere noluissent, quamprimum ecclesiis expulisse.Primumque Liberium, quòd dicto audiens non fuillet, vi exactu esse. Quidam sanè secundam hanc proscriptioné cius fuisse dicut: alij autem primă, quum ea etiam que suprà de Felice diximus, acta sunt. Atque illos rebus ita per Italiam gestis, eadem per Orientem quoque facere constituisse. Et per Thraciam euntes, vbi in oppidum quoddam regionis cius nomi ne Nica peruenissent, couentum coegisse: sidéma; Arimini à se lectam, ex Latina in Græcam lingua conversam stabilire conatos esse : atque publicè sermonibus sparsisse, formulam eam Nicæ à Synodo vniuersali ritè atque ordine zditam confirmatamque esse: vt videlicet nominum vicinitate per fraudem simpliciores scriptum id, perinde atque Nicæ in Bithynia compositű eslet, accipientes, decipere possent. Verum calliditatem \* cauil . lationemq; eam deprehensam, in risum atque ludibrium abiisse. Atque hoc sic nonulli tradidere. C Altera autem opinio fuit. Quum episcopi Arimini congregati, quòd imperator responsum differrer, quodque illis redire ad sua non licerer, macerarentur: qui alteri sententiæ addicti erant, subor narunt quosdam qui dicerent, non conuenire, p quidam vnum substantie verbum tantopere propugnarent, vt propterea omnes vbique epilcopi per seditionem dissideant. Licere æqualem patri filium dicere, & vniuersalem orbis contentionem sopire. Episcopos Orientales, nisi substantiz nomen tolleretur, conquieturos nó esse. Hæc quú ab eius sententiæ studiosis cum versuta quada gra nitate & vi dicta essent, ægrè tandem Synodu adductam esse,vt V rsicij & V alétis formulæ subscri bendu putaret. Veritos quippe artifices doli istius esse, ne legati apud imperatorem Occidentalium episcoporu constantem quam inde ab initio præstitissent alacritatem, & f ouessie consubstantialis tollendi causam exponerent. Quare illud cos inuenisse consilium, vt Oratores in Oppido Thraciæ quod dictum est Nica distinerentur, per cause eiusmodi obtentum, propter hyemis asperitatem & itinerum difficultate, iumenta progredi & viz

laborem ferre non posse. Atque in ea interim mo D ra constituisse, tidem ab ipsis compositam ex Lati no in Græcum sermonem translatam ad Orienta les mittere episcopos . Sic nanque fore, quum illi ad sentétiam corum inclinati essent, vt quod ageretur perficerent.Fallaciam verò talem nó deprehésum iri ab eis, qui rem hác consideraturi essent, conventum videlicet Ariminensem invitum ab consubstantialis verbo recessisse: vtpote ab Orientalibus episcopis, qui dictionem cam prorsus reiecissent, coactum. Quod quidem reipsa falsum erat. Ferè enim omnes in Oriéte, paucis exce ptis, substantia patri zqualem filium sunt opinati. Et controuessa in eo tantú erat, quòd partim quidem suevener consubstantialem, partim auté que ewier zquilubstantialem filiu dicerent. Et hzc quidem in Occidentis partibus acta.

#### CAPYT XLII.

mo, sempérq; nouis studebant rebus. Proinde Aca

cius Cæsariensis, & Patrophilus Scythopolitanus,

Maximo xeautorato, Cyrillo Hierosolymitanæ



N Oriente verò, priusquam Synodus Seleuciæ coiret, non minores E erant turbæ. Arianæenim hæresis propugnatores ingenti confidentia ex imperiali inclinatione concepta, effrenato atg; impotenti erant ani-

ecclesiæ curam commisere. Et Macedonius Constantinopolim, vicinasque ei præfecturas & vibes milcens turbabat : epilcopos eis quos rebus suis idoneos esse sciebat, designans.nam Eleusio Cyzicenam attribuit ecclesiam, qui antehac loco splen dido in imperiali aula stipendia fecerat. Marathonium autem Nicomediæ sacrorū antistitem creauit, qui ecclesie ipsius diaconus quum fuisset, egre gium se præstitisse virum dicitur, indigentium ho minum domiciliis, virorumg; & mulierum scholis extruendis atque curandis.Et quum amborum iltorum vita probaretur,affligendis tamen eis qui နေမေးများမှာ confubstantialem patri filium profiterentur,nimium erant industrij: veruntamen ea in re Macedonio dissimiles. Is etenim non modò cru F deliter eos persequebatur, qui communionem Macedo cius vitarent: sed in vincula quoque coniiciebat inuitos,& iudicibus tradebat. A comunione eius abhotretes, ad eam vi intentata cogebat multófq; religione præclaros pulsabat,& fuste ora eorū diducens, vel inuitis sacra mysteria ingerebat. Qui quidé ingens vilus est esse cruciatus, torméta alia longe superans. Ad eundem modum & mulieres atque pueros, qui de rebus sacris nondum instiruti essent aut baptisati, arripiés, ad percipiédas sanctiores epulas adigebat. Quod si quis renuerer, aut responsaret, eum plagæ, flagra, vincula, carcer, &

quæ iis conuenientia sunt, consequebantur. Cæte

rùm vnius atque alterius exempli eius mentione

facta, satis omnino erit, quanta Macedonij feritas,

corumç; qui cum co viguere crudelitas fuerit &

inhumanitas, ostendere. Quarundam enim for

minarum quæ eius auersabantur communionem

mammas arcis & cistis compressas auulsit. Erant

quibus easdem corporis partes nunc ouis ad sum-

mum igne tostis, nunc ferro cădenti adureret. Insolitum sanè id, exoticum; supplicium, ab eis qui

Turbe este-Jarii Oraș taliam. Cyrillus ofs Hierofolymitanu.

ElensimCy. Marab Nicomedica

Conft antine acer perfo-Horreda sa wili4 cies cu empla in er-thedoxes edita\_

a or:bodoxis ÷ i po od c to pe pariter profi-

Heren dil sõpla ficets es catholicerii, Macedonia ef demolis. makan 💇 DERIG 74fluate, & per franticatione rejinatione es कु referrectio ni defignat, B in ritang; fa ni parté lem plo is appella tionita commait. Socrat. Fi os redecimã mbu Cöftan timeralstana ालुम्बरक वृक् feribis. Catholicario & Novalia m tëpo-

THE THEFT Zilles figh ele, Nuqb. Tissapa, des. 1 µòe, Socrat. TISOPE TApueza, Seze. Ti Trapil piès SPETIMITES, Saides. In su perfew No tiani Paphlagmes vi vi repolletes, Macedonia nă mașii ma lè accipiane. Marodo mel terä erii wire... 18,4g dið Crostantij odiš aze je a I di è loca

teras preferens, quæ domos precatorias vi iminim consubstantiale profitentiu statim euertere iubebant. Ex qua caussa etiam Nouatianoru ecclesiá, quæ in vico 👼 च्याबहु ७ है, hoc est ciconiæ erat, est demolitus, quòd cos quoque 🚧 🚧 confubstantiali assentiri sciret. Quo tempore illi egregium strenuz manus opus edidere, forsitan eos vr eiusdem sententiæ assertores adiuuantibus 👼 🕹 μονεί 🕏 consubstantialis professoribus. Ecclesia enim illa ab eis quibus hoc comissum fuerat, euersa: illi coacta manu vniuersi cu coningibus & liberis, quod opus erat & conueniebat, pro se quisque afferentes, supra modum laborarunt: & breui temporis. momento, in loco cui nomen est surai, hoc est + fi ci, eregione vrbi euestigiò aliam condidere ecclesiam, camque avasasiar, id est vastitiem sine resurrectionem vocauere, ex euentu ipso nomen id ei imponentes. Quam deinceps rursum Iuliano imperante atque permittente, in priorem locum ma teria ex ficis deportata transtulerunt, opere vtroq; incredibili celeritate perfecto. Hæc quum à Mace donio ita gererentur, Nouatiani ferè & catholice Ecclesia 70 640066104 consubstantiale profitentes, co iuncti atque vniti funt, eandem obtinentes sentétiam, atque eisdem exagitati malis. Pacem naque inter se agebant, conveniebant, orationés, & alia comunicabant nullo ab Arianis qui ecclesias omnes occupauerant, catholicis relicto téplo. Ita con fuetudinis assiduitate,& rerum aduerlaru æquabi litate, frustra illi esse, si inter se dissiderent, existimantes, ad mutuam comunionem erant propensi. Et perfecta res fuisser, nisi multitudinis alacrita tem parua quædam inuidia intercedens impediuisser: multis morem rursum vetustum retinendum, atque communionem imperfectă auersandam esse dicentibus. Eisdem portò modis Cyzici Eleusius Nouatianos affligebat:templum enim eorum ibi prorsus sustulit. Idem qui Mantinij habitabant,&alij quoque in Paphlagonia Nouatiani patiebantur. Quos eiicere Macedoniani quum non possent, imperatoris opem implorarunt, qui eis † quatuor millia armatorum attribut iussitifo re ratus, vt illi in solito armorum metu cederent atque vincerentur. Verùm res aliter cecidit.Popu lus enim falcibus & clauis & securibus, alissque at mis vt sots ferebat, correptis, cum militari manu pro se quisque congressi sunt. Et prælio virinque commisso, multi quidem etiá ex Paphlagonibus; milites autem ferè omnes conciderüt. Quamobrem à multis, popularibus etiam suis, Macedonius est reprehensus. Alienauit quoque ab eo beneuolentiæ ardorem imperator, neg; adeò bene posthac erga eum animatus fuit: vrpote qui tot fuisset cædium autor. Et quum aliud etiam quidda acci disset, Imperatoris erga eum odium magis est aucum. Templam in quo vrna & corpus Constatini situm erat, roinam minabatur. Atque vbi custo

dibus eius & sacerdotibus ea de causa non mini-

mus incessisset metus, \* Macedonius imperato-

ris ossa in alium transferre locu volebat. Ea re cos

gnita, multitudo tumultuari cœpir, nefas elle vo-

ciferans, a magnum imperatorem ita transferret

A Christum professi sunt inuentum, quod ea quæ

olim Græcorú tyranni magno studio & ambitio-

ne excogitarut, longè post se relinquir. Quin mul

tas quoque ecclesias solo æquauit, Imperatoris li-

quòd ca res nihil à sepulchri violatione differret. D Cum quibus verbis etiam concordabant dogmatis Nicæni professores, contumeliam imperatoris translationem eam esse putantes. Ad id accessit, quòd de industria Macedonio aduersarentur. Ille autem verbis eiusmodi cotemptis, corpus in tem plum transfert, vbi etiam cadauer b Acacij marty ris est sepultum. Quod auum fieret, ingens est po puli inter le dissidentis facta concurlatio. Atque his fa&um laudantibus,illis autem reprehendentibus, primum quidem iniuria arcentes se tueban tur: deinde verò alteri in alteros conuersi, eò vzcordiz processerunt, vt & cam ipsam zdem sacrá, & proximum in circuitu locum, sanguine & czdibus compleuerint. Imperator auté in Occidente adhuc degens, vbi quid de parerno sepulchro a-&um esset intellexit, graui id tulit animo. & Macedonio, iniuria ab eo affectum esse parrem, qui il lum præter voluntatem suam transferre ausus fue rit: ipsum quoq; cædis tante multitudinis causam esse, denunciauit. Et postea ex Occidente ad partes Orientales transiit. Et Iulianum patruelem fratré E tum Cæsarem factum, vt provinciis Occidentalibus præsidio esset, in Galliam misit.

Juo dini Con stantini ossa in teplamalund träsfert .

b Acaim mariyr. Potalitamaitus ž trāf latione es ex ori su.

far in Gallid pi**∬w.** 

### CAPPT XLIII.



Æterúm vt Macedonius throno fuo sit deturbatus, multorúmq; malorum exiguá eam lucrit pœ-nam, paulo pòst dicam. Nunc ad Synodum Seleuciæ celebratam transeo, quam Constantius pro-

pter viæ ditticultatem Ariminensis æmulam in Oriente agi præcepit. Seleuciæ apud Isauros centum & sexaginta episcopi couenere. Cum quibus Leonas fuir, qui dudu apud imperatorem præclarum in aula obtinebat locum. Sub eo fidei disquisitionem literis Costantius fieri iusserat. Affuit ibi quoque Lauricius, gentis cius dux, mádato ab imperatore accepto, vt si qua in re opus esset, & illi & episcopis adesser. Vbi in vnum locum conuene re,celerésque notarij affuere, quæcuq; ibi dicerétur scriptis excepturi:in primo consessu multi ab-F esse coperti sunt : in primis Costantinopolitanus Macedonius, Basilius Ancyranus, & Scythopolita nus Patrophilus. Hic quide ægrum se esse, ille autem ex oculis laborare, atque alius aliud quidqua prætexens: reipla verò, quòd accusatorum metuerent ora, conventum vitantes. Postquam auté propter istorum absentiam, Synodus rerum controuersaru dispositionem instituere detrectauit: Leonas sic quoque vnumquemque, quod sibi visum esser, in quæstionem producere jussit. Ita alij primum doctrinam costituendam, alij in eorum vitam qui inter iplos rei agebantur inquirendum esse consuerunt : atque id propter Cyrillum Hierosolymitanum, & Eustathium Sebastiensem, atque alios protuletunt. Cui rei causam etiam impe ratoris literæ, nunc de fide primùm, nunc de moribus inquirere iubétes, præbuere. Proinde in ver borum contentionem delapfi, alteri alteros malé accepère: & rixandi studio in duas discessere partes. quatum alteri Acacius Cufarienfis prailt, & Georgius Alexandrinus, & Vranius Tyrius, & Eudoxius Antiocheaus, habeates focum alios trigin

Alta Syno selebrasa.

I fauria dun

∫•∬w.

Disceptatio .

di fattiones.

Cotontio defi dei formula.

Autiocheuum fidei Symbolum Secundus conf:∫ius.

\* The lo dest spripe Algore spripe and from the logical state the

Terties con-

† Confolte enim id calabat, Acacij
partibus fomens. Sozomo.
lib. 4. ca. 21.
Surreptitie i
Cocilio nona
fidei formula Acacij Ca
farienfis reci-

A 12 & duos: alteri autem Georgius Laodiceæ in Sy ria, Sophronius Pompeiopolis in Paphlagonia, & Eleusius Cyzici episcopus, quos reliquus Synodi cœtus sequutus est. Vicit tamen corum sententia, qui primum de fide disputandum censuerut. Huc vbi ventum, Acacius formulam fidei Nicaz editam abrogandam, aliamque nouam premulganda esse censuit. Altera autem factio, quæ etiam nume so superior erat, Nicanam formula complectendam comprobandamq; esse dixit, vt modò vnom ซึ่ง ผูงชย์ง consubstantialisverbu induceretur. Con rentio hæc ad vesperam vsque extracta est, donec Sylvanus Tarlenfis ecclesiæ antistes, voce magna, Non opus esse exclamauit, aliam fidei scripturam componere: sufficere enim quæ Antiochiæ prius accurate & subtiliter dictata esser, eam ipsam retinendam esle. Quibus verbis commotus Acacius, cum factionis sue popularibus ex conuentu abiit. Qui verò ibi remantere, Antiochenam fidei profelsionem tum in consilio recitati iusierunt. Et sic consessus solutus est. Postridie autem templum B diux Thecle ingressi, foribus clausis, sentetus suis qua lecta fuerat comprobatunt, seorsimque subscriptionibus confirmarunt. Quidam etiam mandatu ab aliis absentibus habentes, lectores & diaconi, autorum suorum nomine eis subscripserfit. Quod factum Acacius reprehendit: \* que occul rò gererentur, minus laudanda esse, atque à sinistra suspicione non abesse, dicens. Conabatur autem nouam inferre fidem: quam etiam, sicuti ipsi vilum fuerat,à le compolitam, priuatim principibus viris Leonæ & Lauricio legit, & obtinere maximè contendit. Hec in secundo congressu acta. Tertio portò die,iam etiam qui abfuerant prællò erant, Macedonius Constantinoplitanus, & Basilius Ancyranus. Cæterùm Acacius cum factione sua in conventum se véturum negavit, nisi qui ab iplis & antea exautorati, & tum acculati ellent, co sellu exigerentur. Et multa inde coorta rixa, placitum est tandem, vt illi secederent. quod etiam est factum.Illi enim cessere. Statuerut hoc sic patres, Acacium caufam Synodi foluendæ fingere rati,vt fimul & Aetij hærelis prælenti disquisitioni eximeretur, & qui rei agebatur iudicium effugerente ipíique adeò Acaciani, de quibus arguebantur cri minibus, causam non dicerent. Atque vbi illis digressis, Acacius cum suis introiit, Leonas libellu quem fibi ab Acacio & popularibus eius datum, non fidei + formula continere dicebat, exhibuit. Simul enim is & clam & palam eos qui in Synodo aderant oppugnabat, nec minus libellus apertè & clandestinè lectores infestabat. Illis igitur tacentibus, & considentibus, quod minime fidei formulam esse in scripto eo putarent: Acacij tum fidei professio est publicata, cum præfatione ad hunc concepta modam. Nos qui Seleucie Ifaurorum imperatoris iussu hesterno die (qui dies erat ante V. Cal. Octob.) convenimus, omni studio, in hoc incubuimus, debitam moderatione omnem adhibentes, vt pacem Ecclesiæ conservaremus, & « de side graviter & constanter, sieuti Dei amantis-

. simus imperator notter Cottantius præcepit, juxi

ta prophericas & Evangelicas voces tractatemus,

& nihil præter scripturam in Eoclesiasticam sidei

. professionem inseremus. Quoniam verò in Sy-

a do nonnulli quoldam ex nostris iniunis affecere,

quibusdam ora, non permittentes eos sententiam D dicere, obstruxere, alios exclusere inuitos: atque " eos, quibus dignitas adempta est ex variis prouin- " ciis, vel qui cotra canones in ordinem ecclesiasticum cooptati funt, secum adduxere, ita vt ex om- " ni parte conuentus turbis repletus sit : quéadmodum id clarissimi viri, Leonas Comes, & Laurici , provinciæ huius præfectus, oculis ipli suis conspe ... xere.propterea profitemur, nos non defugere autoritatem fidei, quæ Antiochiæ encæniis ipsis pu- 🕳 blicata est, quam etiam proferimus. Et quanuis pa " tres nostri tum quæstionis in præsentia propositæ 💂 gratia conuenerint, quandoquidem multos voi ves ... overey consubstantiale,& To smootverey aquisubstan- 💂 tiale præteritis temporibus, atque adeò núc quo- " que perturbauit,& nuper admodm quida per res ... nouas inequalem esse patri filium promulgarunt: ea ipla de causa & 20 sussission consubstantiale, & , าง อันเทองตัดเอน æquisubstantiale, vt voces à scripturis alienas, reiicimus. ἀνόμων, hoc est, inæquale autem 🦼 anathemati subiicimus: & omnes qui hoc opinātur, alienos ab ecclesia esse censemus. Aqualitaté E verò filij ad patrem difertè profitemur, de Aposto 🗩 li sententia, qui de filio dicit: Qui est imago Dei " inuisibilis. Profitemur porrò, & credimus in vnu " Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & " terræ, visibilium & inuisibilium. Credimus verò etiam in Dominum nostrum Iesum Christum, filium eius, ex eo genitum citra perpessionem omnem ante omnia secula, Deum verbű ex Deo, vni- 💂 genitum, lumen, vitam, veritatem, sapientiam:per " quem omnia facta sunt, quæque in cœlis, quæque " in terra, siue visibilia, siue inuisibilia . Hunc credidimus in columnatione (eculoru, ad abolitione peccati carnem sumplisse ex sanctavirgine Maria, & hominem factum,pallum pro peccatis nostris. " Qui & resurrexit, & receptus est in colos, vt sedeat in dextra patris, venturus rutsum in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Credimus auté & 🚆 in spiritum sanctum, quem Paracletum nominauit,& missurum se post abitionem suam Apostolis promisit, sicuti & misit Saluator & Dominus noster: per quem & sanctificat in Ecclesia creden tes,& baptisatos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui verò præter hác fidem aliud quidquam prædicat, eos ab Ecclesia catholica esse alienos.Hæc est Acacij formula. Cui etiam populares eius triginta duo illi subscripsere. Ad qua Sophro nius Paphlago Pópeiopolitanus episcopus apertè hæc verba dixisse fertur : + Si quotidie voluntaté luam exponere, fidei formula edere est, destituet nos veritatis iplius certitudo. Sophronius quidé hoc tum sic voce magna dixit. Egò verò censuerim, si & qui ante eos fuere, & qui eos sunt sequuti, kidem de Niczna fidei professione cogitalient atque egissent, sincerum-Ecclesiæ dogma conservaturos,& deliramenta omnia longe à facris mœ nibus abfutura fuille. Ac sum quidem quum alteti alteros accusantes, plurima & dixissent & audissent, consessus est solutus. Quarto cogressu multa futiliter nugati sunt. Et Acacius nihil obstare, quin alia fides edergur, contendedat, quando quidem semel Nicana formula mutata esset. Semel autem? imò Expius etiam. Ad que Eleulius Cyzicenus: Hæc Synodus, dixit, coaca est, non vi addifeat dum blink nonit, nedne at bropatiocem inne-

golodosy † Page Bolodosy oce Bolodosy B

Sophronij P**8** peopolicani polshrè diti**8** 

Socrat.lib.2

† (1 % loting ledsing dipt. Pag levide... Dai Bobhiere letede less letedes, less... Ad ff dipäg å vis åknoding årelbta.

Quarta feßsu.

÷, • ; •

. 4 . 14

calle :

Refutatio co rii acuta,qui icum ocu lauspgunt, er patri denua abo.es.

Impofitio

+ 200 7kg كالعلا لتورثة sign week Tër telësi 6

. Cefarier

A niat fidem, quam ea est quæ à patribus Antiochiæ est promulgata. Nam, in eius finibus assensu conquiescés, quauis aliud quidquam ab ea edatur, no tamen vnquam illam relinquet. Cui ego obuians dixerim: Quomodo tandem, Eleusi pessime, qui Antiochiæ congregati fuere,patres vocas? Multo enim magis patres te nominare eos conueniebar, qui Nicæ conuenientes, vna voce 70 due office con substantiale promulgarunt: quum quòd tempore sunt verustiores, tum quòd qui Antiochiæ coacti funt, ab illis sacrorum munerum functionem acceperunt. Quod si isti patres suos reprobarut, par ricidas potius quam patres eos dicas. Quis itaque tales viros sequatur? Et illoru fides si reproba est, nec electio sine ordinatio eorum prorsus non po test in dubiumvocari. Nanque si ante istos illi spiritum sanctum non habuere, qui per impositioné manuum maxime venit, neque isti omnino inter episcopos & sacerdotes censendi. + Quomodo enim dignitatem talem ab eisaccipere potuerunt, qui illam nunquam habuerint? Hisce verbis quisquam contra Eleusium venire potuisset. Porrò disputatione progrediente, ad quæstionem alia peruenere. Et quoniam in formula æqualem dixerat patri filiu, Acacij factio interrogata est, quanam re æqualem patri filium profiterentur? Atque illa, voluntate sola, non autem substantia æqualem di cente: alij omnes, etiam substătia æqualem dicen dum esse confirmabant. Qua de re toto eo die ma xima fuit contentio. Conuicerunt quoque ipsum Acacium, quòd sibi ipsi proptervatiam scriptione in libris suis quos edidisset, non constaret, in quibus prius æqualem per omnia patri filium dixerit, idémque cum ipsis senserit : nunc verò tandem substantia æqualem esse negaret. Ad quæ ille,neque ex recentioribus,neque ex antiquis quéquam ad scriptorum suorum rationem reddenda obstrictum esse, respondit. Cotentione inde ma ximè gliscente, postremò Eleusius Cyzicenus: Siquidem Basilius, inquit, aut Acacius, aut Marcus, per se aliquid agant, vel ipsi mutuò sese de quopia criminentur, nihil id ad Synodum pertineat. Sed neg; quæ ipli de fide fiue recte seu perperam per-C scripsere, necesse habemus curiosius de eis inquirere. Peropus auté esse iudico, in professione Antiochena à nonaginta & feptem patribus prodita acquiescere. Si quis auté aliam subiicerevelit sidei formulă, eum æquũ esse vt omnes à vera pietate & ecclesia alienu esse censeant. Hisce verbis con uentus rurium solutus. Postero autem die Acacius & Georgius cum sectatoribus suis in conuen tum venire noluerut. Atque ipse Leonas, vocatus quoq; non venir. Aperte nanque cum illis sentiebat, illam præ se ferens causam, ab imperatore se ad Synodi cocordiam conciliandam missum esse. Quandoquidem verò ita nullo seruato ordine inter se dissiderent, non facile ei esse ad eos accedere. Si verò ipfi vellent, abiret, atque in ecclefia fedentes nugas agerent. Ita tempus extrahebatur. Et vocabatur quidem cum suis in conventum Acacius. Illi autem certos episcopos in Leonz domú, vbi frequentes ipsi esse solebant, venire voluerūt: atque insuper asseuerarunt, madatum se ab imperatore habere, vt alios iudicarent. Sed neque candem cum aliis fidem profiteri, neque ad obiecta crimina respondere sustinuere. Quin etiam ad Cy

rilli Hierosolymitani causam audiendam invitati, D Cyrillus à quem ipsi episcopatu abire iusserant, non affuere. Neg; enim qui eos cogerer, aderat quisquam. At alteri illi non modò liberè hac egerunt, sed Acacium etiam, & quicunque ad eum confugissent, quippe qui intétata eiscrimina diluere timuissent, -dignitate privarunt: Georgium scilicet Alexandri num, Vranium Tyrium, Patrophilum Scythopolitanum, & Eudoxium Antiochenum: alios auté excommunicationis canoni subiecere, donec de criminibus eis obiectis per causæ dictionem satisfacerent. Atque id quod de eis actum esser, parceciæ cuilibet perscripsere. Et in Eudoxij locum Antiochiæ + Hadrianum surrogauere, ecclesiæ Antiochenæ presbyterum: quem confestim Acacius comprehensum, Leonæ & Lauricio tradidit, qui sub militari custodia cum tenuere, & postea exilio condemnauere.Et res quidem Seleuciæ in Synodo acta, sicuti cas compendiose exponere potui, húc habuere finem. Qui verò accurate omnia cognofcere velint,ex monumentis ea petant,quæ di spositi notarij diligentia summa cofecere. Rebus E ita gestis, Acacius celeriter ad imperatoré est profectus. Alij verò domu quisque sua se receperunt.

#### CAPVT XLIIII.



Mperator tum ex Occidétis partibus
Constantinopolim venit, quum proconsulari abolita dignitate, Honoratum primum vrbi præsectum consti-

tuit. Synodus de communi sentétia, decem ad imperatorem miserat episcopos . qui Constantinopolim venientes , decé quoque alios ex Arimino legatos ibi repererunt, arque etiam Acacium cum suis quæ vellet conficientem, beneuolentia princi pis sibi per aulæ purpuratos conciliata. erat enim nonnulli eiuldem cum eo sententiz: quidam sacris ecclesiæ \* donis corrupti, alij illecebris Acacij blanditiarum deliniti. Non enim vel in consul tando, vel in dicendo contemnendus vir fuit Aca cius, & ad res quas instituisset conficiendas no in. commodus. Ecclesiam quoque celebrem admini strabat, & Eusebium Pamphili præceptorem ha- F buerat, cuius etiam episcopatum sortitus fuerat: & quum plurima addiscere cotendisset, existimatione simul & librorum copia quos à Pamphilo relictos habebar, alios antecellere iudicatus est. Et quòd talis erat, nó difficile ei fuit, ex sententia res plerasque conficere. Sedenim quu ab veraque Synodo isthic adessent viginti episcopi legati,& alij item qui eò ob negotium fortè venerat, de Aerio ij primum consilium habere atque iudicare sunt iulsi,multis etiam maiorum gentium fenatoribus prælentibus,quibus Honoratus quem dixi præiit. Posteaverò in presentia quoque imperatoris, quu disquisitio denuò sierer, deprehésus est Actius admodu in fide hallucinari. Proinde & imperator, & honores apud cum gerentes, male in cum fuere animati, propter manifestam blasphemiam. Acacius autem cum popularibus suis per pænitentiam relipuit, simulans se hæresim eam primum ignoralle. At ille in primis contendens operam dederat, vt princeps obiter & extra ordinem, cau sam eius iudicandam præciperer, in expugnabilem esso argumétis Actium putans, satisque idoneum ...

Synodo ad imperatorem puocaust, 🕁 imperator pnocatione ap probanie fa-Clum has cotra Ecclesiafici canonii consuctuding Hadrianna defiguas° eps Antiechenn Idem in exi 🔻 lium pulsus. Acaciani partim exam torātur, partim excomuvicantur. † Socrat.be bet Aniani.

Decem legati Synodi Se leucene ad Iperatoremißi Acacimo bes pranenit.

\* obolaig.

Constantino poli de Actij barefi agitur

Errer cies deprehēdstar

Acacion re Siposcit, 🖝 Acty opinie nem reÿcit,

Efficit idem, vs Or étales & Ariminé -Jes legati for mula fidei Sirmiéfi Ari mini tecta fubscribant.

E andem for mulam landat ip:rator.

Therphilm Gosthorum epifcopus, qui Nicana 530 nodo interfuit.

Formula fides Sirmienfis Arimino lecta. Suprecodica. 39. A ad eos qui secu disputando congrederétur, vel ver borum persuasione, vel rationum vi conuincendos, arque ad opinione fuam inuitis omnibus con firmandam. V bi verò cœptum ei no successit, scri ptum Arimino allatum in medium produxit, atque id decem illos qui Seleucia venerant episcopos recipere iussir. Essque, & vehementer resisterent, fierique omnino non posse dicerent, vt substantiæ nomen prætermitterent, iuramenti per Dei nomen sacraméto interposito, se filium substantia in aqualem no profiteri, paratumque esse, qui aliter sentirent, eos ab Ecclesia proscribere, vt Ariminensi formulæ subscriberent, suasit. Quum vetò præter omnem opinionem Occidentales ex Arimino præstò essent episcopi,& substantiæ ver bum omitteret, quam plutimi apud cos esse ciulmodi fidei professionem Acaciani dixere . Existimabant nang, si ea formula reciperetur, substantiz nomine prorfus tacito, 70 6 monior consubstantiale quoque in alto futurum silentio: quod sanè episcopi Occidentales ob Nicænæ Synodi reuerentiam magnifaciebant. Sedenim ipse etiam imperator eam formulam apprime laudauit.Reputabat nanque secum, quum tot Antistites viri Arimini fuerint, non tantopere lapsuros cos fuisse, vt temere sunor, hoc est, æqualem profiterentur, antea & Museop consubstantialem professi. Nihil quidem apud se, quo ad sensum, referre, si verbis quæ lacræ lcripturæ ignota essent, non vsus, nomi ne eiusdem efficaciæ, & quod nihil haberet controuersia & suoip aquali scilicet, sententiam sua profiteretur. Hæc quum eius esset ratio, suadere episcopis Seleucia missis non desiit, donec & ipsi Ariminensem formulam comprobarent. A cacius verò, atque eius studiosi, Constantinopoli diutius morates, Bithynos etiam acciuere episcopos: in quibus erant, Maris Chalcedonis, atque Vlphilas Gotthorum episcopus, qui prius Nicænam co probauerat fidem, decessorem suu sequutus Theo philum, qui Synodo Nicænæ interfuerat, & calculo suo sententiam confirmauerat. Et quū quinquaginta Antistites couenissent, Arimini lectam fidei professionem autoritate sua stabilierunt: il-C lo insuper addito, se deinceps in Deo nequaquam substantiam aut subsistentiam nominaturos: & præter eam ipsam, aliam sidei formulam vel antea editam, vel postea edendam, non recepturos. Er quanuis hanc prius retulimus, faciendum tamé esle duxi, quum id locus poscere videatur, vt hic quoque, quantum fieri posser, insererem. Ea cum appendice sua de verbo ad verbum sic se haber. Credimus in vnum solum Deum, patrem omnipotentem. Et in vnigenitum filium Dei, ante om nia secula, & ante principium omne genitum ex « Deo, per quem omnia facta sunt, visibilia & inui-« sibilia: genitum autem vnigenitum solum ex so-« lo patre, Deum ex Deo, equalem qui cum genuit - patri, secundum scripturas: cuius generationem nemo nouit, nisi solus qui eum genuit pater. Hűc scimus vnigenitum Dei filium, mittente patre, è « cœlis aduenisse, sicut scriptum est, ad abolendum

peccatum & mortem: & natum esse de spiritu san

&o,ex Maria virgine, secundum carnem, sicut scri

ptum est. Et versatum cum discipulis: & œcono-

mia seu functione omni secundum paternam vo-

a luntatem completa, crucifixum esse, & mortuum,

& sepultum . Et descendisse ad inferos, ipsúmque D Orcum eum exhorruisse. Qui & resurrexit à mor- » tuis tertia die, & versatus est cu discipulis. Et die- » bus quadraginta explețis, receptus est in cœlos,& = sedet in dextra patris, venturus die extremo resur » rectionis in gloria paterna, vt reddat vnicuiq; se- » cundum opera sua. Et in spiritum sanctum, quem » iple vnigenitus Dei filius Dominus & Deus no- » ster se missurum promisit generi hominum para- » clerum seu consolatorem, quemadmodum scri- » prum est, Spiritum veritatis, quem eis misit quum » receptus est in cœlos. Substantiæ autem nomé, » quod simplicius à patribus positum est, & popu- 🕶 lis non intellectum, scandalum seu offendiculum » attulit: propterea quòd & scripturæ id non ha- » bent, placitum est tollere, & eius decæterò nullam omnino fieri mentionem: quandoquidem di » uinæ quoque scripturæ, neutiquam substantiæ pa » tris & filij meminere. Neque enim subsistentia » de patre & filio & spiritu sancto nominari debet. » Aequalem autem profitemur filium patri, sicuti » diuinæ scripturæ dicunt & docent.Omnes autem F. hæreses,& quæ iam antea sunt damnatæ,& si que nouz sunt ortz, scripto huic promulgato aduersæ, anathema fint. Hæcest sidei formula primum quidem Arimini, tum verò etiam Constan tinopoli lecta. Quandoquidem vero nos vix tandem ex formularu fidei labyrintho expediuimus, breuiter iam numerum erfam earum inire visum est. Ac primum quidem professio fidei Niceære. ctè est dictata. Secunda formula Antiochiæ in dedicatione templi dupliciter est prolata. Tertia à Narcisso sectatoribusque eius imperatori Constantino iuniori in Galliis est exhibita. Ad has quarta Eudoxij accessit, quæ in Italiam est missa. Sirmij tres aliæ editæ, quarum vna Arimini quoque est recitata. Octavam Seleuciæ Acacius composuit. Nona & vltima Constantinopolitana est, cui etiam Ariminensis appendix addita, ne in Deo vel subsistentia vel substantia nominaretur. De

CAPVT XLV.



Erùm enimuero Acaci<sup>9</sup> & Eudo F xius cum factionis suæ popularibus studio quoque habuere, quú Byzantij essent, aduerse par tis episcopis dignitatem adimere: non religionis quidem, sed

aliarum rerum causa. Communiter quidem, quod ecclesias perturbassent, & sanctiones earum com milissent: feorsim autem, vnicuique alij alia crimi na intendebat. Atque illi de fidei professione inter se dissentiétes, in sententils exautorationis sidei crimen non inserebant. Et primum Aetium diaconatu priuant, vt qui turbæ & seditionis in ecclesia autor extiterit, disputationibusque contentiole Sophistaru more ad ostentationem cum mala fama, contra Ecclesiæ consuetudinem &institutum, abusus fuerit, & eundem in scribendo modum seruauerit. Hunc quidem ita, non ex animi sententia, sed vt opinionem multorum abolerent, quod ferè omnibus cadem quæ ille sentire viderétur, exautorarut. Imperatoris auté ira quasi quodam subsidiovsi, qua ille quum aduersus alios plerosque, tum maximè in Macedonium commotus

Acacinacto
Endoxina
Coffatimopoli aduerfarios episcopos
no apter side
sed alias varias ob cansas exantorant.
Actio diacematus adimi

Socrat. Lir. 2.

*14*9.41.

Numeras

Symbolerum,

Sew formula

rum fidei

Christiana.

Exminatio A Macdony.

Elessy Cy-

Bafily Nograni.

motus fuerat, propter eas quas diximus seditiones & cædes,nec non ob vrnæ cinerum Constantini patris translationem: & quòd insuper diaconum in fornicatione deprehentum ad communionem admissser, ei quoq; dignitatem abrogant. Eleusio præterea Cyziceno, crimine illo abiecto, quòd He raclium quendam Tyrium, sacerdotem Herculis Græci dei in vrbe Tyro, manifestű impostorem, inconsiderate ad baptismum admissum, in diaconorum quoque ordinem legisset, quum quidem is Christianismum tantum simularet, & propter imposturas Tyro profugisset: tum autem, quòd quum postea talem eum esse cognouisset, nibilo tamen magis sacro ordine mousslet. Præterea & viros quoldam à Mari, qui tum Constantinopoli conuentui isti affuit, Chalcedone damnatos atque proscriptos, contra canones sacerdotali dignitate ornaiset. Basilium quoque, qui & Basilas, vt binominis, dictus est, & pro Marcello Ancyranam ecclesiam obtinuit, exautorant, quòd ho minem quédam præter rationem omnem ad tormenta tradidisset, & catenis vinctos longo tempore in custodia habuisset. Et quòd graves calum nias clericis quibusdam Antiochenis, Cilicibus, Galatis & Asianis texuisset, quibus indicta causa prouinciarum rectoribus traditis mulca exiliíque causa extitit. Idem quòd Diogeni presbytero Alexandria Ancyram eunti, chartas quas lecum ferebat abstulisser, eundémqueverberious affecilsct. Aliam quoq; ei impegere dicam, & imperialibus scilicet mandatis resistere ausus suisset, quibus præcipiebatur, vt Aetius & alij quidam, ad Ce cropiu, causam de criminibus que eis obiiciebanturapud eum dicturi, ducerentur. Et & Hermoge ni duci atque etiam Syriæ rectori scripsisset, quos & quónam locorú deportandos curaret: pro quibus quum imperator, in patriam eos reducere iubens,scripsisset, ipse tamen arte quadam vt aliud fieret effecillet, magistratibus simul & episcopis aduersus.Insuper quòd Sirmij, Germinij clerum, ne cum eo communicaret ad rebellionem concitasset: quòdque in periurio deprehensus fuisset: quod Illyricis, Romanis & Aphris per literas discordiæ & seditionis causam præbuisset: quòd ad Africanos scribens episcopos, Vrsicium & Valen tem calumniose criminatus esset: quòd ancillam vinctam fallum contra heram luam teltimonium dicere compulisset: quòd virum cum muliere fœ da consuctudine viuentem baptisasset, eidémque diaconi dignitatem contulisses: quòd exploratorem quendam itinerum, qui multis necis causam attulerat, ecclesia non exclusisset : quòd ad mysticam mensam coiurationes fecisset, clerumque ibi iurisiurandi sacramento, ne alius alium accusarer, obstrinxisset, id quod dolo ab eo factu, vt scilicet ipse.primam in clero dignitarem obtinés, iudicia eo modo effugeret. atque vt Basilio Ancyrano epilcopatus adimeretur, causæ hæ fuere. Eustathio autem Sebastiæ Armeniorum antistiti, primum quidem quum presbyter crearetur, quòd eum pater eius + Eulalius præiudicio suo damnauerit,& ecclesia eiecerit, propterea quòd habitu qui sacerdotem non decerct, vteretur. Fuit autem Eulalius Cælareæ Cappadocum episcopus. Deinde quòd Neoczfarez in Ponto à Synodo ishic coacta excomunicatus fuerit, propterea quod minus fideli-

ter res qualdam sibi commissas gessisset: quam no D tam ei intulit Eusebius primum Beryti, deinde Ni comediæ,postea verò etiá Constantinopolis,post Paulum, episcopus. Adhæc, quòd ei in Synodo Gá grensi, propterea quòd aliter quàm conuentt, & tensisset, & in ecclesia docuisset, episcopalis dignitas sit abrogata. Et quòd in Antiochena Synodo periurij fuerit conuictus: quódque conatus sit ea quæ recte in Melitinensi conventu constituta fue rant, abolete. Et qui tot criminibus reus ageretur, iudicis sibi tamen partes sumpterit, alienos à fide alios vocans. Eortafium verò Sardis epilcopatum gerentem damnarunt, pepilcopi Lydij electione eius non approbassent. Dracontium autem Perga menum, quòd in Galatia prius ecclessæ episcopus ptæfuisset:& adempto illi episcopatu posteriore, ad priorem quoque eum redire non permisere. Sophronium porrò Paphlagonem, quòd auariciæ studio in ecclesiæ pecunia quæstum fecerit : & & semel atque iterum citatus, vix tandem venerit: & quòd responso Synodum dignatus non sit, profanum iudicem per prouocationem appellans.Præ-E ter hos Satalenorum episcopum Elpidium, vi Basi lij socium, & ordine sublato confusionis & turbæ autorem, qui etiam Eusebium quendam, cui Melitinensis Synodus sacerdotalem ademerat dignitatem, temerè citra inquisitionem in presbyterorum ordinem restituerit: & Nectariæ cuidam, cui propter iusiurandum violatum, communione interdictum fuerat, diaconatum coutulerit: & ad honorem ecclesiasticum eam, cum nondum iuxta Ecclesiasticæ disciplinæ morem pænitentiam egisset, admiserit. Neon autem Seleuciæ pontifex propterea ad episcopatum deponen dum est damnatus, quòd ex composito in Ecclesia sua Hadrianum Antiochiæ episcopum creari permiferit : præterea quòd nonnullos factarum literarum imperitos, & ecclesiasticarum constitu tionum ignaros, maléque insuper viuentes, re no deliberata, episcopos fecerit: qui deinde pecunias Epilcopali dignitati præferentes, literis suis attestati sunt, + malle se opes habentes res sacras curare, quàm fine illis epifcopatum gerere. Sylvanus autem, quòd aliis & Seleucix & Con-F stantinopoli vecordiz causa fuerit. Portò Theophilus Castabalenorum ecclesiæ antistes, quòd antea ab episcopis Palæstinæ Eleutheropolis episcopus lectus, non ex animi sententia iurauerit, se aliam ecclesiam non esse suscepturum. uandum autem illud, quòd Gangrensis Synodus Eustathio Sebastiensi, antea quoque in Cxsariensi conuentu exautorato, propterea episcopatum ademerit, quòd multa præter ecclesiæ con suctudinem fecerit arque statuerit. Coniugium enim prohibuit, & à carnium cibo abstinendum esse docuit. vnde factum, vt multi coniugalem consunctionem dissoluerent. Et qui communionem in ecclesia vitarent eis in priuatis ædibus vt communicarent suasit. Seruos, qui Deum colere cum prætextu pietatis constituissent, etia præter dominorum voluntatem libertate donauit. Et quum ipse singularem sibi & insolitum philosophorum more habitum sumpsit, tum nouas quoque sectatoribus suis vestes dedit. Mulieres ne comam haberent, constituit. Stata iciunia auersatus, Dominicis diebus potius ieiunandum

Eortafii Sar diani, Drucontoj Pergameni, Soporonoj Pompuopo litana,

Elpidy Sataleni. Satala vibs Armenia.

Neonù Ser lenceni.

† Typedown sinovo ring thouse they are the common with the control of the control

Sylvani Tap
fenfis.
Theophili
Caftabaleni:
Cauja quur
Enstathios
Schaftenfis
in Synodo
Gangrenfi
fit dänatos.

Enflahij Schaftenfis, Socras.habes † Eulaliam lib.z.ca, 42.

A esse docuit. In coniugum domibus precationes fieri prohibuit. Ac si laicus quisquam coniugem in matrimonio legitimo habens, presbyter lecus esser, eius benedictionem & communionem perinde atque piaculum abominădum, devitare iussit. Hac ille, atque alia hisce similia & docuit & egit: quapropter Gangrensis in Paphlagonia Synodus eum exautoratum, cum institutis suis, anathemate quoque iugulauit.

#### CAPVT XLVI

Condenatio Cyrilli Hie vofolymutani Cyrillia.

Cyrillus in

summaplebie

pper famens

fia anlaŭ ve

friesentis &

donariu ven

.1\*

A caciani per

vim episco-

pos, qui Con

stantinopoli

fuere, fenten

tia suc assets

tiri coegeriit.

ditu,egenu

moria escle



Ost hos tredecimum damnarūt Cyrillum Hierosolymitanū, ingenti virtute, & ad populum do cendum egregium virum: cuius scripta sunt, quæ ecclesia Cyrillia nominar. Vt autem danare-

tur, causæ ille fuere: primum quod cum Eustathio & Elpidio communicauerit, qui Melitinensi Synodo, cuius & ipse potissima pars fuerat, aduersati sunt. Et quod itidem Basilium & Georgium Laodicensem, posteaquam in Palæstina episcoporum ordine moti fuerant, in communionem receperit. Insuper quu Hierosolymorum episcopus creatus Apostolicum thronum coscendisser, quòd de iurisdictionis ecclesiastica finibus & iure Metropolitano cum Acacio Palæstino discepta rit. Qua ex causa in mutuum adducti odium,alter alterum, quod non recte de Deo sentiret, est criminatus. Acacius enim Arianæ erat sententiæ, Cy rillus autem ने न्यान्यांनाम consubstantiale laudantes probabat. Eam ob rem malè in eu animatus Acacius, episcopis Palæstinis qui secu faciebant congregatis, administratione sacrorum ei interdixit: talem insuper maximè præferens causam . Fames Palæstinam affligebat, & plebs in rerum necessafiarum inopia ad episcopu respectabat. Et quum ille neque pecunias neque frumétum haberet, do naria templi & facra aulxa vendidit, & quoad po tuit penuriam populi est solatus. Et quida vir honestus donarium suum agnouisse dicitur, + \* ve stem videlicer, qua fæmina ex scenicis atque thy-C melicis quedam amicha erat. Vbi res inquisita est, à mercatore quodam comparatam esse, qui ab epi Icopo cam prius emerit, copertum est. Huius pretextu rei Acius Cyrillum episcopatu abire coegit.

Talem quidem condemnationis eius causam fuisse audiui, sed no satis certe tum, vt mihi videtur, conuenientem: quonia fames & penuria venditionis causa fuere. Quibuscunque autem Acacius factionisque eius populares dignitatem abro gauerant, eos etiam omnes Constantinopoli expulerunt. Erant autem in ea factione decem, qui sententias talium abrogationum calculis suis coprobare noluerut. Eos in loco certo asseruari iusse re, vt ibi priuati agerent, neque rem diuinam attin gentes, neque eorum quidquam que episcopalis muneris sunt agentes, donec condemnationu sen

† \* Apud Theodorieum lib 2.cap. 27. scriptum est : Vestem ist am auro contentam, à laudatissimo imperatore Constantino ma gno Macario, episcopo Hieroselymitano, ve en indutus episcopus sa crosancti baptismi perageret caremonias, donatam essa. E am quum Cyrillus vendidist, er deinceps à mercatore Thymelicus saltatore emisset at que induisset, in ipsa saltatione eum enanimatum concissific.

tentiis subscriberent. Et nisi intra menses sex per D pœnitentiam relipifcetent,&rebus omnibus que Synodus constituerat assentirentur, ipsis quoque ademptum ecclesias, alissque commissum iri, qui cum eis consentirent, sicut fieri soler, minabatur. Hoc vbi costituerunt, consiliúm que suum ad exitum perduxerunt, ad episcopos vbique omnes literas dederunt, vt Ariminensem fidei professionem vnà cum adiectione sua seruarent, camque subscriptionibus suis confirmarent. Aliter si face rent, solum exilij causa verterent. Ad quæ imperatoris quoque, cæpta corum comprobrans, accessit sanctio. Certiorem quoque de his Patrophilu Scythopolitam fecere, qui se statim Seleucia ad suá contulerat ecclesiá. Ét paulo pòst, Eudo xius cum sectatoribus suis, alios aliis in sedibus episcopalibus substituit. I pse quidem Eudoxius pri mus Macedonio surrogatus est: Basilio auté Ancyrano Athanasius. Porrò Eleusio successit Euno mius, qui etiam hæresis nominis sui princeps exti tit.Et pro Eustathio Sebastiæ, dinus Meletius ecclesia prafectus. Macedonius Constantinopoli- E tano episcopatu priuatus, eregionè vrbi Oriétem versus in loco cui nomen + Claustra, diutius degens, ibi aduersus Spiritum sanctum blasphemia ore minime clauso euomuit, & male vitam transegir.Porrò Acacius, & sectatores eius, Eudoxium in possessionem vacuam ecclesiæ Constantinopo litane deduxerunt, longe ab eis quæ paulo antè iu dicaverant diversa statuentes. Qui enim non ita pridem Dracontio episcopatum, quod ex Galatia Pergamum transisset, ademerant, non animaduer terunt, se, dum Eudoxium non invnam, sed iam in alteram ecclesiam transferrent, cotraria sibi ipsis decernere & facere. Porrò quum is ecclesiam recepit, tum & magna ecclesia quæ zapia, hoc est, Sa pientia dicitur, Encænia celebrauit, quindecimo Februarij mensis die. Hic ille in throno suo con sidens, primum diuulgatam illam in ecclesia edidit vocem: Pater, inquiens, descie, hoc est, simpliciter accipiatur, impius: aliter, nó colens. Filius autem wie Bis, hocest, verè pius, & rectè colens. Et tumultu ad talia verba, sicuti par erat, à populo & seditione mota, ne turbam cieret, hortatus est. Pa-F ter enim,inquit,neminem colit,& sic descis est: Fi lius verò weßis, meritò enim & rectè patré colit. His dictis tumultus sopitus cst, & magnus subsequutus risus. Atque hodie quoq; dictu id ridiculu habetur. Talibus impij illi rebus occupati,& cauil lationibus eiuscemodi vsi, ecclesiam ad absurdas opiniones distraxerunt. Omníque prorsus cura & studio & ipse Eudoxius & Acacius summopere in hoc incubuere, vt in obliuionem Niczna decreta adducerent. Proinde Ariminensem formulam cum appendice fua ad loca omnia milerunt: & qui eam non reciperent, sicut dictum elt, exilio cos perpetuo mulctarunt. Quod + lane quum facile rem præter rationem susceptam perfecturum elle videretur, aliarum calamitatum initium præbuit: & non modò eccleliis, sed & vrbibus omnibus magnum conciuir motum. Perlequutio namque, quæ nulla in re Græcorum tyrannidi & crudelitati cæderet, Romanum peruasit imperium. Quamnis enim, quantum ad corporu supplicia permet, minor suerit: probrum tamen ipium, maiorem grauioremque

Sententiano frá eposcopu absentobus inscurant.

EamCoffa tim coferma

Successores damustores episcoporum.

Macedonius in ClauStru privatus babitaus. zi Nos,

Iniques indscram,

Inopta & im
pia Endoxy
Confrantinopolis am ron,
in impersso c
clessa primo,
acum en &
falam affeElantis.

Endoxim et Acacins Ni cannos junbolum abolerecotendunt.

† 8 Al difa,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The waters,
The w

the homing A robus in occle fix name per sicusiam fin destinant

eam apud eos qui rem recte putatunt, fecit. Nam & qui persequerétur, & qui persequutionem exciperent, eiuldé etant ecclesiæ & religionis. Tanto verò id malum propter fæditatem maius fuit, quanto turpius ciuibus quam aliis infertur bellu: quum quidem id etiam erga exteros facere, episcopalis functionis prohiberent sanctiones. Et res nouæ tum laudabantur, paulatím que incrementa sua capiebant, atq; ad mutationem insolitam spe-Ctabant: cóque demű præfracæ temeritatis petuencrunt, vt homines veteres & patrias leges cotemnerent, & nouas sibi pro se quisque conderet. Atque equidem eadem de Deo plerique cum turbulentis illis sentire nolebant, sed noua idétidem quædam dogmata comminiscebantur, neque se ab aliis super alias nouis rebus inueniendis continerepoterant. Talis tum fuit rerum status.

CAPVT XLVII.



Acedonius nanque, etiamfi antè idem cum Eudoxio & Acacio fensisset, nihilominus tamen ex ecclesia sua deturbatus, nó eádé porrò quam illi sequebatur opinionem, sed fidei professionem

Antiochiæ primùm,postea etiam Seleuciæ cósirmatam, quam ipse seu potius Marathonius, quem Nicomedia episcopum fecerat, vt quidam putat, menossion, hocest, æquisubstantialem appellabar, obtinere debere censuit. Verum no id modò egir, sed etiam in Theologia seu divinitatis ratione exponenda,Spiritum sanctum personam vnam Tri nitatis dicendam esse negauit. Ac filium quidem Deum perfectum, & substătia patri æqualem esse dixit: Spiritum sanctum autem expertem honoris & dignitatis eiusmodi statuebat, famulum eu & administru, Angelicisque ordinibus paulo prestantiorem esse docens. Et in eadem cum eo sententia erant Eleusius Cyzicenus, & Sophronius Paphlago, & 2 Eustathius Sebastiensis. qui tamen aliis æquior, neque Deum neque creaturam Spiritum sanctum dicere maluit. Suffragabantur eis & alij multi, & ferè omnes quibus à parte aduersa dignitas abrogata fuerat. Nec minimam secum partem populi in vrbe Constantinopolitana, atque in Bithynia, Thracia, Hellesponto, & aliis vicinis in circuitu populis trahebant. Vita nanque .& moribus(quos potilsimum multitudo specta. re solet) probatis erant. In publicum cum grauitate quadam veneranda prodibant, Instituta eorum non multum à monasticis aberant. Et sermo affectata quadă sanctimonia mistus, vimad persuadendum satis accommodată præferebat. Qualis sanè & Marathonius fuit, qui publicorum ve-Aigalium inter milites sub ducibus stipendia facientes + rationalis, loculis probè refertis, postquam eum quæstum posthabuit, egenorum publicis domibus curator præfuit, & ægrotis inferuiit. Deinde asceticam siue monasticam quoque vitam, Eustathio Sebastiensi autore, sequutus est. Infigne is etiam monasterium Constantinopoli costruxit, quod ad longum durauit tempus. Tam studiosus verò Macedonij hæresis fuir, vt pecunia fua expensa, propagandam cam curauerit: Marathonia nósque populares eius appellandos esse,illis persuaserit. Et vnus ipse, ne prossus secta ea Có D stantinopoli interiret, obstitisse visus est. Macedo niani nanq,, ex quo tempore episcopatu Macedonius est deiectus, neq; ecclesia neque episcopum postea, eis quos exautoratos paulo antè nominauimus exceptis, donec Arcadius ad imperiu peruenit, habuere. Siquidem Ariani, omnes qui alterius essent q suasectes, plurimis etiam aliis malis affixere. Caterum isti non tantum Macedoniani & Marathoniani, verumetiam ariumati. Ac qui eo tépore episcopi sedibus suis sint eiecti, operosum esser episcopi sedibus suis sint eiecti, operosum esser fuit in Romano imperio gens, qua calamitatem eam experta nó sit.

Item WYOU.

µetopáza.

CAPVT XLVIII.

Vum Eudoxius ad Constantinopoli tani episcopat° opes respiceret, & iá possessionem eius obtineret, nó par ua per ambioné de Antiochena sede E orta est contentio. Quod nanque, vt

ita dicam, vnu [qui [q; epilcopatum eum ad le pertinere putatet, seditiones in clero simul & populo, vt fieri solet, sunt motæ. Et cuiusque opinionis sectatores, in ea episcopatus consequendi expectatione, ex popularibus suis quenquam deligi studuerunt. Ingens nanque adhuc in multitudine de dogmate erat dissidium. Vnde in psalmodiis quoque non concordabant: sed vnusquisque pro ea quam obtinebat opinione, carmina conformabat. Et quum talis esset Antiochiæssa tus, Eudoxio sectatoribusque eius placitum est, in eam vrbem transferre, qui dicendo atque perfuadendo egregius, simúlq; vite consuctudine lau datus maxime, eiusdémque antea cum eissenten tiæ suffragator fuisset, Meletium. Magnam enim conceperant spem, fore vt multis eius viri primariis dotibus non solum Antiochenos in sententiam suam pertraherent, sed etiam vicinas circucirca vrbes, & cos maxime qui à diuo Eustathio Eustathiani vocabantur, & fidem Nicanam integram seruabant, suas ipsi sibi synaxes & con-F uentus seorsim agentes. At enim magnopere opi nione sua sunt falsi. Et ad Meletium, vbi Antiochiam peruenit, permulti Ariani, permulti etiam alterius partis, quæ Paulinum sequuta fuerat, accessere. Et alij quidem propter tanti viri gloriam (celebris enim aduentum eius præcesserat fama) alij autem videndi eius gratia. Quibus quoque studio fuit, ad quam partem inclinaturus esset, resciscere. Vulgatum quippe rumoribus erat, plurimi eum Nicæna decreta facere: sicuti eriam exitus comprobauit. Ac primum ille quidem vt de dogmate verba faceret, secundo loco habuit, + doctrinam autem morum publicè coluit. Deinde verò progressus, Nicanam etiam sidem intulit, & 70 6,0000000 consubstantiale prædicauit. Fertur sanè quidem, clericum Archidiaconu ad illum quum doceret accessisse, cauámque ei manum iniecisse, atque os obstruxisse. Illum auté manu magis quam voce fidei sententiam indicasse, tres aperte digitos extédentem, eisque rursum leniter contractis, vnum tantum directe erigentem. Qua ille re omnibusper imagine quanda ex-

Meletins eps
Antiochenus
designasur,
antea quide
Arianisans,
deindeautem
orthodoxue.

† Asixhv dida oxariap.

Meletius simul & manus indicio & voce tibe vatrinitate succitico pu blice depradicat.

b Enfrathy
Sebaltions
Sebaltions
Serbi : Ego,
inquis, neque
Down sporitum facili
nominare ceseries, neg;
creating rocare anses
fuerins.
Socrat, lib. 2
cap. 45.
† +nors le.

Macedonij barefis

Einfde adfti

a Eustathij

Schaftienfis

de spiritusaus

Elo opinio.

H areticorii

vite fancti-

polatores.

Macdoniani quoq; Ma tabony dithi

Morathe

₩37Ke&T18V عدسيسا فيستهد

Meletina ab Eudoxio gferopt**us.** Mor iden reflitutus.

Idi à Costa

Енгоім Ан

tiochenne epi

Panliniani

erthodoxi cii

Meletianio

catholicu An

tiochia ppter Ariană Mo

lety electio-

mem, no com-

nnicarunt.

tio in ex.liñ

actiu.

**Гсории.** 

genere & viribus opibulg; omnibus decertantes, diutius duraret, Eustathianos læticia plenos exultasse & vociferatos este, Arianos verò pudore atque ignominia affectos cessisse. Et eam ob caufam Eudoxium cum suis indignabundum, ab ecclessa Meletium proscripsisse: eundémque deinde vt lententiæ suæ suffragaturum, (ita enim existimabat) & priora dica correcturu, restituisse. Nã Meletius Arianoru suffragiis Sebastiæ episcopus creatus, atq; inde rurium per eosdem Berrhæam Syriæ translatus fuerat, & Seleuciæ in concilio Acacij fidei formulæ subscripserar. In Constantino politana præterea Synodo affuerat: & cū illis quæ eis placita erant, egerat & sanxerat, atque ab eisde ad Antiochenam tedem euectus fuerar. Sed illi, vt diximus, eum restituêre. Vt autem à recta sententia deduci minimè potuit, Imperator ea re intellecta, exilio eum mulctauit: & Euzoio Arij familiari, cum quo etiam antea damnatus fuerat, ecclesia Antiochena commisit. Porrò qui Meletium consectati, do crina eius laudabant, ab Arianis seiun-Cti, suas ipsi sibi ecclesias & couentus agebat. Pau lini siquidem sectatores, & 7 6 persie consubstantialis allertores, qui Eustathiani vocabantur, Mele tium eiusque studiosos auersati sunt, neque comu nionem sibi cum eis esse voluerunt : propterea o Meletius Arianorum electione episcopus factus, sectatorésque eius corudem baptismo initiati essent. Atque ij sanè quavis sententiis essent coiun-Ai, tamen propter solam electionis causam à seip. sis sunt dissuncti. Ita factum, vt in ecclesia Antiochena dissidium, duabus quæ idem sentirent par-C tibus intercederet. Eodem tempore Constantius Persas res nouas moliri cognouit, & se Antiochia contulit.

A hibuit, quæ sentiens dicere non potuit. V bi verò

diaconus ore relicto, manum eius copressit : tum

illum ore libero & voce graui disertè sententiam

de Deo suam promulgasse, & omnibus Nicanam

fidem commendasse : apertè, qui aliter sentirent,

eos à recta opinione aberrare testatum. Quum au

tem nó cessaret vel verba faciens, vel manu gesti-

culas, animi sui sententia vicissim, ve se res dabat,

aduerlus Archidiaconi inhibitionem atq; conten

tionem astrucre, & cocertatio ea inter episcopos,

perinde atque pancratio, hoc est, omni certaminu

CAPYT XLIX.

Acaciani aperie + arlmar, boc eft inaquale, in formulä fidei inserere cond tur, in conciliabulo A# tiocheno.

Lety fo

tia & A-

Cacius, & populares sui, quiescere rursum non potuerunt: & quum eos rerum suarum pæniteret, priora deob rem cum paucis Atiochiam vene

re, atque ibi Euzoio ecclesias gubernante, & impe ratore præsente, in fidei formula primum Arimini, deinde Constantinopoli edita, 👼 🌬 🎉 , hoc est, æqualitatis nomen inducere atque abolere consti tuerunt.lam enim no occultè, sed propalàm, citra pudoré, per omnia lubltantia limul & voluntate inæqualem patri filium,& ex non existentibus ge nitum elle docebant & prædicabant: ficuti & Arius à principio opinatus est. His autem maximè suffragabantur, quicunque Aetij sententiam com probatunt: qui primus post Arium eiuscemodi nomina in publicum produxit, & liberè cum magna conidentia promulgavit. Vnde ipse quidem

Hus, hoc est, contemptor Deum: sectatores auté D cius «rounn, hoc est, in zquales & + non existen tiales, Antiochiz ab Homousianis seu consubstan tialis professoribus cognominati sunt. Qui quidem tum propter Meletium segregati erant, vt à me paulo ante dictum est. Sedenim Ariani à nostris interrogati, cúrnam, quú antea in professione fidei suz, filiu Deum ex Deo dixerint, inzqualem nunc, atque ex non existentibus, profiteri auderent? Propterea, responderunt, quòd & Apostolus Paulus: omnia autem ex Deo, inquit. Proindéque vnum etiam esse rerum omnium filium: & ob cam causam in fidei formulis addi illud Secundum scripturas. Huiusmodi illi canillationibus responsiones & refutationes suas instituére. Quarum autor Georgius Laodicensis fuit,qui nõ bene loquutiones eiuscemodi assequutus, superioribus temporibus hæc Origenem inuestigasse, & Apostolicas verborum proprietates fusius interpretatum esse ignorauit. Cæterum tametsrarroganter ista in responsionibus suis iactarent, con uicia tamen multorum tum perferre,&per inter- E rogationes cos vrgentibus satisfacere non potucrunt. Et quum quod in aduersarios crimen regererent, non haberent, confirmata denuò g Constantinopoli ediderant formula, conciliabulum fuum soluerunt, & se domum receperunt. Eadem hac tempestate Athanasio adhuc latente, Ge orgius Alexandriæ non cos modò qui diuersum ab opinione sua sentiret, male accipiebat, sed Græ cis quoque ipsis gravis erat. Nam eos etiam, sicuti ipsi visum esser, opinari atque sentire volebat, & facere id nolentes perfequebatur: quin vniuersæ quoque vrbis eius plebi molestum se exhibebat : principum maximè virorum obiurgator, & doctis atque claris, quòd cos contemnebat, nec non multitudini ipli inuilus, veluti tyrannicus, & qui dominationem sibi quasi iure suo vendicaret. In primis verò, Græcæ superstitionis cultores exacerbauit, peos patriis suis sacris operari, diésq; se stos peragere prohibuit. Et militari ex Ægypto adducta manu, deorum imagines atque alia donaria, & quicquid præterea in templis eorum esset ornamenti, ditipiens abstulit. Quæ sanè omnia, vt F necaretur, caulam præbuere: sicuti libro proximo ostédemus. Cyrillo ecclesia Hierosolymitana, eo quo suprà dictum est modo, adempta est, & Herennio madata. Cui Heraclius, atque huic rursum fuccessit Hilarius. isti nanque vsque ad Theodosij imperium ecclesiam eam administrasse traditi funt, post quos Cyrillus ipse sedem suam recupe-

CAPPT



rauit.

Vlianus sanè Cæsar bello barbaros † ad Rhenum vicit, plerisq; cæsis, quibusdam etiam captis. Et quòd militibus tum propter moderationis animi & aquitatis obtentú preclarus esse videretur, Imperator

Romanorum ab eis est declaratus. Quz res vbi Cóstantio est renunciata, anxia eŭ cæpit solicitudo. Et Antiochie ab Euzoio sacro tinctus lauacro, exercitum inde aduersus Iulianum duxit. Atque vbi ad Mopsocrenas, hoc est, Mopsi fontes, qui

1 Goulveier.

Quy Ariani + av 6 4010y autore Gen o Ladkiji defenderint.

. Ariani ha in parte ab Origine 10futati.

Georgian Alexandria bo minibm ommbuspresa quam Arianu suu, 274nie & moleflee

I oliani ora clara victo-† Prope Ar genteratum, Entrop Apud Parifios, Am

Constant

De Coffaire Greze.Na-Zenzen.

iter Cöft 🖚

A inter Cappadociam & Ciliciam funt, venit, curis confectus,per apoplexiam vitam finiit. Qualis autem & moribus & religione Constantius fuerit, in præsentia commemorarem, nisi vehementisfimus orator Gregorius Theologus virtutes eius pulcherrime ostendisser. Et quu verbis illius qualis is fuerit declarare liceat, superuacaneum esse duxi,aliter res cius referre velle.In prima igitur in Iulianum Inuectiua, veluti reprehendens Czsarem eum creatum esse, hæc ad verbum pro Constantio refert. Quid hoc fuit imperatorum san-

dissime, & CHRISTI amantissime (proue- hor enim oratione, vt te veluti præsentem & hçc audientem incusem: quauis te longe superiorem reprehensione nostra esse sciam, qui ad Deu traslatus sis gloriæ cœlestis hæres: & tantò longius à nobis secesseris, quato imperium illud quod cum hoc commutasti, est augustius) quódnam hoc cepisti consilium? qui prudentia & animi solertia omnes, non modò qui ætate tua, sed antea quoque fuere principes, longè superasti: qui foris finitimas circumcirca regiones à barbaris repurgasti, & domi tyrannos compescuisti: atque alsos quidem verbis flexisti, alios autem armis vicisti: & eo sanè vtrunque modo peregisti, vt alterum in altero nihil tibi afferret difficultatis. Et quum « multa sint bello & armis parta, maiora tamèn & " tropæa. Ad quem vndequaque legati & supplices ex gentibus variis veniebant, quarum nonnul « læ iam imperata faciebant, nonnullæ autem fa-Aurz erant. Qui quicquid sperasses, confectum « tibi iam propè fuit. Adeò manu Dei ad consilia « & actiones omnes es productus. Cuius pruden-

« Ria quidem magis quam fortitudo, magis verò e-

« Ciam fortitudo quàm prudentia admirationi fuit:

« amplius autem, quàm vtræque iste, laudata pietas. Et paulò post: Quis enim corum etiam qui an chri e liqua saltem ex parte eum nouere, nescit, illum « propter veram pietatem, summumque in nosa-" morem, & quòd nobis omnia voluerit conciliare a bona, non tantum contemptutum vel omnem ge a neris sui honorem, vel imperij partem, verum-« etiam incolumitatem salutémque nostram impe C rio iplo rebusque suis omnibus, atque adeò anima ipla, qua nihil est omnibus hominibus chaa rius & præstabilius, commutaturum fuisse? Nea mini siquidem vnquam tantus rei alicuius, quan-🕳 tus illi, ardor & amor incessit, vt Christiani aua &i honestique essent, & ad summam gloriam & " potentiàm peruenirent. Non enim tot gentes im a perio eius subacta, non respublica ab eo ritè a gubernata, non ingens pecuniæ vis, non gloriæ amplitudo, non quòd regum princeps atque ima perator & esset & nominaretur : non aliz denia que res, quæcunque ad hominum felicitatem facere videntur, tantum eum exhilararunt, quanatum ve nos quidem per ipsum, per nos autem ip-... se, & apud DEVM, & apud homines laudem consequeretur, & constans nobis perpetuaque permaneret potestas. Etenim quu alia multa, tum illud præcipuè sublimius ,Imperatoriéq; magis 🛱 alij multi considerans, optime nouerat, cum Chri stianorum rebus vnà Romanum auctum esse imperium: atque adueniente CHRIST O, rerum administrationem ad vnius principis, quod antea

ex omni parte factum nunquam fuerat, summam D potestatem peruenisse. Quam ob causam meritò » ille mihivifus est res Christianorū tátopere orna- 🗻 re, & fouere. Qui etiamsi dolorem aliquem no- 🕳 bis attulit, non id tamen vel per contemptum, vel 30 cum contumelia, vel vt aliis præ nobis gratifica- 👃 retur : sed vt omnes vnum estemus, & idem sen- ... tiremus, nec ita sectis atque dissidiis dissecti atque " disiuncti essemus, fecit. Deinde eum aduersus " fare sir visiu. obtrecatores, qui illi + ignauiam rerumque im- " peritiam defuncto criminando obiiciebant, defendens, hæc addit: Pudendum profectò esset, si tanto ab eo honore aucti, & tantum vera pietate 💂 excelluisse cum certò persuasi, merito suo cum non defenderemus: quod præstare etiam de no- " bis nihil meritis debemus, qui verbi & veritatis ministri sumus:post obitum præcipuè eius,quum iam assentationis probrū effugimus,& oratio om ni suspicione superior est. Quis enim no sperauit, Iulianum, si aliud nihil, honore saltem accepto, " mansuetiorem? Quis verò non ex fide easum rerum quæ ei creditæ funt, etiam, preterquam quòd E Initanii Ca consentaneum esser, aquiorem fore? Et simul ma iorem Constantius Iuliani arrogatione obtinuit animum, non tam quòd fidem illius magni fecerit, quam quod potentiæ suæ confisus sit. Sed cur hoc sic vrgeo? quum cedens atque victus vincere, & argumentis superior esse possim? Si nanque qui alij credidit malus est, quis tandem is fue rit cui creditum est? Et si mores prauos non præuidisse, culpa non vacat, quo loco prauitatem ipsam ponemus? Verum enimuerò ca res est malicia, vt ratione nulla regi & flecti queat: neque fie ri potelt, vt homines improbos meliores quisqua efficiat. Quando & ille, ex quibus rebus meritò beneuolentior esse, & si quam malignitatis habuisset scintillam, eam extinguere debuisset, ex eis rebus ad maius excitatus est odium: & quo pacto egregia merita atque beneficia, per malam gratia, in autore suo vlcisceretur, circuspexit. Hec quidem in priore Inuectiua ille refert. In posteriore autem hæc scribit: Quandoquidem verò etiam nobis funus cius est, qui ante Iulianum è vita ex-" cessit, inspiciamus hic quantum duo isti imperatores inter se differant. Siquidem hoc quoque aliquid in defunctis vel ad felicitatem, vel ad infelicitatem confert. Ac nostri quidem funus producitur publico apparatu, auspicatisque ominibus \* & acclamationibus: nostris dico, & sanctioribus \*\* istis carminibus, ité nocturnis hymnis & lucernarum ignibus, quibus Christiani obitum pium cohonestandum censemus. Et corpus ipsum celebri " lugentium conuentu effertur. Quod si verba ista ' fidem merentur, ad multorum certe hoc quibuldam referentibus peruenit aures: qui defuncti ca " dauer Taurum montem superaret, vt ad patriam " vrbem, cognominem eis istam & præclaram dico, ducetetur, auditam esse à quibusdam ex superioribus locis vocem veluti pfallentium ac produ " centium, Angelicarum opinor potestatum, vt honor iste pietati illius &quasi funebre munus datú " sit. Si etenim rectá fidei opinionem loco suo mo- " uere vilus est, importunitatis errorisque purpu-

ratorum eius id fuerit crimen, qui acceptu in po "

testatem suam, simplicem eius, facilem & procli \* uem ad pictatem, & minus barathrum & perni- 🤏

Perfella Re ma. Monat-

Excefator gudd Aria † w///~.

De w.gwid Conftantine

Confertur fo

Quèd in p-fessione, sidei hallacinatus sit Constantim, confisia culpand f4-Etum.

100 pm

q; Constantÿ ad Costanti-

nopolim exe-

quis sterfuit Sed cozecibus

milusbus in-

Constanty.

A ciem prouidentem animum, quò vellent, duxere: & certioris inquisitionis prætextu, zelum & ardo rem in prauitatem conuertêre. Sedenim nos com muné magis, pietatis scalicet & fidei opinionem, & patrem ob oculos & animum, qui fundamenta) Christianitati imperialis potestatis & sidei iecit, « sortemque quæ in illum dogmatis nostri consti-" tuendi incidit, ponentes, ita vt decuit, tabernacu--

« lum corpúlque eius, qui iusté imperasser, & vitam: ancta morte finiisser, nobisque summam potesta. « tem reliquisser, honore insto prosequuti sumus.

Vbi autem ad magná & imperatricem vrbem appropinquauit, quid dicere attinet, vniuersi exercitus satellitium, & armatorum ordines, qui tanqua

viuo adhuc imperatore affuere: aut splendidæ vr-" bis effusionem, & omnium qui vel fuere vel futu

= ri funt, celeberrimum occursum? At strenuus ille & generosus noua purpura sese venditans, atque: « co nomine, vt consentaneum est superbiens, fuit & iple pars aliqua honorificæ istius pompæ, ean-

« dem & dans & recipiens gratiam : & illa quidem B inuitus, hanc autem libens, sicuti dicunt. Copiæ « naque militares omnes, tametsi præsentis eius po

# tentia vincerentur, plus tamen honoris defuncto « habentes, (quandoquidem natura beneuolentiæ

affectu recentes erumnas prosequimur) & amo-« ris milericordia que inclinatione mortuo condo-

« lentes, eamque ob causam minime se cotinentes, a quin illum velut imperatorem honorificè excipe

« rent, apostatæ & desertori persuadent, atque eum a simul ferè cogunt, ve defuncto habitu conuenien

« ti obuiá procederet. Erar autem habitus is, vt diaa dema de capite deponeret, & demisso vultu impe

a ratori extremum præstaret officium, eumque ad sepulchrum, cum reliquo comitatu in præclarum

diuorum apostolorum templum, qui sacrum hoc D genus & suscepere, & conservant, cosdem propè, Theo. cum illis honores percipiens, deduceret. logus quidem hæc,& alia plura, in Inue@iuis pro 🖡 Constantio dicit: ne in aliis quidem orationibus suis pravitarem illi, sed simplicitatem potius qua leuitatem tribuens. Alij verò historici eum non recta in religione sententia fuisse produnt:in quibus est & Theodoricus Cyri episcopus. Ego verò porius propugnatoris veræ pietatis Gregorij magni autoritatem sequor. Nam quidam tradut, minimè mirandum esse, si in reliquis orationibus illum leuiter perstringens, in Inucciuis magnificisprorfus exornet laudibus. Ardorem enim, quo aduersus religionis desertorem incitatus suit, ita immutasse virum magnum dicunt, vt amicus illi beneuolusque prorsus factus sit, qui non malicia, sed simplicitate res nostras aliquantum perturbarit. Qui & illum sancti eius patris morem fuisse volunt, ve gravilsimas etiam eis noxas condonaret, qui cas ignorantia & lapsu aliquo admissssent. Quod ego quidem rationi consonum esse di E xerim: in rebus autem pietatis nostræ gratificari cuiquam voluisse tantum ecclesiæ doctorem, negauerim. Res Costantij sic se habuere. Mortuus enim est, sicut dixim, ad Mopsi fontes, tertio No uembris mesis die, vixit annos quadraginta quinque: imperauit autem triginta & octo, com patre quidem tredecim, reliquos vigintiquinque solus. Quos quidem annos nonus iste historiarum com plectitur liber: quum à mundo condito a quinquies millesimus octingentesimus septuagesimus secundus, à Christo autem nato trecente simus sexagelimusleptimus ageretur annus.

Cor tätepere Gregorim Y Innelling aduerfes Inlianii orațio. nibu Const2 tiü landarit. quem in fort ptu aliu diquantii perfrinxit.

> Christia XU PİCLAL.

L'ibri bala

a Secondo mestericos 4342.

#### EPISTOLAE ATHANASII ADAMICO'S, formula fidei in Sirmio composita data, pars : sicuti apud Socratem Ecclesiasti-

ca historia lib.2.cap.27.reperitur.



tis Ecclesiæ Catholicæ defuit, vt istis nunc de fide disquirant, & Consulatum præsentium temporum verbis suis, quæ de side ∐promulgarunt scilicet,adiiciant?

Fecerüt sanè Visicius, Valens & Germinius, quod neque factum, neque auditum vnquam est apud Quum nanque scripsissent, quemadmodum ipsi voluerunt, credendum esse: Confulatum & mensem & diemadiecerunt, vt declararent cordatis omnibus, non antea extitisse, sed nunc primum sub Constantio initium cepisse eo-, rum fidem.Omnes etenim illi hærefim fuam fpe-Cantes, scripferunt . Adhæc, de Domino sese scripturos assimulantes, alium sibi nominatim desi-, gnant dominum, Constantium. Is enim fuit, qui potestatem illis impietatis præstitit. Et dixerunt il li imperatorem suum perpetuum, quum filiü Dei æternum negent. Adeò per impietatem Christum oppugnant.Fortasse autem annotandi Con fulatus causam & occasionem à sanctorum prophetarum temporis adscriptione acceperunt. At si hoc ipsum dicere ausi fuerint, inscitia suam ad-

Vid enim in doctrina veræ pieta , modum prodent. Sanctorum nanque hominum g prophetiæ temporum continent memoriam. Sic Esaias quidem, & Oseas, in diebus Ozia & 10atham, & Achaz, & Ezechiæ: Hieremias autem temporibus Iosiæ, Ezeciel porrò & Daniel sub Cyro & Dario fuere. Arque item alij aliis annis funt prophetati, non iacientes veræ pietatis initium. Ante illorum enim tempora, & perpetua ea fuit: quippe quam ante mundi constitutionem DEVS in CHRISTO nobis preparauit. Neque fidei sux illi tempora indicarunt : nam & ante ea ipsa tempora fideles ipsi fuerant. Sed tempora promissionum per cos factarum ostenderunt. Promissiones verò de aduentu Saluatoris nostri præcipuè factæ: quibus tanquam accessio. quædam & sequela, res in Israël & apud gentes futuræ sunt annexæ. Et tempora annotata non funt, sicuti dixi, quod tum cepisser initium fides: sed vt ipsorum prophetarum ætas, qua illi qui talia vaticinati essent, vixere, ostenderetur. At nostri isti sapientes non historia comemorates, neg; futura prædicentes, sed scribentes, PROMVL. GATA EST FIDES Catholica, statim Consulatum adiecerunt, & mensem & diem. Et

A sicuti sancti viri historiarum & ministerij sui tem pora declararunt:ita isti sidei suæ tempus annotarunt. Atque viinam de sua ipsorum fide expresse scripsissent Illi verò in initio sidem allegant, qua consectati non sunt. Non enim scripserunt, Ita cre dimus:sed,Promulgata est fides catholicus Itaque ... quùm consilij corum temeritas summam declarat impietatem, tum nouum infolénfque feripturæ inuentum Arianum æquat institutum. Atque hoc ita scribentes, satis docuerunt, tum eos primum credere cœpille, atque ab eo tempore fidem corum in medium annunciari voluisse. Et quemadmodum secundum Euangelistam Lucam, propositum publice est decretum descriptionis siue census agendi, atque idipsum decretum prius quidem non extitit, verùm ab eis ip lis diebus elle cœpit à promulgante vulgatum:itidem & isti scribétes, Promulgata nunc est fides, ostenderunt recen

tem esse hæresis suæ sententiam, nec antehac eam B extitisse. Quod si addunt, Catholica:non animaduerterunt, se in Phrygum incidere præuaricationem.Ita vt & ipsi perinde atque illi dicant, Nobis primum reuelata est, & à nobis initiu cepit Chriitianorum fides.Et ficut illi Maximillam & Montanum; sic isti pro Christo Dominum Constantiu professioni suz inscribunt. Quod si iuxta eorum verba, ab annotato Cosulatu sides initium habet: quid patres facient? quid beati martyres? quid ipfi quoque de eis facient, qui ab ipfis de fide funt instituti, & ante consulatu eu obdormierut quomo do cos resuscitabunt, ve quæ prius docuerur, in illis abstergat:& que nunc inueta scripserut, eis inse răt? Adeò sunt imperiti, nihil aliud quam prætext? cofingere scientes, eosq; absurdos & incredibiles, vt qui secti ipsi statim suam afferat redargutione.

#### TOMI CAPITA. DECIMI

De vita o institutione pranaricatoris Iuliani: o ut permissione Dei , Romanorum Imperator sit renunciatus.

Ve prauaricator & apostata per Thraciam proficiscens, Constantio defuncto, Constantinopolim peruc-

Vi Christianismo abiurato, Iulianus idola coluerit: et vi inter sacrificandum in horrenda spectra inciderit.

Vt idolorum templis apertis, vetusta prinilegia 📀 prouentus Christianus ademptos illis dicarit: @ qua Gaza 🖝 Casarea propter idolorum templa secerit.

Quomodo, ve fauorem plebis aucuparetur, omnes paf sim Episcopos à Constantio in exilium pulsos renocarit, cum propter Constanty odium, tum quod ecclesiam turbari vellet.

Vi etiam magnus Athanasius tum apud virginem pudicam occultatus, publico se commiserit, & ecclesiam receperit, Georgio Ariano à populo interempto.

Iuliani epistola ad populum Alexandrinum missa,

de Georgy cade.

De Eusebio, Nestabo & Zenone fratribus, qui Gaz amartyrium sustinuerunt: 6 de S. Hilarione, miraculorum editore.

De calamitatibus in Phanice & Heliopoli & Emesa toleratio: C de Aemyliano, C Dorotheo, C Domitiano, & Marco Arethusiorum episcopo.

De Theodulo & Tatiano Phrygibus : praterea de iis qui Ancyra in Galatia martyrio sunt affecti, Busyride & Basileo:item de Eupsychio Cappadoce.

De sancto Artemio:item de sanctis Manuel, Sabel, ଙ Ismael: er de beata Publi a virgine.

Vs Apostatares venales in foro polluendas contaminandasque mandarit. De sancto Theodoro tyrone: & de fanttu martyribus, Iunentino & Maximino.

De reliquiu sanctorum prophetarum, Elisei, & Ioan

nis pracurforis & baptifta.

De Lucifero & Eusebio: vt Antiochia in locum Melety Panlınnı sit surrogatus. Item de Alexandrina synodo , qua consubstantialem patri 🖝 filio sanctum spiritum dininitus afferuit, Athanasio prasidente.

Qua eadem Synodus Alexandria de istis verbis substantia & Subsistentia, enidenter & clare decreuerit.

26 Qua Athanasim in oratione quam de suga inscripsit, commemoret.

Vt eo tempore Antiochia tres episcopi fuerint, Mele-17 tim, Paulinus, & Euzoim: & vi Lucifer Euseby repre hensionem agrè ferens, hareseos sua autor extiterit : O vi Eusebins Vercellensis & Hilarine Pictaniensis episcopi in Occidente, Illyricis, Gallis & Italis Romanasi. mul & Gracalingua sanam Nicana fidei doctrinam annunciarint.

De Macedonianu, ut tum magna libertate impietate 18 suam docuerint. Quidy senserint, or quibus defensionibus aduersus corum accusatores sint vsi.

De sancto Athanasio, ve ab apostata inquisitus, arte 19 mirifica profugus cuaserit.

VI Iulianus denuò idololatriam Gracorum vehemen- 20 tius & acrius comprobarit. de Eleufio Cyziceno, Ti to Bostrensi, Mari Chalcedonensi, episcopu.

Quomodo Iulianus arte & dolo idololatriam confir- 21 maturus, religionis nostra proprios ritus idolorum cultui accommodare instituit.

Epistola Iuliani ad Pontificem Galatia Arsacium, 22 vs Christianorum mores imitando consectetur

Q132 contra pietatem nostram impius egerit, & vt do 23 lo exercitum ad Deorum sacrificia, donatino ea de cansa dato pellicere tentarit.

De Constitutionibus eius contra nos publicatis, & ve 24 pecunias colligere cæperit.

Vs insuper Apostata lege lata, Christianis Gracarū 25 artium & institutionu literu interdixerit: & vt Gregorius magnus, & duo Apollinares Syri, sacras scriptu ras omni genere carminum expolientes, confilio 🖝 infti tuto eius obstiterint.

De Gracis 🔗 Ethnicis artibus 🚱 literis,etiam Chri 26 stianu pietatem consectatibus eas vtiles esse, eásque Chri stianos addiscere oportere.

Vt Iulianus expeditione in Persus suscepta, Antio- 27 chiam venerit : atque ibi propter barbam prolixam ludibrio habitus contra Antiochenes librum Misopogona, hoc est, barba of orem composuerit.

Qua pranaricatori huic in Antiochenoru luco Daph 28 ne acciderint:& de tumulo sancti Babyla martyris,& de sancto Theodoro confessore.

De fraude Gracorum oraculorum.Commemoratio eo- 29 rum qua per vindictam divinam passi sunt, qui sacra Christianorum & res dininas contumelia affecerunt.

De statua Christi, quam in Phænice Paneade mulier 39

illa qua flux u (anguinis laborarat,erexit.

De fonte qui Nicopoli siue in Emaus est: 🖝 de Persea arbore Hermopoli , morbos incurabiles incolatu Christi

Pt impius religionem nostram extinguere conatus, e-. tiam Indais permiserit Hierosolymu templum restaurare: O qua tum ibi fidem prope omnem excellentia e-

De igne,qui tum ibidem repente est exortus : @ qua, vestimentu hominum sigura crucu adha serunt, signu: 👉 de diuino Euangelio in fundamentu inuento.

34 Vt Iulianus impetu in Persiden facto, per errore naues ad Euphraten exusserit: O pralio commisso, occulta plaga ichus interierit.

Quod visiones dininis quibusdam apparentes, Iuliani apud Persas necem portenderint.

Qua Libanius in funebri oratione Iuliani contra nos scripserit. Et responsum, dicta eins refellens.

Ex secunda Gregory Theologi in Iulianum inuetti-

na, de ingenio, moribus, gefin corporis, morte & sepultura Iuliani.

Deimperio Py Imperatoris Ioniniani in Perfide. Vt Iouinianus episcopis exulantibus exilium remise- 39 rit, or ut stata Christianorum sacra in ecclesiis honori-fice restituorit, or idolorum cultum aboleucrit.

Vt Journiano etiam Macedoniani Antiechia libellu 40 Supplicem obtulerint, & vt Synodus ibidem Nicanam fidem approbarit, confessionémque suam scripta ad Imperatorem miserit.

De sancto Athanasso, ut ab exilio revocatus, in ma- 41 gno honore apud Ioninianum fuerit, 🗗 res ecclesiarum Aegyptiarum denuò cum potestate administrarit.

De Synodo Alexandrina, cuius decretum magnus 42 Athanasius ad Imperatorem misit: & vt professio sidei Nicana multo iam tempore exagitata,in pristinum sta tum sit restituta.


Vt Imperator Iouinianus in Dadastanis, cum magna 43 piorum omnium jactura, vitam finierit.

# ECCLESIASTICAE

NICEPHORI CALLISTI STORIAE

XANTHOPYLI, TOMVS DECIMVS.

CAPVT



tæ Constantius 3habuit: quế quidem no parum, quòd aliquid de paterna fidei pstelsione mutaue yrit, pænituit. Sedenim quamuis facilitate ingenij &★ illeceoris religionis ab episcopis, in quo ru potestate fuit,

seductus sit,& ซึ่งแต่ต่อ consubstantialis verbum ex fidei symbolo, sub vnionis coniunctionisque omnium prætextu sustulerit, sinceram tamen di-Cionis eius sententiam est professus. Quùm etenim Deum verbum germanum filium & ante secula ex patre genitum dixit, tum certus manifestúsque corum qui creaturam illum vocare ausi fuissent, hostis extitit. Et absque co quod diximus, verum is fuit patris sui exemplar in rebus omnibus,maximè verò in pietate & Dei cultu, atque in simulacrorum erroris & superstitionis abolitione.lulianus autem, repugnate nemine, imperium accepit. Postquam verò nos in hunc locum historia ipsa deduxit, paucis de eo, qui fuerit, vnde ortus, & quibus studiis arque institutis ad Imperium peruenerit, est exponendum. Sed paulo altius res repetenda, non vt verborum atque orationis venustatem & elegantiam ostentemus, sed tenui sim plicique stylo, quem etiam sacra historia slagitat, sicuti ab initio propositú nobis est, res gestas persequamur. Constantinus magnus duos habuit fra tres,ex vno quidem secum patre Constante, alia

autem matre genitos: Dalmatiu, qui alterius Dal- C matij pater fuit: & Constantium, cuius filij suere Gallus & Iulianus. V bi Constantinus decessit, atque imperium ad filium Constantium peruenit, tyrannidem metuens, & genere sibi propinquos suspectos habens, non bene cos tractauit. Proinde iunior Dalmatius, quum iam Cæsar esset, à militibus cæsus est. Et parum abfuit, qu in & duo isti perierint. Sed Gallum colilio cædis morbus exemit, ex quo propediem moriturus este existimatus est. Iuliano autem etas tenerior profuit, quòd vixdum octauum attigisset annum. Vbi verò ira Imperatoris aduersus eos deferbuit, primum eis vt in Cap padocia agerent, permissum est, in loco quodam qui Macellum dictus est, non longe à Cæsarea ad Argaum montem lito, regiam domum, lauacra, hortos & fontes perennes habente.lbi pro eo atque decebat, curari sunt, disciplinísque & exercitiis atati ei conuenientibus exculti, sacris quoque literis à magistris & præceptoribus eò vsque do-Ci,vt in album postea cleri relati sint, & sacros libros populo legerint. Atque illi non verbis mo- D dò, sed & factis studium ardorémque in religione fuum ostéderunt. Nam qui sacris dignitatibus exornati, atque aliter etiam boni viri, & propter pietatem virtutémque clari erant, cos ampliter hono rarunt: in facris illi etiam ædibus frequentes fuerunt, & martyrum vrnas honoribus & donariis ornarunt & consecrarunt. Atque vt alacritatem suam mattyribus colendis veluti spectaculo aliquo exhiberent,honorem fepulcri Mamæ martyris inter se, vt id magnifico circundarent templo, diviserunt. Et quum inter se vt par erat, decertarent,& ambitiose splendore & magnificentia stru Aura alter alterum superare niteretur, res præter opinionem admiranda accidit. Quæ profectò in-

Dalmatij it mioru cedes.

Galli 🕁 Io tio & infi-

\* Luxulda

Constantion

ab epifcopis feductus.

PLAIATI.

Res Iulian रक्षा स्वयं ।

Iide fancto Mame ma tyri templii confraunt. Socrat.lib 3. sap. I. & गाँ Entrop.Gd lii in Ionia Ephrfi, vbi **P**ossesiones sternas ha buit, Inliand autem Cou-**Aantsmopeli**, fub magifity

Specersque doline atque in le le le rome 100 (00 para effe, Tin publi-en eclefia co neuribus faeras libros po polo legisse, Thurdorie sa dicit lib.3. a Galli Bre clara rectè procedit: 110-Lani mini b Fl,Cl. Io limu Chrijim/mum faulant, Praceptores

it tis pipl.

sertio wehim Niep.

it to pipehowhine.

Sect.ib.3.

Libanias So phifts

Oratio disto contra pada-Logos,

Maximu Ephofi w philofophus.

Talianas mo nachen fa-Ehm propter Sufficienam Conftăty de feconcepă.

Man dinj-

ECCLESIAST. A credibilis propèesset, nisi qui ibi præsentes eam viderunt, per traditionis successionem eam vsque ad hæc tempora conservassent. Aedificium nanque Galli pulchrè & ex arbitrio eius processit, & quotidie sua incrementa habuit. In ea verò parte quă Iulianus costruebat, partim parietes ipsi iă excitati conciderut, partim ex ipsis fundamentis sur sum versum, veluti vis quæpiam aduersa contrà niteretur, cementa & materia alia eiecta, atque in terram taquam vento valido prostrata sunt. Qui-dam etiam lapides coniungi glutinarsque non po-tuerunt. Admiranda sane spectantibus res visa, quæ posterius certius est cognita. b Fuere tamen, qui tum quoque intellexete, non ex animo illum religioné colere, bied metu Imperatoris Christianismum simulare: & proinde minus gratum acceptúmque martyribus cultum accessúmque ad se cius esse. Pietatem Christianam Iulianus primum ariolorum consuetudine adductus abiecir. Remis sa autem amplius etiam ab Imperatore ira, Gallus deinde Ephesi degebat, in scholis studiis operam nauans: vbi etiam paternæ erant possessiones. Iulianus verò Constantinopoli in basilica docentes præceptores audiuit: tenuíque in publico víus est vestitu, Mardonij eunuchi ductu. Grammaticen eum docuit Nicocles Lacon: Rhetoricen autem Hecebolius, qui tum Christianam complexus fue rat religionem. Prouiderat hoc sic Constantius, ve ritus ne ad superstitionem, si Græco vteretur magistro, declinaret. Et qui disciplinis discendis preclaro esfet ingenio, & cum multis familiarius viueret, celebrem est famam, ad res quoque administrandas idoneum eum esse, consequutus. Quin & ad imperium ipium gerendum optimus est iudicarus. Qua de re quum sermones innalescerent, Constantius est perturbatus. Itaque ex vibe maxi ma Nicomediam translatus est: vbi ne ad Libaniú Syrum Sophistam iret, ei est interdictum. Eo enim tempore à pedagogis vrbe Constantinopolitana expulsus ille, Nicomediæ ludum aperuerar, vbi ad uersus pedagogos stomachum ostendens, orationem contra eos præclaram conscripsit. Iulianus quum propter religionem Libanij cõfuetudinem C fugere iussus fuisset, quòd tamen summe ei animi beneuolentia coniúctus esfet, clam libros eius coparauit, eòsque diligenter imitari studuit. Interea Maximus philosophus,non Byzantius ille,sed qui Ephesum patriam habuit, & postea à Valentiniano magicarum impolturarum couictus, cælus elt, Iuliani fama permotus Nicomediam venit: cuius quum in Philosophia auditor, tum etiä in super-Attione imitator atq; amator acerrimus fuit. Hic illum dicitur non mediocriter ad imperandi libidinem excitasse: quum, sicuti fama vulgatum est, ariolorum sacris initiatum instituisset, & ad Christianismi odium produxisset. Quod quia Constan tium latere non potuit, in grauium rerum suspicionem incidit. Et spe simul ea, in quam faustis au guriis crectus crat, adductus, capite tonfo monachus factus est.Ita ille, quem antea reuera receperat, eum tum falso præse tulit Christianismum. Et occultè philosophiz operam dedit: apertè autem in lectorum Nicomediæ ordinem lectus,facras le git literas. Qua re, eam quam de illo Imperator co ceperat, suspicionem aboleuit. Deinde verò eò est prouectus, vt si quæ ars esser rerum futurarum di

winatrix, scrutaretur, necessario que eam sibi disce- D dam esse putaret. Propterea si quem eius rei studiosum cognouit, statim eum sibi amicum fecit. Et paulatim cum plerisque suotum sodalium con filium suum communicauit. Et tum demumvibes gloria florentes fore, quasi diuinans prædixit, quu iple ad rerum lummam perueniret. Ob quam cau sam etiam Nicomedia relicta, Asiam petiit:& cum eiusmodi hominum genere quum ibi familiarius viueret, magis atque magis rerum talium studium in eo est confirmatum. Porrò vbi frater eius Gallus Cæsar factus, & res eum nouas moliri nunciatum est, & hic affectati imperij suspectus fuit, & propterea sub custodia habitus est. Czterum quu pro eo Eusebia Constantij vxor precata esset, Athenas ad philosophos est missus. Et huc quidem profectionis eius obtendit prætextum, velut Græ cis ibi disciplinis operam nauaturus esset.Res auté ipsa crat, vt de rebus, quas sibi persequendas statuerat, cum impostoribus ageret magis. Atque Athenis agens, vnà cum Basilio & Gregorio scholas frequentauit, qui ex indiciis quibusdam abditam E hominis improbitatem, mentis oculis deprehenderunt. Et Constantius, vt paucis rem explicem, il lum inde accitum Cæsaré creauit: & in marrimonium ei a sorore Constantia tradita, in Occidentalem Galliam misit. Stipendiarij enim milites, quos aduersus tyrannos Magnentium & Britanionem in Occidente Constantius ductos alebat, nulli ei erant vsui. Quin potius barbaro corrupti instituto, Gallias vastabant: & cum detriméto ipsius, imperio Romano subditas vrbes diripiebat. At quòd inuenis adhuc estet, nihil ei, quod sine ducum qui in eius comitatu erant, consilio ageret, permisit. Vbi verò illi non rectè rem militarem administra rent,ipse vt potuit per se bellum gessit, militibus ardorem quendam indidit, animofiorésq; ad prælia committenda & pericula adeunda cohortationibus præmiísque ob barbaros cæsos propositis reddidit.Quæ sanè res initium præbuit,vt barbari subinde victori inferiores essent, ipse autem & gra tia & egregia fama pollerer. Atque vbi Constantio ducum languorem & ignauiam indicauit, alsos ab eo pro illis accepit: quorum consilio & opera, F cum hostibus prælio sæpe commisso, victoriam fortiter reportauit, cósque ad legationem mitten dam coegit. Cæterum illis Constantij prætenden tibus literas, quibus eos rursum ad fædus & societatem belli cu Romanis in eundem inuitabat, ipse tempus ex industria extraxit, & oratorem corum vbi aliquandiu distulit, & spem eidem fecit, fædus acceptum à Constantio iri, præter expectationem omnium copiis (uis barbaros adortus, maxima victos clade afflixit, + regémque corum vinctum ad Constantium misit. Ea victoria ex sententia po titus, à militibus Romanorum Imperator est renú ciatus. Atque vbi tum Imperatoriz coronz copia non fuit, ex satellitibus quidam, torquem quam in collo gestabat, capiti illius imposuit. Obtinet fama,antea quoque, quum oppidum quoddam in-

† Iulianus hostes ex Gallia ritra Rhenum suganit. Ad rudecim millia Rom. qui iure belli capti seruiebant, ab Almanu recepit, Agrippina occupata. Idem cum Almanu eistem bellum gessit, & per Hariobaudem tribunum eastra Pserculu, Quadriburgiu, Stricenssum, Ninessum, Bonam, Antenacum, & Bingium, cinitates cepit, Sarmatas item & Quados ricot, Oros. Ammiam. vationibus fludet addifrendu.

Imperium fibi ipfe ariolans pollicotur, –

Enfebia CV stārā cŏiāse.

Iuliana Athenis apud philosophos, Basilium & Gregorium Nazanzenä condifcipulos babet. I dem Cafar creasw,in Gallias mi∬sse a Coustantia Soror Confta tý,Inlian cominue. Iulianus in Gallia rellà rem gerit. Sert. Helenam habet.

Socrat. & Entrop.legia la coniectos v∬e addunt. b Apad Ar gentoratű in getes hoftin copias delemit.Stabans ecer wi cadaverű mentiő igt ar, fluebas creer flaminum modo. captus rex nobilu Chonodomaras, C. Eutrop. † Inlianne imperator à milisib\*le&

Imperium eim prodizio designatum.

An Confiă

tim Iuliani,

quod perditü

es vellet, con

tra Barba-

Tos moferit.

grederetur, coronam inter duas columnas suspen sam, sicuti mos est vrbes exornare, quam aptissime in caput prætereuntis decidise. Quæ res permultis pro omine & indicio accepta est, Imperij quoque summam ad eum peruenturam esse. Illud quoque sermonibus vulgatu fuit, ab insidiante viræ eius Constantio bellum id aduersus barba ros ei mandatum esse, vt cum illis manu conserta interiret. Sed sama ea apud me parum admodum habet fidei. Cur enim Czfaris illi primum dignitatem tribuisset, sororémque ei nuptui dedisset? Cur optatis eius, vt socordibus alij surrogarentur duces, morem gessisset: & qui ad prælia committenda strenui estent, bellumq; recte gererent, misisset, nisi amico & beneuolo in eum fuisset animo? Itaque colligere satis licet, bene ei ab initio Imperatorem voluisse, & ob id Casarem eum declarasse. At vbi ille se non permittente, Augustus est renunciatus, vel metuentem eum sibi, propter iniurias, quas illi tenero adhuc frattique eius intulerat, vel parem illius cum suo honorem molestè ferentem, per eos qui dicti sunt barbaros, postea forte infidias ei struxisse. Sed hoc, iudicio cuiusq; relinquimus.

CAPVT II.

Minimè Philosophica Inliani insti tuta.


Confedty ve wentu suggil latio.

A Christia nismo aperta desectio.

Dinina pui dentia Confrantius ante bellum ciuile mortuus.

Profectio In liani inThra ciam.

Prodigioseri tes post rindemiam germinant,



let) nulla ad Constantium adhuc superstitem, à quo beneficia multa se accepisse, seruatúmo; adeò esse sciebat, legatione, quæ illum excusaret & defenderet,missa,statim eos magistratu abire exautoratos, quos ille euexerat, coegit, & alios in eoru locum suffecit, omniaque ad voluntatem tantum fuam egit.Et Constantium ridens, plerisque in locis epistolas cius recitauit, quibus ille barbaros co tra Magnentium euocans, in Romanorum ditionem adduxit. Multitudinem quoque arte circumuentam, & ab illo alienatam, in parces suas pertraxit. Ac derepente simulationi quoq; illi, qua Christianum se esse finxir, nuncio remisso, demonum templa frequentauit: & sacrificans, simulacrisque sele dedens, Pontificem seipsum vocauit, festos Græcorum dies peragere permisit,& qui sub pote state eius erant ciues ad eundem cultum suasionibus perducere intendir. Et profecto ciuile ille con citasset bellum,& quantum in ipso situm erat, san guine fuso de exuberanti philosophia eius iudiciu factum fuisset, nisi Deus, qui omnia, ignota & occulta ratione in melius dirigit, alterum ad se cum nullo aduersarij ipsius detrimento transtulisset. Quum enim Constantius in Syria excursiones atque expeditiones Persicas compesceret, illi interea visum est, Illyricu sine prælio imperio suo subiicere. Atque assimulans se ad Constantiu tédere, veluti culpă, perinde arq; inuitus imperij in signia recepisset, deprecaturus, viterius inde Thraciam versus processit: & vbi in eius regionis montes peruenit, quum post vindemiam + Vergiliz occiderent, vites gemmis & vuis recentibus germinarunt, & ros ex aere in ipsum comitésque eius ita

diffulus est, vt gutta quælibet in sagis illorum cru- D cis formam repræsentaret. Et alij quidem aliter prodigia atque indicia hec acceperunt. Verùm per yuas immaturas, intempestiuum eius minimeque diuturnum imperium est designatum. Crux auté Christianorum doctrinam coelestem esse,omnésque ea consignari oportere portendit. Vtrunque sanè posterioribus temporibus verum esse confirmatum est. Iulianus vbi in Thracie montanis fuit, Constantius extinctus esse ad Mopsi fontes di-Aus est. Et ipse Constantinopolim ingressus, Imperator est salutatus. Ibi Constantij funus magnificè curauit, atque id dépro è capite suo diademate producens sequutus est, mortuum eum honore afficiens, cuius vitam infestis signis petierat. Greci sanè sermonibus tum iactatunt, Iulianum vaticinandi quadam arte eam rerum mutationem præuidisse, & ob id in Thraciam properasse. Quod hercle certum haberi posset, si suum ipse quoque obitum iamiam ei imminentem, qui quasi in som nis imperium tantum degustauit, vidistet.Esset nã que à stultitia non alienum, si ipse & Constantij E mortem, & suam in Persaru finibus cædem prospectam habens, sua sponte ad interitum prosiluillet.Hoc quidem non aliud est, quàm ipsi incosultam temeritatem & Imperatoriz artis imperitiam accomodate: Imperium autem Romanoru in tantum coniicere periculum, ve id ferè totum, aut maxima certé ex parte Persis sit subditu. Hæc quidem hactenus.

CAPPT 111.



Vlianus porrò imperio potitus, tam impudenter & apertè dicitur religionem abiurasse, vt ipsum etiam pernegauerit Christum, & sacrificiis quibussam dæmonúmque detestandis inuocationibus & victi-

marum fanguine facrum abluerit lauacrum, atque seipsum à mysteriis ecclesse exautoratum excluserit:& deinceps non modò priuatim,fed publicè etiam, quæcunque Græcis permittuntur sacra & sacrificia, eis vteretur. Enimuero solennem ei hostia F machanti, in extis eius crucis signum corona circu datum apparuisse dicitur. Quod eis qui illi opera dabant, non paruum incussit timorem, Christi po tentiam doctrinámque nostram perpetuò duraturam, suspectam habentibus: quòd corona victo riæ signű esset, & circulatis forma omni ex parte initium capiens, atque seipsam desinés, finem nullum portenderet. At sacerdos qui sacro prefuit, ne ea re perturbaretur, illum admonuit : victimam enim nouum quiddam ostendere, Christianum scilicet dogma iam comprimi,& ad scipsum reuer ti,circulo: ne sicuti prius, finibus nullis constitutis, quocunque vellet loco longe latéque propagaretur, in angustum redactum. Alio item tempo re, quum celebre quoddam adytum diuinationis gratia lubiret,& lubit ò lele horreda quædam lpectra ingererent, eius rei propter qua ingrellus fuerat oblitus (ætate enim proucciore ad idolorum facra se contulerat ) quòd in reb. dubiis & pericu-Iolis crucis lignaculo tanquam prælenti auxilio vti consucuisset, veluti discrimine circumuentus, ad confuctum prælidium confugit. Per timorem

\* Pleiades. Sozom.lib.ç cap.1.

Ros,crucis forma in 10 banum deci-

Quid prodigra ca portëdarint.

Inlianm CV frantinopoli funm Confra ty curat.

Iuliani apeftafia,

Cruz corona ta se in extiu rictima sacrificanti apostata exhi bet.

Sinistra eiue portenti expositio.

In ipfaidolomania Inli anus frelicu conterri tuo figuarulo crucu sa Jugat. Propter Inliani defeliani Chrifiani massimopere fibi matanta

Idololatria

Idololatria

Inlianue, poseff, in interrume

Philocorpus dicit. Erichtinuio reguid u, Ath 794 2D CO13fituta effe, ot wirgines dynitate pfeets canfits I movi In quibus ca sait, que peregenda, pertuebant. Soid Diren ter be seed goess. box eft Canifiri fo-M. Cicer. Habe Case phoras, Doorom fimile. Ga reficue. radaysi. l nlimu idololatris be منااند

> Crofaviil Palafina Gazan fubiicit.

A enim se Christi signo consignauit, & confestim omnia euanuere. lta res que tentata fuerat, infecta tum permansit. Sacri verò eius antistes, quòd quid ageret,nesciret:causam autem cur dæmones dispa ruissent, non ignoraret : Aufugerunt illi, inquit, quod fignum hoc perinde arque execrandum pia culum odere. Et admonitum illum, vt forti esset animo, neq; quicqua Christiane rei exhiberet aut cogitaret, rursum ad sacrum id duxit. Christiani vbi hæc audiere, non mediocriter sunt perculsi. metuerunt enim sibi: & Imperatorem sacris eiuscemodi addicum videntes, in persequationis timorem inciderunt. Et expectatio periculorum pe riculis ipsis maior suit. Quum enim aliquandiu ia erunas & calamitates dedidicissent, vel sola veterum malorum recordatio eos terrens, metu contrahebat. Omnes certe animis consternati erant, quòd tantumlmperatoris eius in religionem odiŭ cernerent, qui antea Christianus fuisset, parentibus piis & dogmatis ipsius studiosis progenitus, iuxta ecclesia mores & costitutiones productus, sacris literis edoctus, & à sacerdotibus & episcopis educatus. Quapropter tantam illius immutationem insustentabilem fore putabant.

#### ESPYT 1111

Orrò qum solus rerum pometur, matim quæcumque in Oriente idolorú templa reliqua fuere, aperuit: & quæ negligentius curata fuissen, instaura ri iussit. Si quæ autem prorsus diruta essent, denuò ea extrui præcepit, aras repurgauit: & veteres reditus nobis auferens, illis rursum sacrauit. Antiquos vrbium ritus, prilca sacrificia, & vælanas ineptias renouauit.Neq; eum puduit publicè diis sacrificare. Et identidem libans, qui cum eo eiulmodi lacris vacabant,eos maximis elt prosequutus honoribus. Rerum sacrarum præsectis, sacerdotibus, & canephoris, quæ consuetudo prisca tulerat, dedit. Et autoritate sua cos confirmauit:id quod ante Constatinum Imperatores quoque alij fecerant.Rebus eiulmodi vacantibus,immunitatem tributorum sanctione dedit, annona templorum sacrorumque ministris donauit: & vt + cathari, hoc est, puri siue sacrosancti essent, lege lata cauit, & ab aliis hominibus eos secreuit. Nili cubitum Serapidi deo restituit: & vetusta præterea patriáque iura, quæ Constantinus ciues suos ad veram pietatem cohortans, ecclesiæ Christitribuerat. b Vrbibus, quas facra Græcorum sequi cognouisset, quas voluere donationes affatim dedit: quas autem in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas diuertere voluit. Et persæpe quum legationes ad eum propter casum aliquem qui incidisset prouinciales mitterent, preces corum rejecit. Quod sanè ciuitati Nifibenæ accidit. Quum enim expeditionem aduersus eos Persæsusceperunt, & ipsi ea de causa Oratores suos ad cum miscrunt, non modò auxilium eis ferre noluit, sed etiam minatus est, se vrbem ea oculis suis non visurum: neque eò venturum, vt quæ sacra & detestanda esser, neque templa deorum aperire, aut Græcorum religionem suscipere vellet. Et Constantienses in Palæstina eodem nomine arguens, ciuitatem eorum Gazzis subiecit.

Constantiam nanque, sicuti suprà diximus, quum D Gazzorum nauale esset, & Maiuma vocaretur, Co stantinus propter egregium eius in side Christiana ardorem, iure ciuitatis exornauerat, & filio Co stantio dicatam, legibus suis vti per constitutioné iusserat: minus conuenire arbitratus, vt ea Gazæ ciuitati Græcis ritibus admodum addiæ, subie-Cta esser. At vbi Iulianus imperium est consequutus, Gazzi aduersus Constantienses iure egerunt. Quorum iple iudex,licuti antea fuerat,ita Constă tiam iuri Gazzorum ad viginti stadia ab ipsis distantem, adjudicauit. Constantij quoque appellationem ei ademit, & portum Gazz vocauit. Et vnum vtraque loca præfectum, cosdémque magistratus habuere:ecclesiæ sole duas esse civitates ostendere.vrraque enim sub suo vixit Episcopo & clero, & fines ambarūtempla cuiusque designarunt.Cœterum Gazæorum quida episcopus postea, quum suus apud Maiumitas antistes decessisset, hoc egit, vt vtræque in vnam ecclessam redige renturinon æquú esse dicens, vt duo essent in vna ciuitate episcopi. Cui quum Maiumitæresisteret, E Synodus prouincialis recte rem decidit, & suum Maiumæ episcopum legit:conuenire arbitrata, ve qui semel à pio Imperatore, propter veram religioné primario ciuitatis iure honorati essent, non aliud per impij principis iudicium sequerentur & facerent. Proinde ille merito honore, qui semel eis datus esset, ecclesiæ fruerentur, & res ea loco suo immota maneret. Atque hoc quidem sic non longe post est actum. Eodem anno Cappadocum quoque Cxlaream vrbem magnam & locupleté, Iulianus è civitatum albo expunxit, & Cæsaris ei cognomen abstulit. Primum enim Mazacam eam vocatam, Claudius Cæfar appellatione mutata, no mine suo cohonestauit. Summo autem ciuitatem eam odio persequebatur tyrannus, quòd propter eximium in Christum amorem & desiderium ma ximè celebris esset, & vetusta simulacrorum delubra euertisset: louis scilicet woln' x, hoc est tutelaris, & Apollinis wargue id est patrij. V bi verò postca Fortunæ remplum sunt demoliti, plurimum to ti vtbi succensuit,& Grzcos non adeò multos ex incolentes incufauit:ac si quid durius perferédum F sit, tum serendum pro fortuna suisse, eis obiecit. Trecetas sand auri libras ab eis qui fines vrbis eius coluere, vi exegit. Clerum autem omnem muneribus & ministeriis militaribus in ea regione attri buit: quod quum sumptibus onerosum, tum igno minia contumeliosum existimatum est. Et Christianis omnibus tributo imposito, vrbe ea perinde atque vico aliquo est vsus. Iure quoque iurando interpolito, minatus eis est, nisi quam primum tepla deorum restituerent, quicquid posset calamitatis ciuitati se illaturum <u>, & postremò capita etia</u> ablaturum esse Gallilæis:sic enim per contumelia Christianos nominauit. A tque ille minas ciulmodi ad rem contulillet, nili fatalis necelsitas morte eum præuenisset. Neque ab initio per misericordiam humaniorem le erga Christianos exhibuit, minulg, graviorem veteribus persecutoribus: sed quòd nihil momenti Græcorum superstitioni costituendæ, Christianorum intolerabilia etiam sup plicia afferre, quinetiam dogma nostrum maiora per ea capere incrementa sciret. Ingens enim ex co Christianis accessit gloria, quòd ex eis multi

Gazapent.

Cafaream
Cappadoch
in ordinem
Inleanus redigit. Tyram
nicè cam rrbem traclat.
Sub monte
Argro Ma
zatam, qua
nunc Cafarea nominatur. Pl. lib.
6 cap.3.

Gallilai à Inliano Chri Stiani nominati,

Que confilio
idem humanioré fe primum erg a
Christianos
esse assumlaris.

A fortiter mortem sibi obeundam duxerint. Preterea verò laudem eam nobis inuidit. Et à tormentis quidem & igne,& ferro,& pelagi vndis abstinuit: neque viuos vel in barathrum coniecit, vel in terra defodit, quæ alij ante eum persecutores secerant, quòd hæc necessariò animi sententiam non mutarent: cohortationibus verò & persuasionibus multitudinem ad impietatem pertrahendam esse censuit. Eo modo facile se superiorem fore,& quod vellet effecturum esse, ratus est: aut fortasse, vt admirandus esse, & præter expectationem perhumanus in eis videretur, non statim vim eis adhibendam esse putauit.

CAPPT Y.

📆 Iulmodi agitans consilia,qui à Có stantio in exilium pulsi propter re ligionem fuerant, omnibus porestarem redeundi fecit: & quorum bona publicata fuerant, ea illis re-

🎮 stifuit. Edicta publicata , ne Christiani iniuriis afficerentur, néue per vim aut contu meliam ad sacrificia adigerentur. Si qui verò sua sponte ad aras accedere vellent, eos prius deorum placandorum gratia luttrari purgatique debere. Annonam & immunitatem, quam Constantinus pro sua erga Deum obseruantia clericis concesserat, ipse abrogauit, & in publicos prouentus retulit.Quæ verò viduis & virginib. propter inopiam cleri, alimenta è publico largienda destinata erat, ægrè & difficulter exigebantur. Constantinus náque, quum ecclesias constitueret atque ordinaret, ex cuiusque vibis prouentibus toti clero, quatum ad vitam tolerandam satis esset, rerum necessariarum tribuit, eamque rem sanctione legis confirmauit, que hucusque conseruatur. Sub Iuliano exactio corum prouentuum dura admodum & grauis fuit, sicuti id exactorum ipsorum testantur mo numenta Cœterùm parum fuit tyranno, tam hostili esse erga nos animo, nisi suum aduersus ecclesiam odium ad excidium eius prorsus conuerteret. Quæcunque enim ei suppeditabant sacra vasa & donaria, ea abstulit, & in idolorum delubris reposuit. Vim etiam illam eis adhibuit, qui sub Con stantino & Constantio templa deorum euertissent, ve vel ea celeriter restaurarent, vel estimationem structuræ eorum persoluerent. Sin hoc minus facerent, vt durius accipetentur, & in vincula coniicerentur, mandauit. Vnde illud satis coniicere licet, in eo quidem illum veterib.persequutoribus, quòd corpora cum contumelia non excrucia uerit, moderatiorem fuisse: rebus autem aliis modis omnibus illos exuperasse Omni naque ex parte ecclesiam assligere, manisesté est visus : & vno tantum modo humanior iudicatus, quòd epilcopos sub Constantio exilio mulcatos reuocauit,& in yrbes suas redire permisit. Atque id ille non mi sericordia fecit, sicut colligere est: sedvt episcopos inter se committens, ad intestinum armaret bellu, & suis ipsa dissidiis ecclesia labefactaretur, Fortas se etiam, vt Costantiŭ apud Romani imperij subditos, in odium & inuidiam adduceret : tum Græcos, qui eisdem secum operarentur sacris, fauore prosequés: rum episcopos, qui propter Christu af-Aicti elsent, ab iniuria vindicans. Itaque eunuchos

quoq; imperiali aula exegit. Eufebiú auté, qui pri- D mű in ea locű tenuerat, morte etiá mul&auit. cui alia quoq; ob causam infensus fuit : suspectu enim veluti fraternę necis fuaforem habuit. Sytú autem Actium, autoré & ducem hærelis Eunomij, & Co stantij sententia, qui eum propter familiaritatem Galli tulpectum quoque habuerat, damnatu, & in exiliú actum, perqua benignis literis renocavit, & publica vectura reduxit. Propter Costantium quidem, Eleusium etiam Cyzicenum impensis propriis, quam solo æquauerat sub Constantio Noua tianorum ecclesiam, vno atque altero mense resti tuere iussit. Sed & ex aliis plurimis rebus æstimare est, propter Constantij odium, quum multa in nos ipsum duriter secisse: tum quæ ab aliis quoq; fiebant, eis delectatum esse.

> CAPVI VI.



Vm Athanasius etiá, qui multis annis latuerat, Collantij morte cognita, noctu Alexadriæ in ec- E cielia apparuit,&miraculo derepentè omnibus quasi mortuus quispiam ab interis reuerius fuit. Ex quo enim Georgij infidiis, & Constantij iuslu

> Virgo forms fifima,code. á castisima, Ashavelië laven të fo

Eleazie Cy

Zicena Na.

eleliam dira

tam refeitue

Athanafi

abques la-

twijet , focul

Alexadria

appaset,

re in jan.

Aegypti præfectus eum non cepit, atque iple fuga sibi consuluit, ad Iuliani vique imperiu, apud mulieré quandam virginé Alexandriæ occultatus latuit:quæ tantű forma excelluisse traditur, vt stupo rem prorsus ea spectátibus incuteret, & nemo corum qui castiore vita sectari costituissent, in colloquiù eius veniret, ne scilicet eo nomine reprehensione non careret. Atque illa tametsi ita flores & viuida esset, pudicitia tamen & sanctitate vitæ nó excidit.Quæ res solæ, quanuis nihil adiumēti à na tura ad decorem accedat, ornamento esse solent. Vt propè verum esse non videatur, quod à maioribus dictum est: Qualia sint corpora, tales ețiam elle animos. Quin è diuerlo potius, ad animorum instituta, corporum quoq; mores conformantur: & quale quilque exercet studiu, talis etia este apparet, quo cunque id accidat tépore. Atque ad hac rationem si quis rem certò exigat, rectè id sic eu di F Aurum, neg; quempia qui reluctetur habiturum esse, existimarim. Athanasius quidem diuina prouidentia ad virginem hanc deductus, atq; apud ca seruatus est. Et si quis euentum rei considerare ve lit, divinam prorsus dispositione esse reperiet. Vt enim nihil molestia & negocij Athanasio & familiaribus eius exhiberetur, si quis tentare aut iuramento cogere quéquam ex illis, ad eum scilicet prodedu, voluissen: rede hoc sic institutu, vt latens apud mulierem occultaretur, quam nemo id perlaturam esse putauit. Propter formæ verò venuflatem neque in suspicionem cuiqua incidit, apud cam episcopu occustari. At illa virili plane animo virum eum ad se recepit,& prudentia mira ad finé víque thefaurú tantú feruauit. Táta auté in eŭ honestis præstandis ministeriis fuit side, vt & pedib. lauadis, & cibo aliisque naturæ nostræ necessariis vtilibusque rebus exhibédis vna ipsa ritè ei inseruierit,&de libris quib.opus habuit,comodauerit,

Arq, id qui longo tempore fecisser, nemo tamen

qui Alexádriná incoluit vrbě, cognouit. Athana,-

sius qui ita subitò apparuit, ab vniuersa multitudi-

Diains ! Mihanafi

Clas Iulia

Viduin & virginibus (Actu agrè ad concedit. Denatio Cá Itantini.

Sacras Chri stianorum 2des Inlianne dripis.

Ond to any . tior,qua Kë Sewier prioribu ecclesia persequatoribm u fuerit,

Quer episcopos idem ab axilio reno-EADOTIL.

Zufebý eu-

Digitized by Google

ne receptus

lexandria a-

Cedes Goor gÿ Ariani Alexadrini episcopi.

Abelenda idelatria Georgius Alex sadrinas di Ethnicon no fe ad cedem vsque

\* In que elim Graci Mithae San enficătes bo mues maila bast. Sor. lib.3.cap.1. 1dolomania fedicas in publică pro-ducta. † Idololatra Seta foa e-

No ortholozi Christiami, fed gentila Greci Garzinn

A ne receptus, in ecclesias est deductus. Ariani auté eiecti, seorsim conuentus egere, Lucio quoda, qui eis episcopus præesser, lecto. Georgius enim à plebe interfectus fuerat. Postquam enim Constantiu decessisse, & Iulianum ad imperij summam perue nisse cognitum est, statim impetu omni quicquid erat Alexadriæ Græcæ superstitionis sectatoru, ad

seditionem prorupere: & clamore vno incursioné in Georgium, tanquam eum interempturi, fecere. Et tum quidé à cæde abstinuerunt, atque carceri eum incluserunt: verùm nó multo post inde extra &u,ferro necarunt. Deinde camelo quasi nouum quodda clitellarum genus impolitum, per mediū forum, cadaueri per furorem & contumelia impu denter insultantes, duxerut: circa crepusculum autem veluti ea iniuria satiati, quicquid à raptatione ea superfuit corporis, igni combusserunt. Arianis quide hocsic Georgio ab Athanasij studiosis accidisse videtur:sed res aliter habet. Nam ille odio suo Græcos in se concitauerat, eo quòd patria eorum sacra inhibuisset, templa deorum destruxisset, simulacris conuiciando illusisset. & bona eoru publicasset. Adhæc inuidiam quoque eius auxit, p multum apud Imperatorem autoritate valuisset. Solent enim multitudini, qui aliquam obtinet po testatem, esse exosi.Insuper tum quoque quod + Mithrio \* actum fuerat, tumultu contra eu motu admodum auxit. Ná locum eú diu neglectum, Co stantius ecclesiæ Alexandrinæ donauerat. Georgius autem cu repurgans, vt ædem sacra Deo exci taret, subterraneum antru reperit : in quo simulacra, & alia quæda symbola, & signa Græcarum nu garum & præstigiarum, vt ita dicam, corúmq; qui lacris ab iplis instituti atque initiati fuissent, erant. Que sanè ridicula, & noua cernétib. sunt visa, proindéque meritò per ludibrium irrila. + Græci autem pudore propter mysteria & arcana sua reuelara affecti, confertim manu coacta, gladiis, lapidibus & clauis impetum in Christianos tecerunt, & multos occiderunt, quosdam vulnerarunt, & nonnullos etiá ex eis ad dogmatis cotumeliam in crucem egerunt, atque abierunt. Georgius cæptű opus imperfectu reliquit. Greci porrò Iuliani im-C perio tanquá opportunitate quadá oblata, pro eo atque voluere vsi, ipsum etia Georgiu interemere. Hoc ipsum Imperator quoque literis suis, magis scilicet populu Alexadrinu, quam Christianos incusans, testatur: quod ille profectò non fecillet, nisi eum veritatis vis coegisset. Christianos certè, qualescunque illos tande, Georgianæ cædis, quàm Græcos, autores fuisse maluisset. Sed ille minimè

Michram Persa solem esse putant, cui hostias multas sacrificat. Haim facris non iniciabatur, niss per gradus quesdam termentorus ad en peruenisset, & santium se, perpessionisque expertem esse decla-rasset. Suid. Mithrion, Solu templum: Mithriaca, Solu sacru. Lamprid.de Commodo: Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.

rem celauit, quamuis grauius etia nos perstringes.

In epistola enim ad Alexandrinos, stomachari se

simulans, verbis eos perstringit, coercione remit-

tens. Id quod se facere dicit, ob reuerétiam tutelaris dei Serapidis, & conditoris eius vrbis Alexan-

dri, atque item auunculi Iuliani, qui Alexandriz& Aegypti præfectus fuit : vir fuperstitioni Græcarú

nugarum deditissimus, & Christianorum hostis

vehementissimus. Tanto enim is erga nos odio

flagrauit, vt citra Imperatoris sententiam, multis

autor fuerit, vt ad sanguinem vsque martyrij cet- D tamen peragerent. Mihi eriam molestum non erir, epistolam eam Iuliani, operi huic nostro anne ctere, atq; etiam quæ auunculus eius Iulianus aduersus fidei nostræ professionem egerit. Epistola hisce verbis conscripta fuit.

# CAPYT YII.



Mperator Cæsar Julianus Maximus Augustus, populo Alexandrino, Siquidem Alexandrum, qui vrbem vestram condidit, & præ eo magnum atque sanctis.deum Serapi-

dem non veremini, quomodo publici commodi, humanitatis & decori nulla prorsus rationem habuistis? addo etiam nostri? quos dij omnes, in primis verò magnus Serapis, imperare toti orbi voluerunt. Conueniebat certè, vt iu » dicium de iis qui iniuriam vobis intulere, nobis re » servaretur. Sed ira fortasse & furor vos decepit: = qui sanè mentem hominibus auferens, gravia so- E let admittere flagitia. Deinde autem impetu seda- 🕶 to, consilio, quod subitò recte à vobis captu erat, » mox per contemptum legum, vim publicam ad- » ni,ea tentare & facere puduit, quæ in illis rectè re- » 💆 🏎 prehendistis atq; odistis.Dicite nanque mihi, per » Serapidem, quæ ná ob delicta Georgio succensui- » stis?Beatissimű, videlicet dicetis, Costantiű in nos » comouit, deinde in vrbem facram exercitum in- 🤏 duxit:Et Aegypti prefectus, vbi sanctissimum Dei 🐱 templum inualit, imagines, donaria, & sacrum or- » natum diripuit, nobis meritò indignantib. & Deŭ » seu potius bona Dei defendere volentibus. Ar- ... queille armatos in nos inique, illegitime & impie ... immittere est ausus, & fortasse Georgium ma- » gis quàm Constantiu metues, qui melius sibi ipsi » coluluisset, si moderate nobiscum & ciuiliter, nec » tam tyrānicè egisset. Sedenim eas ob iniurias deo- 🐝 rū hosti Georgio infensi, sacram piaculo cotami- " nastis vrbe, cum illu iudicu calculis subiicere po- » tueritis.Sic enim res ea nó cædes, neque legú vio- 🛚 latio, sed legitimű fuisset iudiciű: quodvos quidem F innocuos coseruasser, illum auté qui maxima com 🐱 misit facinora coercuisset, atque omnes præterea » ad meliore fruge reduxisser, qui deos contenut, & 🛥 tatas vrbes populósque floretes nihili faciut, pote " statique sux, aduersus illos seueritate, perinde atq; , \* accessione quanda adiiciunt. Conferte hac cum " ea quam paulo antè ad vos dedi epistola, & quatu " inter le differát cognolcite. Quas enim tú ad vos " laudes scripsi? Nunc verò per deos ipsos iuro, lau- " darem quidé vos libenter, facere id autem propter " leges violatas nequeo. Audétne populus, vt canes " solet, hominem discerpere? Deinde illum eius rei 🔔 nihil pudet, neque puras manus conservare curat, p vt cas absque sanguinis contaminatione innocuas " ad deos tendat? Verùm Georgius, qui talia pateretur, dignus erat: Imò fortasse, ego dixerim, hisce grauiora& acerbiora.Et vestra causa dicetis.ldem ego quoque dico: Sin vr à vobis hæc pateretur, dicatis, id iam non concesserim. Leges enim sunt, quæ delicta coercent. Et maximè quidem pro se quisque vniuersi eas servare debent. Et quamvis accidat, vt ex ciuibus nonnulli contra leges agant,

Iuliani epi Rola ad Ade Georgij

A respub.tamen & populus ipse legib. regi, & constitutionibus parêre, neque que ab initio recte sta tuta sunt, violare debet. Fælicitatis loco, viri Alexandrini, ducere potestis, quod delicum hoc vestrum in Imperij mei tépora incidit : qui propter reuerentiam erga Deum, & propter cognominé mihi auunculum, qui Aegypto & vrbi vestræ cum imperio prefuit, fraterna erga vos beneuolentiam conseruo. Non enim populum aliqué audere con uenit, potestatem summam, quæ conteni non debet, & seueritate sinceritatemq; imperij obtinet, despicere:ne temeritatem tantam, sicuti grauem aliquem morbu, acerbiore reputgare opus sit remedio. Exhibeo autem & propono vobis, ob eas quas modò dixi causas, perquam placide cohortationé & verba, quib.vos (sat scio) persuadebimini:si quidem, vt audio, ab origine Græci estis, atq; nunc etiam ex veteri illa nobilitate in animis fludissque vestris impressa est insignis aliqua & gene rosa indoles. Præponatur: Ciuibus meis Alexadrinis. Sic Imperator scripto isto non Christianis ma gis, quàm Alexandrino populo, causam eius cædis adicribere videtur. De Iuliani autem, cuius modò meminimus, sauitia, hac feruntur. Quum is eccle siæ Antiochenę mundum atque ornatum permagni precij auferre, & imperialib. thesauris inferre, ac templa orationúmque domos fidelibus clau-

CAPVT VIII.

dere constituisset : clerus quidem reliquus profu-

git, solus autem Theodoritus presbyter ibi per-

mansir. Hunc quòd sacrorum donariorum custos

esser, & indicare ea, si veller, posser: quodq; vi ad-

mota id facere nollet, arreptum crudeliter excru-

ciauit, & postremò gladio interemit: quum quidé

ad qualibet intentata sibi tormenta generosa mé

tis responsom dedisset, & ita vt virum decet, pro

dogmare decertasset, Iulianus sacra vasa direpta,

& solo illisa, per ludibrium risit: atque vbi quz vo

luit blasphemans in Christum dixit, tandem con-

tumeliam aucturus, super eis consedit. Vindicta

autem statim est subsequuta.

Vádoquidem eð ſum oratione proueæus, vt Georgij & Theodoriti cædem commemorarim,aliatū quo que mentionem facere viſum eſt, & in primis Euſebij, ★ Neſtabi, & Zenonis fratrū: quos Gazeorū populus

de templorum euersione & Græcæ superstitionis abolitione accusatos, primum in domo quada sub custodia habuere, deinde flagris casos carceri incluserunt. Postmodum quum diu multumque in theatro discurrissent, & quòd vulgus facere cosue uit, alius aliu concitasset, furibundi in carceté irrue rut,& viros inde productos crudelissime necarut, precipites atq; supinos trahétes, atq; ad saxa illidéses: & alij fustibus, alij lapidibus, alij quæ sors obtulit telis aliis dinerberates. Dicutur mulieres quoq; à lanificio excurrétes, radiis & fusis puctim cos conuulnerasse: & coci in foro publici, lebetes & ollas aqua bullienti feruentes à chytropodibus ra ptas, corporibus corum nudis diffudisse. Quidam verubus & subulis illos perfodisse. Atque vbi satis eos concidissent, capitáque & ossa eorum adeò có minuissent, ve cerebru ad instar aquæ difflueret,

extra vibem cos,in locumybi morticina animătia D congerere soliti erant, duxerunt, atque ibi igni accenta corpora eorum combusterunt.Et quæcunq; ossa propter soliditatem flamma non consumpse rat, camelorum & asinorum quæ disieca ibi erat, ossibus miscuerunt, vt ne facile à quærentibus inueniri possent. Sed frustra id fuit. Noctu enim De mulierculæ cuidam, oppidi eius inquilinæ postea, vt reliquias eas tolleret, infinuauit. Quæ eas dispo sitione diuina collectas, & vrceo inclusas, apud martyrum corum nepotem Zenonem ipsi ignotu deposuit, numinis indicio ad domicilium cius deducta. Latebat nimirum & ipse, propter persecutionem excitată. Quum enim vulgus + patruorum eius cædib.occupatum esset, ipse tum Anthedoné in maritimam vrbem profugit, stadiis fere viginti Gaza distante, Græcaq; superstitione maxime gau dentem, & ad simulacroru cultum plurimum animorum consternatione stupentem. Atq; ibi multa à ciuib. \* perpessus, in Gazzorum nauale inde se contulit,& in co loco occultè latuit. Vbi etiam muliercula ei reperto ossa sacra dedit, quæ aliquá- E diu domi se habuit. Postea verò quam Theodosio imperante, Gazzorum episcopatű est sortitus, extra oppidum facrū delubrum condidit, atque in eo martyrum reliquias repoluit, prope confessorem Nestorem: qui vna cum consobrinis suis comprehensus, vincula & flagra permulta communiter cum eis sustinuit. Tortores auté eius, quòd forma esset præstanti,& corpore vigenti,miserti (& iam in expectatione mortis erat, & parum admodum cum difficultate spirabat) ante portam eum abiecerunt. Quem sublatum, nonnulli ad Zenonem, quem diximus, detulerunt : apud quem plagas & hulcera curans est mortuus. Gazzi tam audaci facinore peracto, in magno fuere timore: & fama vulgauerat, iratum eis Imperatoré esse, populumq; eum decimare velle. Sed falsum id fuir, plebisque rumor vanus ex conscientia patrati facinoris à plerisque sparsus: ad quem preter rationé & causam omnem homines sunt tumultuati. Ná ne ver bis quidem fortasse, quod Alexadrinis fecerat, Gazæos ille incusauit. Quin tantum abest vt per literas eos obiurgarit, vt duci etiam qui tum ei genti F præfuit, dignitatem ademerit, maléque suspectum habuerit. Et quum eum legibus obnoxiú fecisset, quòd sententia non damnarit atque necarit, id hu manitati suz accepto latum voluit. Obiecit autem criminis loco viro ei, quòd ex Gazeis quosda seditionis & cædis eius autores coprehensos carceri inclussifiet,pænas ab eo legibus poscens. Quid enī criminis,inquit,admiserunt,si paucos Galileos ob plurimas grauissimasq; ab eis acceptas iniurias, ob violatos deos,& vetusta eorum templa euersa, legitima vindicta sunt vlti? Atque hæc quidem ita sunt iactata. Eo verò tempore & Hilarion ille inter monachos præclarus, à Gazæis ad cædem quesitus, in Siciliam abiit: & ligna humeris suis ex montibus in vrbem vicinam ferens, ea vendidit, & inde vitam tolerauit. Cœterûm à viro quodam,qui admodum dæmoniis exagitatus, ca plaga per ipsum liberatus fuerat, indicatus, in Dalmatiam profectus est: vbi quum multa etiam edidisset miracula, & mare æstus magno impetu terram inundare solitum oratione vinxisset, inde rursus abiit : neque enim libenter apud eos qui se

Ossa cerii di
mina pronidi
tia mirifici
confernata.
Zeno cerum
nepos, qui ca
im monumen
to reposuit.
† avi-jur, issobriumm.
Sozem.

† Ofth. Nicep. arthior.

\* Sozom, fla gris Cafum & vrbe eie-Etum faibit, lib.5.cap.9.

Nefter enfldem marsyrium confobrium, & ipfe massyr.

Impuniapud Iuliană Imperatori Gazeu idololatru martyrum istorii eades fuit,

Iulian<sup>9</sup> prafectom robis eius rei egit, quòd legibus in cadu eius antores animaduerters rolumis.

De fancto Hilarione manache

Digitized by Google

Julianae In
liani anuncu
lus, templa
Christianeri
compilanit.
Theodoritus

exclesse vaso rum custos martyr. Apud Sozow.Theodo Blasphemia & contume -lia Iuliani prafecti in Christumer templi sacra 74js. Sanctorum Eo∫ebÿ,Ne flabi, 🕳 Zomowie,frattที่, martyriü luculentißimi. apud Ga-Zeos. \* Theodoresee habes

Nettorium.

Constantine

Conft an

† Statua

Bacchi An

Sau/line

الإوارة فالمسا

liopolitanos

of and He

Orig talia Fando, tempe

re à læbry

rate and a

inachees.

B

A laudarent, degebat, In primísque studio habebat, vr migratione crebra obscurior esset,& quamprimùm opinio & gloria de co excitata dilaberetut. Postremò autem permultis ob eam quæ dica est causam peragratis locis, Cyprum præternauigans, Paphum peruenit, & à Cyprio eius temporis episcopo inuitatus, circa Charybrim (ita enim locus nominabatur) quòd eo delectaretur, perlibenter ibi versatus est monasticz philosophiz, ita vt par erat, vacans. Quo minus autem martyrio sit functus, fuga in causa fuit. Fuga verò vsus est, quatenus diuinum oraculum persecutores fugiédos esse permittit: at si quis comprehendatur, vt fortiter consistat, & persequentium tormenta & supplicia generose perferat, opus est.

#### CAPYT IX.



Edenim non apud folos Alexandrinos & Gazzos ita in nos fæuitű, verumetiam Heliopoli ad Libanų in Phœnice sita,& Arethuapud Syros, hisce deteriora atque crudeliora sunt facta. Quæ

vrbes per crudelitatis summa contentioné id ege re, vt lecundas partes, quæ alibi delignata ellent, habere arguerentur. Heliopolitæ enim (quod quidem incredibile dictu eller, nisi ab eis qui tum rei gestæ affuere, ad nos relata fuisset) sacras quasdam virgines, quæ etia viros aspicere non sustinuerint, vestibus spoliatas & nudas, in medio populo ad spectaculum, & cuiusq, qui illudere eis vellet iniuriam, consistere coegerunt. Vbi autem & conspectutali & rebus aliis, pro cuiusque libidine,& sancta illarum corpora abundè contumelia affecerūt, postremò ab inferioribus eas partibus + totonderunt atque disciderunt: & superficie vulneris cius atque scissura porcorum alimento, cui illi assucrant (horden autem fuisse, aut simile quiddam, verisimile est) cospersa, eos ad consuetas escas prouocarut. Itaq; impetu agrefti irruétes porci, cùm secernere aliment ufacile non possent, si-C mul viscera sunt aggressi: & soliti cibi cupiditate, famísque necessitate adurgente, vnà cum hordeo interna etiam membra, quum illæ adhuc viueret, & cruciatum cum sentirent, depasti. Existimo autem Helipolitanos inde eò furoris, ve sic contra fanctas virgines szuirent, euasisse, quòd patrium eis fuerit, vt virgines prius prostituerent, & à quocunque viciari curarent, quàm ad coniugij communionem cum sponsis suis venirent. Quod Costantinus magnus lege lata primus, ne amplius fie ret, prohibuit: & Veneris templo ibi dituto, ecclsiamDeo extruxir, quemadmodum suprà loco suo à me est dicum. Quod autem ibidem insuper 🛦. si sunt, quomodo silentio præteriri potest? Cyrillo nanque Heliopolitano diacono crudeliter occiso, ventrem quoque eius inciderunt, & iecur degustarunt. Verum talia ausos, vindicta statim divina est consequuta. Quicunque enim tanti piaculi participes fuere, dentes, linguas, & palatu, per sæuam putredinem, oculósque adeò ipsos amiserut. Per quas plagas, vis & efficacia veræ pietatis est deprædicata. Porrò Emelæ, quæ finitima ei vrbs est, Dionysio muliebri mancipio ædem sacram

dedicarunt, atque ibi+ statuam Androgyni, ambi- D Cyrillus fub guo inter marem & fæminam sexu ridiculam, ei collocarunt. Dorostoli autem Thraciæ, Aemyliatio idoloru num inui dum athleta. Capitolinus Thraciæ prætepla enertit. Domitij mo nachi. drozyni mas tyrium diei Acmyliani.item Dorothei.

Marci. Arethofy spiscopi.

Illaftrißim**ö** decrepits senis martyriom.

fectus viuum combussit. Dorotheus item certator egregius, qui magnam conscripsit ecclesiasticam historiam, & Tyri episcopatum tenuit, neci datus. Domitium verò celebrem monachum in ipelunca sua latentem, præteriens inhumanissimè aggere lapidum quispiam obruit. Nec Marcus, qui Arethulægravia perpessus est, tacendus. Peropus autem nobis esset Aeschyli & Sophoclis dicendi grauitate, vt martyrij eius tragædiam recte exponeremus. Hunc enim Arethulij, vbi epilcopus diu ferat, & vita & doctrina, caniciéq; insuper spectatum & venerandum, immaniter occiderunt. Dudum verò antea infensi ei fuerant,quòd sub Con– stantio multos Grecæ superstitionis sectatores no perfualione,fed potestate quadam grauiore, Chri stianorum sacra colere coegerit, & templum cele bre structuræque precio & magnificentia nulli secundum solo æquauerit. Porrò rerum statu mu- E tato,quum simul & vulgus commotum esset, & Imperatoris mandatum accessisset, quo Marcum sentétia lata vel æstimationem templi soluere, vel id quale antea fuillet restituere iussit: vbi vtrunque facere prorfus no potuit, alterú etiá non dico episcopo,sed nepriuato quidem Christiano facere vlio modo fas fuit, primum quidem fuga víus est. At vbi multos sua causa affligi, & plurimas ca lamitates ferre cognouit, ex fuga reuerfus, seipsum exhibuit, & populo quidquid vellet de se facere permisit. Et quum admirari virum, qui sic philosophicum plané animum ostendere decreuisset, debuisset, contemni se arbitrata multitudo omnis in eum irruit. Tractus est per mediam vrbem & senex,& Episcopus:membráque eius omnia, vt fors tulit, diuerberata, lacerata & iactata. In eum quippe atas omnis, fæminæ & pueri cum indignatione & ardore desæuierunt, vsque adeò, vt etiam tenuibus quibusdam funiculis aures seni absciderint. Pueri quoq; in scholam ad magistros euntes, ludibrio eum habuere, trahentésque, atq; in sublime subinde tollentes, graphiis pupuge- F rūt,& crudeliter excruciarunt.Et iam toto corpore vulnera acceperat, parúmque adhuc vita conclamata spirabat:quum eum garo & melle perun-Aum, in sportam ex iunco confectam immiserut, &in sublime ita æstatis tempore sublatum apibus & vespis excruciandum exposuerunt. A quibus inuolantibus & depafcentibus , quum viuens voraretur, præclarum id verbum dixisse fertur: Vt ego quidem sublimis sum, vos autem humi iacen tes despicio ? Vnde quæ deinde & ipsi & Arethusiis euentura fuerant, coniicere licet. Præse&us quidem, qui Gracorum sacra quam maxime colens, vir magnus & fortis, atque ob ea causam prçclarus, tum prouinciæ ei pręfuit, tantam Marci generolitatem admiratus est: & Imperatorem reprehendit, probro se dignos esse dicens, quòd ab vno sene, qui per tantam constantiam & fortitudiné tot mala animo magno pertulerit, vincerentur:adeòvt periculum esset, se quidem meritò irrisum:eos autem, quibus ea mala inferrent, summa

ni cades. Apud Sai dam canfa matyrý i-Rim additor

Quod Scilicat

SadiCynl

gloria auctum iri. Et ad hunc modum beatus Mar

cus, virili planè animo multitudinis furorem,


A & graves illos cruciatus pertulit, vt non modò à nobis Christianis, sed etiam à Græcis ipsis simulacrorum cultoribus meritas tulerit laudes.

CAPVT X.

Martyrium Maccdony, Theodule, es Tatiani,apud Meroen Phrygum † lv Ti µ1-Socr.lib. 3. cap.15. μισφ το τίλά φρυγ**ά**μ. Sozo.lib.s. cap. 11.

a Idem sup-pliciu, eadem B vet Lauren ty martyru fuit. Coverte partem corporus, Satis crems. tam ingiter, Et fac peri elu quid to". V nicanus ar dens egeris. Coffum eft, Et experient tum cape, Sit cradum an a∬um juaw. Prudet b Martyriü Bustridu. Ancyrani confe∏orie.

Basily An Eupsychij Calarientis.



deformatum fuerat, aperuit, atque repurgauit. At illi quos dixi, noctu in fanum ingressi, deorum simulacra comminuerunt. Et quum multi eius rei suspecti in iudicium pertraheretur, ipsi seipsos detulerunt. Atque vbi diis sacrificare, quod per id, si fecissent, absolui potuissent, & præsectus vt ea re delictum suum compensarent petiisset, noluere: primum cos torsit, & tandem nudos craticulis im posuit, ignémque succédit. 2 Et quamuis tam crudeliter illi vrerentur, attamen ad præfectum dixere: Si Amachi (id enim illius nomen fuit) carnes allas expetis, age in alteram nos verte partem, ne tibi edenti, si semiassi simus, insuauior fiat cibus. Hoc pacto & isti fortiter certamine obito, in craticulis vitam finierunt, voluntaria sacrificia & innocuas victimas scipsos offerentes Deo. b Tum quoque Busirim dicunt splendide & fortiter confelsionem Ancyræ in Galatia propter religionem pertulitle: qui antea heresis Encratitarum, hoc est, continentium fuit. Quum enim strenue rem aduersus simulacra gereret, comprehensus, ab eius loci præsecto tormentis est adiudicatus. Itaque in publicum productum ille, ad stipitem tormentorum suspendi præcepit. Busiris autem vtraque ma nu in caput sublata, latera nuda exhibuit, & ad pre sidem conversus: Ne frustra, inquit, carnisices, ve me in stipitem extollant, & rutsus demittant, fatiges.paratus enim sum quam diuvelis,illis ad ver bera & tormenta latera præbere. Ibi ille quum promissum viri admiratus: tum magis etiam, vbi periculum constantiæ eius fecit, est consternatus. C Nam habitum eum statúmque corporis retinens, & manus constanter sustollens, quam diu præsidi visum est, excarnificandum se dedit, plagasque intenta fortitudine excepit. Deinde in carcere vinctus servatus est, libérque paulo post dimillus, vbi lulianum interfectum elle renuciatum est. Atque is ad Theodosij vsque imperium vitam produxir. Hoc ipso tempore & Basilius, Ancyranæ ecclesiæ presbyter, martyrio est defunctus: atque item Cæsariensis Eupsychius Cappadox, veteri familia locoque claro natus, qui non ita pridem vxore ducta veluti sponsus adhuc fuir. Eupsychius propter Fortunæ templum, quod euerfum non fatis fortunatum fuit, & cuius gratia Imperator iram in Cæsarienses vniuersos, sicuti suprà dictum, conceperat, necatus est: & qui authores præterea atque adeò patratores eius facinoris in fano eo euerrendo fuere, alij morte, alij exilio perpetuo sunt mulctati. Basilius verò religionis Christianæ studiosissimus, sub Constantio contra Arianos strenuè rem gesserat: quamobre Eudo xij populariúmo; eius sententia damnatus, publicos conuentus agere prohibitus fuerat. Vbi verò

Iulianus imperium est adeptus, publice obambu- D lans, Christianos aperte est cohortatus, vi constater religionem suam retinerent, & se à Gracorum sacris & libationibus piaculisque omnibus abstinerent, nec non Imperatoris honores floccifacetent, vt qui fluxi & caduci non aliam mercedem affertent, quam perniciem sempiternam. Eam ob causam illum Græcorum sacrorum sectatores suspectú habuere, atque odio prosequuti sunt. Quos etiam aliquando publice sacrificantes videns con stitit, & maiorem in modum ingemisces, ne quis Christianorum in errorem tantum incideret, precatus est. Et tandem comprehensus, iudicibus traditus est: & cruciatibus omnibus in eo certamine virili animo perlatis, martyrij cursum absoluit. Hac quamuis prater sententiam Imperatoris, nibilominus tamen facta: & quidem contra expe-Cationem, & animi eius voluntatem. Verum alios quoque fortes martyres Imperij eius tempore recte se gessisse scimus:quorum constantiam &certamina omnia singillatim commemorare, ingentis & grauis ellet operæ. Hosce autem, vt diluci- E diorem ecclesiastice rei statum facerem, collectos recensui, quamuis diuersa aliquantum corum tem pora martyrij fuerint.

Preter rate tatem Inlian mi tä precla ra martyria peracta.

CAPVI XI.



Nnumeros namque alios etiam per Græcos fimul 🖈 & barbaros excruciauit. Nam & his propter religio-nis nostre odium, quidquid vellent, vt contra nos agerent, permist: & fecerunt illi in nos longè peiora at-

que atrociora, qu'èm Græci ipsi. Artemium autem generosum sidei propugnatorem, ducem & + Au + gustalem Antiochiæ, qui etiam copiarum militarium ductor in Aegypto Constantio imperante fuit, per seipsum torsit: re quidem ipsa, quòd Con stantio subseruiens, ardoréque diuino flagrans, delubra multa deorum deiecit atque euertit: & quòd diuorum Apostolorum, Andrez, Lucz, & Timothai ossa Patris, & ex Achaia & Epheso Constantinopolim pertulit:obtentu verò & præ- F textu, quòd fratri Gallo ipse necem struxerit. Bonis enim omnibus martyri spoliato, dignitateque orbato, post plurimas alias intolerabilésque pœnas,tandem & caput refecuit . Afflixit quoque oratores Persas, qui ad eum Chalcedone venerant, Manuel, Sabel, & Ismael, propterea quòd Christianam colerent religionem:neque in cis legatorum ius, contra receptum gentium omnium morem, violare est veritus. Sedenim Publia quoque fæmina præcipuum præclarúmque ex virtute no men est consequuta: quæ quum non ita diu in ma trimonio vixillet, admiratione dignum edidit fructum. Nam Ioannes ille, qui longo tempore presbyter Antiochiæ fuit, & quum aliquoties legitimis suffragiis ad sedem Apostolicam recipiendam lectus esfet, semper dignitatem eam repudiauit, fundi istius germen extitit. Hæc igitur virginum quæ castè vitam sibi degendam constituerant,

† Augustales nuncupabătur, qui primos ordines in bello ducebăt, quòd ab Augusto ad id munus delecti essent: Vegetius Augustale aure prefectii in Aegypto Augustus costitust, cuisus on ff. metro sit. Et Augustonica pars provincia Aogypti oft: Ammian Marcellin.

\* Pro Barbaru ezo In da os repojue

Martyrion Arteni wguffalio Abushia.

O∬4 di moril Pojtolorik Anarea, Luce, & Ti mether,Con fintimopolem delata. Indiana pro pter odium Christianifmi im legitorem violaæi.

byter Antiechenas Pa blie film, episcopatum Antiochenam reiecit. Sedes Spo Stolica Antiochia.

ms Christia miniconfef-So Public Abb#i¶a

A cœtui prefuit, Deóque continuè seruit, hymnis & laudibus continuis illum celebrans. Porrò quum aliquando pestis ista harum ædem prætergrederetur, risu eum & conuicio dignum existimantes, illa Davidicorum carminum verba voce altiore co cinverunt, quæ simulacrorum imbecillitatem traducunt: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quod vbi præuaricator audiuir, silentium eis imperauit. At illæ magis etiam psalmis incumbentes, illud quoque accinuere: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Eam ob rem indignatus tyrannus, è psallentium choro principem adduci iussit:& neque venerandam illius senecturem, neque è virtute eflorescérem in ea observantiam veritus, tam acerbè maxillam eius veramq; diuerberari præcepir,vt admodum sanguine suffunderentur. Atque illa honorem potius quam ignominiam esse rata, quam pto Christo pertulerat injuriam, in domun culam suam est reuersa, atque ibi rursum spiritua-B libus eum cantilenis est persequuta. Et alio quoda modo debacchantes in eo dæmones, quos ad se ille spote sua introduxerat, compescuit: quemadmodum psalmorum ille magister lyra sua sæuientem in Saulo spiritum demulsit.

CAPVT XII.

Aulum verò progressus desertor, li-berius ac potius impudentius impie tate vius, arma sua contra pietatem expediuit. Et quum quod faceret no haberet, res in foro venales inquinatione imbuit. Infecta namque sunt sacrificiorum sanguine & contaminatione esculenta: panes videlicet,caro,poma,& placentę.Quæ quu primum non animaduerterent, qui Seruatoris nomine cen sentur, cœlitus eius rei prouidétia divina sunt admoniti. Nam Deus Theodoro martyre arcano modo misso, vrbis eius episcopo (Euzoius 1s tust) mandauit, vt qui piè viuere statuissent, cos abstinere à rebus inberet, quæ in foro venum proposi-C tæ essent: triticum autem in ollis coqueret ( x6) v6a, hoc est, frumentum cocum apud Euchaitas nominare solent)eóque inopiam solarentur. 2 Id verò magno iciunij die præceptum : ex co tempore facimemoriam renouans ecclesia, & celebrem agens conventum, ad hunc vique diem observat. Theodorus autem iste est, qui ex Tironum ordine, Tironis nomen accepit: & sub Maximino ad ignem damnatus,curſum ſuum in martyrij ſtadio pulchrè peregit. Cæterûm permulti gemitu & lamentis factum hoc Imperatoris sunt execrati: nihilominus tamen Apostolicis sanctionibus innixi, quæ proponebatur sumpsere. Omne enim, inquit, quod in macello venditur, edite, nibil interrogantes, propter conscientism. Abominationem hanc desertoris duo quidam +scutigeruli, qui ampla stipédia in militia faciebat, in quodam conuiuio perquam scite quasi in triumphum deduxere. Verba enim illa præstantium in Babylone puerorum concinuerunt. Tradidisti nos regi iniquo & transgressori, desertori & pelsimo supra omnes gentes terræ. Porrò ex conuiuis quidam rem earn ad Imperatorem detulit. Et ille optimos cos viros ad se accitos, quidnam id esset quod in D siminui cœna de se dixissent, interrogauit. Ibi illi qui invera pietate educati essent, magna vsi liberrate, dixere:Optimis ô Imperator legibus respublica est administrata, quas laudatissimus princeps Constantinus & filij eius tulerunt. Nunc autem piaculum tantum in cibis atque poculis cernentes, meritò fa Aum id deploramus. Et quùm domi vicem nostram lugemus, tú in tua præsentia, vt vides, mærentes tristamur. His auditis, tyrannus diuerberari eos acriter iussit, & post cruciatus multos capite etiam plecti præcepit. Atque illi ita abducti sunt: Deus autem victoribus eis martyrij coronas donauit. Alter horum Iuuentinus, alter Maximinus vocatus est. Hos Antiochena ciuitas, vt egregios pietatis propugnatores, meritò non solum vina sa cra honorauit, verûm etiam magnifice anniuerfariæ memoriæ consecrauit.

martyrium. Inlianus in en se maiesta tem lasam vindicare di x.8, atque id isa de eu vul gată voluis. Martyrum women o he morem eu inwdes. Theod.

CAPVT XIII



Vùm à Grece superstitionis pro- È fessoribus vbique talia aduersus Christianos patrarétur, tum illud quoque omnium maximè indignum atque horrendum Seba-itiæ in Palæstina est admissum.

Oila namque Elilei prophetx,& Ioannis Baptistæ (vterque enim sepulcrum ibi suum habuit) loculis suis extracta, & irrationalium animantium ofsibus (ô immanem audaciam) mista, atque igni tra dita,in cineres redacta, arq; in aerem disiecta sunt. Adhæc,Christiani comprehensi alicubi tanquam victima super aras accensas pracipitati: & homines ad alia nefanda flagitia contra nos furiis funt concitati. Nam Patrophili apud Scythopolim reliquias effoderunt, & earum partem reliquam dissiparunt. Caluariam autem eius altius sublatam cõ tumelia, nihil ad execrandam iniuriam reliqui facientes, sunt prosequuti. Plutima verò & alia, & iple & ludær & Græci contra nos indigna egere. Quæ quum ille audiret, certóque sciret, non modò cis non offenlus, sed etiam maximopere gaui- F fus est: quum quidem talium facinorum infamia in alios redundaret, animi autem eius sententia illorum factis perficeretur. Verumenimuerò vbi per futorem talem, consilium suum minus succedere,& Christianorum animos inde augeri magis atque confirmari vidit, fraude alia episcopos eos, qui propter causam aliqua sedibus suis eiect fuerant, cum successoribus corum ad certamen, sicuti antea diximus, impulsos commisit. & parti vtrio; facultatem omnem dedit, vt quæcunque possent ad res suas defendendas atque stabiliendas liberà facerent. Ita illi inter se congressi, multum ignominiæ & reprehensionis, quod deserrori studio fuerat, veræ pietati attulere. Alia infuper dolo ma lo induxit. Nam& in cleri ordinem cooptatos, senatorum munere & ministerio peruerse fungi ius sit, & ecclesiarum annonam dzmonum ministris adscripsit, eamque illos exigere permisse. Quibus rebus fore credidit, vt damonum cultus augeretur, religio autem veræ pietatis abolecetur. Atque hæc quidem sic acta.

Cineres Ellfei propheta **()** [1041 Baptifta p. Dhamatt.

mul & me tua javelorii corpora (enim. Patrophilus Scyshopolisan".

Initianas epi fropos inse se commifit.

Sepath logit.

Pata ITA ≓, louĕ u & Ma

**po**li Scytbici

es.Plin.

Lb.6.ca.17.

delecto.

4 Megu

B iij

Lucifer Cala ritanus. \* Tão ly 174. Air Auster Eusebi Vat cellenfis epi-† Alÿ legiie Caralitan'. Yrbs Lybid contra,Tyrio fundata po-tenti, Tenditar in longs

Caralu.

Claudianes.

Lucifer An

mochie Pan

Linia Melitia substituit.

Synodus A-

Le sandrina

with analia

prasidente.

Trinital gregato. Q.

ėμėτιμΦ.

tiá Lucifer + Calaritanus in Sar-dinia, & Fuching Libyű \* qui in Italia iuiis, epipi, Imperatoris literis reditu eo-rú probato, Thebis superioribus

CAPPT XIIII.

in Orienté peruenere. Nam à Constantio perpetuo mulcati fuerat exilio. His porrò quum inter se convenisset, res ecclesia constituere, Eusebius Alexandriam concessit, vt cum Athanasio conuc tum cogeret, & Synodi Nicenæ decreta stabiliret: Lucifer autem Eusebio (ita enim vtrique placuit) diaconum, qui vicem suam Synodo adesset, attribuit:per quem recipiebat, se rata habiturum quæ ibi constituerentur. Ipse verò Antiochiam profe-Aus est, vbi ecclesiam non parum perturbată inue nit. Erant enim in populo dissidia : quòd non solu ab Arianis, quibus Euzoius præfuit, dissentiret, verumetia eos qui Meletij partes sequebantur, eandémque quam ipsi obtinerent sententiam, no reciperent. Quum is auté nondum ab exilio reuersus esser, Lucifer Paulino in locum eius substituto, inde discessit. Eusebius Alexadria, vnà cum Athanasio, animo magno concilium coegit. Et conuenere ed episcopi multi, quibus quum magnus Athanasius præiret, non solum Nicænam fidei professionem roborarunt, sed etia sermonib.questionibusque de rebus necessariis plurimis habitis, eas deciderunt. Quo tempore divinitate ctiam Spiritus sancti perpensa suesdior consubstatialem eum, & subtiney, hoc est, eiusdem honoris cum patre & filio, sunt professi: & trinam vnius deitate essentie சருக்Ax, hoc est, trinitatem nominarunt. Perfectum quoque hominem, qué Deus suscepit Verbum, & animo & ore vno deprædicarunt: & quidem non incarnatum folum, verumetiä anima intelle&uali animatum: quemadmodu & veteribus, qui de diuino numine philosophati sunt viris placitum est. Non enim illi fidem aliquam recens excogitatam ecclesiæ tradiderunt, sed quam ecclesia antiquitus à maioribus accepit: & quæ olim sancti viri, qui prudenter & piè res Christianorum sacras tractátes prodidere, Irenæus videlicet Lugdunensis episcopus, Clemens spouerros contextor, Apollinaris Hierapolitanus, & qui antiquitùs ecclesiæ Antiochenę præfuit Serapio, ca illi explicata cofirmarut. Isti siquidé omnes quos modò recesuimus, atq; iti déalij, in lucubrationibus suis Verbum quod homine assumplit animatu, quippe ipsis inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe ipsi inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, quippe inimatu, substatiale, tradiderut. Synodus præterea propter Cyrillum Philadelphix, qux Arabix vrbs est, episcopu congregata, ide in literis ad ipsum Cyrillum suis promulgauir. Ipse quoq; sapiétia clarus Orige nes,in omnib. suis scriptis, animatu quod humani taté assumpsit Verbu prædicat: & potissimu id apertè astruit nono in Genesim tomo, vbi quidem Christū Ada, ecclesia verò Eua facit. Locupletes& idonei rei istius testes sunt, Paphilus scriptor eccle siasticus, & qui nomé eius est cosequutus Eusebi, qui vită eius viri coscripsore, aduersariss; eius defensionibus pro co copositis respodere. Hi no pri mű Origené lententiz eius autoré esse, sed illű atcana ecclesiæ dogmata à maioribus per traditionem accepta explicantem, eam exposuisse dicunt.

Vandoquidem verò quastio de fubstantia & subsistentia no me-diocriter ecclesias tutbauit, & cre bræ cotentiones atque disputa-tiones superioribus temporibus de verbis eis habitæ sunt, signis-

catione& proprietate eoru Alexandrina quoq; Sy nodus excussa, costituir: No opus esse in Deo talibus dictionibus. In facris enim literis nullibi substátiæ verbű extare:dogmatis verò exponendi necessitate, divum apostol u Paulum subsistentiæ no mine abusum esse. Alio autem modo verba hæc vsurpanda esse sanxerunt, quùm quis Sabellij scilicet opinione refellere contendat:ne nominu inopia veluti vná rem trinomině in divinitatis contéplatione esse putemus: sed trib. vsurpatis nominibus, res quæque in trinitate tripliciter distincta, peculiari subsistentia sua intelligatur. Primus quide videtur de substantia & subsistentia mentioné intulisse, Hosius ille Cordubensis episcopus, cuius E suprà aliquoties meminim<sup>9</sup>. Ab Imperatore enim Constantino Alexandriam missus, vt excitatam ab Ario turbam fedaret , quòd etiam Sabellij Libyci dogma radicitus eucllere conaretur, quæstionem de substantia & subsistentia mouit:vnde nugamé ta multa exorta. Et quæstionem eam Nicæna, quæ postea celebrata est, Synodus indignam esse vt ibi tractaretur iudicavit.Postea autem quum quidam nugari rursum de ea cœpere, concilium Alexandrinú ea quæ diximus sapienter mihi de ea constituisse videtur. Hæc fane Alexandriæ decreta sunt. Quæ verò nobis de substatia & subsistetia cognita sunt, ca paucis cirra inuidia exponere hic liceat. Qui à primis initiis philosophia apud Grzcos gen tiles docuerunt, ne mentioné quidé vllam prorsus subsistetiæ fecerút. deiap, hoc est Substantia autem siue essentiam varie definierunt. Irenzus gramma ticus apud eos, in libro quem Atricista inscripsit, vbi literarum ordine verba colligit & explanat, di Ctionem subsistentiæ barbaram vocat, neque cam apud veteres reperiri dicit : sin autem reperiatur, diuersam ab vsitata ista eam obtinere significatio. P nem ostedit. Sophocles namque in Phænice, 626samp subsistentiam pro insidiis collocatis posuit. Menanderautem idem verbum pro iuris condimento, alius rursum pro vini sece in sundo cadi subsistente vsurpauit. Cæterùm illud obseruandu, quamuis veteres Philosophi dictione ea vsi non sint, recentiores tamen frequenter subsistentiam pro substantia accepisse. Substantiæ autem diuersas definitiones tradiderunt. At si substantia desinitione comprehéditur, quanam ratione propriè & recte ca vox de Deo dicatur? quem fine vllo co cludere no est. Euagrius sanè Ascetes in libro suo monastico, de divinitate disserere temerè cum impudenti confidentia dissuadet: & Deum ipsum vt simplicem definite velle, prorsus dehortatur. Definitiones enim non simplicium, sed compositorum esse dicit. Idem & illud adiicit : Propositio feu enunciatio omnis, aur genus quod indicetur cotinet, aut specié, aut differentia, aut propriu, aut accidens, aut ex iis compositum. Quod si nihil haru rerum in sancta trinitate deprehédere est: cum silentio id adoretur, quod dici arque proferre non

Quid No xà drina Sy modus de ver bu Subftan. tie & Subfift**a**tie. dalan ngu bee sáscus, decre Sabelly baresis. Hofim Cor dubensis epi-Scopm.

Perpadit verbaifta Substantia & Subsifietiz, corimáj figuificatio,

Qu jeli rail fit definitie

ladel phieles. Philadelphia vibs in Asia My-Sa. Stephano Lydia. سمار عناکر gypti,alia Syria eft.

Dem verbs

mimatom of

Synodus Phi

Sumpfit.

&vanam philosophicorum dogmatum seductio- D nem. Id autem quomodo perspicere possimus, nisi in illorum subeamus arma? Non equidem, vt eis viurpandis eadem quæ illi sentiamus: sed ex abundanti, suis contra eos potius vtamur telis. Et malum quidem auersemur, quod verum autem & opportunum est legentes cauté recipiamus. Vbicunque enim aliquid boni est, ipsius veritatis id est. Quod si quis accuratiore persuasione nos hæc contorquere atque affectate dicere arbitretur, illud mihi confideret velim : ipfum divinissimum Paulum non solum Græcis doctrinis nobis non interdixisse, sed etiam alicubi in epistolis suis, verbis carum vsum esse, ve qui cas quoque attigerit. Videtur sanè multa quæ à Græcis sunt dicta, didicisse. Niss enim Epimenidis Cretenlis oracula legisset, viri \* sacra & cæremonias instituétis, quomodo versum illum protulisset,

Cres semper mendax , mala bellua, venter ob- 🕶

Vnde etiam hemystichium illud sumpsisset,

Huius nanque summ genm: si Arati Astronomi purimun, hoc est, de stellis apparentibus librum non attigisset? Sed & illud,

Studiu obest connictus improbus bonu: satis indicat, eum in Euripidis fabulis libéter verfatum fuisse. Id quod itidem ante illum Solomon in eandem sententiam dixit. Verum quid opus est pluribus hanc rem persequi? Iam inde enim ab initio, veluti consuctudine & studio co non interdicto, viri sanci fauore & gratia spiritus locupletes, & ecclesia nostre doctores insignes, à tene ra ipsa ztate ad senectutem vsque sedulò Grzcorum libros legerunt: partim ad linguam sermonémque expoliendum, & mentem exercendam: partim vt ex rebus deterioribus id quod inest boni colligerent. Qua re illud etiam sunt assequuti, vt recte Græcos in eo quod à decoro exciderunt, & per errorem lapsi sunt, damnare possent. Indicat hoc Basilius magnus, & Ioannes qui propter eloquentiæ suauitatem Chrysostomi nomen accepit: & magnus itidem in Theologia Gregorius, qui hunc etiam locum de Græcis discipli- F nis in oratione funebri de magno Basilio tractat. Æquum sanè est visum, eum locum tempestiuè huic operi, ad ea quæ agimus comprobanda inserere. Satis namque apparet, non ipsum solum optime in eis disciplinis eruditum esse: sed alios quoque illum ad eas discendas exhortari:simúlque iniuriarum eos accusare, qui eruditionem Græcam assectantibus obstant. Sic enim scribit. Omnes, opinor, qui saniore mente sunt, " hoc confiteri, doctrinam inter ea quæ nobis sunt bona,præcipuam esse : non istam solum præstan- 🦼 tiorem nostram, quæ elegantiam ostentationémque orationis omnem negligens, saluri vni & rerum intelligendarum pulchritudini inhæret fed externam etiá illam, quam multi Christiani perinde atq; infidiatricem, fallacem, & longius à Deo 💂 abducentem, cotemnentes despuunt, peruersa sa- " nè & periculosa persuasione. Quemadmodu nã- " que cœlum, terram, aërem, & quæcunque in bis 🦼 funt, quanuis homines nonnulli malè ea accepta, " quæ Dei essent opera, pro Deo coluerüt: ,ppterea \_

\* 1914201-10. evoste TIME, Sea.

Eloquentifi ms 2 beologi, Bajileen, Chryjejia Gregoria.

Gregorg No sia de viju es Itilitate efa Marmo Lice-



A tamen non despicimus, sed quantum vtilitatis ha bet ex eis ad vitæ vsum percipim9: quod verò noxium est in eis, fugimus: neque, quod stulti faciūt, aduersus creatorem creaturam ipsam quali ad rebellionem commouemus: verum ex rebus conditis conditorem deprehendimus, & quod diuus Paulus ait, in captiuitatem redigimus intelligentiam omnem in Christum. Ac sicuti ignem, alimentum, ferrum, atque alia, per seipsa quidem vel vtilia velincommoda maximè esse ignoramus: sed de eis pro eo at que hominibus illis qui eis vtuntur videtur, iudicamus (quum etiam in repti-« libus feris quædam sint, quæ vtiliter ad salutem pharmacis & remediis miscemus) sic quoque ex disciplinis istis quod ad veritatem inquirendam, & iudicium acuendum, necnon ad contemplationem exercendam facit, id recepimus: quod autem ad dæmones ipsos & ad perditionis profuna dum deducit, despuentes reiecimus: propterea o ex eis rebus in vere pieratis studio non itidem ada iuuemur, eo pacto meliora ex deterioribus addi-R scentes, & imbecillitatem illorum in robur do-Arinz nostrz convertentes. Non igitur contemnéda est doctrina liberalior, propterea quòd hoc sic quibusdam faciendum videtur: fed praui atque ineruditi, qui in ea sunt sententia, censendi sunt, qui alios omnes sibi similes esse velint, vt in com muni sui similiu frequentia latère, & inscitiæ suæ reprehensionem effugere valeant. Hec diuus Gre gorius. Basilius verò magnus non solum doctri nam Græcorum discere permittit, sed etiam præclaro libello maxime hoc confirmat, cui titulum fecit, Quomodo iuuenes ex Grecis disciplinisviilitatem capere possint. Hæc de Apollinaribus,

CAPPT XXVII.

& Græcorum doctinis dicta sufficiant.

bie pari n inSti



Mperator autem ingéti à Christianis pecunia extorta, expeditionem aduerfus Perfas molitus est,& Antiochiam Syriæ se contulit. Atque ibi liberalitatis sue studium Antiochenis probare volens, res in foro

venales & necessarias ad certum constitutumque precium reduxit : nó considerans secum ipse, vbi militum sit frequetia, ibi accidi in vrbibus rerum omnium copiam, vicinósque etia ea de causa annonæ detrimento affici. Itaque caupones emere, & rurlum vendere res ad victum necellarias questus gratia soliti, quòd iacturam cam non ferrent, multa contra imperatorem vociferati, negociatione sua supersederunt : cóque modo vt reru necessariarum penuria vrbem inuaderet, est ecerunt. Antiocheni verò (procliues enim sunt ad contumelias homines) impudenter & libere imperatorem riferunt,& scommatibus in barbam eius luserunt, quòd prolixior ca esser, tondi cam ad funiculos plectendos oportere dicentes: atque item in numis eius qui effigiem tauri habebant, cavillati sunt, perinde atque à præcipiti tauro mundum ab ipso imperante euerti iactantes. Quum enim supra alios omnes admodum superstitione teneretur, & quotidie tauros ad simulacros u aras ma-Caret, & aram & taurum numo suo imprimi curauerat, Proinde ira ex scómatibus eiusmodi per-

citus, malè se accepturum Antiochenos minatus D est.& Tarium Ciliciæ concessit, atque inde res ad bellum necessarias exercitui suppeditare instituit. Cæterum minas factis executus no est: sed verbis tantum in Antiochenos conuicia retorsit, orationémque præclaram & facetam ira remissa in eos conscripsit, quam Antiochena & usou in hoc est, barbæinimicam inscripsit. Atque eo pacto se iniuriavindicasse existimans, Persicam expeditionem, perpetua nota vrbi Antiochenæ inusta, est prosecutus. Antiochie portò erga Christianoseadem est importunitate vsus, omnibus modis id agens, vt Græcorum superstitio inualesceret. Verű quid circa Babylæ martyris sepulcrum,& in téplo Apollinis Daphnęi acciderit,periniquũ estet,si silentio præteriremus. Id verò inde ordior.

CAPPT XXVIII.

Nter Antiocnie iupui pia page quoddam est, in quo frequentes flo-rét cupressi, locus valde nemorosus, & variis aliis inter cupressos arboriquoddamest, in quo frequentes flor E

bus conspicuus: & quæ inter arbores ipsas sunt lo ca pro vt anni tempus fert, omnis generis beneolentes producunt flores. Instar tecti autem habet eo loco, quæ ex ramorú & foliorú densitate vbique prouenit vmbra,& solis radios non facile solum ipsum pertingere sinit, neque quidqua amænitatis regioni ei deest. Non ibi aquarum copia irriguarum desideratur:& gratum temporis tempe ramétum, Zephyrique & alij venti leniter ramis flatu suo incidentes, suauémquem susurrum eden tes, amonitatem multam afferunt. Eo loco Græci fabula conficta, Daphnem Lationis fluuij filia ex Arcadia, Apollinem amatorem fugientem, in nominis sui arborem esse conuersam: ipsum auté deum ne sic quidem puellæ desiderium abiecisse, amorémque l'uum veluti solatem, amatæ virginis frondibus caput cinxisse, cámque etiam arborem factam complexum esse: neque ab ea discederevo lentem,illi cum festiuitate quadam assedisse, proindéque honore diuturnioris mora eum locum F prosequutum, atque aliis locis illustriorem, sibiq; etiam gratiorem effecisse ferunt. Hic homines casti & moderati minimè versari sustinuerur, quòd regio ea ad defidiam & libidinem admodum effet procliuis. Iuuenibus autem corruptis iucunda plu rimum & grata visa est, & prorsus amatoria:quos etiam eam in rem fabula ipfa inuitarit. Et duplex eis ad culpæ deprecationem fabulam non ille-pidam prætendentibus incensa est libido, vt sine pudore neque ipsi pudici essent, neque pudicos in eo loco esse pateretur. Qui enim ibi sine amica versaretur, illiberalis plane, parumque gratus visus, perinde atque piaculum aliquod detestandum inde abigebatur. Græcæ autem supersti. tionis obseruatoribus præcipuè in maximo locus habitus est honore. 2 Na statua ibi Apollinis Daphnæi magna vetustate exsculpta, & templum

pulcherrimum altitudine & amplitudine mirifi.

ca, artificiosa manu constructum fuit : quod Se-

leucum Antiochi, qui vrbem eam sub suo nomi-

ne magnifice primum condidit, patrem constru-

xisse ferunt. Creditum ctiam longo tempore est,

Orație In-Antiochenos hieragias

Eft l.11.C. titulm, De empref.ex luc. Daphnen. vel Perf. per Acgypt, non exce rel red. Lābit, Apol

mutritor O-

rotes.Claud.

Lucu Da-

phnensis ad

ribin An

tiechenem.

In vmbrofa Daphna luco Costatines Agnes matri sua Hele DE Statuam collecause. Et ob că can ∫am locă cum A Présiden. Augusteum molanit Sui. Castaline fos oracularis. Hadriane Cefari refet (um ibi datil A Apollo DA pho em.

Befilim Ma

gom has de

re libellass

composuit.

Gallus Ca-

far factă adă

in Daphue

construxit.

Ossa Baby-

Santli Babyle subNu

meriano mar

PropterB4-

byla cineres oraculii Da-

phnaum ob-

mutust.

tyrium.

ellata.

in eam adem B la martyru

A aquam ibi è sonte Castalio diuinatricem, nihil prorsus ab alia illa apud Delphos, vt nomine, sic ctiam esticacia differentem, profluxisse. Fama item fert, Adriano, Imperatori, quum priuatus adhuc ester, responsum ibi de rebus futuris editum elle, eumque lauri folio in fonte tincto futuri cognitionem literis designatam hausssle: & quum responsum id ad exitum suum peruenisset, ne aliis quoque ad cundem modum res futuras cognosce re licerer, aggere multo fontem obstruxisse. Hæc quidem sic Græci tradut. Gallus autem, vbi Cæ sar est à Constantio creatus, Antiochiæ vixit, barbarorum ibi impetum &incursionem copescens. Hic vt Christianus, quu maxime cos qui pro Chri sto & dogmate nostro fortiter decertarunt, veneraretur, locum talem à diuturna superstitione & improbo illo more liberandum atque reputgandum duxit.Postquam autem non aliter se malum tantum extirpaturum esse putauit, nisi contra tem plum id, orationis domum construeret: opere co pulchrè perfecto, vrnam etiam Babylæ martyris in Daphnen transtulit: qui ante annos plures Antiochenæ ecclesiæ splendide antistes prefuerat,& sub Numeriano fortiter certamé pro Christo per-Martyrij eius hæc causa fuit. Episcopatum Babylas gerebat. Numerianum autem de dæmonis cuiusdam sententia cupido inuasit, ecclesiam Christianorum, quum frequentissima esset,ingredi. Et aduenienti ei, hierarcha ad templi vestibulum astans, ingressum præclusit: se pro virili sua affirmans, nó commissurum, ve ad gregem lupu ingredietem intueatur. Atq; ille starim quidem cœpto destitit. Episcopum autem primum de tanta audacia criminatus est: deinde sacrificare etiam damonibus iussit, cam vnam expiationem criminisque abolitionem, & subsecuturi honoris & gloriæ conciliationem fore denuncians. Cui Babylas ingenti animo resistens, martyrij coronă recepit. Eius tum ossa Gallus transtulit. Quod vbi est factum, demonium deinde oracula no edidit. Et multi quidem propterea id con siluisse existimarunt, quòd sacrificiis & cultu eo quem antea illi exhibuerat, spoliatum esset. Verum rem ali-C ter se habere compertum est. In causa enim verè erat, in vicinia quiescens martyr, qui eam rem no permisit, cœprum illius vi maiore prohibens. Sub luliano enim, quum ad fatietatem víque fangui. ne & victimis explererur, no minus mutum fuit. Et postremò ipsi illi imperatori de euentu Persicæ expeditionis dæmonem consulenti (quum fre quenter eò venisset, quòd cædendis hostiis dele-Charetur, & multo sanguine Pythium veneraretur) causam eius silentij indicauit. V bi nang; templum ingressus, oraculo, quæ visa essent, side eius periclitans, magnificis mactatis victimis Iulianus proposuit:insuper quoque petiit,ne Deus,de qui-

uenientes, martyrem in vrbem ad quadraginta

bus rebus inquireret, respodere grauaretur. Tum ille apertè quidem non significauit, se more suo propter Babylam martyrem non respondere: sed alio id modo insinuauit. Locum enim eum plenum esse cadaueribus dixit,& propterea se oracu la edere minime posse. Et erant ibi multi alij se-Verum Iulianus Babylam martyrem solum responsis obstare iudicans, confestim vrnam eius transferri iussit. Quapropter Christiani ad-

Hymnedia reliquias cas ferentin

Propter had in christians excande(cie imperator. prefectu.

Theodorn psalsesgravij lime extan fical way

Saluftim for tuudini G constantian Theodorivas cè admiras". Diaine coso latio Theodo re in termen tu exhibita. Suprà cap. 9.codem.

Rufinus Et elefiastica bi storia inserpres.

Babyla reii uia ex luco Daphnësi in rrbem Antiochen**ă** trăj ferenter.

stadia intulerunt, vbi etiamnum situs est : nomi-D ne suo loco ipsi indito. Qui verò vrnam ferebant senes & iuuenes, alisque chorum grauem & vene randum efficientes, alius alium in via ad pfalmos canendos inuitarunt, sub illo quidem prætextu, quasi sudorem laborémque viæ leuarent : re autem ipsa, quòd æmulationis ardore ferrentur, vt imperatoris ineptam monstrosamque religioné reprehenderet. Et canendo præibant, qui artem eam accuratius addidicerant. Inter alia autem multitudo illis succinens, & illam carminibus addidit partem: Confundantur omnes qui adorant " sculptilia, gloriantes in simulacris suis. Tum sa 💆 nè, qui antea philosophum se esse professus suerat imperator, longè alius deprehensus. Ira nanque commotus, perinde atque iniuria affectus esset, affligere Christianos constituit: & eadem aduersus illos facere, quæ Diocletianus secisset. Quòd verò impetum eiusmodi expeditio Per sica, quam vrgebat, moraretur: Salustio, qui tum præfecti magistratum gerebat, mandauit, vt cos qui præcipui in ea quam diximus psalmodia fuis- E Salustim lent, comprehensos coercerer. Ille quamuis vanæ Græcorum religioni esset addictissimus,consilium id ramen non laudauir. Quòd autem man dato imperatoris reluctari nequiret, postridie multos Christianos comprehendit, & carceri inclusit. Et deinde ex els vnum Theodorum nomine, adolescentem adhuc, produxit. Eum quum tormentis ingentibus subdidisset, & ad stipitem tortorium suspendi, corpusque eius satis diuerbe rari & concidi curasser, quòd martyrem inuictum elle videret, non deprecantem, neque doloris alicuius indicium præbentem, (perinde enim atque non certator iple, sed spectator earum rerum quæin eo fichant esset, constanter cruciatus perterebat: & hesternum illum concinebat Psalmum, re ipsa nihil ad se pertinere quæ ab eo per quastionem requirebantur, ostendens) vix tandem tantis pænis liberauit.Id quod tum demum fecit, quum iam tortoribus vita destitutus esse videretur. Atque illius tantam fortitudinem & con stantiam cum stupore admiratus Salustius, vbi ad Imperatorem venit: Nisi, inquit, Christia-F nos affligere destiterimus, ipsis quidem laudem & gloriam breui parabimus, nos autem ridendos omnibus proponemus. Porrò Salustij sententia laudata, & captiui illi dimissi sunt, & Theodorus post confessionem eam longo vixit tempore. Dicitur autem postea Rufinus, qui historiam ecclesiasticam latine vertit, virum eum aliquando conuentum rogasse, sensisétne pænarum tormenta, an plagas citta dolorem omnem pertulisset? Cui ille respondit: Non se quidem sine sensu cruciatuum fuisse: adolescentem autem quendam sibi assistentem, fascia tenuissima sudo rem abstersisse, & aquam frigidam infudisse, qua dolorum ardorem refocillarit, tormentorúmque vim sustulerit. Spiritui præterea suo robur indidis se, & incredibilem in tantis laboribus iucunditatem suppeditasse. Mihi certè hominis esse non videtur, corpus ipsum ita despicere, nisi dininum præstò sit auxilium. Hæc de admirando isto Theodoro. Atque ob cam quæ dicta est causam, Babylas martyr in Daphné translatus, atque inde rursus deportatus. Breui verò post repentinum

Ciflogratio eëpli Apolli an Daphnai

· handle .

Milesia 14 Apollinis Didymai të lum factas

A incendium in Daphuzi Apollinis templum incidit, quo id cum tecto omni & ipso Dei simulacro conflagrauit. Etquasi téporis momento protinus nuda omnia apparuere, muri scilicet ipsi cum lorica sua, & colunæ quæ propylæum & 🖈 posticu templi sacrarium sustinuerant. Christiani incendium id dæmoni, martyre petente, accidisse putarunt.Græci ad Christianos autores retulere. Ea cettè quidem de causa templi sacerdos tormentis subditus est, vt incédiarium indicaret: sed cruciatibus multis toleratis in vinculis, indicare neminé potuit.Quæ res Christianis magnæ laudi fuit. Et homines plerique non mortalis cuiusquam infidiis, sed divina vindicta templum id conflagrasse, igne cœlitus demisso, existimarunt. Hæc sic se habuere. Cœterum quu satis colligere ex eo quod sa Aum erat liceret, cladé cam téplo in Daphne propter martyré Babylam accidisse, vbi Iulianus, qué id non latebat, alias etiam diuis martyribus sacras ædes costructas esse, prope Apollinem Didymeu siue gemellum, qui ante Miletum est, cognouit: Præfectis prouinciæ Cariæ scripsit, vt quæ templa ædificium altius,& tectum,atq; etiam lacră mensam haberent,in ea ignem iniicerent: quæ verò di midia ex parte absoluta essent, funditus euerteret.

CAPYT XXIX.

Oracula ido lerii falfa I u to Perfici bel b refréderüt.

Deli.

lib.3eep.21o

Edenim quibus reb<sup>9</sup> Iulianus & Græci deorum potestatem adau gere atque ostentare studuerűt, ex eis illorum imbecillitas atque leductio, dinina adiunante Pro-uidentia, deprehensa sese exhi-

buit. Nam quæcunque ab oraculis edita funt responsa, penè omnia apertè falsa esse, & euentui minus respondentia, cognita sunt. Exercitum quippe aduersus Persas ducturus, Delphos & Dodonen, qui vates ibi consulerent, misst. Et illi non solum bellum, verumetiam victoriam denunciauerunt. Tantum verd à veritate ipsa aberrarunt, quantum postea rerum exitus ostendit. Porrò ex responsis eis vnum ad mendacium redarguendu C hoc loco apponere libuit:

Nunc Di Deaque omnes consurgite: sumite bellu, Atque fero c'ertum de flumine ferte tropaum, Dux ego vester ero Mars sauns belligerator.

Feram fluuium Tigrim nominauit, qui cognomi

nem sibi animantem habet. Eiuscemodi oraculis deceptus miser, victoriam somniauit : & tandem contratus, se ad Persicum bellum armauit. Aliàs tum quoque,quum oracula simul & seorsim omnia respondissent, Imperatoris auunculum Iulianum ægrum moriturum non esse : responsis ipsis legendis, erumnose & miserabiliter is vitam siniit. Multi enim qui in Christianos & veram pietatem furore suo debacchati fuerant, iustas dedere pænas: manifestissime autem omnium cum eis etiam Iulianus, illustri dignitate præditus, qui tum vniuerso Orienti cum imperio præfuit, defertoris ipfius (ficuti diximus) auunculus. Præterea Felix imperialium thesaurorum curator, & Elpidius imperatoriz domus przfectus: Comitem rerum priuataru Latina lingua vocat. Tres hi gra-

tiosi maxime apud imperatorem erant: cui vt gra

tificarentur, posteriores duo verá pietatem abiu-

rauerant. Iulianus incendij Daphnæi templi & si- D mulacri causam inquirens, Christianos id Deoru odio excitasse suspicatus, tametsi à vicinis agricolis de cœlo fulmine cam ædem tacta esse cognouit, non temperauit sibi tamé, quin aduersus vniuersarum rerum Deum arma sumerer. Itaq; sacra vala longè preciosissima ecclesiæ magnæ, quá Co stantinus magnus costruxerat, in fiscu imperatoris inferri mandauit: & foribus templi, quod tum Ariani habebat, clausis ne quis eò ingrederetur cu rauit. Cum Iuliano, Felix & Elpidius, imperialium pecuniarum questores, publicarum alter, alter pri uataru,in templum id direpturi venerant.Horum Iulianus difficili & incognito morbo mox correptus, ad dies quadraginta ita distétus iacuit, vt neq loqueretur,neq, sentiret quidg. Causa morbi erat g sactis vasis, que terre illiserat, pro sedili vsus fue rat:& episcopum Euzoium,qui piaculum tantum inhibere conatus fuerat, in caput vehementer ver berauerat, dicto illo insuper ingesto, Christianoru res à diuina prouidentia non curari. Et valetudine paululu recuperata, quum seipsum ob nesandam E sententiam suá códemnauit,tum vindictam diuinam qua affligebatur sensit. Et quum ita aduersus scipsum impiorum facinorum suorum testis ipse esser, 2 ventre deinde eius putredo & omnis generis vlcera couulserunt, quæ ei mortem etiá attu lere. Visceribus enim atq; extis putredine ea corrosis, excrementa nó iam per naturalia vim expel lendi obtinentia membra egerebat, verum os scelestum, quod blasphemiz & maledictorű effecerat instrumétum, pars corporis obscæna per qua excerneret,est factu. Pudenda ipsa, & qui circa ea sunt meatus, corrupti itidé sunt: caróq; eis in parti bus putrefacta in vermes abiit,& morb' ipse medicorum arte longè fuit potentior.Illi enim reuerentia & metu imperatoris omnia experti sunt, & omni remediorum specie adhibita, pinguedinèque preciosarum auium, quas diis sacrificabar, membris corruptis applicata, vermes profundius latitantes, in apertum quasi quibusdam illecebris euocare contenderunt. At illi in membris occultioribus ad carnem viuam magis magisque prore psere, neque corrodere hominem destitere, do- F nec violenta morte miserum enecarunt. Porrò tanta calamitate propterea mactatum esse ferunt, ex ira diuina, quòd sic ecclesiæ & sacris eius va-sis insultauerit. b Felix autem vasis tanti precij conspectis (Constantinus namque & Constantius liberalissime ea comparauerant) arridens, & vrbanè iocans: Ecce, inquit, qualibus vasis Mariæ filius diuina re peragenda colitur? eamque, nec ob aliam quampiam causam, ex interioribus eius venis vna quæ maxima esset, rupta, tanquam per fistulam sanguinem per os eius emilit. Sic & iple horrendum cernentibus omnibus spectaculum factus, non totum perdurauit diem: sed circa crepusculum, vnà cum sanguine iam deficiente, simul etia anima euomuit. At tertius Elpidius, qui blasphemus quoq; in Chri stum fuerat, tardius ille quidé quam alij pænas luit: sed tamen inter eos qui tyrannidem affectarunt deprehensus, bonis omnibus exutus, grauésque erumnas alias in carcere perpessus, turpiter vitam finiir, sacer & detestandus ab omnibus iudicatus. Præter hos alius quidam cum reliquis

Iulian au # 2 culus cũ Feli ce et Elpidio Quafteribais empersalibus templum ma gnum . Antiochia diri÷ piant.

Theodoritus addit.Iulia= कां क्यां वृद्धिक विक Sactam quoque mensans minxisse.

Verba coingu ad Iolias num apud Theodoris. Ý t laudib. à vir, Christi fernatore yes has conenit, quòd per castigatione po teutiam tibi fuă exhibuis No enim cis cagnoui∬es, que perseque TH, wist p loss ganimitate sua,dininitus hasce tibi intulı[et plagu. Agueuit ille merbi caufaittes im peratorë. 71 en ecelefia quib adepta focrat,restis meretur, roganit. Sed jrustra.lib.3 eap.13. a Inliani anikuli egritudo & mers borrenda . b Felicis in Christii bla Sphemia. Liufde mife rädmobitm,

a Dinina in Elpidië vitie

Fadifima qui sanctine altare per minxit.

Mors mise-Tanda Heto By,ex epifco po apoftata.

Morbus Gallicus. \* iz terde sopsapa (os.

Ikm Theosocui,apoftasa queque.

A in ecclesiam, quam donaria & res alias preciosas prædonum more auferentes, eumque qui sacra va la curabat contumeliis afficientes, vastarunt atque diripuerunt, ingressus: super reliquas indignitates, veste subducta sacrificij aram petulantisimè comminait. Verum illico pergraues & acres tanti flagitij tulit. Per quæ enim peccauerat, ad interiora víque viícera putredine confumptis mem bris, incredibilis inde vermium vis prognata, miferandum in modum, vt dicere calamitatem eam pudeat,miserum extinxit. Sed & Heronem illum ThebisÆgyptiis ortum,qui episcopus creatus, 🖈 casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, subitò putrida inuasit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationé eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus despe ratis, in viam est proiectus, nullam prorsus à quopiam miserationem consequutus. Christiani nanque perinde atq, piaculum, omnibus modis eum funt auersati:Graci autem hacenus tantum eum, quòd le errori & fraudi eorum lubiecillet, agnouerunt. Et Heron quidem acerbissime & miserrimè ita vita excessit. Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, & ipse à nostra ad Græcam religionem prolapsus, carne eius omni putrida earie consumpta, vermium materia factus est: & oculis illorum morsibus amissis, moriens per insania quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa atque deuorata lingua, è grauibus tormentis ad lon gè deteriores maiorésque cruciatus migravit. Sed & alij insuper talia quoque ausi, condigna sceleribus suis tulere supplicia. Eiuscemodi multa co tempore divinum numen exhibuit miracula, comeritas iustasque ab eis qui impudenter & apertè veram pietatem oppugnarunt,pænas exigens.De quibus hactenus.

CAPVT XXX.

Cialtas Pha micia Dan, qua endé p a C neas & Ca-Sares dicitor

Sup.lib.6. cap.15.

\*Habsibi شλιξι**φέ**ρμ**ε** . ≈Ð- ad pades statua Chri-

Go porrò alind quoque infigne mi-raculum, potentia Christi exhibens, & vindictæ diuinæ aduersus impios indicium non minimum ostendens, vi temporum obrui no patiar. Phæniciæ vrbs est, quæ antiquissimum nomen habuit Dan, appellatione ea ab ipso Dan, ex patriarchæ

Iacobi filiis vno, accepta, qui tribus & gentis eius locum eum tum incolentis princeps & autor fuit. Longo deinde tempore post, Herodis filius Philippus Cæsari gratificatus, de suo atque illius nomine vrbem magnifice ornatam ædificiis, Philippi Czsaream cognominauit. Grzci autem propterea quòd in ca Dei Panis statua collocauerint, Paneadem vocarunt. In hac ipsa vibe fons quidam cft. Ad hunc mulier illa quæ sanguinis sluxu laborauerar, præclaram ex ære Christo erexit statuam, aliquam saltem benefactori suo ob depulsum sibi grauem morbum, officio eo gratiam rependens. Statua ipla spectantibus plurimum prębuit gratiæ & amœnitatis . Ad huius pedes 🖈 her ba enata est, præsentissimum ægritudinum omnium, potissmum verò + tabidi motbi remediú. Et quum qui ea curabantur, summa diligentia cau sam tantæ esticaciæ inquirerent, inuenire tamen e2m omnino no potuere. Temporis enim diuturnitate & oblivione interciderat, cuiúsnam ea sta-

tua formă referret,& cuius rei gratia ibi esset col- D locata. Quòd nang; divinum simulacrum sub dio astaret, non parum corpus cius etiam est immutatum, & imbres ex locis superioribus limum secu trahentes, statuæ ipsi aggesserant. quá ob causam cognitio ca, quæ ex literis omnia indicatibus prouenit,incerta reddita. Cæterum quum cura & diligentia maiore promanans inde gratia inuestigaretur, terra illa effossa, literæ tum demùm apparen tes, rem ipsam certò indicarūt. Et deinceps herba ea, ab co tempore, neque eo ipso neque alio loco est conspecta. Sedenim Christistatua Iulianus deica, suá ipse in locum cius constituit. Et ecce derepente ignis è cœlo vehemens deiectus, simulacrum illius circa pectus discidit: capútq; vnà cum collo deiectum, & à pectore abruptum in faciem prostrauit. Atque id longo postea tempore sie du rauit, fuliginé eam fulminis aperté, veluti per inscriptionem columnæ incisam, testificans . Statua autem Christi, Christiani tum in Diaconicum ec clesiæ transtulerunt: & honoratiore loco positá, cultu convenienti prosecuti sunt. Locum nanque E eum libenter frequentantes, & imaginem iplam' inspectantes, desiderium suu & amorem erga statuæ ipsius archetypum, primariúmque exemplar declararunt. Impij porrò imperatoris istius tem poribus, qui Paneade fuere Graca superstitionis secatores concitati, statuam eam, sicuti dixi, loco suo motam, funibus ad pedes vinclis, per media traxere viam, omníque impietatis genere contumeliosissimè affecere. Ita illi reliquum imaginis corpus comminuerut,& caput à membris suis diuulium distraxerunt. Quòd sanè nonnulli, qui fla gitio tanto, ita vt par erat, indolucre, clàm ſublatum, sicuti potuerunt, coleruarunt : itidémque & alias corporis partes collectas in ecclesia reposuerunt. Herbę, quam ibi enată diximus, species nulli vel medicorum, vel aliorum peritiam talium rerum confectantium, cognita fuit. Mihi verò mini mè mirandum videtur, noua hominibus exhideri beneficia, novo subinde modo Deo ipso eos inui fente. Nam alia quoque plutima miracula, quæ in certis vicis ac regionibus sunt, solis incolis, sicuti consentaneum est, ex vetusta maiorum traditione nota esse, quæ sequitur narratio verissimè declarat.

CAPPT XXXI.



N Palæstina ciuitas est Nicopolis nomine, quæ vicus antiquitus fuit, sacro Euangeliorum libro cogni-Eant quippe Romani postea, su-dæis sortissime deuictis, metropotus, in quo Emaus nuncupatur.

líque corum Hierusalem capta atque euersa, ex euentu nomine imposito, Nicopolim vocarunt. Ante civitate istam in trivio, vbi videlicet Christus post resurrectionem à mortuis cum Cleopa comitéque eius iter faciens, in vicum alium se properare finxit: fons quidam est, morborum hominibus omnium, atque eriam variorum animantibus ipsis laborum auxilium. Hic Christum dicunt cum discipulis suis, vbi de itinere longiore fessus esset, quum nobiscu in terris versatetur, pedes lauisse : atq; ex eo tempore salubrem ad ægritudines dispellendas cam undam esse factam.

In locam fo tua Christi I alians Inicani fia na fin de gritur.

Legitimu d pius flatus-THIN (F IMA givam vju.

I dololatra Christi Ratvã contum liofissmè tra Carnet.

Herba falu-

Nicopolis Palaftine, and elm E مه الله مد

Sozem Parfed nominat 46.5.149.2I Persea Her mopoli ala. (14 to per O arbor. Si qui Daphneufis laci im Syria, vol Perfau io AND HO AT beress coperescrit, quin que librus 🐠 n asserit fe . ese mulchan 1.De,نا,عمل captef.: z lw. Daphaens. C.lib.11. Acgyptioofficentia.

A Hermopoli quoque Thebaidis arbor esse, quam Persæam vocant, dicitur, multis morbis medicina afferens, si vel festuca vel folium ex ca ægris appli cetur. De qua illa adhuc fama apud Aegyptios obtiner, Dei genitricem vna cum losepho Herodem fugientem, ductu Iosephi Hermopolim venisse:& quamprimum vrbis portam attigisset, arborem ea aduentum Christi ferre non potuisse: & quamuis procera admodum effet,ad folum ipfum tamen fe demisisse, & paradisi olim satorem adoravisse. De arbore ea, hæc quæ legi, scribenda esse duxi. Ego verò eam quasi quoddam symbolum seu signum fuisse puto Christi ipsius in vrbem eam aduentus: aut certé, sicuti coniicere licet, eam propter proce ritatem & pulchritudinem Græcorum moribus ab vrbis incolis divino honore cultam, tum commotam esse, dæmone qui per ea est cultus exhorrescente ad præsentiam eius, qui aboliturus & oppressures eos omnino fuerat. Sed tum quoq; cun-Ca Aegyptiorum simulacra diffluxere, Christi no ferentia aduétum: iuxta id quod de eis ab Esaia est dictum. Porrò dæmone ex arbore ca pulso, ad certum rei gestæ indicium,prona & inclinata permásit, side accedentes sanans. Harum rerum Palæstini & Aegyptij idonei fidéque digni sunt testes.

CAPYT XXXII.

Iolianus III demi fautos W.

Mperator auté, quum Christianis infensus, eos semper odio persequeretur, erga ludços tamen, corundémque maiores & duces, nó paruam exhibuit

mansuetudinem & beneuolentiam : & ad eorum populu, vt pro se & imperio suo precarentur, scripsir. Atque id eum fecisse coniectura est, no quòd religionem eorum colendam duceret: (non enim ignorabat, veluti parentem eam esse Christiani dogmatis: & quos illa iactat Patriarchas & Propheras, de eisdem nos quoque gloriari) sed probè ei implacabile Iudæorum erga nos odium perípe-&um fuir.ltag; nobis iratus, per suum in illos studium & curam ægrè nobis facere est conatus. Præ terea verò promptos paratosque eos esse arbitratus est, vt primo quoque tempore ad Græca sacrificia adducerentur, qui verba tătum & literam ſacrorum librorum reciperent, neque per contemplationem ad occultiorem corum lenium respicerent: sicuri Christiani, atque etiam inter Hebræos sapientiores & + præstantiores faciunt. Et sanguine vanaque superstitione ipse gaudens, nist alios quoque in idem pertraheret malum, pro detrimento ingenti habuit. Insuper & alia quadam de causa, Seruatoris oracula, quæ Hierosolymis talem denunciant euersionem, vt ne lapis quidem super lapide mansurus esset, vanissimus ille medacij arguere volës,id fecit. Tatum verò abest ve ali quid studio suo effecerit, vt inuitus etia certitudi. ne & immutabilitaté eorū magis confrmarit. Atq; audacia eius, quæ sibi probro affectura videbatur Dominica responsa, cáque prorsus abolitura, non sensit ipsa se, reuerentiam illorum in quæ opprobriŭ aliquod cadere nequeat, deprædicare. Romanorum enim Imperator ille Hadrianus, qui & Aelius est dicus, & Hierosolyma evertit, vt Iud zorū gétem prorfus ab ca vrbe dimoueret atque dispel lerer, & ne memoria quidé eis veteris nominis re-

linqueretur, neq; ipsi ex appellatione causam aut D occasionem recuperandæ patriæ haberenr, nomine (sicut potuit) mutato, Acliam à scipso vocauit:ea ipsa re, quamuis inuitus & imprudens, veritatem Domini nostri oraculis attestatus. Veritus namque fuerat calida præcipitiáque & periculum temerè aggredientia Iudzorum ingenia, ne per prætextum diuini cultus, qui lege lata in vrbe ea peragi deberet, exercitu coacto negocium Romanis exhiberent. Iulianus porrò contumelias in nos suas adaugens, gentis eius primarios viros patriorū morum admonuit, & quamna ob causam non iuxta Mosæ leges viuerent, interrogauit. Atq; illi vbi dixerut, omnibus modis cauedu sibi esse ceu 🕂 rem abiuratá,ne alibi quàm Hierofolymis, qua vrbe prorsus excidissent, sacra patria peragerent: data illis pecunia, vt quam possent celerrime Solomonis restaurarent templum, eos est cohortatus, vt ad exemplum maiotum suorum veteri more sacrificarent, & rem dininam facerent. Sic quidem ille. Iudzi verò opportunum tadem tempus eius rei, quam dudum desiderauerant, conficien- E de nachi, studio omni in id opus incubuere. Er iam aspectu Christianos territantes, seque supra illos extollentes, clades omnes, & quascunque ipsi à Romanis olim perpessi fuerant erumnas, se nobis illaturos esse sunt minati. Sed miseris illis in mentem no venit, perfici cam rem minimè posse, qua verbis disertis veterum prophetarum oracula denegent & abnuant. Cæterùm quum tanto studio ad id opus ferrentur, quicunque in arte zdificioru condendorum celebres essent congregatis, materiam ad structuram omnem compararut, locumque ipsum splendide repurgarunt : & sumptis ex publico impensis, argenteos etiam fieri curarunt, ligones.Tanto verò in opere tali ardore fuere, & alacritate tanta elaborarunt, vt ipse mulieres in sinu vestibusque suis purgamenta exportarint: & quæcunque eis essent monilia, & mundum mulie brem omnem non grauate in structuram eam im penderint.Et quamuis Græci aliena ab illis essent voluntate,tamen & ipsi eos in studio & labore eo adiuuarunt, conatum talem ad exitum suu perdu-Aum iti arbitrati: quo ipsi quoque falsas esse Chri F. sti prædictiones, oraculaque eius intercidisse iacta rent. Atque vbi iam reliquias structurz veteris ex imis fundamentis effoderunt, & folum ita repurgarunt, vt ne lapis quidem super lapidem, iuxta re sponsum illud, permaneret : & postridie vt primű iacerent fundamentum, ad locum eum venerunt, terræmotum ingentem ortum elle dicut: & quòd vehementi eius conculsione ex iplis fundamentis lapides eiicerentur, non paucos ex Iudæis enectos esse, qui vel ad operis spectaculum venerant, vel structuram ipsam curabant. Publica enim ædificia ipsi templo vicina soluta, atque cum impetu collapía, eis quos intus oppressere, sepulcrorum loco fuere. Qui autem effugere voluerunt, semineces iacuere.Fuere qui crura & manus & membra alia, pro eo atque clades forte quemque comprehendir, repentino casus impetu mutilata retulerunt. Terræmotus vix conquieuerat,& qui reliqui erat, opus rurlum aggrediuntur: vt fimul & quod magnopere cupiebant perficeret,& ineuitabilem indignationem, quæ ex necessitate Imperialis constitutionis eis imminebat, effugerent. Facile nam-

raculi Tefo Christi de eversione tem pli Hierosolymitani cow firmanis.

Inlianme In
daes adtemplum Hiero
folymitanü
roftitučdum
extimulat.
† åzåµoreg

Indei fludio fummo in fracturam templi Hierofolymitani incumbunt,

Adiunātur ea in te à Gracu,

Terra motes adifications dificit sequa impedit.

Devid Indai opus aggredsuntur.

Sicoto Hadrianas Imperator,ita Inlian<sup>9</sup> quoque ingratis

Digitized by Google

C iiij

† mgoς γ ἀσύμφορον. alge 4 Niceph. 1515 ין נטעקיףם או Sozo. hoc eft, Ad emois mēium. Sed verüque ver bum quanu dine fum re-Eta interpretatione ad estadem refer ri potest sententiam Rurfunt ftre Chura igna cælefti 🕁 infernali im pedient.

que naturà homines, quibus delectantur studiis& laboribus, tendere semper ad + detrimentum solent. Qui id vnum profuturum existimant, quod sibi efficiendum proposuere, suo ipsoru ad id protracti errore: neque illi vtilitatem consilio ante cæptum opus capiendo deprehendere possunt: neque periculis inuoluti, & experientia ipía de eis admoniti, prudenter se, pro eo atq; deberent explicant, sieuti & Iudais tum accidit.

> CAPVT XXX111.



Mpedimento namque tanto obiecto, satis evidéter cossiderare erat, indignari instituto operí Denm. At illi denuò admota manu, que perficere nequiret,

funt aggressi. Sedenim quum iterum structuram experirentur, ignis ex iplis fundamentis exiliés, & alius item de cœlo imminens, plures etiam quàm antea consumpsisse fertur. Atque id ita dicitur & ereditur, neque quicquam ambiguitatis habet. Il-B lo tantum variatur. Quidam enim aiunt, quum sacrum locum adire cotenderent, flammam eis obuiam,id quod dictum est, peregisse. Alij autem, simulatque agger efferri cœptus esfer, id accidisse af firmant. Siue autem hoc, siue illud verum est, nihil certè tanto miraculo derogaturi Igne porrò, sicuti dictum est, cœlitus demisso, malleis, scalptra, serre, secures, asciæ, & quæcunque ad ædificationé com moda operarij comportauerant, celeriter in cinerem sunt redacta: quòd incendium tale die toto grassatum sit. Et ludzi maximo correpti pauore, etiam inuiti Christu verum Deum esse sunt professi:sequi tamen eum nolentes, in errore adhuc Iudaico conquieuerunt. Sed & aliud quod ad hæc accessit miraculum, eos ad fidé no perduxit, quod prioribus & manifestius fuit, & admirandum magis. Nam proxima nocte, sua sponte vestes corum crucis lignis radiorum instar conformatis, sunt cõ signatæ. Ita omnes vestitum tanquam stellisvariegatum, & lanifica atte atque solertia distinctu habuere. Quo illucescente die viso, eluere & detergere crucis notas conati, nihil egere. Hæc, qui tum C Hierosolymitanus episcopus fuit Cyrillus, cernés, Danielis prophetæ verbum secum ipse in animo perpendit (quod & Christus postea in sacris Euan geliis authoritate sua comprobauit) & omnibus prædixir, aduenisse tempus, qum Seruatoris oracu lum, Nó mansurum scilicet esse lapidem super lapide in templo, exitum suum habeat. Atque hoc quum ille diceret, terræmotus gravis ingruens, lapides reliquos ex fundamétis eiecit atq; dissipauit, atq; insuper seua quæda oborta procella, calcé & gypsum innumerabilium medimnoru in aeré vētilando dispulit.Et item qui subitò ex partibus inferioribus proserpsit ignis, innumeros quoq; qui vel in opere ipso denuò pertinaciter instituto distinebantur, vel spectatum eò aduenerant, temporis momento consumpsit. Tantum Iulianus effecit, quum Christi prædictiones de Hierosolymis nulla veritatis autoritate niti, ostédere vellet. Neque id modò ille non egit : sed etiam contrarium exhibendo, magis etiam certitudinem eam copro bauit. Atque hæc quidem prodigia ad veritatem oraculi comprobandam sufficiut. Sanè quod modò dicetur, quum mirificum sit, magis rem ipsam

ditatem, antrum id perspici prorsus no posset, qui opus id curabant, rem certam explorate volentes, ex operariis quendam ad funem longiorem vinctum demisere. Et ille in antrum quum peruenisset, aquam ad mediam vsque suram in eo reperit: & spelunca omni ex parte explorata, quadrangulam eam este, quantum manuum contrectatione colligere potuit, deprehendit. Deinde ad os eius reuertens, in columnam quandam in media spelunca non admodum supra aquam extantem inci dit.Quam manu tentans, libellum in capolitum, qui tenuissimo purissimoque linteolo inuolutus effet,repetit.Quo accepto, fune ipfo fignum, vt ab eis qui illum demiserant, retraheretur, dedit. Rece ptus igitur, quamprimum libello ostenso, stupore omnibus incufsit: & maxime quod recens admo- E dum & intactus is esse videretur, atque quòd tam abstruso & caliginoso loco repertus esset. Porrò libellus explicatus, non folum Iudzos, verumetis Græcos consternauit. Statim enim ab initio literis

confirmabit. Id ego in arcanis prorsus scriptis in- D

uentum, referam. Sic enim habet. Quum funda-

menta structuræ iacerentur, sicuti dictum est, &

inter lapides vnus, cui extrema basis coaptata fue-

rat, loco moueretur, speluncæ euiusdam os petræ

incisum sese exhibuit, atque vbi propter profun-

grandioribus promulgauit:In principio erat Ver-

bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat

Verbum. Et vt simpliciter dicam, scriptura ca inte grum Euangelium complectebatur, quod Theolo

gica plane virginis discipuli lingua auspicatò an-

nunciauit. Portendit autem id vnà cum reliquis

miraculis, quæ cælitus eo tempore exhibita funt,

haud vnquam Domini noftri Verbum intercisu-

rum, quod extremam templi & vrbis desolationé

prædixit.Etenim liber, Deum esse & conditorem

rerum omnium eum docuit, qui talia dudum san-

xisset. Declarauit præterea, frustra esse eorum

laborem, qui ædificationem eam tantopere vrgerent:eo quòd diuina & immutabilis sententia ex-

tremam templo abolitionem decreto suo consti-

tuisset. Atque ex iis & hisce similibus rebus pleti-

que omnes statim censuerunt, vt Christum Deum

esset. Multi sanè ex ipsis breui ad ecclesiam se con-

tulere, & sacris nostris sacratioribus & perfectio-

ribus instituti atque initiati, hymnis atque suppli-

cationibus propter facinora patrata, Christú pla-

carunt.Hæc si cui minus vera esse videntur, ei side

faciant, qui ista + viderunt & audierunt,& scriptis

mandarunt: sin minus, Iudzi saltem & Grzci per-

suadcant, qui opus id semiperfectum reliquerunt,

seu potius inchoare neutiquam potuerunt. Præter

alia, illud quoque observare convenit, a Hieroso-

lyma antea Iebus vocata fuisse, eáque Beniamini

tribules habuisse, priusquam Dauid, exercitus du-

Candi honoris promissione, per ducem suum Io-

abum,capta, ducíque ei quod receperat præstito,

in maximam vrbem redacta, metropolim & prin

cipem Iudzorum gentis ciuitatem constituit, &

Solymorum nomen loco indidit, qui deinde pro-

pter sacrum templum Hierosolyma cognomina-

tus est. b Verum de Hierosolymorum quæ existi-

mata est restitutione, hæc dicta sufficiant.

esse profiterentur, cui tépli restauratio placita no p

ber End ment inc.

Quid miraportëderint.

Multi prodi

giu istu ad pænstentia= Christiaduēti. † Sozo. Gri-bit, etate fua plures adhuc seftes ein fino do superstates fuisse.lib.5. cap.vls, Clara alij I w daerii innia traduut:Solymos carmi nob. Homero celebrasă getem, condita mbi Hiero-Solyman no men è suo fe ciffe, Cornel. Tasit. 4 De Hiere Solymorum omine. b Hierofoly ma longè cla rißima 21biii Orient is. Plin.lib.5. 6**4**.14.

Inderuni

CACHAI.

Infiramentil

fabrile omne

consumptib.

Crucis figna in restes es-

rū inciderūt.

Cyrillas epi-Scopus Hierofolymitan\* retitalë 👉 certitudinens pradictionu Davielu & Christi Iefa depradicat. Tertio queque op<sup>9</sup> jtru. Étora enertitur.

Digitized by Google

CAPVT XXXIIII.

Inisant legatione Perjaro juperbè
reneit.
Einfdem im
Perfus expeduto.

A

Vm verò legati Persarum apud Imperatorem certis conditionibus de bello transacturi aderant, quos ad regem suum remisit, illo responso dato: quòd breui eum visuri essent, & quòd legationes

nihil moraretur. Proinde oraculorum omnium re sponsis præuaricator persuasus, inuicum sibi esse aduersus Persas robur, magnifice exercitum arma uit, post Persas, Gallilæos, & potissimum Cæsarieses, propter magnum Basilium & diuinum Grego rium, se ita vt deberet, accepturum esse minitatus. Porrò vere primo expeditionem maturauit: & Eu phrate fluuio transmisso, Edessam præteriit, propter Christianorum odium, quòd vniuersa ea vibs Christum summopere colerer. Carras autem venit, atque ibi in Iouis templo sacrificiis precationi busque peractis, circiter viginti millia armatorum ad flumen Tigrim, præsidij causa, vt loca ea tuerentur, & vt illorum sicubi opus esset auxiliovteretur, præmisit: & Arsacio Armeniorum duci, socio populi Romania, vt hostes aggrederetur, scripsit. Atque in eis literis plurimum precipiti temeritate vsus, Constantium quidem, cui successerat, vt imbellem & impium couiciis afficiebat: seipsum autem veluti maximè imperio idoneum & commodum.Diísque amicum, laudibus ferebat. Et quum Arsacium Christianum esse audiuisset, contumeliam adaugens, aut certè blasphemia & impiè dicto Christum proscindere, qui ei in rebus plerisque omnibus perpetuus mos erat, studes, insolenter & gloriose apud eum iactauit, si negligetius res sibi mandatas gesturus esset, non illum ab eo adiutum iri, quem ipse Deum esse crederet. atque vbi se probères constituisse putauit, per Assyriam Romanas duxit copias, & multa castella, vrbesque plures, vel armis subactas, vel proditione deditas recepit: & temere, vt fors tulit, progredies, locorum quæ post se reliquit,& ad quæ eu reuerri oportuit, nullam curam aut rationé habuit. Quæcunque autem cœpit oppida, protsus vastauit:annonæ & comeatus horrea quoque partim ex ipsis fundamentis euertit, partim incendio columplit. Et iter secundum Euphratis flumen faciens, propè ad Ctesiphontem peruenit, vrbem præclaram, atque à Babylone in eis regionibus secundam: quæ præter cæteras commoditates, Regis quoque aulam & comitatum commode recipere posset. Ab ca non longè Tigris fluit amnis. Quoniam autem nauibus propter eam quæ in medio est terra, Ctesiphontem peruenire non liceret, necessariúm que esset aut vrbem ipsam petere, & naues relinquere, aut nanibus retentis illam non adire:captiuo quodam quæstioni tormétorum subdito, fossam quan dam illius indicio reperit, temporis diuturnitate aggere oppletam, per quam antiquitùs nauibus ad vrbem accessus fuerat.Itaque qui ei obstabat, aggere perfosso, Euphratem in Tigrim deriuauit, arque eo pacto exercitumvnà cum nauibus ad vrbem adduxit.Et Persæ, cum splendido equitum & armatorum apparatu, & cum elephantis,in vlteriore Tigridis ripa sese ostendére. Atque ipse quu inter duo maxima flumina fe claufum, & exercitú

summum discrimen adductum, siquidem manere

ibi vellet:sin autem reuerti mallet,per vicos & op D pida, quæ combusta iam essent, & rerum necessariarum penuria premerentur, eundum sibi esse videret, præmiis propositis, milites ad + equestris certaminis spectaculum vocauit. Quod quum fieret, nauium præfectos exonerare eas, & frumentú exercitus omne & impedimenta in vndas iacere iussit, vt milites sese in summa rerum inopia & in medio periculo versari cernentes, fortes conciperent animos, & strenuè in prælio cum hostibus congrederentur. Et ordinum du ctoribus post conam conuocatis, milites nauibus imponere mandauit:noctúque Tigride transmisso, in ripam vlteriorem illi expositi, pugnam iniere. Quod vbi Per sarum quidam sensere, strenuè eis obuiam proces sere. Cum quibus confestim Romani manu conferta, multos concidêre, multos etiam fomno adhuc oppressos interemere. Ac deinde die toto ingens certamen est continuatum: & pluribus reiectis, nec paucioribus occifis, ad fluuium Romani rediere, & ante vrbem Ctesiphontem castraposuêre. Cæterum Imperatori vr vlterius procede- E ret, consilium esse visum non est: sed magis ei, vt naues incenderentur, propterea quòd earum causa milites multos à pugna abesse oporteret, placuit. Et iam cum copiis suis seditum in Romani imperij ditionem maturabat, Tigride amne ad sinistram relicto. Ac primum quidem in regionem fertilem,&rebus omnibus abundantem, captiuorum indicio venerunt. Deinde autem senex quidam, qui vitam pro communi Persarum libertate deuouerat, consultò vt caperetur, nostris occasionem præbuit. Igitur mox veluti non fua fponte ca ptus, ad Imperatoré est addu aus. Et de rebus mul tis interrogatus , veráque dicere existimatus , ei vt sequatur persuadet. Pollicitus namque est, exercitum se quamprimu ad Romanorum fines ducturum. Inuiam tantum quandam duorum aut trium dierum itinere regionem peragrandam, cibaria & alias res necessarias ferendas, & copias per solitudinem ducendas esse, dictitans. Fraude ca atq; seductione sapientis seu potius sophistici senis persuasus seductor, qui multos sophistica sua arte deceperat, eundu esse quà senex duceret, statuit. Tti-F dui iter progressi, in locos incultos inciderunt: & viæ dux tortus, confilium suum, sua videlicet spon te propter ciues & populares suos, se ad mortem procutrisse, cruciatusq; omnes perferre paratum esse, professus est. In discrimine summo exercitus versabatur, difficultate itineris & alimetorum penutia confectus: quum splendida Persarum acies derepente adest, & prælio ingenti commisso, turbidus ventus vehementer flare incipiens, desa nube cœlú atque solem obscurat, puluerem in aerem sublatum ventilat, caliginémq; & tenebras ingentes excitat. Et Persicus exercitus in nostros irrués, socios arque auxiliares secum Saracenos + hastatos adduxerat. Horum aliquis hasta protensa, Imperatorem graviter vulnerat : membrana ea quæ peritoneum dicitur, & exta omnia intrinsecus tegit,ita disrupta,vt cuspide extracta excremeta san

lar of could

Frumentum & impedimenta Iulia nas in flumé consicit.

Fortiter Re mani adverfus Perfas tem gerant.

Naues incenduntur.
Inlianue in
Rodinionem
regredi parat.

In proditorë Sinonemvi a d ucë incidit .

Proditor pdj tionë idicat.

Saraceni Perfarii anniliares.

\* Sozomenus, percussorem Iuliani post valous illi instictum lasuisse, & equo admisso suga sibi consaluisse dicie. K al 120 12200 12412 Author, 8118 Tr, 2220/12412 Author.

guine mixta eam sint consecuta. \* Percussori ex

Carras clade Crafis no biles. Plino. li-5.cap. 2.4-Affrias Lasio maculuis fangus nu Carras. Luca.

Islianus in
lutru fuu CS
fantiü projoide.
Blafthemis
eius in Chrifium, & com
tumelia in
Arfacisms
Armeniorum ducem
Chriftianü.

Inconfidera- C ta Iuliani temeritas.

Crefiphonse Troe renis. Inliance le- A thaliter rulneratur. Va via opinio de Inlianicade.

A Imperatoris satellitibus quidam caput amputauit. Imperatorem autem ita lethaliter vulneratu, scuto impositum, satellites eius in tabernaculum imperatorium detulerunt. Porrò nonulli qui vulnus vnde peruenerit, prorsus non viderut, à quopiam familiarium suorum instictum esse existimarunt. Atque alij quidem Persam, alij Saracenum: sunt qui Romanum militem eum occidisse affirmant, indignatum videlicet, sicuti verisimille erat, quòd imprudenti temeritate & gloriosa audacia tatum perdidisse exercitum. Libanius sanè Syrus Sophista, amicus eius intimus & præceptor, de percussore eius in funebri oratione, quam de eo coposuit,

talia scribit. Quis igitur eum interemerit, audire

quispiam cupit? Nomen eius nescio. Non hostem

autem percussorem eum suisse, apertum indicium

est, quòd ex hostibus nemo vulneris eius nomine

honorem & præmium acceperit, quum quidem

Persarum rez per præcones percussorem eius euo

cauerit: & ingentia, qui sele indicasset, premia per-

cepturus fuerit. Sed ne corum quidem cupiditate quisquam est adductus, vt facinus sibi tantum per

iactantiam arrogaret. Et multa profectò hostibus

debetur gratia, quòd cuius facti autores non fuerunt, eiuldem libi gloriam non vendicarunt. Sed

nobis, vt interfectorem inquireremus, permile-

Sunt autem isti, qui nullisviuunt legibus. Qui qui-

dem quod dudum sunt conati, tum demu quum

possent, peregerunt: iniquitate reliqua eos co-

gente, cui sub 'illius imperio locus non fuit: &

maxime deorum cultu, cui ipsi maxime sunt ad-

uersati. Libanius quidem Christianum fuisse trans gressoris percussorem, dicere videtur. Neque dis-

sentaneum est, aliquem ex militibus, qui sub signis

eius erant, hæc sic secum cosiderasse: Quòd si qui

olim tyrannum sustulisset, is ab omnibus propter

communem libertatem asserendam, aut aliquem

ex necessariis & propinquis vindicadum, vel cum

vitæ periculo facinus tantum aufus, laudem retu-

lit:neque se quenquam reprehensurum esse, si Dei

& religionis causa, se in certum periculum conii-

ceret. Mihi verò de his quæ dicta variè l'unt, accu-

& Callistus, qui res eius heroico versu complexus

est, rebus bellicis expositis, à dæmone cum vulne-

ratum occubuisse dicit. Atque is tametsi herum

suum honore prosequeretur, hæc tamen scripsit.

Et fortasse hoc sie, quamuis ab homine poeta di-

&um, verum fuit. Non paucos enim Erinnyes vl-

tæsunt. At enim quemadmodum verissima &

constantissima, quæ ad nos quoque peruenit, vbi-

que obtinuit fama, vindicta diuina Iulianum tru-

cidatum elle constat: percussorémque eius, libri

nobis clarum illum & magnum Mercurium esse

C ratius inquirere minimè necessarium videtur. Nă

runt, quibus illum diutius viuere bono non fuit.

Libanim de cade & percussore tulia ni.

Perstringun tur acerbè Christianic

Percussoria Iuliani tauquam tyran micida delibe rantii cogita tio.

Callifine à
damone tulianum cafum esse scriplis.

Mercurius Iuliani percussor.

CAPYT XXXV.

Iulianus Sa bas Mo.achus in vifione taliani cedem vidit.



produnt.

Vius rei argumentum est, diuina quædam visio, quæ Iuliano co-gnomento Sabæ monacho, virtute præclaro viro, est oblata. Qui auditis impij illius minis, sedulò Deŭ, vt quamprimum nos

ab illius tyránide liberaret, orauit.Et cædes ei quo D in Perside peracta est die, reuelata est. Discipulis namque suis, causam ecstasis atque consternationis inquirentibus, rem ipsam reuelauit, atque illi porrò aliis viri eius dicta indicarunt. Sedenim de visione ea quum exactior inuestigatio fieret, com pertum est, qua hora res gesta fuerar, cadem illum eam vidisse. Sed & Didymus philosophus ecclefiasticus domicilium Alexandriæ habens, in mœrore maximo fuit, quum propter Imperatorem, qui tam impiam sequeretur religione, tum quòd ecclesias tantopere contemni videret. Quapropter ieiuniis sese macerauit, & Deum precibus inuocauit: ac ne noctu quidem alimenti quidquam sumpsit. Propter ingentem sanè dolorem in sella considens, somno obrutus est:deinde consternatione correptus, equos candidos per aerem discur rentes sibi videre est visus: & qui eis insidebant equites, voce clara promulgantes: Renunciate Didymo, hac ipla hora Iulianum elle celum: idiplum Athanasio quoque magno significetur: & Didymus exurgés cibum capiat. Quidam etiam ex ne- E cessariis & amicis Iuliani, ad ipsum contra Persas bellum gerentem via publica profectus, quum ex itinere profectionem accelerans, in locum quendam diuerteret, eo quòd domicilij alterius ibi copia non esset, in ecclesia quadam dormire est coa-Aus. Atque ibi vigilans magis quàm somnians, sicuti asseruit, vidit, vt circa se multi conuenientes (erat autem Apostolorum, Prophetarum & Martyrum chorus)Imperatoris aduersus ecclesias cotumeliam deplorarint: & quid facto opus esser, alius ab alio requisserit. Et quum diu multumque ad eum modum deliberassent,&veluti addubitassent, duos ex illorum cœtu consurrexisse dixit, Ar temium & Mercurium, qui alios bono animo esse iusterint, & alacritate singulari divinum illum couentum reliquerint, quasi ad Iuliani Imperij euersionem ire properantes. Porrò qui visionem hanc vidit, euentum & finem eius metuens, profectionem prosequi neglexit. Ac rursum ibi somno oppressus, eundem illum cœtum denuò vidit:eósque qui prius magno studio properantes abierant . & proxima nocte bellum Iuliano inferre crediti fue F rant, reuersos, aliis celerrimè renunciare, desertoré necatu esse, nec decœterò causam esse cur ita sint folliciti. Quæ Iulianus monachus, & ecclesiasticus philosophus Didymus Alexandrinus, & præterea deserroris ipsius familiaris & propinquus viderint,talia funt. Neque illorum quifquam à veritate aberrauit, quam cædes postea renunciata confirmauit. Quod si quispiam adhuc illum qui sic ec clesias vastauerit, non diuina vindicta interemptu esse contendat:ei id vaticinium persuadeat, quod diuinus quidam vir, Libanij quidem familiaris, institutis autem ecclesiasticis probè eruditus prædixit.Quum năque Iulianus exercitum in Persas du ceret, & Libanius illudes ad sanctum illum virum diceret,+ Quidnam fabri faceret filius?respondés ille:Ligneam, inquit, arcam ad mortem Imperatoris tui elaborat. Et parua intercessit mora, quum mortuus ille adductus est, qui superbus & inflatus gloriam Alexandri fomniauerat, ac potius longè illum luperasse sibi visus fuerat.& iuxta Pythagoræsententiam, animarum transmigrationes magnifaciens, ex corporum transmutatione Alexan-

Didyman Alexádri. mm štidem.

Familiaris quoque & propinques ipfine Inliani apofiata.

Stap.

Dini Aptemina op Mercurina muscy cadio Ioliani fen potim percuf fures cina.

Radi cades Libanio fo... phifta à vivo Chriftiano pradicta. † Lopide di... Clum.

Merchig.

tio animati
Pythogorica
a Nuñv pip
unde, imrevuña el luigeinze.
Inimus à
philosopho
Manuso fodollus.

Iden morito res vindiciá Chrifii agno sit. I Locen,

# Suprema
Inliani im
Chrifti blaf
phemia.
Oribafina
Inliani madicus.

Inhani mars Calamicases orbis Romani (pb Inlia no.

Terra mot?.

Dilanion

Alexandricon.

Simbas ingan,

Pelilentia.

Antiochenors in Ma simum philosophum losophum

dri animam se habere, atque adeò Alexandrum in corpore alio se esse, dixerat. Neque satis intellezit, vincere quidem pulchrum elle: victoria auté per insolentiam abuti, inuidiosum. Seduxit autem cum Maximus etiam philosophus, qui ei adfuit,& diuinationibus quibuldam transuersum egit. Sedenim vnde ei clades ea euenerit, quodammodo ipsemet intellexit, neque prorsus calamitatis autorem ignorauit. Dicitur enim, quum è vulnere caua manu sanguinem hausisset, arque eum in cœlum veluti Christú conspiciens coiecisset, perinde atq; causam cædis suæ in eu referret, vociferatus esse:Vicisti.Galilæe,Vicisti.Alij verò tradūt,eŭ So lem natalis horæ suæ 🛪 inspectoré,propter astronomicum quendam ambitum accusasse, quòd Per sis auxilium tulerit, se autem non seruauerit. Et, siquidem verum est, iam moriturus, anima seceden te à corpore, divinius quodamodo quam pro hominum captu potuit, oculos intendisse ita fertur, vt etiam Christumviderit:quod sanè affirmare no possum.non multi enim hoc dixerunt. Verum ta-B men id etiam veluti mendacium non refello. Verisimile enim est, & hoc, & eo adhuc multo admi randa magis accidisse, ne humano consilio quæ à Christo nomen habet religionem constitisse, dicere quispiam possit. Atque ille sic se habens,& sanguine diffluens, diserte, \* Saturare Nazarene, exclamauit. Alios quoque deos contumelia affecit,malos cos & perniciosos appellans. Præstò ei affuit Sardis ortus medicus præstantissimus, Oribasius Lydius. Sed curam eius omnem vulnus illius risit atque contempsit. Ita qui se multis seculis victurum credidit, intra triduum est extinctus qui in Cæsaris dignitate quinquennium, in imperio autem à Constantij morte annos duos cum di midio exegit. Mortuus est ætatis anno trigesimo primo. Toto sanè imperij eius tépore iratus Deus, varias calamitates & innumera mala Romanorű immisit ditioni. Siquidem terra ingenti motu con cussa effecit, ve neque in domibus tutò homines manerent, neque sub dio etiam recte verfarentur. Sub ipsius quoque imperio decantatissima illa vrbi Alexandrinæ calamitas accidit, quum mare vehementi altu cocitum, & vltra fines suos progres fum, ita diluuio aridam& continentem terram inundauit, vt eo in locum suum regresso, in tectoru tegulis scaphæ marinæ sint repertæ. Vnde Alexan drini, ab eo tempore quo talis inundatio coorta est, diem festum eum peragentes, faces multas in vrbe accendunt, carminibulq, & gratiarum actionibus iram Dei supplices placant, solennitatémq; anniuersariam cum insigni pietate & religione ob servant. Siccitates etia intensæ eo imperante quu fruges extinxerunt, tum aerem quoque pestiferu reddidere. Quapropter hominibus rerum penuria pressis, sames admodum excreuit : adeò vt homines ad infolitas prorfus vitæ agendæ rationes, & ad irrationalium animantium alimenta sint conuersi.Famem pestilentia est consequuta, quæ corpora infestauit, & varios progenuir morbos, vnde plurimi mortales interiere. Iuliani res huc habuere finem, omnibus quidem Christianis, præcipuè tamen Antiochenis gratum & iucudum: qui propter cædem eius publico instituto tripudio, Maximum etiam philosophum couiciis prosciderunt,

illud accinentes, Vbi funt divinationes tuæ stulte

Maxime? Vicit Deus, & Christus eius. Multa auté D capita & corpora hominum iugulatorum in ciftis, in puteis, & in locis secretioribus Imperatorie aulæ Antiochiæ sunt reperta, quos ille, res suturas inquires, clàm macauir. Sicuti & in oppido Carris. Nam ibi templum ingressus est, foribusq; probè claustris munitis, exectada peregit per incantationes & imposturas magica sacra. Mulier quoq post eius mortem ibi, ita vt in sublime sublata & ex capillis suspensa fuerat, reperta est, quam suturum inuestigans resecuit.

CAPPT XXXVI.



E impij Principis huius morte lu gubrem composuit orationé Sophista Libanius, quam Iulianum siue funebrem querelam inscripsir, in qua multas eius laudes recenset: & res quoque gestas, pro-

ut vilum est ei, commemorat: mentionem quoq; librorum eius faciens, quos aduersus Christianos E composuit, sacra Euangelia oppugnans, & veluti falsa ea esse refellere tentas. V bi etiam, quòd ea ludibriu nugasque esse ille demonstrauerit, tradit. Quòd fi alias illius res Libanius laudare constituis set, silentio ea præteriissem, & ad historiam nostrā continuandam processissem. Quandoquidem au tem dicendi vi & arte fretus, illum & libros illius laudibus efferés, religionem nostram acerbè perftringit:iniuriam veritati facerem,nisi ipsum nuga torem esse ostenderem, & ea qua nos attigit patto reprehenderem atq; redarguerem. Sed prius pauca quædam quæ in illius oratione sunt exponam, & deinde sententiam meam adiiciam. Quum hybernæ, inquit, noctes longiores essent, incumbens eis libris Imperator, qui hominem Palæstinu Deu & Dei filium faciunt, ingéti contentione & vi cos refutauit, religionémque cam rifum prorfus & nu gas esse declarauit. Qua in re sapientiorem se Tyrio sene præstitit. Sed hoc mihi ignoscat Tyrius iste, & placide hoc dictum ferat, quod à filio sit vi-Aus. Hæc Sophista ille. Atq; ego quidem eum virum optimum fuisse sophistam, & ab eloquentia F plurimum potuisse, vt oratorem egregium, scio. Quapropter apud omnes etiam contestor, illum, nisi in eadem cum Iuliano in religione fuisset opi nione, plura etiam in illum quam Christiani dixerint, & quidem vt hominem Sophistam, splendidius dicturum fuisse: quoniam & in Constantium viuentem quidem orationes laudatorias composuit, in defunctum aurem inuectiuas conscripsit. Ac si Porphyrius imperiale sumpsisser diadema, scripta illius longe luliani libris, stylo ea celebras, vt equidem puro, prætulisset. Si verò Iulianus arté sophisticam exercuisser, eum ipsum quoque sophi stam non bonum fuisse dixisset: sicuti de Hecebolio fecit,in cadem deIuliano oratione funebri fua. Cæterim quum ille eiusdem sententie cum Iuliano particeps, amiculque eius, & si addere liber, sophista, quæcunque çi visa sunt, Iuliano tribuerit:age nos quoque quoad possumus, eum cofutemus. \* Incubuille enim illum, inquit, libris, logioribus hyemis noctibus. Videtur autem per verbum Incumbendi, significare, studio illi fuisse, Invectiuas scribere, sicuti Sophiste studium collocant in adoPost morië
Inicas magia eius gr
vecromania
in publicum
producța,

Libanÿ oratio de funera Iuliani.

Falso is seripsu, resutatas esse à ta liano savas literas nostras.

Libang var: ba.

Indició anto ru de lenisate & vanitase Libanija

Perphyrius & Hesebels' Sephifta

Refutatio verborum/Lö banÿ. \* lx13i3a1. фіхоска даμωμ. Refutatorii hoft it ium zelo.

I olianus etc Porphyrias. φιλεξκ**ώ**ΣΤ**ΑΙ** 

Socratis phi losophi acco- B Salores Anyim or Malisus. Hunc Porphyrius feem matibus pro fade.

† luftinus philosophae O manyr Christi, 20-CHIÉ OF HE racluum in eodem catalo gofenctorii -b14 Ev a am 🕁 Elia recenfet,tamquam verbi Dei cultores. a Inban' in deseffores im peratores innectm.

Etiam ante Porphyrium Jepofta-Christ-ana detlrina 💇 religionem taxatuut.

Origenes adserjus Marcellum Gala tam & PorphyriamTyrium literas Christianas defendit. \* Fuit Porphyrius condiscipul 0rigenis apud Plotinu magistrum, & rsque ad sepota Probi

A lescentibus exercendis. Consentaneum verò est, libros istos eum antea nouisse, quibus videlicer in sacro aliquado ministerio vsus fuerit. Et incubuit illisstudio & contentione diuturniore, sed eos vi dicendi non redarguit & refellit, vt tu dicis: verum imbecillitate potius ingenij, & defectu veritatis, vt homo facetus, & \* Icommatibus libenter ludens, quæ probè fundata sunt, conuellere & tra ducere est conatus. Nam qui cum alio hoc pugnæ genere congreditur, quædam adulterans atq; deprauans, quæda de suo adjiciens, modisque omnibus in re & sententia quaq; veritatem supprimés mentitur & fallit: atque odio & inimicitiis infestus, non facere solum, sed etiam dicere hostiliter Rudet:ac quæcunque sibi insunt mala, inimico ea fuo imponere contendit. Sedenim quòd ambo, lu lianus inquam,& Porphyrius, quem Tyrium sené vocat, scommatum consectatores fuerint, id ex libris corum aperte ostendemus. In Philosophica enim, quam ita Porphyrius inscripsit, historia, mirum est quantopere vitam Philosophorum coryphæi Socratis cauillando taxet, tot in eum confi-Ais lycophantiis, quot neque Anytus, neque Melitus, qui illum, quòd res nouas contra leges veteres inducerer, accusarunt, vnquam excogitarunt. Atque id quidem in Socratem, quem propter tem perantiam, iusticiam, & reliquas virrutes, non solu Plato & Xenophon, verumetiam reliquus philosophorum cœtus præcipue miratus, vt diis + charum, & supra hominis captum sapientem, comme darunt,ille fecit. Transgressor verò patrem æmulacus, idem eis fecit, quibus successit, imperatoribus.2 Omnes namque reprehendit, & ne Marco quidem philosopho pepercit. Adeò sanè in Constantinum magnum & Constantium filium eius est inuectus, vt facile existimare liceat, non aliam ob causam illum scribendi laborem suscepisse, quam vt istos proscinderet: vtpote viros Dei amantes, & qui fortitudine, virtutibus aliis, & vera philosophia laudem magnam consequuti essent. Verùm ambos hos conuiciatores fuisse, ampliore probatione mihi opus non est. Sufficiut enim ista, ad certam maleuolentis illius animi declaratio-C nem: & paulo post verbis suis mihi admirandus ille Gregorius fuffragabitur, qui naturam & mo... res Apostatæ optime depinxit. Porrò quòd etiam ante istos permulti doctrinæ nostræ veritatem vi oppugnare aggressi sunt, è divinis oraculis quædã peruertentes,quædam autem ad fenfum fuum detorquentes, non pauci ostenderunt, qui cum illis congressi, cauillationes corum confutatas in publica monumenta retulerunt. In primis verò do-&issimus Origenes, qui longo ante Iulianum tem pore fuit, quacunque in sacris literis turbas ciere, aut lectores carum perturbare visa sunt, propè distinxit:subiectisque contrariis argumentis, & locis quibusque, ita vt debuit, declaratis, eorum qui eos male & imperité acciperent, nugas longas & sophisticas aggressiones refellit. Indicat hoc, quæ is ad Galatam Marcellum composuit, & quæ ad 🖈 Porphyrium quem diximus luculenter rescripsir, libellis de rebus eiuscemodi editis, quibus propter copiam verborum veritatis effecit, vt illi quod cótra dicerent, non haberent. Quos libros si non + ita cursim Iulianus legisser, nunquam ad cauillationes & blasphemias scribendas delapsus esset.

Sedenim Iuliano studio fuisse, vt scommatibus & D dicacitate vteretur, non apud cos qui solidam pietatis veritatem & formam tenent, sed simplices & imperitos homines, ex eo satis constat. V bi enim è scripturis \* quzcunque hominum more, prout res ferunt, ad captum nostrum, de Deo, & præcipuè de Christi œconomia, salutisque nostræ admi nistratione dicta sunt, decerpsit, & eius generis di Ca quædam collegit, deinde hisce verbis infert: Horum igitur omnium, nisi ratio quæpiam est, arcanam aliquam, vt ego puto, contemplatione habens, multas libri isti de Deo continent blasphemias. Hæc quidem in tertio suo contra Christianos libro refert.In eo autem libro quem de 🖈 Cy nicismo inscripsit, quomodo conueniat sacras fin gere fabulas disserens, hæc scribit. De rebus eiusce modi veritatem occultari oportet. vult enim natura occultari:& quod de Deorum essentia occul tum est, nudis verbis in aures impuras coniici non sustinet. Ex quibus verbis satis apparet, suspicione eum obtinere, mysticum quiddam & arcanum sacram tegere scripturam. Videtur quoque indigna E ri, non eandem secum omnes opinionem de hac habere. Et in Christianos inuchitur, quòd simplicius verba oraculorum accipiant. Minimè verò propter multorum simplicitatem, illum tanto fastu aduersus sacras scripturas efferri oportuit : neq; odisse eas aut auersari propterea debuit, 4 quas iple + perpera intellexerit, no omnes, sicuti ei visu esset, accepissent. Verum idem ei accidisse videtur, quod patri& magistro eius Porphyrio euenit. A qbulda namq; Christianis Casarea verberatus ille,quòd iniuriam eam non benè ferret, veluti atra bile percitus, Christianismum quidem abiurauit: eorum autem qui plagis illum affecerant odio, ad Christum & Christianorum scripturas impiè con uiciis proleindendas est progressus : quemadmodum Eulebius Pamphili inquit, qui eius aduerlus nos compositos libros optime refutanit. Iulianus autem per arrogantiam ingentem, propter simpli ciores, impetu furioso contra Christianos concepto, eodem modo ad Porphyrij rabiem declinauit.ltaqué ambo detestandi:quippe qui prudentes atque scientes impietatem complexi sint, & volu- F tarij proptetea consultoque admissi peccati supplicium pendant.Enimuerò Libanius, dum, veluti nos irridens, Palæstinum hominem, inquir, Deum Desque filium faciunt: oblitus esse videtur, quomodo in fine eius quæ dicta est orationis, Iulianu in numerum Deorum referat:primum Iuliani obi tus nuncium penè lapidibus obrutum esse, veluti is aduerlus Deum mentiretur, dicens. Et paucis interpositis verbis, rursum exclamans: O demonum alumne, demonum sectator, demonum assessor. Et quamuis ille hisce verbis aliud sentiret, tamen non vitato cognomine seu zquiuoco verbo, idem dicere videtur, quæ & Christiani ipsi per conviciú de Iuliano dicunt. Quòd si Sophista vnum hoc, vt apostatam laudaret, egit, dictionem certe ambiguam reiicere debuisset. Quod quidem alibi eu fecisse, apparet. Nam de verbo quodam probrose reprehensus, in orationibus suis id induxir. Verùm enimuerò quomodo Christus homo Deus quoque sit: & quod in eo apparet, homo: quòd autem intelligentia percipitur, Deus sit: & rursum quomodo idem homo Deus existat, veru-

Imp c. visit f pd sapip-

\* les vie 700 gåg sizere THE TOPOS TH TOUTOL Interni de fa eris libris no Aris was arti myak

taxas.lta eximo legendom esia apud Socra. lub.3.cap.23. Carfa quut Perphyrise Christi ab. iurarit, & in Christia nifmum fit innectus. Contra Por phyriem Es febine Pam thili scripsit. Cur Iuliau queque à Christo defer cerit. Pecca-

Libanias Ia lianum Deii facit, demonë appellaus.

tă ad merte.

.......

a .

Libri Grace

A:ys dem.

us Veneri

reze jueros.

Acres

pozil dem.

Macedode".

ه صوامان د

A que saris clarè divinæ ostendunt literæ, atque id Christiani norunt. Græcæ autem superstitionis cultores, priusquam credant, quomodo id scire queant? Obstat namque illud, quod diuini spiritus oraculo dictum est: Si non credideritis, non intelligetis. Quin illos obducta veste, pudore potius affici conueniebat, qui homines multos in deorum numerum retulerint, arq; eos quof nam quælo? Optandum sand esser, iustos cos & téperantes, aut aliter morum integritate probatos fuisse. Verum contraria omnia in eis reperiuntur. quippe qui iniusticia, ebrietate, & stupris probrosis vitam trasegerint. Declarat hoc Hercules, Dionysius, & Asculapius per quorum numina dum Libanius continue in libris suis surat, non erubescit tamen. Atqui illorum amores insanos & nugamenta alia, si per tempus referre liceret, prolixum profecto perpetuumque sanis & prudentibus viris mouerent rilum. Sed ad eam rem cuiuis quamprimum cognoscendam suffecerit, Aristote lis peplū, Dionysij corona, πωνμνίμων hoc est multa memorans Regini liber, & poetatum turba: qui rebus illorum expositis, deliramenta potius & nu gas quàm Theologiam posteris reliquêre. Cæterum Gracos procliues magis & promptos esse ad homines Deorum honoribus cohonestandos, & quidem præter decorum & rationem omnem,ex iis quæ paucis commemorabimus, satis liquebit. Erenim Rhodiis, quum aliquando calamitate grani premerentur, oraculum promulganit, si Atym infanorum sacrotum in Phrygia sacerdotem cole rent, fore vt erumna sua liberentur, Responsum id tale fuit.

Atyn implorate deum:namque alter Adonis, Alter & est donator opum crinitus tacchus.

Oraculu fic habuit, quod Atym Phrigium, qui se ipsum præamoris insania euirauit, eildem cum Adonide & Baccho honoribus colere iuber. Alexandro autem Macedoni, quum in Asiam transirer, Pythius damon, Amphictyonibus ei fauentibus, tale edidit oraculum:

C Supremum celebrate Iouem, celebrate Mineruam,

Et diuum humano latitantem in corpore regem,

Stirpis Alexandrum calestis, vt ordine recto,

Et mores hominum componat legibus aquis. Et oraculum quidem istud potentiæ Alexandri as sentans, deŭ illu fecit. Cleomedem verò pugilem præterire nefas eller, quem divinis auctum honoribus,tali etiam ornarunt oraculo. VIsimus heroum Cloemedes Astipaleus.

Iam Deus est: sacris illum venerantor, co- aris. Quod propter responsum, Diogenes Cynicus & Ocnomaus philotophus oraculu Pythij Apollinis spreuere. Cyziceni Hadrianum Imperatorem tredecimum esse deum promulgarunt. Sed & ipse \* Hadrianus, amalium luum Antinoum in nume rum deorum retulit. Hæc sand sophistarum præ-

Quid loquar Antinoum,calesti sade locatum? Illum delicias nunc dius Principu, illum Purpures on gremie spoliatum forte virile, Adri mique Dei Ganymedem, non cyathos Diu Porgere, sed medio recubantem cum Ione fulcro, Nectaru Ambrosy sacrum potare ly aum, Cúmque fue in templu vota exandire maritel Prudent.lib.1,contra Symmachem.

stantissimus Libanius merito traducat, ludibrium- D que & gerras esse recté dicat : qui quidem, si quisquam alius, & ipfe oracula deoru & 4000616204 hoc. est vnicum illum librum + quem Alexandrini de Alexandri vita conscripserunt, maxime nouit. Atque illum etiá, supra cos quos diximus, b Porphyrium deum facere non puder. Propitius enim, inquit; sit senex Tyrius: quòd videlicet Imperatoris scripta illins libris præferat. Hæc sic per digressionem retuli, propret Libanij Sophistæ contumelias, quas in nostram cuomuit religionem. Qui & iple postea dicitur divini Basilij consuctudine adductus, superstitioni sux nunciu remissse, & Chri stianus factus esse.

taffe enigh pro Adria lgadi Ab Perphyria Libanio de

Christia faller.

# CAPPT XXXVII.



Erum quali morum consustrusi-ne & corporis statu Iulianus suerit, quomodo vitam finierit, & feiplum deŭ facere voluerit, non locupletiorem adducere testem B

'postum,quam magnum illum in Theologia Gregorium, qui cum illo vixit, ea sdém que scholas frequentauit, & res eius melius qu'am alius quisquam perspectas habuit, cassémque pro eo atque par fuit, rifit, atque in Inuectiuis suis traduxit. Igitur in Inuectiva secunda contra Iulianu, & Græcæ religionis sectatores, de eo hæc refert. Atque hæc quidem aliis experientia & potentia potestatem adepta exhibuit: mihi verò quodammodo longius antea funt cognita, ex quo tempore Athenis cum homine fui. Venit namq; eò quo- « que non ita multo polt, qua frater eius nouas fuerat contra Imperatorem res molitus, culpam eam à se amoliens. Et duplicem præ se prosectionis At tice tulit causam: alteram quidem honestiorem, vr Græciæ res cognosceret, & scholas Atticas videret:alteram autem occultiorem, & paucis notam, vt sacrificulis ibi & seductoribus de rebus eis quibus maxime studebat, daret operam, impietate täta nondum apertam obtinente libertatem. Tum igitur non malum me, viro eo cognoscendo, conicctorem esse memini. Et quamuis nonvnus ex eis F essem, qui in tali arte sunt egregij, tamen me vaté effecit morum eius inæquabilitas, & stupor maxi. mus: \* siquidem qui bene coniectar, vates is perhibetur optimus. Non boni sane hominis indicia mibi esse visa sunt, ceruix non consistens, humeri quos subinde iactaret ac reduceret mobiles:oculi errabundi & vagi, furibundúmque quiddam cernentes:pedes instabiles, & genibus nutantes : nafus contumeliam & contemptum spirans: + vultus deridiculus, & idemvicium secum ferens: risus immoderatus,& corpus cachinno cocuties:nutus fiue annuens feu renuens, ratione carés: fermo cósistens, & respiratione cocisus: interrogationes incoposite, & inepte: resposiones nihilo illis meliores, aliz aliis imminentes, sibique minimè constătes, neq; ab institutione liberalioris doctrine prouenientes.Sed quid ego singula comemore? Tale eum ante actiones eius esse vidi, qualé in actionib. ipsis cognoui. Ac si mihi adessent, qui tum mecu fuere,& me audière, testes illi essent, postqua ssta vidi, statim me dixisse: Deus bone, quantu malum Romanum fouet imperium? Prædixí9; adeò ista,

Gregorias Nazianzinu de luliami condiscipa « li sus recor-

ec \* linte påv. TIQ. Epis ... tere tinka ratõç.

> 2000 m 2 5 9 18 pariopel za TOPINOSOI,TE ahra preview-

طع به خدر وطع Post Bion tal

Secra,lib 3. 4.13. Quệ

† 1 åtelse

Digitized by Google

InBané nihát in terris prodigiosim, aut möjtro-

ria de los liani cade.

Ridetur In-

liani harn-

Spicina.

& me fallum vatem esse optaui. Et melius profe-Aò id fuisset, quam vt sic orbis noster tantis oppleretur malis, & tale in co existeret portentu & prodigium, quale antea nunquam: cum quidem multæ aquarum vulgaræ sint cluuiones, multe exustiones, multæ concussiones & hiatus, terræ, præ teres hominum inhumana & fera species, monstrosæque & mistæ nouo prorsus & insolito modo naturz. Verum dignum quoque tanta vacordia & importunitate exitum tulit. De quo non vna extat opinio, quòd alij aliud dicant & circumferant, tam qui pugnæ affuerunt, quam qui ab ca longius abfuerunt. Quidam, à Persis cum iaculo contossum esse dicunt, cum temere incompositis excursionibus, non sine stoliditate nunc huc nunc illuc perequitans, vteretur. Sunt qui tale quiddam de co memorant. \* In tumulu cum editiorem co scendisse, ve quasi è specula exercitum lustraret, &

quantum ex co bello copfarum supercsset, cogno sceret. Arque quum ingens ei, spéque adeò sua am plior multitudo esse vita esset, ita eŭ dixisse: Quam graue futurum est, si omnes isti in Romanorum ditionem reducentur? Quo eius verbo, tanquam illis salutem inuidentis, militem quendam qui id excepit commotum, quòd iram no perferret, nulla salutis suæ ratione habita, ense latus eius persodisse. Alij porrò id ausum esse dicunt, ex batbaris ridiculum quendam ex eis hominem, qui exerci-

tum, vt in mœrore solatio, & in compotationibus ludibrio sint, sequi solent. Nonnulli etiam cædis eius laudem Saraceno cuidam tribuunt. Verùm vicunque se res habeat, vulnus quidem certé ille lethale accepit, orbi vniuer so lætum & salutare. Et ictu vno multorum extorum, quibus male crediderat, persoluit pænas. Mirum sanè est, quomodo

vanissimus ille, qui per aruspicinam omnia se nos se putauit, vnum hoc, plagam scilicet extorum & vilcerum suorum non perspexerit, Cæterim illud quoque hominis factum minime prætereundum videtur, quòd inter alia multa maximum dæmoniaca iplius mentis est indicium. Iacebat in flumi nis littore, grauiter ex vulnere laborans, & quod multos antè se gloriam esse consecutos sciret, ita vt plus quàm homines atque adeò Dij esse crediti sint, propterea quòd atte quapiam ex hominű nu

mero sublati fuerint: eiuscemodi & ipse laudis atque opinionis amore captus, simul quòd eum huiuscemodi mortis generis & turpitudinis, in quam per inconsultam temeritatem inciderat, puderet: quid rogo molitur,& quid agit? + neque enim cu vita etia improbitas extinguitur. Coniicere se in amnem conatur: in copto tam arcano fidis quibusdam adjutoribus, & perinde atque in re quapiam diuina, sacerdotibus vsus. Et nisi ex 1mperialibus cunuchis quidam consilio eo deprehenso, alissque propter flagitij odium communicato, impetum talem prohibuisser, extitisset ex ea clade apud Imperitos homines nouus Deus. Et quæ de-

Apud Socrat.est, Inlianum equo insidentem, & quidem propter rerum secundarum spem & sidmicim inermem, quum cir-cum militares copias observieares, cas ad fortiendinem colorrando, es impronifo bafta percussim esse, qua brachin & las meim perfederit.

inde sequentur. Mortuum eum 2 mimi & homi-

nes ridiculi, cum omni scenica sæditate duxerur,

funusque eius prosequuti sunt, tibiis canentes, &

saltitantes, religionisque abiurationem, belli cla-

D las libri fit dem,& mortem ipsam,probrosè ei obiicientes. Quid enim mali passus non est? quid verò non au divit carum rerum, quas genus id hominum iuueniliter audet?quod iniuriam pro arte haber:donec « eum Tarsensis vrbs excepir, nescio quomodo, aut quam ob causam ad contumeliam talem condem nata. b Ibi ille tumulum habet inhonoratum, & sepulchrum execrandum maxime & despuedum, neque pij alicuius oculis conspiciendum. Et sicuti ego quidem de quopiam audiui, ne sepulchru quidem eum recepit:verumquæ eius causa commota est terra, cadauer eius excussit atque reiecit, vt hoc sit futurorum suppliciorum quali quoddam prelu dium. Er quidem sic qui imperauerit, sic bellum gesserit, sic quoque turpiter vitam finiuit.

GARVT XXXVIII.



Ostridie autem & milites & exer citus duces Iouinianum impera-torem renunciant, virum quùm rebus aliis, tum vera pietate illu-strem, prorsus que forma & statu ra corporis imperio dignu. Qui

tribunus antea fuerat, quum Iulianus optionem militibus offerret, vt vel Diis sacrificarent, vel cin gulum militiæ & dignitatis deponerent. Atq; ille alterum hoc facere maluit, quam impiæ iussioni parêre.lulianº porrò necessitate + quod tatopere vrgebat belli adductus, secum hunc, vt ducem optimum, cum aliis in Persidem duxit. Tum autem in hostili regione, vt aliis præstantior, Imperator lectus, dignitatem eam reiccit, & infignia Imperatoria non recepit: a non posse se dicens, qui Christianus sit, imperare viris, qui Græcissare, superstitionésque sectari didicissent, donec vna omnes vo ce Christianos se esse sunt professi. Caterum in er rore medio & rerum omnium turba à Iuliano relictus, quòd exercitus priore Imperio consternatus ellet, rerumque necessariarum inopia premeretur,necessitatem sibi impositam esse cogneuit, vt bellum pacificatione transigeret. + Quapropter loca quædam imperij Romani, Syriam scilicet,& quæ in Melopotamia est Nisibim, ex pactis F conuentis, Persis concessit, & bellum id soluit. Quod quidem non è dignitate Imperij ille, necessariò tamen fecit, vt qui no Imperij, sed cladis successor esser. Ac nisi hoc fecisser, & nisi Persæ moderatè se gerentes, & prosperum rerum successum certo fine claudentes, aut aliud quippiam metuen tes, conditiones pacis tam humanas & inopinatas proposuissent, nihil profecto obstitisser, quin ex eo bello + ne nuncius quidem, quod dicitur, cladis incolumis euasisset. Quare necessitate adactus vt neruos suos Romano Imperio conservaret, coditionibus turpibus atque indignis cum hostibus decidit: temeritate magis proximi Imperatoris, quàm fua aut militum fuotum timiditate.Me quide iudice periniquus fuerit, qui illo relicto, culpa eius pacificationis in hunc conferat. Seges enim satoris potius quam messoris est: & incendiú non eius qui id extinguere possit, sed qui id semel exci tarir, esse creditur: quódque apud Herodotum est, Calceum quidem istum consuit Histiaus, indust autem Aristagoras.

« A Fanas In

b Iulian

Tarfi tame-

† Ioninian cii Perfu de pace etabligit, & Syria partem, Nofibimque en concedit. Quan reno Graci Ao tiochia inuidiosè ex agitaruni: [kwi ex Suide in fine buim b. bri est annotature. a Imperateru Christiani vox egres Gregory Na zanzmi hac verba junt. Theodoritus induciae pa Etan effe feri-י אמר אנון שר ליוואף Airs Swe-Ajpinusi.

Tuliana calpa<sub>i</sub>non loui mai per ciofe co Perfis de belle eft trafattik

Lens. Dininitas el tributa est deerum juorű responsis, ficuti becOracula edita declarant. qua en Suiexcerpta,

Osti ski to

Bie où ave.

MISCLTAL TOV

Divinitatë

Tul.anu me

riturus affe-

Elavit, clam

fe in amnem

comicere vo-

meia.

CAPVT XXXIX.

Indiviana Christianos in integram refisare.

Mperator Iouinianus experientia edoctus, diuina vindicta Iulianum grauibus malis afflictu esse, ad omnes vbique præfectos scripsit, vt cuctos liberè rem diuinam facere, con uentus cogere, & Deum ex animo

colere paterentur: & vt vna in imperio Romano observaretur fides & religio, Christianorum videlicet.luráque pristina ecclesiis reddidit.Et quæcun que clero, viduis & virginibus dudum à Constantino & filiis eius, diuini + cultus augendi gratia co cella, legibúlque firmata, à Iuliano autem propter summum eius in fidem nostram odium, pessimo confilio adempta & accifa fuerant, privilegia & beneficia restituit. Ad præfectum prætorio quoq; generalem dedit constitutionem, vt deinceps capitaliter in eum animaduerteretur, qui sacramvirginem non dicam rapere, sed attentare tantummodo,iungendi matrimonij causa,aut oculos impudicos ciadiicere auderet. Eamque legem vt pro mulgaret, adductus est, quòd homines quidam im probi arque impudici, scelestas arque incestas huiusmodi nuptias, vel vi illata, vel persuasione adhi bita, virginibus corruptis, contraxerant: sub Iuliani imperio, impotenti consuetudiue & fæda libidine Hagitia talia audere permittente,& religione tum nottra periclitante. Itaque ecclesiæ Dei rursum sunt apertæ:Græcorum autem templa clausa, & ipfi dij terræ canernas & recessus subiere.Et qui ad id vsque tempus vilibus lacernis vsi fuerant, ad communem rediere vestitum. Quæ publice fieri consueuerant libationes & sanguinariæ conraminationes, quibus sub Iuliano ad satieratem abusi erant, finem suum habuere. Quicunque autem episcopi ab Iuliano reuocati ab exilio non erant, tũ reducti, domum quisque suam rediit.

Constitutione publice proposta, louiniamm restitui ecclesiu aunomam iussie. V erum quod fames gramor propter Iuliani impietate
tum grassaretur, er frumentum agrè penderetur, mrinubelop, hoc est,
C tertiam einu partem clero exhibers curanit. Quamprimum autem sa
mes sanire desisset, integrum se frumento unmerum eu prabiturum
est policiem. Theodoriem lib. 4. cap. 4.

C SPVT XL.

Quefienes de fde steråtar,

Palliones Christianorii Imperatorii ad partes quaque suas partahere no titur, Aulo deinde pôst, ecclesiar ú presides quæstiones de dogmatibus rursus mouerunt. Nam sub Iulia ni Imperio, quòd sides omnino periclitata esset, quieti omnes esse pseuerauerat: cómuniter pre-

cibus Deum, vt religionem à tanta liberaret tyran nide, implorantes. Ita enim quodammodo natura hominum fert, vrinter se quietem, aliunde eis discrimine imminéte, clues agitentiat si pacem cum exteris habeant, seditiones domi concitent. Sedenim ecclesiarum antistites, quòd Principis pietatem nossent, præoccupandum sibi eum esse studio magno putabant. Et prose quisque omnes, Imperatorem ad factionis suæ sidem accessurum, proindéque se illius autoritate maiorem liberta-

tem contra eos qui libi aduerlari viderentur, habi- D turos esse credebant. At ille iam inde ab initio 🔏 🏧 🗝 🕯 consubstantialis professioni addictus fuerat,& id tum manifestè præ se tulit. Primi omniŭ affuere Macedoniani,qui quidem hærefim eorum qui कें, Moun, hoc est inæquales dicebantur, reiiciebant,& 😘 မှာဗေးမှ çquilubstantiale pro အိမ်မာ၏။ ငတ် fubstantiali recipiebant.Et libellum ij Imperatori obtulerunt, in quo Deo gratias de Imperio eius agebant:ac deinceps petebant, vt eis qui inæqualitatem asserebant, ex ecclesiis expulsis, ipsis ille gubernandæ committerétur. Præterea vt vel ea quæ Arimini & Seleuciæ statuta fuerant, firma manerent:& quæ à nonnullis per vim contra ea acta erant, irrita essent: vel priore schismate atque dissidio durante, episcopis omnibus quocunque vellét loco conuenire licerer. In quo \* couentu ne quis profanus adesset: néue finem suum consequeretur, si quis seorsim quidquam egisset, aut fallere instituisset, sicuti sub Constantio factum esser, 10garunt.lllud quoque significarunt, se citra Principis voluntatem, in aulam & comitatum Impe- E rialem, ne molesti esse viderentur, non venturos. Sin id eis permitteretur, perlibenter id facturos es se sumptibus & iumentis propriis, ostenderunt. Qui verò Principi ita supplicarunt, fuere, Basilius Ancyranus, Syluanus Tarieniis, Sophronius Pom peropolitanus, + Pausinicus Zelenus, Leontius Co manenus, Callicrates Claudiopolitanus, Theophi lus Castabalenus,& alıj.Imperator libello supplici accepto, responsum eis non dedit, sed illud tantum dixit: + Ego contentionis studium odi, concordiæ autem allectatores vnice amplector & amo. Quod dictum vbi ad aliorum quoque aures peruenit, intentionem contentionis laxauit, & vt Imperatoris consilium succederet, esfecit. Altercationis namque studium, eorum qui Acacij auto ritatem sequebantur, & semper opiniones suas ad principum arbitrium aperte accommodabant, deprehensum est. Nam quum Meletium Antiochiæ episcopum apud Imperatorem, qui tum ibs erat, in magno precio esse viderent, cum eo collocuti, vt rursum Antiochiæ Synodus celebraretur effece- F re.Meletius autem is fuit, qui paulo antè ab eis seiunctus, ad a mossis colubitantialis professionem accesserat. Itaque concilio Antiochiæ Syrorum coacto, Nicænam fidem, vt scilicet citta controuersiam initians Consubstantialis patri filius diceretur, stabiliunt atque confirmant. In ea Synodo fuere, diuus, quem diximus, Meletius Antiochenus antistes: Eusebius Samosatenus, Pelagius Laodicez Syrorum, Acacius Czfarez Palzstinz, Irenio, Gazæ, Athanasius Ancyræ, per Orphitum & Aetium presbyteros, Titus Bostrensis, atque alij plures \* episcopi, viri insignes. Ea re acta, ad Imperatorem quoque quæ decreuerant ad hunc modum scripsere.Piisimo,Desque amantissimo Domino nostro Iouiniano, Victori, Augusto, quæ Antiochiz episcoporú ex diuersis provinciis couenit Sy nodus. Quòd pieras tua, Princeps, Ecclesiasticam pacem & concordiam conciliare studuerit, & ipfi probè nouimus, Dei amantissime Imperator. Quòd verò & caput eiuscemodi vnionis & signu veræ & rectæ fidei eadem bene perceperit, & id quoque non ignoramus. Quapropter ne

Macodoniani louiniano supplicant.

\* µufirle EROU KOIYO ·STO. Supplicătii Zda & Comana oppida Cappadocia Plu, Praelari Bimu l oniniani verbum. Socrates basi bet Pasimico. اوروهارشوا † Anveiklan MI-FA The Si TA SHOVOLE MOSTPIXOV-TES 67 000 8 HOÙ TI MÀ.

Synodus An tsochena, sn qua Nicanio Symbolum stabilitur.

# Eorii nomi
wa funt apud
Socrat.lib.3.
cap.25.

Synodi eine ad Imperatorë scriptü. Significatio

verbi Colub

Stantialu.

CAPPT XLII.

& spectatissimis quibusque episcopis ad se euoca

tis, Principi, vt Nicanam fidem inuiolatam atque

integram, quæ scilicet Euangelicis dogmatibus conueniat, servaret, rescripsit. Verum nihil obstat,

quin vtilitatis corum gratia qui ista legent, epistolam eius de verbo ad verbum hic apponam. Ea sic

habet.Piissimo & humanissimo Victori Augusto Iouiniano, Athanasius & teliqui episcopi, qui no-

mine omnium Aegypti & Thebaidis & Lybiz cõ

uenerunt episcoporum. Admodum, Dei amatem Imperatorem, discendi studium, cœlestiúmq; re-

rum desiderium decet. Sic namque quùm cor in

manu Dei habebis, tum imperium in pace mul-

clesiæ fidem velit, gratiis Deo de tali animo tuo actis, visum nobis est præ omnibus aliis, pietati

tuæ à patribus Niceæ promulgatam fidem in me-

moriam redigere. Qua nonnulli proculcata, nobis quidem illi varias moliti funt infidias, quod hę 🐷

resim Arianam sequi noluerimus: authores autem sectarum & dissidiorum ecclesiæ vniuersali exti-

tere. Ipsa sanè vera & pia in Dominum nostrum

Iesum Christum sides, aperta est & manifesta om-

nibus, ex divinis scripturis cognita atque collecta.

In qua sancti homines perfectionem consecuti

atque consummati, egregiè martyrio sunt desun-

ci: & nunc corporum vinculis soluti, in Domino

conquiescunt. Et permansisset illa incorrupta, nisi

quorundam hæreticorum improbitas immutare eam arque depravare fuisset ausa. Arius siquidem,

& populares eius, corrumpere illam, & impieta-

tem adversus eam + subintroducere conati sunt: filium Dei ex non existentibus, & creaturam fa-

Auramque, & mutationi obnoxium esse dicen-

tes. A c multos profecto per hæc seduxerunt, adeo F

vt etiam quividerentur esse aliquid, in illorum ab-

repti sint blasphemiam. Sedenim sancti patres ma

ture illis obuiam cuntes, sicuti diximus, concilio

Nicax coacto, Arianam quidem haresim anathe

mate confoderunt, catholicæ autem & vniuersa-

lis ecclesiæ fidei professionem in scriptum retule-

runt:vt ea ipsa vbique deprædicata, suborta extin-

gueretur hæresis. Et lecta illa est atque celebrata

in ecclesia omni. Cæterùm quum renouare Aria-

nam hæresim nunc quoque volentes, nonnulli

quidem à patribus Nicææ promulgată fidem ab-

rogare audeant, quidam autem præse quidem ob-

tentu quodam ferant professionem eins, re ipsa

verò eam negent, perperam vò imesesor consubstan

tiale interpretantes, qui blasphemia etiam Spiri-

tum sanctum expetunt, co quòd creaturam cum

per filium factam & conditam elle dicunt: neces-

fațiò ad pietatem tuam, cam ipfam Nicznam fidei

blasphemia multi populi capiunt, perpenso,

mittendam esse duximus, vt pietas tua quam

rofessionem, detrimento eo quod ex huiusmodi

torum curriculis annorum administrabis. Quum E igirur cognoscere à nobis pietas tua catholicæ ec-

Edenim Athanasius Alexádriam cum eo, quo par erat, honore reuerfus, quòd ei Imperator fignifi cauerat, vt ad se certam irreprehensibilis fidei formulam mitteret, Synodo prouinciali coacta,

> 1th des professo

D

A & nos inter eos recenseamur, qui dogmata veri-» tatis adulterando deprauant, ad pietaté tuam rofe rimus, nos dudum celebratæ sanctæ Nicænæ Synodi fidei professionem recipere, atque tenere. Et quod in ea quibusdam peregrinum & insolens vi detur esse verbum sussisse consubstantiale, id nos, certam à patribus accepisse dicimus interpretationem. Significat id enim, ex substantia patris filium esse genitum, & æqualem esse substantia filium patri. Neque enim quali perpelsio quepiam, in inetfabili generatione intelligitur: neque iuxta vium aut coluctudinem aliquam Græcorum, substantiæ verbum accipitur. Sed ad Arium, qui non existentibus nobis filium impiè producere ausus est,euertendum,id vsurpatur. Quemadmodum & nunc qui exorti sunt avomuoi, hoc est, inæquales, graviore adhuc audacia & temeritate ad ecclesiasticam concordiam pessundandam, impudenter feruntur. Relationi autem huic nostræ etiam subiunximus exemplum ipsius Nicana fidei, ab ipsis qui eam promulgarunt episcopis editæ: quam sanè & complectimur. Est autem talis. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem: & reliqua iplius formulæ, fine mutatione omni, ita ve conuenit, allegata. Atque eptscopi quidem qui Antio-

#### XLI. CAPYT

chiæ conuenerant, hæc decreuerunt, diserris ver-

bis Nicanam fidem confirmantes.



Vm verò & Athanasius cleri Alexandrini episcopus, de amicorum consilio Antiochiam profe Ctus cum Imperatore fuit: atque

tè decreta, in scripta retulit.

ibi rebus quas oportuit ei suggestis, Alexandriam rediit. Sunt autem qui dicunt, ab Imperatore potius eum euocarum esse, vt illi quæ de religione agenda essent, exponeret . Et quum ibi res ecclesiæ ritè constituisset,& certa apud Imperatorem fidei fundamenta iecisset, domum reuertisse. Qui autem Antiochiæ Arianorum hæresi præsuit Euzoius, vt opinionis fuæ ex Eunuchis quidam nomine Probatius eccle siæ Alexandrinæ præficeretur, maximo studio cótendit. Atq; eam ob causam Euzoij suasu Alexandrinus quidam Lucius presbyter à Georgio creatus, apud Imperatorem Athanasium vehementer criminando detulit, quòd temporibus superioribus in episcopatu suo semper reus actus, & à prioribus Imperatoribus exilio vt seditionis & discordiæ autor mulcatus fuerit, & proinde alium Alexandrinis episcopum dari petiit. Iouinianus auté, qué non latebat Arianos hostili plane in illum esse animo, criminibus eis minime motus, Lucium quietum esse, Probatium autem & reliquos eius Eunuchos, veluti turbæ talis autores, modestius se gerere iussit. Athanasium porrò quum sibi tempo ris eius consuetudine amicilsimum feciller, in Aegyptum remilit,ecclelialque ei & populum ibi ar bitrio suo instituendum commisit. Porrò plurimum is virum eum laudasse dicitur, propter virtutem,& vitæ innocentiam, orationis etiam festiuæ venustatem, prudentia quadam admiranda tempe ratam:& propter ea quæ is de religione nostra ri-

4 private

work harefu.

Digitized by Google

Achan asi cum louinis no Antiochia fuit.

boras, vt Pro batius Euwaches Alexandrinua creetur epifco Athanasi apud Imperatorem accu ∫ator. Accufate. res mibil a-

gunt.

Euzoim la-

A accurate ea scripta sit, cognoscat, & quantum à veritate aberrent, qui præter hanc aliud docent, videat.lllud scito Christianissime Auguste, à seculo hanc esse prædicatam fidem. Et hanc ipsam protellos elle, qui Nicæ conuenere patres. Atque etiamnu suffragiis suis eam coprobare omnes quæ passim sunt ecclesias,ī Hispania,& Britania,& Gas lia,& + Germania , & Italia omni , & Cápania,&. Dalmatia, Mysia, Macedonia, & cuncta Gracia, in Aphrica tota, in Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, in Aegypto omni, Libya, Ponto, & Cappadocia, atq; hisce vicinis terris. Ipsas quoque Orientis ecclesias, paucis exceptis quæ cum Arianis sentiunt. Omnium enim earum quas recensuimus comperta nobis est sententia, quòd ab eis epistolas habeamus. Et scimus, Dei amantisime Auguste, quamuis pauci quidam fidei isti aduerlentur, nihil tamen eos prejudicij afferre polle. orbi vniuerso. Atque illi longo iam tempore ab Ariana infecti lue, contentione etiam maiore núc veræ resistunt pietati. Et vt pietas tua sidem Nicenam cognoscat, quamuis antea cognitam, attamé sicuti ea à trecentis decem & octo episcopis est promulgata, subiungere literis hisce voluimus. Est autem talis. Credimus in vnum Deū patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum lesum Christu, filium Dei, genitum ex patre, vnigenitum, hoc est ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non fa Aum, consubstantialem patri, per quem omnia fa Aa sunt, quæque in cœlis sunt, quæque in terris. Qui propter nos homines,& propter nostram salutem, descendit: & incarnatus homo factus, & pallus est: & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, fuisse aliquando quum non fuerit,&quòd ex non existentibus factus sit, aut ex alia subsistentia vel substantia, aut quòd creatus vel mutabilis vel alterabilis sir, anathemate ferit sanca catholica & Apostolica ecclesia. In hac fide, Dei amantissime Auguste, vt divina & Apostolica, necessariò acquiescedum. C Neg; ea à quopia mouéda, aut mutada venit, persuasionis aut cotétionis verbis vllis. Id quod Ariomanitæ primum fecerunt, ex no existentibus filiu Dei esse, & fuisse aliquando qui non fuit, & coditum creatumque atque adeò mutationi obnoxiu esse dicentes. Quam ob causam etiam, sicuti antea

Germaniam nostram inter alias Europa regiones catholică orthodoxámque in Christum Iesum, non ita longo post ascensionem eim tempore, integrè colnisse sidem, illustre est apud Irenaum libro 2. contra hareses testimonium, ita scribentem: Nam est in mundo loquela distimiles sunt, sed tamen virtus tradicioniu vna Geade est. Et meque ha qua in Germania sundata sunt ecclesa aliter credite, aut aliter traductinequo ha qua in Hiberis sunt, naque ha qua in Celsis, naque ha qua in Oriente. neque ha qua in Agypto, neque ha qua in Libya, neque ha qua in medio mundi sunt costituta. Sed sicus sel creatura Dei in vinuerso mundo vinue Grissic lume, co pradicatio veritatis, vicique lucte Grissuminat omnes homines, quò volunt ad cognitionem veritatis venire.

diximus, Synodus Nicæna anathemati subiccit

hæresim eam, verámque sidem promulgauit. Non

enim simpliciter patres illi zqualem patri filium

dixerunt, ne simpliciter Deo æqualis, sed ex Deo

Deus verus esse crederetur. Sed & suedior con-

substantialem adiecerunt, quòd id proprium sit D germani, veríque ex vero & natiuo patre filij. No etiam illi Spiritum sanctum alienarunt à patre & filio: sed potius eum cum patre & filio conglorificarunt, in vna sance Trinitatis fide, propterea quòd vna etiam lit in ea ipla sancta Trinitate diuinitas. Hisce literis Imperator lectis, solide est co firmatus: & quam de rebus diuinis obtinuit affe-Ctionem & sententiam, aperie statim declarauit. Qui enim Consubstantiale professi sunt, eos obseruauit, & liberaliter muneratus est. Illud quoque is propositum habuit consilium, vi persuasione potius quam vi, inter dissidentes contentionis dirimeret studium:nec cuipiam, qualemcunque tan dem consectaretur fidem, molestiam facesseret, neque quicquam ad charitatem summam faceret reliqui. Eis verò qui ad concordia & vnanimitaté ecclesiam reducere studerent, maximum exhiberet honorem. Id illum fecisse, de co non solu Chri stiani, verumetiam qui apud Gracos celebris habetur, Themistius philosophus testatur, in oratione ad eum scripta, quam Consularem nominauit. E Virtutibus enim eius commemoratis, diuinisque additis laudibus, eo illum nomine potilsimum effert, quòd vnicuique quam vellet, religionem sequi permilit. Qua re illum impotentem adulatorum assentationem fregisse dicit : quos perquam facete & luculenter irridens, ex moribus corum deprehendi ait, purpuram ipsos magis qu'am Deu colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc nuncilluc, arque in contrarium adeò momentum refluente.

Christiana Ioniniani Imperatoria virtutes.

Themissias
Iouiniano
landator.
Consularie
cons oratios

Praclare adulatorii naturam notauit Themistim.

## CAPYT XLVIII.



D hunc modum Iouinianus, audaciam eorum qui tum nugamentis suis turbare ecclesiam constituerant, compescuit. Et Nicena sides longo, quod interuenit, tempore oppugnata, sub imperio eius

ad pristinam rediit gloriam & professionem. Verùm successus is, ne ea ad similem rursus recide- p ret turbam & confusionem, minime futurus erat diuturnus. Non enim els rebus, quæ ecclesiæ sub Constantio accidêre solis, magni illius patris Antonij divinatio ad exitum suum peruenit : sed reliquum adhuc ad improbitatem explendam aliquid fuit, quemadmodum id postea erumnæ sub Valentis imperio toleratæ ostenderunt. Priusquam enim sub Constantio Ariani ecclesiis regendis primas obtinerent, in somnis videre sibi visus est admirandus ille & magnus Antonius, multos cum impetu in sanctius sacrarium inferri, atque ibi salientes calcibusque se petentes, sacram euertere mensam. Quum autem euigilasset, somnium id retulit & expofuit: futurum scilicet, vt adulterinorum monstrosorumque dogmatum confusio Ecclesiam DE I occuparet, & alienæ doctrinæ assertorum insultus sacram pessundaret mensam. Porronon vanam fuisse, aut mendacem visionem, simul & interpretationis eius prædictionem, quæ deinde subsecuta, & postea etiam imperante Valente acta sunt, satis declararunt. De his satis.

Magnus An tonius mona chus in formitoniu pernissonem ecclesiasticos tumultus, quo sub
Constantio
& Valento
acciderunt,
pranisis.

Digitized by Google

Symbolam Nicasam.

Maathana 20 in Anans 20 20 si sepelitur.

Iulian Tar- A Imperator autem Iouinianus celeritate magna An tiochia discedens, Constantinopolim contendebat.& Tarsum quum venisset, Iuliani ibi corpus, iustis funeralibus peractis, sepeliit: non consultò, sed casu potius quodam & errore, cadauere eius ex aduerso tumulo ei qui Maximini continebat ossa,ita condito, ve via publica verunque sepulceu dirimeret. Ibi verò Consul quoque renunciatus, Constantinopolim proficifcens, ad Bosporum venit, in locum cui Dadastana nomen est, Galatiæ & Bithyniæ limitem. Vbi Senatus ei occurrit, & qué diximus, Themistius, consularem de eo editam orationem recitauit: quam postea in vrbe Constant rinopolitana etiam magna cum libertate publica. uit. Frigos autem ingens inualuit:& Imperator in diuerlorio quodam avidius copiofiore sumpto cibo,in cubiculo , quod nup<del>er</del> admodum calce erat <sup>.</sup> incrustatum, se cofestim ad somnum capiendum composuit. Et quòd ex igne largius accenso tepor humorem ex parietibus recens dealbatis eliceret, atque is sensim se per nares insinuans, meatus per quos accipitur & redditur spiritus, obturaret, stragulationem Imperatori attulit: vnde mors est cólecuta. Circiter octo menses in Imperio transegit, vir bonus & honestus: sub quo & ecclesiasticæ & publicæ res prosperos habituræ fuerant successus, nisi per aduersam prorsus fortunam, repentina mors, que illum oppressit, tantum bonum Romanorum Imperio inuidisset. Obiit autem suo & Varoniani filij, quem Illustrissimum Ancyræin Galatia renunciauerat, consulatu, decimoseptimo mensisFebruarij die, atatis anno trigesimotertio. Porrò decimus iste historiarum liber triennij tem pus complectitur: quum quidem à Mundo condito + quinquies millesimus octingentesimus se-

Muim libri † Secunda recentiores, 4345•

DE IVLIANI MORTE OR ACVLYM.

ptuagesimus quintus, à Domini autem natiuitate

trecentelimus & leptuagelimus ageretur annus.

Atque vbi Romanis Persas deniceris armis, VJque Seleucaam bello progressus ad vrbem, Cælesti tum te sublatum turbine currus C Enchet igniuomus, magnoque reponet Olympo, Defunctum curis hominum, duroque labore: Et patriam atheria lucis remeabis ad aulam,

Vnde caduca hominis progressiu membra petisti.

Quum idem Iulianus ad Crefiphontem effet, responsum tale à diis suis recepit:

D

suppiter innisam dinis calestibus omnem Olim terrigenûm concidit fulmine ftirpem, Ore deum referens Romanorum Induperator Inlianm, Persis pugnacibm intulit'arma: Et nunc illorum terras & mænia longa, Atque alios ferro populos denastat, Gione. Ille etiam Hefperin, per Martia pralia gentem Sapine Almanam victor profrant in orn.

#### DE IOVINIANO.

Varroniano hi c patre, in agro Singidonenfi Panoniæ genitus est. Imperator renunciatus, Græcæ superstitionis cultoribus parum gratus fuit : à quibus Antiochiæ scommatibus multis & conviciis est affectus.Inuidiă ei Persica pax conciliauit: quæ mox ea re quoque est adaucta, quòd à coniuge in- E stigatus, templum ibi quod Hadrianus in honore patris Traiani taquam Dei magnificentissime extruxit,& Iulianus postea in Bibliothecam redegit, vnà cum libris omnibus cremari iusserit. Itaque in eum passim famosi libelli vel ad parietes affixi, vel in via sparsi sunt: versibus Homericis, quibus Paridis ignauia & Thersitæ turpitudo traducitur, per parodiam in illum detortis. Quales fuere:

Venisti ex bello,quo te periisse decebat. Item: Degener, excultor forma, sectator amorum, & c. Item: Quod nisi detracta tunicáque, togáque, pudendas Insuper & partes qua cingit veste, prehensum, Et casum plagu ad sauss misero Persui, &c.

Anus etiam quædam proceritate eum & forma conspicuum esse cernens, quum dementem esse audivisset, Quam corpulenta (inquit) est stulticia? Ex plebe præterea quidam in Hippodromo dicacitate eum perstrinxit, & risum ingentem omnibus mouit. Inanem enim & frigidam proceritate eius esse dixit.

#### TOMI V N D E C I M I CAPITA.

De vita & moribus Imperatoris Valentiniani , & de fratre eins Valente.

Qui eo tempore in magnis vrbibus ecclesiarum cura per successionem sortiti sint.

De Concilio Lampsaceno, & vt in exilium pulsisint consubstantialis cultores.

De Tyrannide Procopy. Et de muro Chalcedonis, ibique inuento oraculo: 👉 de aquaduttu Constantinopoli-

5 De Eleusio Cyziceno, de Eunomio, item de Agelio Nonatiano episcopo.

De Macedonianu, 👉 👸 supriis confub frantialis enltoribus, & de legatione piorum Romam missa.

Confessio legatoru Liberio episcopo Romano exhibita.

Epistola Libery, episcopis Orientalibus missa.

De Synodu Tyana or in Caria coattin.

De ea qua tum grassata est persequutione: & de san- 10 tto Athanasio, ve is solus sede sua non sit eiectus.

Vt Ariani & Bunomiani per distidium fint seiun- 11 chi: de Eunomio & Actio, & qua ij contra orthodo xam fidem nonarum rerum studio sint conati.

De haresi Apollinarium patris & filij, & quomodo 12 in suam declinarint haresim.

Vt Basilius & Gregorius, vterque libros refutatorios co 13 tra Eunomium & Apollinarium scripserint : @ qua istorum hareticorum fuerint opiniones.

De haresi Anthropomorphitarum & Massalianoru: 14 praterea de Nouatianis,quòd & y in multas (ettas sint dinisi, propter feriarum Pascha mutationem.

Vt Eudoxio Costatino politano episcopo mortuo, Ariani 15 Demophilum, Catholici autem Enagrium, Enstathio Antiocheno episcopo suffragante elegerint, 📀 qua

his accider int.

16 De crudelitate Arianorum, o vt Valens circa Aftacenum Nicomedia portum oftoginta Ecclefiasticos vi ros vna cum nauigio in medio mari igni combusserit.

17 De vita, institutione, studiu, crintima amicitia magni Basily & Gregory Theologi: & vt ad Sacerdotalem dignitatem sint pronecti.

18 Vi post Eusebium Basilio ecclesia Cappadocum sit commissa: e de insigni eius aduersus Valentem dicendi libertete.

19 De fraterna coniunctione & umicitia Bafily & Grego ry, o de fantto Gregorio Ny seno: o quod tres in ec clesia fuerint Gregory, sanctitatu omnes participes: O praterea quartus quidam hareticus.

20 De fatito Amphilochio episcopo (cony, vi is per Angelum fi consecrat us: & vt tum divinu Chryfostomm etiámnum adolescens, gratia eius qua es inerat,

egregium de se prabuerit specimen.

21 Pt Valens Antiochia maximam persequationem cotra pros mouerit, in fluuso eos submergens: & dininum Meletium & Pelagium & Samofatenum Busebin, de cuim rebm gestu breun inserta est narratio un exi lium egerit.

22 De Barse, & tyrannide ea quam in ciuitate Edessa Valens in martyrio seu templo sancti Thoma perpetra-

23 De Eulogio & Protogene, ut magnifice pro fide decertauerint : o vt post reditum ab exilio alter Edessa, alter autem Carris ecclesia episcopi prafuerint.

24 De sancto Flaniano & Diodoro, vt ipsi gregem Meletij rexerint, cum nondum episcopalem dignisatem susce

25 De sancto Aphraate, & Inliano: vt monastica in solitudine vitam relinquentes grege Christi sint tutati.

26 De obitu Athanasy, cuius successor fuit Petrus. Praterea de crudelitate Lucy Ariani:quem Ariani Alexandrina ecclesia, Petro pulso, prafecerunt.

27 De persequutione qua Luciu monasteriu Segypti intulit, o de discipulis Antony magni: o ac du bus Sanctu Macariu, vt propter fidem exulantes, multa

miracula ediderint. 28 Epistola Petri Alexandrini episcopi, exponens qua ma la o clades Valens o Ariani in Aegypio pus intulerint.

29 Vt propter excellentem virtutem eine temporis Episcoporum, haressum non inualuerit tempestas: & mentio Britanion» Scytharum episcopi.

30 De Valentiniani in religionem diuinam reuerenti obferuantia: o de Romana Synodo, qua I rinitatem co substantialem esse promulgauit : & de Damaso & Vrsitio Romanis episcopis, qui Liberio successerunt.

31 De haresi Auxety Mediolanensis episcopi, vt à Dama so exautoratus sit: er qua Synoaus de co episcopis Il-

lyricis scripserit.

32 Vt exorta Mediclani seditione, Ambrosius,qui tu prafecturam geßit,eam seditionem sedare volens, à multitudine episcopus electus sit: co de eius in dicendo li-

33 Pt magnus Palentinianus è vita excesserit. De Palenti-

Ė

niano inniore, & de Instina & Senera imperatricibus, co de liberio veriusque narratio

Qui eo tempore in Acg ypto floruerint philosophici 📀 34 dinini viri, discipuli & discipulorum discipuli Antony magni: loannes, Or, Amon, Theonas, Benus, Copres, Helles, Blues, Apelles, Ifidorus, Serapion, Diosco. rm, Eulogins, & Apollos.

De Dorotheo, Piammone, Ioanne, Beniamin, Marco, Ma 35

cario, & Apollonio.

De Mose Aethiope, Paulo, Pachone, Stephano, en alte- 36. re Mose.

De Pior, Didymo, Arfesio, Ammonio, & fratribus qui 37 Macri seu Longi appellati sunt.

De monte Nitria, coloco à Cellis dicto. Item de alio loco, 38 cui nome est Rinocurura: @ de sanctu, Dionysio, Mela 🖝 Solone.

De Palastina monachu, Hesycha, Epiphanio Cyprio, Sa 39 lamine, Ammonio, Sylvano, & Zacharia.

De Syria & Edessa monachu, Ephraim, Aphrate, 14-40 liano, Barfe, & Eulogio, qui episcopatum in monasteriis gesserunt.

De Calefyria & Antiochia monachis. Item de mona-41. che qui in Galatia, Cappadocia, Bithynia, & ad Pon tum Euxinum philosophati sunt: co causa, cur veteres monachi longanı fuerint.

De Euagrio philosopho, & vita institutisque eius.

Qua Euagrius in quibusdam libru de eius temporis mo 43 nachu, de verbo ad verbum scripserit.

Breun commemoratio tanquam in summa clariore eins 44 atatis viroru, vt eos dinina pronidentia id tepus tan quam scopulos contra immensos fluctus & tempe-States tulerit.

De interitu Gracorum idololatrarum, propter oracula 45 quadam literu diftincte designata, initio facto à litera Ovsque ad A. De astronomia, or Themistio philo sopho: or quibus u verbu Valente lemerit, vt de persequutione nonnibil remitteret.

De Mauia Arabia regina, vi ea bellum cotra Romanos 46 ceperit, ac mox cum y sdem pacem sanxerit: es de Mo se,primo Arabum episcopo.

De Ismaelitarum & Agarenorum sine Saracenorum 47 gente, unde instium sumpserint, & quomodo Christianismum susceperint.

De Gothorum 🖝 Hunnorum gente, quomodo 🖝 qua 48 ex causa 1strum transgression Romanoru ditionem impetum fecerint: & de Athanaricho & Fridiger ne. Praterea de Vlphila, eorum episcopo: & vt postea moto contra Romanos bello, Valentem ex Antiochia Constantinopolim pertraxerint.

Quomodo Valentinianus Valentem arguerit, item quo- 49 modo eidem Terentius liberè restiterit : id quod Traia nue quoque, or aly duces ordinumque ductores fecerunt & vt Getthu Thraciam vastantibus, cines Va lentem connicis incefferint.

De sancto Isaacio, qui liberrime Valentem est alloquu- 50 tus,& ut Valens alicubi circa Adrianopolim cum Gotthu acie congressiu, ex fuga in tugurium rusticu, in quo multum stramenti fuit ,peruenerit ,ib íque i gni consumptus perserit.

D iiij

# ^ECCLESIASTICAE H I-P

## NICEPHORI CALLISTI STORIAE

TOMVS VNDECIMVS. XANTHOPVLI,

> CAPVT I.

Fl. Valer. V alentinia was Păweni<sup>1</sup> imberator Rom.lettus

† Februarij 25.dig: Socr.

TO SALME KE BANLUS.

B.

Prodizium eim qelizuw. tom eft.

a Ionipia-DOS MARÍmianu im perator vosa uit milites eas,qui fortiter in Illyrico rë ge∬erăt à Diocletiano louis:ficu si alies à (eopfo, Herenlianes. b Valčimianus ab Inlia no in exiliñ æftus. † Templum Fortunz. Entreb. c Exily 🕳 im causa.

Inliana V a letiniano 👉 aliu christia ou martyrÿ midit.



TITA quidé Iulianus desertor celus est.Ita ctiam Iouinianus piilsim<sup>9</sup> im perator, in finibus Galatiæ & Bithyniæ è vita excessit. Exerci tus auté + die 🤋 feptimo Nicæá venit & ibi Valentinianú Romanorum im-

peratorem renunciauit: qui quum rebus aliis bonus vir, tum imperio ipso dignus, + Cibali è Pan nonia oriundus fuit, rei militaris (vt qui à iuuenili atare in castris vixisset) apprime peritus, animi autem magnitudine præsenti semper fortuna præstantior visus. Affuit verò tum Nicææ ab exilio reuersus. De quo illud fertur, Silentiarium quendam, eum ignis flammam sub Constantio, quam curato corpore cubitum iuillet, circiter vesperam ex ore spiratem vidisse. Silentiarius enim ad accersendum eum negocij cuiusdam gratia ab imperatore, cui id etiam indicauit, missus fuerat. Imperator Costantius prodigij eius nuncio perterritus, offendere quide & perturbare virum eu, iniquum esse censuit.Vt autem timori suo consulerer,ad Romani imperij fines eum misit, vt ibi in presidio esfet, & barbarorum excursiones prohiberer. Postea quoque legioni a Iouinianorum præfuille, & ordinum ductor cum Iuliano fuille traditur. At postquam ille rerum est potitus, di-C gnitate ea spoliatum b Valentinianum perpetuo mactasse exilio dicitur, illo quidem sub prætextu, quòd copias sibi commissas non ritè in aciem cotra hostes duxisset : reuera autem, quum Iulianus in Gallia occidétali adhuc esset, & + téplú quoddam sacrificij gratia peteret, Valentiniano presen te (vetus enim coluctudo erat, vt qui Iouiniane & Herculianæ, ita ab Ioue & Hercule dictis legionibus præessent, principem à tergo sequerentur) & iam templum ingredientem sacerdos frondibus quibuldam roscidis conspergeret, c & gutta vna in Valentiniani vestem incideret, quòd is factum tale ægre ferens, quum sacerdotem conuiciis prosciderit: tum ipso vidente Iuliano, ense eam partem vestis, in quá humor ex conspersione ea peruenerat, (tanto Christianam pietatem consectabatur ardore) resciderit atque abiecerit. Vnde deinceps illi Iulianus infensus, non multo post eum condénatum Melitinæ in Armenia perpetuò exu lare iussit : eam quam diximus prætexens causam, quòd milites eius segniter rem gessissent. Qua in re ei martytij honorem, quod pro religione Va. lentinianus subiturus fuerat, inuidit. Nam cam ob

causam aliis quoq, Christianis pepercit, & eos ex periculis huiusmodi laudera & gloriam consequi animaduerteret. Vbi autem Iouinianus ad impe rium peruenit, ab exilio est reuocarus. Porrò Io uiniano defuncto, Nicza totius exercitus,& eotum maxime qui primarias gerebant dignitates, in primis autem Datij Patricij, qui ex Galatia ad eum literas dederat, secundi præfecti, Arinthei du cis,& Glaiphi,qui domesticis præfuit, consilio & voluntate imperator est electus.d Et quu imperatoriis sumptis insignibus, in clypeo, militari more, circumferretur, exercitus eum, e vt sibi imperij socium ascisceret, roganit. Arque ille manu eis, E vt silerent, innuens, graui & imperiali sententia, Vestrum quidem, inquit, suit, ve priuatum me ad imperialem extolleretis dignitatem : res auté administrare, non iam vestri, sed Principis ipsius arbitrij esse, vos ipsi quoque dixeritis. Itaq; vos deinceps imperata facere, & quietos esse:me autem, quid facto opus sit, curare decet. Ac tum quidem militibus non cessit : postquam verò Constantinopolim venit, trigesimo à suscepto imperio die, socium sibi imperij fratrem Valentem adiunxit. Et prouincias Orientales, & quasdam etiam Occi dentales ad Illyricum víque fratri concessit : reliquas ad Occidentalem Oceanum pertinentes, & continentem ex aduerso omnem, víque ad extremos Libyes, sibi attribuit, f vt toti imperaret Oc cidenti.Breui etiam deinde g Gracianum filiú adhuc adolescentulum, ad imperium euectum, moribus institutisque suis assuefecit. Sedenim fratres ambo, Christiani quidem iam inde ab initio fuere, cultu verò & opinione variarunt. Nam Valens ab Eudoxio Ariano baptizatus, acer fuit dogmatis Atiani æmulator: molestúmque ei fuit, quòd F non omnes eandem sequi sentétiam cogeret. Valentinianus auté Nicznæ professionis propugnator, ornádos quidem religionis suæ populares duxit: nihil auté eis molestix, qui ab eo dissentirent, intulit. Cæterum in rebus administrandis pares fuere.

CAPVT 11.



📆 A tempestate ecclesiæ Romanæ gubernacula tenuit Liberius, Iulij fuccessor. Ante eum autem Sylue ser, sub Costantino ecclesiá eam rexerat. Alexandriæ autem, Confubstantialis professioni magnus

præfuit Athanasius, Georgio & Gregorio hæreticis surrogatus: qui tamen & ipsi ei successerant. Ante Athanasium Alexander, ante Alexandrum Achillas, ante hunc Petrus, qui sub Maximiano martyrio est defunctus, episcopus ibi fuit. Porrò Antiochiæ Arianis præijt Euzoius. Cosubstan tialis autem professionis duo erant antistires: alteri nang, parti Paulinus, alteri duus præfuit Me-

d Adbas γ∫q; die Pan oÿ hűc 🗪 rem Magifiratibm lezendu jerväs · Milites à V aletuniano vi sibi impery joci deli Zat petunt. Memrabilu Valitinia ni vex. Fl.V alës fra ter eim impe ry confors oričii prefi-Citar.

f Valetinia nu Ocida li praest. g Gravian. Valentinia. ni filim Angustin CTEATIN. Valës Aria. M 864. V alestivia nu Catholicas.

Zpiscopi Ro Alexadrini Alexadna tum Arias prayt Luci Socrat. Anties fes.

Hierofoly-

Confrantino

Salÿ postea d Acacio fant feinelig poft Synodia

4 Homow

Sani à Va-

lentiniano fy

modi celebra-

de facultaté

b socra, lib.

4442. Ma

paÿsjeà 1° a

leste feribit:

V alentémą;

BOD STANAS È,

nt ca cogeretar,cofenfiffe

ppteres quòd

rit,rem em-

sew ibi ex

∫atči4 Eu-

doxy & A-

cacÿ actió iri.

c Concilium

🗸 sim de-

Läpfacenu

existimane. C

celomanos eposcopos sy-

betant.

A letius.Isti autem Arianis successere. Et huius quidem decessor proximus Eudoxius, illius auté Lco tius fuerat. Ante huc, episcopatu ibi gesserat Stephanus, cui precessit Phlacitus, Phlacito Euphronius, Euphronio Eulalius, qui oés Ariana rabie repleti fuerat. Ante Eulaliú magnus Eustathius piè ecclesia Antiochena gubernauit, Philogonij mar tyris successor: Philogonium verò Vitalis precessit. Hierosolymis autem Cyrillus denuò episcopalem obtinuit dignitatem, qui primùm quidem Ma ximo successit. Maximum autem magnus Macarius præcessit, Hermonis successor. Cyrillo Erennius substitutus, atque huic rursum Heraclius, He raclio Hilarius, cui tum rursus diuus successit Cyrillus. At Constantinopoli ecclesiam eo tempore tenuit Eudoxius, magnus Arianæ opinionis propugnator. Cólubstantialis autem professores intra vrbé in parua domo conuentus agebant. Tem plis Macedoniane religionis in vrbibus plerisque adhuc tum præfuerūt, qui in Seleucia fidei formu lam promulgauerant, eadem quæ Acacius fentiétes. Eudoxius Macedonio successerat, Macedonio Paulo confessori, Paulus Nicomediensi Eusebio Ariano. Eusebius Alexádro, quem præcessit Metrophanes.Hic quidem tum ecclesiarū fuit status.

CAPYT III.



Ostquam vetò rerum occidenta lium cura Valentinianum Romã vocauit, atque is per Thracia iter fecit, qui in Bithynia & Hellespo fecit, qui in Bithynia & Hellelpo to fuere, alisque item episcopi a m sumis consubstatialis fidei ad-

dicti, Hypatianum Heracleæ siue Perinthi episcopum,legatű ad eum misere, b vt episcoposomnes constituendi dogmatis gratia, in vnum locum cóuenire iuberet. Qui vbi ad imperatorem legationem eam pertulit, Imperator: + Mihi, inquit, negotiis occupato, & reipublicæ curis distento, res ciulmodi inquirere nó facile est . Vos autem, quibus hac procuratio mandata est, quocunque vultis loco couentum agite, & de rebus omnibus piè deliberate. C Hoc accepto responso, Lampsaci co uenere: & duobus mensibus post, de rebus plerisque statuêre : (erat autem is annus à Synodo Seleucena septimus) in primis, vt irrita essent, quæ Constantinopoli, Eudoxij & Acacij suggestione sancita erant: atque vt etiam aboleretur ea fidei formula, quæ ibi producta fuerat, perinde atq; ab Episcopis occidentalibus dictata: cui etiam nonnulli subscripserant, promissione ea adducti, quæ ipsis de abolenda inæqualitate substătiæ facta fue rat, qua tamen in re promissorum mendacio dece pti erant. Acquiescedu auté esse sententiæ ei,quæ æqualem substantia patri filium profitetur: quòd peropus esfet & necessarium, vt in fidei formula ad subsistentias discriminatim significandas, verbum sun's, hoc est æqualis, adderetur. Solam verò in ecclesiis omnibus frequentari debere, quæ Se-

† Verba hac apud Sozom.lib. 6.ca.7.sic habens : luo) μιτλ λαθ τι Ισγμίνο δθίμις τοιούτα πολυπρογμονθη . οί δί liefes, οίς τουτων μίλ], καθ' λαυτός ιστκ βούλονται σωνίτωσαμ. hoc eft: Mihi, qui laicus sum, talia curiose inquirere sas non est: Episcopi verò, quibus bec est cura, quo volunt leco connentum agant.

leuciæ quidem confirmata, antea auté Antiochiæ D promulgata esset, sidem, quum in ea vrbe ecclesiæ dedicatio est celebrata. Insuper, vt qui sedibus suis ab eis expulsi erat, qui filium patri inæqualem esse opinarentur, Episcopatus suos reciperent: quòd illegitimè scilicet ex ecclesiis suis essent deturbati. Quod si quis quenquam de realiqua accusare vellet, yt ei id facere cum conditione illa liceret, vt idem & ipse subiret periculum. Iudices autem inter eos vt essent, prouinciæ eius Episcopi, sentétiam rectam sequentes. E Testes autem, Episcopi ex finitimis producerentur regionibus, quibus cu iusque vita probè cognita esset. Hisce decretis fa-Ais, Eudoxium lectatorésque eius euocatos, primum ad facinorum eoru que perpetrassent,pæni tentiam inuitarunt. Vbi illi autem id contempsere, res actas ad Ecclesias omnes perscripserunt. Ce terum veriti, ne Eudoxius aulam imperialem sibi conciliaret, atque ipsis calumniam intenderet, pla citum eis est, acta Lamplacena ad imperatoré referre. f Atque ita Valéti, qui fratrem ad veterem Romam proficiscentem, vsque ad Illyricum co- E mitatus produxerat, redeunti, ad Perinthum Thra ciæ rem omné exposuere. Verum Eudoxius cum popularibus suis eos præuenerat,& aule studia sibi conciliata habebat. Itaque imperator Lapfacenis legatis, ne ab Eudoxio dissiderent, suasit. Atq; vbi illi Eudoxij res,quas Costantinopoli atq, etiž in Synodo Seleuciæ fraudulenter egerat, accusantes reprehenderut : ira percitus imperator, g oratores quidé in exiliu egit, ecclesias auté coru Eudoxij studiosis mādari iussit. Ipse verò Antiochia Syriæ est profectus. Veritus naque fuerat, ne Perfæ tricennali, quæ sub Iouiniano facta fuerat, pace foluta, in regionem eam excurrerent. Porrò vbi il li nouarum rerū nihil moliri comperti sunt, Antiochiæ mansit, atque ibi ecclesias turbauit. Nam diuŭ h Meletium solu exilij causa vertere coegit: Paulino autem propter fingularem morum modestiam pepercit. Quicunque autem communica re cum Euzoio nollent, cos aut exilio mulcauit, aut aliter, verberibus scilicet afficiés, & mulcam eis dicens, malè accepit. F

CAPYT IIII.



T profectò ad grauiorem ille feritatem processisset, nisi impetum eius Procopius ad tyrannidem aspirans, ad breue tempus inhibuisset. Is nan-que genus suum ad Iulianu referens,

& sub Iouiniano tyrannidem affectás, Chalcedonem occupauerat: & clam Costantinopolim ingressus, imperium arripuerat. Tum verð non con temnédo coacto exercitu, adueríus imperatorem infestis signis est profectus. Cui Valens ex Syria obuiam progressus, circa Natoliam certamine cũ eo est congressus: & victus, inde Niczam peruenit.Sed mox Procopius à proditoribus Comario & Agelone, quos fidos sibi esse putauerat, captus, & vinctus Valenti est traditus. In vtrunque porrò proditoré nouo supplicij genere, iurciurado quo se illis beneuolum semper fore receperat spreto, animaduertir. Crudelem enim in modum serris dissectos interemit. Procopius auté ad arborum duarum non longè inter se distatium vertices ad-

Proceffin tra epifcopii

f Synodi decreta apud V alen exponuntur,

z Logati ſ9 nodi àV alen te gjarsbütur Valens Amtiochiam efi ciscient.

h Meletine iterii exulat.

Cathalicas ibi yexat.

Procepil ty pefcit.

> Fuerite ÿ du ces Procopy.

Supplicium Proditores Procepy. Ipfine etian Ртосору, Mety , Suffe tÿ supplicio non absimile

Chalcedonie
mouri, quòd
ea vrbs Procopÿ tyranni
partes fequa
ta, V alëtem
porsu excluferat, & cotu
melÿs affera
yat, diennius
Kavenriayat,
"Oraculii in
ruinis murs
Chalcedoneu
fis repertum.

A ductos pedibus alligatus, eisdé mox ad naturalem statum suu redire permissis, discerptus est. Sic scilicet tyrannus in duas distractus partes, interiit.

Imperator auté Chalcedonis, quæ eregione By zătio lita est, muros dirui iussit. nam id se, sibi ipsi quoque dira precatus, facturum elle tyranno deuicto iurauerat, propterea quòd Chalcedonij tyranni partes sequuti, pietatem & sidem imperatori debitam abiecerát. Nam eum, quum ad vrbem eă accesisset, contmueliose conviciis proscissum, portis clausis exclusere. Mænia igitur principis iusiu diruebantur, & saxa statim Constantinopolim ad publicum lauacrum, quod Costantianum vocatum est, extruendum transferebantur. Enimuerò quum sic murus dirueretur, in sublimi quodam saxo, literis altius incisis oraculum conscriprom repertom est, illud denuncians . Vbi copiosiore aqua vrbs abundatura esser, tum fore vr mu rus lauacro inferuiat : gentes auté innumeræ, Romanorum vastantes imperium, multum afferant detrimenti, tandem verò & iplæ cælæ intereant. Sed nihil obstat, quo minus, studiosor causa oraculum ipsum bic apponatur.

In media liquidas quum ducent vrbe choraas, Vitrea voluentes lata vestigia nympha, Mæniáque excipient trepidante lauacra susurru: Tum varia numerum superantia millia gentis Effera Manortis saui spirantia vires, Vndis transmissu slaui resonantibus Istri,

My fos excindent armu, Scyticó sque colonos. Atque vos Threycios fera gens inuaferit agros, Hic Alos fatum bellantes opprimet atrox.

Accidit porrò postea, vt aquæductus quem Va lens extruxit, plurimum aquæ vrbi suppeditaret, & barbaræ nationes maximè aduersus Romanos mouerentur, sicuti paulò pòst à me dicetur. Alij oraculu hoc alio accepere modo. Eo enimaquæductu persecto, Cleatchus presectus vrbi in Theo dosij foro Nymphæa maxima sieri secit. Id opus, + copiosa aqua dictum, cuius gratia vrbs anniuer sarium conuentum celebrare est solita. atque id ipsum obscurius per oraculum verbis hisce signisis C catum este existimarunt:

In media liquidas quum ducent vrbe choreas, Vitrea voluentes lata vestigia nympha.

Hæc de oraculo. Cærerum cum Chalcedonensium muri, sicuti diximus, frangerentur, ciues Cõstátinopolitani & Bithyni, Nicomedienses & Nicæni,Imperatori supplicarunt, ne mænia tam fitma & ampla frustra dirui pateretur. Et ille quauis ira plenus,ægrè quidem,attamen precibus eotum acquieuit: & iuramento quod debebat tribuens, diruendo simul & restaurando minoribus aliis sa xis structuram eam restituit : quod opus ad finem quoq; suum est perductum. Hæc mænibus Chalcedoniorum accidêre. Post bellum aduersus Procopium gestum, grando maxima lapidibus ingen tibus persimilis decidit, & motus terræ graves va riis in locis extitere, qui præ aliis locis maximum Nicaæ Bithynorum vrbe, ea vniuersa prostrata, damnum dedere. Duodecimus is erat à Nicomediensi subuersione. Nec multum intercessit temporis, quum alius terræ motus obortus, idem Ger mæ Hellesponti civitati fecit. Hæc porrò omnia turbarum ecclesiasticarum fuerunt indicia. Grandinem nang; & terræ motus, multi mortales Dei aduersus imperatorem ira accidisse dixerunt, propterea op multos ad episcopalem dignitatem euccidos in exilium egerat: alios autem mox acturus suerat, qui Eudoxio in sidei sententia no sustragarentur. Atque in eiuscemodi calamitatibus mill prorsus vel Eudoxius, vel imperator de studio suo remittebat, quod vterque à se dissentientes crude liter abigere conaretur. Multique adeò sacri viri ad exilium condemnabantur. Soli autem, diuina prouidentia, propter excellentem virtutem, exulare iussi no sunt, Basilius magnus Cappadocum ecclesia antistes, & Gregorius, qui tum Nazanzi (quod tenue oppidu prope Casarea situ est) eccle sia prasfuit. De quibus viris paulo pòst dicemus.

CAPVT Y.



Mperator Vallens bello cotra Procopium prosperè gesto elatus, aduersus ecclesiam russus arma parauit, vim religionibusomnibus, vt se Arij dogmati accommodarent, inferens. Maximè verò cotra eos qui

Lampsaci conventum egerant, frendebat, o non modò Arianis episcopis dignitatem abtogassent, sed etiam fidei formulam Arimini promulgatam damnassent. Et Nicæa profectus, Nicomediam venit, atque ed Eleusium Cyzici episcopum ad se acciuit, qui Macedonij sententiz magis addictus erat. Congregatoq, Arianorum episcoporum cœtu, vt cum illis candem comunémque fidem com plecteretur, imperavit. Porrò Eleusius primum ge nerose & fortiter illorum communionem aspetnatus restitit.vbi autem imperator exilium ei,bonorumq; publicationem minatus est, metu perculsus, + libens quidem, sed non libenti animo, quod imperator iussit, fecit. Verum cofestim pænitentia ductus, quú Cyzicum venisset, apud multitudinem in conventu publico peccatum suum propalam est cofessus: + illud insuper addens, ve alium sibi sacrorŭ deligerent antistitem: sibi enim deinceps episcopatum gerere & fidem suam prodiderit, minus couenire. Cyziceni autem, o lum- F ma eum complecterentur beneuolentia, & admi nistratione eius maximopere delectaretur, episco pum alium non receperunt, neque alij ecclesiam regendam permiserunt : sed ipsi Eleusio subditi, sententiam suam minime mutauerunt. Quod vbi Eudoxius Arianæ sedæ Constantinopoli præfe-Aus cognouit, episcopum illis designauit Eunomium. Putauit nang; fore, vt is eloquentia sua bre ui per felicem quandam persuadendi vim Cyzice nos demulfos, ad opinionem fuam pertraheret. Et postquam Eunomius Cyzicu venit, ecclesias quidem, Eleufio imperatoris iussu expulso vacuas recepit: plebs autem Eleusio obsequens, extra vibé conventus agebat. Sed de Eunomio, & eius hære fi, suo loco paulo post dicam. Verumenimuero non modo Macedoniani, sed etiam Nicznum do gma comprobantes, Constatinopoli eildem afficiebantur malis: neque eo minus etiam Nouatiani, qui & ipsi Cosubstantialis professionem com plectebantur : quapropter eis quoq, ecclesias adimi imperator preceperat. Alios preterea, quos excluderet, non habebat : antea enim dudum Constantius hæreticis reliquis ecclesias eripuerat,

) casus isti ira Dei adversus imp. Va lentem.

Exiliticathe licerum epifreperum.

Bafilim ma

Grego.Na-

Valens Eleo fium Cyzicò epifiopii Asia nam copletti fidem cogit.

† tuèv ciuso
ri 74 toupi.
Panitentia
Eleufi.
Eleufim epi
feopatum deponit.
† Et fimal
de vo fibi illa
ta còquefim.
Socra lib. 4.
cap. 6.

Ell retinere Cyziceus comantur. Ennomo? ob Endoxio Cy zici episcopus designatus.

Catholici,
Macdoniai
ni,& Nova
tiani,Cöftan
tinopoli affli
guntur.

Valis muros
Chaicedonio
veficio.
Fatales sub
Valento im
Oritica cas
Pricas per
terranio.
2 suly, som
ano & Lucino Coss.
Socrat. lib.
4.cap.10.

ossaop Nic.

issayurde.

Nymphan Costantino-

poli in Theo dofy fore.

t Safinis Bows.

÷:

Socrat.

Ité Gernse. Adscribütur Agelies epi-Jupus Nassa tian**so pro**fe**riptus.** Azely rice fullities. fileto ab esci He treetest Marcia is ion Newstange presbyter, fiberi V alemtil preceptor, n Agdim nstitueretur

B

Agelium quoque episcopum, qui à Constantini temporibus, ad eum vsque diem, Nouatianorum ecclesiis præerat, in exilium Valens egit.Qui sanè quemadmodum Socrati videtur, admiradam egit vitam. Nam in co, quod in philosophia maximű est, fuit: possessiones enim nullas, neque quicqua pecuniç habuit. Et vite eius institutum id maximè declaravit. V nica enim veste cotentus fuit: & Euagelicis decretis insistens, calciamentis vsus no est. Caterum non multo post, ab exilio reuocatus, ecclesias suas recepit, & liberè in eis conventus egit. Quod vt fieret, Marcianus quidam effecit, vir vita simul & doctrina admodum spectatus: qui dudu quidem suum in imperatoria aula obtinuerat locum:tum autem apud Nouatianos in presbyterorum ordinem cooptatus, Imperatoris filias Anastasiam & Carolam Grammatica præcepta docebat, sub quarum nomine publica lauacra Constan tinopoli Valens construxit. Eius viri gratia Nouatianorum ecclosia ad breue tepus clausa, rursum sunt aperta. Sed ne co quidem pacto prorsus ab Arianorum turbis fuere immunes : qui eis infensi propterea erat, quòd Nicænæ fidei dogmatis defensores valde amarent & complecterentur, aliis opinionibus plurimum ab illis dissidentes.

CAPVT VI.

Vdoxio & popularibus eius, aduer-fus eos qui fincerè Nicznam cole-bant fidem, conatus probè fucce-dere visi funt. Nam in maxima di-tionis Valétis parte, & potissimùm

in Hellesponto, Thracia, Bithynia, atq; aliis in circuitu vicinis & vlterioribus etiam terris, neq; ecclesiis iam illi præfuere, neque episcopos suos habuere. Macedonianis autem, qui permulti in regione ea rectá iam consectantes sententiam erát, non minus infesti, inhumaniter & ipsos sunt persecuti. Atque isti propter imminentia mala oppidò in angustum redacti, alij ad alios per vrbes legatos misere: & tandem ad fratrem Valentis Romam sibi confugiendum, & cum Liberio porius, C cuius fidei professionem amplectebantur, quàm cum Eudoxio communicadum esse slatuere. Itaque Eustathium Sebastiæ, cui aliquoties adempta fuerat dignitas & Sylvanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabalorum episcopos Romam legarunt, essque mandarunt, vt ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana com municarent ecclesia, ac Consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum literis eorum qui ab aliis Seleuciz segregati fuerant, in Italiam peruencre, atq; ibi imperatorem Valétinianum, propterea pin \* Gallia contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Quum autem Liberio epi-Itolas quas secum attulerant, offerrent, recipere is eas rennit: Arianos eos esse, nec ab ecclesia sua agnosci posse, qui Nicznam aboleuissent fidem, di Cui illi responderut, se per legitimam pæ nitentiam ad veritatis cognitionem rediisse, sententiam marqualitatis abiecisse,&filium per omnia patri similem professos esse : nihilque ab aussis consubstantiali, κατά πάντα δμαιρ, hoc est per omnia æqualem, differre. Quibus verbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum re-

latam, ab eis exegit. Atque illi libellum ei, in quo D etiam Nicæná fidem inferuerunt, obtulerunt. Epi stolas quidem, quas secum Smyrna ex Asia, & ex Pissidia, Isauria, Pamphylia, & Lycia, vbi couentus egerant, attulere, propter prolixitatem hic no apposui.Libellus autem, quem Eustathius cum colle gis suis Liberio dedit, sic habet.

CAPVT VII.

Omino fratri &college Liberio, Eustathius, Sylvanus, & Theophilus salutem in Domino. Ad enitandas infanas hæreticorum, » qui non definunt Ecclefiç catho » licæ offendicula creare, suspicio- »

nes, & ad earū causam & occasionem omné precidendam, synodi Lampsaci & Smyrne, & aliis va » riis in locis ab orthodoxis & rectè sentiétibus epi » scopis celebratæ decreta profitentes, apud bonița » tem tuam, & vniuerlos Italiæ, totiúlque Occiden- » tis episcopos legatione fungimur, & literas affe- E rimus, catholicam nos fidem seruare, quæ in san-&a Nicana synodo, sub beato Constantino impe » ratore, à trecentis decem & octo patribus promul » gata atque cofirmata, hactenus in statu suo inuio- » lata atque immota duravit, atq; in perpetuum du- » ratura est: in qua 🖚 ٥μοούσιον cosubstátiale rite pié- » que contra Arij improbitatem est constitutum.Fi 🛥 démque eam nos vnà cum eis quos dizimus epi- » scopis & serualse, & vsque ad finé seruaturos elle, » manibus ipsi nostris profitemur: condemnantes » Arium, impiamque do Arinam, sectatoresq; eius- » dem, necnő omnem Sabellij, Patrispassianorum, » Marcionis, Photini, Marcelli, ipsiúsq; Pauli Samo- sa sateni hæresim, doctrinamq, eorū, necno omnes » eis assentietes: & si quæ præterea sunt aliæ sectæ, » sanctæ fidei,quæ piè atque catholicè Nicææ à san » Cis patribus composita atq; promulgata est, ad- ... uerla & cotraria. Anathemate quoque in primis » ferientes formulam Arimini lectam, Nicznæ sci- » licet fidei prorsus repugnantem. Cui quidem for- ... mulæ Nica Thraciæ allatæ, nonulli dolo malo & 🛥 periurio circumuenti, Constantinopoli per erro. F rem subscripserunt. Est autem fides nostra, atque eorum quorum nomine legatione fungimur,ilta. Credimus in vnum Deum patrem omnipotente, visibilium omnium & invisibilium factorem. Et in vnum vnigenitum Deum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, ex patre, hoc est, ex substantia patris genitum, Deum de Deo, lumé de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæque in cœlo sunt, quæque in terra. Qui propter nos homines,& propter nostram sa lutem descendit, & incarnatus, & homo factus, & passus est. Et resurrexit terria die,& ascendit in cœlos, venturus inde ad iudicadum viuos & mor-

tuos. Et in spiritum sanctum. Qui autem dicunt,

fuisse aliquado quum non fuerit, quodque prims-

quam genitus sit, non fuerit, & quòd ex non exi-

stentibus factus sit, aut ex alia substantia vel subsi

stentia, vel mutationi & alterationi obnoxium fi-

lium Dei esse, anathemate iugulat catholica & A-

postolica ecclesia. Ego verò Eustathius episcopus »

Sebastiz vrbis,& Syluanus,& Theophilus, Lam- »

Macadonia morti libellus de professione fidei Liberio oblatm.

4 ghisperiou landatur.

Ariani de aly heresich tibes fun dã

Epifcopi corii tres Remain ad Liberium Colicia has

rinica est.

Socrat.

Ariani Ma-

cedenianos iã

refipifcentes

perfequütus.

\* Ealefrafti ca bifto.scri-. tor Gallos et Gamenes & eadem gente habni∬e. In bus infrà Al MADO FROM ME tur, & Geruque altero fatim cos.

Digitized by Google

co fists.

A psacenz, Smyrnensis, aliarúmque synodorú legati, hac fidei professionem manibus nostris, volun tatéq; nostra scripsimus. Quod si quis præter hac fidem, cotra nos, aut cos à quibus missi sumus, aliquid criminis intendere voluerit, ad quoscunque sanctitati tue visum fuerit episcopos, nos atque illos cum sanctitatis tuæ literis remitte: vt quum apud eos ipsos iudices causa dicatur, tum in eum - qui criminis convictus fuerit, legitime animad-

## CAPVT VIII.

Admittic sande legatos ad com Libery 🚱 Occidentis episcoporii lisera ad catho lices epifiepos Orienta- B

Ochbello veluti quodă pignore fibi obligatos, Liberius ad com-munionem admisst, ac deinceps cum hujusmodi literis eos dimicum huiusmodi literis eos dimifir. Dilectis fratribus & collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperechio,

Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Eor tasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Procto, Passinico, Arsenico, Seuero, Didymioni, Britanio, Callicrati, Damabio, Aedesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Ioanni, Macari, Charisio, Syluano, Photino, Au tho, Antonio, Celfo, Euphranori, Milesio, Patri-« cio, Seueriano, Eufebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrisampelo, Eugenio, Eustathio, callicrati, Arsenio, Eugenio, Mar tyrio, Hieratio, Leontio, Philagrio, Lucio, & vniuer sis episcopis Orientalibus orthodoxis, & recta fidem sectatibus, Liberius episcopus Italiz, & re-

liqui Occidentis episcopi salutem perpetuam in Domino. Optatissimum nobis pacis & cocordiz gaudium literæ vestræ, fidei lumine refulgentes, fratres dilecti, attulerunt, quas nobis reueredissi mi fratres & epilcopi Eustathius, Syluanus, atque Theophilus reddiderunt. Atque co maxime nomine, p sensum & persualionem fidei vestre, cum " tenuitatis meç atque Italicorum Occidentaliúm-que epilcoporum omnium lententia, concordare

confirmarunt & asseuerarunt. Atque eam ipsam nouimus catholicam & Apostolicam esse fidem, Nicanafides C quæ ad Nicænam víque synodum integra atq; im « mota seruata est: quam ctiam patres Nicze cum « ingenti laticia, non solum sermone, verum etiam « scriptura intercedente, vt vestigium & scintillam « omné absurdæ opinionis extinguerent, sunt pro-

« fessi. Eius exemplar necessariò hisce literis subiiciendum esse duximus, ne postea locus & opportunitas hæreticis ad struendas sidei insidias relinquatur: quibus illi improbitatis suz igniculos excitantes, discordiz incendia more suo dilatare solent. Eustathius sane, Sylvanus, atque Theophilus, fratres nostri reuerendissimi, nobis vestro no mine receperunt, dilectionem vestram no minus atque ipsos fidem eiusmodi semper & antea ser-« uasse, & ad finem vsque servaturam esse, in Nicz-

» pis orthodoxis & recte sentientibus comproba-🛪 tam. Quz 9 certam perfectámque complectitur

m prorlus nutu, contra Arij infaniam, tantus epilco

a na videlicet vrbe à trecétis decem & octo episco-« veritaté,ora hæreticorű omnium omnia obstruit arque euertit. Non casu enim fortuiro, sed diuino m porum numerus est coactus, quato scilicet nume-

ro beatus ille Abraham tot hostiŭ millia side de- D bellauit. Ea fides quum in subsistentia & nomine » ซึ่งแงงร่ง consubstantialis consistat, perinde at que 🛥 munitissima quædam & inexpugnabilis arx, im- » pressiones & machinas malignas Arianæ perfidiæ » omnes, ita vti decet, contemnit. Et quaus episco- » saufarat pa pi Occidentales propè omnes Arimini conuene. » rint, quum ibi concilium Arianoru coegisset ve- » cordia, vt insidiosa quadam suasione, seu quod ve ... rius est, profana autoritate & potentia, id quod in » . fidei formula tutifsimum certifsimumque politü 🐱 fuerat, abolerent, aut obliquè negarent, nihil ta- 🛥 men ea profuit + calliditas. Nam omnes ferè qui » † zaveria, tum Arimini inescati atque fraude decepti fuerat, 🕶 nunc relipifcentes, quum anathemati corum qui » ibi conuentum egere, fides formulam subiecerüt: » tum vniueriali & apostolicæ fidei, que Nicæz de- .. creta est, subscripserunt. Et nobiscum communi- » cantes, ardentioribus etiam animis contra Arij do 🐱 Arinam & discipulos eius ferutur. Quam rem ita " deprehensam esse, vbi oratores etiā vestri cogno- 🛥 uerunt, in subscriptione sua vos quoque addide-E runt: & Arium, & que à sectatoribus eius Arimi- " ni contra Nicznam fidem acta sunt, anathemate " iugulātes.Quibus land actis, vos etiam iuriliuran- " di sacramento fraudulento circumuenti, subscri- " psistis. Quapropter convenire nobis visum est, vt , ad dilectionem vestram scriberemus, & iusta petentes adiuuaremus, præsertim quum ex legatoru " vestrorum asseueratione, Orientales vos resipuisse, & cum Occidentalibus rectè sentientibus con- " sentire intellexerimus. Scribimus ergo vobis, vt ... noritis quum Ariminenses blasphemias, que tum per surreptionem sunt ab autoribus earu magno 💂 ecclesiæ detrimento subintroductæ, anathemati subiectas, tum Occidentales vniuersos in Nicænã fidei professionem conspirasse. Quamobrem per vos id omnibus indicari oportet, vt qui vi quadă feducti arque læsi sûnt, tandem à tenebris hæreticis ad diuinum catholicæ libertatis lumen reuerti possint. Si qui verò deinceps venenum præsidiæ respuere, & Arij blasphemias omnes abolere, ana thematique subiicere noluerint, Arij, eiusque se-Catorum, & cærerorum serpentium Sabelliano- F rum,Patrispassianorum, atque aliarum hæresium se complices, ab ecclesiastica communione & có iunctione exclusos & alienos esse, quæ adulterij fi lios non admittit, sciant. Deus vos incolumes ser uet, fratres dile ai. Hisce literis Eustathius & college eius acceptis, in Siciliam traiecerunt. Et postquam ibi Siculorum episcoporum synodus, eorū instinctu celebrata, atq; ipsi 👼 🏭 🛎 onsubstantialis fidem professi sunt, Nicanama, formulam autoritate sua confirmatunt, acceptis ibi quoque eiusdem sententiæ literis, ad eos qui se leganerat, sunt reuersi. Atque illi redditas sibi literas Liberij, ad vrbes qualque,per oratores, ad confubstantialis fidei propugnatores misere, cohottates eos, vt consentientibus animis Tarsi Ciliciæ conueniret, ad fidé Nicznam comprobandam, & quz postea exortæ funt, nugas abolendas. Et factú id fortè esser, nisi qui plurimum apud imperatorem valebat, obstitisser: Eudoxius videlicet, Arianæ religionis prefectus, qui lynodo ea indicta magis etia commotus, maiora illis intulit detrimenta. Quod veròMacedoniani per oratores suos cum Liberio

france Aria

Arieneric reliquorii ta raicerii exci Iide legati in Sicilia gi profitentar.

No Origa les catholici Terfi conn t, Eula xiau obfyfit.

uu iSte sm fait.

Tyanisii catholicorii epi † Mãio bumu diž fit su quadi Theo 10[प्र] ठिराहणw,ia C. 64 HLLEPO fropis.de fi de sathel. Alta cinf-

Indicitur co iğucul**ın Tat** ceofis Antiochia in B Caria formu la fidei Antiochesa à quibuldă epi Scopie com fir-V dens cometo Terfenuŏ permietit.

est confessus.

Odem tempore concilium Tyanæ ab Eusebio Cxsarex Cappadocix, Athanasio Ancyræ, Pelagio Laodicex, Zenone Tarli, Paulo Emela, + Otreio Melitinx, Gregorio Na-

A communication, & fidem Nicænam approbation,

CAPYT IX.

Sabinus ipse in synodalium actorum collectaneis

zanzi, aliísque multis episcopis, qui 📆 🍇 🗸 consubstantialis verbum seruandum esse Antiochia, Iouiniano imperante, decreuerát, celebratum. Lectz ibi Liberij & Occidentalium episcoporum li teræ, quas secum legati Lampsaco Romam missi attulerat. Quamobrem gaudio exilientes, ad vniuersas scripserunt ecclesias, vt decreta Asiaticoru episcoporum & Liberij, Italorum, Aphrorū, Gallorum Occidentalium legerent epistolas: & tantum iplis colentientium numerum, qui longe Ariminense concilium superabat, considerarent, & ad sententiam communionémque corum acce derent : necnon vt eis eiusdem se esse sententiæ li teris ipli suis rescriberent. Scripserunt preterea, vt ad diem constitutum verno adhuc tempore Tarsum Ciliciæ couenirent. Sedenim dum sic de Tar fensi synodo cogenda agitur : triginta & quatuor ferè Asiani episcopi Antiochiæ in Caria conuenientes, studium quidem ecclesiastica concordia farciendæ laudarunt: hwwfie confubstantialis verò nomen repudiantes formulam fidei Antiochiæ & Seleuciæ compositam veluti quæ Luciani mar tyris esse crederetur, & à maioribus eorum periculo & sudore multo comprobata esset, cósirma. runt.Imperator autem, Eudoxio annitente, synodum in Cilicia celebrari institutam prohibuit, edi Ais ea de causa & comminationibus publice propolitis.

C APVT X.

V Litic inflic Constătio re legati, & à C o resi

Profell m Alreadria Athenalism

pos, qui sub Constantio exauto rati, dignitatem pristinam sub Iu liano recepissent. Per eiusmodi iulsionem, Ægyptij etiam magistratus Athana-

Rouinciarum quoque præsidibus fingillatim mandauit, vt ex

ecclesiis eos deturbarent episco

sium ecclesiis simul & vrbe Alexandrina eiicere contenderunt. Non leuis enim pæna imperiali inserta erat edicto, quod præsectis omnibus, & qui sub eorum signis & potestate essent militibus & senatoribus, cum ingétis pecuniæ mulcta,corporis quoque coercionem denunciabat. At Christianus populus conueniens, Præfectum rogauit, vt episcopum causa non satis deliberata non exigeret, sed accuratius literarum imperialium sententiam perpenderet, quæ eos tantum proscriberet, qui sub Constantio exulare iussi, sub Iuliano ab exilio renersi essent. Athanasium porrò sub Constantio quidem exilij causa solum vertisse dicebant, atque ab eodem reductum, atque in episcopatum suum restitutum esse: Iulianum autem, quum omnes ab exilio reuo caret, vnum hūc persequutum fuisse, quem tandem Iouinianus restituerit.Hæc quum dicerent, neg; Præfecto persua-

derent, restitere tamen, & vim fieri no permisere.

Czterum quum vulgus vndiq; conflueret,& tur-D ba ingens atque tumultus, adeò vt feditio expectaretur, in vrbe esset : præfectus ré caimperatori significauit, Athanasiū ibi manere permittens. Et diebus plurib.exactis, seditio ea sopita iam esse videbatur,quü Athanasius vesperi vrbe egreditur, & in prędio quodă latitat. Ægypti auté pręfectus, & copiaru militarium quæ ibi erat dux, intépesta noce in ecclesia, vbi ille † domicilium suu habebat, venit, & in habitaculis etia superiorib. diligen ter eum quærit:sed opinione sua frustratus,re infe Cta abit. Existimauerat enim opplebs tandé prioris motus, quo excitata fuerar, oblita esset, & somnű omnes carperent, facile se imperatoris imperata executuru,& vrbem sine seditione pacatá conser uaturum esse . Sedenim præfectus, & qui cum eo erant, & Athanalium non inuenissent, valde sunt admirati. Siuc enim diuini numinisindicio, seu ho minum aliquoru denunciatione secesserit, eôdem res recidit. Quòd enim tam necessario tépore insi dias sibi structas præuiderit & vitarit, consilij esse vilum est, quod captum humanu excederet. Alij E verò dicunt, eum, p vulgi infanu motum præfenferir,& simul veritus sit, si quid inde detriméti puenisset, ne ipse autor mali eius esse videretur, + toto co tépore in paterno monumento delituisse. Atq; ille quidem sic profugit, & latuit . No longe auté polt imperator literis suis eum reuocauit, & ecclesiá obtinere jussit. Scriptum hoc præter animi sententia Valente edidisse opinor, vel & Atha nasij gloria secum ipse reputaret, ac reprehensionem eius rei à Valentiniano, qui Nicænű decretű profitebatur, expectaret: vel & motum corum qui plurimi illum laudabant, ne per nouarū rerum sto dium respub.aliquid detrimenti caperet, suspectu haberet. Opinor quoq, Arianz harelis anteligna nos,ita vt par crat,non admodum iam in eius viri proscriptioné vrgendam incubuisse: illud perpen dentes, si vrbe eiiceretur, fore vt rursum imperatoribus molestus fieret, occasionémq, ex ea re illos copellandi haberet. Valétém q; in sententia sua adduceret, Valentinian ű autem fibi cőfentientem ad iram etiá commoueret.Plurimű nang; cű metuerunt, virtuté eius in rebus quæ sub Constantio F acciderăt, experti. A deò enim tum quoque inimicorú consilia & insidias ppulerat, vt ei nó grauatè ecclesiis in Ægypto cederet: & ea de causa ipse vix Constantij literiis acquiesces, ex Italia rediret. Causam quide, quamobrem Athanasius non itidé vt alij, ex ecclesia pulsus sit, hão esse coniicio. Alij verò episcopi tantum no persequutione, quæ illis par esfet, quæ ab idololatris excitatæ fuerant, sunt expetiti. Exilia enim & deportationes in cos qui non eadem cum Valente sentirent, decernebantur,& sacræædes iis quidem adimebantur, aliis au tem committebantur. Ægyptus verò Athanasio adhuc superstite, malorum eius modi immunis & expers fuit.

CAPPT X1.



Vb idem tempus Eunomius ab Eudoxio secessit,&secrsim suos libi couétus egit, pptere2 գ quũ sapius vt præceptor ipsi Actius in gratiă & comunione recipere ur,Eudoxiū rogasset, id Ipetra.

Athanass<sup>3</sup> insidiai sibi ftrus pransdet eá sq; de-†καζαγώγιου QUATHUT is nottu domi suz à pfecte, sed non inne-

Athanafi\*

†něsib qua-Suor Socrat. Vales Asha masiñ ecclesia fus refintuit. Causa expen dutur, quam obie Athana lime ro itide ve alij catho lecs egist.opi, ecclesia sua sit expulse. thanasium timent .

!Persequutio catholicorum episcoporum.

Ennom ab Eudonio Secedis. Secessonis eine causa.

Action.

discipulas 🕶 Sozom.lib. 6.sap.26. qui etiam ἀνόμοιοι, bec est, luequa-lessunt delti.

Vna Eunamų mersio in bapti fine peragendo.

Ennomiani contenti-li disputatores.

a Theophro with O'Eutychius Ensemiani.

& Ennomia morning baprisimui.

\* 10' larg Flaµüvaı, Cor Euro. oius Cyzico discesseris.

A re non potuerit. Non ideo autem Aetium auersatus est Eudoxius, quòd hæresim eius exosam haberet, quam scilicet maxime deprædicabat : sed vt populares cius, alterius illum sectæ existimarent. Atque hæc ipla caula fuit, cur inter Eudoxium & Eunomiű ditcessio fierer. Porrò Actius vehemens & acer Arianæ hæresis assertor & propugnator fuit, arte sophistica bene instructu s. Eandem auté hæresim magis etiā discipulus eius Eunomius defendit, vir, quod Rufinus ait, & corpore & anima leprofus, atq; intrà & extrà morbo regio infectus, ipse quoque arte Dialectica præpotens . Hæresim cius quidam ab eius nomine appellant, Alij निर्म बेvoμούων, hoc est, Inæqualium vocant. Sunt autores quidam, qui Eunomium istu primum ausum fuil-1e dicunt instituere, vt divinus baptismus mersione vna perageretur: & eam quæ ab Apostolisper manus accepta hodie quoque vbiq; seruatur, traditionem adulterare, & ritū alium in ecclesia Cyzicena, accuratiore sanctioreq; grauitate nouitaté suam obtegentem, inuenisse. Fuit autem, sicuti di-&um cst, & Sozomenus testatur, cuius verba adscribere liber, ad orationes scribendas nó ineptus, contentiolo disputandi genere & syllogismis gau dens: quales sectatores eius adhuc multos videre est. Non tam enim illi vitam honestam, mores sactos, & begninam erga egenos misericordiam,si eadem cum ipsis sentiant, quam si quis contétiosè disserere, & syllogismis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales nang; pietate ma iore supra omnes esse existimantur a: sicuti Theo phronius Cappadox & Eutychius, sectæ huius stu diosi, qui obtinentis huius Imperij tempore, seipsos ab ecclesia rescindentes, quum in aliis rebus ex Eunomij opinionibus b, tum in sacro baptismo res nouas induxerunt, non in trinitaté, sed in Chri sti mortem baptisandum esse docentes. Eunomiŭ sanè aliqui dicunt nihil hac in re nouasse, sed quéadmodu ab initio cœperat, in Arij sententia permansisse. Postquá verò Cyzici episcopus factus es fer,à clero eŭ ſuo,φ noua institueret dogmata,accusatú elle. Eudoxium porrò, qui tum Constantinopoli Arianæ hæresi præijt, illum accersiuisse, C atque ve verba ad populum de doctrina sua faceret, ei permissse. Et quum nihil in eo damnasset, eum vt Cyzicum rediret cohortatum esse illum verò dixisse, se de cætero cum eis qui se suspectu haberent, futurum non esse, prætextûmque eum discessionis suæ obtendisse: quum reuera causa illa esser, quod præceptorem suum Aetium receptum non esse ægrè ferret: hominémque in ecepto suo perseuerasse, & nihil de priore opinione sua \* mutantem priuatum vixisse. + Et hæc quidem alij ad hunc modum: alij verò aliter tradunt. Sedenim siue Eunomius seu alij quidam traditionem baptismi innouarunt, soli illi

† Theodofy innierie Imperium intelligendum, ad quem historiam finam Ecclefiasticam feripfit Sozomenne, cuim en funt ver-ba lib. 6.cap. 2.6. Socrates propteren Eunominm Cyrico Conftantimopolim ad Eudoxium renersum esse, & cu eo mansisse dicit, quod Cyziccui no ferentes ampullofam cius loquentiam, homine vrbe ex-egerint. In prolizitate enim orationis cius & multiloquio, ingens fust fentenmarum penuria. Et quum longos constripsiste in epistolam Pauli ad Roma. Commentarios, tamen is scopum Pauli pertingere & effequi non potnisse dicitar lib. 4.cap. 8

periculosa ista ratione diuini baptismi expertes D mihi è vita excessisse videntur. Si enim ipsi ab initio recepta consuctudine baptizati , primum se ipsos rebaptizare no potuerunt, aut quod in ipsis non accidit, primi introduxerunt: quódque neque ipsi per se habuere, neque per alios accepere, id in alios contulerunt: 🖈 quum superinitio & fundamento quod subsistere nequeat, suáque ipsoru arrogantia, dogma hoc instituerunt: tum quæ ipsi non acceperunt, aliis tradiderunt: quod sanè stultum ac stolidum est +. Illud enim sua ctiam spsorum consessione constat, qui ipse baptismi lacris initiatus non sit, eum alios baptizare non pos se : qui verò traditionis corum more baptizatus non sit, eum pro non baptizato ab eis haberi, vt qui non legitime sacramento eo initiatus sit. Testantur hoc ipsimer, dum quoscunque in sententiam fuam pertraxere, ctiamfi antea ftatis catholicæ ecclesiæ cæremoniis tincti sint, rebaptizant. Quæ nouitas non parum religionem turbauit, & Christianismum suscipere volentibus propter do gmatum dissensionem valde obstitit. De Euno- E mio porrò, & Aetio, illud addere libet, Eunomianæ hærclis autorem primum Aetium Syrum fuisse d: qui iuxta Arij sententiam, filium patri inæqualem, creatumque esse, & ex non existentibus extitisse decreuit. Et qui opinioné eam approbarut, Actiani prius sunt dicti. Quu aut, queadmodű antea dixim<sup>9</sup>, quidá filiű patri 🌬 🕬 cő substătialem, quidam i muovissiop z quisubstantiale dicendum esse asserent : & Imperatori tum pla citum esse, vt de Ariminensis concilij sententia, filius patri vuos aqualis crederetur: Actius quidem, ve qui blasphemus in Deum esset, exilio est mactatus: hæresis autem eius quodammodo ad tempus foluta iacuit, quòd neq; alius quispia, qui alicuius esset nominis, neque ipse Eunomius propalàm & liberè de ca disserere auderer. Cæterùm vbi is Cyzicenam ecclesiã pro Eleusio gubernan dam accepit, conquiescere omnino non potuit, & in concionibus ad populum Aetij opinionem rursus in medium produxit. Atque vt fieri solet, quum homines primum haresis istius autorem ignorarent, Eunomianos sectatores eius cogno- p minarunt: propterea quòd post Actium dogma hoc Eunomius renouauit, & maiore audacia, qua qui id primum tradiderat, defendit.

1 Ind will adicion op

THE A114-

baptifmu.

Actios 40 tor Eunemia

va bereju.

Famo

\* Eodem argumento vii temporibus nostris possemus, ia re fu tandu eu qui manu alys imponere audent, quum cam potestatem non habeant, & confectati prorfus non fint.

c Eunomoano baptismo baptizati, sine baptismo legitimo obserut. Anabaptismus in Ecclesia prorsus non subsistit.

d Ad declarandam ineptam & imprebam Eunomy impieta-tem & raniloquentiam, Socrates verba eine ista profert: Deus de sua ipse substantia mitil ampline, quam nos, nonit: neque ca magie illi, quam nobie, est perspecta. Sed quod de ca nos scienne, idem & ipfe prorfus frit: & rurfus quod ille nomit, i d in nobis quo-que similiter omnino repuries. Ve supr.

CAPYT XII.

Digitized by Google

De hares Apollinaria.

Titalis (oci**ca** 

Sozem.lib.

6.cap.25.

Pollinares duos fuisse,patrem & fi-lium,antea diximus. Et pater quidé presbyter, filius autem lector fuit: vterque gracis disciplinis valde eru ditus.Pater Gramaticus, filius Rhe-

tor infignis. Pater Alexandriz ortus, aliquadiu Be Tyti literas docuir. Laodicez verò matrimonio có tracto, filium Apollinarem progenuit. Intima eis cum Epiphanio, pręclaro sophista, amicitia fuit. A quo vi seiungerentur, ne Theodotus quidem episcopus Laodicensis authoritate & interdicto suo obtinere pornit. Permultos hi & vtiles Ecclesiæ edidere libros, sicuti antea à nobis est dictu. Deinde verò in hæresim nominis sui fædè sunt plapsi. Na Apollinaris filius, multis ab ecclesia abductis, suos sibi conuentus egir, sociúmque constituendi dogmatis sui Vitalim accepit Antiochenu, ex eorum numero qui Meletij ecclesiam frequentabat, presbyterum, virum nemini illustri vitæ & morū sanctitate cedentem, & eorum qui fidei eius com missi fuerant curandorum perquam studiosum, B caque de causa à populo egregiè cultum & veneratum. Paulo post enim, quum à comunione Meletij discessisset, Apollinari se coniunxit, sectatoribusque eius Antiochiæ præfuit, vitæ reuerentia non exiguam plebis partem addictam sibi habés: qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani víque ad Theodosij iunioris imperium ab Antiochenis sunt vocati. Dicitur autem hoc fecisse, dolore impulsus: perinde atq; à Flauiano, qui postea sedem Antiochená accepit, tum autem presbyter cum illo crat, despectus, & quo minus familiariter cum

episcopo esse posser, impeditus suisset. Quod naque ea re diminutam esse famá suam putaret, hominum more, dolore co victus, ad Apollinarim se

primis vsus. Ex co tépore in aliis quoque vibibus, sub episcopis suis conventus habuere, & ritus ab ecclessa catholica alienos celebrauere: præter receptas sacras cantilenas, numerosa etiam carmina quædam ab ipso Apollinari inuenta decantantes. Nam is præter eruditionem reliquam, in poëtica quoque varij generis versibus coponendis excel-

contulir, & cum eo comunicauit, amicitia eius in

tet, persuasit. Et viri in copotationibus manuumque laboribus, mulieres quoq; in lanificio suo car mina eius psallebant. Ad studij enim & laborum laxamétum, ad dies festos, & ad res alias, prout répus fert poëmata elaborauit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia. Hác hæresim latius serpere, quú † primus vrbis Romæ episcopus Damasus, & Pe

luit. Qua ille oblectatione multis, vt sibi adhære-

trus Alexadrinus cognouissent, coacto Rome cocilio, aliena este ab Ecclesia vniuersali statuerūt . Apollinaris etia iple itidem propter animi imbecillitatem dogmate suo instituédo, res nouas molitus esse dicitur b, huiusmodi de causa Athanasiº Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, sub Constátio e

in exilium actus, quum in Ægyptum redire iussus esset, & per Laodiceaiter faceret cu Apollinari, d ppiares quèd sii et benefio quòd amicissim' ei esser, familiariter versatus est. Quòd auté, qui diuerlæ erat sectæ, comercium & foerit à Gecomunionem eius veluti iurisiurandi sacramento abnegatam auerlatentur, inter quos & Georgius

> Laodicensis episcopus suit: Apollinarim is co no mine ab ecclesia excludit, tang contra canones & sacras costitutiones cu Athanasio fuisset. Et quum

criminis loco id ei obiecit, tum rationem etiá & D pæná veterum atque pænitentia obliteratorum erratorű cum conuicio ab eo exegit. Quum nanq; Theodotus ante eum adhuc Laodicésem ecclesiã regeret, maximè tum pollens e Epiphanius sophi sta, hymnű in Bacchű recitauerat, quo præceptore iuuenis etianu Apollinaris vtebatur. Recitationi ei is cũ patre sibi cognomine Gramatico insigni, affuit. Arqyvbi Epiphanius orationé eam exorfurus, sicuti eis qui specime aliquod talium studioru exhibent, mos est, + non initiatos & prophanos exire & pcul esse iussisser: neq; Apollinaris, neq; eius pater, neq; etiam alius quispia qui ibi aderant Christianoru, ex auditorio secessir. Id postg resciuit Theodotus episcop<sup>9</sup>, molestè tulit. Et aliis quidem ex populo aliquatenus obiurgatis, gratia deli cti fecit: Apollinarim verò vtrunq;, quum eis propalàm peccatú obiecisser, ab ecclesia segregauit. Erant enim clerici, pater quidé presbyter, tilius ve rò sacraru scripturaru adhuc lector. Intercesserat aliquid temporis, & cos, post alachrymis & iciuniis crimen admissum ponitentes aboleuissent, E Theodotus rursum in gratia recepit. V bi auté Georgius episcopatu est adeptus, & Apollinaris cum Athanasio familiariter fuit, que admodu diximus, excomunicatum eum ecclesia exegit. Atq; ille sæpe Georgium dicitur, vt in comunionem reciperetur, deprecado obsecrasse. Verum vbi id illi no persuasit, mœrore correptus Ecclesia turbauit, & dogmate nouo hæresim sua introduxit, quoad po tuit:copolitis arte orationibus, inimicu vlciscens, & p se in sacraru literaru doctrina illo præstatiorem exautorasset arguens. Ad hunc modu scilicet priuatæ clericorum, tépore quolibet, inimicitiæ, maximo Ecclesia detrimento affecere, & religioné in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidem vt Theodotus, Georgius quoque pænitentem Apollinarim suscepisser, hæresis que ab co nomen haber, vt ego quidem puto, non extaret. Ingenia nanque hominum si despici se vi-

e Epiphania nu sophista Laudices pu blicitus leym nă in Bacchii recitauit.

Très auva-Too you Bible Asg. Ei recitationi Apollinares affuere. . A pollimates eo noie exco-DINNIKANINT.

Recipiuntur illi pojt pæni tentiam in esslesiam.

Georgius La cdicelis debcante Apollonarim in gra tiam non recepis. Privata cleruorum odia reipub.ec:lesiasum p.uri mum obsums

In Greco Nicephori exemplari integer hie sexsternio desuit Defectum eum iuxta capitum anuotationem ex aliu Ecclefiasticu scrò ptoribus explessi.

deant, arrogantem audaciam concipiunt, & con-

tendédi studio res nouas moliuntur. At si id quod æquum est consequentur, ad moderatione se dat, F

## CAPYT XIII.

& sorte sua contenti sunt.

Vnomium, quod diximus, eadé cum Aetio sentire, negari non potest. Nam & ipse Aetium præceptorem iactat, & id in scriptis ipse suis aper-tè testatur. Apollinarim verò etiam

acculans Gregorius Nazanzi epilcopus, in epiltola quadam ad Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsidem, hæc scribit. Et detrimentum quidem nostrum, quod in + sinu nostro foue- " mus, Eunomius minimè eo quòd alicuius nominis sit, cotentus est: verùm nisi omnes vnà secum in perniciem pertrahat, ia cură id esse iudicat. Sed enim toleranda hæc quidé sunt. Quod auté in Ec clesiæ calamitatibus censeo longè gratissimum, Apollinaristarum est + impunitas. Quos nescio

Sozom.lib.6 cap. 27.

Greg. Nazä zeni epi#.ad Nettarium epm Constă tinopolitanii pars,qua Apollinaris ha resino redarguit. † hxilæise

† Wojensia

Digitized by Google

Carnina eco elofiafica Alicaris. † <del>17519-</del>/4

pm8- i du-

pelor kiene hardis damb Canfactor Mplinarie goog de Ec-clejia defiina ris, 🕁 batefim fram ins Apolinari

nzio Ladi-Mafi excessnicat m. d Apollinarie iciβinm.

D

Apolliva -

vspials. \* lzί μιτα. 501×1654 TAG φύιτως μῶν \* μι lais]n. Tir.

ru berefit.

† Legëdii in simplime, p சயமை வடிட் \_ ד עונים יש avissum ind συγκρί ματος d BILLEGOV, JUXE; TI KOL *вы́µат*⊕- ка TR T ENDES. 201/00 20TLe} AUTIN BYTON. Que res berefebre hifee obstitere.

Theodosi na barctices ab housing frequetis in so. los locos pferi Vulgue imperitum ∫m Clarie mone rum fide est C sezvatum.

Theodoret. lib.4 cs.10.

A quomo sanctitas tua negligit, concionadi conuen rúsque cogendi licentia æqua nobifcum potesta-" te & dignitate sibi ip si vsurpates. Tu quidem, qui per omnia prorsus iuxta Dei gratia, in diuinis eru-« ditus es mysteriis, non tantum quæ ad patrociniū " & defentionem Dei verbi spectant, sed ea etiá que ab hæreticis aduersus saniorem sidem excogitata " lunt, tenes. Attamen no importunum fuerit, à te- nuitate mea magnificentiam tuam audire aliquid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnem hære-" tică improbitatem longe superat. Asseuerat enim, a carnem † iuxta salutis nostræ administrationem, ab vnigenito filio \* naturæ nostræ transmutádæ gratie, † no aduéticia suscepta esse, sed à principio a carnalem illam natură în filio fuisse. Atque perpe-« ram acceptum dictum quodda Euangelicum,tan-« qua testimonium tanta absurditati prætendit, dicens : Nemo ascédit in cœlum, nisi qui è cœlo de-« scendit filius hominis. Ita vt priusqua descenderit, iple filius hominis fuerit: & descenderit, suam illa a deferens carnem, quam in coelo habuerit ante se-Greco suve. B cularem & + consubstantiatam. Et rursus Apo n stolică aliam profert vocem: Secudum hominem a è cœlo este. Deinde instituit hominem illum qui è « cœlo venerit,mentem non habere, sed diuinitaté « vnigeniti naturā mētis adimplere, vt quæ + pars e terria humanæ coagmentationis sit facta, anima « & corpore humanitus circa ca existentibus, mente illis decollante, & verbo Dei locum eius obti-" nente. Atque equidem nodum hoc grave est spea ctaculum.verùm illud omnium longè grauissimű quod ipsum vnigenitum Deum, iudicem omniu, a autorem & ducem vitæ,& vastorem mortis,mor " talem instituit : ita vr passionem ille in divinitate " sua susceperit,&s triduana illa mortificatione cor poris, simul etiá ea cu corpore comortua, & sicà a patre rursum resuscitata sit. Reliqua quæ impor « tunitati tantæ ille adiicit, longum eslet recensere. Opiniones sanè Apollinaris & Eunomij quales fuerint, ex iis quæ dicta funt, quilibet cognoscet. Et vt facilis coniectura est, permultos illi ab eccle sia vniuersali in eorum sententiam pertraxissent, nisi Basilium & Gregorium Cappadoces aduersarios inuenissent, qui ex professo multa aduersus eos scripsere. Theodosij præterea, quod paulo post sequatum est, imperium, conatus corum repressit . nam duces iplos hæresium, ex frequentibus & populofis orbis partibus in folos locos relegauit. Obstitere etiä insuper illis eius ætatis mo nachi. Mordicus nanque Nicæna retinuere decre ta, qui in Syria & Cappadocia, finitimisque locis monasticam sunt philosophati. Et regio ca quæ à Cilicia ad Phœniciam vique tendit, ne in hæresim Apollinaris transiret, periclitabatur. Ab Eu-

nomio autem ne inficerentur populi à Cilicia &

monte Tauro, ad Hellespontum & Constantino-

polim víque, metus erat. Non difficile enim vtri-

que erat, finitimis quoque corum, apud quos ver-

sabatur, vt sententiam suam sequerentur, persua-

dere . Idem sanè & Arianis contigit. Vulgus enim monachorum, quos recessimus, virtutem & opera admiratum, quum ipsos reces sentire credidit,

tum aliter opinantes propter suspicionem impu-

ræ & adulterinæ doctrinæ auersatum est : sicuti

Aegyptij monachos suos sequentes, Arianos pro

hostibus habuere.

A ztate Audzus quoque quidam, & genere & lingua Syrus, fuit nouoru dogmatum inuentor. Que enim ma la dudum parturierat aliquando tan dem peperit. Primùm naque quum

perperam illud intellexisser, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Deum humana esse forma opinatus est, eundémque corporalia membra habere existimauit: sacræ scriptu ræ sententiam non satis assequatus, quæ divini numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere & audire nequeunt, facilius consi lium Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem cam confimilia alia. A Manente enim id mutuatus, coditorem vniuersitatis huius Deum neg; ignem neque tenebras creasse docuit. Verùm hec quidem, & quz cunque sunt eiusmodi, qui factionis eius sunt, celăt. Dicuntur autem à publicis ecclesiæ conuentibus segregari, propterea quòd nó- E nulli pecunia apud nos execrando fœnore locent, nonnulli cu mulieribus extra coniugium confuetudinem habentes impiè viuat Qui verò à talibus rebus sint zlieni, liberè cum gis communicare. At ideo illos suo quodam more ab aliis separatos viuere constat, quòd dogmatum suorum occultent blasphemia & impieratem. Portò ficta hec & assi mulata sanctitas arrogantiz est plena, quz scilicet à doctrina Pharisxorum prouenerit. Nam & illi animarum simul & corporum medicum accusarunt, ad lanctos Apostolos dicentes: Cur cum pu blicanis & peccatoribus cibum sumit magister ve ster? Et per propheram de talibus hominibus dicir Deus : Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste " fumus furoris mei est. Sedenim amentia istorum " refellere, temporis istius non est. Proinde ad reli- " qua commemoranda progrediamur. Eode rempore etiam a Massalianorum pullulauit haresis b. luxiras, hoc est precatores, hos cognominant, qui eam vocem in Græcum trástulere sermonem. Ha bent autem aliud quoq; cognomen, ex re ipfa natum Messasai enim, hoc est numine afflati nomi- F nantur, dæmone quopiam vim in eis sua exercente:quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opinantur. Qui verò in hoc vitio perfecti sunt, manuum opus omne & laborem perinde atque improbitatem auersantur. Itaque somno dediti, som niorum visiones & phantasias, prophetiam vocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Simeones, atque præterea alij. Qui quidem se ab ecclesiastica communio. ne non abstinuerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse diuinam escam dicentes. De qua Dominus CHRISTVS inquit: Qui mandu-

fedulò conantur,& eundem etiam conuicti impu denter pernegant : popularésque suos ea quæ ipsi

in animis suis circumferunt, celant. Latoius sanè Melitinensem gubernans ecclesiam, vir diuino ar

dore spectatus, quum multa monasteria, seu po-

tius prædonum speluncas contagione morbi e-

ius corripi videret, eas incendit, & lupos ab o-

· uium grege depulit. Itidem & præclarissimus ille

Authroj morphis barefis. Selfatores eim Andiani delid. And wi.C.de ba -18.0 M4mich.

Haretici ifti fub prate KIU JENETIO ru fanctiorif q; risadific me ab eccla Te fecere

Pharifaica hereticerum faultimenia

a Massalia merm isterm qui & Enchita, sime Enthusiasta diction, man 610 fit.l. A-Tiani. Yt Sup. b Harefis Massaliane rum, que lulant' 🗭 gi-Doeimai.

Harefis eine dutares.

Cimm eachariftia cat meam carnem, & bibit meum sanguinem, vibereio isti in adiaphouet in æternum.Morbum autem eum supprimere " ru pojv<del>aris</del>,

> Latoias Me litinensis epi Scopus d.moexufii,

Amphilochs A Maropolita of Lytaonia ofle promb tis fua expulit.

lit.
Flanianee
Antischemee
arte quadă
feita istinee
arcava in lu
cem pduxit
† dănanit.
† tòs xarryt
pes creopou
riip, neitroe
pistudes.
Adolphicas
Luthnfiafta.

† Quillie presbat. Improba baptifasifa- Br tri ruellie.

Adaphim ipicase fect a fua apud Fla nim. indicas \* ip daluera ir irozzo.

tagh hin thilgh tarayan

David.13.
Seralib.4.
64.18.

One ob canfew None?

ab actific

Remans focolons, havefew fed infil

Amphilochius, qui metropolim Lycaoniæ fidei fox creditam rexit, & gente vniuer sam gubernanit, vbi pestem talem eò peruenisse cognonit, eá eiecit: & greges qui ab eo pascebantur, clade ea liberauit. Portò & Flauianus, celebri fama vir, postquam Antiochiæ episcopus est factus,& id genus homines Edessæ versari cognouit, veneno suo fini timos inficiétes, monachoru sodalitate quada ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, & ægtitudinem suam pernegantes ad hunc modum in crimi ne ipso deprehendir. + Accusatores enim eorum falsa per calumnia deferre, & testes médacia proferre dixit. Adelphium autem admodum iam senem + blandè compellans, assidere sibi iussit : Et nos, inquit, ô senex, qui iam vită prope exegimus, certius humanam naturam perspeximus, tum aduersariorum demonum cognouimus molitiones, reipla quoque gratie subministrationem perdidicimus. Iuuenes autem isti, qui harum rerum accuratius nihil intelligunt, sermones spirituales audire non sustinent. Quapropter mihi dicito, quomo do vos perhibetis quum spiritum aduersarium ce dere, tum Spiritus sancti gratia aduenire? Verbis hisce senex demulsus, venenű omne suppressum euomuit:&nullam vtilitatem ex diuino baptismo ad eos qui eo vterentur, peruenire dixit. Solam au tem orationem sedulam 🖈 dæmonem vernaculū eiicere. Vnumquenque enim qui nascatur hominem à primo parente, sicuti naturam, ita dæmonű quoque seruituté trahere. Quibus precatione sedula exactis, deinceps Spiritum sanctu aduenire, prælentiam suam, ita vt sentiatur & conspiciatur, indicantem:corpúsq; ab affectionum seu perpessionum metu liberantem, & animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, vt postea neque abstinentia & iciunio corpus castigante, neque doctrina quæ frenos nobis iniiciat, & composité ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus sanctus obueniret, eum non solum à corporis titillationibus liberari, verumetiam clarè fu tura præuidere, & trinitatem divinam oculis suis cernere. Hoc pacto diuus Flauianus putido effol so fonte, & impio nudato latice, ad infelicem illú senem inquit: † Inueterate dierum malorum, redarguit te os tuum,non ego: & labia tua testimonium perhibuerunt contra te. Et pestis ea in apertum prolata, Syria excessit: & in Pamphyliam comigrans, eam quoque clade impleuit. Atque hæc quidem de absurdis istis & ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tempore Novatiani quoque Phry giam incolentes, Paschæ diem festum mutauere. Id porrò exponam, vbi primùm dixero quamobrem Phryges & Paphlagones,ecclefie eorum tam firmiter retineant sanctiones. Nouatus presbyter propterea ab ecclesia Romana discessit, quòd Cor nelius epilcopus eos ad communionem admiserat, qui in perlequutione ab imperatore Decio excitata, Diis sacrificauerant. Hanc ipsam ob causam segregatus, & à consentientibus sibi episcopis ad episcopatum euectus, omnibus vbique ecclesiis scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificallent, admitterent : led iplos quidem ad pænitentiam cohortarentur, Deo autem veniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet & pollet noxas remittere. Eiulmodi

literas in provincils degentes homines quum ac- D cepissent, sententiam earum & iudicium ad mores suos accommodabant. Vt enim ille significauit, non admittendos esse ad mysteria, + qui post baptilmum peccatum in mortem admissilent : aliis quidem acerba & immanis canonis huiusmodi vità est este sententia: alij autem, quòd iustum & ad vitam morésque corrigendos accommodatum esse censerent decretum, suscepere. De quo quum per quæstionem ambigeretur, aliæ Cornelij episcopi superuenere literæ, gratia delicti etiam illisannunciantes, qui post baptismű peccassent. Ad hunc modum quum vtrique contraria inter se per epistolas scriberent,& quæ dice bant divinarum literarum oraculis obfirmarent, pro moribus quilque luis eam comprobabat lententiam, ad quam antea etia inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere &peccare libenter soliti erat, eiuscemodi veniæ concessione tum acce. pta,per reliquum deinde vitæ tempus ea in delictis omnibus vtebantur.Gens porrò Phrygum po pulis aliis temperatior, moderatiorque esse vide- E tur.Perrarò enim Phryges iurat.Et 🖈 animolitas quidem apud Scythas & Thraces dominatur:libidini & + concupilcentiæ Orientales populi magis inferuiunt: Paphlagonum autem & Phrygum gens ad neutrum rerum istarum propesa est. Ne. que enim ludi \* Circenses, neque spectacula nuc apud eos exhibentur. Quapropter illi, atque item alij eiuldem sententiæ mihi tum assensisse Nouati scriptis videntur. Præcipuum nanque apud illos tanquam piaculum & abominatio est fornicatio. Et sanè Phryges & Paphlagones moderate magis, quàm alias quascunque hæreses, viuere videmus. Eandem caulam esse opinor, eis etiam qui in Occi dentalibus partibus habitant, & Nouati decreto parent. Porrò Nouatus etiamsi propter exactius vitæ genus suam sibi sectam instituit, non ille tamen quicquam de Paschæ festo die mutauit. Sem per nanque, sicuti Occidentales partes facere solitæ erant, & ipse pascha celebrauit. Pascha autem illæ semper agunt iam inde ab initio, ex quo Chri stiani sunt facti, + post æquinoctiú. Hic postmo dum sub Valeriano principe, qui persecutionem F aduersus Christianos concitauerat, martyrio vitã finiit. Qui verò eius nomine in Phrygia cesentur, ab institutis & communione eius quum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoque festum mutarunt 2. Concilio enim in Pa zo vico, vbi b Sangaris amnis fontes sunt, coacto, pauci quidam & obscuri per Phrygiam Nouatianorum epilcopi statuerunt, Iudzorū azyma obser uanda, & cum eis pascha celebrandum esse. Hæc sibi renunciata esse Socrates (qui hoc loco no abhorrere se à Nouatianoru institutis, palam præ se fert) à sene quodam scribit, qui se presbyteri filiu fuisse dixir, quo cu Synodo ei interfuerit. Quum quidem eò non convenerint vel Agelius Costantinopoli Nouatianorum episcopus, vel Maximus Nicææ, vel eriam Nicomediç aut Cotylij (vrbs ea Phrygiæ est nó incelebris) episcopi, à quibus tum maxime Nouatianorum religio est administrata. Hæc sic tum acta. Postea verò Nouatianotum ecclesia propter eam Synodum in partes discessit:

Nonati de-

† Lig Báva Jov ámaptian we weinkites.

Contrarium ei Cornelÿ Roma.episco pi decretum.

Flac ex Soc. excerpta: que Nonatiana haresis secla tore Nicoph. esse censuit.

Phryges mo doraio. \* Supixop.

† luidopunti-

\* www.Se
µlou.

Phryges & 
Papitagones

Nonato de
cretú morth?

fun couenies

receperans.

Tepurpascha tu celebradi in Occidete.

† µιτ` lenµę giap. Nonat<sup>®</sup> mar tyrium obÿt.

a Novatiani Phryges on cocilsalulo pascina cu brandum sla b Apud Liw.fluning ifte Sagarin dicient, de bel lo Macedo. lib. 7. Sezem-lib. 6.6ap. 24. Socra. habis Cotyany.La zondumi ex Suida,Cea. tyei.

E iij

sicuti suo loco dicemus.

CAPYT

Socradib.4. CA.14. CT 15.

Sozo.lib.6. ca2.13.

Endoxing Co stantinopolitanne episcopus moritur. Sufficitur ei ab Ariania Demophilus A Cathelicis Enagri®. Infin VA lemin & ipfe Enagriss, et eius ordinator Eusta-Shins Antiochemus in exi B liu pellicur.

a Byzia arx regu Thracie, à Terci nefaste crimi ne innifa hirundinibus. Plin. lib.4. cap.II. b ArianiCo Stantinopoli Catholicos persequütur.

Ed vt historiá persequamur, eð vnde digressi sumus, renertendú nobis elt. Imperator Valens Có stantinopoli toluens, Antiochia ad Orotem adire properavit. Et Jquum Nicomediam peruenisset,

ibi hac de caula restitit. Eudoxius Arianæ secte epi scopus statim post discessum imperatoris Costan tinopoli vita defunctus fuerat, consulatu Valentiniani & Valétis tertio, quum quidem clauum ecclesiæ Constătinopolitanæannis vndecim rexisset. Eius in locum Ariani surrogarunt Demophilum quendam. Professores autem suessis consubstantialis, commodum se tempus, vt sedem episco palem recuperarent, nactos esse rati, Euagriu suæ factionis presbyterum episcopu designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquando Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ita pridem fuerat renocatus: tum auté Con. stantinopoli privatus latebat, vt sva saltem præsen tia sussis consubstantialis professores confirmaret.Ita factum, vt Ariani persecutionem aduersus nostros renouarent. Ea res postquam est ad princi pem delata, veritus ille ne seditione & tumultu ci uitas tutbaretur, militarem manum Nicomedia Costatinopolim misit, cum madato eiusmodi vt fimul & ordinator & ordinatus comprehenderetur, atque alius aliò exulatú mitteretur. Eustathius igitur a Bizyam, quod Thraciæ oppidum est, Euagrius in locu alium deportatus est. Proinde b Ariani, quod plerique omnes in rebus secundis faciunt, magis magisque efferari, orthodoxos & re-Ctè sentientes admodum vexare, cædere, cotumeliis afficere, in vincula coniicere, pecuniis etiam spoliare, intoleranda omnia aduersus eos facere.

CAPYT XYI.

Cathelici 80. ecclesiaflicos viros precatores ad V alentem mittunt.

Modestus profectus.

Legati isti, Valente in-Łāc, & Modesto curăte, in nauim im positi simt, cúmque es in io mari navt as incen se petierunt.

Orrò quum nostris dura hæc & gra 🤈 uia essent, ad principe precatores mi lete, si quo modo finem erune eius obtinere possent. Cæterum illi opi-

mione sua plurimu sunt falsi, vt qui iustitiam se ab iniusto impetraturos esse sperauerint. Quum nanque delecti ex ecclesiastico ordine octogiata viri, quibus præfuit Vrbasus, Theodorus, & Menedemus, Nicomedia venissent, preces imperatori obtulisset, & de vi tata quiritati essent indignatus ille, in præsentia quide ira pressit: deinde autem clam Modesto præfecto præcepir, vt comprehensos cos necarer. Supplicij eius modus, quia nouus & infolens prorfus fuit, posterita tis memoriæ est mandatus. Præfectus, si viros reli giosos, qui nihil commisssent, propalam perimerer,ne seditio invulgo oriretur, veritus est:quapro pter cos se in exilium missurum este assimulauit. In qua illi fententia magnis animis acquieuere.Ille nauim cos, veluti solu exilij causa versuros, con scedere iussit: & nautis præcepit, vt in medio ma ri nauem incenderent, ve quum co modo illi interiissent, sepulchti cura carerent. Ventum est in

sinum mediu, + qui Astacenus vocatur: ibi nau- D tæ imperata fecerűt. Nam ipfi scapha, quæ nauem sequebatur, coscensa, nauigium in quo viri illi ve. hebantur, incenderunt. Vehementius tum subsolanus ventus flabat, & proinde nauis eo citius flámam concepit. Durauit ea vique ad locum Bithyniz, qui Dacides nuncupatur, ibíque vnà cum piis illis hominibus in littore est absumpta. Sedenim factum tam truculentum vindictaest prosequuta. Fames siquide repente tanta est in Phrygia orta,vt necessariò incolæ patriam, \* relinquerent, & Constátinopolim se atq; ad alias diuersas prouincias conferrent.

† Constantinopoli auté Ariani plures pies catholicésque profbyteros naui, in qua nullum erat inftrumentum nauticum, in runt : eamq; pelago ventu vndisque temerè forendam commiferant. Deinde populares quosdam suos in nanigio alio summifere, qui igné illi inigerent. Sie fancti illi viri cum igne & aqua curstict autes, po stremo i mari submersi mareyry corona receperit. I heod, li. 4. 5. 24.

\* Constantinopolim Socrates scribit frequentissimam multitudinem alere, propterea quod mare ei omne genus commeatus suppe ditet : & prateres quem opus fit, Enxino Ponto ingens framenti co E pia eò subuchatur lib. 4.cap.16.

#### CAPPT XVII.



Vum verò multa nobis de Basi-lio magno & Gregorio theologo dicenda sint, operæprecium facturum me esse putaui, si pau-ca quæda de arctissima, quæ tan tis viris inter se suit amicitia &

coniunctione, præmitterem. Quod sanè non rectius certiusque fecero, quam si Gregorij ipsius ea de re verba protulero, quæ in ea oratione sunt, quam is de Basilio sunebrem conscripsit. Tempore,inquit, procedente, vbi alter alteri mutuum amorem (factu id Athenis, vbi simul vterque lite... » ris operam nauauit)indicauit,affectionemq; eam » philosophiæ gratia conceptam esse constitit, tum » alter alteri factus est omnia. Sub vno viximus te- » do contubernales, & arcta inter nos deuinci » coniunctione idem spectauimus: & alter alteri a- » nimum flagrantem & costantem præstitit.Corpo F rum nanque necessitudo, quoniam rerum fluxa- " rum est, haud aliter quamverni flores, interit. Ne- so que enim materia igne cólumpta, flamma durat, " sed vnà cum re cremata euanescit: neque charitas " vbi fomitis ardor emarcuit, consistit. Diuinus au- " tem & pudicus amor, quando quidem rei firmç & 🗩 stabilis est, propterea solet esse costantior. Et quã- 🐱 to magis amantes rei defideratæ pulchritudinem " considerant, tanto inter se coniunguntur magis. .. Hec amicitiæ nostræ lex erat. Atq. quum ad hunc " modum inter nos animati effemus, & tales firmo 💂 thalamo, vt Pindarus inquit, anreas colunas fub- " struxissemus, ita deinceps processimus. Deo simul " & desiderio mutuo opitulatoribo vsi. Sed quomo " fine lachrymis necessitudinis tantæ recorder? Ea- ... dem erat nobis rei muidtosissima, doctrina scilicet, spes proposita. Sed inuidia absuit, amulatio autem virunque exercuit : & certamen nobis erat non vter noftrum primas ferret, verum yter alteri eas concederet. Alter enim alterius landem 💂 & gloriam pro sua habebat.Et in vtroque visa est 🦼

Secrete: ma. male effe dicis

Fame men ma in Phry gid

Palchrif exi rittatu 🗸 pietatu fisdys incum-

De atifi

Gregory Na

Egregill par

ma Bafilij Mogni &

Digitized by Google

33I

erzéd M.

Sodales Bafi 30 ly & Grego 20

raxim çãos pstalabily, i as केरांड मध्य

Athena (8 tegione idolo latria eu mibil mecmere.

Gregorius ∫e Ba tatis & piecurfu comfe -

A anima vna duo circumferre corpora. Quod si cre ziralisz. .. dendum non est dicentibus, + omnia in omnibus esse sita:at nobis id saltem credatur, alterum in altero situm fuisse, & alterum ab altero pependisse. Vtrique opus vnum propositum suit, virtus ipsa, & vt vitam omnem ad spem futura dirigeremus, & prius inde animo transferremur qu'am corpore excederemus:ad quod spectantes, vitam & actionem omnem nostram ita instituimus, vt nos man datum dininú duceret, & alter alterum ad virtuté acueret aque excitaret. Et si no insolés hoc verbu esset, regulam & amussim, quibus quæ reca sunt, quavie minus, explorantur, alterum alteri fuisse di cerem. Sodalibus nos coniunximus non impudicissimis, sed modestissimis: non contentiosisimis, sed pacificis maxime, & quibus cum esse vtilissimum est. quòd sciremus, facilius vitia contagione contrahi, quam virtutem cum aliis commu nicari. Quandoquidem & morbus in alios citius, quam valetudo transfertur.Disciplinas non iucudissimas magis quam honestissimas consectati su mus. Nam per eas vel ad virtutem, vel ad vitia effinguntur adolescentes. Duz autem nobis erát no tæ viæ:altera prior & honestior, altera posterior, & non eiusdem momenti:illa ad sacra templa, & qui in eis sunt doctores, hæc ad profanos magistros ducens. Reliquas, insistere eis volentibus reliquimus, videlicet dies festos, theatra, spectacula, conventus publicos, convivia. Nihil enim admirandum & præclarum esse duco, quod ad virtute non conducatineque eos qui studio eius tenétur, meliores reddat. Atque aliis quidem alia funt, vel à patre accepta, vel domo ex quotidianis studiis& actionibus repottata cognomina: nobis verò ingens momentum fuit & nomen, vt Christiani & essemus, & nominaremur. Athenæ equidem aliis non parum, quantum ad animos pertiner, nocent. Nam id non frustra pij opinantur, quòd plus illæ quàm reliquaGræcia idolis abundant.Et profectò difficile est, non simul aliquem transuersum rapi ab illorum laudatoribus & patronis. Nobis verò qui animis probè munitis atq; instructi essemus, nullum ab illis obvenit detrimentum. Quin è diuerso potius, quod quidem dictu mirabile est, ea ex re magis etiam in fide fumus confirmati, propterea quod errorem & impuritatem eorum cognouerimus:ibi dæmones despicietes, vbi dæmones sunt in admiratione. Et si quis est aut creditur esse fluuius, qui per salsuginem amaram maris dul cedinem suam retinens fluit:aut animans aliqua, quæin igne, à quo omnia cossumenter, subsilit : id nos inter æquales omnes profectò fuim9. Et quod pulcherrimum est, sodalitas quædam nobiscu non ignobilis fuit, quæ ab illo tanquam duce instituebatur atque regebatur, eisdem nobiscum studiis gaudens. Quamuis pedites, iuxta Lydium currum, illius scilicet cursum & morem curreremus. Vnde celebritas quædam nobis contigit apud magistros & commilitones nostros, præterea verò in Græcia omni, apud eos maxime qui in ea præcipuè clari sunt. Quin iam fama quoq; nominis nostri vltra Græciæ fines, sicuti hoc multoru sermone ferebatur, processit. Tanta nanque praceptorum nostrorum,quanta Athenarum: & tanta nostra, quanta præceptorum laus fuit. Arque adeò par amicorum insigne, sicuti fuimus, ita & habiti

fumus: vt nihil simile apud Græcos haberent vel D Orestes & Pylades, vel Molionidæ, Homerici carminis miraculum. Hæc Gregorius de sua & Basilij disciplina & amicitia, quam etiam quum scripta pleraque, tum epistolæ eorum magis declarant. Hos sand viros si quis inter se conferre, vitamque, mores & virtuté corum exponere velit, alterū alteri præferre addubitabit. Fuir enim inter eos, & vitæ sanctioris, & profanæ simul sacreque do ctinæ concertatio. Nam adolescentes adhuc, Athenis Himerij & Prohæresij, qui tum inter sophistas præcipui erant, deinde etiam Antiochiæ in Syria Libanij auditores & discipuli artem rethoricam fumme perdidicerunt. Et quum, quod ad philosophiæ studiavalde appositi essent, quidam eos ad lu dos aperiendos,& sophisticam vitam complectédam, alij autem ad causas in foro agendas cohortarentur, studio veroque contempto, solitariam sunt vitam secuti. Itaque postquam in philosophi cis literis satis versati crant, ex Origenis, & alioru qui illum vel precesserant, vel consequuti fuerant, libris, sacrarum literarum sententiam addidicerüt. E Magna enim tum orbe toto Origenis gloria fuit. In eius libris quu se exercuissent. Arianis strenuè restiterut. Et quia illi autoritates & testimonia ex Origenis scriptis ad dogma suum comprobadum afterebant, ipsi cos refellerunt, non satis Origenis sententiam assequutos esse ostendetes. Apud mul tos quidem tum Ariani, atque Eunomius & ipse Arianisans, in magno fuere precio. At illi postquă cum Gregorio & Basilio vel scriptis vel disputationibus sunt congressi, indocti prorsus esse comperti sunt. Basilius à Meletio Antiochiæ episcopo diaconus creatus,postea patriæ suæ Cæsareæ Cap padocum antistes sactus, cum cura & side ecclesiis præfuit. Veritus enim ne res Arianorum nouæ Ponti etiam ditiones occuparent, celeriter ad eas partes percurrit, atque monachorum ibi +exercitia instituens,& plerosque sacra doctrina erudiés, in fide etiă fluctuantes confirmauit. Gregorio autem, qui Nazanzi mediocri Cappadociæ oppido, patri suo in episcopatu successit, idem studiu fuir. Circumiens enim & iple oppida pleraque,eos qui in religione imbecilli erant, confortavit. Potisi- F mum verò Constantinopolim frequetius visens, sententia sue suffragatores in doctrina confirmauit: & postea in eam vrbem legitime euocatus, administrationem ecclesiæ ibi mukorum episcoporum concursu & suffragio suscepit. Quod nisi diuina gratia, vt is eò veniret, procurasset, quod expulsis omnibus, neque episcopus neque ecclesia ibi esset, periculum certè & metus ferè fuisset, ne deinde Nicznz fidei doctrinz Constantinopoli locus deesset. Sed hac de re postea suo loco dica. In præsentia historiam de Basilio persequar.

# CAPYT XYIII.



V lebio,qui ante Balilium eccleliç Cælariensis gubernator fuit, dissi dium quoddam cum Basilio eriā. num diacono intercessit. Fuit autem Eufebius quum aliis in rebus vir magnus, tum certaminibus &

periculis pro pietate fubeŭdis maximè fpectatus. Id quod eius temporis persecutio declarauit. Dis-E iiij

649.I4.

Praceptores Bafily & Gregory is artib.dicēdi.

I idem vit am onasticam funt sequuti.

Origenem le

Arianos re futarunt. Socrates cod. ca. 26.

Basili" presbyter, or pe stea opiscopo.

Grezorim Nazăzi patri∬iù m ceffor.

Gregorius episcopus Co stantinopolitanu ciecto,

Inter Eufebium epilcopum Cafariensem, & Bafilii diaconum, di Gidium intercesit.

Basilius epi scopo eedens, in Pontum secessit.

Boni viri ĭdignè că rem tulcre.

Ariani in absentis Ba sily exclesias Cappadocia occupare co-

Tempore Ca Sarea adest Basilina.

Eusebin sibi

Ari 1006 repellit. Eusebio succelit.

+ mosmoya-Refore by Aleu τα ίκφοβείν eidμιν . Ad episcomultorum e piscoporii suf fragiu est enectm.Socra Colloquium? Prafecti pra terio 👉 Baſijij. Ad prafe-Eli tribunal Valentu inf sə sistitur.

29 ay in y rough

Christiana in side desen denda constă

sidium autem quum eis intercessisset, Basilius in Pontum secessit, atque ibi cum monachis philosophicè viuentibus fuit. Plebs autem Casariensis, atque in primis qui in ea erant cordatiores, quòd Eusebium suspectum habebant, quasi sugæ causa esset viri tanti, qui virtute & eloquetia aliis clarior esset, eo præcipue tempore quo hæreticorum ingens multitudo circumcursaret, consilium eius re linquendi, & seorsim conventus sibi suos agendi, cœpere. Atq; ita quidem Basilius, ne, quantum in co situm erat, Ecclesiam plurimis tumultibus ab tis qui aliena sentiebant, conturbatam amplius af fligeret, quietam in Ponticis monasteriis agebat vitam. Valens autem, & quz cum eo erat sacra cohors (semper enim illum incitantes episcopi Ariani sequebătur) opportunum se tempus nactos esse dicentes, vt in Cappadocum Cæsarea quod vellet perficerent:propterea quod Basilius secessisset, & populus Eulebij odio ad discessionem spectaret, Nicomedia profecti Cælarcam, tanquam & hanc euersuri, venerunt: atque ibi quæ soliti suerat, peragere sunt conati, videlicet vt recta sentientes ecclessis exigerent, casque Arianis traderent. Cœterùm consilium id frustra fuir. Quamprimum enim hos Cxlaream peruenisse nunciatum est, Basilius monasticis in Ponto scholis vale dicto, Casaream & ipse redit, & Eusebio rebus omnibus aliis posthabitis conciliatur. Quo quidem facto animi sui beneuolentiam maxime ostendit. Et quod in tem pore magno iudicio omnia cum ratione egit, disputationibúsque opportunè est vsus, examé hæreticorum ingens repulit, & ecclesiæ temporibus durissimis profuit. Valens, postquam ei conatus non succelsit, vnà cum episcopis suis Antiochiam concessit:atque inde aliquanto pòst in Cappadociam reuerlus, Basilium, post Eusebij mortem ecclesias administrantem inuenit: quem cum exigere vellet, cœlitus ea in re est impeditus. Alterum nihilominus+ Leonem statim se larua & terriculamento exterriturum esse credens, \* ad Præfecti tribunal eum milit. Ibi Præfectus assistés, eum interrogat, quanam de causa religionem Imperatoris non complecteretur. Atque ille, Quod hoc sic Deus non præcepit, inquit. Et insuper Imperatoris errorem reprehendit, atque i mosso p consubstantiale defendit. Vbi verò ille mortem ei minatus est, Basilius gratia se illi eo nomine habere dixit, quip pe qui dilcedere ex tali rerum statu non grauatè cuperet. Et quum Præfectus amplius eam rem deliberare iuberet:Basilius,Ego quidem, inquit, & hodie & cras idem futurus fum. Vtinam verò tu teiplum non mutalles. Creatura enim quum lim, creaturam adorare, Deúmque elle proliteri, in ani mum non inducam meum. Sed neque religioni vestræ me aggregari sustinebo. Tametsi enim vos clarissimi & non minima orbis pars esse existimamini, me tamen minime decet hominibus gratificari,& propterea fidem in Deum'paruipendere: quam ego mediusfidius proditurus non lum, etiasi mihi bonorum publicationem, & exilium, & aliud quidquam grauium erumnarum, mortémque adeò ipsam mineris. Nihil enim rerum talium mærorem mihi afferre potest. Quod si facultates meas expetis, pannos hosce & cilicia, atque libros

\* Socrates, Basilinus ab imperatore Casarea Antiochiam euscatum, ibi comparnisse, & cansam dixisse scribis lib. 4.sap. 2.6.

paucos qui in mundo meo sunt, si hos inqua ada- D masti, recipe. Sin vt exilij causa solum vertam ma uis, paratus ad id sum. Exul verò quomodo ero, qui semper terram quasi peregrinus pererro, & ad regionem aliam vehementer aspiro: Corpus porrò hoc, vel post primam plagam, sensus omnino expers, & cruciatibus superius prorsus futurum est. Hæcatque his similia alia quum liberrime + Basilius dixisset, consternatus ad viri prudentiam Præfectus, celeriter ad Imperatorem percurrit:eidémque, Basilium constantiorem esse, quam ve à sententia sua suasione deducatur, renunciat. quapropter aut propalàm in eum animaduerteret, aut persuaderi minis illu posse, existimare desineret. Imperator tum quidem quieuit.Quum autem + Epiphaniorum festus dies adesser, cum vniuersa + quam secum habebat) \* phantasia, inaníque & splendida pompa in ecclesiam venit, & a munus fuum ad facram mensam attulit: atq; ibi quòd om nia miro ordine gererétur, ad stuporem delapsus, & totus mutatus, in solum concidisset, nisi quida ex primoribus tunica correpta Imperatoremiam E ruentem retinuisset. Vbi verò sermonem quoque cum viro contulit, magis etiam sapientiam, sacrisque obeundis & concionibus atque conuentibus peragendis dexteriratem, nec no rerum omnium ordinem pulcherrimum admiratus est. Sedenim postea breui aduersatiorum calumniis permotus, 🖈 in exilium eum mittere constituit. 🕒 t iam nox aderat, & currus præparabatur, quum derepentè morb.Imperatoris filium, cui \* Gallo nomé erat, inuadit. Tam vehemens autem & periculosus is erat, vt qui puerum curabant medici insignes, de vita eius desperarent. Valens causam eum impatié tissimè ferens, in solo voluitur, pro filij salute mor tem sibiipsi optat, & insolabiliter luget. Dominica quoque Imperatoris coniunx grauiter affligitur, & horrendis noctu pauoribus territam, atque id propter eam que episcopo illata esset iniuriam, passam se este confirmat. Proinde Basilium starim accersit:eumque, vt iacentem puerum quod poslet adiuuaret, rogat. Iple namque Imperator, propter recetem etiamnum ei factam iniuriam, quidquá ab co petere verebatur.Basilius adest, & puer F meliusculè haber.Imperator nibilominus periculum facturus, ad illum: Si vera, inquit, sunt quæ de Deo doces, precare, & Deum exora, ne mihi filius intereat. At ille: Si idé quod ego credis, morbúmque grassantem ab ecclesiis dispellere constituis,3 omnino puer conualescet. Cœterum quum Valés id se facturum reciperet, & aliter tamen faceret, b puer è vita excessit. Omnes auté asseuerarunt, non periturum fuisse puerum, e nisi Imperator eis qui aliena sentiebant, euocatis, precari eos vnà cum Basilio pro pueri salute insisset : quos etia ve puerum baptizarent, est exhorratus. d Imperator porrò virum veneratione prosequens, prædia quæ ibi habuit pulcherrima, xenonibus seu hospitalibus

† Affuit ifit colloquio Demosthenes quidam, Imperatorio obsomator, qui orbis minersi doctorem carpens, barbarè loquebatur. As Basilius subridens, θε εσοκριεσ, inquis, ηςυ δημοθίνη ἀγεκμματον, hoc est, En Demosthenem quoque illiteratum vidimus. Et quum ille ma gis etiam excandescens, minas prosunderet: Tuum est, Basilius ais, de delicatioribus Instalorum condimentu curam gerere. Divina onim dogmata, qui aures obsuratas habeas, exandire non potes. Theodor, li. 4.049-19.

+ Sugarla A68.25. † 00 Ti WIel abite par-Tasia. V alens ipsis Epiphanus ecclesiam Ba filğ ıngreditur, at que in es ordine reető miratur. 4 Munus of fert eriü quod ANTEPOS hec est Suaipse manu obsulit. Greg. Naz. V alente ad exilum dans matur. \* yardtes. Filim Vale tù in merbi lethalem inci Dominica. Augusta opem Basilÿ,filio Jerna do implorat. Eim advētu paer meliuf culè babes. Bafilies pue THE MOTILE rum in vita manforum effe pollicit me eft, jî baptij-mum secrii à Cathelicie ∫#fcepiffet. Theod 3 Qui anté sd no annue FR I MIDET 4tor: Bafiline, Depuere, im quit, voliteas Domini fics . Sect. b Imperatoritur. c Mottie & CANA.

d Vales præ

zenenib°B.s

dis qua

fi!ÿ donat.

Bafibii pro-Sed exily bello (abferi bere son posian flation discorpie. g Modeft me prefectus que me po obbussian . or depress tion culps internations modefeit. b Description Gregorij.

A eius domibus donauit. Sed rursum à familiaribus expugnatus, virum sanctum ad se acciuit, & vt se aduersariorum factioni adiungeret, horratus est. Postquam autem adamantem permouere suasione no potuit, exulare eum iussit. Et ia exilij libellus scriptus erat:quem vbi manu sua Valens robo rare est conatus, literam nullam exarare potuit, ca lamus nanque statim est confractus. Quod vbi in altero,& etiam tertio,ad scribendum, sicuti couenit, adaptato, itidem vt in primo accidit, & ipse adhuc in scripto impio confirmando perstitit, manus ei suprà quam credi possit concusta, tremore intolerabili est occupata. Proinde animo perculsus, at que pauore plenus, charta correpta, ambab. eam dilacerauit manibus, g Paulò verò post, Præfecto quoque accidisse dicunt, vt morbo circumuentus graui, vbi vindictam supplex est deprecatus,totus conualesceret . Verum quid hæc sunt ad alias viri huius primarias virtutes? qui & factis & doctrina mirificam est consequutus gloriam h: Multa autem pulcherrima scripta vir iste& Gre-B gorius ecclesiæ Christi reliquerunt. Que nisi omnibus ferè nota esse scire, aliquid etiam de eis singillatim dixissem. Horum plurima Rufinus dicitur in latinam linguam transtulisse. Atque hæc de Basilio & Gregorio breuiter sint dicta.

CAPVT XIX.

Abuit antem Basilius fratres, quo

Nijam opi Scopus Bafi ly frater. Scrieta a Ерібория (Index.

Abuit antem Bailius fratres, quo rum vnus Gregorius fuit ecclefie Nyssenz lux & ornamentum:vir secundum fratrem doctrina, moribus & vitæ sanctitate spectatus. Et quanuis is coniugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minimè cessit. Qui Basilio mortuo, Hexaemeron siue sex dierum opus illius adimpleuit: & aduerfus Eunomium & Apol linarim confutationes scripsit. Constantinopoli

quoque in divum Meletium orationem funebré composuit, aliáque insuper plurima opuscula doctrinis & institutionibus plena ecclesia Dei reliquit.Ostendunt autem virum talem cûm alia, tum C pręcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita. Secundus Basilij frater Petrus fuit, qui vnà cum illo vitam monasticam primùm consectatus, deinde vrbem Sebastiam sacroru antistes gubernauit. Tertius Naucratius, qui iuuenis in ascetico instituto defunctus est. Accessit ad hos celebris illa Macrina foror, cui Gregorius libellum de Anima dicauit. Ei, ficuti accepi, hæretici quidă Origenica dogmata iniecerunt. Omnes autem isti propter vitæ integritatem, in numerum sanctoru funt relati:quemadmodum sanè & Gregorij Czfarius frater, & Gorgonia foror. Quoniam autem Gregoriorum nominis similitudine in librorum inscriptionibus discernendis nonnulli errant, scire peropus est, tres suisse Gregorios, in ecclesia Dei præclaros.Ponticum illum, quem diximus Neocæsarea ortum, & reliquis antiquiorem, Origenis discipulum: de quo celebris fama est Athenis, & Berythi, & in provincia Pontica, totóque adeò or be,quem miraculis & do&rina percurrit.Hic Cefarez com Origene fuit, ac deinde ab eo non disce dens, veriorem philosophiam perdidicit. Postea

in patriam reuerfus, primum vt laicus & profanus

multa præclarè egit, dæmones expulit, morbos sa- D nauit, græcæ superstitionis sectatores eloquentia, seu potius prodigiis ad fidei nostræ professionem adduxir.Meminit etiam huius Pamphylus martyr in fuis, quos in Origenem elaborauit, commentariis:in quib. oratio laudatoria Gregorij ad Origenem inserta inuenitur. Tres isti Gregorij, vt breuiter dicam, fuere: is de quo modò memorauimus: &qui à veteribus Nazázenus, à nobis autem quòd tali cognomine dignus sit, Theologus est vocatus: & frater Basilij. Fuit præterea alius Arianus, Athanasij successor, qui+à plebe est reie&us . De his fatis.

CAPVI



Emporibus eildem etiá, qui Iconij ecclesiæ prætuit, enicum egrephilochius: quem amicum egregiè charum habuere <sup>b</sup> Gregorius
& Basilius. Indicant hoc corum
ad illum datæ literæ, maximè ve- E

rò Basilij scriptum de spiritu sancto in triginta capita relatum, & constitutiones: quæ à multis etia Amphilochia vocantur. C De Amphilochio isto permulta tradita sunt consideratione & memoria digna . Fuit enim senex simplex, in quo do Arina & vita ex zquo inter se ita certarent, vt aliquor etiam ediderit libros. Sed enim diuina gra tia aliàs aliter res nostras dispensans & ordinans, incredibili quodam modo mirificum naturæģ; ca ptum excedens, atque nouum in hocviro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in solis locis philosophantem, propter excellentem& vitá& doctri nam eius angelos Deus misir, qui mystica & arcana benedictione & \* episcopali arrogatione eum dignati, + intellectuali modo consecrarunt, & hie rarcham civitatis Iconij renunciarunt. Ad hunc quoque non longo post tempore eligendum atq; ordinandum, in eum locum episcopi conuenere. At vbi ex eo cognouerunt ab angelis Dei consecrationem eum suscepisse, data, de tam sacra & diuina gratia.Deo gloria,vt pontificem Dei, & Euangelij præconem, fideique defensorem, cum F timore reuerenter hominem admifere:& folita fa lutatione atq; osculo ei impertito, ea quæ episcopalis functionis sunt, administrare & exequi permisere. Ea ætate Optimus quoque, & Latoius, epi scopi extitere, viri qui & vita & doctrina acceptă à maioribus diuinam fidem propugnarent. Quorum hic Melitinensi,ille Pisidææ præfuit ecclesiæ. Diuus ctiam Chrysostomus iuuenis etiamnum, præstantem ingenij animíque vim & specimen Antiochiz viuens ostendir.Et 🖈 disciplinam morum admodum confectans, magis magisque in ea proficiebat:nondum ille quidem in episcoporum cooptatus ordiné, sed inter sacras functiones diaconi ministerium adimplens. Cuius quum episto las Basilius & Gregorius viderer, admirati cas sunt. & egregium quiddam in eo iuuene extare perhibuerunt. Sed de Amphilochio & Ioanne, suo loco plura dicemus. Nunc ad impium Valentem progrediamur.

CAPPT XXI.

Socrat, es, co

† Aplebe Suprà li. 9. 64**9** 7.

4 Iconin Licaonia metropolu. b Gregorius sheologue. Gregorius Ariabu.

Amphilochia Bafi-

Is in folis locu ab angelu Deifactuimitiatus & episcopus ordinatus eft. \* 4921194-TILES BIOSEolas. † vocçã8

Optimus Latoiss episcopi. Ioanes Chry fostomus die consu Antiochia. \* ASIKAV dia factaries.

Besilia & Gregorius cina chistolas Jout admi-TASI.

Digitized by Google

Para Soba licufis upifco Bafilij fra ar.Tation infdom fra-Gozzonia fo Gregory Na zanzan C4 ∫arius frater. Tres praclatì Gregory.

Gregorius SEPETOR. phe, boc eft, mirificat.

Valens Orthedoxes per Sequitur. Sozo.co.c.18

Proferibuntur Meletina Amenochewas, Eusebius Samosa tenus, Pelá – gias Landi-† la' autig TŘ: WKÁ-**∕**⊚. Pelogius epi Scopus in com ingio calibi. sposam p so B

Eulebian Sa molatenus cc elesiss passim clero caren tes visitamit. I dem in exilium mocta clam vades, populum fal lie, seditionis vitandegra tis. Theodo. 00.sap.14.

a Oppida al luuntur Epi phania phania & Antiochia, que ad Euphratem vo-Cautur. I tem Zengma72. m passumà Samofatu, transitu En phratis nobi-le.Plin.li.5. c.24. Pulchrum exem plü tienu-Bue x lag. Viatico com prosequütur.

Vum is Antiochiæ, sicuti dixim, diutius moraretur, & ab externis bellis quietus esset, aduersus cos qui suossis consubstatialis sidem qui suessié consubstátialis fidem 

ex finitimis quæ circumcirca sunt ecclesiis, rectæ sententiæ propugnatores eiecit. Aliis quoque eos cladibus affligens, cum varij generis suppliciis sustulit, tum maxime in prætersluentem amnem Orontem coniecit & suffocauit. Et Meletium quidem, egregium de vera pietate certatorem, ex ecclesia deturbatum in exilium misit. Samosatis autem diuinum eiecit Eusebium. Præterea verò vt Laodicea egregio pastore Pelagio orbaretur, &ad viduitatem redigeretur, effecit. Qui adhuc iuuenis, inuitus etiam iugu matrimonij subiit. In ipso verò nuptiali cubiculo, ad + primam cohabitationem sponlæ suæ persuasit, vt castitate consectans, sororis sibi potius pietatem, quam coniugale con suetudinem præstaret. Ac tali quidem pudicitia Pe lagius fuit:quam etiam in eo, relique eius coniun-& weluti sorores virtutes, tanquam in choraa aliqua sunt consecute. Quam ob causam omnium calculis & suffragiis episcopali honore dignus iudicatus est. Verùm tam splendida episcopalis muneris administratio eius, flectere impium Principem non potuit. Illicet hunc ille in Arabiam, Meletium autem in Armeniam, & Eusebium in Thra ciam deportari iussit viros Apostolicis donis relu centes. Eusebius iste antehac quum ecclesias multas vacuas esse pastoribus cognouisset, militis habitus lumpto, & capite episcopali tiara, quam ex pileo confecerat, te&o, Syriam, Phæniciam, & Palestinam peragraueratiordines vacuos in ecclesiis, presbyteris, diaconis, aliis facris ministris supplés. Alicubi etiam episcopos ecclesiis præfecerat, si quos esset nactus, qui cum eo sententiæ eiusdem essent.Quàm præclarum autem fortis & generosi animi ediderit specimen, in Thraciam exulatu ire iussus, nefas esset, si silentio præteriremus. Quum is qui exilij libellum ab Imperatore afferebat, circa crepulculu aduenisser, vt tacitus esset, causamq; aduentus sui premeret, eum admonuit. Si enim, inquit, hoc multitudo resciuerit, ardore emulationis excitata, te quidem illa statim necabit, me auté cædis eius causam dicere oportebit.Hæc vbi dixis set, ad prima facé vnico serulo, qui ceruical tantu & libellu secum ferebat comitatus, solus se in via dedit:atque vbi ad Euphratis ripam venit, qui vrbis eius mœnia præterlabitur, 2 vbi etiam \* transitum habere dicitur, piscatoriam conscendit nauim,& remiges in ripam alteram eum locum ver sus qui Zeugma nominatur, appellere iussit. Atq; ille quidem sic est prosectus. CAt Samosateni re cognita, in lachrymis & luctu esfe, & cofestim traiectus nauigantibus repleri. Vbi verò eum multa parte fluuij emensa sunt consequuti, plorates om nes suadere ei contenderunt, ne lupis oues proderet. Sed postquam multa dicentes, eum in senté tiam fuam abducere non potuerunt , (nam Apostolicum illud dictum eis obiecit, Magistratibus & potestatibus subiecti estote) alius quidem aliud, aurum scilicet & vestem & famulos ei in terram alienam & longinquam proficiscenti obtulit:ipse verò necessariis tantum à familiarissimis quibusq;

acceptis rebus, precatione cos ita vt conuenit mu D . wifer. niuit,& vt doctrinam traditam diligenter & accu ratè retinerent, hortatus est, & sic ad Istrum vsque contendit.llli factum id ægre ferentes, vbi in vrbe funt reuersi, parati erant cum lupis manus conserere. Æquum enim est, vt ardorem & æmulatione quoq; eorum, propter tem honestam & pulchra, exponam. Et profectò iniuriam eis me facere existimarem, si non flagrantem illorum in fide sinceritatem memoriæ posteritatis mandarem. Nam vbi,qui Arij factionis erant, pastoribus ex ecclesiis omnibus expulsis, Samosata quoque pro Eusebio Eunomium quédam adduxerunt, nemo hominum omnium vel pauper, vel locuples, vel iuue nis, vel senex, arque vt simpliciter dicam, nemo prorsus, ita vt in moribus est, ecclesiam est ingressus.lpse verò solus in episcopalibus ædibus versatus est, nemine eum respiciente, aut conueniente: quum quidem vir humanus & modestus fuisse di ctus sit. Quod inde satis patet. quum enim in publicum venisset balneum, & famuli fores lauacri clausissent, vbi pro foribus stare plurimos cogno- E uit, ministris, vt eas recluderent, præcepit: atque vt communiter & liberè, qui vellent, lauatione vterentur, illos admonuit. quod itidem in interiori conclaui fecit. Atque vbi nonnulli ingressi eum circumsteterunt, vt vnà cum eo in calidis aquis lauarent, eos est cohortatus. Cœterum quum illi sic stantes tacerent, honorem statione eiusmodi haberi sibi ratus, celeriter aquas calidas reliquit, & abiit. At illi aquas eius piaculum hæresis contraxisse existimantes, per cuniculos cas emiserunt, atq; aliis immissis lauarunt. Id verò postquam Eunomius cognouit, statim vrbe relicta, domum est reuersus:stultum esse ratus, in ea mancre vrbe, quæ publico & communi in eum flagraret odio. Atq; ita ille quidem sua sponte Samosatis discessit. Ariani autem alium eò misere, Lucium nomine, lupum reuera, non pastorem. At oues tametsi pasto rem non haberent: quæ tamen pastorum sunt, fidei dogma sartum tectum conservantes, secere. Portò quantum Samosatenorum & in hunc odiù fuerit, inde liquebit. Pueri quidam pilam inter se impellentes in foro ludebant, & Lucius præteri- F bat. Accidit autem, vt pila ex cuiusdam pueri manibus excidens, per mulæcius qua Lucius vehebat, pedes volueretur. Atque illi vlulatum ingentem edidere piaculo pilam repletam esse opinati. Lucius clamorem eum non intelligens, ex acoluthis seu comitibus quédam paulisper ibi manere, & rem ipsam perspicere iussit. Et ecce pueri per ac censum ignem, lustrare ita piaculum volentes, pilam iecerunt. Puerile hoc quidem fortasse, satis tamen idoneum, quod demonstret, quam constans ciuitas ea odium erga eos habuerit, qui fidei doctrinam deprauare ausi fuissent. Sed enim Lucius non eo quo Eunomius fuit animo. Verum suassonibus suis apud magistratus tantum effecit, vt è sacro ordine multos quidem vrbe exigerent:quiverò ei vehementius resisterent, longius etiam abigerét.d Sic Euolcius ille diaconus Oasim deportatus: Antiochus autem presbyter, & magni Eusebij cognatione clarus (+ fororis enim eius filius fuir) permultis primariis virtutibus pollens, ad quasda vltimas Armeniæ oras in exilium missus est. Vbi verò diuinus Eufebius , post multa pro vera pieta-

b Confequi. tur Samofa. teni Enfebiñ fed two m

> opiscopii, wum fibi obtrofum at respicient, p. pter catholica fidei zelä.

vir perb

Cum es in thermis Samolateni lamare nolume.

Eusomine Swa SposeSamofatu disce dis. Lucius stide Arianas Eunomio Sa क्यां क्यां cedit, Commune d nium om niti in hone queque odiù, pae ti pila luden tes oftendist. Theed.co.ca. 15. Lustratio pile piaculo contamina-Lucio procu-Arato clerica multi vrbe pellantar. ἀδιλφιδες. Eulebina marigrio de functur. Et in Episco pata San Satemo Swffelim Antio ches,ex forerecins mepo L Pags Ps phylic oppidum.Mels. d Euolcius diaconus, 🕁 Antiochus presbyter p feribuntur .

\* ap Bala

Barfa Edef-

n, que

sei episcopi ecilum, qu

ta folsor ver

ter of soa-

There was

Arada

l'hanici a

16.

B

A te obita certamina, postremò etiam martyrij rece pit coronam: provinciales conventu coacto, cui etiam Iouianus, qui Pergensis episcopus, breui tépore Arianam sequutus fuerat religionem, interfuit, Antiochum in locu 🖈 auunculi communibus suffragiis surrogarunt. Atque is vbi ad sacram me sam accessit, &vt mos est, inclinatus in genua magna vi procidit, conuerlus, quonia Iouianum dextram capiti suo imponentem conspexit, suffragiú illius reiecit, & reliquis quoque electoribus suis re stitit, dicens. e Nequaquam se eius dextræ consecrationem seu ordinationem suscepturum, quæ per blasphemias divina suscepisset mysteria. Sed hæc longè post sunt facta. Eo verò tempore in interiorem Armeniam concessir. Divus autem Eusebius ad Istrum vitam egit, Gotthis tum Thraciam percurrentibus, & vrbes eius vastantibus: quemadmodum ipse scripto quodam suo testatus est.

# CAPYT XXII.



Orrò Barsen Edessenorum episcopum, cuius ingens est gloria in Phænicia, Aegypto & Thebaide, siquidem has peragrans virtutis sue splendore illustravit, vt insula Aradum incoleret, Vadamania Oussiam varà Angstolicis de

lens condemnauit. Quoniam verò Apostolicis do nis clarus, doctrinz suz luce multitudinem ad se pertrahebat, & morbos quos medici curari posse desperauerant, sanabat, in Ægyptiam inde vrbem quandam Oxyrynchon nomine est deportatus. V bi verò &ibi virtutis gloria animos omnium in se conuertit, in extremos quosdam fines à quibus no longè barbari aberant (Philo locus is nominatur) translatus est, quum quidem cœlesti domicilio esser dignus.Etiam nunc in Arado lectulum esse dicunt,quem plurimo honore Deus lit dignatus , 🏚 zgroti multi in eum repositi kvaletudinem per si dem recuperent. Verum enimuerò quæ Edellæ etiam crudeliter Valens egerit, filentio ea mandare non licet, Quum nang, Barlen, quem diximus, C à grege suo exclusisset, Lycum pro eo substituit. quam rem quia multitudo ægrè tulit, & communioné eius respuit, relicta vrbe omnes extra eius mænia conuentus egere. Erat autem ibi Thomæ apostoli insigne precatorium, quod videre volens Valens, vnà cum præfecto Modesto, quos da prius cum mandato eò misit, vt multitudinem ibi congregatam, armatorum quos secum ducebat opera dissiparent, baculis & clauis eam pulsantes: si verò opus esser, gladios quoque adhibentes. Præfectus imperata facere,& clàm Edellenis denunciare, ne postridie more suo in loco eo conuenirent. Mandatum enim ab Imperatore esse, vt in eos qui ibi deprehensi essent, grauiter animaduerteretur. Præ fectus sane, quamuis diversæ sententiæ & religionis, ad eum modum illis est minatus: vel quòd neminé aut paucos certè periclitari vellet, vel quòd fortalle Imperatorem grauiter indignantem opera sua vei noller. bEdesseni verò minarum denunciationem paruipendentes, vnà cum diluculo alacriorib. etiam quam antea animis in locum designatum conuenere, & solita sacra sua peregere. Quod vbi Modesto est indicatum, quum quod fa-

ceret non haberet, consilij inops, quam celerrime D tur, nihilomi militari manu contracta, per forum ad campum eum contendit:c & in mulierculam incidit, manu puellum raptantem, palliúmque sic temere & incomposite, contrà quam sominam decet, trahentem, atque adeò militarem ductorum phalagem, perinde atque ad rem magni momenti properaret,+ rumpentem. Eam iullu luo comprehenlam, cuiusnam rei gratia tantopere festinaret? interrogat. Tum illa. in campum eum, inquit, in quo veræ pietatis cultores sunt congregati. Noui enim, & certò noui vestrum quod struitis consiliu: & propterea eò venire propero, d vt æqualia cum illis co sequar præmia, ne scilicet cursu intermisso tardius vadens, gloria quæ à Deo est, excidam. Puerum au tem(præfectus subinfert)quid ita tecum ducis? Et rursum illa:Vt & ipse,ait, post afflictionem & erumnam toleratam, honoris eius particeps fiat. Ille animo ad tam generosam fortitudinem mulieris consternatus, vbi ex eius vnius aliorum omnium coniecisset alacritatem, ad Imperialem domum reversus, Imperatori rem omnem indicauit,&vt à consilio cœptoque suo desisteret suasit: E turpem & aduersam dicens ex tali sacto consecuturam famam, atque Edessenorum nihilo magis alacritatem extinctum iri. Verbis hisce innumerá multitudinem præfectus conservavir. At imperator vbi illum contumeliosis vocibus proscidit, pu gno etiam cecidir: multitudinis nibilominus duces comprehesos cogi præcepit, vt per optionem vel cum Lyco seu lupo, & non pastore, communicarent:vel citra moram vrbe excederent, atque ad vltimas oras exulatum irent.

#### CAPYT XX111.

Orrò vbi præfectus illos omnes con gregasser, Imperatoris mandata in medium protulit, lepibus vtens verbis,stolidumque esse dicens,eos tam

paucos & imbecilles homines contra Imperatorem tantum, & tot populis imperan tem niti.Illi autem taciti omnes constitere, in ducem suum (Eulogius is erat, vir vita simul & do- p Arina condignam laudem consecutus)respectantes. Ad hunc igitur Modestus conversus: Quid ita tandem, inquit, ô senex non respondes? Atqui, respondit ille, responso nihil opus esse, qui interrogatus non eslem, putaui. Rursum præfectus: Multa certè ad vos, quæ vtilia vobis essent, exponés, verba feci. Tum Eulogius: Illa quidem ad vniuersos sunt dicta. Ego autem ineptum esse existimavi, si multis reiectis, ipse responderem. Quòd si me solum percunctatus fueris, ilicò tibi fententiam meã exponam.Ibi præfectus:Ergo vt cum Imperatore tibi communio sit, facito. Eulogius verò magna cum gratia facetè admodú arridens:Proficitenim, inquit, & vnà cum imperio episcopatum quoque fortitus est. Verum ille ironicum & amarulentum dicum sentiens, grauiter id tulit. & iachis in senem conviciis, ad alia hec insuper addidit: Non hoc dixi,attonite & stulte : sed communicate te debere, cum quibus ille præcipit, episcopis. At ego, inquit, & senex sum, & pastoris non expers: cuius vocem vt germanam intelligo,& doctrinam fequor , ne\_ que mihi tam perniciosa & pestifera herba opus,

nus in prope Sito suo perse merant. c Ad connë liercula cum puero, Modesto vidése, properat. d Animas enim divina amulatione Succensus, bu cabit metum sed terricula menta om nia pro riju habet . cy ludicro.Theod. li.4.cap,26. e Admiran dus eius fæmina adma tyrium obeñ . dum ardór. Magnanimitate ea Modest<sup>v</sup> adductus, tinpe ratori, ye multitudini ingenti parcat, vix perswadet. f Vales mul titudinis eius duces projero Ledos censer.

> Modest #8 Imperatoris adat nom plebi expo-Plebs tacet, ve Prapofiti ei responderet,expectas. Colloquium Modefti 😝 Eniozy.

> a Scitè distit agoopied the Egn xoù pità THE BASINERS now + icpatore RLENIPOTAL. Afud Theodorit di El um hoc per inser rogationem effertur: An cum imperio epifcopatumo ettam imiit? L 4.ca.18.

Adletalö ries in Arelo miracu la edita. Barfa Succes for Lyrus. Lyci odio Edesferi extra mænis comos ecclefraftices a-Templom di mThoma opod Bágjá. The house I is THE WISLUS Kiercha. Me ,Ly ens propriés Te bas loco mi progl. e lapas Gracu diciin, or fic op pellatina no-. Das fuerit. b Bileffens à Modesto pra aiti, ne extra vrbem tentus d-

ndi gratia

progrederes-

b Ex Casho titudine ofto ginta primeres in Thraesans depor -6 Magn honor cu in via exhibe-\* à 436v@4 des in Bass -V4016 263-TSULV. d Itaque inf Su Valentis Seinneti no dinersas orbu partes pro Scribuntur. Tripart. li.7 cap.33. Infrà U.22. cap.s. e Eulogius O Protogenes Aminonem delati \* Al. An f Ibi Chri-Risminan anter pagamos propaga suri, Enligio monalticam PHAM colis. g Protogenes ludi mazıftrü ogii.

h Protogenes
pucrum moriturum restitutum Alins quoque
agros sanat
O baptizat.

V alentes an tem ad Enlo gium bapti-Zandes adde Predarum Protogenu vaba,Preftat peccasores ad Chriftwm per do-Arinam & rum admini frationem wertere, quam contimus contépla tioni & orationi incuma Protogenes primas Eulo gio tribuit. B Reversiab

ginta ex eis qui multitudinis essent velut columnæ, comprehensos in Thraciam relegauit. Atque illi vincti circumeutes, benigne à multis sunt curati. Vici enim & ciuitates eis obuiam progredientes, tanquam veræ pietatis defensoribus debitum præstiterunt honorem. Porrò inuidia nunquam non in \* aulis Principum stipendia faciens, ad Im peratorem mox procurrit,&multorum honorum causam esse dixit, quòd condemnatis imperaretur exilium.d Imperator re cognita, disgregari eos, & binos partim in Thraciam, partim in Arabiam, quosdam in Thebaiden, arque alios aliò in oppida dispergi iussit. Si qui etia inter eos fratres estent, distungi curauit. Eulogius sanè, & Protogenes, qui secundas ab illo ferebat, \* Antinonem Thebæorum oppidum deportati sunt. Quanta autem illorum virtus fuerit, illud indicabit. Quum nang; sententiæ suæ episcopum ibi reperissent, communicare cœperunt, & ecclesiasticos conventus egerunt. Porrò cum pauci valde ad eos conuenirent, & caulam eius rei esse comperirent, quòd Græcæ superstitionis studiosi oppidani essent: vbi pro eo atque decet, errorem eum eluxissent, non cessandum sibi esse, vsque dum ipsi pectora sua plangerent, duxerunt : sed ita vt par erat, illorum quoque medicinæ & salutis curam gesserunt. Et Eulogius quidem in domunculam quandam se ipsum abdidit, ibique tacitus vixit, rerum vniversarum deum precibus exorans. Protogenes autem facras literas edoctus,& in scribendi arte valde exercitatus, 8 lu dum literarium aperuit, commodo scholæ puerilis loco inuento. In ea & pulchrè & celeriter adolescentulos scribere, & sacra docuit oracula, ita ve illi Dauidica carmina, & alia Apostolicæ doctrinæ cosona addiscerent. Quum autem ex pueris vnus morbo confecus, in expectatione mortis effet, h Protogenes in domum vbi is iacebat, venit, & ma nus contrectatione ægritudinem fugauit. Quod vbi aliorum parentes cognouerunt, in fuas quifq; ædes senem adduxerunt: & vt inualidis eorum liberis opem terret, rogarût. Tum ille se auxilio eis non prius esse posse dixit, quam ægri divinum subirent lauacrum. Et illi, quod eos desiderium recu perandæ suis valetudinis adurgeret, statim dicto audientes fuere: atque ita per corporis morbum, animæ quoque falutem funt confecuti. Si quis autem valentium quoque ab eo persuasus diuinam gratiam ambiret, ad Eulogium vadés, & fores pul sans, vt ille eas aperiret, & ei quem venatus effet, sigillum in Christo imponerer, rogabat. Atq; vbi Eulogius eam rem, quòd in precatione identidem interpellaretur, grauius tulit: Protogenes, Atqui (inquit)longè necessaria magis est errantium ad Christum conuersio. Id verò factum admirationi erat omnibus, Protogenem videlicet, qui tanta es doret miracula, & tantam multitudinem ad veritatis lucem produceret, a partes primas Eulogio concedere. Et omnes longè præstantiorem superioremą, Protogenis virtutem, ipsius Eulogij vita,esse existimabant. Cœterum postquam persequutionis procella sæuire desin, atque vnà cum aliis & isti b ab exilio reducti sunt, incolæ ei regionis lachrymantes eos produxerunt: potissimum verò epilcopus iple, qui auxilio tanto orbabatur. Et Eulogius quidem diuo Barlæ vita defuncto,

A est. Hisce verbis furore incensus, celeriter b octo-

ecclesiæ ipsius gubernacula suscepit. d Admirando D autem Protogeni, Carre ciuitas Græcarum prestigiarum spinis obsita, excolenda credita est qua labore multo repurgata, cœlestem veræ pietatis fru cum percepit. Sed de his postea.

# CAPPT XXIIII.

Alens diutius Antiochiæ commoratus, Euzoio ibi ecclesias regente, Iudæis, & ethnicis Græcis,
atque etiam qui Christianorum
nomine censentur, & diuersa ab
Euangelica doctrina dogmata có

plecterentur, omnibus quæ animis eorum placita essent, vt liberè peragerent, permisit. Nam impius error sub Ioniniano quidem extinctus, à Iuliano autem excitatus, paulatim reflorescebat, & Dialia, Dionysia, & Cereris sacra, non in angulis, Imperatore veluti preeunte, peragebantur: & homines in medio foro, nemine obsistente, bacchantiŭ qui numine afflantur more, discurrebant . Eorum ve- E rò tantum, qui Catholicæ ecclesiæ doctrinam sequebantur, implacabilis hostis erat. Et primum quidem recens constructam ecclesiam, quam illis Iouinianus dederat, ademit: deinde verò ex aliis quoque cos facris edibus exegit. Atque vbi illi sub dio agentes, ad montis radices Deum consuetudine sua hymnis & laudibus celebrarent, & varias easdémque aduersas aeris mutationes, aliquando quidem cum pluuiis & niue & immenso frigore conflictati, aliquando autem æstu solis admodum adusti perferrent, ne eo quidem loco vi permanerent voluit: & immissis in eos militibus, erumnosum hoc vitæ agendæ institutum dissipauit.Flauia nus autem & Diodorus generosi veritatis athletæ tum florebant: qui imminentes gregi Christi flu-&us, veluti scopuli quidam, quamprimum in spumam redegerunt. Illi enim post Meletium in exilium eiectum, pro grege Christi decertabant, quu lupis ipsis fortiter obuiam eudo, tum Christi ouibus convenientem doctrinam proponendo. Atq; vbi ex locis suburbanis deturbati sunt, ad proximi fluminis ripas oues pauerunt:non frustra, perinde F atque illi in Babylone captiui, ad falices carminum organa (uspendentes: sed liberè Deum, iuxta diuinum Dauidem, in omni loco dominationis eius laudantes. Verum ne hoc quidem in loco diu eos durare, orthodoxorum & recte sentiétium hostis passus est: sed primo quoque tempore inde etiam secedere coegit, conventúmque eum solvere atq; dissipare est conatus. Sed enim diuinum duorum istorum virorum, qui pro pastoribus rem gerebar, par spiritualem gregem,ad id quod in Christo est bellum exercuit, atque vbi pabulandum esset, mõ Arauit. Et generosus quidem Diodorum, perinde atque præaltus & pellucidus amnis, divino flumine suos potauit. Aduersus alienos autem vehemé tius cum impetu ruens, illegitima dogmata diluit & aboleuit: no magni ille generis sui præclari sple dorem faciens, afflictiones autem & erumnas pro fide non grauatè ferens. Flauianus verò, qui &ipse ex nobilitate erat, veram pietatem generis claritati longe quoque præposnit. Is veluti quidam ludimagister, Diodoro ad sacrum pietatis \* quinquer tium instructo affuit. arq; in ecclesiis quidem ille concionari

exilio.
c Eulogias
Barja juccedie.
d Protogenes
Carrii epojco
patü gefite,

Valous religiones alias omnes toleras, catholica tansum fi dei infensos.

Theod.code cap.14.25.

Orthodoxes omnebus tem plu excludit.

Ne fub dio quidem eos conuentsu agere est pass<sup>o</sup>

Flavian<sup>®</sup> & Diodorus pro Meletio ext le gregë Chri fti Autiochia curatite,

In flaminis
ripa orthodo
sci occlefiam
cogune.
Sed inde
quoque funt
depulfi.

Wirtuban edari. Flanianus, quò d nenda per etatem presenter efst, & in essicfia non do cau, Diede to or aliu dectorib" ar gementa con ua Ariases suppedi-

Apbrastes

tam theorica rulitati chri B

Li coium, me

cesitate flagi

tance, poft to a buit, Theed.


eod.sap. 26.

- פרוף שְׁדְּשׁ

dis isogia.

A concionari non potuit, quòd iunior adhuc ad sacerdotij gradum non conscendisset: sed non pænitendum enthymematum seu argumentorum, atque ex scripturis depromptarum sontentiarum momentum eis, qui id legitima cohortatione exciti faciebant, suppeditaust. Et illi quidem aduersus Arianos blasphema verba iactantes, continuè arcum intendebant: hic autem veluti ex pharetra quapiam, sic ex sapienti mente sua, frequentia sen tentiarum tela subministrabat. Et in ecclesia, quéadmodum diximus, non docuir:domi verò & in publicis disputationibus impiorum retia distumpir, & nihil ab aranearum telis differre oftendit, quas ipsi irrefragabiles esse putabant, quastiones atque propositiones.

# EAPYT XXV.



On parum verò illis tum in certamine hoc opis quoque attulit, infigni vita preclarus ille Aphra-ates, quam fapiens Theodoritus in volumine\* Dei amantium hi storiæ conscripsit. Nam & hic

tulit,& monasticum relinquens tuguriolum, ouilis Christi curam gessit : & multo ditfluens sudore, lupos vndique ab eo repulit. Cœterum quam locuples virtute fuerit, & quæ suprà captum hominis fecerit, is quem diximus liber, euoluere eu volenti, ostendet. Ego verò vnum quiddam illius actorum huic loco accommodatum, recélendum in opere hoc duxi. Orontes fluuius ab Aquilonari parte Imperialem Antiochie domum præterlabitur. Porticus autem quædam maxima duorum culminum, in parte meridionali ad vrbis mœnia, prælatis turribus vtraque ex parte conspicua, est extructa.Inter Imperiales ædes & amnem via est, quæ per portam quæ isthic est euntes excipiens,in vicinos suburbanos agros deducit. Hanc viam aliquando diuus insistebat Aphraates, ad fidei gymnasium iturus,& ouibus Christi congruens pabu-C lum allaturus. Eum è superiore loco porticus prospectans Imperator vidit. Silyra enim seu veste ex ouium villosis pellibus consuta amicus, & senio multo confectus, celerius tamen currebat. Et quidam imperatori, hunc esse Aphraatem illum, ex quo totius vrbis multitudo pendèret,dixit . Et ille e porticu virum sanctum interrogans, Quò nam, inquit, vadis? Atque Aphraates, Pro imperio tuo precaturus, respondit. Atqui, Imperator intulit, do mite, qui leges monachorum sequeris, manere, ibique quietè considentem hoc facere oportuit. Tum divinus lenex perquam sapienter ait : Rectè tu quidem,ô Imperator, dicis me id facere debere: facturulg; id adeò constanter fueram, si pax Chrilti ouibus ellet.Sed quum multa quædam infaniæ caligo loca omnia occuparit, & maximus insuper subrepat timor, ne plurimo imminente periculo, à feris oues dilanientur: necessitas mihi quoque incumbit, vt vigilem, omnémq; funem moucam, ne quod grex Christi capiat detrimentum. Agè enim,ô Imperator,fi puella essem domi in concla ui abdita, fusos manibus tractans, & lanificium meum curans:atque alicunde subitò conspicerem flammam exortam, & omni ex parte paternæ do-

mui circunfusam, fœdo incendio eam iamiam có- D fumpturam, quid me facere oporteret?dic, te per Deum oro. Virumne me sic sedere, & penates patrios conflagrantes despicere, ignémque proserpentem expectare:an conclaui statim relicto, surfum &deorsum currere, aquam in manibus habere,&modis omnibus flammam extinguere conari,oporteret?Satis sanè scio,dicturum te,faciédum mihi esse, quod & sagacis sanæque mentis puella faceret. Id ipsum verò nunc quoque sieri debere existimo. Quum tu enim quasi fulmen quoddam in paternam domum nostram incideris,& veriorem pietatem omnem igne vastes, vndiquaq; circumcursamus, flammam gliscentem extinguere sa tagentes.Hæc quidem ille dixit.Imperator autem ad minas vsqueprogressus, silere eum coegit. Ex cubiculariis auté Imperatoris quidam, qui sanctu virum propter animi temeritatem gravius tractauerat,in balneum confestim ingressus, vt Principi lauationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delaplus, ibi vitam finiuit.Imperator aliquandiu expectans, & extrahi ea mora tempus E quærens, aliis causam eius rei inquistram sibi renu ciare præcepit. Qui quum eò venissent, & omnia circumspexissent, illum in calidis vndis morte frigida peremptum repererunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidem petulantis Aphraatæ sancio illatæ iniuriæ & contumeliæ esse, rectè arbitratus est. De impio autem dogmate eundem, iuxta indutati cordis Pharaonem, retinuit animu. Et perinde atque fulmine afflatus & attonitus, mi raculo eo magis etiam est contra veram pietatem concitatus. Eadem tempestate idem quod Aphraates, plurimum laudatus ille Iulianus fecit. Nam hic quoque solitudine relicta, Antiochiam venit. Quum enim mendacij artifices, Ariani inquam, per sycophantiam virum sanctum traducere conarentur, veluti factionis eorum esfet, & dog mati Ariano confentiret:Flauianus, Diodorus, & Aphraates, veritatis lumina, d Acacium illum qui postea Berrœensem ciuitatem sacrorum antistes optimè administrauit, ad celebrem illum virum cum huiusmodi optatis misere, vt multorum millium hominum misertus veniret, & quum aduer- F fariorum redargueret mendacium, tum veritatem libere confirmans, fidei doctrinam deprædicarer. Et quæ vir iste semel atque iterum Antiochiam adueniens mirifice peregerit, Dei amatium historia quemuis edocebit Quod verò vrbs tota opera ipsius ad conventum se & cœtum veritatis contu lerit:neminem non certò nosse puto, qui rectè res humanas diiudicare consueuerit. Opera nanque præter opinionem hominum edita, omnes omnino ad se pertrahere, eandémque cum eorum auto re sententiam complecti, persuadere solent. Iulianű porrò præcipua quædam & rationé superantia miracula perfecisse, non nos solum, sed etia verita tis accusatores testantur.Idem verò Antonius ille monasticæautor vitæ Constantij temporibus fecit.Posthabita enim quandoque solitudine, Alexá drinam vrbem vbique perambulans, verbis clarioribus omnibus est attestatus, Athanasium quidem veritatis esle propugnatorem, & Apostolicorum dogmatum defensorem: qui verò Arij ra bie affecti essent, à veritate ipsa longe aberrare. Adeò rem ipsam rectè putantes diuini illi viri,

Subita mora te inbunta rins Imperialii, ob ma lè tractatum Apbraate, multtasur.

Valens inde rat Pharae. Iulianus erę mita quoque Antiochia venit, ab Ecclesia prapofilu accitus. Theod.cod. 641.27. Acacom Ветаеш ерф feepm.

Iuliani miraculu Antiochena ciui sas ad orthon doxism est roducta.

Antonim itidem sub Constantio Alexandria risere, 🖝 ca sholices cofin mare folitme

In walle new consein elim Christiani p Principoles fois orarunt. Mita mode. fra fimul & grantateV a ۔ إلى فلصاً egsitæte fe co ačii, monafika vita re licte, orthor dexes decere 🕁 confirma Moftendis: o cio∫dem

ringit.

Digitized by Google

A tempori cuique munia sua tribuerunt, quando vel quictiorem vitam complecti, vel folis relictis locis degere in vrbibus deberent, minimè ignorates.

#### CAPVI XXYI.

Alexădria Jub Athamasio Ecclesia quieta suit, eo prafente.

Alia impius Valens Antiochiæ quoque egit. Transcundum auté hinc ad ea quæ Alexandriæ funt gesta. Quieta siquidem in Acgypto ecclesia fuit, Athanasio su perstite, ob eas quas suprà narra-

uimus causas. Multitudo nanq; ea,quæ veram pietatem sibi sequendam statuerat, Arianam phalangem superabatiidque propter suum erga Athanafium amorem. Et quum ea esset ardentior, &ad seditionem mouendam propensior, metum de se præbuit, ne tumultu concitato, respublica detrimento mactaretur. Proinde diuina quadam proui dentia immunis à grauibus malis Alexandria permansit, tätisper dum veritatis propugnator superfuit Athanasius. Vbi autem ille post pericula plura,nec coronas pauciores, ad quietem laboris om nis expertem, ad quadraginta & sex annos episcopatu cum gloria magna functus discessit: Petrus, vir optimus & clarifsimus, in functionem cius suc cessit, suffragio quidem primum beati illius capitis, deinde etiam episcoporum prouinciæ eiusvniuerforum, totiúlque cleri & corum qui Alexádrie primos honores & magistratus gerebant, votis & calculis, plebe etiam cuncta faustis acclamationibus concilium id perquàm libenter confirmáte. Particeps enim diuturnorum sudorum Athanasij fuerat, nunquam à magno illo viro vel domi vel peregre discedens, variisque cum illo periculis col luctans. Quapropter quicunque erant finitimi epi scopi,& qui tranquillam vitam sectabantur, monasticas relinquentes palæstras, maximè hoc egerunt, vt Petrus in illius locum substitueretur. Postquam autem is sacram recepit sedem, nulla inter-

V nanimis omnium otdinum in epi scopo creádo electio.

Athanasij B

Petrus eim

∫ucce∏or.

Prefettus Áczypti Palladius Petrii in cat cerem coniicit. † àpesións. vQ- 73 cinbe.

Idem Romã ad Dama**јито еро**јсорів confugit.

Enzoim An M agnus im berateri quaftor, Pal ladio adiună se, Lucio Ariano ecclefiå tradunt.

posita mora gentis eius præsecus, contracta ex Iu dæis & Græcis manu,ecclefiam circumuallauit,& Petrum exire iussit. Quod nisi faceret, se illumvel C inuitum inde eiecturu esse, minatus est. quod quidem ille fecit, quum voluntati Imperatoris moré gerens, tum maxime impierati iple sux + sus suum tribuens. Quòd nanque ex idolorum nefaria superstitione penderet, splendide se festum diem acturum esse putabat, si veræ pietatis nauem in tem pestatem coniiceret. Ac primum quidem Petrus in carcerem inclusus est : postea autem profugiés, quum scapham commode nactus esset, Romam ad consentientem sibi eius vrbis episcopum Damasum traiecit. Et breui post Euzoius, qui Antiochiæ Arianæ præiit religioni, tempus opportunű nactus, consilium inuenit, vt Alexadriam ipse iret, & ecclesias ibi Lucio Ariano traderet. Quod quu Imperatori quoque placuit, (adhuc enim is Antio chiæ erat) cum satellitio multo, & militari quæ eu sequebatur manu sanè quàm frequenti profectus est, arque vnà cum eo Magnus Imperatoris kquestor. Habebant ij ab Imperatore ad præfectú provinciæ Palladium mandatum, vt is quacunque in re opus esset, Lucio & Euzoio non deesset. Et Petrus quidem, sicuti dictum est, in carcere asseruatus estipostea eriam Romam nauigauit. At Lucius

Arianus in sacră Athanasij sedem est collocatus. D Itaque Aegyptij longè grauiores in+ exteros ani-mos concepere. Simul arque enim improuiso aduenerat Lucius, statim ecclesias occupare contendit. Atque vbi plebs contrà niti cœpit, bellum aduersus clericos & sacras virgines est institutum. Et aliæ super alias illatæ calamitates, ecclesiz Catholicz sectatores afflixerunt. Perinde enim atque feræ agrestes gregi Christi Ariani imminentes, partim in exilium egere, partim captos in vincula coniecere: quos rursum ex vinculis productos, variis subdidere suppliciis. Quidam enim vngulis & flagris bubulis cæsi, quida ardentibus facıbus adusti:atque alij bonis primum spoliati, aliis mox sunt affecti cruciatibus. Tormentis verò tam varij generis + superesse, admirabile est vilum.Quòd si quis prius vita excelsisset,quá tanta mala expertus, aut si ad tolerabilius exilium danatus ellet, fortunatum id, & quod alicui inuideri postet, habitum est. Sed quis exponere possit, quæ mala in Lucij introitu acciderint? Quotum quide Sabinus, qui res ecclesiasticas conscripsit, mini- E mè meminit, quòd cõiun&orum libi Ārianorum dedecora premere maluerit. Optimè auté ea beatus Petrus,postquam è carcere profugit,in scripto quodam suo tanquam tragædiam exposuit,& ad omnes vbig; ecclesias misit. Quod scriptum, quū prius vnum saltem nefarium impij Lucij flagitium memorauero, volumini huic inseram.

CAPVT XXVII.



C Petrus quidem ille admiratione dignus, ad eum modum Romam concessit.Qui verò factionis Arianæ erant, quantumuis pauci, eccle fiis inÆgypto imperarunt. Nec ita multo pòst, mádatum quoque ab

Imperatore ad gentis eius præfectum missum est, quod Nicznæ fidei propugnatores à Lucio indicatos Alexandria & omni Aegyptia prouincia eiici iubebat. Porrò Euzoius confectis Alexandriz ex sententia rebus, rursum se Antiochiam contulit.Lucius verò quemadmodum mandatum fuerat,& Aegyptij præsidij dux, cum magna multitu F dine ex Græcis & Iudæis & Arianis mixtim colle cta, hostiliter prædas egit, & infesta signa contra monachos solitudinem incolentes duxit. Ea enim pe erat, si iis quietem maximè consectatibus molestiam turbulenter afferret, in potestate eos sua fore: proindég; & eos qui in vibibus essent Christianos, à se deuicum iri. Quandoquidem multi ea tempeltate venerandi in Aegypto & Thebaide viri monasteriis præibant, Arij opinionem ma xime auersantes. Quos plebs ipsa segunta, vt cadem cum illis de religione sentiret, maximi faciebat. Neque enim illi de dogmatibus nugarivolue. re,ac ne potuere quidem. Penes eos autem veritatem esse arbitrati sunt, quorum preces Deus exaudiret, miraculorum edendorum facultatem eis tri buens, & qui fidei verbis virtutis facta tanquam testimoniis confirmarent: quales tum monachorum duces fuille novimus, Macarios duos, Alexan drinum & \* Vrbanum, quorum autea meminimus.item Pambo,& Heraclidem illum,qui optimè ab Antonio magno virtutis & Aegyptiorum monasteriorum antistite sunt eruditi, & alios eius-

ecclessure-

\* 1 Täp Ba-CINITAL TE

hias Sahy-

† wy? +64

Sava Cath

ab Arianii eu illata.

† iwiliana

MAXIM.

ATTIPLE olgan l

Ha noftra atate h mes plebi \* d . fr.

XXV111.

Lucius, pod A dem discipulos. Er quum Lucius secum ipse repuplebe ex semtaret, fieri neutiqua posse vt res Arianorum in tuıcıa fancto to essent, & ipsi vniuersalem sibi Ecclesiam subii-THE cerent, nisi cos qui inter monachos summi essent, chorum pendere feiret .az in fententiă fuă pedib.ire cogerent,rem că est agmu cos ipfos gressus. Et quia suadendo nihil efficerer, ad vim se monachos su convertit. Itaque armati nudis, & qui ne manum opimone sua quidé defendendi causa extendere vellent, ingrué cozere conten dit, fed nobol tes \* miseradu in modum eos afflixerut, ita vt cla e∏i.it. dem illis illată verbis exponere non sit. Postremò Sozem. and. tamen cœptum id ftustra fuit, quòd omnes parati (19.20. \* V alës imessent iugulum inclinatum gladiis præbere : & si opus esfer, mori potius alacriter, quàm aliquid de pictatem grad dadam medi Nicznis decretis mutare. Fertur verò & illud, quu salus fuerat. impetum imminentium militű expectarent, queoperibas exdam apud eos fuisse ex pedib. proprer articulorum pleus , legens conuuliionem adeò laborantem, vt illis infiftere no poller, sed scipionib. quibusdam illoru vice & nachi milita rent moletes, vsum expleret. Huncilli oleo vnctum in nomine per tribunes Christi, quem Lucius persequeretur, surgere, & do er milites for mum ite iusserunt. At ille exiliens, statim iter perfibm interfici inflot. B fecit, eadem prorsus cum monachis istis colen-Europ. da esse prædicans, quibus Deus Lucium accusantobs The tibus gratiam fuam concederet & aurem tam beedoritus fuif se scribit dues nignè præberet, vt se tam diuturno morbo liberarint. Verùm ne iis quidem ipsis rebus eis consi-Al acarios.ca lij cæptíque sui pænitétia incessit. b Noctu enim Isdorum li. hos oppressos + arque comprehensos in insu-4. cap. 21. Theed.co.ca. lam quandá circúcirca lacu ingenti circundatá mi serunt, quam antiquitus homines superstitionis a Monachi dæmoniacæ, qui doctrinam nostrá prorsus non au Catholici be dissent, incolebăt. Erat autem adhuc ibi perniciosi inem clandom olci vu-& pestiferi dæmonis antiquissimum delubru, cu-Chiese & pre ius cultu etiamnum maximè tenebantur. Postqua czióe fanát, autem insula attigerut, sacerdotis filia à dæmone in flagranti agitata, ad eosvenit. Quæ vbi cursu & clamore inpersoquatio -nu ordore. decentiad eos contenderet, insulæ incolæ nouita b Sacto qui te eius rei consternati, eam sunt sequuti. V bi verò ad nauem, qua diuini illi senes ad litus appulerant, chi ab Aaccessit, dæmonium illa couellens humi proiecit, rianis in 113-& magno pilla clamore edito obleruauit d. Quid Solam Acgyptiam ad idelolatras de nam,inquies,ad nos venistis, magni Dei ministri? Infulam năque iftam iamdudum nos abfque mopertati, C lestia & turba omni tenemus, & omnib. propè ho Miraculo La minibus ignoti, & lacub.iftis circumuallati hic lali sofula ea Christianis temus. Quod si deinceps vobis banc regioné inco mi fuscipie. 1 Hic illi sa lere visum est, libenter decedemus. Talia dæmon per puellam vociferabatur. Qui simulatque ab il-lis increpitus silere iussus est, puella euestigiò cum cerdatis idolo latra filiam demoniacă pudore & modestia ad seipsam rediit. Et pater ei? plaga fua li-beraus. arque insula omnis cum incolis vniuersis Christianismum suscepit : templumque quod ibi erat, d Deni ma repurgatum, atque in ecclesiam transformatum, gri Dei mi -Christo dedicauit. Ea res quáprimu Alexandriam Pifra agrerenunciata, Lucio no parú attulit mœroris. Factú fai. Luine enim inde est, ve no solu alienoru, veruetia popu-I amount being mig, a lariŭ suorŭ odiŭ incurreret:perinde atq; is, q no cŭ Do inimihominib. sed cu ipso prorsus Deo bellum gererer. sw,ciam 4pad juos gra milaborat im Itaq; occulte statim, e vt Macarij ad studia sua &in folitudiné reditét, præcepit. Satis quidé hæc crude sidia. le Lucij impietate indicat. Exactius tamé animi et Lucies me ius inhumanitate divini Petri literæ declarát:quamachos depor rum ego prolizitatem fugiens, quæ loco huic actates locus

commodata sunt, ex eis decerpam, & historia ad-

iiciam. Scribit autem ad hunc modum.

∫mi reflitmit.

Alladius gentis præfectus, quum ethnicus & gentilis superstitionis essentilis superstitutionis essentilis esse

trio monumeto illato, sexto die post, qui in Italia D fuit exercitus cognominem ei filium iunioré Valentinianum imperatorem, in oppido Italiz Aqui nate renuciauit. Neque ita multo post, Imperatores quoque Gratianus frater & Valens, suffragio fuo imperium eius comprobarunt. Quauis id primum moleste tulerint, videlicet quod milites sine eorú iustu, imperialia ei tribuerint insignia. Illud quippe notandum est, a inniorem hunc Valentinianum magno b Valentiniano ex Iustina progenitum esse, quam viuente adhuc priore eius coniu ge Seuera vxorem superinduxit. Causa earum nu ptiaru hæc fuit. lustinæ huic pater fuit Iustus . Hic Constátij temporibus Picenum prouinciam habens,in somnis sibi ipsi visus est, quemadmodum dicitur, imperialem purpuram dextro femore gignere. Somnium id simplici animo ab eo expositum, sermonibus deinde multorum diuulgatu est, nec multo postad Constantij quoq; peruenit aures, qui ex visione ea imperatorem illum progeniturum este coniectas, immisso percussore caput illius rescindi iussit. Porrò filiola eius Iustina, E quum ei patre orbatæ res duræ essent, virginitatis tamen florem conseruauit. Deinde verò in noticiam Seueræ imperatoris Valentiniani coniugis peruenit.Et quum frequentius eam adiret, per cotinuam coluctudinem in amicitiam quoq; eiusest admissatq; ea quu magis atq; magis familiaritate confrmata effet, tandem etiam in lauationis comu nionem se infinuauit.Et aliquando simul lauanté quum eā Seuera infpexisset, quanuis sœmina esset torma eius víque adeò est capta, ve de ea etiá marito imperatori diceret : tam præstantem scilicet Iusti filiæ esse formam, vt ipsa quoque florem pudiciæ & virginitatis eius adamarit. Imperator Seueræ verbis ictus, confilium luum fecum ipfe celauit. Nam & Iustinam ipsam ducere, & vtranque legitimam habere vxorem constituerat . Itaque legem + publicè promulgat, vt cuicuque libitum eslet, duas legitimas vxores habere liceret. Ita simul & lex ea in vrbibus omnibus proponitur d & Iultinam imperator in regiam suam vxorem in duxit, codémque cum Seuera loco honorifice habet. Atque ex Seuera quidem Gratianum antea F Valentinianus susceperat, quem etiam Occidentis imperatorem dudum declarauerat. lustina autem Iuniorem Valetinianum ei genuit, quem exercitus, sicuti dixi, præter duorum imperatorum fratris & patrui sentétiam, imperatorem elle iusfit . Huic tres quoque fuere filiz, Iusta, Grata, & Galla: quarum duæ cœlibatum in vita funt complexæ. Gallam verò postea Theodosius magnus vxoré duxit, ex qua ei Placidia filia prognata est. Nam Honoriú & Arcadium in matrimonio priore genuerat, ex prima coniuge Placilla, quá prius legitimè fibi coniunxerat, quam imperium ipium suscepit f. De Theodosio autem, atque esus filiis, tempore suo dicetur.

† Itidem ante hac, Iulius Casar legem latam voluit, vti vxores liberorum quarcidorum causa quas & quot ducere vellent, liceret, p-pter impudicitiam suam scilicet & adulteriorum insamiam: emmi mulierum vir, & omnium virorum mulier. Sueten. Populosas sore tali lege Roma. Imperij terras causatus est, per inde atque barbaroa rum regiones, apud quos polygamia colererur. Eutropi.

Procopius sanè Casariensis alicubi monogamiam plurimum detrimenti Romaniu ditionibus attulosse scribit.

perator lell' . Iufinapaa Infm, Picemi egri prafettus. b Valetin' ifte Infine filius. Digenia V aietimas femieru. Semuiä im perium por-Sendens. I ujim Con-Starty info celis 1 uStina cine filia in familiantaie So-क्तर प्रवस्त си регисън.

> e Valtinia mi feniornien Ligamia, d Valës-vno codemég tem pore began' e Infitna fi lòc tres, Galla focun da Theodefii mogni yxer.

e Theodofÿ Uberi. CAPYT XXXIIII.

A

De fanctin

Edenim ex Occidéte rursum ad Orientis res transeamus. Atque vbi prius de ecclessasticis philosophis, ita vt pollicitus sum, dixe ro, (magnus enim tum, & haud scio an alio itidem tempore vn-

scio an alio itidem tempore vnquam,corum proučtus fuit)ad prophana progrediar. Atque morti impij Valentis aliquatum cum delectatione immoratus, finem etiam vndecimo huic bistoriarum tomo imponam. Verumenim ve zò, quæ initia monasticę vitę institutum babuerit, & qui nam eius veluti patres & duces extiterint, in Maximi Constantini, deinde etiam in filij eius Constantij historia commemorauimus. Nam de Antonio,& Paulo Simplici, item de Ammone,& Eutychiano, qui in Olympo fuit, præterea de Spiridone, Nicolao, & Parthenio hierarchis, edendis miraculis claris, quum historiam de Constantino scriberemus, egimus. Antonij autem discipulos, duos videlicet Macarios, Pambo, Paphnutiu, Apol lonium, & Anub, in Constantij res gestas coniecimus.In quibus etiam Ægyptios monachos cele brauimus, qui in Sceti & Tabennesio sunt philosophati. Przterea qui in Syria & Palzstina virtutem piis exercitiis meditati sunt, quiq, in Ponto, & Europa,& Italia ipía angelicam duxere vitam: atque item alios qui sapientes quidem & religionis nostræ fuere, sidei tamen doctrinam sanam ad finem vsque non conservarunt. Hoc autem loco cos qui postea viguerunt, persequemur, qui quum patres priores illos habuere, tum patres ipsi multorum secundum Deum filiorum extitere. Eos in compendio, quantum mihi eorum res cognoscere licuit, breuter percurram. Imperij istius tem pore, secudum eos quos antea diximus Dei aman tes viros, in Ægypto Ioannes ille enituit, cui prophetiæ donum,& rerum quæ multis ignotissimæ funt cognitionem Deus tribuit, vt futuras scilicet perínde atque præsentes, non minus quam prisci vates, cerneret. Habuit is aliud insuper à Deo acceptum donum, vt morbis incurabilibus impe-C raret, at que dicto citius eos fugaret, ægrotó (que fa naret. Præter húc & celeber ille Or tum claruit, qui ab ipla infantia vită solitariam in eremo confectatus, nullú laborem alium, præterquá: Deum laudibus ferre nouit : herbis quibusda agrestibus, earúmque radicibus vitam tolerans. Aquam bibit loco quouis, quacunque ei obiter terra in qua ver saretur, prebuit. V bi autem ad senectutem peruenit, visione quadam diuina Thebaidem incolere iussi, multorum monasteriorum dux sactus est. Eisdem autem & hic, quibus Ioannes, diuinis locu ples fuit donis. Precatione nanque sola non morbos folùm, fed & dæmones abegit. Et quum litetis initiatus non esser, minime tamen ad memoriam libris opus habuit. Quicquid enim semel auditum mente complexus esfet, id supra obliuionem omnem conservabat: & quocunque tempo re viu eius opus esset, promptum ad manus habe bat. Tum verò in eadem regione etiam philosophatus est Amon ille, qui in Tebenna insula monasteriis præsidens, tria millia discipulorū habuit: in quibus erất Benus & Theonas, monasticorum

ordinum duces. Ambo verò & præcognitionis &

prædictionis gratiá Deo acceptam tulere. Theo- D nam certè quidem dicut ad summu Ægyptiorum & Græcorum & Romanorum sapientiam & disciplinam perdidicisse, & ad triginta annos silentium coluisse. Benus autem ita vitam instituit, vt nunquam alicui irasceretur, neque iuraret, neque mendacium diceret. Vocem etiam temeraria aut vanam & nihili,nüquam ex ore protulit.Spectati quoque eo tempore fuere Copres, Helles, & He-In iis Copres dæmonum expellendorum, & variorum morborum fanandorum gratia acceperat. Helles autem tatum habuit miraculorum edendorum donum, yt tum etiam quum monasti ci instituti disciplinam disceret, candentes in sinu carbones tulerit, & vestes non adusserit, Quare so dales suos ad æmulatione instituti sui, & vitæ eius bonz, quæ manifestò prodigiorum exhibendoru consequentem virtutem obtineret, excitauit atq; pertraxit. Helias portò prope vrbem Antinoum monasticz philosophiz suz habuit officinam, qui centesimum & decimum excessit annum. Dixit is autem, prius se ad annos septuaginta solum in so-E lis locis habitasse, quam eò peruenerit. Et quum ea esset atate, ad finem tamen vsque in certamine cœpto viriliter iciunans perdurauit', perinde atque eo iplo, aut tertio inde anno monasticæ vitæ studium esset ingressus. Ad Achorin autem & Apelles ille enituit, monasteria Ægypti mirificis factis suis obstupefaciens: quem dicunt aliquando, quum æs procuderet (nam hoc ei erat studiū) noctu, & damon in venusta mulieris forma mutatus, pudicitiz eius insidias tendere conaretur, că dentem massam ex carbonibus sensim protraxisse, atque in faciem demonis coniecisse, eamq; vstu lasse, atque illum confestim lucuosum quiddam stridentem atque viulantem profugisse. Patres autem monachoru celebres tum fuere, Isidorus, Serapion,& præterea Dioscorus. Atque Isidorus monasterio circumcirca tignis & muro septo, hoc studio habebat, ne quis corú qui in disciplina eius erant, foràs progrederetur : sed vbi quantum satis est rebus necessariis vsus esset, in loco suo maneret. Porrò Serapion ad decemmillia discipulorum habés, circa Arsenoiten vixit: qui verò ei pa- F rebant, sudore suo victum parabant, eundémque indigentibus etiam præbebant. Et æstatis tempore mercede metentes, quatum opus esset frumenti sibi comportabant,& aliis etiam monachis impertiebant. Porrò Dioscoro centum erant sectatores.Et quum presbyter & sacrorum obeundorum minister esser, multam & exactam cutam in divinarum rerum dispensationem impendit, disquisitione maxima eos qui ad mysteria percipien da adirent, explorans. Vt nanque mens antea repurgaretur, cohortabatur: & coscientiam, ne quid patratorum malorum haberet, scrutabatur. Erat præterea tum alius quoque, hoc etiam longe diligentior, nomine Eulogius, qui tanta dicitur proui dentia feu præcognitione, acrimonia 🖈 métis col limans, in eis qui ad diuina accederent mysteria vius elle, vt non tantum que manifesto admissa essent peccata argueret, sed etiam quæ in cuiusq, cordis recellu laterent, apette perspiceret. Itaque eos qui mali quicqua perpetrallent, aut de re qua-

piam viciole ellent affecti, à communione turn at

cebat, delicta corum proferés. Quod si ijdem pos

Abba 3000 monatherii

> Copres. Helles,

> > Holias. 1 Monachus 119.annorfi

Apelles.

Alban 1 lidorus. SocratesAlia Solit i frisse dicere scribie ofus ut faciente, homini anaro,qui aliena appe-tat, perfimile esse, leb. 4. C40.12 Serapion. 10000. ma nacherum pater. Dioscorm.

Paccatorii că fessio ante Encharistia Percepsione.

Eulogias.

The Acousting boroing nataso xaliparoq

Amon Ta beausfistes, Beaus & Thomas

Or.

Digitized by Google

Apollos.

A nitentia vsi, pro eo atque conuenit se purgassent, rurfus admittebat. Præter hos & Apollos, folos locos incoluit:qui annos pubertaris ingressus,mo nasticam philosophari arque exercere copit. Et quu annis quadragita in solitudine versatus esset, speluncam quandam montanam propè habitabilem regionis partem, Dei responso admonitus, fubiit, atque ibi habitauit. Plurimis verò miracu lis præclaram famam adeptus, multos ad se pertra xit, & monachorum multorum autor & dux fuit. Erant enim in moribus quoq; eius illecebræ quçdam, nec minus etiam in doctrina insidentes. Sed quale diuinæ eius vitæ institutū fuerit, & quibus editis infignibus miraculis, eius temporis homines ad stuporem converterit, Timotheus, qui Ale xandrinam ecclesiam piè gubernauit, scripto peculiari complexus est : in quo non ipsius tantùm, sed aliorum etiam multorum & magnorum virorum meminit.

Timotheus Alexădrium episcopus

# CAPPT XXXV.

B

Numerus
2000 mena
chorum.
Deretheus.

Odem autem tempore apud Alexan driam, atque in folis, ficuti dicuntur, locis, & circum Mareoten, atque vicinos Libyes, multi viri boni accuratè admodum funt philosophati, qui

duorum millium numerum expleuere: in quibus veluti illustris quædam stella Dorotheusille resplenduit, Thebis oriundus. Vita eius hæc erat, vr interdiu lapides ex vicino mari colligeret,&do munculam anno quolibet construeret, eamq; qui ædificare no posset, monacho relinqueret: noctu verò ex palmæ foliis catenas plecteret, & sportas conceret. Cibus ei erat, panis sex vociæ, & tenuiu olerum fasciculus : potus, aqua. Et q ab adolescen tia hoc genus dixtx complexus fuerat, in co quoque semper in extrema etiam senecture perdurauit. Nunquam vero vel in storea vel in lectulo cubare, aut etia pedes per laxationem seu remissionem extendere, aut sua sponte somnum capere vi sus est. Nam vel opus facienti, vel persæpe cibum capienti, magna vi incubuit : hactenus (altem, vt oculis conniueret. Et nonnunquam cum vescere-C tur, somni violentia cibus ei ex ore excidit. Atque aliquando ingenti vi fomni oppressus, in tegetem inscius cocidit: qua re valde commotus sensimá; couerlus, intra seipsum: Si effeceris, inquit, vt angeli somnium capiant, persuadebis vt id quoque faciat, homini virtuti nauati. Visus aute est quodamodo vel ad somnum ipsum, vel ad demonem accuratis virtutis actionibus eius obsistétem, hæc dicere verba. Et quoniam ad eum modum cú corpore quasi belligerans conflictaretur, conueniens eum quidam: Quid ita, inquit, pater corpus tuum affligens enecas? Cui iple respondit: Quòd me id enecare contendit. Circa angustias verò terre que in Aegypto sunt, à transuehendis nauibus Αολκός dictas, Piammó & Ioannes maximè clari, & multorum fratrum duces fuere,+ cu sanctitate & cu-

Scitum mo wachi dictii decarne mor tificanda.

> † Στερί θιολκόρ τής πρός άλγοσθεν, Nice. Σερί διολκός της άςγόσθο, Sozo.lib. 6. cap. 29. διολκός δ άπο λιχαίου μας κεγχεῶν τό-Σες. Hefyth. Plin. lib. 4. ca. 4. de I strmo: Angusta cernice Pelopomnesum contingis Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appella sur simus. Lechaa hinc, Cenchrea illinc angustiarum termini, longo Tancipiti nanium ambitu, quos magnitudo planstric transachi p

hibet. Ab ea nanium transuectione Graci cas angustias Euradu vo D cant. Quelin etiam transuectio ad Acgyptum est, de qua Plin.lib. 5 sa. 9 Naues plicasiles humeru transferunt, quoties ad Cataractas rentum est. Ad quem fortasse lacum monachi isto risene.

ra multa. Vterque auté presbyter fuit. Potrò Piámon in mysterio \* vidisse dicitur angelum cœlestem cum sacra stola ad divinam mensam assisten tem, præsentés que monachos in libro quoda annotantem: cos verò qui à synaxi & communione abessent, delentem atque inducentem. Ioannem verò Deus ita miraculis multis exornauit, vt ægritudines multas sanaret,& ex pedibus atque ettam ex articulis conuulfis & folutis laborantes curaret Eodem tépore & divinus Beniamin circa Scetim admodum est philosophatus. Hic donum il lud à Deo accepisse fertur, ve absque medicamentis, sola manus contrectatione, aut oleo quodam, cui precationem addebat, varij generis morbis zgrotos liberarit. Hunc etiá dicunt ita postea esse aqua intercute per corporis tumorem grauatum, vt ex domuncula in qua degebat, per ostium, nisi prius vnà cum eo postes eius detraherentur, exice non posset. Et quum in lecto iacere nequiret, cir- E citer menses octo in latiore sella consedit, & more suo ægros curauit: atq, ipse interim quòd meliuscule non haberer, minime succensuit. Imò po tius & zgrotos & alios qui ad se visendum veniebant, cótolatus est, & vt pro anima eius precaren. tur petiit:perinde atque nihil de corpore solicitus eller, quod & validum nihil profuille, & zgrum nihil fibi nocuisse dixir. 4 Tum autem apud Sce tim quoque celeber monachus Marcus, virtutem atque pietatem meditatus est:iunior item Macarius.Præterea Apollonius, & pręclarus Moses Ac thiops.Ex quibus diuinus Marcus, ab incunte ætate mitis valde & modestus fuit: memoria tāta prçditus, vt ea supra alios, sacras literas teneret. A deò autem Deo charus fuit, vt de eo, suo ipsius respodens nomini Macarius, Cellarum presbyter, cum gravi asseueratione confirmarit: haud vnquam se, sicuti aliis, illi tradidisse, quæ iis qui sacris initiati sunt, à sacerdotibus accipere sas est : sed angelum descendentem ei dare solitum esse, cuius manum ipse vsque ad 🖈 iuncturam eius viderit, affirmauit b. Macario autem honor ille à Deo obtigit, vt F dæmonibus imperaret. Occasio ei & causa, vt mo nasticam philosophia sequeretur, fuit cædes, qua inconfultò patrauit. Quum enim iam adolescetulus \* esset, & oues ad c Mariam lacum pasceret, in ludo æqualem quendam fuum interemit : pœnam autem delicti timens, in solitudinem profugir: & sub dio ibi agens, post ea tugurium sibi par uum condidit, in quo vigintiquinque annis vixit, In eo vitæ instituto magnas Deo de casu suo egit gratias,cædémque eam falutarem sibi esse dixit, vi delicet que sibi philosophiæ eius meliorisque vitæ causa extitisset.Porrò Apollonius, quum plurimam vitæ partem in mercatura trásegisset, in ætate affecta Scetim se contulit.Et quum propter senecam iam ingrauescentem & inutilem, neq; scri bere, neque aliud quicquam recte tractare posset, omni genere medicamentorum atque cibariorū, quæ ægrotis convenire arbitrabatur,ære suo com parato, in solitudinem ad monachorum domicilia afferebat: & quotidie ad nonam víque horam sic circuibat, inualidos curas. In hac ille noua qui-

Piammon \* posintis.

Tadames

Beniamin, Sanations donum mira bile,

Ide hydropicus moholomi mus agros famare perrexis

Neglell' & contempt**us** corporu .

a Praclare monachi de corporu cotépsu dictum.

Marcus. Memoria donum.

Celle.

Marco isti angelus ad [a CTÁ MENJAM EuchanStia prabare foli-EMS. # igains LECTOR. b Macarim c Marialscu, ide qui Marestu. \* Boowas. Hunc inopi naiñ per ludum homicidium,moua? chum fecit. Salutare infortuniam. Apollonius ex mercatore monachue.

†# 18 xg2 cao LIPIER TEXTS india agre-7H.

A dem, & ab aliis variante, sibi tamen conueniente, atq; à se primum inventa virtutis exercédæ ratione, vită peregit. Moriturus aute, alij cuidam remedia ea dedit,& idem officium illum obire iussit,† per quod consequedæ etiam salutis spem habuit.

CAPYT XXXVI.

Mife Acthiops as for

en, lectora-Quioquagin

Mofe istine were corpe ru valide so-

Parhess

Oses autem Ethiops, códitione seruus, ppter naturæ suæ impro bitatem ex heri sui domo prosu git: atque vbi prædari didicisset, paulo post prædonum cohortis presecus suit. Et quum nefaria multa icelera peregisset,& ad cædes patrandas au dax factus esset, ex præfraca quadam temeritate monasticam ingressus est vitam, philosopharique prorsus incepit, strenuc admodu ad virtutem gras sans Quòd autem priore vite instituto, & corporis valida constitutione, rursum ad voluptaté per imaginationes incitatus alliceretur, variis exercitiis carné domare summopere cotendit-Et quandog; quidem íolo pane abíg; obíonio víus, quandoque auté plurimo opere perfecto, ad quinquaginta die quolibet precationes fecit. Et lex cotihuis annis noctes toras peruigilio exegit, stans atque orás: ita ve neque genua inclinaret, neq; pror sus oculis ad somnú propendens conniueret. Por rò noctu monachoru domicilia circumiens, clàm vniulcuiulque hydriam auferebat,camq; aqua repletam in locum suu reponebat. Idque ingentis la boris fuit, propterea ginde locus vbi aqua fluebat, aliis quide decem, nonnullis autem viginti, quibuldă etia triginta stadiis abesset. Perlongove rò tempore pristinu suum retinuit robur:quanuis multum studij in hoc collocaret, vt id debilitaret, & carné diuturna erumna extenuaret. Dicunt autem, aliquando prædones eum quatuor, qui offici nam quietis sue percurrebant, cepisse, vinxisse, atque in humeros sublatos in ecclesiam deportasse, & patribus quid de eis statuerent, permisssse: nefas elle dicentem, vt in posterum mali quicg alicui-ipse inferret. Neque vnqua quenquam swisse C ferunt, qui tantopere mutatus à viciis ad virtutem summam, quam pertigit, peruenerit. Incredibilis verò fuit dæmonib<sup>9</sup> terror.Et quod supra opinionem omniu est, presbyter etia in Sceti factus est, quum quidem quamplurimos eo tépore, quo latronum manu duxerat, interemisset. Et quia talis erat, multos eólq; optimos post se reliquit sectatores. Et vitam circiter annum octogesimű quintum finiuit. Eadem ærate etiam floruit Paulus,& Pachon, & Stephanus & Moses, genere vtriq; Libyes, & præterea Pior Ægyptius. Paulus in Pherme, qui mons in Sceti est, monasticam vitam egit, non plures quam quingentos monachos habens. Nihil autem operis fecit: neq; à quopia quicqua, preterq quod ederet,accepit. In orationib quotidie fine intermissione se exerces, eas veluti quoddam tributu ad trecentas numero Deo offerebat. Ne auté ab eo numero aberraret, totidé lapillos in linu depoluit, & ad precationes lingulas lingulos eiiciebat calculos. Quibus ad eum modu consumptis, precationes totidem absolutas ei elle co Habat. Pachon quoq; in Sceti monastica exercuit, à iuuentute ad multu vique seniu. Neq; verò corpus, quod validu alioqui obtinebat, neq; affectio D aliqua, atq; adeò ne dæmon quidé ipse deprehendere in co potuit, p mollius le, aliterque q virum decear, in téperantiz studio & rebus eis quas sup primere philosophum monasticu conuenit, geste rit. Stephano autem circa Mareoten non longè à Marmarica domiciliù fuit. Hic accurato arque exacto eius generis philosophiæ instituto, annis sexaginta spectatus suit monachus. Quòd auté notus etia Antonio magno fuerat, mitis valde & fapiens enasit. In familiaribus colloquiis tam suauis & comodus, vt facile coru qui vel maximo tenerentur mœrore, animos verború gratia demulcetet, & ad moderationem & iucunditatem traduceret, quanuis tempore multo illi consolationem omné auersati essent. Quinetiam in suis ipse erunis talem se præstitit. Atq aliquando incurabili malo correptus, membra quidem affecta medicis curanda atque secada permisit : ipse verò perinde atque alius in eo casu esset, solitu laborem continuans,& palmarū folia in manibus habens, catenam complicuit:atque eis qui cum eo erant autor E suasorq; fuit,ne casus huius vitæ ægrè ferrent,nec aliud quicqua cogitarent, q quod ad finem bonu Deo adiuuate euaderet. Sibi, p talibus expeteretur erumnis, idque propter perpetrata forte peccata, commodum atque vtile esse dixit:quæ pecca ta hîc luere præstarer, q vt ad futură punienda reservarentur vitam. Molen autem gloriam ingentem masuetudine & charitate consequutum esse accepimus: qui etiam ægritudines plurimas, atq; cas incurabiles, precatione sola sanauit.

CAPVT XXXVII.



Ior <sup>2</sup> admodum adolescens mo nasticam philosophiam comple zus, quum paternam relinqueret domű, votum Deo nuncupauir, + nung se propinguorum suoru cuiquam in conspectum ventu-

rum este. Posta verò quinquagesimo anno pòst foror eius viuere illum accepit, continere seipsam no potvit:atque indicio, quod ei præter opinioné F omnem acciderat, in immésam sublata lætitiam, summopere, vt eum videret, expetiuit. Quapropter loci eius episcopum siens atque vociferas ro gauit, vt in Scetim literas daret, quibus efficeret, vt frater ad ca mitteretur. Ille fæminæ senectute miseratus, monachoru antistitib, vt Pior venirer, scripsit. Is, vt hoc faceret, iusus, quum contrà niti non posset (non enim Aegyptiis, imò etiam aliis monachis fas est b, imperata non facere)in patria venit, fratre alio fecum ducto . Atque vbi pro foribus paternarum zdium fuir, przsentiam suam sorori insinuauit. Et quum strepitum pedum eius fentitet, & ianua aperta strideret, oculis conniués, de nomine sororem copellans: Ego, inquir, Pior sum, frater tuus: conspectu meo, sicuti visum tibi est, fruere. Atque illa quidem fratrent satisfintuita, Deo, qui desideriu eius impleuisset, gratias egit: iple autem ad fores precatione habita, rursum discessit, & in regione solitam revertit. Qui auté puteu foderet, amará in eo inuenit aquam: ad quá tamen,ea vtens,ad morté víq; pmálit. Tá lublimis verò teperatia eius, post obitu primu ipsius

Donn mart tıbus 🕁 affli Solundin.

Memorabilu tententia. 1) เมติ รูเลยสา tionum sh Moje. Capu huma ns lenster ferends. A ffectiones 💇 erwinnæ hour mea hoambuis. tone juns. a Pier. Interdixit fi be navoto mã cupat o, dome flicorā Justā conspectu. † 700 A0 1 200 µm iva Tãv sixtar öft. Bal. Soz. hos est: Nunquã je pojicap;im qoorii juorii **รุมเกรุมล์ าง**-Jurum e∏e. Piot mã-

bulās cibū ca piebas. Cuiaă anië caniquirëti: No lo,inquis,cu-TA COTPORUTE insto opere, sed juccijino sālūvii:be feilices cibo capiendo aliqua ex far se voluptate corporu anima fruatur. b willow xia 👉 obeaietià monastica. 1dem tame, prepositorii ∫พอรณิ เพ∏่**ม** ∫อ rors se conspi bes:1pfe verù tsetur.

A mara Me aguã bibit.

NICEPHORI

Pior in arido keo fonten elicait.

a Origenes. Serapion ma B Putubestes . Arlion. Didymus. Arfefim. Soc. Arfenia wat. b Cronion ce tum & dece nachw. c Aliter inne mes, aliter pweetioru zta tu monachi coercendi. Lõgi fratres. \* nátapelva τίν, ≥ufebius. Diefenrus. Ammonÿ pracipuè vir Pulchrii exi plum derige C spydes.

nasy,Rome no alind,quë S. Pari & Pauli marty viii spectame d 1de eps le-Elms,ne ma mus id ei obiro ojas e∬et, an rë fibi ipfe ro cidit,lingnå quoq; nisi el privato esse li ceret exector e Quatenus integrum samamá; comos

A mmoniss

comes Atha-

f Ammonius WAS STRE,

niat esse epifropum.

phandum sibi esse statuissent, perferre, id non po tuerut. Mea porrò sententia, nisi sibi ita perdurandum esse proposuisset, non difficile ei fuisset, oratione fola aquá cam in dulcemvertere:quippe qui eo loco, vbi nulla esser, cam elicuerit. Quum enim Moles, qué diximus, puteu foderet, & iam ad profundam altitudinem peruentű esfet,neg; vena ali qua liquorem vllú polliceretur, adeò vt iam despe raret, & laborem tantum relinqueret: obiter circa meridiem Pioraduenit,&primum eum salutauit, deinde pufillanimitatem & incredulitaté fodientium reprehendir. Sub hæc, vbi in fossam descendisset, & ligone tertium terra impulisset, derepentè scaturiens prodiit aqua, & puteu repleuit. Atq; vbi petiit, vt ad precationé abite sibi liceret: & illi,vt cibum cum eis caperet,rogarūt:morē illis no gelsit,nő ea de caula,quű iam qd voluillet,effecilict, se cò venisse dicens. Eadé tépestate multi circa Scetim magni Antonij floruere discipuli: in quibus grādæui fuere 3, Origenes, Didymus, & b Cro nion, qui etiam cetum & decem annos natus, excessir.Insuper eodem cum eis tépore extitere,Serapion magnus, Putubastes, Artion, & Praclarus Arsesius: qui in philosophia hac consenuerunt, & monasteriis prefuerunt. Ex eis Didymus nulli cohabitauit homini, ad extremum vsque vitæ diem: quauis nonaginta vixisset annos. Arsesius auté iuuenibus c lapsis delicti gratia faciebat, ztate auté & virtute prouectiores excommunicabat, verbis hisce vtes: luuenem quidem, si per excommunica tionem repudietur, \* despectoré fieri. Qui verò in virtute profecisset, eum celeriter obiurgationis sessent de la faction de la fa Ammonius & Eusebius, præterea Dioscotus & Euthymius, qui quu fratres essent, propter corpo ris statută Longi sunt appellati. Ammoniu famă est eò laudis in philosophia hac puenisse, & adeò voluptate & deliciis omnibus superiorem fuisse, vt preter panem solu nihil cocti degustarit. Valde etiam literarum & eruditionis studiosus fuit, itavt Origenis & Didymi & Euagrij (cripta diligéter& feliciter legerer. Adeò verò à curiolitate abfuit, vt Athanasium magnum Romá comitatus, ex precla ris præcipuíque vrbis eius rebus no aliud specian dum sibi censuerit, quam Petri & Pauli martyriū, & ædem eam in qua illorű corpora veluti thesaurus sunt codita. Porrò quum ad episcopalem aliquando consecrationem abducendus esset, & ad cos multa, qui illum cius rei gratia conuenerant, dixisset,neq; tamen eis quod volebat persuasisset, amputata fibi auricula dextra: Vel nunc demű, inquit, abite, quando quidem deinceps etiam volentem ecclesie constitutio no recipit e. Sacerdotem nanque integrum atque immutilatum esse oportet. Atque vbi ex præcipuis ad ipsum missi erant, ab eo discederet : & à ludzis quidem talia observari & magnifieri, ecclesiam autem Dei paruipen dere, si modò animo & moribus saluus commodúsque sit episcopus, inter se dicerent: ad eum renersi, comprehendere tentarunt. Ibi ille, Si vim ei inferre pergerer, lingua quoque sibi recisurum esse, adiuravit. Quibus minis illi perpensis, in loco suo virum magnú reliquerunt.Et ex eo tempore f Ammonius washirm, quasi aure carentem dicas, co

A cognita est. Quum enim alij in loco eo philoso-

gnominatus est. Hocidem in & Euagrio philoso- D hoc est sine pho accidit. Nam quum à Theophilo Alexandrino ad episcopatū traheretur, vbi artibus variis se exculando vius esfet, sacerdotali dignitati, sibi ca interdicendo,nunciü 🖈 remilit,non tamen lummo aliquo corporis mebro resecto. Atq; is vbi in Ammoniú istú incidisset, vrbanè eum carpsit, male admodū fecisse, Deóq, ob membrum resectum pœnas daturú esse, inquiens. Ad quem subinferés Ammonius. Tu verò, inquit, ô Euagri, an nó códignas persolues pænas h, qui propter pixevier, hoc est, nimiŭ tui ipsius amore, lingua resecueris, & ea que tibi adveilitaté multor u cocessa est gratia, vsus non fueris? Verú de Euagrio paulo post dicemus,

#### CAPYT XXXYIII.



Irca Scetim mos est, quem accolæ a Nitriam vocát: propterea o vicus quidá vicinus ei est, in quo nitrum colligiturb. In eo monte ingens est huius generis philoso E phorú multitudo, & monasteria

cotigua non pauciora q quinquaginta. Eorú quædam sunt, in quibus monachi comuniter, quedam in quibus seorsim habitát.Est & alius locus ad interiorem solitudiné vergens, & ab istis, stadiis septuaginta distans, ad monastică exercendam perg commodus . Cellarum is nomen habet, p mona choruibi domicilia no continenter, sed sparsim constructa sint. Tantu verò ea inter se dissita fuere, vt ea incolentes alius aliu ne cernere, nec audire posset. In hebdomade auté semel, primario & Dominico die, in ecclesia convenire soliti erant d. Quòd li eo die quis non cóparuillet, latis conftabat, eum vel eruna, vel morbo aliquo oppressum fuisse. Porrò ad cum visendum non simul omnes, sed diuerso tempore veniebat, pro se quisq; quod ei suppeteret,ad illum curandű,commodum mor bi afferens remediü. A bloue hoc li esset, alius aliü non adibat:præterg si quis discendi causa sermones animæ vtiles & salubres auditurus, eum audiret, qui eius rei peritus esset. Cellas quoque cas illi inhabitabăt, quibus ad fummum philosophiæ hu F ius peruenire, & libi iplis ductores elle cotigillet: vt recte ab aliis segregati, quieté sequi, & sibi ipsis viuere possent. De Sceti, & qui ibi philosophati funt monachis, hec dixisse satis sit. Nam si singula oratione persequeda essent, metus esser, ne in cap lixius productă, reprehensionis quispiă aculeu im mitteret. Et quũ illi fuum fibi viuendi modū insti tuilset,fieri necellariò aliter no potuit,quin variè, vt par est,pro cuiusque ætatis captu,opera,mores, instituta,& diætas dispertirét . Alius item locus, cui nomen Rhinocurura fuit, multis ex eo tempo re \* indigenis monachis celeber fuit. Inter eos infignes fuere: Dionyfius, qui ad parté vrbis Aqui lonarem domunculam fuam habuit:Mela ille,qui eo tempore ecclesiam eius loci gubernabat:& Šo lon,Melæ simul & frater germanus,& in sede ipsa successor. + De Mela illud memoriæ pditű est.

Distry furt. M da. Solom.

ame, cogne-

admedii be

mines py ad episcopii ene-hebanem.

g Enegrica

stide epifcopa tii Jacerdatio

se abdicans,

b Scist faceséque dicta Ammony &

Emagry.

\* Ls pfogis Soc. pudio à.

MENTAPIESE

TO COMETO

a Nitria mõi

O monaste

b Six bodie i

Ashe mëteri Ziati duo info

gniofüt me-

maßeria zra

COTHEN IN CHE

cher à ordina

diwi Bafily,

que tribut

. พอมัยโซเสเซี

tyráno que-

lânu (xyme

tes & elimetic

fungedüt fen

rii Turcicali

Mõs nà chri

Stienu azırı

Zpos, becest.

fanclus mos

deciumià Ro

tooir, Sma-

e Cellet A

Sceteria in cu

d Monasterioră : ftorum

Spenë quada

referent Car

t bufianusm

e Rhinocero

14 (T #04\*

Rhinecure

ra whitegy

quis incolu foc dict a quo rum mutila-

to fuere mafi.

Stephen,

pti, ab anti

feria niu.

dominia.

ta bera.

ris cas.

minetus. Insuti olim

w bu impleduters, was leveler and der an aleicher est, non aduemu, sed originarys bonn viru.

† Mela Rhimocururao episcopo, qui ab Arianis ad cum espel lendammifi fuerant propter renetentiam eins exciliam remittunt.

Hofitalita tu epfapalu exeeplum.

Ille verd me pafica visa affactus foa frote esculas.

Solon frater B Mela, ex maratore mo nachus &r qiftopus,

Clari ecclefia

oa cabalica.

eilcerent aduenissent, repererunt eum veluti seruorum extremű ecclesiæ lucernis adornandis hilariter incumbétem. Lucernarum enim lineos funiculos in manibus habebat, veste simul & cingu lo fordidatus. Atque quum illi epifcopü requirerent,indicaturŭ fe eis illum respondit,eósg; in do mum episcopalé duxit : atque vbi is eis de via fessis,mésa apposita, pro rerú tenuium copia cibum dedisser, atq, edétibus ministrasset, sublata mensa manus lauit,& seipsum eis indicauit.Illi virum admirati,causam aduétus sui quum ostendissent, remittere se ci exilium, propter reuerentia cius, dixe runt. Quod posteaquam accepisset, eis respondit, non idem, se, quod alij consentientes sibi episcopi fecissent, comissurum esse, vt inuitus solum exi lij causa verteret, sed sua sponte in exilium iturū. Atque quum ibi esset, veluti qui ab adolescentia monasticz philosophiz assueuisset, omni genere virtutis præclarus admodum fuit. Solon auté, vbi mercaturæ renunciasser, preciosam mercatus est margaritam. Nam sub fratre Mela, eiúsq; loci magistris fideliter atque diligéter edoctus, mutatione vitæ plurimum in rebus divinis studij ostedit, & morum simplicitate erga proximos bonus ma ximè fuit. Ecclesia Rhinocururæ postquam tam egregios primum duces nacta est, longo deinde tempore consuetis constitutionibus vei perrexit, & viros præclatos protulit. Illud portò nouum, & inter alia maximè insigne in ecclesia ea fuit, 9 clerici ibi domicilium, mensam, morum institutü, & diætam vnam, aliáque adeò omnia haberent communia.Hæc de Rhinocurura.

Quum de ecclesiis i uni consubstatialis sidei de-

fenlores exigerentur, atque eò qui iplum quoque

CAPTT XXXIX.

Palafini mashi, N Palæstina quoque eo tépore plu rimi floruere solitarij philosophi. Adhuc enim superstites erat, quos, quum de Constantini imperio ageremus, diximus, scientia & vita monastica effulgentes. Sed & alij

C cum illis institutis illorum enituere, qui virtutis profectu, non pœnitenda laude & gloria monasteria auxerunt.Horum præcipuus fuit Hesychas, Hilarioni illi, vita ea quæ secudum Deum est, lon gè præstantissimo, maximè amicus. Item virtute præclarus Epiphanius, qui logo post tempore ecclesiæ Salaminiæ in Cypro episcopus præfuit. Et Hesychas quidem quietis officinam apud Gazam instituir, eodem quo amicus seu magister, in rebus omnibus fecum confentiens Hilarion loco. Sacer autem Epiphanius, circa quendam vicum Besanducem, præsecuræ Eleutheropolis, vbi etiam ortus fuerar. Hic in prima ætate optimis vius preceptoribus, & doctrinæ monasticæ gratia longo tempore in Aegypto moratus, apud Aegyptios simul & Palæstinos, per virtutis studium, insignem adeptus fuerat laudem: nec minus etiam apud Cy prios: apud quos episcopum gessit. Vnde coniice re licer, ea de causa præclaram eum famam per or bem omnem esse consequutum. Quum enim in ampla & maritima, cadémque populosisima vrbe sacrorum antistes esset, & cum illustri virtutis gloria ciuiles quoque res tractaret, breui tem-

pore non ciuibus folum, sed aduenis etiam vndecunque eò appellentibus notifsimus fait, qui eum partim convenerunt & viderunt, partim ex fermonibus corum qui illum viderant, cognouerunt. Prius autem quam in Cyprum veniret, co quo diximus tempore in Palæstina vitam egit, quum in monasteriis ibidem sancte & grauiter admodum eniterent, Salamines, Physcon, Malchion, & Crispion, claro loco nati, & fratres, circa Betheleam vicum præfecturæ Gazæ studia virtutis exercentes. Habuerunt & ij Hilarioné magi îtru. Fertur nanque,quum aliquando fimul isti apud eum fuissent, & simul domum reuerteretur, ex eorum medio Malchionem folum quodammodo raptum disparuisse: atque vbi rursum subitò extitisset, idem cum frattibus iter carpsisse, & oaulo pòst èvita excessisse, iuuenilem quidem ad 🕆 huc ætatem agenté, sed virtute & Dei amore non multum eis qui in tali studio consenuerunt conce dentem. Tum Ammonius quoque decem ferè sta diis ab eis distas,& circa vicum Chapharcon bran Gazæ subditum casam suam habens, clarus fuir, E ex eo vico oriundus: vir qui accurate & constanter in instituto monastico perdurauerit. Sed & Syl uanus in Palæstina ortus, eo, vt mibi videtur, tépo re superstes fuit: qui eu à Deo 🖈 accepit honore, vt angeli ei inseruierint. Et quum primum in Aegypto philosophatus esset, in montem Sina inde transiit. postca autem in torrente Geraræ maximum, pulcherrimum, & clarissimum bonorum virorum construxit monasteriu: cui post eum admirandus præfuit Zacharias.

Salamines, Physio, mal chio, Crispio fratres, H da rionis discipuli.

Malchien è còfpectu fratrū derepentè r.spius, acque eifaë reddie. Ammonism. Sylvansu.

\* Am applatus Aus Aus Augus pleus Augus pleus Augus es infernientes .

Zacharias.

CAPVT XL.



X Aegypto & Palæstina, ad eos mo nachos qui i Syria & finitima ei Perside fulserunt, traseundum: qui cum Aegyptiis quam maxime certantes, quam plurimi & virtute clarissimi

euasere. Circa Nisibim ad monté cui Sigaron nomé est, vitæ sanctitate celebres fuere, Baththæus, & Eufebius, & Barges, & Hallas, & Abbus, & Abdaleus,&Zeno,& Heliodorus,& Lazarus,qui epi F scopus etiam est factus. Qui quòd non ita pridem nouum hoc philosophiæ institutum exercere incepissent, Bossoi, hoc est, pascentes seu pabu latores cognominati sunt. propterea quòd tecta non haberent, nec panem, aut vinum, aut obsonium aliquod gustarent : sed continenter in mótibus versantes, de ecclesiarum more precibus atque hymnis Deum colentes celebraret. Et quum tempus cibi capiendi esset, pro se quisque falcem in manibus habens, & veluti pabulum inquirens circuibat: & herbas commodas nactus, eis vescebatur. Atque ad hunc quidem isti modum nouam agendæ vitæ philosophiam instituerunt. Apud Carras autem philosophatus est Eusebius, qui voluntario carcere seipsum, vt adiri non posset, cohibuit. Item Protogenes, qui post Vitum parœciæibi curam gessit: Vitum inquam, inclytum illum monachum , quem ferunt quum primum inter Imperatores Apostolum Constan tinum vidisset, sanctè affirmasse, eum sibi dudum fæpenumero à Deo per apparitionem oftensum esse. Proindeque sedulo cohortatum esse, G ij

MonachiSy ri ad Nisibi in Sigaro monte.

Hi Bostoi, hoc est,pabu latores dicti, seu pascentes

Voluntarion carcer. Enfebins.

Monachi ad Carras. Protogenes : Visus : Huic per vi flonë Deno : Conflantini magnum en hibpis.

----,

Praclara ci<sup>9</sup> per ranners ii nbon sama

Digitized by Google

Baththam. Mallas. Heliodorus. † Ofloginta Suzom.

Phalana lo cus, rbi Iacob in Rache chelë incidit. Aona. Primus hic in Syriame Azizu. Gaddanas. Monachi Edelleni. Inlianus. Ephraim. Barfes. Zolozim. Due isti in B monasteriu Sou episcopa-Lom ahtingere dignitatë. Itidem & Lazarmi. Sup.eo, c. 23.

vt quod Constantinus statuisset atque iulsisset, ho mines citra exceptionem omnem obsequenter fa cerent. Porrò Baththæus vsque adeò à cibo sumendo abstinuit, vt vermes etiá ex dentibus eius proreperent. Hallas + septuaginta totis annis pa nem prorsus non atrigit. Heliodoro tata fuit tem perantia, vt noctes plures peruigilaret, & ieiunium hebdomadibus totis continuaret. Floruit tum ctiam in Phadana (quo loco Iacob Isaaci filius ex Palæstina veniens, vxorem suam virginem in matrimonium duxit, primumque ibi reuoluto à puteo lapide gregem eius potauit) Aonas ille, quem fama est primum ibi apud Syros accuratum hoc philosophiæ genus colere cæpisse: quemadmodum id apud Ægyptios magnus fecit Antonius. Cum eo fuere & Gaddanas, & Azizus, in ciusdem virtutis laude concertantes. Multi verò & apud vicinam Edessam, & circum ea loca celebres floruere viri: inter quos clarissimi fuere, Iulianus, atque apud Syros decantatus Ephraim, à quo multi libri ecclesiæ sunt editi : de quibus certius in Constantij imperio commemoraui. Extitere præterea Barses & Eulogius, qui ambo post longum monastici exercitij certamen Episcopi sunt facti, nó in vrbe aliqua, sed honoris gratia in monasteriis suis episcopalem consequuti consecrationem: ita vt rectè aliquis dignitatem eam táquam præmium seu remunerationem pro exactis simo philosophandi instituto eos accepisse dicar. Sicuti & Lazarus, de quo paulo antè, post san cum Heliodorum, mentionem fecimus.

CAPVT X L I.

Oelefyria autem,& quæ fuprà cã

Monachi Calefyria.

Christianor# eft ferre, non inferre inin-Valentinus, 👉 alğ plu-Paules Telmist ortus. Monastain einfd.m iv Ingato. Sezom, Tel-mijum nei effe dicis.

Movachi olim ferè omves longani.

Monachorii Sanctitas plu rimos ex goo tilibas ad Christianifmë perdusit

est regio, sola Antiochia excep-ta, serius quidem Christianismu suscepere, non tamen ecclesiasti-cis philosophis caruere. Qui co fortius vt viri egregij se gesserūt, quo maius in cos incolarum Græcæ superstitionis studiosorum, atque illis insidiantium, flagrauit odium:non illos quidem vindica vrentes, sed magno animo illatas iniurias & plagas excipientes. Qualis Valentinus ille fuit, quem alij Emesenum, alij Arethulium genere fuisse tradiderunt. Et alter ei cognominis monachus,& Theodorus, qui ambo à Tittis vico præfe&uræ Apameæ oriűdi fuere. Item Marofas Mechelis ortus, Bassus, Bas sones,& Paulus, cui patria fuit Telmisus. Hic quu multis in locis multa monachorum comobia instituisset, & præclarè plures ad philosophiam hac consectandam cohortatus fuisset, postmodum in regione cui nomen est Iugatum, insigne & splendidum monachorum construxit domicilium, atque ibi vitam in senecute multa finiuit. Monstra tur eo loco adhuc, quod omnibus notum est, sepulchrum eius. Omnes verò propè quos recensui mus monachi, longæui fuere: id quod dispositione & providentia Dei mihi factum elle videtur, videlicet vt tam diuturno & exacto vitæ instituto incrementum religio caperet, quod non Syros tãtum, sed & Persas atque Saracenos plurimos ad fidem nostram pertraxit, & Græcæ superstitionis sectatores plerique vt cultum suum abnegarent effecit. Ex quibus omnibus plurimi persuali sunt

vt philosophiam monasticam summoperè cole- D rent, & ad eorum quos modò diximus exemplum monachorum sodalitatibus præirent. Facilis autem coniectura est, hoc genus philosophiæ initio inde sumpto, a ad Galatas vsque & Cappadoces, finitimosque eis populos, item ad Euxinum Pontum,Bithyniam,& Hellespontum peruenisse,qui sanè antiquitus doctrinam Christianam slagrantibus animis complectentes, permultos diume hu ius philosophiæ habuere sectatores. Quorum plu res in communibus domiciliis pet vrbes & vicos habitarunt, vel quòd nondum traditionibus & exemplis corum qui dici sunt assucuissent : vel quod propter hyemis asperitatem regiones illa, & maximè Pontus, Cappadocia, & Galatia, natura frigidissimæ sint, proindèque non facile plutimi in solis ibi locis degere possent. Veruntamen non omnino montes carum ab eiuscemodi philosophis vacui fuere. Tempore nanque proceden te, vehementi atque ardenti rerum diuinarum stu dio frigus etiam celsit. Atque in eis partibus quu multi alij præclarè vixere, quemadmodum alibi E à me dictum est: tum post Eustathium & Basilium magnum, præ cæteris celebres maximè fuere, + Leontius ille, cui deinde Ancyranus commissus est episcopatus: & Prapidius, qui quantumuis senex, admodum multas pro epilcopo rexit 🖈 vrbes. Præfuit verò nobilissimæ etiam illi hospitali domui, cui cognome est Basilias . na à Basilio ma gno Cælariensi episcopo constructus xenon, quu nomen eius obtinet, tum ad tempora multa perdurat. Antiochiæ multi alij enituere monachi, in quibus secundum Iulianum & Aphrastem illum. Marianus fuit & Eusebius, Palladius, & Symeones, Abrahames, & alij insuper, qui integrum atq; immortale, + id quod ad imaginem Dei con ditum est, conservarunt. In monte eo pratis multis perquàm amœno, qui vrbi adiacet, Petrus Galata enituit, & cognominis huic Ægyptius. Præterea Romanus, & Seuerus, & Zeno, & Moses, & Malchus, alique multi eo tempore monastica ibi philosophia splendidi & illustres fuere. In solitudine Chalcidis, Abitus,& Marcianus,& Abra hames, & quàmplurimi alij, non facile sub nume F rum cadentes \* corpore perpessionibus obnoxio, vitam affectionibus vacuam, excoluere. Item in Apameensium eremo Agapetus, & Simeones, & Paulus. In Zeugmatensium autem solis locis Publius & Paulus philosophati sunt. Item in solitudine vrbis Cyri, Acepsimas ille decantatissimus, qui in tuguriolo exiguo inclusus sexaginta annos sancte ita peregit, vt neque conspiceret, neque alloqueretur quenquam. Fuit tum quoque magnus ille Zeugmatius, qui oculis captus, non in casam aliquam se abdidit, sed loca pleraque circumiens, sinceram sidei professionem annunciauit . Quorum vitam fingillatim omnium pulcherrime Theodoritus Cyri episcopus, in Dei amantium historia conscripsit. † Porrò omnium istorum commune, vt ita dicam b, consilium & institutum erat, vt quam maximam animæ cura gererent, eamq; à rebus & studiis hu. ius vitæ per desuetudinem abalienarent, & longioris vitæ fuæ tempus in precationibus,ieiuniis, hymnísq;,& Deum decentibus laudibus cosumerent: corpus autem deliciarumque eius & volu-

\$020.ed eta tem 7/9; foz Theodo [ 4 inniorn imp risi nomalas ex bisce monachis duraf Se scribit.lib. 6.cap.34. a Apod Ga lata, Cappa doces , & in Ponto multa mona fteria in rebibas O rick Earund e ter rarum eremi cole. En Stathins Bafilius ma guns. Prapidine.

> † Sozem.ha bet Lee.

Soze. rices Bafilias ho-Spitaludom". Monachi Antiocheni . T+ KOT LIKE Theodor. ib. 4.64p.18. Monachs fo Utadinischal cidis. Monachi Apameni, ttem Zesgmatis.

\* ospenie Borg The ATA الم وهام بدراد χίμινά, Cyri, Aceps m46. Zengmetins cercus conci mator loca multa cir + Seder chair filme il inde ab misio idem qui me wastice vita finis est. Carnina ficatio, & fpi ritme ren tro. Atq; ille de-mii verè chri His પ હીં, qui ed recat . menachati quaproximè eccedie. b Com chors cofilis **⊕in**ftitut**i.** 

A ptatis studium negligerent, necnon pecuniam & negotiorum occupationes omnino à se repelleret & ad vitam angelicam imitatione contenderent.

CAPPT XLII.

inatus eft. De Enegrio

\* Angropei. Sozom Li. 6. r#-30,

Archidia -Gregory Na മുങ്ങം. negrius 70 ne jebs dinimit' in form uu oblata,ifi dies ween libi frattes effe

\* ---4.33. egii 9 Ma ië Am ný fodalu. Hisri vás i…

SIAdos. Soz.

Ost Ephraim Syrum, celeberrimi in vtrag; philosophia fuere, Didymus Alexadrinus, & Eurogrius monachus Aegyptiacus. · Cæterű de Didymo qui fuerit, & quæ scripta post se reli querit, in nono historie huius libro à me est dictu.

De Euagrio autem, æquum visum est hic pauca di cere:quanuis ambo isti in sana sidei doctrina clau dicarint, vtcunque plurima scriptorum suorum tela in veritatis hostes sint iaculati. Euagrius ex Iberibus, qui circa Euxinum Pontum colut, genus duxit: vir sapiens & clarus ad modum, inueniendo subtilis & ingeniosus, & in eloquendo quod inuenisser grauis & acer. Perfacile etiam, quænā 🖈 cogitationes vel ad virtutem, vel ad vitia spectarent, diiudicauit: nec minus idoneus ad subiiciendum & docendum, vt ille quidem excolendæ, hæ autem cauedæ essent, fuit. Porrò eam quæ in oratione eius inest gratiam, scripta quæ edidit indicabunt. Morŭ quoque singulari moderatione suit, à fastu & superbia maxime alienus. Et sicuti iustarū laudum præconiis minimè est ad arrogantia sublatus, ita etiam cõuiciis iniustis haudquaquam ad indignationem commotus. Sacras literas sub Gre gorio theologo optimė addidicit.nam eius quoq; fuit archidiaconus, quum ille Constătinopolitanæ præesset ecclesiæ. Quòd autem natura vultu esset venusto. & præterea vestitu elegati vteretur, ex magistratibus quidam zelotypia erga vxorem laborās, quũ eum illi innotuisse cognouisset, clàm ei cædem moliebatur.Et ad rem confilium id collatum fuisser, nisi ea ipsa noche Deus horrendam quidem, sed salutare visionem Euagrio dormienti exhibuisset. Videre nang, sibi visus est capitalis cri minis causa se captū, atq; in carcere manus pedésque ferreis catenis vin du esse. Quum auté iam ad tribunal iudicis sisti, & pænas dare deberet, acces-C sisse quendă, qui sacrum Euageliorum codicem ei oftenderit, & tam gravibus vinculis eum liberatu rum promiserit, si quamprimum ex vrbe discederet, & facturum se id esse iurisiurandi sacramento confirmarer: féque imposita libro dextra ad cum modum iurasse, simulq; & compedibus solutum esse, & è somno euigilasse. Ita ille diuina visione persuasus, \* aperte sibi structum atque creatum periculum effugit. Atq; vbi in animo costituisset, decere se monasticam consectari vitam, Constan tinopoli Hierosolyma venit. Inde in Aegyptum, ad viseados, qui in Sceti philosophabantur, mona chos profectus, ad montem Nitriam, monasticam sibi costruxit casam: & ibi cum duobus Macariis, Aegyptio & Alexandrino, qui alios antecellebant, fuit: quorum quum æmulareturvitam,factis quoque ipsis philosophiam monastică est consequutus. Deinde etiam \* sub Theodsij iunioris imperio, cum co quem diximus Ammonio est versat?. Prodigia autem eadem quæ præceptores eius edidit. Libri ab eo plurimi & maxime necellarij con positi sunt, inter quos quidam Monachus, siue de practice & operatrice virtute inscriptus est: qui-

dam wwsnis, hoc est, cognitor, siue de eo qui cogni D tionem est consequutus. Hic in quinquaginta capita est diuisus. Scripsit etiam librū alium, qui con futationem seu inuectiuam continet aduersus ten tatores dæmones.ld op9 in octo divi lit sectiones, iuxta octo deliberationum feu cogitationum numerű.Item Problemata prognostica sexingéta.Et præterea sxspå, hoc est, vetsuum duos libros reliquit: alterum ad eos qui in comobiis aut in + co mitatibus sunt monachos: alterum autem ad eas quæ virginitatem colunt sanctimoniales. Omnia verò scripta eius admiranda sunt, & sententiis & elocutione ad persuadendum prorsus accommodata. Et qui ea leget, qualis is vir fuerit, cognoscet. Peropus autem esse puto, breuiter quæda ex eius operibus in historiam hanc inferere, atque in primis quæ de monachis commemorat, hisce prope modum verbis.

CAPPT XLIII.



Ecessarium quoque est, vias corū " qui nobis præierunt, monacho qui nobis præierunt, monacno rum ritè inquirere, & ad eas vită nostram coponere. Multa enim ab eis & dicta & acta funt præ-clarè. In quibus illud quidam di-

De sancto Epiphanio episcopo Cypri, qualis fuerit: 🖝 46 de admirandis eius operibus.

De Acacio episcopo Berrhaa: item da Zenone, 0 47 Asace, santtu episcopu.

De innentione reliquiarum Abacue & Michea, ve- 48 terum prophetarum.

De inuentione sacrati capitu dini soannu pracurso- 49 ris & baptista.

De clarissmi Imperatorum Theodify magni obitu. 50

# ECCLESIASTICAE

STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMYS DVODECIMYS.

# CAPVT

ab inte Com

Angoft a fixmfe dicie. aior, [app.



OSTQVAM Valens ita è vita Dexcessit, batbari victoria quæ eis præter opinioné obtigerat, elati, Thraciam omné percurrentes, etiam propinqua Constantinopoli circumcirca lo ca vastarunt. Et quum res in co discrimine effet,

no parum opis auxiliares copiæ Saracenoru, quas Mauia miserat, tulere. Multi etiam è populo, stipédio à Dominica Valentis coniuge constituto con duci, arreptis quæ tum tempus offerebat armis, barbaris obuiam iere:eósque fortiter dimicantes, longius ab vrbe propulere. Gratianus autem Valentis quidem ex fratre nepos, Valentiniani verò filius, vnà cum fratre Valentiniano iuniore, totius Romani imperij administrationem suscepit. Dudum namque post patris mortem Europæ imperium obtinuerat:eoque superstite, imperij socius fuerat. Tu autem Alia omnis, & quicquid supererat Libyz, quòd Valés absque liberis decessisser, in potestatem eius venit. Et luxit ille quidem patruum, imperiumque Romanum ita vastatum esse fleuit. Consilio autem illius & sententia, quam de cis retinuerat qui de religione aliter atq; ei pla cuisset opinati fuillent, improbata, d costitutione vt quam quisque vellet religionem sequeretur, conventusque Ecclesiasticos semoto metu liberè omnes agerer,præterquam Manichæi,& qui Photini & Eunomij secta essent, tulit. Et episcopis,

quos Valens ad exilium damnauerat, reditum per- C retur sintenmisir. Deinde imperij magnitudinem & molem secum ipse considerans, quòd & barbari Istrum, accolentes, Illyricum & Thraciam excindere non dessiterent, de Almani Gallis Occidentalibus im minerent, es sque extrema damna inferrét: socium imperij libi alcivit Theodolium, claro loco natu, arque Imperatoriis artibus celebrem vitum, qui pro popularibus suis sæpe bello decertauerat : & antequam Gratianus Imperator creatus esset, dignus ab omnibus habitus fuerat, vt ei imperium committeretur. Caius rei gratia per collegarum suorum, qui cosdem cum co gerebant honores, inuidiam, in Hıspaniis + extra militiam viuebat. Ibi enim ortus fuerat, circa Pyrenzos Iberorum montes, generis nobilitate nemini secundus. 1beriam namque Hispaniam vocant, nomine co ab lbero amne, qui per cam fluit, sumpto. Inde Gratianus viru accitum, primum exercitus duce legit, & cum eis quas contraxerat copiis contra holtes D misit. Atque ille side munitus, in Thraciam aduerfus barbaros eam vastantes duxit, & acie optimè structa, irructibus illis occurrit. Qui impressione eius no feretes, ordines ipsi suos turbarut: & mox terga vertentes, magna vi sunt deui&i. Non enim à Romanis Iolum , led à suis quoque cædebantur. Atq; ita quamplurimis cælis, quum pauci ad Istrū profugissent, statim rursus Imperatoriæ artis scien tiam oftendit. Copiis enim in vicinas vibes, vt ibi præsidio essent, impositis, itineribus maximis ad Gratianu, vt iplemet victorie luz nuncius ellet, có tendit.Res ea quod præter opinionem omniū accidisset, quodammodo fide caruit. Nam qui ei inuidebant, non solum eum non vicisse, verum etiam amisso exercitu profugisse confirmabant. At iple vt aliqui ad rem inspiciendam mitteretut

liam, certie Sectu excee Episcopi exules renocati. f Almani Galliam vastantes. g Theodosius à Gratiano Imperý con-Jors lettm.

Epez 64

Theodolina contra bara baros in Thracia vi-Eler.

Idem villaria sue apud Gratia

D

Visione dini na in form Theodolio portenditu**r** Imperium.

11. Tannary, Aufonio es Olibrio Coß.

CAPFT 11.

Sacrorum in maximu ecclessu antifites, Tres redem tempore diuerfarum fa Elionio Ausiochia episcopi.

C

В

Ecclesias fore in Oriento amnes Ariani temuere. Macedonismi libertatem per Gratia ni conftitutionem religionis quam vellent, colen de consequeti, ad ingenin strogoroh Le à peredere p (ubisciunt.

Macedon mis cashtus pon facceßit.

A petiit, qui occisorum barbarorum numerum inirent, quem ex spoliis facile colligere possent. Imperator certos homines qui rem explorarent misit. Theodosius autem aliquandiu apud eum manens, visionem diuinam vidit, quam ei aperte vniuersitatis huius exhibuit Deus. Videre enim visus est Antiochene ecclesiæ episcopum diuum Meletium, Imperialem sibi chlamydem circundatem, & capiti coronam ex magni precij materia imponentem. Nocturnum hoc visum ex familiaribus cuidam postridie manè exposuir. Et ille nihil ambigui id habere, sed clara satis & aperta, que significarentur, esse dixit. Intercessere dies pauci, & qui ad res inuestigandas missi fuerant, reuersi, plurima barbarorum millia cecidisse renunciarunt. Ea re persuasus Imperator, ita vt par erat, simul & militiæ ducem & Imperatorem Theodosium, Sirmij creauit, imperiumque ei Valentis omne attribuit. Arque hoc sic in Sirmio confecto, ipse quidem in Italiam est profectus: illum autem ad Orientale, quod ei concesscrat imperium, misit.

> O tempore Damasus ecclesia Ro manæ præfuit, Liberij successor. Hierosolymis Cyrillus adhuc superstes ecclesiam rexit. Antiochie post Euzoium enim, Theodorus ecclesia in tres partes divisa erat.

Perinthius ecclesiis præfuit, Arianæ religionis pro pugnator. suessis consubstantialis verò fidei suffragatores, partim Paulino, partim Meletio, qui nu per admodum ab exilio redierat, paruere. Porrò Alexandriæ Ariani quidem Lucium antistitem ha buere, qui tum profugus Constantinopoli degebat. Catholice autem ecclesiæ, post Petrum, Timo theus frater præiit. Constantinopoli Eudoxij successor Demophilus ecclesias gubernauit. 4400016 comubstantialis autem religionis episcopus Euagrius in exilio viuebat. At sectatores eius Demophilum auersantes, & suos sibi conuentus agentes,à Gregorio Magno curabantur. Atque, Hierosolymis exceptis, per Oriétem ecclesiæ propè om nes in Arianorum potestate-erant. Enimuerò Macedoniani postinitam cum Liberio conciliationem, non admodum à Nicæni decreti sectatoribus dissensere. Aliquandiu enim in vibibus simul & in ecclesiis commercia inter se habuere, & veluti eiusdem sententiæ suffragatores libere communionem coluere.<u>Postquam autem</u> Gratiani có stitutio cuilibet, quam vellet religionem comple Aendi facultatem dedit, epifcopi quidam ecclesiis suis, quas sub Valente amiserant, receptis, denuò se ab aliis segregauere. Ij Antiochiæ in Caria con uentu coacto, suessis consubstantialis vocem repudiarunt, & pro ea sicuti antea 6,4000 800 y equisubstantiale confirmatunt, professionem fidei Nicænam abolentes, & ecclelias luas feorfim celebran tes. Verum frustra illis id coeptum fuit. na permulti contentione corú perspecta, quod adinstar Euripi,nunc in hanc,nunc in illam fententiam pedibus irent, à communione corum se omnino absti nuerunt, & constanter succession consubstantialis fidei laudatoribus per vnionem coniunxerunt.

Ratianus, quemadmodum dizimus, imperij sui primitias rerum vniuerlarum Imperatori simul & Deo consecrans, legem promulgauit, per quam compension per quam compens mulgauit, per quam cum exules

ex sacris zdibus deturbari, casque Nicznz fidei propugnatoribus reddi permisit. Et Saporem ducem, pręclarum admodum virum, qui cam executioni mandaret, in Orientem misst. Et diuina ea co stitutio in pronincia quaque ad legitimum finem suum ritè est deducta. Antiochiæ verò ingens erat in plebe contentio & dissidium, ob causam eiusmodi.Qui i un consubstantialis sidem & Apostolica dogmata defendebant, in duas abierant partes. Quidam namque statim post structas Eustathio insidias, ab Ariana rabie abhorrentes, sub Paulino antistite conuentus suos cogebant. Quidam autem ab Euzoij electione impiorum commercium refugientes, sub sapientissimo pastore E Meletio pascebantur. Et Paulinus quidem propter excellentem humanitatem à Valente in exilium actus non fuerat. Meletius verò quum primum exilio mulctatus esser, à Iuliano restitutus fuerat: & denuò sub Valente deportari iussus, Gratiani edicto fretus tum Antiochiam redierar,& Paulinű in extrema iam senectute viuentem inuenerat. Ibi qui factionis eius erant omnes, omnem mouere funem, vt in eodem cum Paulino throno Meletius collocaretur. Paulinus eam rem non admisit, factum eiusmodi aduersus ecclesiasticos Canones esse dictitans, quòd Meletius ab Arianis consecrationem accepisser. At populus id non ferens, Meletium in throno templi cuiusdam suburbani collocauit. Quo facto, multa verborum rixa est obor ta.Et res ex nimio contendendi studio in cœpta absurda abiit:plebéque ex parte veraque indignate, seditio in expectatione fuit. Deinde verò consi lio mirifico inuento, ad concordiam res paciis hu iusmodi est reducta. Placitum namque est, vt qui ad episcopalem functionem obeundam, vel iam tum essent, vel aliquado futuri essent idonei, quo-F rum quidem quinque alij, & Flauianus sextus erat, iuri siurandi sacramento obligarentur, neminé corum episcopatum suscepturum, neque ad digni tatem cam anhelaturum, atque adeò neque electionem, si fortè ea de quopiam fieret, approbaturum esse, tantisper dum Paulinus & Meletius in vi ta manerent. Atque vt altero defuncto alter qui superstes esser, in illius succederet locum: post eius iplius verò obitum, vt vnus ex eis qui suffragioru calculis digni essent, à spiritu sancto electus, episcopalem cathedram obtineret. Conventis hisce iuramento confirmatis, multitudo ferè omnis cosensit:pauci tantum Luciferi sectatores, consecrationem Meletij ab alienæ sententiæ suffragatoribus acceptam reprehendentes, dissensionem fouerunt.

referipto Ca-tholicos epi-Scopos exulãtes reflitait, & ecclefias Ariana adimit. Sapores Gta Diffenfie inter Pas 2505 C Membe Am tieck ena.

Gratiana

Dißidiü id compositum. Mo<sub>s</sub>t alsos Flanianes etiam iorat. Se opiscopati Antiochescepturu Panline & Mdaio fo perflitibi Luciferiani dissensia Sopitam four re parga

CAPPT 1117.

Apollina- A ri herefis, Dum verbii aniza ana homană ció carne non af إنسان والمعالمة pperised in iore dăwa-

3 45 4

1200

\* Terrend, Theod. a Adima gioem Dei condică et de. †iw) whose gariās vas - B për. Niceph. 12) Tão do\_ phras 2500-WATEL FO. rėpter. Thord. MITETEReine,

Apollinari fincerè se ad nciesiam Ca telare.

\* kelpszere, Sapores dux Giasiani d litationis de professionem pari Dama tificu epifioimbet. hypocritic2 Tolling. Damass orebo łowia.

Vm verò & Apollinaris pietatis persona uning nis Antiochiæ extitit autor. fub apostolicoru dogmatu defendru pratextu, breui mirific dendoru prztextu, prz. dendoru prztextu, prz. de zterna & immor

apparuit. Adulterinas quippe de æterna & immor tali natura opiniones commentus, gradus quosda & dignitates inter se differentes introduzit. Ad hæc salutis etiam nostræ administrationis mysterium imperfectum reddidit, animamque rationalem, qua corpus omne regitur, eius quæ nobis obtigit salutis expertem esse dixit: propterea quòd hanc quoque non itidem, sicuti reliquam corporis naturam, Deus verbum receperit, proindéque ei neque sanationem neque honorem aliquem tradiderit. Verùm, \* corpus quidem nugatus est in cœlo ab + intellectuali militia omni adorari: animam verò in terris manentem, vt quæ recepta nó sit, huc vsq; incuratam, peccatíq; ignominia circudată esse. Atq; alia etiă absurditațis eius modi plena blaterans, aliquando quidé & Dominum iplum ex virgine carné recepille, aliquado ve rò cam secu è cœlo descendisse. Interdú etiam Ver bum iplum in carné \* mutatu, nihil ex carne nostra sumpsisse, dixit. Atque insuper aliis nonnullis deliris & nugacibus fabulis adinuctis, divinis cas Scruatoris promissionib.coiunxit. Quas singulatim, præterquam quòd de eis antea quoque diximus, in præsentia recensere supervacaneŭ esse puto. Tum quidé ille non tantú sectatorib. suis pesté hanc comunicauit, sed ex nostris etiam multos ea infecit.Quáuis postea populares eius, suá ipsorum obscuritatem & fidei nostræ splendoré illustrem cernentes, paucis exceptis, omnes ad ecclesiá se Ca tholicam contulerint, & de comunione quidem nostra participauerint, ægritudinis autem suz venenú non omnino euomuerint, atque id permultis sanam opinione obtinetib. furtim obtruserint. Vnde etiá tanquá à radice mala, vná esse & dininitatis & carnis naturam, & divinitaté passioni non obnoxiam passionem subiisse (id quod suprà quoque aliquatenus ex Gregorio Nazanzeno retuli-C mus) opinio pullulauit: & alia præterea, quæ & multitudini & eius antistitibus, contétionem maximā bellumq; implacabile & \* non indictu peperere, prodierunt. <u>Verùm bæc postea accidere,</u> Tum auté, sicuti dixi, quu Antiochiæ Sapores dux esser, atque Gratiani constitutionem, vt quam fidem Damalus deprædicaret, in ea quoque Antiochia acquielceret, prætenderet, seruandamque iuberet: Paulinus quidem Damasi partiu se esse affir mauit.Idem quoque Apollinaris, morbum celás, dixit.Meletius auté vtriusque verba audiens, tacitus sedit. Ibi tum diuinus Flauianus, in presbyteroru etiánum ordine confistens, duce placide audiente, ad Paulinum: Si in eadé, inquit, cum Dama fo,ô bone, lententia acquielcis, exhibe nobis opinionis coniunctioné & affinitaté. Ille namq; substantia vnam Trinitatis profitetur, & tres subliste tias dilertis verbis deprædicat. Tu verò, sicuti verba tua declarant, subsistentiarum trinitaté prorsus tollis.Quapropter ad illius te,per consensum,dog mata adiuge: & ecclesias, iuxta earum sanctiones, tuto obtine, Atque voi hunc ita lilere coegit, ad

Apollinarim conversus: Valde te admiror, ait, \* ô D \* a guatrine amice, qui tam impudéter mendacio inhians, non erubescas: cùm quidé certò scias, Damasum homi né admirandu, & Deus Verbum perfectam natura nostră susceperu, ore pleno propalàm docere. Tu verò contraria prorsus sentis. Non enim ab illo animam & mentem nostram, quæ in natura nostra vt præstantissima, sic etiam lethalia maximè sunt, assumptam esse dicis, & propterea salute vtramq; privas. Quòd si falso te arguimus, at tu novarú rerū tuarū morbo abiecto, te Damaso diuersa prorsus à te docenti, colentire ostende, & sacrarum zdium curam obtine. Et divinus quidem Flavianus, ad hunc modum veraci confutatione vtriusque dicendi obturauit licentiam. Meletius autem hominum omnium mitissimus, perplacide Paulino dixit: + Quandoquidem non tibi soli, sed mihi quoque ratione & \* verbis, quz verus pastor& idem ouiú Dominus nouit, istorum curá & administrationem mandauit, & greges vtrique pro eo atque conuenit,inter se communicant, & salutarem herbă noxio illo & lethali hereticorum E pabulo vitato depascunt & carpunt:coniungamus ô amice, si videtur, veræ pietatis oues, cásque in ouile vnum aggregemus, atque quæ nobis interces sit de pastorali munere contentione soluta, vterq; oues pascat, comunitérq; eis docendo curam adhi beat. Sin verò, qui in medio est contédendi ac dissidedi studium excitat, thronus,& id sopire statim conabimur. Oportere siquidem censeo, in medio throno cum reuerentia religiose sacrum poni Euangelium:nos auté vtraq; ex parte considere, in + inferiore subsellio acquiescentes. Quòd si me quidem primum ex hac vita migrare cotigerit, folus ipse throno potiere. Sin tu prior diem tuu obieris, ego itidem pro virili mea gregi præero. Hæc quidem ita pio vultu diuinus dixit Meletius. Paulinus autem conditionem eam non accepit. Porrò Sapores dictoru taliu iudex, Meletio magno ec clesias gubernandas attribuit. b Paulinus verò rursum factioni suz, quam sibi ab aliis seiunctam aggregauerat, præfuit. Postea verò, sicuti diximus, iusiurandu à designatis episcopatus copetitoribus acceptum, & plebs ad concordiá est reducta. Sed-F enim Apollinaris vbi spe sua excidit, perinde arq; ecclesiæ ei ademptæ essent, propalam & clare hæresim docuit,& ducem se nouz opinionis constituit.Lectoque & ordinato Antiochiæ d Vitali, ho mine vitæ sanctitate, sicuti suprà à nobis dictu est, præclaro,& qui antea quidem ecclesiastica doctri na enituerir, postea auté contagioso Apollinaris morbo infectus fuerit:iple Laodicea, vbi plurimu erat, cocessit. Permulti verò & alij episcopi ab exi lio, quo sub Valentis imperio mulcati fuerat, reuerli, Meletij sententia sunt sequuti: nihil prorsus de + prærogatiua & præeminentia sedis episcopalis cotendetes, led multitudinis concordia qua maximè procurates. Quinetia Arianos, qui pro eis ecclesiis præsecti suerant, precib.interpositis, roga runt,ne inde discederent, néue per dissensione ec clesiam Christi cóscinderent: quá vnicá existenté

Theod.lib.5. cap.3. Quandoquidem & mihi harum curam n mandanis Dominus, & tu aliarum regendarum suscepißi provinciam, &c.

Mpollin ru berefis.

\* Abyeig. Meletim co cordie & 7mionu conditione Paulino effert, vt fimul cadem dignitate in eade ecclesia episcopată go

† Joessia. a Sapores dux Meletio ecclefies As tiochenas regendas committit. b Paulinus sect atoribus Svis prait. Iuramentii designatorii episcopatue Antiochia competitorii, de que cap. proxime, in fine. d Yitalia Apollinarifte Antrocbia prafe ξŀw.

Wee men SSIME. e Episcoporii catholicorii ab exilio re-क्टा निर्म स्ट्रार proderatio, eranos boma wit as I'na ef Gleri-Aiana 🖝

Apostolica A ecclesus. Eululin Amajenu pra rogatinam Shroni . A riano spiscopo offert, ve pari potestase ecclefiano socordes adminifitaret. † 91As aper Siai. f Catholici Arianis epi Scopatus non granalè cocef Serüt, vt mo dù pietatë or thodoxam to pletteritur.

atque vnicam à Deo iuxtà & ab Apostolis traditam, dissidendi contétio, + primarumque sedium ambitio, hominum vanæ gloriæ studentiŭ, in mul tas divisit:sed vt veram pietatem profitentes, ipsi primos ecclesiatu thronos retinerent. Studio hæc habuere cùm multi alij, tum Eulalius Amasenæ ecclesiæad Pontum procurationem sortitus. Dicitur namque, post reditum alium pastorem \* Arianæ sectæ, qui ecclesiam regeret, eos autem qui illi debitam præstarent obediétiam, vix quinquaginta numero inuenisse:eundémque tamen concordiz desiderio & cupiditate illi conditionem, precibus adiunctis, tulisse: qua sede honoratiore & prærogatiua throni, tanquam concordiæ opinionumque conjunctionis mercede proposita, ce debat, vt ecclesiam modò ambo administrarent. Ille autem conditionem talem rejecit, nec multo post à suis etiam, quibus præibat, est relictus: qui se etiam frequentiori piè credentium multitudini aggregarunt.

Arianm conditionem repudiat, & à suis qui pauci erant populacibus relinquitur.

CAPYT V.

Iuus Meletius multitudinis con-

cordia cóciliata, Diodorum qui-

🕞 dem illum, de quo paulo antè di-

Meless' epj. Scopos creat. Diederum ecclesse Tar-Semsi praficie Apamaa.

ximus, qui persona & habitu a-lio, vnà cu Flauiano ecclesiæ sca-pham in sæua illa tempestate præ clarè gubernauerat, pastorem Tarsi constituit, & Cilicum gentem ei attribuit. episcopatum autem Apamææ Ioanni dedit:qui vir quùm generis nobilitate clarus, tum multis splendidisque primariarum virtutum ornamentis spectatus fuit. Præterea verò vitæ sanctitas & doctrina insignis in co coniun@æ,clariorem etiam eum reddiderūt. Qui & ipse,itide vt Flauianus & Diodorus, szuz procellæ tempore sententiæ suæ populos in officio re tinens, doctrina confirmauit. Fuit huic ea in re col lega quoque magni ille nominisStephanus, quem itidem Meletius ad certamen non exiguum acciuit.Nam hunc Germaniciæ ciuitati, quæ Eudoxij morbo summo cum periculo laborabat, optimű misit medicum. Omni enim liberaliori doctrinæ in sacris simul & prophanis disciplinis opera nauauerat,& conceptam de se spem minime fefellerat. Spirituali namque + fistula vsus, etiam lupos in oues convertit. Ad eundem modum magnus quoque Eusebius egit, vbi ab exilio Samosata reuersus est. Nam Acacio illi, cuius propter vitam egregiam ingens erat gloria, ecclesiam Berrhæære gendam commisir. Hierápolim autem admirando attribuit Theodoto, qui vita monastica celebris maxime fuit. Eusebium porrò \* Chalcidis,& Isidorum Cyri episcopu fecit. (cuius ecclesie breui quoq; post magnus præfuit Theodoritus) Ambo verò isti diuino ardore & emulatione clari fue re. Hunc præterea dicut Eulogium illum, qui cum

Protogene in \* insulam Antinonem, veræ pietatis ergò deportatus fuerat, Edessam missife, cùm \* Theod. Chalcedonis: sed perperam, w puto. Est enim etiam Chal

cu non longe ab Antiochia Syrorum fita. Epiph.

ibi diuns Barfes morte fua fimul & thronum & vi D tam reliquisset. Ipse autem Eulogius Protogenem certaminum suorum socium Carris præsecit, vrbi ei valde ægroranti, quali quendam લેમ્ફ્રાંમજીકા, hoc est, malorum depulsorem donans. Insuper diuinus Eusebius oppido Dolichæ Marim episcopum dedit, quod quidem oppidum Ariana contagione infectum maxime erat. Ed Eusebius venit, vt ipse Marim vario virtutum genere refulgetem, in posselsionem episcopalis sedis induceret. Sedenim ei oppidum ingredienti, mulier quædam Arianis deliramentis plena, ex superiore loco tegulam in caput coniecit. Et ita tum quidem viri sancti caput comminutum est:paulo verò pòst, vbi cerebrum putredine correptum esset, moriés ille, ad meliorem migrauit vitam. Quem fama est, iam animam agentem, iureiurando amicos obstrinxisse, ne à fœ mina, quæ facinus tantum ausa fuerat, pæna quæpiam exigeretur. Ea in re Dominum suum æmulatus, qui dixit: Pater ignosce illis peccatum hoc, quia nesciunt quid faciunt. Hunc vitæ finem, post varia multipliciáque pro vera pietate obita certamina, consequutus est Eusebius. Qui quu in Thra E cia barbarorum feritatem effugillet, impiorum hæreticorum manus euadere non potuit, sed per illos coronam martyrij suscepit. Atque hec quidé postea sunt facta. Diuus verò Meletius concordia iurisiurandi sacramento confirmata, Constantinopolim appulit, cùm eò multi conuenissent episcopi, necessarium elle rati, vt diuinum Gregoriu ex Nazanzo transferrent, eique episcopatum Costantinopolitanum cum summa potestate committerent.

Erfobo' m tyr pro perfe liere m

Enlogia

Ede∏a.

Protogo

Casta

En∫d

licha

I lidorii Cari

Main De

riana tegala illu neces.

Ibi Eufa

Mdetij 😝 Cope rum con tas Con fi anti nepeli.

Gratiana

CAPYT Y1.



paternam imperij partem, quam sibi & fratri reservauerat, se recepit: Illyricum inquam & Oriétales prouincias, est profectus. Atque vtrique

res bellica ex sententia successit. Gratianus enim Almanos Occidentem valtantes devicit: Theodo fius autem rurfus cum barbaris ad Istrum congres F sus, prælio eos superauit. Qui vero ex conflictu eo superfuere, socios se deinceps Romanorum fore precibus interpolitis polliciti, conditionibus pacis acceptis, & oblidibus datis, in Theodolij pore statem venere. Rebus hisce recte compositis, Constantinopolim is iturus, Thessalonicam peruenit.ª Atque ibi statim lethali morbo correptus, postquam ab Ascholio, cui tum Thessalonicensis ecclesiæ administratio credita erat, initiatus & baptizatus est, meliusculè habuit. Quòd namque à maioribus suis acceptam Christianam religionem coluerat, mirifice in Nicanis decretis acquiescebat. Tum autem, quòd & Ascholius sententiam eam defendebat, admodum delectabatur. Præterea vero quod idem & vita & doctrina bonus, ad virtutes omnes quas episcopalis requirit dignitas, appolitus esset, arque insuper quod gens Illyricorum ab Ariana rabie abhorrezet, magnopete lætabatur. Et Afch<u>olium</u> de aliis populis, quam de religione obtinerent opinio-

in Occiden te,Theads. liss in One te ad I firm feliciter pa-Znaut. Gratiani ex ercites apud Arganiariam Gallia oppidü Almori circiter tria mil lia cecidia. Oref. Dies. Theodofino Gothos ex Thracia expalit, & com Athanarice COTHER PRESE fædus percof fit, 1 id. a Theodoficus The Jalos ab Tofichilie epi fcopo ager baptila scit. b' Libels'

Digitized by Google

Enfebies S4 mosatenus ab exilio semerfus, ecclesiu antifites SACTOTUM OTdin at. Acesii Ber thee. Theodotum Hierapolis. \* Theodorne n habet, Infalam:lib. 5.04.4.Sm prá lib.11: cap.23.

† 04/1771.

Stephanumi

Germani.

ciensi.

gorius Na-

zanzensus in domo que

dam Catho-

licos daces.

\* 5000 11

ingentia in

Ratio nomi

a ktöpus

Efficacia po

puli precui

TLEPON

SOÃN.

BU ANA-

stasi**a.** 

es edits.

HOLL OVER Mirachla

Ecclefis Ca

Orientales is religione TATIONES.

Quia in Oc ciaente Impe rateres catho uci fuere, p-14 quoque ibi in officio berman ere. la Oni per epikopos tardires, O' Imparatores en famentes, Aciden ( and

† Hicilleeft B Eufebs", que primum Beryti,mexNi condie, or : endemComflatinopolus, per trăfitio-MT, EX YES fele in aliã CORTTA JACTOS Canents, fait epifcop?. tugitus.

Theodofy co den pe A-postobea side L.I.C. de n Trin. or fil. Cat.

Omidentales A nem percunctatus, Occidentem omnem vsque ad Macedoniam, & ecclesias eius, concordes esse intellexit, quod omnes ex æquo cum patre Deum verbum & spiritum sanctum colerent, & apertè trinitatem suosarap consubstantialem profiterentur. VIteriores verò Orientalis imperij regiones vsque adeò inter se dissidere, ve diuersæ etia in vulgo hæreles ellent, & factiones. Constantinopolim verò magis etiam quàm loca alia de rebus talibus blaterare, & magis Ariana peste refertam esse didicir. Cuius rei causam quoque Ascholius addidit, Occidentem scilicet propterea malis eiulmodi liberum elle, quòd Constantinus Con-stantini maximus, & Constans minimus natu filius, successorésque deinde eorum Valentinianus & Gratianus iple, patriam fidem integram conser uallent.In Orientem autem variis ex partibus malum hoc péruenille dixit : quòd hærelis autor & dux Arius, Alexandriæ in Aegypto ortus, & prelbyter ibi factus, blasphemiæ & maledicentiæ venenum ibi euomuerit: post hunc autem Eusebius \*Cælarienlis,& Patrophilus Scythopolitanus, & Actius Syrus in Palæftina extiterint: Paulinus verò,& Gregorius Alexandriæ epilcopus, è Phænicia prodierint. Theodotum præterea Laodicenfem, & successorem eius Georgium, atque huius rurlum Athanalium, & quartum Narcillum Cilicia protulerit: qui malè iacta semina, seu potius zizania, sinistra irrigatione fouerint. Insuper verò Bi thyni fuerint + Eusebius Nicomedicsis, & Theog nis Nicænus, & Menophantus Ephesius, & Maris Chalcedonensis, & Theodorus Perinthius: alios porrò, qui vitiis & malicia celebre nomen sunt consequuti, Thracia dederit. Atque hi omnes lon go tempore praua dogmata rigarint atque fouerint. Talibus verò malæ sementis satoribus no parum momenti contulerit Constantij \* facilitas (ne iuxta Gregorium theologum dicam+ leuitas, religionem scilicet & pietatem veritus) & extrema Valentis improbitas. Hæc vbi Theodosius cognouit,imperio fuscepto in primis faciendum sibi esse putauit, vt de ecclesiis in gratiam & concordiam redigendis cogitaret. Optimum verò esse ra tus, vt sententiam de Deo suam ciuibus & subditis suis declararet (ne cui vim inferre videretur, religionem fequendam illegitimè præcipiens)cóstitutionem ex Thessalonica Constantinopolim milit. Inde enim veluti ex summa quadam arce scriptum suum per ditionem omné, ad alias quoque Orientis vibes omnino peruenturum esse exi stimauit. Constitutio talis religionem cam complecti omnes iussit, quam ab initio Apostolorum princeps Petrus docuit, quem tum Damasus Romanæ & Petrus Alexandrinæ vrbis episcopi sequerentur. Ad hæc insuper significanit, solam eam nominari Catholicam & vniuersalem ecclesiam, que trinitatem imission consubstantialem diserte & corde & ore deprædicaret.Diuersum auté sentientes, hæreticos vocari, inutilésque esle, & pæna

> Theodoritme, Casariensis non habet, lib. 5. cap. 7. At Nicephohunc pro fautore Arianorum habens, in nomenclatura illorum bic recenfet,Cafarienfis dijerte addito verbo.

sustinere debere, si publicè docere auderent.

CAPYT VII.



Ac ibi lege lata, anon multo pòst D ipse quoque le contulit. Tum de contulit. Tum de cecles las gubernabandes prio eie con quibus præsuit Demophilus. Begrio eis qui trinitaté profitentur, præsit, in æ-ce Quam religio

zanzenus theologus, pro Euagrio eis qui trinitaté έμεθειον consubstantialem profitentur, præiit, in ædicula quadam conventus agens. Quam religionis eiusdem sectatores quidam tum quidem in sacrum delubrum commutarunt: aliquo verò tempore post, ex ca celebre templum inter alias præclaras Dei ecclelias Constantinopoli est factum, quod non tantum pulchritudine & magnificentia reliquis præstaret, verùm etiam claritatem ex divinis, quæ in eo edita sunt, miraculis consecutú esset. Vis enim diuina multis ibi 🖈 & re ipsa clarè, & aliquando in fomnis apparens, non varios tantum & incurabiles morbos repulit, sed etiam erūnis & casibus grauibus, quæ in hominum vitam incidunt, multos liberauit . Ab hominibus autem bong fidei per manus nobis traditum est, Christi E matrem semper virginem Mariam eam esse, nam eo habitu & forma elle multis vila elt. V ocant autemædem ea + Anastasiam seu resurrectione,illam, vt coniicere licet, ob causam: quòd Nicænæ fidei dogma, quod iam Constantinopoli propter ingentem vim & potentiam diversæ factionis interciderat, & intermortuum fuerat, rursum ibi opera & studio Gregorij excitatu reuixerit. \* Audiui quoque ex quibusdam, vera se dicere contendentibus mulierem in co templo gravidam ex 2 su perioribus ambulacris decidisse, atque interiisse. Quum autem populus, qui tum ibi conuenerat, preces pro ea ad Deum fudisset, eam vitæ restitutam,nullo prorfus tali cafu fœrui illato damno resurrexisse: atque inde loco ei cognomen inditum esse, quod Deus scilicet opus id peregisset. Hæc hactenus:

c Ex ea domo primum delabrum, deinde ecclesia praclara facta, cui nomen Anaftafia inditum.

In so templo fæmina gravida ex superiori loco delapsa, & mortua precibus populi vnà com fætu refistuta eft.

De anaftafta ifta,post discessium è Constantinopoli suum,in ter alia verba Gregorius ipfe fic cecinit: Inclyta Anaftafia falue ades, qua morientem Erexti rectam per mea verba fidem. Et post fata tui memor opse, anima q; piorum, Mandabant precibes téque tuésque Dec.

# CAPVT VIII.



Mperator statim cum mandatis ad Demophilum misit, qui ei denunciarent, vt vel Nicænæ assentiretur synodo, populúmque ad vnionem & pacem complectendam adduceret: vel, nisi hoc faceret, quampri-

mum ab ecclesiis discederet. Atque ille minime fa ciendum esse ratus, vt conuocata multitudine, &

Illos b aduersum, qui possent plura, veniret: Imperatoris sentéria ei promulgata, inter alia hæc dixit verba.Fratres,quandoquidem divinum præcipit oraculum, si nos persequatur homines, vt ex ciuitate vna traseamus in aliam: & Imperator nos ex oratoriis expellit: scitote nos die crastino extra vrbis muros ecclesiã & conuentú acturos. Atque hæc cùm dixisset, abiit. & desde ad mænia vrbis cu

Demophilus Ariansu e clesiu Conftantinopoli excedit, extra whem convent m

p silye xhere sovas avītgiçtê**d** 

agie.

H iii

Quomodo as copundiverbum illad Salvatories Fuzite ex vna civitate ın altam.

Theodofius Gregorio Nazan. ecclesias Con-Stantinopoli commendet.

d Atiani epi Scopi passium episcopatibus Sou abeunt.

Arianirerum fuarum Satazentes, Euromianu f: conjungüt. Eunomiani COS CETT IS COM dirionibus su scipiunt. Ariani deinde Eumomianos cătumeliofe prτιωρολίχες rocant. Tidem ruyfus ecclesias suas libere agunt.

Asimum etiam Impe ratoru, et en ad partes Suas traducant, tentat.

Eunemins Chalcedone privatus cũ laude ma gna vixit. Ne ad collo . quium impe ratoru is admittatur, Placilla Au gusta sedulò

sectatoribus suis conuenire, & sacra peragere solitus est, non ita vt decuit Euagelica sententia percepta. Fugientes enim huius mundi conversationem, ad summam vrbem, coelestem Hierusalem, anhelare nos, dictum id fortalle sub obscuriore significatione iuber. Exiit verò cum eo vnà Lucius, qui cùm Alexandriæ Arianam hærelim defenderet,eam ob causam inde pulsus, Constantinopoli morabatur: vbi rum Demophilus ecclesias, ex eis decedés, reliquit. Imperator cum Gregorio eas ingressus, fausta omnia per orationem apprecatus, eas illi commendauit. Et postea ibi qui Trinitatem consustantiale profiterentur, ecclesias obtinebat. Erat is annus, quo Gratianus in imperio quintum, Theodosius autem primum consul fuit. d Ex quo autem Ariani sacra templa tenuerant,anni nõ pau ciores quam quadraginta lapsi erant. Cœterum Demophilus expulsus, in patriam suam Berrhæá se recepit. Theodorus Antiochia eiectus, in Thraciam, vnde ortus fuerat, abiit. Itidem etiam Hypatius Nicæa Tyrum Syriæ, quæeum genuerat, rediit. Et alij itë aliò dispersi sunt. Porrò Antiochiæ Asterius & Crispinus presbyteri, & reliqui factionis eius quæ Theodori auspicia sequuta suerat, co ciliabulo coacto, ad quod etiam alij multi ex vicinis vrbibus episcopi conuenere, legationem ad Eu nomianos misere, coniunctionem communionémque corum ambientes. Quibus illi per episto lam, ita se cos recepturos esferesponderunt, si suffragia sua, quibus Actij lectionem & consecrationem damnauerant, antiquarer, & scripta illius reciperent. Petierunt quoque, vt vitam illi prius lustrationibus perpurgarent, quòd videlicet impuris quibusdam institutis infecti essent. Hanc illi pe titione m tum quidem receperunt. Postea verò eò ctiam producti sunt, vt in ecclesiasticis conuentibus Eunomio & popularibus factionis eius, per maledicta detraherent: μετεωρολίχας, hoc est, de rebus cœlestibus sublimibusque cum fastu & insolentia verborum nugantes, dementiaque & improbitate plenos, qui sibi talia prætendenda esse statuissent, cos cognominates. Porrò Ariani, quòd eorum non mediocris esset multitudo, ex mométo quod illis iam inde ab initio sub Constantio & Valente accesserat, metu nullo conuentus agebar. Et de Deo atque eius substantia temere disputabant. Animum quoque Imperatoris ipsius, illi per factionis sux homines, qui in Imperiali aula versabantur, tentandum esse duxerunt: illa spe concepta, hunc quoque, sicuti & Constantium, in poteitarem corum adductum iri. Quæres eis quoque qui Catholicæ Ecclesiæ erant, magnam attulit curam. Quapropter in maximo fuere metu, Eunomij in disputationibus vim suspectam habentes. Non ita pridem enim is, quum sub Valentis impe rio à Cyzicenis dissidere copisset, & seipsum ab Arianorum sodalitate segregasset, Chalcedonem Bithyniæ è regione Costantinopoli sitam, vbi priuatus considebat, se contulerat. Et multitudo ingens è Constantinopoli ad eum ventitabat. Alij quoque aliunde ad eum confluebant, qui partim de vita & doctrina eius periculum faciebant: partim, si noui quidquam diceret, cupidè eum auscul tabant. Et iam fama quoque nominis eius ad Imperatorem peruenerat. Fuisset ille ad colloquium etia Principis admissus, nisi Dei amatissima ipsius

coniunx Placilla, que iam inde ab initio decreta D Nicana costanter profitebatur, cura & studio om ni oblistendo hoc egisset, ne cum illo prorsus colloqueretur. Maxime quippe verita est, ne institu-torum vitæ illecebris, & verborum vi atque grauitate, Imperatore ille in sententiam suam abdu-

#### CAPVI 1 X.

Æc quum ita fierent, ac eius rei

ftudiú apud Arianos vigeret, magnus Amphilochius, de quo antea quoque métionem fecimus, vnus ex eis qui tum Constantinopolim aduenerant episcopis, non ille quidem in rebus agendis versatus, sed alioqui senex venerandus, atque in tebus divinis acti mente præditus, Imperatorem adiisse, eique vt Arianorum conuctus ab vrbibus semouerer, supplicasse dicitur. Imperator autem petitionem ca, quòd durior inhumaniorque elle videretur, non E comprobauit. At sapiens ille senex tum quidem ta citus abiit, & consilio deinde sapientiore facinus memoria dignum fecit. Quum namque rurlum cum reliquis episcopis in aulam venisser, & imperatorem ita vt decet, atque vt alij epilcopi fecerant, piè & suauiter admodum consalutasset: filiu ipsius Arcadium, qui nuper ad Imperium lectus fuerat, non eadem illi impercita reuerentiç obseruantia, inhonoratum reliquit. Verum ad eum accedens,& veluti cum puero colloquens, manuq; eum demulcens, Salue & tu ò puer, inquit. Imperator, quòd senem Amphilochium rudiori \* animo elle, & rusticius agere existimaret, quomodo filium salutare deberet, docuit. Atque ille, sufficere ei honorem talem, dixit. Imperator autem ira percitus, & veluti filius iniuria affectus effet, grauiter commotus, cum conuicio episcopum abduci iussit.Ille porrò quamuis protruderetur, conuersus tamen paululum, consiliúmque in animo occultatum proferens:Videine,inquit, ô Imperator, quam tu procaciter filio illatam contumeliam no fers, sed amaruléter + propter summissiorem co-F pellationem, in nos excandescis? Sic scilicet existimare te oportuit, succensere etiam cœlestem Imperatorem & patrem vnigeniti, propter eos qui non communem illi tribuunt honorem, sed disimilem & longè minorem patre vocare audér.Im perator quum inde rem actam intelligeret, & verba ea admiraretur, quamprimum ad se sacerdoté Dei accersiuit,& ad pedes eius prouolutus, venia ab co petiit. Neque aliter quam ipse dixisset, se ré habere, professus est. Atque in ea sententia confirmatus, postea eos qui aliter quam Niczz statutu fuerat, opinarentur, auersatus est. Contentiones in foro & inanes conuentus inhibuit, disputationibus de Deo & natura eius finem omnino impo suit:& costitutione publicè proposita, periculum qui ei non parerent denunciauit: pænam ei quoque qui contrà venire ausus esset, comminatus. Ita factum, vt Arianis & Eunomianis pulsis, 3:messis consubstantialis sidei prosessores ecclesias moderarentur.

CAPYT X.

سا17 نے سعن ret fed id at impetrat,

I dem debite Arcadian in confpettu pattu Imperatorii m profesusm,se ipsa pulcherrime Theede Sie ostendit, Dei patris, ob consume liam mige mite filse fue ab Anana illatam, irā. \* idiorna. Tiper francé De. † totie are seines optime.

ublicis foite Ans na interdicit.1,2.C. de fem.trin.& fid.Cab.

a Imperator
Concilia Con
flantinopolitavii indicis

Soz lib. 7.
c:7. Untholicis epifropos
concutos effe
fribis: Esc
imperi Theo
dofy puincis
ditacat, nom
addis.
Et synodam
hec Cost amtimpoli, sicm

tinopoli, ficus
tiplurio ome
net tradures,
est elebrata.
Id.
b Eneceptur
esiam Mace
deniami.
e Pracipuò
Macedonia-B
mi epifopo.
d Numeros
epicoparum.

e Catholics
Macedonia nos in fentens
tiam fracus
adducere com
tendunt.

f Alij in hac Grado centil of allo Pa-HT, Macedo eli tič dam udd effe scri büt forstum saullü Deü elle ber nejantem. Macedonia .. ni opinionem ļaā retinētes, ez concilio di feederst. g Greg.Na zwze spisco Pw Cófsani Melaio cen ste, 👉 im sere ap

Roinde primo quoque tempore synodum quoque episcoporum Imperator in locum vnum,

\*\* ex imperij sui prouinciis duntaxat, conuenire iussir, ad Nicæna decreta consirmanda: atque

vt ibidem, cuinam Constantinopolitanz ecclesiz sedes committenda, deliberaretur. b Quòd autem Macedonianos vniuersali ecclesia aggregariato; vniri posse existimaret, quia non admodum opinione sua de Deo, ab veraque parte & factione, dissidebant, cos quoque ad conuentum euocauit. Et convenerunt ab eis qui Trinitaté & possiop con" substantialem prædicant, circiter centum & quin quaginta:alterius autem secta triginta & sex, quo rum plures ex Hellesponto erant. His præibant, Eleusius Cyzicenus, & Marcianus Lampsacenus. d Inter Catholicos pręcipui erant: Timotheus, qui Alexandriz in locum Petri fratris sui, eiusdémque Athanasij successoris, surrogatus fuerat: Meletius Antiochiæ epilcopus, qui pridem Gregorij caula Constantinopolim venerat: & Hierosolymitanus Cyrillus,qui cùm antea Macedonij opinionem se quutus fuillet, tum per ponitentiam resipuerat: præterea Ascholius Thessalonicæ, Diodorus Tarsi, & suum recte gerens nomé Acacius Berrhæa, episcopi. Elisane omnes in Nicanis decretis acquiescentes, Eleusium & populares eius in senten tiam suam adducere consbantur: in memoriam eis redigentes, quam ad Liberium miserant legationem,in qua per Eustathiu, Syluanum, & Theo philum, se Nicænam fidem sequuturos receperár. Tum autem, quod sua ipsorum voluntate, longo tempore se ab, corum communione non segregassent: non recte cos facere dicentes, cum semel flagrantibus animis eandem cum eis fidem susceperint, quòd ita rectè ab eis constituta rursum antiquarent f. At illi cohortatione tali spreta, cùm apertè Arij opinionem iudicio suo meliorem cen seri, neque vnquam fore vt patri filium suovision co substantialem esse faterentur, quanuis aliter libeberio polliciti essent, dixissent, discesserunt : & ad tactionis suæ populares, vbicunque in vrbibus essent, vt nequaquam Nicanam sidem complecerentur, literas dederunt. Qui verò ab vniuersali ecclesia stabant, ibi manentes, de eligendo Có stantinopolitano episcopo consiliú habebant. Et primus ibi imperator & Gregorium, propter vita & eruditionem præstantem admiratus, dignum illum ea sede calculo suo iudicasse dicitur. Qua in re synodus ei, quò d virtutem eius viri revereretur suffragata est. Potissimum verò diuo ipsi Meletio, videbatur, Gregorio Costantinopolitanú episcopatum confirmadum esse, hac in parte canone de episcoporum translatione, quem nonnulli consilium hoc reprehendentes obiiciebant, posthabito. Oprime quippe divinus pater corú vitorú men

† \* Ioannes Pfollus de secunda acumenica synodo scribens, inter alios, hos ponit versiculos:

tem & confilium, qui illum promulgauerat, tene-

s, has ponit versiculas:
Aprit to maccolore à clasact sister,
To avecome à avecaux à clasact sister,
To avecome à avecaux à clasact sister,
The b. Lidhe Schrof (D., nois uniona Basegamo overa,
Flocest:
Resecte hac Macedonium radicitus,
Qui spiritum temerè creaturam vocans,
Deitate summa segregat saustissimum.

bat:h. Synodus nanque illa, vt occasionem \* am bitus in ecclesiis præcideret, canoné eum proposuerat, quod multa tum ex competitorum ambitiosa prensatione provenissent mala. Quod si ambitus abesset, nihil prorsus extare impediméti cen
suit, vt modò vita aut doctrina multis aliis prestátior, aut simul vtraque hæc constarent, aut comunis denique & publica cum magna commoditate
vtilitas per translationem in expectatione esset.

# CAPVT X1.

Regorius fanè primum munus epilcopale suscepit, & thronum conscendit. Quomodo enim tot & tantorum virorum cohortationem despiceret? Et gregem, quem exiguú receptum, frequé-

tissimum secerat, euagelicis humoribus rigans fo uit: eósque qui extra illum oberrarent, verborum sagena captos ad ouile adduxir. Vbi verò paulo post quosdam,& cos maxime qui ex Acgypto ad- E uenerant, electioni sue intercedere, camque repre bendere sensit, oratione ad cos synodali habita, episcopatum rutsum deposuit. At enim ab ipsa sta tim fynodo, diuinus Meletius ad vitam lætiorem trăsiit: & à multis, precipue verò à Gregorio Nyssenæ ecclesiæ luce, funebribus orationibus est co celebratus. Et ante obitum quoque eius episcopi Aegyptij secessionem fecere, inter alia illud carpentes, quum paternum antea episcopatum & Nazanzenam ecclesiam administrarit, ad Constantinopolitanam tum sedem eucctus esser. Et iam Timotheus Alexandrinus Maximum quendam Cynicum philosophum, Gregorij quidem discipulum, \* Apollinaris autem labe maxi mè infectum, in abdito loco, apud Choraulæ cuiusdam domum, Cynico capillo eius inciso, pasto rem Constatinopolitanu legerat atque consecrarat. Verùm qui tum ibi congregati erant, facinus tam absurdum reprobantes, haudquaquam conse crationem cam laudarūt. Nam plerique viri diuino ardore & spirituali sapientia pleni erant.qualis Helladius ille fuir, Basilij magni successor: Grego- F rius, & Petrus, eildem cum Basilio parentibus orti: Amphilochius Iconij, quæ Lycaoniæ vrbs est: Optimus Pisidie, Diodorus Cilicie, Pelagius Laodicex: Eulogius Edesta, Acacius Berrhæz, Isidor Cyri, Cyrillus Hierosolymorum, Gelasius Cesarez Palæstinz, Acacij, qui Eusebio Pamphili substitutus fuerat, successor, & alij quamplurimi episcopi, egregij virtutis athletæ & cocertatores, do-Arinam vita ip a exornantes. Qui omnes factum tale execrantes, se ab Ægyptiis seiunxerunt, & Gre gorio magno affuerunt. Nam vnà cum co couentus,& sacra,& ritus ecclesię,recepto more omnes libere peragebat. Quos diuinus Gregorius, si quis alius, & ipse humanus & humilis, maxime adhortatus est, vt concordia & pacem inter se, cuius gra tia conuentus quoq; coactus esset, colerent, eamque iniuriæ hominis vnius cotemnere decederet, præferrent. Ego enim, inquit, curis multis liberatus, exoptatam mihi dudum & gratam quietem persequar. Et vobis simul, post diuturnum illud & inexpugnabile bellű, tanto studio expetita pax continget.Meo quidem iudicio perablurdu eller,

b Mës@fen tësia cavanin Nicem de no trasferen du epifcopu,

\* pularzing,

Gregori<sup>o</sup> sedem Cöstantinopolitanărecipit,

Sed brewi en insdé im ppter Aegyptiorió episco porú inuseil resignat.

Meletij obitm. Oratio Gre gorÿ Nı∬enö on functo Molet ÿ. Timothew Alexădri una maximii philosophum Cynicum epi Scopatni Con fratinopolisa no preficere constur. \* 5020. MA zimű Nicana fidei pfes forem fuille feribit , leb 7 cap.9. I d ei nŏ ∫uc cedis. . Preclari es? conventus epi frops.

Alÿ episcopi extra Ae gyptios, Gre gorio sauent.

Deus bone, qu'am libiter vir fanctus cpojcopatum primariü de-ponit, & pu blica pas di guitatem fu'a posthabet.

Aliam pro se epistopii lege dam suades. Concilium
Maximum
Cynich excomunicat.
Grego.Nazanzom reverfue.

 Ichywe xar tourbe,
 Summa ani B
 mi in co viro
 moderatio,

Fauor etiam in electionib.

episcopalibne

Nettari" vie

pratorius, p. fanns,&nó.

dū baptīza-

sus,mirificè

episcopus Co

stätinopolita

nu, preter opinionë om

nism impe-

ratore maxi-

mè coproban

\* luxdy As .

Accipieban**e** 

olim ab epi-

Scopu sun be

nedictionens

peregrè profe

se,eligitur.

A si nuper admodum hostilis pugae periculo defun cti arma inter nos ipsos sameremus: & sicuti sors ferret, tela remerè coniiceremus, robúrque omne in quibus minimè decet certaminibus consumeremus. Sic scilicet hostibus quoque ipsis, vt clade nostra latarentur, causam præberemus. Quapropter si consilium meum sequi voletis, viro alicui per disquisitionem inuéto, qui diuina mente præditus, sede ac dignus sit, quique Deo actiones eius gubernante, tite omnia & ordine faciat atq; con-Mituat, ecclesiæ præsecuram committetis. Cotra verba hæc, quum quod dicerent, nó habetent, vel inuiti ei cesserunt. Et confestim Maximum Cynicom episcopali dignitate nudatum atque excommunicatum, adibus facris eiecerunt, quum opreter rationem illegitimé thronum inualisset : tum maxime, sicuti dictum est, o Apollinatis vecordibus intemperiis agitaretur. Gregorius autem sede relicta, in patriam Nazanzum reuersus, vită quietam \* privatus transegit:neque cuipiam,eo & sua sponte throno cessit, scandali sine offendiculi occasionem præbuit. Sedenim virum hunc longe sapientissimum, quum alias ob res omnes valde, tum verò hacipsa de causa non minus admirari li bet. Neque enim eloquentia, qua plurimum pollebat, ad superbiam elatus est : neque ab inani glo ria victus, administrationem ecclesiæ tantæ expetiuit, quam ipfe, quũ propè iam interiisset, ad eam rursum amplitudiné doctrina sua prouexerat : sed illico episcopis depositum reddidit, neg, labores quos pertulerat, aut pericula quæ aduerfus hæreses per intestinum bellum pugnans adierat, prætendit: quum quidem vt sedem eam retineret, & ecclesiam Constătinopoli administraret, alio iam Nazanzi episcopo declarato, vel parum, vel nihil prorsus impedimenti esset. Atque synodus quidé mores priscos conservás, id quod ei in manus tradiderat, ab ipfo non inuito recepit: nihil omnino diuinas dotes, quæ in eo viro erant, morata.

CAPVT XII.



Æterùm maxima cura & delibe ratio imperatori & episcopis incumbebat, imperatore potissimum eos cohortante, ad diligen tem exaciámq; disquisitionem adhibendam, vt quam optimus

atque honestissimus vir inueniretur, cui vrbiū ma ximæ rectè administrationis committerentur ha benæ Porrò synodus hac in re non eundé quem imperator obtinebat animum . Pro se enim quisque,vt ex necessariis suis . & amicis quispiam honorem fedis eius confequeretur, laborabat. Quod consilium quum episcopi omnes texetet, Nectarius quidam Tarsi Cilicum ortus, primariæ nobilitatis vir, senatoriáque dignitate clarus, & humanitate morum admirationem omnium promeritus, tum auté prætoris magistratu & honore conspicuus, Costantinopoli degens, in patria iamiam iturus, ad Diodorum Tarsi episcopum venit, vt ab eo, sub cuius scilicet episcopatu censeretur, cum precatione \* benedictionem acciperer : atque si opus esset, literas eius secum ferrer. Et commodú tum accidit, vt Diodorus secum ipse consideraret, quemnam ad functionem propolitam eligi con-

ueniret. Et Nectarium ingredientem conspicatus, D statim illum in animo suo idoneŭ ad sedem cam fulcipiendam iudicauit.Et intra leiplum affectione propensus in eum fuit, caniciem illius veneran dam cernens, speciémo; episcopo digna, morúmque simul humanitatem eximiam perpendens. Et alio quodam sub prætextu eum ad episcopu Antiochenum adductum, mirifice laudauit : & illum vt secum ei saueret,rogauit.lleverò, o multi preclari viri designati essent, veluti in re graui & seria apud seipsum subridens, Diodori suffragium abrogauit : Nectario tamé nihilominus vocato, pau lisper eum secum manere iussit. Interea imperator in charta describi iussit eorum nomina, quem quisque aptum esse ad tantá ecclesiz scapbam gubernandam putaret: vt sibi illis in scripto repræsentatis, vnius ex omnibus eligendi potestas relin queretur. Et alij quidem alios,pro vt cuiq; visum erat, annotarunt. Antiochenz verò Antistes eccle six,postquam ex sententia sua quos volebat in libello nominauit, extremo loco, vt Diodoro gratificaretur, Nectariū etiá subiecit. Imperator char- E ta in manus accepta, in qua designatorum noméclatura descripta erat, vbi ad Nectarij nome peruenit, constitut. Et altius, more suo, rem mente reuoluens, secum ipse consultauit: & digito Nectarij nomini impresso, denuò eorum qui calculos& suffragia episcoporu meriti fuerant, nomina percorrens, vbi rurium ad Nectariu peruenit, diu mul túmq; re deliberata, eum ipfum præ omnibus 1ede ca dignum esse césuit. Ad id factum obstupue. re omnes, verbisque & ore omnium quærebatur, Quisnam Nectarius iste esset, quæ studia eius, atque vnde ortus esset ? Vt verò nondum \* quoq; initiatum elle cognouerunt, amplius etiam admirati,& ad imperatoris iudicium animis costernati sunt. Ego quidem id etiam Diodorum ignorasse puto: neque enim credibile est, non initiato eu suffragari tátopere ausurum fuisse. Sed illum iam canum, vt æquum fuerat, initiatum fuille opinatus est. Ego verò non sine nutu Dei hoc accidisse puto. Atque vbi id Princeps quoque resciuit, quauis ex episcopis multi contrà niterentur, in senten tia tamen sua ille conquieuit. Postquam verò, qui p conuenerant, omnes imperatoris calculum confirmarunt, extemplo Nectarius baptismo initiatus, atque etiamnum mystica veste indutus, comu nibus synodi suffragiis episcopus Constantinopo li declaratus est . Hæc sic accidisse, Deo tanquam instrumento ipso Principe vtente, à multis creditum est. Sed verumne id sit, an secus, affirmare cer to no possum. Mihi quidem ipse persuaserim, rem tantam non sine providentia divina actam esse, quum proprer insolitum nouumque electionis& cólectationis morem, tum propter carum retum quæ consequutæ sunt magnitudinem, coniecturam hác faciens, Quod nanque placidus,& in rebus omnibus bonus fuir, verisimile est, Deum illi per synodum tantam episcopatum comissis. Cosecratio quidem Nectarij tale consecuta initium,

CAPYT XIII.

auspicatum quoque habuit finem.

Digitized by Google

MyStica ba

Scontoficial A ta Synodi Có 404 tm töftstati.

"xipo Tovious

Ab episcope

reliques amei

\* zgroßäsp.

a Ciff atime-

exequata.

Patriarcha

tai free dia-

refiere ordi-

Pa Mezale

Constantino

polu hoc loco

intelligenda.

\* A pad Sez.

fimifiă Pop

ticam à Bi-

thymic of que

ad Armenias

est cocessan

HelladioCa

janosji , 🖝

Grego.Nyf-

Jan, & O-

trese Melsti

pulb.7-c.9

\* Mihi fub

Scythia more

Gettheri .

sincia figusfi cari vidam.

Maximo Cy

nico dignitas

PH4.

† 1. 2.C.de

Trie.

defiastici.

Supplemetů Symboli Ni

cari de Spiri

en fancto.

es Ec

agus shein,

ซุลลี Yrbe

maria.

polumbi Ro. B


Ostea episcopi omnes vnà cum Nectario congregati, vt Nicznę fidei decretum certum ostastituerunt, Heresim omné damstituerunt, Heresim omne dam-narunt: & prouinciis diuisis, Pa-triarchas constituerunt. Sanxe

runt quoq; iuxta veteres Canones, vt episcopi in ecclesis suis manentes, non temerè in aliaru dice, cesium fines transirent, neve se illegitimis, \* cofecrationibus non vocati ingererent: id quod antea, quum vniuersalis Ecclesia persequutionibus exagitaretur, factum fuerat. Quæcunque verò apud quosque acciderent, vt gentis eius synodus pro arbitrio suo ea ordinaret & statueret.Præterea, vt secundum Romanæ vtbis episcopum, Constantinopolitanus antistes \* primum ac præcipuum obtineret honorem, vt qui nouz Rome cu rator sit . Non enim vrbs ca tantum ira nominata est, & populi honoribus magistratibusque exornata, verumetiam signis moribusq, & legibus cu Romanis in Italia eisdem gloriatur a, atque vtrique ex æquo paria sunt & dignitatis premia, & ho norum iura. Igitur diæcesibus ordinandis Ne-Ctarius quidem Thraciam sortitus est, & Megalopolim \*. Ponticam autem diæcesim à Bithynia víque ad Armenios,Helladio,qui Basilio in Cappadocia successerat: & Gregorio Nyssæ, quæ & ipla Cappadocum ciuitas est, episcopo attribuerunt. Provinciam autem Melitinensem Otreio reliquerunt. Asianam verò administratione Am philochius Iconij, & Optimus Antiochiæ in Pilidia episcopi acceperunt. Aegyptus portò sub Ti motheo Alexadrino permansit. Gubernationem autem Orientalium ecclesiarum episcopis earum permisere, videlicet Pelagio Laodicensi, & Diodo ro Tarsensi. Antiochiz verò soli sua relinquetes \* priuilegia, Meletio etiä adhuc superstiti tribuerunt. Vrbibus auté circa Thraciam & \* Scythia fitis, Terentium Tomitanum & Marryrium Marcianopolitanum præfecere. Quos quum imperator omnes visos collaudasset, sententia sua calculos quoque corum comprobavit. Et crat corum il lustris gloria: quippe qui ecclesias, pro eo atq; par est, administrarent. De Maximo verò decreuere, vt neg; esset, neg; nomen episcopi haheret. quos verò consecrasset clericos, & quacunque egistet, irrita vt omnia essent. Constitutione quoque imperator sanxit,vt firma & perpetua effet Nicanæ fidei autoritas : atque vt omnes omnium locorū ecclesiæ illis committerentur, qui in subsistentia trium eiusdem honoris & eiusdem gloriæ personarum, † divinitatem vnam patris & filij & spiritus sancti profiteretur. Et canonibus quibusdam ecclesiarum exornandarum gratia promulgatis, etiam spiritus sancti gloriam, vipote similem arq; zqualem patri & filio, sancto Nicznz fidei symbolo adiecerunt: Gregorio Nysseno id quod illi

CAPPT XIIII.

deesset supplente.

Nellari op



plinam ab eo addisceret.hunc enim ad breue tem D Martyrias pus à Diodoro Tarlenfi petierat. At ille non huc folum, sed & alios plurimos Cılices apud eum reliquit. In quibus & Martyrius, medicus optimus, erat : quem commissorum in iuuenili ætate peccatorum, sibi conscium habebat Nectarius. Eum tum in diaconorum numeru cooptare studebat. Martyrius verò ministerij eius functionem refugiebat. Affirmabat nanque, indignum se esse tanto munere, testémque vitæ malè peractæ ipsum Nectarium laudabat. Et ille: Quid, inquit, existamas? Ego qui nuc episcopus sum, an non iuuenis aliquando inconsideraté magis quam tu vitam egi?Teiplum testem facio, qui administer mihi improbæ sæpe libidinis fuisti. Martyrius porrò: Attu vir beate, ait, nuper admodum per baptismum omnem labem abluisti, quum etiam episcopalem dignitatem es consequutus. \* Vtrumque verò, & sacrum lauacrum, & munus episcopale, delicto rum esse remedium & expiationem, ex sacris noui mus constitutionibus. Actu quidem nunc nihil mihi differre videris à recens genito infante. Ego E verò iamdudum divino purgatus lavacro, eundé

per libidinem vitæ cursum tenere perseueraui. His dictis, sacerdotij non subiit iugum. Cuius quu non possim deprecationem pulchram non laudare, vt partem aliquam etiam hoc loco in præsenti historia obtineret, volui. Post synodum celebrată, vbi Imperator cognouit, quid Paulo Constantinopolitano olim episcopo accidisset, vt scilicet in exilio ab Arianis suffocatus enectusque suerit, translato honorifice corpore eius Constantinopolim, in templo id repoluit, quod Macedonius, qui insidiatus illi fuerat, construzit. Id nunc quoque appellationem Pauli retinet, maximum atque præclarissimum, & quodammodo à paucis aliis secundas feres. Qui verò rem cam ignorant, diuŭ Apostolum Paulum conditum ibi esse arbitratur. Sub idé tempus, sacræ etiá Meletij reliquiæ Constantinopoli Antiochiam sunt perlata, & proximè apud martyrem Babylam repositæ. Didű autem est, imperatoris iusiu corpus eius in publicis viis omnibus,præter Romanorum morem, intra vrbium mænia receptum: precationibúsque & F psalmodiis alternis in vibibus decantatis, donec Antiochiam pertigit, honoratum esse. Tantum ve rò viri huius desiderium in animis hominum om nium relicu este ferut, vr illius formă &!effigiem in parietibus & tabulis depingi, & in annulis exculpi curauerint. Meletius quidem tanto cum honore humatus est. Cui, ad gregem illius pascen dum, Flauianus substitutus est : iusiurandum, quo obstrictus fuerat, paruifaciens. Paulinus enim adhuc viuebat. Proinde vrbem Antiochena, quæ paululu conquieuerat, turbæ rursum exceperunt. Multi nanque à Flauiano desciscentes, Paulino se Cuius sanè rei gratia, non solum adiunxerunt. Antiocheni ipsi, verum etiam vicini circumcirca episcopi,inter se dissensere. Aegyptij naque, Arabes & Cyprij propter Paulinum, veluti iniuria is affectus ellet, indignabantur : Syri autem, Phænices,Palæstini,& qui Armeniam,Cappadociam & Galatiam incolunt, quíque ad Pontum Euxinum sunt, maxima ★ ex parte Flauiano sauebát. Porrò

\* Occidentales episcopi Flaniano & ordinatoribus sins infonsi.

propter malè สเเลียงเลียง baptifon pfanatii.perfuaderi à Ne री*का*।० ७० ७०teft, ve psbyteri Suscipiat dignitatim.

\* duplings di naidfoia &pagraphe-TOV, + BEOV L увровітись. Sozom.

Offa Paul Costatinopolitani marty ru Cöftätme polim relata. Pauli teplü ibidem.

Meletij cor pu Cöftanii oli Antio chiã deporta tum fumi cum bonore.

Defideriä bo

muum aza

Mdais icfunction. Flaviano Avinchia, cotta intifu randi sacramentă, epific patum post Mdaÿ mor tem suscipit. Nova difica sio in ecclesia Antiochma.

Dissatio es quoq; regio ocs progressa.

Digitized by Google

. .1

A Damasus Rome episcopus, & Occidentales antistites, Flaviano plurimum succensebat : & ad Pau linum scribentes in epistolis, quas Synodales appellare mos est, ei nomé præsulis Antiochene ecclesię tribuebant, Flauianum autem prorsus auersabantur. Neque verò minus Diodorum Tarsensem, & Acacium Berrhæum, qui illi manus imposuerant, accusabát : quos etiam à comunione exduscrut. Vt verò certius rem cam cognoscerent, & ipsi & Gratianus ad eos literas dederunt, ex Oriente in Occidentem eos euocantes.

# CAPPT XY.

Odem tempore, quum Ariani ex sa-cris ædibus deturbatentur, & Catho lici in possessionem earum vacuam inducerentur, nó paruæ exorte sunt turbe. Quaptopter imperator Theo

a Arcadina August m Remunciatus.

Sozalib.7.

Vįduorii reie-

ctione woma i

ecclesiu tur-

ba exoria.

Theodofi' co

ciliù aliud du

enocatin Con

stantinopoli

ægit.

cibm harefin B

64P.12. Proplet A-

b Nestarina Ageliü Nomatianii epifropti in consilsű adhibet. c Agelius vi sa fanctitata qua disputa tionis cotes... tione clarior. \* The decome TABIEFIK sür içyarçi MOHT PLANTE مع المن المن Treins Airwy arsibis.Soz. d Agelia in consilin id Sifiniam le Etorem juum Dùlik. Optimu Sifs guomodo con Tra cotentiosos haretices fit proceden-Confily cine certa ratio.

dosius exiguo à priore synodo temporis interuallo,antelignanos vigētium tum hætelium turlum conuocauit, vt alterum istorum fieret : videlicet, vt vel ipsi aliis opinionem suam persuaderent, vel ab aliis ad aliam complectendam persuaderétur, de rebus quæ in controuersia essent : in vná candémque sententiam omnes adductum iri ratus, si in publico auditorio opiniones dubiæ per disputa tionem discuterentur. Quum autem vniuersi con uenissent, (factum id eo anno, quo filium a Arcadium Augustum renunciauit) consilium de syno do celebranda cum + Ne&ario Constantinopolitano communicauit, cohortatus, vt quæstiones vnde hæreses orirentur omnes, in publicam dedu cerentur disputationem, quò quum vna fieret ecclesia, atque vnum inter omnes consentiens constitueretur dogma, tum vniuersi religione, ita vti decet, colerent, neque quidquam cotrouersiz relinqueretur b. Nectatius plurima secu animo reuoluens, Nouatianorú episcopum c Agelium accersiit, eussidé cuius ipse erat de cosubstantiali sen tentiæ virū:qui \* o factis potius virtutem declararet,& à verborum nugamentis & fastu alienus prorsus esfet, alium vicem suam ad despiciendum quid facto opus esset, at que etiam (si hoc vsus ferret) ad disputandum, designauit d, Sisinium nomine, qui tum in lectorum ordine enitebat, & bre ui post episcopatú eius suscepit : hominem ad inueniendum perquam ingeniosum, & ad id quod inueniffet eloquendű valde commodum : nec mi nus ad arcanos & latentes facræ scripturæ sensus inquirendum, eósque copiose suaui lingua exponendum,sane quàm idoneum,necnon prophanæ simul & sacræ philosophiæ egregiè peritum. Is, quod rectissime tum dicere visus est, suasor fuit, ne qua cum eis qui aliter opinarentur, susciperetur disputatio, vt quæ aliam ex alia rixam & contentionem parere soleret: sed vtilli interrogaren tur, an eos sacrorum oraculorum interpretes, qui prius extiterint, quàm dissesso in ecclesiis orta sit, admitterent. Ac siquidem sentetias illorum reilcerent, tum fore dixit, vt eos etiam factionis suz populares eiiciant. Sin verò idoneos illos ad decla rationem seu decisionem cotrouersiarum esse pu tarent, statim illorum libros in medium proferri

debere. Arque hoc sie suafit, & certo sciret, vete. D res quum in divinis literis coæternum patri filiu inuenerint, haudquaquam ab initio aliquo genesationem eius incepisse, dicere ausos suisse. Vr autem & Nectario & imperatori optimu hoc consi lium esse visum est, omnibus qui euocati fuerant coactis, cognoscere primum, quid de veterum scri ptis illi sentitent, tentauit. Atque vbi illi clamore & admiratione suá erga illos affectionem & pietatem indicarunt, apertè pronunciavit : Si testes illi dogmatis classici & idonei essent, facile cos quæstioné rei cuiuslibet decisuros, si ipsi in co acquielcerent, quod illi de cotrouerliis eiulmodi & senserint & dixerint. Quandoquidem autem etia de co hæresium duces dissentichat (non omnibus enim eadem de veterum opinionibus sententia erat) rem secum ipse perpendens imperator, intel lexit propterea illos propositam sibi códitionem repudiare, quòd disputationibus suis confiderent.

Quam ob rem iniquam sententiam eorum mo lestè ferens, hæresim qu'amque libellum, opinionem cuiusque complectentem, offerre sibi iussit. E

Atque vbi dies constituta aduenit, ex eis qui tri nitatem inimir consubstantialem profitebantur, Necarius affuit, & Agelius : ex Arianis auté Demophilus: Hæresis suæ nomine, Eunomius: Eleu sius autem Cyzicenus, Macedonianorum partes propugnans.Porrò imperator opinionibus hæreticorum omnibus perleciis, solam admiratus est, & veram esse iudicauit, quæ trinitatem suesverey co + substantialem deprædicat : reliquas verò vt veritati repugnantes, conscidit. Enimuerò eis qui No uati hæresi laborant, nihil aduersi accidit : quippe qui Ecclesiæ catholicæ,preterquam in re vna,con sentirent,& suessie consubstantiali admodu inhæ rerent.Reliquæ autem bereses grauiter episcopos suos accepere, o non satis considerate cum imperatore egissent. Plurimi etia ex eis, opinione illorum spreta, ad sententiam laudatam transiere .

Deinde imperator legem tulit, ne à Consubstátialis fidei professione abhorrétes, conventus aliquos ecclesiasticos agerét: néve postea de fide do cere auderent, aut eligendi consecrandiq; quempiam, potestatem haberent. Sanxit præterea, vt il- F li partim ex agris & vibibus pellerétur, partim 🖈 grarij fierent, neque quicquam cum reliquis civibus comune haberent. Constitutionibus eiusmodi pœnas graves addidit, si quenquam contra decreta sua commissife comperisser. Sed eas executioni non mandauit : metum enim tantum hærefium studiosis incutere voluit. Et id maxime studio habuit, yt populi imperio cius fubieCi, cande secum de Deo obtinerent opinionem. Quapropter magno etiam eos prosequutus est honore, quos ab bæreticis ad ecclesiam vniuersalem transisse cognouit. Quum synodus Constantinopoli iterum, licuti dictum est, sub imperatore Theodo sio ageretur, ex Occidente literæ venerunt, vt ipsi quoque Romam ad concilium ibi maximum institutum, in quo de rebus etiam Antiochenis inter Paulinum & Flauianum decideretur, venirent.

Caterum qui Constantinopoli congregati erant episcopi, profectionem Romanam ve in-

Idem com Nellario, de so par publicam difintationem celelo confultat. Carlotte Contract to

† Novatiani in fententia en spodele Catholicie affentimutur, & propserea à Theodosio dammati non sunt.

Imperator fr ldě baraico **म्हें के उसल** patrii antori tale 🕁 testi monys fantê. tiã cuq Hereici di Putationib

Indet impe-rator havesim quámq., opinione juá in Scriptu relata fibrese-Libellum C4 tholsters approbat, religoos cocerpus, Alia here Ses, duces sues quod parme prodenter & imperatore खुर्गीतार,ग्र∗prebendant. News Theedosij contra bareticos (8 fitutiones. e L.Omet vetite. C L baresic. Manich. L.contli be retici. cli LL

Theodofice ersbedexes pracipoè bo-BOTANIL. Accipiűt Orientales epi Scopi Costan tmopoli ab Occidentali bas Symodale epistolä,qua Roman al concilians . BOCKWINT,

[cq. End,

astifită fari ori ad Occidentales.

A commodam detrectarunt. Epistolam autem scripserunt, in qua excitatam in ecclesia ab hæreticis procellam maximam exposuerunt: & aliquantulum negligentiam & incuriam illorum perstrinxerunt, summatimque Apostolicam sententiam inseruerunt. Sed virilem corum animum, veramque sapientiă,illæ ipsæ literæ declarabunt, in hæc verba concapta.

# CAPYT XYI.



Ecucrendissimis dominis,& ma ximè piis fratribus atque collegis, Damalo, Ambrolio, Britto-|ni , Valeriano , Afcholio , Anemio, & reliquis sanctis episcopis, inmagna vrbe Romana co-

actis: fancta fynodus orthodoxorum & rectè sen tientium episcoporum in magna vrbe Constanti nopolitana congregatorum, in Domino salurem.

Pietatem vestram tanquam ignaram docere,& B erumnarum vim nobis ab impotenti dominatio-« ne Arianoru illatarum commemorare, superfluu fortalle est. Non enim existimamus pietatem ve-# stram, res nostras tam nibil ad se pertinere iudicare, vt de eis commonefacienda sit, in quibus con- dolere eam nobiscum oportuit. Neque tales sunt quas pertulimus tempestates, ve latere tenuitate « sua potuerint. Et tempus persequutionum propinquum, recétem adhuc memoriam conservat, non eis tantum qui afflicti sunt, sed etiam qui per « charitatem afflictoru miserias, suas ipsorum eru-🕳 nas esse reputant.Heri nang;,vt ita dicamus,&nu - per admodum, alij quidem exilij vinculis soluti, ad ecclesias suas per afflictiones innumerabiles « postliminio redierunt. Quorundam autem in exilio defunctorum relate sunt reliquiz. Quidam e etiam post reditum, quum in feruétem adhuc hæ a reticorum incidissent furorem, acerbiora quoque domi, quàm in longinquis & alienis terris, mala pertulere: lapidibus ad necem víque, sicuti beatus Stephanus, obruti. Alij variis concisi verberibus ... & flagris, stigmata & notas adhuc Christi & vibisoletá- C ces in corpore suo circumferunt. Pecuniarum verò multas, & excussiones vrbium, & priuatorum me bonorum publicationes, insidias structas, contumelias,& vincula,quisnam enumerare queat?Re « uera profectò in nobis afflictiones multiplicatæ a sunt supra numerum, fortasse vel & peccatorum « pænas persoluimus:vel quòd benignus Deus pro 🕳 tuo in homines amore, per tantam vim & multia tudinem malorum nos exercuit. Quo nomine . Deo agimus gratias, qui per tot & tatas afflictio-🕳 nes feruos fuos castigarit,& fecundum multitudinem miserationum suarum nos rursum eduxerit 🕳 in refrigerium. Nobis verò diuturno opus esset « ocio, & tempore multo, ad ecclesiaru restitutionem, vt perinde atque ex longa ægritudine, paulatim sedula cura ecclesiæ corpus cósirmantes, ad " pristinam valetudiné & sanitatem reduceremus.

Pÿ effettio-

luvel pævas

Gratians

oftio in e-

es,rd ad

Quanquam enim maximè à vehementi iniuria -🕳 persequutionum videmur esse liberati,&ecclesias diutius ab hæreticis detentas nuper recuperauimus: graues tamen adhuc nobis imminent lupi, 💂 qui etiam ex ouilibus depulfi, in fyluis & faltibus a greges diripiunt, conuentus contra nos cogunt

vulgi seditiones mouent, & nihil quod in eccle- D siarum detrimentum cedat, no tentant. Quapro- 🕶 pter, quod diximus, ampliore nos ocio & tempo- » re longiore abundare oportebat. Sedenim quum » fraterná vestram erga nos pietatem coseruantes, » & dilectioné exhibétes, indicto Romz de volun » tate Dei cócilio, per Dei amantissimi imperatoris » literas, nos quoque, vt membra vestra propria, eò 🛎 euocaueritis, vt posteaquam tum quidem soli nos » calamitatibus addicti atq; adiudicati fuimus, nuc » tandem in cosentienti ipsorum imperatorum de » vera pietate, concordia, non sine nobis regnetis: » sed & nos vnà vobiscum, iuxta Apostolicam vo- » cem, regnemus: in votis nobis erat, si fieri posser, » vt simul omnes ecclesiis reliciis, seu desiderio seu » vlui veltro,per gratificandi studiŭ satisfaceremus. 🛥 Quis enim nobis alas veluti columbæ tribuat, vt » volitemus, & ad vos perueniamus? Quum verò » id, si fieret, prorsus ecclesias nudaret, quæ nuper » gitma, en renouari coperunt, & res hac multis omnino im so connentum possibilis sit. Conuenimus nanque Constantino - 12 Roma. 28polim literis proximis adducti, quas reverentia ve E stra post synodum Aquileiensem, ad Dei amatislimum imperatorem Theodosium dedit, ad solă " hanc, Cóstantinopolim víque, profectionem inftruci,& de vna hac synodo ab eis qui in prouinciis permansere episcopis, assensionem acceptam habentes. De longiore autem profectione neque necessitatem aliquam expectauimus: neq; quicquam omnino prius audiuimus, quam Constanti " poli conuenimus. Ad hæc, ea est constituti tempo " ris angustia, vt neque ad iter longius nos instruen 🤏 di spatium habeamus: neque omnes in prouinciis ?" communionis nostræ episcopos, de prosectione " tali certiores facere,& comprobationem eorum " accipere possimus. Quum hæc, & multa præterea " alia, aduentum complurium impedirent: quod reliquum erat, simul & ad res plerasque corrigendas, & nostram erga vos charitatem declarandam faciendum duximus, vt reuerendissimos at- 🕶 que honorandos maximè fratres & collegas no- » stros, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, epi- » scopos, quo viæ laborem Romam vsque alacri- » bus lubirent animis, exoraremus: per quos, vo- 🛎 Iuntatem & sententiam nostrum pacificam esse, F & vnionis coniunctionisque consilium & finem " sibi propositam habere, ostendimus: ardoremque » fimul pro faniore fide nostră, manifestò declara- " mus. Nos enim, siue persequutiotes, seu afflictiones, siue Imperatorum minas, seu magistratuum » feritatem, siue etiam aliam quampiam tentatio... 🕈 nem & periculum ab hæreticis sustinuimus, pro " Euangelica fide Nicææapud Bithynios à trecentis decem & octo patribus confirmata, quicquid " id fuit,pertulimus. Eam enim & nobis, & vobis, " aliisque adeò omnibus qui veræ fidei verbum no " peruertunt, complacere oportet, quippe que anti- " quissima & + baptismo consentanea sit, credere 🛎 nos docens in nomen patris & filij & spiritus san " &i, videlicet vt dininitas & potestas vna patris & 🕶 filij & spiritus sancti, & eiusde honoris dignitas, » & coæternum regnú in tribus perfectis sublisten » tiis, siue tribus perfectis personis credatur : ita vt » sheologia. neque Sabellij contagio locum habeat, subsisten ... tiis confulis, seu proprietatibus sublatis: neq; Eu- " nomianorú & Arianorú & Pneumatomachorum »

les episcopi in

Excufatio le Orietales ad

Suos Romã

Bertleyers

Vera trini

Digitized by Google

† μιζομιsicas. Verbi Dei incurnatio.

\* sixeveµiar

" tati, + posteriore quapiam siue creata seu alteri « lubstantiali natura inducéda. Inhumanationis e-« tiam Domini rationem minimè peruersam retine mus, neque vel anima vel mente carétem, aut imperfectam carnis \* administrationem credentes. Certò quippe sciétes, perfectum quidem ante se-« cula fuisse Deum verbum, perfectum verò homi-« nem in extremis diebus propter saluté nostram « esse factum. Et sides quidem quæ à nobis constan a ter deprædicatur, in summa sic se habet : de qua ampliorem etiam animoru consolationem perci-« pere poteritis, si no gravabimini decreti libellum, quod Antiochiæ à synodo ibi coacta factum, & « item id quoque quod proximè Costatinopoli ab vniuerfali concilio promulgatu est, legere. In quibus & fusius fidem professi sumus, & hæreses nu per per res nouas exortas, & à nobis anathemate cofollas, in scriptum retulimus. Porrò de singu-B laribus ecclesiarum administrationibus, veterem « scitis este sanctionem, & sanctorum Nicza con-« gregatoru patrum decretu, vt in provincia quaque, prouinciæ eius episcopi, & cū eis, si illi velint,

finitimi quoque electiones & consecrationes, ex

vsu publico peragant. Iuxta eiusmodi constitu-

« tionem, quu alias apud nos ecclesias ordinariatq;

administrari, tum in celeberrimis quibusque An-

# tistites renunciatos esse, scitote. Proinde in recens

« fundata, vt ita aliquis dicat, Constantinopolitana

« ecclesia, quam nuper taquam ex ore leonis, sic ex

blasphemia & maledicentia hæreticorum eripui-

A blasphemia seu maledicentia inualescere possit,

" substantia vel natura vel divinitate dividenda, &

« increatæ consubstantialique & coæternæ Trini-

Nellarij eleltso.

Legitima epi

fecratio.

Cyrillus episcopus Hiero solymitanus, Quid in episcopium elethionib spethiri potishmun debeat, a V t Nesta ry & Flauiani electio nem gratam vatamé; ha-

Flaniani.

Vnio & con cordia ecclefia in primis confest and a

beant, petüt.

mus, per miserationes Dei, in vniuersali synodo, communi & publico consensu in ipsius Dei amaa tissimi imperatoris Theodosij conspectu, clero « omni & ciuitate cuncta suffragante, reuerendissimum & Dei amantissimum Nectarium episcopu « legimus. In vetustissima verò, proindéque Apo a stolica ecclesia Antiochiæ apud Syros, in qua prima venerandum Christianorum nomen extitit, prouinciales & Orientalis diœcesis episcopi conuentu acto, canonice & legitime reuerendissimű C & Dei amatissimum Flauianum antistitem crea-« runt, ecclesia tota consentiente, & quasi voce vna virum eum cohonestante. Quam electionem vt ordinariam & legitimam, synodi etia commu-« nitas coprobauit. In ea verò ecclesia, quæ aliarum omnium mater est, Hierosolymis, reuerendissimű & Dei amantissimű Cyrillum episcopum esse sci mus, titè iamdudu à provincialibus episcopis ele-Aum, qui sanè diuersis in locis plurimum aduersus Arianos decertauit. 2 Quz quum legitime & canonice apud nos acta obtineant, vt in eis pietas eriam vestra læta & gratulabunda acquiescat, hor tamur, spirituali scilicet charitate intercedente, & Domini timore fauorem hominű omnem & affe ctionis în aliquem inclinatione contrahente, ecclesiarumq; zdificationem & comodum consuetudini & gratiæ alicuius singulari præferente. Sic nanque fidei verbo ad consensum & concordiam redacto, & Christiana charitate confirmata, illud vsurpare, quod ab Apostolis est damnatum, desinemus: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ. Sed quum omnes nos Chri sti este constiterit, qui in nobis diuisus non est,

Deo bene iuuante, integrum atque indivisum Ec-D clesse corpus coservabimus, & ad tribunal Domi mi cum siducia & libertate consistemus. Hac ilmi contra Arium & Aetium & Eunomium, atque maduersus rabiem & insaniam Sabellij, Photini, marcelli, Pauli Samosateni, & Macedonij scripserunt. Atque itidem Apollinaris quoque res mouas propalam damnarunt, dicentes: Inhumanationis quoque Domini rationem minime peruersam retinemus, neque vel animavel mente carentem aut impersectam carnis administratione medentes.

#### CAPPT XTII.



Edenim Damasus, vir celeberrimus, vbi hanc quoque hæresim exortam esse cognouit, no Apol linarim modò, sed & Timotheu se cau coratu se-

Imelato; iterum proferiplit. Atque id epitcopis Orientalibus per epistolam signi E ficauit : quam vt historiz annecerem, ex vsu esse 🛰 putaui. Ea de verbo ad verbum sic habet. Quod » Apostolicæ sedi charitas vestra debitam exhibet " observantiam, vobis ipsis plurimum, & maxime " Ecclesia sanca eo honore tribuitis, filij reuerendissimi. In qua considens sanctus Apostolus docuit, quomodo nos quæ suscepimus gubernacula ... regere conveniat. Ac nos quidem iudicio nostro, » honore tanto inferiores sumus · verutamen ca de » caula, quo cunque possumus modo, operá damus, \* si aliqua ex parte ad gloriam beatitudinis eius accedere possimus. Scitote igitur, Timotheű iam » olim impurum ac profanum Apollinaris hæretici discipulum, vnà cum impio eius dogmate, à nobis exautoratu, damnatumque esse. Et haudqua- \* quam credimus, reliquias eius ratione aliqua in fu 🕶 turum robur accepturas. Sin verò serpens ille anti » quus, qui extra Ecclesiam est, semel atque iterum " morlu enectus, ad suam ipsius pænam reuiuiscat, = & vt mortifero veneno suo infideles quosda pessunder, tentare non desinat, eum perinde atque = præsentem pestem declinate. Et simul memoria F retinentes fidem Apostolicam, eámque in primis » quæ Nicææ à patribus in scriptum est relata, in fi 🕶 de gradu firmo immobiles fortiter at que perseue » ranter consistite.Et posthac clericos aut laicos vestros, vanas disceptationes,& abrogatas quæstio- » nes, audire non patimini. Iam enim semel typum = & formam proposuimus, vi quicunque se Christianum esse agnoscir, illud servet quod ab Apu- 🕶 stolis'est traditum, san & Paulo videlicet dicente: ... Si quis vobis euangelizauerit præter id quod acce » pistis, anathema sit. Siquidem Christus filius Dei, » Dominus noster, hominum generi per passionem ... fuam plenissimam contulit salutem, vt hominem 🐞 vniuersum peccatis obnoxium à peccato omni li " beraret. Hunc si quis sine in humanitate, seu in di " uinitate defectum aliquem habuille dicat, diabo- 🐱 lici is spiritus plenus, gehennæ se filiu este osten. .. dit. Quid igitur denuò à me Timothei condem ... nationem petitis? qui & hic Apostolicæ sedis iu- " dicio, præsente etiam Alexandrinæ vrbis episco- " po Petro, damnatus est, vnà cum magistro suo " Apollinari. Qui etiam in iudicij die debitas pœCodemnatio baretuerum,

Et in his Apollmaru Laodsemfu .

feipulm Apol Isuaru cü do gmate fuo dä natur.

Scripes Da

ali Ro a

DHUM 440-

Scopes.

to Patro

Timethoud

stales epi,

Fides Nicana landasur.

Refutatio brancherefis Apoliman



nas &

A. nas & cruciatus sustinebit. Sin leuiores quosdam a homines,ille, perinde atq; spom aliquam habens, persualione sua ducit, quicung, verá in Christum spem professione Apollinaris mutauit, itidem vt ille peribit Ecclesiæ canoni reluctans. Deus vos, fi li) reuerendissimi, conseruet incolumes.

CAPYT XYIII.

Nimuerò quædá etiá alia, qui in ma-gna vrbe Roma congregati erát, ad-ueríus varias hæreses scripsere. Ea necessariò operi nostro insereda esse duxi. Et primùm vniuersalis sidei p-

fessione Damasus Papa ad Paulinu in Macedonia episcopum, qui etiam a Thessalonicæ fuerat, misit. Atq; inter alia ille hæc quoque commemorat.

Quandoquidem post concilium Nicænű error iste emersit, ve quidam impuro ore dicere audear, spiritum sandu per filium genitum esse: anathemate eos ferimus, qui no cum libertate omni, vnà cum patre & filio vnius & eiusdem substantiæ & potestatis existere spiritum sanctu prædicat. Anathemati itidem subiicimus Sabellij erroris sectatores, qui patrem & filiu eundem elle dicit. Anathemate iugulamus Arium & Eunomiu,qui tametsi diuersis verbis, pari tamé impietate, filium & spiritum sanctu vnum esse confirmat. Item Mace donianos, qui ex Arij radice succrescentes, no impieratem, sed cognomen tantum mutarunt. Item Photinum, qui Ebionis hæresim renouans, dominum nostrū Iesum Christum ex Maria tantū profitetur. Item eos qui duos esse filios affirmant, alterum ante secula, alterum post carné ex perpetua virgine Maria assumptă. Anathemate præterea mactamus illos, qui Dei verbum, pro rationali anima in carne humanaversatum esse contendut. Hocipsum nanque Dei verbu, non pro rationali & intellectuali anima in suo ipsius corpore fuit: sed nostră, hoc est rationalem & intellectuale sine peccato animă suscepit & b seruauit. Non minus anathemate persequimur cos qui dicunt, verbum Dei à patre c extensione & cottactione segregatum esse,& + subsistere id no posse, aut qui finem id svum habituru esse blasphemat. Eos porrò qui ex ecclessis in alias transeunt ecclesias, tantisper a-« lienos à comunione nostra esse ducimus, dum ad easdé, in quibus primum electi sunt, vrbes reuer-" tátur. Si quis verò, alio ex vno loco in alium trás- eunte,in illius adhuc viuentis locă fit per electio-« nem surrogatus, tádiu ille qui vrbem suá reliquit, episcopali dignitate carebit, donec successor eius in Domino obdormierit. Si quis no perpetuò paa trem,& perpetuò filiu,& perpetuò spiritu sanciu « esse dicat, anathema sit. Si quis no dicat, filium ge-« nitu ex patre, hoc est, ex substatia eius diuina, anaa thema sir. Si quis no dicat, verum Deum esse Dei « filium, ficuti verű Deum patrem eius, & illű om-« nia posse, & omnia nosse, patríque similé esse, ana rhema lit.Si quis dicat, quum in carne degés filius .. Dei in terris fuit, eundé in colis & cum patre non e fuisse, anathema sit. Si quis dicar, in passione crucis filiu Dei & Deu verbu, divinitate, & no carne vnà cum anima, quá in serui sibi assumpta forma, vt sancta scriptura dixit, induit, doloré pertulisse, a anathema sit. Si quis no dicat Dei Verbum carne " pallum, & carne crucifixu, & carne morté gustaf.

se, primogenitu factum ex mortuis, pro co atque D † 200 mule. vita est & + viuificas, quippe Deus anathema sit. ... Si quis nó dicat, eum in carne quam assumpsit, ad 🚙 dextram patris sedere, in qua etiam adueniet iudi catutus viuos &mortuos,anathema lit.Si quis no 🛴 dicat, spiritu sanctu verè & propriè ex patre esse, ,, quemadmodum & filium, eundémq; Deum Dei 💂 verbum, ex diuina substătia, anathema sit. Si quis " dicat, spiritum sanctum creaturam, aut per filium genitum esse, anathema sit. Si quis no dicat, patré per filium postea incarnatum & spiritum san&u 🕽 creasse omnia, visibilia videlicet & inuisibilia, ana " thema lit.Si quis nó dicar,patris & filij & ſpús ſan 🚆 cti vná deitatem, potestatem, potentiá, vnam glo " riam, 🖈 vnam proprietatem, vnum regnum, vna voluntatem & veritatem, anathema sit. Si quis no dicat, tres esse veras personas patris & filij & spiri tus sancti, zquales, semper viuentes, omnia & visibilia & inuisibilia cotinentes, omnia poteres, ofa iudicătes, o îa viuificătes, om nia creates, om nia ser uates, anathema sit. Si quis no dicat spiritum sen-Qu perinde atg, filium & patré ab omni creatura E adorandum esse, anathema sit . Si quis de patre & = filio recte sentiat, de spiritu verò sancto hallucinetur, hæreticus est. Quonia omnes hæreticos, de » filio Dei,& de spiritu sancto perperam sentietes, " in Iudzorum & ethnicorum infidelitate hatere » † andufeas. constat. Si quis divinitatem dividat, + singillatim » 2 accessor Deum patré dicens, & Deum filiu, & Deum spiri- bent, Tres. tum sandum,& contendat \* tres deos dicendos \* esse, & no vnum Deum propter vnam diuinitate » in tribus subsistentiis, vnamq; potestatem, quam ... esse credimus & scimus, patris & filij & spiritus = sancti: aut ediuerso subtrahens filium & spiritum ... sanctum, existimet solum patrem Deu dicendum, » vel vnum ipsum Deum credendum esse, anathe- » ma sit. Nam nomen deorum & angelis, & omni- » bus sanctis, à Deo per gratiam impositum atque » tributum est. De patre auté & filio & spiritu san- » &o,propter vnam & zqualem divinitatem, non » deorum nomina, led Dei nostri nomen significatur & declaratur. Vt credamus, nos in patrem & fi » lium & spiritum sanctum tantum baptizari,& no in archangelorum aut angelorum nomina : ficuti F hæreticos, aut Iudæos, aut ethnicos insanos. Ipsa 😹 igitur hæc Christianoru est salus, ve fidem habentes Trinitati, ip si patri & filio & spiritui sancto, & " baptizati in ipsam, vnam scilicet Deitatem & po- ... testatem & diuinitatem & substantiam, in ipsum Deum credamus.

CAPVT XIX.

Æc quidem Gratiano adhuc su perstite acta. Quum autem sy nodi, quas diximus, celebrarentur, & Grațianus bello Alemapico occupatus esser, Maximus quidam ex Britaniæ partibus co

Et quia vniuersum Roortus, tyrannus extitit. manorum imperium sibi subiicere in animo habuit, Valentinianum primum aggressusest, crism. num adolescentulum, in Italia degentem : quum quide Probo, qui cosularem obtinebat potestate, rerum ibi administrandaru summa commissa esset. Quo tempore Iustina etia magni quidem Valentiniani coniunx, iunioris autem mater, Ariana

\* коритиТа.

Alemanici

Maximu 1

Probuctes Italië admi niftsa. Iofina A-44 JM:

L Tames c of inteel NGL T F EDSON ! Adversine epifcapes ese rua sede in aliam trans- C TANDRISATOR

Professio ca-

sbolua fidei

Damasi pa-

pe,ed Pan-

lină episcopă

H areticorio

a In co fortè

que supr.ca. 10,00d. Sed

Cistantino.

poli actuu.

convento, de B

Pessime ibi res geruntur, vbi fæmine बाग्युकारा regnant, **Imbrofiss** fistie.

4 Ariminen sem fidem es inducere con tendit.

Ide à militéplo capitur. B **Ψ**ιλτ**σ**ς **δ**ν. † De motu Germanico anni 1546. versiculiCan Sam confilis texitis impro bis. Qualem perdomita iã probe Gallia Omni. cü pe teres Marte tyrānico V r bes Maximm Italas. Sacrorii titu lo perfida fi lio,[uffine arma ferox acrius inferés Pillu succu buit que sine pralio, s Di nûm non fine marries.

Populus ecclesia com C defendit.

B enevolus Scriba imperialis. Per eë 1 nSti na editli ad mersia erthodoxos episco-pos coscribere cogitat.

Benevolus care Inflina орета панаre recufat. Fidelie Gor shodowi Sespetary exőplans palches Benenolas.

Inflinafilg fai noie cofti tutionë cotra cittbolices per alios notarios perferibit.

A dudum infecta labe, quú marito viuéte de ca propalàm non quicquam agere, neq; eos affligere qui δμοκείε confubitantialis fidem profitebantur, aufa fuillet, iuuenili admodum filij ætate tum conhla, Mediolani, quo se receperat, negociú Ambrosio magno, cuius suprà quoq; meminimus, exhibuit, & ecclesias ibi turbauit, nouas aduersus veru dogma res molita. Magnopere nanq;, vt a Ariminenlis fides obtineret, contendit. Et naturæ illece bris atque inelcationibus freta, hamu primum filio, quem ille tener adhuc, neque dum discrimen boni & mali habens, deuoraret, præbuit. Conata verò etiam est Ambrosium in potestatem suam redigere: facile se rem quam volebat confecturam este arbitrata, si illum expugnasset. Postqua ille verò magis etiam cotraria docuit, & illa quidem vt à cœpto desisteret cohortatus est:filio autem eius, vt paternam simul & religionem & hzreditatem integram retineret, admonito: varietatem quoque dogmatum, p videlicet ea quam ma ter induceret sententia prorsus cu Christi doctina & Apostolorum prædicatione pugnaret, proposuisset : grauiter id ferens Iustina, fraude pueru est aggressa. Et veluti cotumelia affecta esset, epi scopum apud illum calumniata est: & vt in eum etiam animaduerteretur, postulauit. Atque ille ca Tumniis eis credes, militarem manum misit, & + Cetratoru agminibus ecclesiam cinxit: qui vi tan dem, quum per irruptione intra sacras ædes peruenissent, cofestim Ambrosium correptum traxere,& in exiliú agere voluere.Cæterum vrbis multitudo illi circufula restitit: & mortem sibi perferédam potius statuit, quam vt sic antistitem soum tractati pateretur. Qua re amplius ad iram comota lustina, decretum suum lege etiam confirmate contendit.Itaque Benevolum, qui in decuria scribarum in facrarum constitutionum tabulario mi litabat, ad se accivit: & furore feruens, quamprimum legem edi iussit, vt ecclesiæ omnes in decre tis Ariminesibus acquiescerent. Quod vbi ille facere detrectauit, erat enim imissis cosubstantialis fidei studiosus, hominé inescatione alliciens, ampliorem illi,si quod ipsa iuberet fecisset, honorem est pollicita. Verùm ne ita quidé id illi persuadete potuit. Cingulum nanque suu sibi detractum ad pedes Principis fæminæ depolvit,neq; eu iplum que habebat, neq; spledidiorem etia tang impie. tatis pramium, honorem retinendum esse ratus. Sedenim quum insuper ei magis instarer, atq; ille nunquam se sententiam mutaturu esse vehementer confirmaret, aliis euocatis, statim legé compo suit. Costituit autem, vt tuto atque libere, qui cadem sentiret, quæ episcopi Arimini, ac deinde etia Costantinopoli congregati statuissent, couentus haberet. Quòd si qui diuerse essent opinionis, illis oblisterent, & aliud quam nova ista imperialis co stitutio madaret, petere auderent, cos morte mul

\* Praclarii est apud Theodor lib. 5.c. 13. Ambrés ji ad Valenti-mianum ioniorem verbii. Tum immu indignatui, apalam ezem-plo Ambresii extre insite. As ille Libens id, inque, no facero. Neg-emin lupu onii exatam prodă, neg-blas bhami semplum dininii contedam. Qued si necare me vie, in ipsa ecclesia in me ensem ant cufpe-dem firinge, Parlibenter cuim cadem cam talere.

Candos esse sanxit.

CAPPT XX.



Vum in hoc sic imperatoris mater es D ser, & studio omni in id incüberet, vt cossitutio eiusmodi servaretur, fa ma increbuit, Andragathij dolo, qui Maximi tyrani dux erat, Gratia-

num imperatoré necatú esse. Andragathius enim iste in curru lecticæ imperiali persimili, ad quem mulz iun@z erar,latens vehebatur. Iusserat is satellitu Gratiani ductoribus renuciari, imperatoris adesse coniugé, vt scilicet ei ille cum apparatu ma gnifico obuiá honoris causa progrederetur. Id vbi Gratianus audiuit, p no ita pride eam duxisset, & iuuenis esser, mulierémq; veheméter amaret, dess derio eius videndæ ingenti accesus, apud Lugdunum Galliz vrbe, satis incossiderate amne superato,in hostiles manus, perinde atq; cæcus esfet, inci dit. Andragathius năq; lectica exilies, Gratianu sta tim coprehendit:& breui pòst, eŭ vt 🖈 bellatore atq; victore optimu interfecit. Qui vrbes suas mo deratè & iustè administrans, & paternă fidei opinionem adauges, ita vita sine liberis finitt, viginti & quatuor annos natus : quum annis quindecim vnà cũ Theodosio, solus auté anno vno &mésib E sex imperasser. Ea clade renúciata, Iustina irá aduer sus Ambroliu sua remisit . Porrò Maximus ingéti atq; forti exercitu ex Britanis, & finitimis eorum Gallis & Celtis, aliís q; loca ea incolétibus populis coacto, in Italia ducebat, Valentiniani etia iunioris imperiu ibi in potestate suam peruenturu esse arbitratus. lá enim, quod Gratian habuerat, obti nebat. Copias auté eas ducebat b, illo quidem sub pretextu, vt ne quid de patrits dogmatibus per res nouas immutaretur, & vt ecclesiá costitueret atq; ordinaret:nó enim, quæ Ambrosio à Iustina acciderat, ignorabat. reuera auté omné, quod dicitur, lapidé mouens, illud agebat, vt tyranni opinioné à se amoliretur,& Romanoru imperium no tam vi q legibus sibi parasse videretur. Itaq; ad Valentinianu scribens, Imperatore se renunciatu esse significauit: & eum simul, vt bellu cum vera pietate gerere supersederet, paternamo; religioné inte gram atq; illæsam coseruaret, cohortatus est: literis ess etia, nisi obsecundaret, minis additis. Ea por rò verba factis ipsis comprobauit. Cum exercitu enim, quem secu habebat, Mediolanu versus vbi ille crat, progressus est. Valétinianus auté expeditione atq; aduétu tyranni cognito, ne quid se indi gnum pateretur veritus,in illyricu profugit. Atque inde Thessalonica venit: experiétia edocus, quem maternoru consiliorum perceperit fructu.

Fuit cu eo ibi & mater & præfectus Probus. Valentinianus etiam temporū necelsitate adductus, vel inuitus, imperialia Maximi, à quo ad eum legati venerant, inlignia admilit.

CAPPT XX 1.



Audatissimus imperator Theodos? vbi vidit quz aduerlus Ambrofium reru nomandaru fludio incepta atq; perpetrata fuerat: & simul de tyrani legatione,& preterea quæ ls "pfugo

iuniori imperatori scripserat, cognonit, no miradu elle putauit, q in tato metu imperator is ellet: tyrano auté tantu suppetierit viriu, et imperatoré in fugam verterit.llle enim,inquit,rectæ fidei opi

Mileräda ca des Gratiani tranit Andra gathim, Ma zimi tyranm dum.

Inflina cafe Gratiani an dito,misier

a Maximu Gallies in po uftate fo redegis. b 2 71 am sua defenfionem religio-Bu cathelica pratendis Maximu 1 d2 | 1 salia immunet.

Maximi ad Vaimuna nam ian bure.

Ide in Italiz aductses V a lent means m renit.

V alentinianifuga. Maximo fibi imperation () mbola jumpfis.

Theodofian tyräm res fe cudas, & V sum, perse adicribie.

Honorius fi in These fo mafentur.

Theodos co tra Maximio io Italiã exarcită duxit.

Debello isto

१ महिना १ स्टाउ erii tupi . dam varios, cosque vanos or falfos re mores Spar zum. Que mil, ta demens im Theodofiù có fixis Ary fa clio,que du-ci Clario pio B donans trissphon Vana

Ariani p. pelam per edocifa de POCTA LOT IS rebus rulgāt

fuffe Dem

probant.

Itidem Confrantinopoli domii epifcopale Nettary incendis.

At Theodo hm rectè ran garit.

ramas im po tellatem aius Andregezue in flo-Valitinia restituit ur.

Maximu ty

nioni subsidiú fert:imperator verò, dú rectá senté. tiam oppugnat, cotra Deum bellum mouet. Et tu quidem cœlesti armatura nudatus, fugæ te cómisisti: ille autem recta opinione munitus, superior est, & herum suu vincir. Prorsus enim verz pietati, autor & legislator eins adesse solet. Atq; hæc quidem, quum longe adhuc abesset, Theodosius ad Valentinianum scripsit. Breui verò post, exercitu strenuò collecto, contra tyránum duxit. Metuebat nanque, ne contra iuniorem imperatorem Maximus rem etiam recte gereret: atque inde ma ioribus comparatis viribus. Orientis etiam imperium sibi subiiceret. Fuit tum Persarum apud eum legatio, pacem petens. Filius quoque alter, ex Placilla ei nono Septembris mensis die natus est, quem Honorium nominauit. Sedenim exercitu rebus omnibus magnificè instructo, & Arcadio filio Constatinopoli relicto, Thessalonicam prosectus est, vbi Valentinianum conuenit. Et primùm animam eius fide paterna restituta,& morbo materno depulso, curauit: deinde bono etiam animo este, neque de imperio metuere eum iussit.Legatos autem qui à Maximo venerant, neque reiecit prorsus, neque propalàm admisit. Copissque receptis, ad Occidentem in Italiam contendit . Fama verò inde, pro eo atque cuique visum erat, afferebatur. Consueuerunt enim homines, etiam de rebus quas ignorant, sermones confingere: & maiores quoque, præcipuè si quam habent causam & prætextum de eis quibus fauent, rumores excitare, vt qui rerum semper nouarum cupidi sunt. Quod tum quoque Constantinopoli accidit. De bello enim alius aliud commentus, in vulgus id spargebat : omnes verò deteriora magis nunciabant. Et quanuis nemo bello interfuisset, perinde tamen atque in re præsenti bellum geri vidissent, quæ ibi accidissent narrabant. Porrò Ariani, qui ab ecclesiis repulsi fuerat, in animis ipsi fuis bellum agitantes, rumores ferebant, imperatorem scilicet à tyranno victum, & tot atque tot nostrorum cxsos este, primo quoque etiam tempore imperatorem ipfum in tyranni manum peruenturü. Et quum alia quædam insuper vulgaren tur, quæ ab eis excogitata fuerāt, pro veris certisq; C rebus habebantur. Proinde concursu ingenti fa-Ao, vecordi confidendia & imperu, in epilcopi Nectarij ædes ignem iniecerūt, easque incenderunt, propterea quòd ecclesias is moderaretur. Atque hæc quidem sic agebantur . Imperator autem Theodosius bellum ex sententia gessit. Milites nanque quos tyrannus habebar, apparatú bellicum & ingentes Theodosij copias veriti, ipsaq; adeo fama earum territi, \* tyrannum captum ad imperatoris pedes abiecere. Et Theodolius, quòd fe Gratiano, quo cum fœdus pepigerat,iniuriam, si tyráno parceret, neque ab eo cædis patratæ pænas sumeret, facturum esse putaret, confestim illum necari iussit <sup>a</sup>. Andragathius verò, qui Gratianum fraude circumuentum occiderat, vbi quid Maximo accidisset cognouit, cum ipsis armis in præterfluentem amnem insiluit, atq, ibi interiit b.

\* Conferat mihi quaso pino prudensque lector, eum tyrannide Manimi ištim, per circunstantias omnes, seditionem & rebellione Germanică, ciufque exitum, quem Au. 1546. & 1547. vidimus & rem prorfus cande innemiet. Mores rediffe, qui Theodofy fuere mopes sempore pessimos, Cii Manimus ballo periret imperij socijs rebellin

Ita Valentiniano iuniori imperium omne restitutum est. Et Theodosius bello feliciter confecto, cum imperatore iuniore Romam victor ingrefsus, clarits imum lætus egit triumphum. Rectè etia is in Italia Mediolaneniem constituit atque ordinauit eccesiam, quum è vita commodum c Iustina excedisser. Theodosius, quum adhuc Romæ esset, è Constantinopoli eò ad se filium d Honorium, valde adhuc tenerum, adducendum curauit. Et quum Romæ victoriæ sacra peregit e, tum cle mentiam placabilitatémque suam manifesto declarauit: potissimum verò in Symmacho viro cofulari. Hic não; senatus Romani princeps, in magna, propter egregia quæ in eo erant ornamenta, fuit admiratione, maximéque propter eloquentiam & peritiam latini sermonis laudatus est. Mul tas enim,& admodum præclaras Romana lingua edidit orationes. Scripfit etiam ad Maximum tyrannum adhuc superstitem. Quam ob causam 🛪 criminis perduellionis & læsæ maiestatis reus far Aus, quòd se damnatum iri metueret f, tanquam ad asylum in ecclesiam confugit. Adeò autem imperator iste religiose Christianismum coluit, & E adeò ecclesiæ fuit obediens, vt non eos modò qui eiusdem cum eo essent fidei, magnoperè honotarit,& præclaram illis opinionē conciliare studuerit: verum etiam Nouatianos, idem nobiscu vna re excepta sentientes, ciuiliter & placide admiserit g. Itaque Leontius Nouatianoru ecclesiæ tum in Romana vrbe antistes, qui deprecator apud eu pro Symmacho fuit, spe sua frustratus non est. Nam ei gratificatus imperator, peccatum tantum Symmacho remisit. Qui venia consequutus, orationem qua se defendit, ad imperatorem conscripsir. Et bellum quidem Occidentale tali initio cœ ptum, optatum Deo bene adiuuate habuit finem.

e Instinc d Honoride Romã perlatus Theodofins Rome trillphas.

800 X 1 + T4 TÀS KABOGÃ occes beging butinali. e Ide in mul tos criminu lese masesta In reos, et ma ximè in Sym machii Con-Sulaté & O-FAtorë egregium, clemes 🕏 banignac. f 18 qui ide lolatra effet, in ecclesià io fugit, atque sbs fermaine est. 2 Leontine Novatiausu

CAPVT XXII.



Heodosius imperator, quum in Italia moraretur, plurimum emolumenti in Romana contulit vrbem, quum ea quæ antea
non habebat liberaliter tribuen F
do, tum pleraque quæ antiqui-

perio zquo posthabito, tyrannidem exercere sta- D tuit, perlibenter ego hac de causa mortem adibo. His verbis auditis, Rufinus per internuncium, ne ædib.Imperatoriis progrederetur, Imperatori significauit. Atque ille, vbi inter eundum nuncium eum accepit:Eo, inquit, merito meo obiurgationem & contumeliam excepturus. Et vbi proxime ad templum accessit, ingredi id quidem ausus non fuit. V bi autem ad Ambrosium, qui in æde salutatoria consederat, venit, vt infolubilia vincula sua folueret, eum rogauit. Ambrofius verò illum fan-Aiones diuinas proculcare arguit: & aduentum eius, qui ita Deo repugnaret, tyrannicum appellauit.Ibi Theodosius: At ego, inquit, non id studio habeo, vi cum temeraria confidentia facrum ingrediar vestibulum. Te autem oto, vt vincula mea foluas, & comunem Domini benignitatem imitatus, non soli mihi in faciem milericordiæ fores claudas, quas communiter omnibus relipilcentibus, & pænitentia multa vtentibus, misericordiæ Dominus aperuit. Ambrosius verò: Verùm dic age,inquit,que tua fuerit,post tantam iniquitatem E & effrenis iræ petulantiam, pænitentia? Qualia tandem incurabilibus affectionibus adhibuisti re media? Sub hæc placide Imperator dixit: Tuæ verò,ô vir divine,id est opere,indicare mihi,&temperare sacræ medicinę remedia. Meum autem sue rit, ca suscipere, etiamsi multum habeant acrimoniæ & asperitatis. Ibi tum Ambrosius diuino spiritu plenus: Quandoquide, ait, ira concitatus vindicam illam præcepisti, & sententiam illam non ratio in tranquillo statu suo consistens, sed suror infana & vecordi audacia productus tulit, vt legé & constitutionem promulges volo, quæ iræ calculos condemnet, & iussionum tuarum administris iniungat, vt publica iudicia, & capitalium cau sarum pœnas ad trigesimam vsque diem differat. Et vt sententiæ capitales in scriptum relatæ,rectu & pacatum rationis iudicium expectent. Portò diebus his elapsis, quibus iudiciorum cura commissa est,scriptum proferat, ve scilicet quum iam ira deferbuerit,& ratio sibiipsi restituta fuerit, sen tentiam lată per disquisitionem perpendant, iustane sit, an iniqua. Ac siquidem contra ius ea co- F cepta fuerit, statim eam conscindet: sin contrà, multo etiam magis confirmabit. Et dierum istoru numerus, ad id quod conducat maxime cognoscendum proderit. Perequum enim est, tempus id intercedere, quod quùm Imperatoris iram placet, tum furore languescéte humanitati & misericordiæ locum det. Imperator igitur dinini antistitis præscriptű suscepit, & optimű id esse dixit. Confestim etiam & constitutionem conscripsit, & vt in sempiternum robur suum obtineret, manus suz subscriptione, eam confirmauit. Quo facto, vinculum quoque illius solutum est, quu quidem publicè prius Imperator peccatú suum in ecclesia confessus fuisset, & libenter admodum constitutum pænitentiæ tempus suscepisset. Quo tempore in lucu degens, Imperialibus ornamentis v-

\* Constitutio Theodosu talis suit: Impp. Valentiniamu & Theodosus Angg. Flaniano P. P. Illyrici. Si vindicari in aliques senerim, cetra nostram consuctudiuem, pro cansa intuitu inscrimu, uolumm fatim cos aut subire pænam, aut excipere fententiam fed per dies triginta super statu coru sors & fortuna suspensa sit. Ross sand accipiat vinciatá custodia, & excubiu solertibus vigilater observet.

Amlmfm ad martyni aben nebam **?** दाद्यश्च.

Theodofia Ambrofis in falutate ria ade pro semplo co nenst , Celle quium The dofÿ cam Ambrofie

I beedefie de ditionem re sipiscentia ргорошік.

Constitutio Theodosiy de indicies capi talibes nee precipita

Theodofic antes lege (anserat. M ant committed relox perso Inbancures ,: est liberar dii coftodia distarna no marant.l. de teft.C. de custod.scor.

In templom simifica Theodofica paristiinum vitä fernas.

Manus offatonam I beodofÿ.

Ambrofius
antifies liber
tatu magna,
uibil adalationi anlica
tribuit fed
in ectlefia
brafias, hoc
eft, ordinens
confernat.

Ambrofisse
Theodofium
intra fanctio
facrarium to
pli confifter
non patitur.
Facilimà
Theodofisse
admentioni
bus Ambrofy obfo-

Confidinopoli quoque
Tondofina
posta io 16plo extrafilim facra
riam confiste
policies

ca me, secundum verbum tuum. Et comam insuper vellens, frontemque diuerberans, & solum lacrymis madefaciens, delicti veniam ad eum modum petiit.postquamverò tempus aduenit,quum eum more recepto, munus ad facram menfam afferre oporteret, lacrymans surrexit, & diuinum sacrarium ingressus est: & dono ex consuctudine oblato, intra factos cancellos permásit, in sanctiore facerdotum loco, vbi antiquitùs Imperatores confistere mos erat, propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos. Quam rem quòd Ambro sius adulationis magis quàm ordinis recti esse putabat, Imperialis quoque stationis locum, ita vt par erat, in ordinem fuum redegit, pro tabulatis feu cancellis factarij fede illi defignata : vt Imperator honoratiorem quidem præ populo stationem haberet:pre illo autem facer ordo locum fublimiorem obtineret. Eum ordinem vt optimum Theodosius tum laudauit, posteri quoque confirmarunt:qui inde ad hæc víque tempora seruatur. Ego verò semel annuo tempore nostræ atatis Dei amatissimos Principes, magni sabbati die, facra adyta maximi Dei Sapientiæ templi ingredi vidi, quum sub crucis forma, in sacra mensa noua adolerent aromata, & dona ei inferrent. Sed ad institutum reuertamur. Postquam in sacrarium ingressus est Theodosius, blandè eum, si quid vellet, Ambrosius interrogauit. Ille verò se ibi diuinorum mysteriorum perceptionem expectaturu esse, respondit. Antistes primario diacono internuncio vlus, ei fignificauit, la crariŭ interius à folis adiri sacerdotibus, reliquos autem omnes se aditu eius abstinere.Exeundum igitur sibi esse,& in comuni cum aliis loco standum esse: Purpuram Imperatores, non sacetdotes facere, dicens. Imperator divinus illi rurfum renūciari iussit, non temeritate se adductum, sed consuctudinem que Constantinopoli servaretur, sequutum, intra sacrarij cancellos venisse. Magnas verò eo etiam nomine de tali institutione se illi gratias agere. Ad húc scilicer modum & Imperator & episcopus mirifica enituere virtute, vt mihi decernere facile non sit, vtrum alteri preferam. Plurimu sanè illius in dicendo libertatem, huius auté in rebus diuinis religionem:&item illius ardorem, huius finceram in Deum fidem admiror. Leges eas quas ab Ambrosio didicerat, etiam Constantinopolim reuersus diligenter servauit. Quum enim & ibi die festo diuinam ingressus ædem, donum sunm mysticæ menlę inferret, statim retrocedens inde exiit.Episcopo autem (Nectarius is tum erat) sactum id zgrè ferente, & quana de causa ex sacratio abiret. iniquirente, cú quadam molestia. Vix aliquando tandem, inquit, quod discrimen str inter Imperatorem & sacrorum antistitem, cognoui. Vix veritatis doctorem inueni. Vnum namque, qui pro di gnitate sua episcopali nomine rece vtatur, Ambrosiom reperi, quantum commoditatis obiurgatio, affectione vitiosa carens, si in tempore à viro spectatæ virtutis & iusticiæ adhibeatur, adferat, indicans. Ambrolij huius multa quoq; alia funt

A sus non est. Deinde in facri templi ædes admissus,

non stans ille, neque genibus flexis, rerum vniuer-

farum Dominum precibus placauit: sed supinus

in solum abiectus, miserabilem illa Dauidis emi-

sit vocem: Adhæsit pauimento anima mea, viuisi-

rectè facta, episcopali virtuti convenientia, quæ loci cius incolis nota esse par est. Ego autem vnū quoque illud,quod de co audiui,memoria dignū, historiæ huicinseram. Ex magistratib. quida, Grecorum superstitioni addictus, Imperatorem Gratianum conuicio prosciderat, eumque à patre suo degenerasse dixerat. Quo nomine quum accusatus à quibusdam fuisset, capitis damnatus est. Et ia ille ad supplicium duci debebat, quum Ambrosius pro eo deprecaturus, in regiá se celeritate magna confert.\* Accidit tum, vt venationis spectaculo Gratianus operam daret, qua se laxandi animi gratia Principes oblectare solent:neque quisquam ex eis qui ad vestibuli custodiam dispositi erant, epilcopi prælentiam, quòd eius rei tum opportunum tempus no esset, Imperatori indicaret. At Ambrosius inde discedens, ad fores eas peruenit, per quas feras inducebat. & venatoribus mixtus, ita vi ignoraretur, ingressus est. Neque inde prius est egressus, multa Gratianum & eos qui cu eo erant precatus, quàm ille condemnationis sententia de homine eo inducta, aliam ferret, quæ il- E lum crimine absolueret, qui iam ad mortem raperetur. Nemini verò Ambrosius ecclesiasticis constitutionibus magno studio & cura seruandis cessit. Clero autem in officio continendo, & diuinarum legum disciplina imbuendo, felicissimus fuir. Ex plurimis verò, quæ ille recte gessir, rebus, pauca hec commemoralle satis est. Abundè enim declarare hæc possunt, quanta propter insitam sibi virtuté, cùm dexteritate quadam, in diuinis negotiis, tum apud principes Rom. vsus sit libertate.

CAPPT XLII.



Heodosius Imperator plurimus quidem Ambrosij doctrina & constitutionibus est delectarus. Non parum verò occasionis & vtilitatis ei, ad pietatem scilicet etiam, attulit eius coniuna. Quo

tidie namque illi divinas leges, quibus ipsa antea erudita fuerat, in memoria renocauit. Non enim illa se imperiali efferebat potentia, sed potius a- F morem erga Deum sibiipsi veluti thesaurū consernabat. Quanto nanque illa maiora ab eo bene ficia acceperat, tanto etiam quotidie charitatem in benefactorem suum adaugebat magis. Itaque eorum qui variis detinerentur morbis, & membris partibusque corporis mutilati essent, omnis generis cută gelsit, ipla per leiplam in rebus omnibus eis inseruiens. In illorum enim domicilia ventitabat, & qua quisque indigeret re, eam illi suppeditabat. Et ecclesiarum hospitales domos circumiens, eos qui gravibus, morbis lecto affixi erant, curavit. Non enim tantum illorum attingebat ollas, & iuscula delibabat: sed & patellas admouebat, panem apponebat, ciború frusta afferebat, pocula eluebat, aliaque omnia prompte & feliciter obibat, quæ seruarum & ancillarum sunt officia. Ad eos verò qui ministerium eius, quod per manus iplas luas peragebar, inhibere conabantur, dicere solita erat: Imperio quidem conue nit, vt aurum id largiatur. Ego verò manuum mea rum opus pro Imperio ipfo, ei qui id femel contulit, offero. Viro antem suo talia verba frequenAmbrofing hominem eshnicum à Gratiano Imperatore ad Impplició damnatum, depracatione fun eleberanis a Venatrowes principii animi laxamenta.

w Principi

وأودنه والم

Pietatem Theodofy ad modii anxis Placilla com innz.

Pulcherrimum Chrifitanifuma
Principis flacilla.
Fæmina
princeps pan
peribus ep
agrotu infetuiens.

Digna Chri ftiana Ain gnfla rion;

Aliad cordata 🕁 Sam Eta imperatricu verbü memorabile. Praceptum iucipib.is

.. ...

M 49 no 4-

ter subiiciebat: Considerare te semper, coniunx suauissime, oportet, & quisnam antea fueris, & in quem:locum te euexerit vniuersitatis huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam, non protsus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præstabis: sed ex præscripto legum Dei, quod ab co accepisti, gubernabis imperium: & ita eum qui id tibi vt fideli ministro commisse, ritè coles.Einscemodi verba accinens, quæ ei insita erant dinina excitanit semina, cotinuo admonitionum fluxu ea rigans.

CAPYT XLIII.



Ccidit autem, vt prior hæc coniunx eiusfatis concederet. Propter quam cum casu quodam aliquid postea accidisset, quantus Imperatoris in illam amor fuerit, id ma

xime declarauit: quòd scilicet non coniugij tantum gratia, verùm etiam propter excellentom virtutem eam plurimum honotarit. Quid id fuerit, exponam. Bellis frequentibus Imperatoris fisco exhausto, tributum is, præter solitum, nouum ciuitatibus impoluit. Et alij quidem vbique locorú tributarij populi pensionem eam quamuis extraordinariam, conferebant. Populus autem Antiochenus vectigal nouum non tulit.Et quum exactores cerneret quum pleraque alia facere, tum ex ciuibus quo dam suspendere, nonullos crudeliter trahere, alios in vincula coniicere, + seditionem mouit:multaq; & fecit & dixit per tumultum, quæ vulgus solet, vbi occasionem ad ordinem tollendum, & rerum omnium confusio nem inducendam arripuit. Postremò verò Imperatricis quoque Placillæ (hoc enim illius nomen erat)statuam æream suo loco imprudenter deie-&am,& funi pedibus adaptatam, per multas vibis partes traxit, & pro eo atque plebs furens atque indignans assucit, contumeliis magnis, quas dicere opus non est, affecit. Quod flagitium postquam Imperator patratum audiuit, grauiter in eu populum excaduit:& sicuti par erat, que antiquitùs obtinebant privilegia illis ademit, atque ea vicinæ vrbi cocessit. Eo enim modò ægrè se admodum Antiochenis facturum putabat. Iamdudum namque Laodicea inuida æmulatione aduersus Antiochiam tenebatur.Comminatus preterea illis est, se vebem eam incensurum, ornamenta omnia vetustatis ei adempturum, in vicum eam mutaturum,& aratro proscissurum. In animo etiam habuit, multos ex Antiochenis neci dedere & castigare, ne postea tale quidqua admittere, in animum induceret. Qui verò ibi cum potestate magistratus rem administrabant, nonnullos qui facinus tantum ausi fuerant, coprehensos prius necarut, quam Imperator factum id resciret. Et Imperator mandauerat quidem, & tam graues pœnas minatus fuerat, sed eas ad rem non contulit. Obstabat enim ei Ambrosij lex. B Porrò vibis mukitudo sola gravium retum fama costernata, furore relicto in ponitentiam incidit, & perinde atque ob oculos versari videret, quæ in expectatione erant mala, altius suspirans, & lacrymarum vim profundens, Deo supplicauit, vt ferocientem imperatoris animum compesceret, & tantopere supplicationes, carmina quædam luctuosa, d & ad commiserationem mouendam coposita, numeroso concentu cantauit. Episcopum autem su um diuum Flauianum, qui pro eis deprecaretur, ad Imperatorem oratorem misit. Qui legatione eam pro grege suo obiens, quum Princeps vehementer Antiochenis infensus esset, arte quadam adolescentulos, qui ad Imperatoris mésam canere soliti erant, aggressus, vt miserabilia illa carmina, quibus in supplicationibus Antiocheni vtebantur canerent, effecit. Eis Imperatorem delibutum, iram miseratione commutasse: & misericordia victum, poculo lacrymis temperato (euenit enim vt tum phialam in manibus teneret) vrbi ei per libationem conciliatum esse ferunt. Tum veròcebus omnibus e vigens Antiochie diuus quo que Chrysostomus, episcopo in legatione peregrè profecto populu fedulò concionibus est consolatus. Magna enim erat doctrina eius. Atque is, quòd multitudinem propter causam tantam in metu esse videret, ad animi eam libertatem & E virtutem excitabat. Sensim etiam quodammodo imperatorem laudibus eis exornans, quas ad iram quidem extinguendam, ad placabilitatem autem & misericordiam inducendam, cómodas esse ficie bat.f Multæ sunt eius, quas hoc argumento composuit, orationes, quas ardparras, hoc est, statuas inscripsit. Fama fert, ea nocte, quæ diem quo tumultus popularis commotus est, præcessit, simulacrum fœminæ habitu visum este sublime in aëre errare, magnitudine ingenti, & aspectu aded truci, vt horrorem multum spectantibus afferret. Id in aëre per vrbis plateas currens, flagello grauiter sonanti aerem diuerberabat: vnde sonitus prodiit, qualem edete consueuerunt, quum ad iram & furorem feras concitant, qui earu spectacula edunt . Proinde opinio fuit , pestiferum aliquem dæmonem feditionem eam infidiofè commouisse.Multa verò ibi quoque cedes esset pera-Cta, nisi Imperator Ambrosij cohortationibe cedens, quàmprimum iram frenasser. Plurimum ille etiam propret inlignem pietatem, epilcopalé lupplicationem Flauiani est reueritus.

\* Quem lesa instas conciperes min Graves & iras principis optimi, Et iure,maiest as, refract as, Coningu ob statuas Placille. Non Jana cines pralia Cafari Monere sacro, tempore sed sno Fugêre sanct as panisentes Ad lacrymas humilesq; sordes. Pacem deorum suppliciter piu Votus adepts, principu & Sui Flexère facratas per artes . Carmine composite surorem I.L.

CAPYT XIIIII.



Vum Antiochiam illi peruenif-Vum Antiochiam illi peruenit-fent, qui ab Imperatore eò ad in-iuriam vindicandam missi fue-rát, a Elebechus belli dux, & Ce-farius Gregorii frater, qui tum sarius Gregorij frater, qui tum magistri potestatem in Imperia-

li aula obtinebat:in metu fuere ciues omnes minis exterriti, & inducias per internuncios & ora-

excitatam iram mitigaret. Et publicas peragens p Optim' fub trincipe sibi natam plaz dű ртоceffm.Flaoratorem en depresatoré ad Theodofi**ë m**itte e Mirifiel eis per carn na cantala conciliator Imperator. \* d Desal Imperatoris iram mitigādam supplicane e Fuit to Antiochia

> f Chryfeft. quas es tem pore in co a gumento coposmit oratrones. Demon towultes cius excitator.

quoque loav

nes Chryfo-

a Elabechus dax,& Cafains Greay Nazá tomelia Meichati Imperiali il latam, As rìochia mißi.

more or homore etiä dea functă Placillam Theo dosi° est prosequutus. Theodosius propter Sumptus frequentium bellorum cimibus (mis ex tragrdina\_ ria imponit tributa.

> † Populas ea de cansa Antiochia **Seditionem** mouet. Plebs furibunda in sta enam Placilla Augu sta ibi janit.

Gravisima Theodosy in Antiochenos ira, qui He eli extro-The queque fatois.

Profuit illis Theodo-∫ÿ lex,q**vam** ex prescripto dini Am brojÿ tulit. Antio. chewi parnigout.

A tores suos ab eis petiere. Monachi nanque qui in

summis montibus degebant (multi autem tum

virtutem & pietatem exercentes mirifice flore-

bant) tuguriolis suis relictis, in vibem venerunt,

plurimitque cohortationibus simul & depreca-

tionibus cum viris eis egerunt. b Quorum vnus

erat Macedonius nomine, vitæ ciuilis prorsus im-

peritus, & neque sacris literis, neque primis litera

rum elementis initiatus, sed puras die nochéque

preces rerum vniuersarum Deo offerre doctus,

Tum verò cum reliquis descenderat, ac neque

Imperatoris minas, neque corum qui ab illo mif-

si fuerant, terrorem reputans, in media vibe alterius comprehensa veste, verunque ex equo de-

scendere iussit. Et illi exile 🖈 silicernium pannis

vilibus amictum cernentes, primum moleste id

tulere: deinde à quibusdam de virtute hominis

certibres facti, confestim ex equis desiluere: & ad

pedes senis prouoluti, non nouisse se eum affirma

runt, veniamque precibus ab eo postularunt. Ille verò diuina gratia repletus, hisce ad cos verbis est

vsus: Vt mandata hæc ad Imperatorem referatis,

dilecti filij, oro. Meminisse te ô Imperator opor-

tet, non solum Principem, sed hominem etiam te

esse. Proinde non ad Imperij tantum amplitudi-

nem respice, sed naturam quoque ipsam conside-

ra. Quum enim homo sis, hominum tibi imperi-

um commissum est : qui quum eiusdem tecum

sunt lortis, & conserui adeò tui:tum ab ipla crea-

tione imagine Dei cohonestati sunt. Itaque ne ta

vælana audacia aduerlusdiuinam imaginem gralseris, vide. Imaginis enim dominum ad iram con-

citabis, si in eos qui imaginem illius gerūt, sęuias.

Tum autem illud etiam te dispicere decet, te pro-

pter eream imaginem multitudini infensum, cru-

deliter in cam animaduertere velle. Quanto au-

tem imago animata inanimatæ præstet, quid di-

cere opus est? Namid eis etiam, qui vel medio-

crem obtinent mentem, constat . Illud præterea

fac cogites, nobis quidem perfacile esse, plures ex

ære facere imagines pro vna illa, quam væcordi

temeritate insana plebs comminuit:te autem ne-

vt vel capillum vnum eorum qui cæsi sint, creare

valeas.Hæc illi à sene sapiente audita, sicuti sim-

pliciter dica erant, ita Imperatori renunciarunt.

Non parum etiam, sicuti dixi, Flauiani legatio illis profuit, vt iræ flamma in Imperatore extinguere-

tur. Postea namque ira & minis omissis, commu-

nem populo scripsit defensionem, crimen illi có-

donans, in quairæ etiam causam exposuit. Inter

alia enim & illud commemorauit: Etiamfi ego

forte quicquam deliquissem, minime tamen con-

tumeliam tantam, mulierem omnis virtutis laude

dignam, idque quum iam illa ex hac vita migrarit

sustinere decuit: ac si quid factum oportuit,, ad-

uersus me surorevti conueniebat. Ad finem quo-

que appoluit: Grauissime le tulisse, quod præcla-

ros aliquot in ea vibe viros, præter sententiam

suam ,interemptos esse audivisset. Hunc finem

habuit seditio contra statuam Antiochiæ conci-

tata. Atque hæc retuli, vt quantum Ambrosij lex

emolumenti attulerit, ostenderem: & dicendi li-

bertatem insipientis illius senis, ab obliuione &

C quaquam efficere posse, quantumuis contendas,

atque in montium cacuminibus viuere solitus.

b Apad bofce Imperitoru man datarine patracinator Antiochenu, Macdo mm And chareta.

\* APRXS TI Dem bone, quanta of vera pietatis & fanclisa tu reveretid.

Macedonÿ deprocatio al Imperarem ipfom directa. Yaba ifta ad emues per timent, qui teram capitaliam poteflatë babës.

temporum vi vindicarem: denique vt Imperato- D ris in rebus diuinis religionem, tum autem pastoralem diui Flauiani curam, ve videlicet ille pro grege suo,cui præfuit,laborans,legationem re&è obierit,& principis iram sopierit, indicarem.

### CAPPT XLP.



A ætate muiti, in ominous orois partibus, episcopalem præclarè gerentes dignitatem enituerunt. In quibus Donatus ille suit, Eurææ in Epiro antistes: quem multa edidisse minoralizatione. A ætate multi, in omnibus orbis par

racula, eius loci incolæ testantur. In primis autem illud, quod dracone interfe&o exhibuit. Manebat draco iste ad viam publicam : locum eum incolæ xauariousas, hoc est, pontem terreum nominant. Hic non oues tantum atque boues, sed equos etiam & homines prætereuntes deuorabat. Aduersus feram hanc quum Donatus iret, non ensem E aut hastam, aut aliud quodpiam armorum genus, quibus tutari nos solemus, secum attulit: sed signo crucis digitis in aëre conformato, serpentis os perculit. qui viri sancti præsentiam sentiens, magnum quiddam fibilans, & caput in fublime tollens, tractumque corporis prouoluens, deuorare illum contendit. At Donatus ad crucem illud addidit, vt in os draconis expueret. Et ille faliua ore excepta, identidem se circumuoluendo complicans, statim interiit. Magnitudine fera ea eis non cedebat, quæ apud Indos esse dicuntur. Magna enim vi, ab octo boum paribus, in vicinum campum protractam, incolæ igni combusserunt, ne ita iacens atque putrescens aërem inficeret,& contagione pestiserum hominibus afferret motbum. Donati huius celebre quoque ibi monumentum esse audiui, quod etiam orationis domus sit. Oppidum præterea de nomine eius appellatum,ad quod fons est copiosam prouoluens vndam, qui antea quidem non fuerit, precatione autem eius divinitus extiterit. Arida namque regio ea ab initio fuerat, negibi humor neque la-F tex apparuit. Et quum aliquando ex itinere fessus eò Donatus venisset, & comites suos aquæ penuria languescentes vidisset, primum ille Deum est precatus: deinde terram manu fodit, atque illico aquæ fluenta inde profiluerunt, quæ ad hoc vsq; tempus profluere non desinunt. Testantur hæc vicini, qui loca ea vbi miraculum hoc accidit, accolunt. Floruit tum quoque in Tomitana vrbe & reliqua Scythia Theotimus ille, genere quidem homo Scytha & barbarus, sed in præstantissima omnium philosophia educatus, & totius Scythicæ ecclesiæ administrationem sortitus:qué Hunni,qui ad Istrum iamdudum habitant, virtuté eius admirati, Romanoru deu nominabant: multa năque dinina facta in eo experti fuerant. Porrò memoriæ proditum est, iter ei ibi in barbara regione facienti, predones quosdam occurrisse, qui hostiliter ad ciuitatem Tomitanam excurrebant. Qui auté comites eius discrimine eo circuuenti, statim se interituros putarent, ex equo ipse descédit,& orauit.Ita factu, vt prædones eandem insi-

Dea' Eu rac in Epi ro epifcopus fiyarum interanu figue crucu, co orn for Jali-84. Sezo. li. 7.649.25.

idem in arido loco fonse ingë elicuit.

De Theek me Temitano Episcopo, d' cim miraculis. Romanorii is deus ab Honnis cogueminatas.

nes ad huma mitatem co-Religio Chri fiana barbaros emollis

Manu Hi oi coio[dam capere volátiv in acre ėmmota ha-

Theetin comatm per witam on tames fi episcopus, permansis. Tempus cibi capiendi.

Idem Hun A stentes viam, neque ipsum, neque comites, atque adeò neque equos quibus vehebantur conspicati, præterirent. Et quum illi, vipote qui plutimi effent, Scythis imminentes damna inferrent, (natura enim feri & barbari erant) arte quadam, ex agresti admodum more ad mansuetiorem vitam eos traduxit, conuiuio excipiens, & donis sibi concilians, verbisque humanioribus ferinam illorum crudelitatem demulcens. Sedenim ex eis Hunnis quidam, quibus benigniter faciebat, locupletem eu esse arbitratus, insidias homini sancto struxit, & capere eum contendit.Et laqueo parato, quum more quodam suo, clypeo innixus Theorimus ad hostes verba faceret, manu ille sublata coniicere in eum funem voluit, vt fimul ad fe cum eo quæ auspicia eius sequebatur gentem pertraheret. Sed ecce vnà cum conatu manus eius in aere extenta hæsit:neque prius illa vinculis talibus que in conspectum non caderent, liberata est, quam Theotimus Deum pro co exoraret. quod quidem vt faceret, plutimum eum reliqui barbari rogarunt.Fa ma quoque fert, quando quidem comatus, quum se ad id genus philosophiæ contulisset, fuerat, talem eum vsque ad vitæ finem permansisse. Reliqua verò quotidianæ vitæ consuetudo ei simplex valde fuit. Alimenti capiendi no vnum, sed diuersum habebartempus.tum enim id sumebat, quu esuriret, aut sitiret. Nam & hocplane philosophi est, rebus his ad necessitatem, non ad voluptatem

CAPVT XIVI.

De Epiph timfi, in Cy ro episco**po** . Soza Eo.

Zargifsh

de bonis accla

Vm verd quoque floruit Epiphanius Cypri epicopos, in non solum viuens propter vitæ sanctitatem clarissimus suit: sed mirificorum operum patratoré

esse ostendit, superstitem simul & defunctum. Et fama obtinet, quod viuo non euenit, id mortuo accidisse: vt scilicet dæmonibus agitati multi ad sepulchrum eius accedentes, plaga ea liberaren-C tur, & multæ præterea aliç sanationes hodie quoque ad id fiant.Multa verò etiam viuenté cũ admi ratione omnium fecisse, incolæ eius insulæ ferut. Ego autem, quod ad me delatum est, exponam. Fuit namque perliberalis in egenos, siue naufragio, siue alio aduersæ fortunæ modo mactati essent. Vbi autem virtute ca rem familiarem suam (quanta autem ea fuit?) columplit, ecclesiæ pecuniis est abusus, quas quodammodo in honestum & necessarium vsum dilapidauit.multe autem he fuerant. Nam quibus cure erat, vt substantiam suam in pios vsus erogarent, & viuentes & moriétes plurima ecclesiæ eius donarunt. In bona enim spe crant, virum Dei amantem, & prudenter pecu nias distribuentem, ex sententia sua, quicquid ita dedissent, expensuru esse. Et quum aliquado propter frequentem largitionem, pecuniæ admodum decreuissent, quosdam id molestè ferentes, & ecclesiæ œconomum præcipuè reprehendisse eum, quòd tam sumptuosus & prodigus esset, ferunt.Cæterum ne tum quidem de more suo, quin liberaliter indigentibus largiretur, quicquam re-

misit. Quum autem iam aurum omne consum- D ptum esfet, accedens quidam ad eam domum, in qua dispensator iste agebat, ingentem quandam & mirificam crumenam cum magno auri pondere ei in manus dedit:& statim abiit,neque quis ip se esset, neque qui id missiset, indicans. Perquam verò mirum visum est latère eum, qui tantam vim pecuniæ dedisset, voluisse: factumque id considerantes homines, divinam eam esse liberalitatem, coniecturam fecere. Atque hoc quidem fic 2ctum. Aliud verò de co audio, quod Gregorij illius miraculo simile fuit, qui olim Neocæsareæ in Ponto ecclesiam gubernauerat. Neque propterea fidem non habere prodigij eius testimonio zquum est,quòd idem Epiphanius peregerit:quan doquidem neque. Petrus folus Apostolorum coryphæus & princeps,mortuum exufcitauit, led & Ioannes Ephesi, & alij alibi, immò etiam Hierapoli Philippi filiæ. Sæpe namque euenit, sicuti par & credibile est, vr eadem & olim veteres, & nostræ ætatis Dei amantes homines, miracula edant. Quod autem historia commemorare inbet, E sic habet. Aliquando sacrum hunc Epiphanium duo quidam in via mendici obseruarunt:&quum non pœnitedum aliquid se ab eo accepturos existimarent, alter in solo spiritum continens, perinde atque mortuus esset, iacebat: alter autem veluti familiaris eius lamentans & slens, inopiam eam assimulabat, vt funeris impensas non haberet, & penuriam tantam cum reprehensione eius deplorabat. Porrò Epiphanius præteriens, nihil quidem aliud quam quod iacenti illi requiem pre catus est, dixit. Exiguum autem quiddam ad illum funerandum plotanti dedit , illa verba adiiciens: Curam huius funeris habe, & tandem slere define. Nam hic nunc non refurget. Mortem autem, quæ communis omnium & incuitabilis, necessitate quadam obeunda est, animo te forti ferre oportet. Hæc Epiphanius dixit, & abiit, cœptam perfecturus ambulationem.

Quum autem ea in via nemo alius appareret, ille qui sic steterat & plorauerat, iacentem, indicio pedis concussione dato, ve consurgeret admonuit:simulque eum laudauit, qui tam egregiè mortui hominis habitum retulisser. &, Age tan-F dem exurge, inquit, vt in præsentia versutiæ tuæ hilarius viuendo fructum percipiamus . Vbi autem ille amplius neque dicentem audiit, neque modis omnibus significationem aliquam, se viuere, exhibuit: alter cursu celeri episcopu est consequutus, eique fraudem quam inopia coacti com menti estent, indicauit: & ia citra fucu verè flens & łamentans, vt socium suum resuscitaret, supplicauit. Epiphanius autem, postquam illi, ne factum id grauiter ferret, dixit, hominem dimissum absoluit:quòd Deus rem eam retractatam nollet sidem facere omnibus volens, vt equidem puto: qui tentare & facere talia in ministris eius audeant,illum ipsum Deum, qui videat & audiat omnia, eos falfum ire, séque adeò ipsos inscios fallere. Epiphanium verò in naui mortuum esse intellexi: quem comites eius melle oblitum, ne quid fortè ingratum corpori accideret, in Cyprum detulerunt. Hæc pauca ex multis de Epiphanio re-

Sæ&i Dá dem ge

Mendi

Asima ser efte verè

Quisallo mes, & pa es Dem fallere volüt feipfos fal-

Digitized by Google

CAPYT XLYII.

cium, quòd perpetuò etiam vel cibi vel somni ca-

Aiex n

achus 😙

Bitolij epi-

(क्ष्मा, इस टाउँ

tres ex ea fo

scepit filios Ex in da

cu frater

five Couft

tie epifcop",

ge com

alia rectè acta:illud verò maximum virtutis indi-

Errœz autem in Syria, magnus Acacius episcopali munere obeundo celebris fuit,qui ab adolescentia prima in monastica vita accurate exercitatus fuerat.Huius multa quidem funt

piendi, aliarumque rerum tempore, episcopalis manfionis suz domicilium patens & apertum esse voluit, adeò vt ad eum vidédum & ciues & aduenæ liberè ingrederentur.id quod ego veheméter admiror. Aut enim ea re se cum fiducia semper viuere ostendit:aut eum id ita instituisse puto, vt naturæ ad vitia propensionem supprimeret. Quum namque in expectatione esset, vt frequentibus eorum excubiis, qui derepente ingrediebatur, in actionibus suis deprehenderetur, etiass voluisset, peccare tamen non potuit, sed studiis suis laudatis semper incubuit. Eo tempore duo etiam fratres præclari erant, qui non in solitudine, sed in maritimo Gazæ loco, qui etiam Maiuma dicebatur, philosophati sunt. Zeno & Aiax, germanoru istorum fratrum nomina fuere. Egregiam autem in recta religione obtinuere fidem: & sepenumero à Grece superstitionis sectatoribus, vt qui Chri stum Deum esse profiterentur, sunt diverberati. Aiax quidem,quandiu cum cõiuge fua fuit,quam sibi egregia forma matrimonio iunxerat, ter tantum cum ea concubuit: vnde etiam tres suscepit li breos. Postea autem núcio ei eiuscemodi consuetudinis gratia remisso, monasticam delegit vitam. Duos quoque ad idem viuendi institutum pertraxit filios:quibus, vt ne coniugia sequerentur, sed studium omne ad res divinas conferrent, persuasit. Tertius autem cum vxore in matrimonio vixit. Sapienter verò & præclarè ecclesiæ Bitolij Alax præfuit. Zeno autem à puero conjunctionem fæminæ auersatus, totus in ministerio Dei erat. administravit quoque Maiumæ ecclesiam. Atque vbi ad eam a peruenit sencctutem, vt etiam cente simum attingeret annum, haud vnquam neglexit aut prætermilit receptos statosque vel matutinos vel vespertinos hymnos Dei,& reliquum sacrum b ministerium suum, c principio psalmodiaru adesse, eisque præire solitus, nisi gravis interveniens morbus eum impediuisser. Et quòd in cœlibatu philosopharetur, semper in d solitaria lanificij officina lineam texuit telam.Ex cuius laboris fructu cùm ipse necessariis rebus comparandis vitam to-

lerauit, tum indigétibus etiam fumptus fubmini-

strauit. Et quoad vixit, opus ita facere non destitit:

quamuis ætate grandiore, primas apud eam gen-

tem inter epilcopos ferret, maximæque eccleliæ

præesset, in qua & copiosi & frequetes essent ho-

mines. Sedenim tum non episcopi modò, verum

etiam in montibus colentes, amantes Dei viri, il-

lustres fu ere. Quoru res bene actas si singillatim

exponeremus, in ingenté nobis prolixitatem hi-

storia excresceret. In quibus omnibus, veluti qui-

dam præclara stella, etiam is refulsit, cuius suprà

meminimus, Arlenius. Paucos autem, vt specime

aliquod tantorum virorum, qui tum episcopalem

functionem obiere, recensui. Laboriosum enim

esser omnes referre, quandoquidem plures boni D atque honesti fuere, quorum etiam vitæ institutū testimonio ipse suo confirmanit Deus. Orantes enim eos exaudiit, & prodigia noua per eos edidit. Et ab eis quoque ita ecclesia Catholica administrata, simul & clerus & populus, ad eundem cum illis virtutis ardorem & emulatione est excitatus.

CAPPT XIVIII.



Eligio verò non per hos tantum maiora capiebat incrementa, verùm eam etiam cohonestarunt, atque vt æquum est quàm maxi-me exornarunt, quæ tum appa-ruerunt veterum atque illustriu

prophetarum reliquie. Abacuc enim primum, deinde Micheas, & tandem post hos celebre Baptistæ caput è terra extitere. Abacuc quidem & Michæz reliquias divina visio, sicuti audivi, in somnis Zebeno ostendit, Eleutheropolis eo tempore ecclesiam gubernanti. Ea autem vrbs Cela, atque E etiam ante id nomen, Ceila appellata fuerat, vbi Abacuc inuentus est. Ab ea quasi stadiis decem lo cus quidam Berathbasia cognominatusdistat, vbi Michææ sepulchrum esse dicebatur. Quod sideles ignorantes, vnà cum incolis patria voce Nephsameemana vocatūt. Sed pphetæ Zebeno in somnis apparentes, quemadmodum dixi, seipsos qui essent, indicarunt.

Plurimi alij esfdem tem oribus san-Elitate vita O miraculu preclari

li zvieru Abacuce Michee pro phetarum.

Sozom.habet Berathfatia.

CAPPT XLIX.



Dmirandú autem& celebre Baptistæ caput eiusdem Imperij tépore inuentum, in clarissima vrbem Constantinopolim est deportatum. Id namque Herodias, quòd adhuc Baptistæ reprehen-

sionem timeret, in Herodis regia abstruso quodã loco sepelierat. Sed rem tam sanctam dinina visione admoniti monachi quidam Macedonianæ hæresis inuenerunt: qui primum quidem Hierosolymis vixerunt, postea autem in Ciliciam com- F migrarunt. Atque vbi caput id ibi esle comperit Mardonius, \* qui primus inter imperiales eunuchos fuit, inuentionem eam Valenti indicauit : & ille id Constantinopolim deferri iussit. Quidam igitur missi, cum splendido comitatu in Imperiali cutru id vexerunt. Vbi autem ad Pantichiū, oppidum paruum non longe à Chalcedone situ, peruentum est, viterius progredi quæ ad currum iun. Az erant mulz, quamuis auriga eis vehementius & flagello & calcaribus ad cursum instigans immineret, nolucre. Porrò quum graui eo impetu ni hil efficerent, noui quiddam Deum significare, non ductores modò & spectatores, sed ipse etiam Imperator existimauit. Itaque placitum est, vt sacer iste thesaurus, tum in vicino vico, quem incolæ Cosilaum vocabant (erat autem in Mardonij dominio) deponerent. Ceter û hoc tepore accidir, siue Deo seu Propheta ipso instigante, vt ad vicum hunc Theodosius venirer. Et quum caput id inde transferre constituisset, sola ei obstitit Matrona, Deo dicata virgo, quæ diuinum hoc caput Baptistæ sequebatur, vt in itinere pro co atque Lij

Dini Tom niı capitu

Macedonia ni monachi id instruerüt

\* TAS BAGINA uns oinide messab, hoc est, imperia-lu domuma ior. Soz lib. 7.cap.21.

Matrona Sa Macedonia **BA** Capitis Baptifta co ftos.

a Oculates iau rei tefix of Sozo-ם בייפושה ל c Pfalmodia ibu affait. Non made of capes rom pfalme precesso feles . =il41. -مع چينا خا له ıķa,

Digitized by Google

na vitam in vico Cosilao exegit, & pluribus vir- D Matrona ginibus præfuit, quarum successio in longum tépus durauit, morem Matronæ disciplina dignum & præclaram famam obtinens. De his quæ commoda, vt puto, ad religionis nostræ gloriam, in Theodosij imperium inciderunt, hacenus.

Caput BAD tifte in Sep-Conftanting polstane pet Zatum. Templum eius in Sep-

Matrona

addeci non

divi Ioan

tu ein dem

cuftes.

potwit, wt he resim Mace doniană relinqueret.Fe cit autem i d contra presti B tum Vincen tim presbyter, miraculo in capite exhibito addučim,capi

a Addas Vincentÿ haim confo brines. Assentias vir praclatissim<sup>3</sup>. Ad de filim.

translationem eam permitteret. Illa id difficulter tandem annuit, rem eum quam perficere nequiret, sicuti etiam Valenti contigerat, per coniecuram aggredi rata. At Theodosius arcam, in qua sacrum caput repositum fuerat, purpura circumuo-: lutam, ipse manibus suis gestauit, vsque ad Septimam quæ dicitur regionem vrbis Constantinopolitanæ: vbi id reposuit, templo \* \* diuo Baptistæ, quem præcipuè celebrabat, maximo & pulcherrimo constructo. Et quum sæpe multumque Matronam maximis gratissimisque pollicitationi bus, vt fidei sentétiam mutaret (Macedonij enim hærelis tenebatur morbo) aggressus esset, persuadere id ei non potuit : quum quidem Vincentius, eiusdem religionis presbyter, qui idem cum illa apud arcam Baptistæ præstabat ministerium, & ea ob causam sacerdotalem susceperat dignitatem, statim sententiam mutauisset, & ad vniuersalem ecclesiá accessisser: idó; antea, sicuti Macedoniani dicunt, iureiurando interpolito, nuquam se opinionem suam reiecturu este. Sedenim eam mutauit, hac fibi præscripta conditione, vt tum demű religionem suam deponeret,& postea sine discrimine vllo cum Imperatore communicatet, si illum Baptista sequeretur. Vincentius iste genere fuit Persa. Quum autem in Perside sub Constantio persecutio esset mota, profugiens inde cum consobrino Adda, in Romanorum peruenit ditionem. Atque hic in clerum alle &us, ad presbyteri dignitatem peruenit. Addas auté vxore ducta, magnum ecclefie emolumentum genuit, Auxentium filium, in rebus diuinis fidelem, in amicos officiosum, vita moderatum, & sibi ipsi constantem, studiorum doctrinæ amantem maximè, literarum prophanarum atque etiam ecclesiasticarum peritum, modestum præterea, & Imperatoriz aulz commodum, przelarum etiam in bello ducem : cuius celebris etiam fama est apud optimos quosque monachos, & alios doctos bonosqueviros, qui illum cognouere. Porrò Matro-

A opus esset, ei inseruiret, custos que eius esset. Eam

verò Imperator magno animo oblistentem, mini

mè vi cogendam ducens, precibusest aggressus, ve

\* \* Sozom.lib.7.cap.21.24.Is Deo templum id constructum scri bit. Templum enim Dei vocat, quamuu antea quoque in honorem S.Baptifta conditam dixerit ecclesiam cam.

# TERTIIDECIMI

De imperio Honory & Arcady: & vt apud Arcadium quidem Rufinus in administratione rerum pri mum loum, apud Honorium autem in Occidente Sti lico eandem obtinuerit dignitatem : Et ut tum cum publicà, tum ecclesiastica res habuerint.

De puerili institutione & vita D. Ioannis Chrysostomi, 👉 vt doctrina simul 👉 virtuse fulgens ad sedem Constantinopolitan am sit euectus.

De cura paftorali & doctrina Ioannii: & ve multoru arquens & corrigens delitta, in Sufpicionem peruenerit improbitatu: & undefuror & persequutio aduer sus eum extiterit.

De Eutropio cubiculi Imperialu praposito, 🖝 de ea quam is tulit lege: vt idem sit interfectiu: vt odiñ aduer fus I oanne quidam conceperint, o fouerint.

Res Gotthi Gaina barbari: & de libertate dicendi, qua pro ecclesiu & apud Imperatorem & apud ipsum CAPYT L



Mperator is, post Eugenium deuictum,in Italia Mediolani agens, & Occidentis res pro eo atque decuit constituens, egrotare cæpit, hydropis morbo oppressus: & Ioannis monachi prædictione in memori-

am reuocata, finem vitę propediem aduenturum expectauit. Maioris autem solicitudinis causa ei fuir reipublicæ status, in animo secum reputanti, quantum detrimenti ciuibus & subditis, Imperatore è medio fublato, accidere foleat, quàm mors ipla.Itaque quamprimùm filium Honorium Có 🕆 stantinopoli acciuit, Imperatorem eum Occiden- E talibus partibus præficere volens. Quem vbi aduenientem vidit, meliuscule habuit, & ad spectaculum ludorum Circensium ob victoriam celebrandorum prodiit . Et quum ante prandium validior fuisset, postea derepenté eum imbecillitas inualit. Quumque ludicrum id perficere non polset, filio id more solito peragendum commisse, proximáque noche fatis concessit, decimaseptima Ianuarij mensis die, sempiterna laudis & gloriz memoria post se relicta:quum ad finem vite satis longum peruenisser, atque cum splendidis victoriis solus Romanorum imperium monarcha gubernasset,&duorum Imperatorum pater esser, eisque imperium pacatu relinqueret. Placide auté in lecto suo beata morte vitam finiit, premium id fidei erga Deum suæ, & flagrantis aduersus idola & simulacra ardoris consequutus. Vixit annos sexaginta,&menses o&o:quorum sedecim cum dimidio, in imperio Romano peregit. Complectitur duodecimus iste historiarum liber annos decem & octo: cùm à mundo condito quinquies + millesimus noningentesimus nonus, à nativitate F autem Domini quadringentesimus \* quartus ageretur annus.

Mors Thee dofý.

Libri ili

† Sen 4375. Aly p 398.

#### TOMI CAPIT A.

Gainam vsus est Ioannes.

De defectione Gaina, & de visione quam vidit angelo 6 rum vrbu Constantinopolitana custodum: co de legatione qua Ioannes apud Gainam est functus: 📀 ut Gainas in Thracia captus & necatus sit.

Pt Ioannes doctrina sua populum quò vellet duxerit: 7 O vt miraculo, non fine Dei numine, intercedente. Ioannes mulierom quandam secta Macedoniana ad frugem reduxerit.

De frequentibus in dininu templis populi conventibus, 8? o de psalmodiu hymnisque alternu decantatis, qua ex causa 📀 quomodo morem eŭ psallendi primum Ecclesia Des acceperit.

Vt sanctus Chrysoftomus in Asiam profectus, eos qui sa 9 cerdotio non rettè fungerentur, dignitate e a prinaue rit. & de Gerontio Nicomedia episcopo, & de Serapione: de Seueriano & Antiochio. & de iniuriu quibus Ioannem illi affecerunt, quibus episcopatum

abrogaverat. Et vt disidium inter toannem & Seuerianum Gabalanorum episcop um ortum impera-

trix Endexia composuerit.

10 De quaftione qua tumin Aegypto est mota, An Dens humana sit forma : & de dissensione, qua interim Theophilo Alexandria episcopo cu monachu Aegyptiu accidit : & de quatuor fratribus monachu, quibm cognomen erat Longorum.

II Pt fratres Longi propter inimicities Theophili, se Ioanni consunxerent.Item de Isidoro, vt Theophilo sit ad-

- uersatm: Tugusta eos benigne susceperit. 12 VIT heophilm Ioanni aduersans, se in amicitiam Epiphany Cypry episcopi, cui antea fuerat inimicus, insinuanerit: & loannem tanquam Origenistam per calumniam arguerit synodósque coegerit, qua Orige nis scripta abolenerunt, in hoc ut loannem & Longos criminando traduceret.
- 13 De loannie & Epiphany in urbe Constantinopolitana disidio: ve panitentia dustim Epiphanim in Cyprum nauigans, vitam morte commutarit, ita vt leannes pradizerat.
- 14 De disidio inter toannem & Zudoxiam imperatricem, co de Theophili aduersiu toannem insidiu, co de Cyrino episcopo Chalcedonenss.
- 15 De Smodo ad bafilicam, cui nomen erat Rufini, contra Ioannem congregata: & vii Ioannes absens indieta causa sit damnatm.
- 16 De priore toannis exilio, populique ob id concitati tumultuoso clamore:eg vt inuitus sedem suam receperit, pacem atque benedictionem populo precatui.
- 17 De in qua denno Theophilm male perperamque egit: O vt fuga sibi consuluerit, populo per seditionem in partes discedente. Or de sancto Nilamone monacho, librisque Origenu : praterea de synodo pro Ioanne
- 18 De altera synodo aduersus Ioannem convocata, & de abrogatione exilióque eiusdem.
- 19 Epistola dini Chrysostomi, ea qua ei acciderunt commemorans:& de in qui ei exily tempore prastò fuere.
- 20 Plura de insusto exilio Ioanu, er qua ad sectatores suos abiens dixerit: co de populi orga eum affectione.
- 21 Desubornatu toanni percusoribus & trucidariu. & de igne à vindicta dinina de cælo in Ecclesiam 🖝 Imperatoris ades misso.

- De persequatione, quam y pertulerunt qui Chrysofto- 22 mo fauerunt: & vt Ecclesia propter insustum esm exilium sit dinisa.
- De Tigrio presbytero, & Entropio lestore: & e4 qua 23 propter ipsum facta est in somnu Sisinio visione
- De beata & sancta Olympiade, ministra magni templi 24 Constantinopolitani: 🖝 singularu quadam rerum eim gestarum commemoratio.
- De connersatione & vita santa Nicareta Nicome- 25 diensis.
- De profectione l'oannie in locum cui nomen Cucufiu: 🗢 26 de episcopo Adelphio. O de admirabili visione quã is de Chry softomo vidit.
- Bpistola dini Chrysostomi, pro ecclesiu Dei: & singula 27 ris de exilio eins narratio.
- De Arsatio patriarcha Constantinopolitano, qualis is 28 fuerit: & vt loannis sectatores persequutus sit, & paulo post mortuus.
- De Attico patriarcha, & persequutione eim tempore 29 facta. Et qua Ecclesiu in Asiatum acciderint.
- De impurissimo Porphyrio, qui Antiochia Flauiano 30 in episcopatu successit: or temporu eius persequutione, & de constitutione quam Arcadim promul-
- De legatione quam pij Romam de Ioanuis iudioio mi- 31
- Innocenty papa Romani epistola dua, sancto Chrysosto- 32 mo exuli & clero Constantinopolitano missa.
- De legatu Roma missu , qualia y Endoxia 🖝 Attici 33 sug gestione sint passi.
- Epistola Innocenty papa Romani ad Arcadium & 34 Eudoxiam, excommunicationi cos subiiciens.
- De incursione gentium barbararum in fines Romanos, 35 eo tempore facta: O de exortie tyrannie, Stilicone, Alaricho, Attalo, Saro, or alin: or ut ab Alara cho Roma sit capta & de formosa cuius dam Romana mulieris castitate.
- Demultu,qua vrbi acciderunt,malu:@ admirandu 36 prodigiu in calo, terra, or mari editu: or vt omnes qui Chrysoftomo adversati fuerant, male perierint.
- De vlteriore exilio Chry softomi , librisque eim : @ vt 37. vita hac relicta, ad Deum migrauerit. De obitu imperatoria Arcady.

L iŋ

# ^ECCLESIASTICAE H I-D

# NICEPHORI CALLISTI STORIAE

XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSTERTIVS.

# CAPVT

Arcadias Orientu.

Honorine Occident is imperator.

**HEODOSI** us maximus vbi ecclesiam splédide auxit, duobus filiis successoribus relictis, vita defunctus est.Quoru natu maiorem Orićtali:minoté autem, Honoriú videlicet, Occidentali pręfecit imperio, Vterq;

Extrem4 Theodo j merituri, que filiu re-

Telemachi<sup>9</sup> ouaches dum Roma dirimere cer zamen gladiatorum pa rat,martyrio afficitur.

chiã Roma lege lata Rofinus 4pud Arcadium prafe-El supratorio Stilico apud Honorium. † Hes cofit nov extat, fed reperitur Confiz tini l. ynic. C.de glad. lib.11. V terque im perium affe-Etanie.

Rufinica-Rofinus, dii Gottbica fe-

verò in religionis cultu patris sententiam est sequutus. Moriens nanque ille nihil eis aliud mandauit, quam vt veram pietatem integram seruarent, per quam eos asseuerauit pacem habituros, & bella sopituros, tropzáque excitaturos, & victoriam à Deo consequuturos esse. Talia ille quidem mandata filiis relinquens obiit.llli autem no imperij modò, sed & veræ pietatis eius successores & hæredes extitere. Statim namque Europæ Imperator Rome monomachias, hoc est, singularia certamina, & gladiatorum ludos sustulit, ob causam eiusmodi. Vir quidam quietam monasticamque vitam colens, ex Oriente Romam venit: atque vbi Romanos armis ita inter se decertare, multis ad execrandum id spectaculum confluentibus, vidit in arenam progressus, intercipere pugnam inter cos tentauit. Quod zgrè ferentes qui sanguinario spectaculo gaudebant, & dzmonis qui cruore effuso delectatur intemperiis agitabátur, lapidibus coniectis pacificatorem interemerunt.Quæ res postquam est ad Honorium delata, Telemachu quidem (ita enim monachus ille vocabatur)in martyrum numerum retulit: importu num autem certamen illud aboleuit, + constitutione, ne id postea perageretur, lata. Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, vir strenuus & procerus, singularique prudentia præditus, quam & oculorum motus & orationis extemporanea promptitudo indicabant:in Occidente apud Honorium eundem locu Stilico quidam obtinuit. Et vrerque apud vrrunque Theodo sij filium, Imperij nomen & habitum esse permit tens, summam ipsererum manu simul & lingua vsurpauit, sub Præsecti appellatione Imperatori iph imperans. Verum neuter istorum, qui ei obuenerat, contentus fuit loco. Siquidem Rufinus sibi ipsi Imperialem, in Oriente dignitatem arrogare conatus est:alter autem in filium Eucherium Occidentale imperium arte quadam transferre studuit. Sed vtrumque ambitio & conatus fefellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio aduersus tyrannum Eugenium pugna uerat, ad Arcadij, qui more recepto obuiam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui s Tribunal dicitur, ferro necaust: propterea quòd id vt facerent, Stilico militibus suaserat: & quòd se illi suspenso naso ab eo derisos compererant, tum autem quòd affectatz tyrannidis suspectus erat.Ferebatur quoque fama, Hunnos eum, gentem barbaram & feram, in Romanam ditionem immilisse. Tum enim illi Armeniam & quasdam Orientis partes metu nullo plurimam prędam agentes, percurrebant. Forte autem fortuna peropportunè cedes eius in eam diem incidit, qua ei, E qui delectus habendi curam gerebant, tantu non purpuram circudaturi fuerant. Eam enim ille coceperat spem, exercitum solo ipso aspectu statim Arcadium, quòd nec forma nec reliqua corporis constitutione admodum imperio aptus esevideretur, reie&urum, ipsum autem ad Imperiu eue-Aurum esse. Capite verò Rufini resecto, & lapide in os eius immisso, hastæ id infixerunt, & in sublime sustulerunt. Dextram quoque eius abscissam, per vrbem circa opificum officinas circumtulerunt, verbis his vtentes: \* Date stipem inexplebilis auariciæ viro.Et ridicula ea mendicitas , multú satis auri collegit.Perlibenter enim in iucundo & grato spectaculo homines aurum contulerut. Ac Rusinum quidem imperij affectatio ad eiusmodi vitæ finem produxit. Ad eundem verò modum& Stilico, qui, si quis alius, & ipse apud Romanos simul & barbaros potentia multum valuit, rerum summam ad se pertrahere volens, in Italia occilus est, sicuti suo loco dicemus. Post Rufinum verò Eutropius cunuchus prapoliti sacri cubiculi dignitatem consecutus, neque ipse in honore eo, F quem præter dignitatem gerebat, acquieuit. Quū namque virilium exectio purpuræ ci spemademisser, Imperatorem aggressus, vt Patricium se & consulem crearet, ei persuasit. Quapropter eunuchus deinde Imperatoris pater fuit, qui etiam vilioris sortis filium procreare non potuit. Sed de Eutropio postea memorabimus. Hacautem historiæ huic intexuimus, quòd non exigua occasio fuerint, vt religio nostra multum caperet incrementi.Imperatores namque certò persuasum habebant, c patri corum à vera pietate victorias con

S Clandianus de Rufino: Graniteré; apprensa veste morantem, Increpat Angustum, scandat sublime tribunal, Parrici pem sceptri socium declaret honoru. † Claudianni: Destera quinetiam ludo concessa vagatur, Aera petens, pænas q; animi persoluit auari, Terribils lucro, & c. Definat elatu quifquam confidere rebus, Inftabilefq; deos ac lubrica nomina difcas. \*Claudianne de Entropio isto: Prasidium legum genitorą; rocatur Principi, & samulum dignatur regia patrum.

licitat ar ma, 76 impo ab Arcadi exterquere. was dedit. Erat bic & Theodofio to tor . Area die datus. Egnat, Himi Orie tem vaftant.

Caput Ru. fini bafta infixum.

\* d'ore to àπλkφ. Dextra fipë colligit.

Stilico quoque in lta-lia cesm Zutro.archi eunachus 4pad Arcadium patri . cias fit, & confol. Patricies l mperat.pater. Inft. Qaibus mo du sus past. poe.fol.S.Fi lo jamilias

c Perval

d Fide prince pum fubdice cines imitantur.
Arcadim exElamerim ec cleftară inra că firmant. L.
Si remerabiin.C. de epif.
Ex disfensiorem ecclefta catholica cre
feit.

\* Zgt 7kg 1-Replicate Barr B Adat. Intelli दुरावर्गे बार ला de imperio Theodosiji in-Sozo,lib.8. (**4**).1. Lucianuco frátinopoli in locum Endo xÿ surrogat<sup>o</sup> Lucian' Eu nomý ez foro re mepos, à re liquu Ennomianu defi-00, O Jac 20 libi imsticuie tarefim. Ennomy libri cremati. † Pessimoril \* Einsdem cadamer of - C \* in d'acépan LICTORYS HE raffijas. M ercian iste eo die dië saŭ obyt,quo Rofinus ca-∫mest.

Maximarii Sadii episcopi

Nottary

wors.

†Cafary

Assis confulate. Socs.

leb. 6 cap. 2..

Ioanes Chry

fofteness eps

Coffantinopolicanus.

Parists eine

A tratyrannos obuenisse: cui etiam acceptum ferebant Rufini, qui imperio insidiatus fuerat, absque ciuili bello cædem. Proinde quæcunque decessores eorum pij Imperatores pro ecclesiis statuerant, & ipsi confirmarunt : caque firmiter seruarunt, aliaque insuper Deo grata adiecere opera, perquam liberaliter in primis dona eis conferentes. Subditi verò omnes ad principes suos spectan tes, qui græce superstitioni addicti erant, ad Christianssmum transierunt: qui verò hæreses sectabantur, ad ecclesiam catholicam accesserunt. Siquidem qui Arij & Eunomij hæresim complecte bantur, propter eas quas diximus causas inter se dissidebant, caq; gratia minuebatur. Plurimi náque non recte eos de Deo sentire, ex eo opinati, quòd inter se vehementer contenderent atque pugnarent: eis se statim aggregarunt, qui eandem cum Imperatoribus sententiam obtinebant. Macedoniani autem eo tempore: Constantinopoli parum valuere: quibus illud nocebat, quòd epil copum suum non haberent. Ex eo nanque tempore, quo eis sub Constantio ab Eudoxio popularibúsque eius ecclefiæ ademptæ fuerant, fub folis presbyteris ad præfens 🛨 víque imperiú conuentus suos habuere. Post Eudoxij auté mortem, qui Constantinopoli Eunomiana secta prafuerat, in locum eius Lucianus quidam fuerat furrogatus, Eunomij ex sorore nepos. Hunc quòd in auaricia & cognata illi crimina alia delapsus esset, eámque ob causam pænas se daturum suspicaretur, ab Eunomianoru factione reliqua desciuisse, sodalitatique suz przijsse,& non cotemnendz cohortis + ducem factú esse dicunt, omnibus prorsus qui variis infamibusque delictis obruti essent, ad ipsum confluentibus. Fama obtinet, Eutropij præpositi opera, scripta Eunomij omnia publicè cremata; cadauer autem eius sepulcro extractum,\* Dacoris Tyanam proiectum missumque esse. Nouatiani, quemadmodum dictum est, quieti tum fuere, Tamersi enim quæstio de festo Paschæ, qua Sabbatius res nouas molitus excitarat, aliquatum cos turbasset: non tamen illi aliis pænis, quæ in hæreticos legibus decretæ fuerant, obnoxij fuere: tum gitidem vt Ecclesia vniuersalis, trinitatem 4400groy consubstantialem prædicaret, tum quod egregia episcoporú eorum vita esset. Nam Agelio Mar cianus, Marciano Silinius successerat, quum Rufinus cæsus est: de quibus suprà etiam diximus.

CAPYYT 11.

Hæc hactenus.

A ztate in ecclesia Romana episcopus erat Siricius, Damasi successor. Alexandric ecclesias rexit Theophilus, Antiochiz Flauianus: Hierosolymis adhue episcopatum gessit Iomecessit. Constantinopoli ve-

armes, qui Cyrillo successit. Constantinopoli verò enituit Nectarius, de quo sus suprà diximus. Caterium empaulo post + mortuo, ingens omnium cura & studium suit, quémnam antistitem imperantis vrbis legere conueniret. Atque ve sit, aliis alios designatibus, diuque & multum consilia agitantibus, quum non eadem omnium esser sententia, & tempus extraheretur, vniuersis tandem placitum est, ve Antiochia presbyter accesse

retur Ioannes, qui propter eloquentiam Chryso- D stomus est dictus. Præclara enim de eo fama orbem peruolitabat, maximè eum ad docendum ap positum, appriméque clarum, necnon generis no bilitate & vitz integritate przstantissimum esse. Patrem namque habuit ducem belli Secundum: matrem autem natalibus, aliisque ornamétis omnibus spectatam, Anthusam. In dicendo & suadédo vi multa fuit, adeò vt ætatis suæ oratores multis modis superaret. Inuita quotidiana singulari moderatione, & accuratissimo instituto vsus est. Intantum verò æqualibus suis antecelluit, vt etia Libanij Syri sophista in hac laudis parte, testimonium reportarit. Moriturum enim cum, quum se-Aatores eius, quémnam in sophistica sede succesforem esse veller, interrogarent : Ioannem illű respondisse samaest, nisi virum tantum Christiani rapuissent. Plures autem ex discipulis eius ad ecclesiam adduxit, vt idem secum sentirent, eis perfuadens. Quum enim ex præscripto Dei viuere Ruderet, no mediocremvirtute sua æmulationem illius sectatoribus indidit: & facile eo modo plu- E rimos cepit, cisque vt fecum candem complecterentur sentétiam autor fuit, non arte quapia aut eloquentiæ vi, verùm o sacras scripturas iuxta id quod res ipsa erat, sincerè exponeret, eos ad se ptrahens. + Oratio enim reuera factis ipsis conso na, perfacilè fidé meretur, & assensione digna videtur. Quibus rebus cotrà qui caret, simulator po tius,& sui ipsius accusator esse apparet, etiasi multum studij & operæ in docendo ponat. Si cui autem contigit, vt vtraque hac laude clarus sit, nihil no quod velit, efficere potest : id quod in illo etiá euenit. Vitæ nanque institutum accuratum admo dum & moderatum fuit. Et cum natura ingenióque præstanti fuit, tum perspicua valde & dilucida eloquutione vsus est: in qua cum incredibili splendore diuina quædam enituit gratia, ita vt ea quasi insita quadam tyránide & dominatione auditor demulceretur. Mediocri autem dicendi ge neri, arcana amplitudinem, & quæ sub oculos nó caderet vim inseruit, nouamq; eloquutionis mixturam contemperauit, frequétibus scatens senten tils:adeò vt omnes ad harmoniam couenientem- F, que eiulmodi concentú consternarentur, & inco prehensibilem deprehensione cum sensuu priuatione orationi eius tribueret. In Rhetorica & dicendi arte præceptorem habuit Libanium: in phi losophicis verò disciplinis Andragathium. Et 🙊 ad dicendas in foro caussas appositus esse videretur, vitæ id genus sectatus est. At enim quu id iniquum atque improbum elle putaret, faciendu libi esse statuit, vt primum diligéter in sacris versaretur libris: & in vita tranquilla, iuxta ecclesiæ con stitutiones, philosophice viuerer, Euagrium imitatus. In quo studio præceptores cos babuit, qui tum præclaris monasteriis & scholis præfuerunt, Carterium, & Diodorum illum, quem ecclesiam Tarlensem gubernasse antea diximus. Reliquisse etiam is multos scriptorum suorum libros digitur, in quibus tantum in literæiphus expolitione occupatus est, abstrusiorem sublimiorémque

† táis the ádichtic doco táis tepois ambhai théirí lis ní thi, am dis the staigh de de le chairí agus táige an táidea, na antspaigh deota brais L 111] Libanine Chryfostomië landans,

In Chrysostomo oracioni suani fa-Eta pia respo dorunt.

Praceptores Chrysoftomi

Diodori Tar Jenfis epifeo-Pi sbeologia. Condifipuli
Ioannu.
Theodorus
Mopfuestien
sit.
Maximus
opifcopus Se-

Somel atque iter# Theodo vii Chryfofto mus ad accu ratius Chrifiana vita inStitutum adijunit.

Plurimă va luit eloquentia Chrysestemus.

I de acris criminii censer.

Logisimae canonica epi Jeopi Hellio.

Afterine O-vienti profectus, Chryso stome Costă timopolim mistic. Invitus opisepatum sosepit Lomscripturæ sensum & contemplationű speculationes declinans. Qua in re eum etiam præcipuè est discipulus imitatus. No solus autem magistros hos loannes sectatus est, sed plures etiam alios stu diorum focios ex Libanij schola ad eos adduxit: in primis autem Theodorum, & Maximum:quorum iste postea pastor Seleuciæ Isaurorum, ille ve rò Mopfuestiæ Cilicu episcopus factus est. Theo dorus autem iste, vir fuit divinarum literaru Græcarúmq; disciplinarú, necnő artis oratorię atq; phi losophiæ egregiè peritus. At qué quu à studiis reli gionis nostræ desciuisler, dinus Chrysostomus vnam atq; alteram dedit epistolam. Quum nanque is leges literasque nostras legisset, & se in dininorum virorū familiaritatem infinuasset, omnibus rebus posthabitis, & vrbanz vitz tumultu reiecto, institutum id laudauit,& vitam suam ad illoru mores composuit. Cæterum alacritatem eam constanter non retinuit: sed veluti pænitentia ductus, ad priorem rediit vitam. Et quum diuer sam de sacro studio concepisset sententiam, id ge nus philosophiæ reliquit, & in vrbem est reuersus:melius se ita id quod expeteret consecuturum ratus. Quod vbi loannes cognouit, ad res scilicet civiles illum esse relapsum,& animum ad nuptias adiccisse, epistolam ad eum dedit, verbis & senrentiis selectioribus supra humanæ mentis captum compositam. Scripsit deinde ad eudem quoque alteram. Quas ille cum legislet, ad vitæ quod antea caperat, institutum se rursum contulit. Substantia enim sua relicta, & nuptiarum ambitioni nuncio remisso, ad philosophicam recurrit vitam, pulcherrimis loannis cohortationibus leruatus.

Vnde colligere licet, quæ dicendi vis in eo floruerit, que ve persuasionis gratia in illius cosederit labris. Ea enim eos superauit, qui tum secum à dicendo & persuadendo valuere. Proinde etiam multitudiné ad se ptraxit. Et quod maius est, peccantes in ecclesia acrius obiurgauit, atq; iniuriam aliis inferentibus infultauit, no minus ob afflictorum vice indignans, quàm si ipsi sibi iniuria facta esset. Quod quidem multitudini pergratum fuit, principibus autem viris & magistratibus acerbu visum est: quòd scilicet eis delinquere multa licuit. Eas ob causas præclatus vir habitus est, cûm eis qui eum vidissent, virtutémq; eius experti cssent:tum eis quoque qui illum nung visum fama tantum cognouissent, quæ celebris de eo vulgata, aures omniŭ impleuerat. Idoneus sanè Romanæ ditionis hominibus visus est, cui Costantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus demandaretur. Suffra gabatur verò populi & cleri, multorumque sententiæ, Imperator etiam Arcadius. Itaque statim qui cum adduceret, misit. Multorū quoq, aliorū episcoporú conventum instituit, splendidioré am bitiosioremq, cosecrationé eius essevolens. Porrò vbi Asterius Oriétis præfectus imperatoris literas accepit, suburbanum quendam Antiochie agrum Ioanné ad se euocauit, habere se arcani quidqua, quod cum eo secretò communicaret, renuncians. Eum verò aduenientem illico currui impolitum; Pagras in diversorium, seu mansionem quandam ita cognominatam duxit. Et postquam eum ibi eis qui ab Imperatore milsi fuerant,plurimum reluctantem tradidit, domum suam revertit.ld autem ita fecit, quòd promptos ad seditiones Antio

chenos esse sciebat. Haudquaquam enim illi li- D bentes prius se Ioanis lingua orbari tulisset, quàm graue quidquam & fecillent,& palsi fuillent.Vbi Constantinopolim peruenere, atque ibi quicunque euocati fuerant episcopi,præstò fuere,omnes quidem alij suffragio ferendo consensere: vnus tantum Theophilus Alexandrinus Ioannis confecrationi obstitit, gloriz illius detrahens: Isidoro autem episcopatum tradere studens, qui Alexandriz presbyter, cură ibi aduenarum & pauperum gerebat, ab adolescentia in Sceti monasticis laboribus exercitatus. Studiosus auté Theophilus Isidori plurimum fuir, o is ei dudum rei fatis pericu lofz conscius esser. Quum enim imperator Theo dosius bello aduersus Maximum tyránum decertaret, Theophilus imperatori munera mittens, binas Isidoro huic dedit epistolas: eumq; Romam misit, cum mandato eiusmodi, vt ibi manens belli euentuexpectaret:& cui victoria arrifillet,ei & li teras & donum redderet. Legationem cam suscepit Isidorus, & Romz momento victoriz intentus consedit. Et quum rem hanc premere conare- E tur, lector qui cum eo erat, epistolis clàm sublatis, eam indicauit. Quapropter Isidorus sibi ne quid mali pateretur timens, statim Alexadriam profugit. Proinde quòd illū fidissimū sibi cognouisset, pensare tum quòd pro se adierat periculum, gratia aliqua cogitabat, studióque tanto pro eo laborabat. Siue autem eam ob causam, vt dicitur, hoc fecerit, seu & Dei amantem virum ad episcopatum euectum Theophilus voluerit, postremò & ipse consecrationi Ioannis calculum adiecit, sententiámque imperialis aulz approbauit, que ele-Ctionem loannis obtinere manifeste studuit.Metuebat verd Euttopium præpolitum, qui imperatoris ædibus & cubiculo tű præfuit. Aperté enim is illi minabūdus denūciarat, vt vel aliis ipfe quoque suffragio suo consentiret, vel se ad dicendam causam contra accusatores suos pararet. Multi enim tum ibi aderant, qui ex Alexandria venerant, libellos aduersus eŭ, qui coa di fuerat, episcopis of ferentes: alij alia crimina ei obiicientes, & diuinas ecclesiasticasq; \* leges cum violasse accusantes. Hæc verò Theophilus timens, non solum Ioanni F suffragatus est, sed eundem etiam per manus impolitionem cólecrauit. Lectorem cum, quemadmodū Socrates Ecclesiasticus scriptor dicit, creauit Zeno Gazz srue Maiumæ episcopus, Hierosolymis revertes. Vixit aute tum diutius, sicuti idem testatur, cum Basilio, qui dudum quidem à Meletio in diaconorum ordinem lectus fuerar, postea verò ecclesiæ Cæsariensi apud Cappadoces præfuir. Quod omnino reiicit Simeon, qui sacri Chry sostomi vitam conscripsit.nam is à Flauiano eum & diaconum &presbyterum creatum esse,memo riz prodidit:quo tempore etiam dininam columbam aduolantem, sacro eius capiti insedisse memorat.Socrates autem ab Euagrio eum presbytes zi dignitate auctum esse dicit. Post Meletij enim obitum secessisse à Meletianis Ioannem, & triennium sibi ipsi quiete ita vixide, vt neque cumMeletij, neq; cum Paulini sectatoribus communionem coleret: postea verò ab Euagrio Paulini successore presbyterum creatum esse, tefert. Quum in lectoru ordine confisteret, orationes contra ludzos composuit. Diaconus auté factus, dialogos

Theophilan
Alexadrinus I fidoro
presbytero
finespicapath
Conit antino
politanti demadarivult.
Theophilan
Alexadrinus infidui
Theodofy amicas, daplici corde vir.
Fortuna, no
hominia micus.

Theophilm tande in optocopale to an un cofecratio man quoque confentit.
A confentionis libelli contra
Theophilms

# Wagail
µur latirop

?ragiptivel,

Sacri dini

Chryfoftoni

ordines.

Idam Bafili

magni fano
liare

Socra.lib.6.

Colliba capi ti Ioannin, quum presby tor cöfecraretor, infadit. ScriptaChry foftuni. † Subintrodocta ha in Canonibus extranca in legibus dicum tar.

Nicephorns Chryfostomi studiosytim

A de episcopali munere, & libros ad Stageriū, item alios de incomprehesibili, & alios rurtum =19 790 suresaurey, + hocest, de puellis non matrimonij neque libidinis causa adoptatis, scripsit. Presbyteri verò honore cohonestatus, expositiones divinorum Euangeliorum, and pravas, id est, Statuas, Consolationem, Commentarios in Psalterium, De virginitate, De misericordia, & plurimos alios libros edidit. Homilias verò mysticas in diuinu Apostolum,& in sacra Acta, aliaque præterea plu rima, festos dies & couentus ecclesiasticos varios celebrans, Constantinopoli in episcopatu condidit. Ego verò supra mille eius viri lucubrationes legi,ineffabili quadam suauitate diffluentes. Iam enim inde ab adolescentia amore eius flagraui, atque in illius perinde atque Dei ipsius vocibus acquieui. Atq, si quid mihi est eruditionis, id ei acce prum fero. Multis etiá ex sectatoribus meis perfuasi, vt omnibus relictis, illum sibi familiarem fa cerét. Verùm ad argument û institut û reuertamur.

CAPPT 111.

res legitimos reformauir. Si quos autem sacerdo-

Chryfoftom<sup>9</sup>
poft inchroni
fationë, clorë
fnë, & alienum quoque
reformanit.

B



Oannes episcopatum adeptus, primum cleri sui mores corrigere est aggressus: progressus eius in publicum, & quotidian evit einstitutum perscrutatus. A crioreque vsus castigatione, nonnullos quidem ad mo-

tes non iuxta ecclesiæ constitutiones viuere velle cernebat, eos sacris ædibus exclusit. Neque enim \_facerdotum honore eos frui debere dixit, qui verorum facerdotum vitam æmulari nollent . Nam quum natura ad arguendom & reprehendendum propensus esset, magis etiam postquam magistratum tantű cepit, mos is in eo est adauctus. Natura enim potestatem nacta, promptius etiam aduersus peccantes est concitata. Neque verò clerum il le suum tantum, sed vbique locor ü ecclesias, perinde arque pater quidam, ad tectum conformare statum studuit:sic scilicet Thraciam omnem, quæ in lex diuila est præfecturas, Aliamque cunctam, C quæ ab vndecim præsidibus regebatur, atque etiá prouinciam Ponticam, totidem præfectis gubernatam, eisdé legibus ad officium reducere conatus est. Vbi verò Phænices adhuc simulacrorum sacrificiis insanire cognouit, missis eò qui divino ardore flagrarent viris, legibus que que dudum latæ fuerant confirmatis, quicquid erat de superstitione corum reliquum, idolorumque delubra, ex iplis fundamentis euertit. Quam ad rem è domo sua impésas præbuit. Fæminis enim nobilibus & locupletibus, vt pecuniam talem liberaliter conferrent, persuaserat. Vt verò Scytharum quoque multitudinem Ariana liberatet contagione, qui eiuldem cum illis,linguæ ellent,els præfecit læpius quoque iple cos vilens, doctrinisque suis per interpretem illustrans, ad veritatem adduxit. Eos ve rò Scythas etiam qui ad Istrum sunt, vbi veritatis & salutis siti teneri intellexit, eò quoque misit:& homines eos captos, in veritatis potestatem redegir. Ab Ofroænis auté Marcionis morbum, qui altè apud cos radices egerat, repulit: aliaque plurima & Deo grata peregit opera, apostolicam plane de ecclesiis omnibus in animo circumferens

curam. Nec iis ille quoque contentus fuit, sed dis- D sensionem quæ inter Orientales & Occidentales ecclesias propter Paulinum & Flauianum extitit, Theophilo cõsiliato, sustulit:& vt vna Antiochiæ esset ecclesia effecit, Paulino & Euagrio vita defunctis.Quapropter facilem epilcopis fuille, qum nemo impedimento esset, conciliationem puto. Populus namque dissidiis, quibus iam fatigatus, erat, remissis, qui Eustatij primum authoritatem sequuti erant, sicuti fieri assolet, paulatim ad eos qui sub Flauiano erant accedentes, per vnionem eis sunt coniuncti. Talem se quum vir magnus & natura & ardore statim à principio exhiberer, durus quidam & grauis admodum esse visus est peccantibus : potissimum verò eis, qui in clero absurdis gaudebant factis. Itaque magnum aduersus eum odium est succensum, & multi hostilater illum declinabant. Multitudini verò, quam assidua doctina demulcebat, maximè gratus fuit. Neque adeò mirum est, si quibusdam minus bonus visus est.nam mel quoque regio morbo laborantibus amarum videtur. Potissimum verò, sicuti ferunt, E vt multos ita offenderer, Serapion cum discipulus induxit. Quem aliquando apertè in cleri præsentia dixisse tama est, illum \* a non omnes oratione allecturum esse, nisi etiam slagello omnino cos copelleret. quod dicu in odium& inuidia no mediocrem episcopum apud multos adduxit. Enimuerò multis ita ob varia crimina ecclesia eie Ais, illi sentetiis se primorum & optimatium accommodabăt: & sicuti fieri assueuit, in eiuscemodi eorum qui rebus præsunt impotentibus conatibus inter se conveniebant, sodalitatésque & conspirationes non contemnendas instituebant, atque eum non mediocribus expetebant calumniis. Et quæ illi in eum dicebat, fidem obtinebatb: g cum aliis cibum capere , aut conviuia adire Io annes deprehensus non esset. Qua ex re crimina maiora excitabantur. Quo verò consilio id ille fecerit, nemo clare dixit. Qui vero eum defendut, diuturnam prætendunt consuetudinem : & quòd ægrum haberet stomachum, qui no facilè cibum concoqueret. Vicunque autem se res habuit, non paruam aduersariis ad obtrectationem ea prebuit F occasionem.Plebs autem propter docting vbertaté,& quæ inde profluebat vtilitatem,ex eo vito valde pendebat, mirifice illius linguam deamans: adeò vt x purisone, hoc est, aurei oris hominem co gnominaret, tam præstantem illius gratia eo ver. bo significans. Neque illa quidquam eos qui con tra eum blaterabant, curabat. Quid enim rursum bîc dicere attinet, quales eius fuerint orationes, quales vel iple scriptas edidit, vel eo dicete notarij celeres plutimas excepere? Quam splendidæ nanque sint, atque ad persuadendum simul & demulcendum compositæ, experiri ei licet, qui versare cas & legere, vtilitatémque carum percipere, & voluptatem divinam haurire ex eis velit: adeo vt feipfum diuino quodă modo intemperiis agitari,& moderate prudentérque insanire crediturus sit. Cæterum quandiu cum clero tantum con flictatus est, infirmior aduersus eu fuit furor, neg; quicquam efficere potuit. Vbi autem magistratus etiam propalàm arguere cœpit, tum demum maior aduersus eum concitata est inuidia, multáque in eum sunt tentata. Et quisque pro co atque civi-

Ecclesias An trochemas ad varione redusis, & Romanii Ponti fice Flauano conciliante,

Propter viciorii reprebe fione multorum cotra fe concitanii odium Chryfostomue,

Istericis mel amarum est. Odiš id aunis Serapion ens dracon.
" du du yn surynthing ZhuJog Alyseila
niv, si på rgia
påsizi wavJog laduvijo
myosupunding
n Serapionus
istrus distamo
innidiojum.

b Chryfosto mu folm cibum capere folssus.

e Calumnijs granibus ab muidu Gob trectatoribus Chryfostom? expetitus. Plebi valde charus.

Chryfestomi cognómen.

Chrysoston miana orationn vng

Viros magnos carpens Chryfostom<sup>9</sup> maiore in se pertraxit innidiam,

InPhonicia idololatria ro liquias tollit.

Scythes ab
Arientifino
ad orthodomid addunit.
Houses ad
Christians

A sum esser, aut forte reprehésione vel odio in illum slagraret, calumniis ei intentatis sidem habebat. Plurimum autem mométi ad obtrectationem illius attulit + oratio popularis eius, contra Eutropium ab ipso lecta.

CAPVT 1111.

Eutropio infiigăte Imppo legem ferüt, ne quie ad ec clossas confu geret,

Timasio dex B

Eutropi**us** 

in exiliam 4-Chu Entro-

pÿ opera.

ipse in eam

incidit necef-

suaië, vi ad

ecclesiam com

\* Factüid

·cũ metu couseruatus Eu

tropius & hu

mi puolatus

р Гаста тен

Secr. 4.6, c. 5

a Homilia

Ioannii con-

tra factum

petentium.

6 Oratio ca

ab adversa-

riù ciu re-

Entropÿ

Supplicion.

d Inhuma-

na illa lex

indutta.

prebensa.

la saceret.

fugiat.

† sperie.



Vtropius enim iste eunuchorum in imperiali cubiculo princeps, qui ad cosularem dignitate peruenerat, & pater imperatoris vo catus fuerat, neque præsentis for tunæ magnitudinem tulit, neque

quidquam de rerum humanarum mutabilitate co gitauit: sed vbi vlcisci quosdam in animum induxillet, magnopere contendit, vt imperatores constitutionem ferrent, ne quis ad ecclesiam confugeret: sed etiam si quis ad eam confugisset,& sup plex Deo factus esfer, atque in templis metus causa versaretur, vt inde extraheretur. Potissiműverd id fecit propter Pétadiam, clarissimi ducis Timasij coniugem, quem maĝna gloria virum affectatæ tyrannidis criminis reum à se actum, Oasim ad perpetuú exilium deportari curauerat. At ille siti, queadmodu audivi, oppressus, aut ne peius quidquam pateretur veritus, arenosis ibi locis errans, statim vitam finiit. Et lex quam Eutropius feren dam curauerat,ad finem suum perducta est. Breui verò post quum imperatorem offendisset, ve qui in coniugé eius contumeliosus fuisset, primus ipse quam perferri studuerat legem, statim violauit.

Nam ex imperialibus ædibus profugiens, supplex in ecclesia consedit. Tum Ioannes absurdum Eutropij conatum arguens, luculentam habuit 🖈 orationem in ambone, seu suggestu, qui mos eius erar, qui populum doceret, vt omnes vocem eius exciperent, sedens 2. In ea oratione quum eorum qui potestatem & magistratus gerüt, supercilium & arrogantiam, quantum potuit, taxauit: tum po pulo rerum humanarum inconstantiam, quæ codem loco manere nó soleát, proposuit. Sed enim qui hostili erga eum erant animo b, & in hoc ipíum calúniose reprehenderunt, illud carpentes, có miserari potius casum eius qui de vita periclitatus sit, debuerit, p insuper erunam arguerit, afflictionem illius adaugens, & calamitati insultans. CEutropius tă impij facinoris pœnas non multò pòst, propter multa quoq; alia delicta luit, capitali affe Aus supplicio. Lex autem opera eius lata ex publi. cis monumentis sublata, & nomen eius in catalogo & nomenclatura consulum expunctum est d: ecclesia autem Dei legibus bene dudum constitu tis enituit, eo ipso scilicet Deo apertam iniuriam extemplo vindicante. Ego verò non committam, quin in historia hac potissimă causam cædis Eutropij exponă, vt ne ca res fraudi sit, apud eos qui eam planè ignorant, magno illi viro: si rationem

"Quà m bene dispositum terris, rt dignus iniqui. Fructus consilis primu autoribus instet. Sic multos ssunio rates arente per aunos. El ospita qui caso monuit placere Tomantem, Innentas primum Busiridu imbuit aras, Et cecidis saui qued discret hostia sacri. Sic opifex tauri tormentorúmque repertor. Qui sunesta nono sabricanerat ara dalori, Primus inexpertum Siculo cogente syranno, Sensit opus, docuitque soum mogire innencum. Clandian. illi nesciant, per quam is virum eum, qui in eccle- D siam contumeliosus fuisset, cotumelia affecerit e, extrahi eum ex sacris ædibus passus. Arcadius post patris obitum vxoré duxit f, cui nomen fuit Eudoxie : Gratiani, cui Occidentale imperium forte, vt quidam memoriæ comendarunt, obuenerat: sicuti autem alij tradunt g, Baudonis filia. Fuit auté is barbarus genere, in re verò militari & in imperatoriis artibus plurimis in Occidente præclarus. Porrò fœmina ca nó itidem vt maritus, segnis fuit, sed non minimum de barbarica insolentia obtinuit. h Duas autem filias Arcadio genuit, Pulcheriam primum, deinde Arcadia, ac tertiam rursus Marinam:longè verò pòst, filium quoque Theodosium, de aui nomine ita appellatum i. Quu ca adhuc duarum filiarum mater estet, contumeliosius ab Eutropio accepta est. Super alia enim conuicia & illud minabundus adiecit, breui fore,vt eam ex imperiali aula abductam, ipse domum remittat.Illa autem vehementi feruens ira, filiolam vtranque in vtrisque vlnis ferens,ad virū accessit, quiritans atque lamentans: liberos etiam E commiserationis gratia prætendens, prolixè collacrymauit : aliaque insuper fecit, quæ mulierem indignatione flagrantem, & virum ad condolentiam pertrahere volentem, facere par est. Atque Arcadius, coniugem & liberos mileratus, ad iram ipse quoque accensus est, ardentique iracundia,& verborum potissimum grauitate k, Imperatorem verum se præstitit. Proinde Eutropium dignitate omni & opibus cunctis spoliatum, in Cyprū insu lam exulatum misit. Breui vero post, p eo tempo re, quum consulatum iniit, ornamentis præter dignitatévius esfet, quæ soli imperatori gestare lice ret, accusatus, atq; inde abductus, & apud Pantichiū, vbi iudicū cossiliū cosederat, Aureliano præfecto, aliisque illustribus viris causam eius cogno scentibus 1, granium criminum reus peractus, capitis supplicium subiit. Res Eutropij sic habuere. Atqui no ea de causa solum Ioannes est reprehen sus, verumetiam & copiarum militarium ducem Gainam contumeliosè propală folita fua dicendi libertate vsus, tractauerit, quum ille ab imperatore petere ausus esset, vrintra vrbé ecclesia vna po- F pularibus suis Arianis attribueretur: quá vbi non impetrauit, ad tyrannidem aspirans plurimas Romanis intulit calamitates, ditionem eorum deuastans.Plures vero & alios, preterquam deceret, ab eo reprehensos esse, sunt criminati. Quas ob res permultis aduersus fuit. Non pauca in hunc etiam statim post consecrationé molitus est Alexandrinus Theophilus, multásq & presentibus, quos co ueniebat, pet seipsum dixit, & plura illis absentibus scripsit, viro ei illudens, serum atq; crudelem appellans. Non parum nanque illum offendebat ardor & libertas diuina Ioanis, arq; insuper oper illum tátopere fibi dilectus Isidorus ab episcopatu repullus esfet. Res sacratissimi Ioanis in hoc sta tu erant, & ad huc modum statim aduersus illum plerique malum parturiebant. Quomodo enim virum tantum capere mudus posset, qui soli Deo viueret : neque aliud quidquam,quam solam hominum salutem & verbis & factis lucrifacere cotenderet? Sed res eius post ca persequemur.

pý expon f Endonia g Bando ifte, hue Banto J simo à Gra tiani cada z. DO. CHED . A cadio Cos. fuit. b Arcady liberiex Enderia suscei Entropies fortune & poteftate fua aboja, Angustan traftamit. Exemplü me mendorum of

tellum.

e Res Entre

lz Direptat
quid plangii
opes, quas na
tus habebit?
No aliter po
teras Principis offe pater.
Cland.
l Entropias
primii ad exil
iii, most aid
ad soppliciii

damnatus.
Ioānes Gaimem etiam li
berè nimis
tractanit.
Gainas Aria
mis ecclefiă in
yrbe Cöfiam
tinopolitus,
dari petin,
fed non impotranit.

Theophilms
Alexandri
nm Ioannis
obtrellator.

CAPYT V.

De rebus Gaba.

Deus prafidio suo impo

ris iðfirðat.

Ratio autem Gainæ res referre cupidè gestit. Quis suerit, vnde in Romanum imperium peruenerit, quomodo Ioanni negocium facesserit, vt motus contra imperiú concitans, quò magnus

Gainesapud
Rom.tranffugit.
1dom Rom.
dux.Qaipan
le ante Seytha, bis Got
thi decuntur.
Affiret ad
imperium.
Trigibildus
Gotthus Co
mes, Phrygia reffor.
Phrygiam is
dripit.

Adverfus his mostistur Gunas. \* Hãc non habet Socra. & Sozo. Sed bodse quoque THICE CAID Asia partë Natolia vo. cat, everendly dicte debétes bet eft Orietem. ridetur itag; legendű Is hoftiliter पुष्कवृत्त राष्ट्र ४ ता nes Romanes fe gerit. THE THE TWA conside Ba-GINSEKOV. Gana ca. Stra ad Chal

Archadim le gationem ad Gainã có có antionobaspa en mittir.

imperiú concitans, quò magnus ille vir legatione apud eum fungeretur, effecerit: & tandem è medio sublatus, interierir. Sub quo res etiam noua prorsus accidit, per quam Deus ostendit, providentia & ope sua vibem imperantem & imperium Romanum maximis esse periculis liberatum. Gainas iste barbarus genere fuit: ex Scythis, qui ad Istrum colut, ortus. Hi verò am ne, co qui glacie constrictus suisset, transito, confertim in Romaná ditionem irruperűt, & Thraciam omnem peruagati, Europam diripuerunt. At ille vbi ad Romanos transfugit, paulatim progreslus, ex tenui milite breui dux Romanoru factus, equestribus pedestribusq; præfuit copiis. Sedenim ad tantum honorem præter dignitatem sua euectus, loco & ordine eo contentus non fuit: sed nisi imperium Romanorum potestati suz subiiceret, grauem eam rem sibi esse putauit. Hæc quu animo agitaret, populares suos Gotthos ex prefe-Cturis eorum acciuir, atque ex eis qui eum genere contingerent, ordinum ductores, centuriones, & tribunos fecit, exercitúmo; vniuer fum fociis fuis credidit.Vt autem Trigibildus necessarius & com modus ei maxime, perquam frequenti ordini præesset, procurauit, eidémque Phrygiæ administrationem cum Comitis dignitate concessit. De quo non ita multo post quum nunciatu esset, res eum nouas moliri, vrbes circa Phrygiam & Naco liam 🖈 vastare,& cædem multam facere,assimulauit quidem scilicet se ea de causa indignari Gainas:indiciis auté quibusdam satis ostendit, ad res nouas eum quoque spectare. Illicet ille, perinde atque Romanis bene vellet, fraudem arte commi niscitur, vt ipse bellum contra illu gerendum suscipiat, & vrbibus circa Phrygiam, ita vt opus esset, auxilium ferat. Et Imperator commento credens, ei id permisit. Ille porrò ingentem plurium millium multitudinem ducens, statim quod celauerat confilium ostendit,& + Tyrannidis regulum in medium produxit. Tatum enim abfuit, vt vrbes ad quas missus erat, defenderet : vt eas etia quæ reliquæ adhuc erant diriperet, atq; vi magna euerteret, aliæ autem idem se ab eo passuras esse in expectatione essent. Atque inde mouens, quæ in medio erant loca omnia, Mysorum quod dicitur prædam fecit: & ad eam quæ ex aduerso Byzantio est Chalcedonem, castrametatus est. Et quu grauisima quæque le facturum est minatus, tum verba quoq; ad rem ipsam contulit. Quu verò ita vrbes Oriétales, maximè autem quæ in Asia & ad Pontum Euxinum sunt, in summo versaren tur discrimine: Imperator vnà cum eis qui secum erant amicis, non diutius cunctandu esse censuit. Quòd non tutu esset remp.Romanam ita à rebus omnibus imperatam esse, contra viros qui in mor tem ruerent & de vita semel desperassent. Tépori autem inferuiens, arte & confilio barbarum est aggressus. Et missis ad Gainam legatis, paratum se esse, quæ ille peteret, facere renunciauit: tum auté

per vitam omnem postea gratu eum sibi fore re- D . cepit. Accepit is conditionem, neque aliud petiit quidquam, quam vt ei Saturninus & Aurelianus, viri consulares, quos aduersari sibi suspicabatur, dederentur. Imperator vel inuitus ei hoc tribuit. Atque illi pro republica mortem obire parati, se Imperatoris potestati permisere. Itaque Gainæ dediti sunt: quibus tamen ille receptis pepercit: & sedulò quod maxime cupiebat dissimulans, Chalcedonem aduenit, vbi etiam imperator fuit. Atque ibi diuz Euphemiz martyris templum, in quo cadauer illius conditum est, ingresli,accepta iple & data per iuriliurandi religionem fide, beneuolum se & officiosum fore, arma depo suit: & deinde Constantinopolim transmisit, vbi rurium equitum & peditum curam & administratione ab Imperatore suscepit. Ast vbi præter dignitatem suam secundas sibi esse res vidit, honorem rursus eum moderate ferre non potuit. Et poltquam primus ei præter rationé susceptus conatus ex sententia successit, alium quoque tentan dum sibi esse statuit, & tumultum non minimum E ecclesiæ concitare aggressus est. Christianus ille quidem fuit, sed religionem sincera non seruauit. Arij enim peste infectus crat. Diximus autem antea, quomodo gens ea Valentis temporibus sub Vlphila ab Eudoxio Arianam receperit contagionem. Itaque siue recentis facinoris magnitudine clatus, seu forte ab antesignanis hærelis persua lus, lacram vnam ædem intra vrbem colentientibus sibi in religione sacerdoribus ab imperatore postulauit. Idá; veluti exprobras fecit, minime co uenire dicens, vt ipse Roma.militiæ dux, in eccle sia extra vrbis mœnia oret.Imperator incostantia animi eius metuens, tyrannidéing; quæ ab eo expectabatur, suspectam habens, deliberaturum se, eíque cosulturum esse recepit. Et patre diuino accito, petitionem barbari indicauit, potentiám que eiusdem memoriam illi reuocauit, & meditatam expetitamque tyrannidem infinuauit: manifeste denique visus est, se illi quasi supplicem, quod peteret daturum elle, lignificare, vt eiulmodi cocelsione barbari furorem frenarer. Diuinus autem il le vir, no passus est verba ea ad exitum peruenire, F neque tempori cessit: sed episcopis qui tum Con stantinopoli aderant, secum ductis, regiam imperatoris ingressus est. Et per seipsum primum magno animo apud imperatoré causam egit : Ne sic, inquiens, ô imperator te sacturu esse pollicea. ris, neque ita sanctum canibus proiicere costicueris. Ego enim non sustinebo, ve qui recte de Deo theologantur & sentiunt, eiiciantur: atque eis sacrum delubru, qui blasphemam aduersus eum lin guam cient, concedatur. Neque barbarum illum timueris: verùm vtroq; euocato, tu quidem tacitus animum ad ea quæ dicentur, aduerte : ego autem linguam illius frenabo, & persuadebo vt minimè ille perat, quæ dare nó conuenit. Imperator verbis his delectatus, vtrūq; ad se accersit. Et Gainas, ad finem perduci quæ ei promilla erāt, petiit. Auream autem obtinens linguam Ioanes, illi resistens: Non oportet, inquit, principem quidqua contra Deum audere, siquidem vera pietas illi cu ræ est: sed potius bene constitutas leges seruare, & eam potissimum que contra hæreses alias promulgata est. Suasit que adeò imperatori, conduci-

Saturninas

& Aurelian

Priri confulares Gaina
deduntur.

Eu Gainas
parcit,

Träfactio zter Arcadiff
& Ossinam

Idem rurfus militaribus copijs prafectus,

Gainas A.; rianns.

Iterum Gai nas ecclesiam in vrbe Byzantÿ Aria, nu pesu,

Arcadius es de re loãnem conjulit.

Id loannes quàm maxi mi dispades

Colloquium Ioannu & Gaine apud imperatorum A bilius esse dictians, vt imperio potius cederet, g per impietatem ædem Dei proderet. Atque sermonem ad Gainam rurfum conuertens, oportere se ecclesiam vnam habere dicentem : Omnes tibi,inquit, facræædes patent . Cui Gainas refpondit : At ego alterius religionis sum,& quod peto, rectè me petere puto, qui plurima pro Romanis pertuli certamina. Verùm tu, contrà Ioannes di xit, maiora laborum habes præmia. Permagnum enim tibi est, quòd Romanorum belli dux & es, & nominaris, & quòd consularia geris ornamenta. Illud verò te quoque cossiderare oportet, quisnam antea fueris, & qui nunc factus sis: & quanta in egestate prius vixeris, nunc autem quante tibi suppeditent opes: quem prius habueris vestitum, quam Istrum transiisti, qui verò nunc tibi sit habitus? Et minores quidem fuisse labores, maiorem autem illorum mercedem esse, memineris. Age ergo,& moderationem obtine: & ne ingratus erga eos sis, qui te cohonestarut, caue. Patriam tuam considera, & vt ex ea pulsus, & ab impera-B toris patre seruatus, iureiurando te, amicum Romanis, ipsi illi, eiúsque liberis fore, & leges seruaturum esse, adegeris : quas tu nuc vt irritas arguere,in animo habes : & illam maximè, quam is qui te profugum recepit imperator confirmauit, eos qui alienæ in religione sint sententiæ conventus, intra Constantinopolitanæ vrbis mænia cogere prohibentem.

CAPYT YI.

Ioann Gai mit.

Gainarnbë Coftat. diripere costituit Sozm.lib.8. cap.4. a Id malum pdigioja illa stella porten-

b Gainer ad ades imperia les invadendas,barbaros moffu mittit. Divina wil li à capse de terrentur. c Dem prasi die suo mbe Constantino politană sernas à barbar d Idem Gai na sequenti

Æc verba magnus Ioannes magna cū libertate constanter pro-loquutus, os Gainæ obturauit, & silere eum coegit: neque de ecclesiis quarum ipse curam ge-rebat, quidquam nouari permi-

sit. Ille verò non multo pòst ad persidiam animū adiecit, & conceptam dudum meditatamque tyrannidem prodidit. Nam vrbem vastare in animo habebat, candemque diripere meditabatur 2. Quas infidias stella illa ensis speciem referés portendit, quæ supra modum splendida fuit (qualem nunquam antea apparuisse, in literarum memoriam relatum est) supravrbem ipsam relucens, & à summo propè cœlo ad terram ipsam pertingens. Ac primum quidem in argentariorum ta-bernas in foro sitas impetum facere constituit, maxima illa spe cocepta, ingentes se pecuniarum aceruos ibi corrasurum esse. Sedenim vbi eius rei fama vulgari cœpit, & argentarij; quod antea fecerant, pecunias suas & opes publicè in mensis non proposuere b, ingentem barbarorum vim noctu ad imperiales ædes, vt eas incenderent, misit. Illi verò tantum abest vt aliquid egerint, vt cũ ingenti etiam metu inde retrocesserint . Deus nanque tum ostendit, quanta illi prouidentia & cura vrbis fuerit. Cœlestis enim quædam vis ingentibus corporibus, insidiatoribus illis appares, ita eos exterruit, vt terga verterét,& celeriter trepidi Gainæ significarent, nouum ea nocte in vrbem exercitum venisse. Ille autem fidem eorum dictis non habuit, quòd non alios quàm qui soliti fuerant in vrbe milites esse sciret. d Quapropter proxima etiam nocte alios eò misit. Vt verò & il-

li eadem que priores annunciarunt, ipse ed venit, D que unelle & spectator oculis suis miraculi eius fuit. Verùm sua gratia milites eos ibi adesse arbitratus, qui interdiu quidem le occultarent, noctu autem vigiliis vrbem & aulam imperatoriam custodirent, à dæmone se agitari assimulauit, & velut orationi vacaturus templum adiit, quod imperatoris pater in Ioannis Baptiste honorem in Septimo constru xit.Exiit autem cum eo magna barbarorum multitudo, quæ clàm secum arma & vasa fictilia telis completa,in muliebribus pilétis, & præterea aliis etiam quas machinati fuerant attibus, efferebat. Et consilium hoc ille in Romanorum scilicet detrimentum cepit. Czterùm id potius imperio carum bono fuit, vt rei exitus declarauit. Quu nanque à portaru custodibus arma efferre deprehensi essent, atq; ea in re inhiberentur, gladiis illi stri-Ais excubitores interemerunt. Atque vbi, quemadmodum fieri solet, grauis tumultus vibem, perinde atque ea illico capi deberer, occupauit, confi lium tamen bonum præsentia mala explicuit atq; superauit. Nam ciuitas portis clausis atque obfir- E matis, in tutum redacta est statum. Et imperator optimum sequutus consilium, publicitùs Gainam hostem iudicauit, & qui reliqui in vrbe erant barbaros intra muros occidi iussit. Quapropter milites magnis animis illos aggressi, plurimos apud ea quæ dicitur Gotthorum ecclesia necarunt. Eò naque tanquam ad asylum & perfugium confluxerant, quum portis clausis profugere nequirent. Ita ecclesiam eorum igne iniecto cremarunt, & barbaros omnes discrimine nullo conciderunt. Quod vbi Gainas resciuit, dæmone quem voluntate sua sibi sumpserat, dimisso, quòd sibi fraudulentas infidias suas deinde minus procedere cerneret, inde profecus, per Thraciam in Chersonesum peruenit, traiicere ex eo loco in Orientem co gitans.Existimabat nanque,si in Asia vebes cepislet,facilè quoq; le finitimas in circuitu gentes libi subiecturum esse. Atque ille quidem hac sic moliebatur. Imperator autem oratores rusum sibi ad eum mittendos duxit: sed nemo legationem eam suscipere audebar. Omnes enim pro se quisque fe ritatem animi eius suspecia habebant, adeò vtne- p que bello cum eo congredi quisquam vellet, neq; legatione apud cum tutò se fungi posse putaret. Omnibus verò aliis relicis, in maximu illum heroem respiciebant. Ille porrò nihil veritus, quod sibi non ita pridem cum eo intercesserat dissidium, Orator statim ad barbarum est profectus. Verumenimuerò Gainas postquam legatum ad se venientem, quisnam esset, intellexit, & libertatem dicendi, qua vsus apud se pro veriore pietate fuerar, in menté renocauit, nibilominus si quid aliud, & virtutem viri cius reueritus, quanuis & barbarus & hostis esset, longius ei honoris causa progressus est obuiam, & dextram eius oculis admouit, & osculatus est, liberósque suos adductos sacris illius genibus adhibuit. Et tum quidem ille arma deposuit, & legationi ei morem gessit. Vsq; adeò virtus etiam acti hosti pudorem & terroré incutere consueuit. Breui autem post, quum aliud quidda accidisser, ad ingenium suu Gainas rediit. Et vbi Hellespontū traiicere, Lampsacumque occupare contendit, spes eum fefellit, quum Romani diuini numinis momentu per imperatoris con

tent at fed finstra. Presidiü cæ lefte is c<del>ernit</del>. V esavia es-Per firm tionem rei di wiwa cii ba baris ex mba focedit. Tomoltsu re aa intra whi ab oritor.

V rbis portæ Gaines befin indicatur Barbari cadenter,

ecclesia.

પ્લ નને tor mittitur.

Magne com barbaro susci Benedictio episcopalis. Legatione recte copeir. Sed demai Gaines ty pannifat,

Babai in Ajiā traŭ tte per Hel 2 ab ar • oppri-

Galage co-Litur: Trigibildus medē. Flanites Got th**a** rem fire Confolations Ab diğə Franka, itë

Zujeb. Scho lefik Troili discipul" gad es coscripsis De ofic nb' diā ʃcri pfu Am

silia rursum sibi affuisse senserut. Postquam enim barbari navium copia destituti, ratibus compactis Hellespontű trajicere, & in vlteriorem continen tem euadere voluerunt :Imperator terra maríq; cotra eos duxit multis militaribo triremibus subsequentibus. In hoc rerum statu vehementior derepentè zephyrus afflans, rates vi magna dissoluit, atque in eas Romanorum naues impulit. Barbari ratibus disiectis, plures cum ipsis equis in alto demersi sunt:nonnulli fluctibus rapti atque circumacti, hinc & inde in litore eiecti, multi etia ab imminentibus eis militibus iugulati sunt.Plurimi fanè ex hostibus in transitu periere. Gainas autem cum paucis incolumis Thraciã pererrans, & fugã sæpe mutans, in alias Romanorum incidit copias, atque ibi cum fugæ comitibus barbaris cæsus est. Cuius caput exiccatum, Costantinopolim est delatum. In bello hoc Flauites Gotthicæ gentis vir, Romanis autem maximè fidus, & scientia militari præstantissimus, quòd optimè se &splendidisimè gessisset, consul est renunciatus. Quo tempore etiä imperatori filius prognatus est, modis omnibus bonus,Deóque charus † Theodosius,auo, ficuti diximus, cognominis. Idem, quod Gainas, Trigibildus, quem suprà nominauimus, Gotthus passus est. Postquá enim is victoriá Gainæ per col lusionem scilicet prodidit, atque ex pugna profugit, Pilidiam & Pamphyliam percurrens afflixit. Postea plurimis pugnis, & locorum in Isauria incommoditatibus, viribus eius accisis, vix & ipse in Hellespontú saluus euasit. Atq; vbi inde in Thraciam traiecit, non multo post interiit. Sedenim de audacibus Gainæ conatibus, interitúque eius, hæc cursim dicta, vt opinor, sufficiunt. Si quis auté accuratius pleniúsque res eo bello gestas cognoscere velit, eum Gaineum libru legere iubemus, qué Eusebius scholasticus composuit, Troili sophistæ sectator. Qui quum rebus gerendis spectator ipse belli interfuisset, in quatuor libellis heroico versu id luculenter exposuit.quod scriptum, propter rei nouitate, in magna admiratione fuit. Sed & Ammonius poëra alter, qui idem bellum carminibus compoluit, preclarus proximo imperio, ledecimo C iunioris Theodolij consulatu, quem cum Fausto gessit (tum enim poëma id publicauit) habit<sup>9</sup> est. De his hactenus.

CAPPT FII.

14 mira effi



Iuus Ioannes,pro eo atq; par est, Græcæ superstitionis sectatoribus, multos etiam ex hæresibus, doctrina sua pellexit. Multos in-super quam lógissime à viciosis

affectibus & perpessionibus, assidua verboru rigatione abduxit.Infinita quoq; quotidie multitudo ad eum confluxit,partim eum auditura,& vtilitatem aliquam ex sermone eius perceptura:partim hominem visura, periculúmque de co factura. Omnes autem ille simul cepit, & idem secum de Deo sentire persuasit. In tantum verò plebs do Arinæ eius, qua satiari non poterat, inhiabat, vt pe riculum etiam sibi homines crearent, dum inter se coserta turba premerétur, cubitis alij alios submouétes, atq; repellétes of p se quisq; ad eum qua

proxime accedere conaretur, quo certius clatiusq; D illum dicentem audire posser. Quam ob causam ille quoque communem se omnibus præbuit: & in lectorum suggestu, in media turba considens, vberem doctrinam, quasi communem quandam gratia omnibus impertiit. Et ex multitudine quisque suauitate orationis eius delibutus, anticipare locum properabat, die noctéque, vrita dicam, in templo eum præstolans. Non intempestiuum verò videtur, insigne quod sub eo accidit, miraculu hoc loco commemorare. Vir quidam Macedonij morbo laborans, vxorem eadem contagione infectam habebat. Hic quum aliquando in magnum illum virum incidisser, quomodo de Deo sentiendum sit, disserétem, statim priore opinione relicta mutatus, dicta illius laudaust: coiugemque vt itidem & ipla sententiam suam mutaret, cogere institit. Vbi verò illa ex consuetudine & colloquiis quotidianis familiarium muliercularu pendens, admonitionem eius non suscepit, & ma ritus re szpius tentata, nihil effecit, postremò ei denunciauit, nisi communem atque candem se- E cum de Deo obtineret opinionem, minimè se ca secum habitare passurum este. Mulier postquam id per simulationem annuit, ex ancillis quam fidam sibi esse credebar, vni, quid factura esser, cre didir,vt per fraudem virum falleret. Et sacrorum mysteriorum tempore, accedens illa, donum, sicuti mos erat (qui facris instituti sunt, quid dicam. intelligunt) accepit: atque id retinens, perinde atque orationi vacatura, se inclinata summisit, mysteriumque sacrosanctum occuluit: & quæ ei affistebat ancilla, pro co panem communem domo allatum obtulit, quem illa ori admouens, in lapidis naturam induratum esse, dum dentibus atterere conatur, sensit. Itaque timore percita, ne quid grauius per Dei vindictam pateretur, propter miraculum, quod præter opinionem acciderat, nulla interposita mora, ad magnum illum accedit patrem, rem actam ei exponit, & lapidem ostendir, certò & apertè morsus indicium exhibentem, qui iam materiam priorem ignorarer, nouumque & alienum colorem obtineret. Et venia delici petita, deinceps in eadem cum marito opinione per- F durauit. Lapis iste ad fidem miraculi eius faciendam longo tempore inter ecclesiæ donaria asseruatus spectatoribus miraculo fuit.

CAPPT FIII.



Orrò populus Constatinopolitanus nocturnis matutinisque hymnis maxima alacritate incu buit, ex eiusmodi primum cau-sa. Ariani sub Theodosio sa-cris ædibus expulsi, extra vrbuit, ex eiulmodi primum cau-

bis mœnia ecclesias conventúsque suos agebát. Prius autem nocurno tempore in publicis porticibus congregati, arque in choros suos segregati, carmina quædam alternis antiphonorum modo sibi inuicem respondentia, ad hæresis suæ placita accomodata, concinnè canebant, & nocté multa in eiulmodi plalmodia consumebant. Sub aurorá auté publicé eadem cocinnentes, extra vrbem in ea vbi ecclesias habebant loca, pcedebát. Faciebát id maxime solénioribus festoru dieru téporibus,

Miraculum emorabile, good jamine Macedoniana in La chariftia ac-

No sustinuis our jecta yna com alia comunicare.

Encharistia olim comme nicantibus in manu data. Panis in la pide verjus. Sozo. cap.5.

octurne∧vrbe Cöllan Pinopelisan A भूतरतीमा,[ine pcessionesma na canestië.

Sozo.es.c.8.

Ioánes inter
eatholicos einscensodi
quoq; psalmodias & p
gressiones
initimie.

a Lucernarii gestatio. o Ariani ha getici semper ad arms of vine prompti B fuere. c Ariani Ca shelicos in p cessione aiusmodi vi adorinnsur. d Brison Am zusta ennnchus vulne -Talut. Interdicitur Ariann 84 libus proces-Gonibus. . Apud Ca sholicos supplicationes huius modi ho die gnoque fermantur. Socra.lib.6. cap. 8. f Carmina Antiphona primus in ec elesia insti-Suit Izvatins An Biochemus epi scopm.

& prima cadémque vltima hebdomadis die, quá Dominicam vocamus: quibus temporibus etiam Synaxes in ecclesiis fieri solent. Postea verò cantus tales ad contentionem quoque instituebant: Vbi nam sunt (dicentes) qui trinitatem eiusdem fubstantiæ & eiusdem honoris colunt? Hæc & alia prærerea eiuscemodi verba carminibus aspergebar. Sedenim Ioannes, ne aliqui ex ecclesia sua eius generis cantibus demulsi, ab illis seducerentur, ad eundem modum contra illos psalmodiam fuam instituit. Et breui ea celebrior, quàm aduersariorum esset, facta est: vt quæ & multitudine,& honorifico progressa illos superaret. Ná eam cruces argenteæ cereos incensos habentes præibant, Eudoxia imperatoris coniuge impensas ad eam rem præbente, quæ hoc Britoni cubiculi sui præfe cto iniunxit, vt hymnorum cantus procuraret, & ad eum vsum quamplurimum a lucernarum pararet b. Qua re Ariani ad amulationis ardoré perciti, ad vindictam se contulere, & manus cum nostris conserere sunt aggressi. Adhuc enim ex ea quam ante habuerant potentia & dominatione, animis flagrabant, & ad pugnam committendam parati erant, nostrósque adeò despiciebat. Itaque nocte quadam inter le congressi, non pauci vtrin que ceciderunt: d & Brison, quem diximus, impe ratricis cubiculariorum eunuchorum princeps,in fronte lapide ictus est. Hac verò de causa commo tus imperator, tales Atianorum processiones siuc conventus sustulit. Catholica auté ecclesia prin cipio eiulmodi plalmodiæ hymnorúmque canen dorum inde sumpto, ad hunc vsque diem consuetudiné eam retinet, & sacris cantilents operatur e. Morem autem Antiphonorum, hoc est, alternis per responsionem carminum concinnendorum, ecclesia, antiquitus ia inde ab Apostolis accepit 1. Diuinum nanque Ignatium, qui terrius in ecclelia Antiochena à Petro apostolo hierarcha fuit, & cu Apostolis omnibus plurimo tempore vixit, quu per ecstasim animi consternatus esser, visionem nouam vidille ferunt : lanctos scilicet angelos, alternis & libi invicem respondentibus carminibus sanctam Trinitatem hymnis& laudibus vehetes. Et spie primus hanc concinendi forma Antiochenorum eccleliæ dedit. Vnde quasi à fonte in alias ecclesias Dei omnes eiusmodi cosuetudo est propagata. Hæc quæ Antiphonis. & respondentibus sibi inuicem hymnis accepi, memorix posteritatis commendanda duxi.

CAPVT IX.

Episcopii ple visq; i Asia Ioannes episcopation ab vogat.

Her4clidens monachü epi Scopü Ephesi ordinat. Ostquam magnus iste vir ecclesiis in Asia è quibusdă indignis
perperàm administrari audiuit,
quòd nonulli quidem pecunia,
quidam aute gratia episcopatus
redeptos obtinerent: Ephesum
est profectus, & tredecim episcopis dignitatem ademit, partim in Lycia & Phrygia, partim in Asia
ipsa, atque in illoru thronos alios substituit. Heraclidem etiam archidiaconu, ex eis qui sub dicecesis sua administratione erant monachis, qui in
Sceti Euagrij monachi discipulus suerat, virum
Cyprium, metropoli Ephesiorum præsecit. Mor-

tuus enim tum ibi forte fuit Antonius, qui eccle-

siz ei presuerat. Ille verò Gerontium quoque Ni- D comediensi exegit ecclesia. diaconus is magni illius Ambrosij, quem Mediolani antistité fuisse supra memorauimus, fuerat: qui nescio quomodo affectus, siue monstra portentose loqueretur, seu fpectro quopiam tertius, dæmonióve afflatus elser, ad quosdam dixit, noctuse ibi in muide, hoc eft, dæmonem asininis cruribus adiuncturum, eisque caput tonsurom, atque in pistrinum coniecturum esse. Ambrosius igitur illum verba minime diacono & ministro Dei digna proloquutum coercens, lingua decæterò continere, & peccatum id poenitentia reputgare iussit. Gerontius autem, qui arté medicam optime nosset, & ad dicendum atque persuadendum non ineptus, facilè amicos sibi comparare posset, Ambrosium veluti ridens, Constantinopolim migrauit: atque ibi breui eis se, qui Imperatoris aula aliquid possent, cum dexteritate quadam infinuans, amicis facilimè vius est:quorum opera ecclesie Nicomediensis procurationem est consequutus. Manus auté sacras ei imposuit Helladius, Cæsareæ Cappado- E cum post Basilium magnum, episcopatum sortitus. Eámque is illi retulit gratiam quòd autoritate eius, filius fuus splendidum in Imperiali aula conseguntus esset locum. Porrò vbi id dinus Ambrosius resciuit, ad Nectarium Constantinopolitanz ecclesiæ episcopum scripsit, ne illü ita insolescere per contumeliam pateretur, sed episcopatum ei potius adimeret : siquidem illi, quem in ecclesiis coseruatum oporteret, ordinis cura esset. Et Necarius, vt Ambrosio satisfaceret, multa tentauit. Cæterûm rem aggressus est, quam, vt ita dica, perficere no posser. Nam Nicomedienses magnis animis partes eius tuebantur. Ioannes autem vix tandem id perficere potuit. Et Gerotio episcopatu abrogato, in locum eius Paniophium iubrogauit, qui olim imperatoris coiugis pædagogus fuerat, vir perquam māsuetus, & valde religiosus, Ni comediélibas autem ingratus atque inuisus. Ne-Charij sanè tempore publicè & priuatim seditiosi Gerontij dotes commemorabat, affluentémque eius doctrinam atque singularem erga omnes locupletes simul & pauperes dexteritatem atque li F beralitatem, necnon reliquas quæ ei inerant virtutes referebant. Arque etiam in supplicationibus perinde quasi in terre motibus, alisse; vel in patria ipla sua, vel aliis in locis, iræ dininæ indiciis psallebant, precantés que Deum orabant, vt sub illo pastore eis este licerer. Postremòverò sanè quam inuiti,cum immenso luctu & dolore illum quidem amiserunt: & Pansophium, contra animi su sententiam, cum metu & odio episcopum suscepere. Itaq; non folùm illi quibus ita ademptæ erant ecclesiæ, verumetiam quibus aliqua cum illis intercedebat necessitudo, loannem criminabantur, perinde atque nouas in Ecclesiam res ipse princeps inducerer, & antiqua electionum confectationúmq; episcopaliú iura abolere institueret : & dolore immoderato transversim acti, etia en quæ ratione optima cosultò egisset, opinione multoru sequentes caluniabantur. At Ioannes amorem er ga se vulgi magis atque magis accendit : odiúmq; potentiorum, & eoru qui clero no bene vellent, in se concitauit, quonia homines iniuria aliis face re folitos arguendo admonebat, delicatófq; & di-

Geroutio epò feopatii Nicomediensem adimit.

Ineptü, atą; impium Ge ronty verbü.

Ob quod ab

Ambrofic

spifeopo com

citas est.

Ide aulicora famore Nico medicofem opificopatum confequutus. Epifeopi faligas Ambigas Ambrofio Germ tiom ex epificopatudeine bare non posest.

ir [aftar, hee
eft,ordine in
ecclefiu cofer
natum opertet.
Panfophius
Gerontio Ni
comedia furrogatus.
Gerontius
Nicomedia

fibus mirifi

cè charm.

Episoporü quibus ecclesiz ademptz, necessary, ho mines potentes & vicioss Idami insenss

Caufa odij quòd Ioänes acriter vitia taxares.

Alie que dem odij am canje. Monacherii circulatoru in [eannem

o Znã Es

doscia Aszosta odisse

apit lean-

new, propeer

Smerianum

episcopii Ga balanorum .

n Phanicia Sezem.

b Antiochua

Ptolomoidia

Phornicia e-

Chryfoftom®

og dietm.

piscopuu,ob dicendi vim

tutem quoad fieri posser, adducere conabatur. Maximè verò hominum in clerum odium & con tumelias Serapion auxit, archidiaconus eius, genere Aegyptius, vir iracundus, & ad contumelias oppidò quàm procliuis.Huc accessere agitata con silia & consessus Ioannis cum sacra Olympiade, de qua postea dicemus. Quin ille etiam monachorum multorum inimicitias sibi conciliauit. Quicunque enim intra monasteria philosopharentur, & res suas agerent, eos magnopere charos habuit, & honorauit. Et ne illi à quopiam iniuria afficerentur, atque etiam vt rebus necessariis abundarent, plurimum curæ habuit.Circumforaneos autem, & qui per vibis plateas cursitarent, notam philosophiæ suz inurentes, verbis ita vt decebat, reprehendens, acriúsque carpens, repudiabat. Nonnunquam etiam conuiciis eos corrigens incessebat, & conuenienti obiurgatione perstringebar. Atque illi ad eum modum reprehensi, grauiter id ferre,& verba contumelio-B fain eum iacere, ferum, crudelem, iracundum, superbum, & furibundum appellare, nechon quietam eius vitam apud multos taxare, cauillari & carpere, aggredi. Et persuadere id eis quas dizimus rebus potuere, reprehendentes insuper in eo quòd cibum cum nemine sumere videretur, quodque neque in conuiuio neque in prandio alicuius esset: denique quod post divinorum mysteriorum perceptionem pastillum degustaret. Quibus illi scilicet rebus nixi, innumeras aduersus eum texuere calumnias. 2 Non minima verò & illa eis ab imperatoris vxore, per Seuerianum Gabalanorum in Syria epilcopum, accidit odij oc casio. Nam & hic, vnà cum b Antiocho Ptolemaidis Syriæ \* episcopo, præclarus fuit: vterque sanè ad summum, verbis ad populum in ecclesia faciendis, exercitatus. Antiochus quidem tanta in dicendo facilitate fuit,& tam rotundè simul & suauiter pronunciauit, veà quibusdam.ipse quoque veluti aureum os habens, Chrysostomus diceretur. Seuerianus autem sententiarum frequentia & divinitùs inspiratorum oraculorum C testimonio melior habitus est, quod scilicet Syrorum magis densitatem in lingua ferret. Antiochus prior in vrbem venerat : atque ibi pecunia multa collecta, in ciuitatem suam est reuersus. Quem æmulatus Seuerianus, & ipse eò venit. Et quod beneuolo Ioane vteretut, îzpe etiam is ei, vt cum populo in ecclesia ageret, permisit. Qua in re eum omnes maximè sunt, sicuti & Antiochum, admirati. Et Ioannis honoribus quum multum apud populum potuit, tum in imperatoris noticiam peruenit, & ciusdem coniugi perquam gratus fuit. Atque quum Ioanni in Asiam proficilci visum, ellet, huic ipsi ecclesiam suam co mendauit, vt curam eius gereret, & vicem suam populum doctrina pasceret. Putauerat enimil-le optimo se eo vsurum amico, qui per assentationem eum tam sedulo assectatus suisset. At ille studio magis habuit ve multitudini gratificare tur, cámque oratione duceret, & ad se modis om nibus pertraherer, suamque prorsus redderet. Quod vbi Ioannes absens audiuit, Serapione instigante, \* non tulit, sed quamprimum ex Asia Constantinopolim rediit. Eo renerso accidit, vt

A uites, & alios qui parum sancte viuebant, ad vir-

Scuerianus alicubi præteriret, & el Serapion, qui D illum viderat, non assurgeret: veluti ex composito eis qui aderant ostendens, nihil se virum eum curare. A tque ille plurimum indignatus, voce ma iore exclamauit: Si Serapion Christianus diem suu obierit, Christus homo factus non est. Et hoc nomine à Serapione accufatus, à Ioanne vrbe est ciectus, vt qui contumeliosus in Deum fuerit. Et quum testes in causa producerentur quidam sicuti Seuerianus dixerat, testificati sunt. Qui autem Serapioni fauebant, omnia alia celăres, hoc vnum Seuerianum dixisse asseuerarunt, quòd Christus homo factus non esset. loannes verò non id rantum, an hoc folum dixisset, sed alia etiam quæ ille se adiecisse contendebat, in crimine esse dixit. Non enim, inquit, etiamsi Serapion Christianus mortuus non fuerit, propterea Christus homo fa Aus non est Imperatrix Eudoxia simulatque dissidium, quod episcopis intercessit,& d Seueriani proscriptionem ex fautoribus eius cognouit, statim eum, quibusdam missis, Chalcedone reuo. cauit. loannes autem, quanuis multi pro illo de- E precarentur, colloquium tamen & consuetudinem eius detrectauit: quoad imperatoris coniunx,in ea ecclesia quæ de Apostolorum nomine appellata est, e Theodosium etiamnum infanté, quem Ioannes \* per baptilmum sibi filium arrogauerat, ad genua eius admoues, multaque deprecans & adiurans, vix tandem persuasit, vt se ad placabilitatem daret, & Seuerianum rursum in amicitiam reciperet. Atq; hæc sic acta sunt.

Serapion archidiaconne Scueriano praterennti non assurgit. Severiani la britt & info lens dictum. Ob id diel # Severianº ab mbe Coftan timopolitana proscriptes.

d Severian ab Eudonia in rebem re-

words. Theodofins innier leaunu per bapti Smum filing adoptions Endoxia To anne & Seuerianum is gratiam reducit. e Imperatris filium ad ge nua episcopi admouet. \* Jp ice. . . To Beaffiepali biolitt.

CAPPT X.



Odem tempore in Aegypto, quæ paulo antè extiterat, rursum mo-ta est quæstio : opúsne sit, Deum hominis forma & corporali specie esse, opinari, an ab humano

Theophilas Alexadrin CTTOTCID CHIN refellit.

Anthrope-

morphitar#

error in Ac. gypto.

Monachi Aegypty ex eb caufam tu multum in Theophilum excitant. Theophilas techna quadam monacherum vine eludie.

habitu prorfus esse alienum credere.Et nonnulli quidem simplicitate imperita,ea quæ in scriptura, ex consuetudine eius, dicuntur excipientes, ita vt dici audiebant, faciem & ma- F nus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alij autem abstrusiorem quæ in literærecessu latet sententiam eius considerantes, contrariu maxime sentiebat: atq; aliter opinantes, impios esse, &blasphemare in Deu dicebant. inter quos præcipue Theophilus Alexadrinus fuit. Arq; is persæpe in ecclesia etiam eos perstrinxit, qui de Deo tam crassè opinarentur, ve humana forma cum esse existimaret. Quam sententia in epistola quoque eam retulit, quam ex cosuetudine de paschalibus feriis scribere solitus erat: Oportere scilicet Deum incorporeum & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbi cognouerunt qui in Aegyptiis Asceteriis viuebane monachi, illis relictis, quam celerrime Alexandriam venerunt, tantam cam ob causam seditionem concitantes, vt Theophilum veluti impiü & blasphemum hominem sublatum voluerint. Ille autem cósilio eo deprehenso, arte quadá rem eam expediuit. Atque in seditiosorum conspectum ve niens, assentatione eos fefellit: Sic, inquiés, vos vidi vt facië Dei.Hoc verbü illis, vt irá remitterent,

Isans in A. fiåpficifcens, elefiã fua Zdotipi adă doll' Secret.

M ij

Idem à Theo philo, vt Origenu libros da est petunt Approbat Ascetarum petitionem Theopholm.

Questuor ger am fratres cognomine Longi Thee philo percha B

d Exeicab ille Diescors H ermopolie epifcopus f.se Duo acono mi ecclesia Alexādrima creati. Inuits illi ad ministrationem æcopomia ecclefiafice sujeipiuns.

# Ifappopile Avaritia Theophili of fondantur.

In folitudinë revertuelur.

Indignissime id fort Theo

A persuasit. Proinde statim intulerunt: Siquidem quod ore profers, corde etiam sentis, Origenis libros te damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, vt ita sentiant, persuasi sunt, nobisque aduersantur. sin id facere noles, pænas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnanté opinionem sequaris. Tum Theo philus: Sed & mea dudum, inquit, hæc fuit sententia: & quod, vobis placitum est, id facere paratus sum. Non minus nanque, quam vobis & mihi Origenis scripta, quíque ea recipiút, grauem molestiam afferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptam à le remouit, & seditionem composuit. Fortasse auté quæstio quoque ista finem tum suum habuisset, nisi ea Theophilus inimicitiarum suarum gratia, veluti intermortuam, ad vitam, vt ita dicam, reuocasset, apertè Ammonio Dioscoro, Eusebio, & Euthymio aduersatus, qui fratres germani erant, & cognométum Longorum, propter corporis proceritatem habebant. Hi præclari dudum, quemadmodum diximus,in Sceti fuerant: tum autem in Ægypto monasteriis præsidebat, & vita & doctrina perce lebres. Multa autem eorum fama Alexádrie, & po tissimum apud Theophilum erat, gratia & nomine supra alios Aegyptios monachos pollétes.Frequens cũ eis Theophilo cossuetudo fuit. Conuiuio enim eos excipiebat,& summopere honorabat d. Dioscorum quoque, magna vi adadum, Hermo. polis episcopum constituit . Duos autem, vt lecum essent, hortatus est. & vix eis tandem persuasit, seu potius vr episcop, id eos facere coegit. Itaque eis in cleri ordinem cooptatis, ecclesiæ œconomiam seu dispensationem gerendam demadauit.Porrò illi vi coacti, ita vt decuit, dispensationis eius munere obeundo enituerut: mærore autem pleni erant, quòd pro eo atque non semel constituissent, philosophiæ suæ no incumberent. Postquam autem tempore procedente, in animis ipsi suis se lædi putarent, quòd Theophilum per auariciam quæltuolam vitam lequi,atque omnia ma gno studio in argentum \* redigere,omnémque adeò lapidem, quod prouerbio dicitur, mouere, C vt auri odore perfrueretur, viderent : conuidum eius declinantes, in folitudinem rurfum, quam vrbanz vitz przferebant, se contulerunt. Theophilus, quoad illi rem ipsam celantes, pretextum aliu obtenderunt, eos vt manerent, & consuetudine sua vterentur, cohortatus est. V bi verò se iudicio eorum condemnatum esse comperit, ira percitus, excandescere non desiit, & illis se mala omnia fa-Cturu esse minatus est. At illi minas eius nihil mo rati, in folos, vt dictum est, rursum locos se recepe runt. Theophilus autem homo vehemétissimus, quòd impetu quodam ferretur, insidiosis cossiliis adoriri eos constituit: & odisse etiam fratrem eorum Dioscorum cœpir, quem Hermopoli episcopum præfecerat. Dolebat homini plurimum, mo nachorum præstantissimos quosque illis fauere, magnúmque præstare honorem: tum autem & il lud in animo considerabat, nihil se illis detrimenti allaturum elle, nifi monachorum manum ad ini micitias contra eos suscipiendas commouerer.Re ita deliberata, eiuscemodi comminiscitur dolum. Quod nanque sæpe cum eo in familiari consuetu dine de deo colloquuti esset, certò sciebat eos opi

nari, Deum incorporeum, & à forma atq; specie D humana prorsus alienum esse: Qui enim humana forma sit, eum etiam affectionibus & perpelsionibus humanis necessariò obnoxium este scietes : id quod à veteribus accuratissime est disputatum atque decretum, & Origenes potissimum pulcherrime hoc tractauit. In qua sentétia quum Theophilus maximè esset, & vicisci tamen viros cos statuisset, veluti tempori inserviens, vt quæ recte opinaretur, euerteret, graue sibi esse non pu tauit. Itaque monachorum turbam aduersus eos concitat. Et multos ex eis ad se rapit, viros moribus simplices & idiotas, plures etiam illiteratos. Et literas ad monasteria in solitudine mittens, no parendum esse Dioscoro & fratribus eius, quòdapertè Deum incorporeum esse opinarentur, docuit. Deus nanque,,inquit, sicuti diuina scriptura testatur & oculos habet, & aures, manus, pedes, & alia, sicuti & homines, membra. Dioscorus autem, & eius sectatores, nouum quoddam & blasphomum dogma afferunt, Origenem sequuti: neque manus, neque pedes, neque aliud quidquam E Deum habere affeuerantes. Hæc sic cavillans, mo nachos multos ad contentionem excitavit, & feditio ingens orta est: parúmque decore à disputationibus inter le agitatis, postremò ad contumelias peruenere. Atque equidem qui mentem exercitatam & sensuum robur densius obtinebat, Theophili cauillatione non mouebantur: & Dioscoro rectè sentienti, & in primis Origeni adhærebant. Qui verò simpliciores erant, & flagratem quidem, sed no secundum scientism, ardorem spi rabant, conflictantes inter se nugabantur, & fratres illos tanqua impiè sentientes proscindebant. Ita factum, vt ingens Ascetis inter se intercedetet dissidium. Qui Theophili partium erant, Origenistas alios vocabant. Qui autem Deum incorporeu, & à forma alienu esse statuebat, eos q à Theo philo concitati aliter opinabatur, Anthropomorphianos nominabant. Ita inter monachos no paruo conflictu exorto, implacabile bellum concitatum est. Theophilus vbi consilium suum sibi succedere vidit, magna multitudine, militibus etiam consequentibus, monté Nitriz, vbi plurima erat F monasteria, occupar, & monachorú cateruas aduersus Dioscorum & fratres eius armis instruit: ignéque iniecto monasterium corum incendit,& prorsus vastat. Atqueilli in summum discrimen coniecti, vix tandem nudi ex puteis, quo se abdiderant, euadentes, capitis periculum effugerunt.

C SPYT XI.

Ac in Aegypto agebantur, & Io annem tum latebant, qui doctri næ incumbens maximè enitebat, propter consentientem om nium de eo famam vbique celebris & clarus. Dioscorus autem Æc in Aegypto agebantur,& Io

eum suis Hierosolyma primum concessit, deinde Scythopolim se contulit: quem locum idoneum sibi atque suis esse ad incolendum putauit, propter palmarum frequentiam, quod earum foliis ad opera sua monachi recte vterentur. Sequebantur autem eos solitudinis illius viri circiter octoginta. At Theophilus sibi metuens, sta-

Theophilm rette de Des fentiens, 76 menaches L. gosplesseasur aches A m tbropomerphotas adam ુ આ મીકા લક્ષ્ય citat.

Cordati n mache mhil monentue.

Simpliciera eductjas Li ges fratres

Mouach machia is AGJPiiso

Longi fia tres foga fibi

Scythop cum finis co migtant. Theophila homines fu Coft Ktimes lim pramittit.

Conferent fe eò quoq; dao Longo,& sü cu Ifidorus.

Theophilus
Isidoro, que autea charü egregie ha –
buerat ino ni cissumus.
a Inimuciatum causa.
Lu itar Theo
puilu eposcopum er Petrum archipresbyterum
Alexadriuü.

Petrus IJido rom teštem landās.

Isdrus pro Petro testomonso perbi ba.

Theophilus Parum er Ifiloriö eceleju exegit,

Ide Ptocho- C trophus & pauperii cura tor, pecuniă ecclesia egețibus destruataro, episcopo petenti dure ni rolt in te plorum struel uram, b Vera Dei templa, Ammonius Logus depre catur p ssido ro apud Tuco philana. Theophilana illamo omissa

t Iden monachh quendam in car-

A tim Constatinopolim suos misit, qui quu illis per calumnias insidias strucrent:tum etiam si quid illi ab imperatore peterent, impedimento eis essent. De quo vbi Ammonius & Dioscorus certiores sunt facti, confestim & ipfi Constantinopolim na uigarūt. Fuit enim cum eis Isidorus, propter cuius inimicitias Dioscorum quoque, germanós que eius, Theophilus magis odisse copit. Hic vir quidem adeò Theophilo charus antea fuerat, vt illum etia post Nectarij mortem magna contentione episcopum Constantinopolitanum factum voluerit. Tum auté hostili maximè in cum erat animo a, quum alias ob causas, tum propter hanc potisimum. Erat Alexandrie primarius quidam presbyter Petrus, quem Theophilus propter simultatem quandam, quæ eis intercessit, vlcisci volens, abrogare homini dignitatem ecclesiastică cogitabat, illo ei obiecto crimine,quòd mulierem quandam Manichææ hæresis, prius ad diuina mysteria perci pienda admissiser, quam illa hæresi nuncium legitimè remisisset.Oderat verò eum aliis etia de causis. Archipresbyter constitutionem ecclesiæ in ea muliere seruatam, eámq; ipsius Theophili cohortatione ad mysteria admissam esse confirmauit. Episcopus indignari, & perinde at que sycophanta expetitus estet, fuerere. Petrus ad fidé rei facienda, Isidorum testem laudare, quòd de episcopi senten tia mulier ad mysteria recepta estet. Isidorus auté Romætum erat, instinctu loanis à Theophilo ad episcopum Romanum missus, vt dissidium quod propter Flauiani iuramentum emerserat, tolleret, & episcopos interse in gratiam reducerer. Dissentiebat enim adhuc à Flauiano, qui Eustathij & Meletij partes sequuti suerat, sicuti suprà à nobis est dictum. Postquam autem Isidorus rediit,verum Petrű dicere, ex voluntate videlicet episcopi de muliere acta esse omnia, testificatus est. Theophilus autem, veluti ci calúnia intentata esfet, vehementius indignatus, vtrunq; ex ecclesia deturbauit. Hæc vna causa est, quam ob rem Isidoro & Theophilo dissidiu intercesserit. Cognoui verò & aliam, quam & ipsam ve exponerem, conue nire est visum. Pauperum in ecclesia curam gerebat Isidorus, quorum gratia quum hominum li beralitate multa esset collata pecunia, eam Theo. philo rapere, & in ecclesiarum structuram impen dere volenti, Isidorus dare renuit. Rectius enim elle asseruit, pecunia tali ægroru corpora, quæ veriora essent Dei templa, quando quidem precipuè in cum vsum comportata esset, cura conuenienti restituere, quàm parietes inanimatos magnificè excitare atque construere. Siue verò hæc, seu alia inimicitiaru Theophili erga Isidorum causa fuerit, tum quidem ille Alexandria pulsus, ad monachos tanquam amicos in Scetim se recepit, & ma lè in Theophilum & ipse animatus fuit. Eiuscemo di offensam Ammonius abolere volens, ascitis sibi aliis quibusdam monachis, ad Theophilum venir, & vt Isidoro communio redderetur, ab eo pe tiit. Id ille se facturum recepit. Vt verò satis multum temporis præteriit,& illi nihil egerunt, Theo philusque aperte præ se tulit, tempore extrahendo, verbis cos ludere velle: vehemétiore ardore eum aggressi, ve promissum ad finem suum perduceret, supplicando postularunt c. Et ille quendam ex monachis comprehensum custodix inclu

sit, vt aliis exterritis, molestia ea qua illu frequen- D ter impetebant, liberaretur. Tantum autem abest vt consilio co quicquam effecerit, vt Ammonius vnà cũ reliquis quos coegerat monachis, sua spon te carcerem sit ingressus. Quum enim eam de se custodibus præbuissent opinionem, veluti illam ob causam ed venissent, ve vinctis res necessarias præberent, liberum habuere in carcerem ingresfum,atq; inde egredi noluerunt.Quod vbi Theophilus intellexit, ad se eos venire iussit.llli autem primum ei significarunt, vt iple ibi præsto esfet, & exeundi eis potestatem concederet. Oportere enim propalam eis exitum permitti, qui tam apertè contumelia ab eo affecti essent. Vix autem deinde ei cedentes, ad eum sunt progressi. Ille deprecatione interueniente, pollicitus se eis postea molestum non fore, sed re ipsa promissum expleturum esse, cos absoluit. Intra seipsum autem se excrucians indignabatur, & mali quidquam viris eis facere moliebatur, quos antea non secus atque suam ipsius animam dilexisser. Quum autem animi dubius esset, quomodo tandem ægrè illis fa E ceret, qui præter quam corpora nihil possiderent, & res omnes monasticæ philosophiæ suz postpo neret, quietem corum interturbare aggressus est, & quæstionem cam de Origenis opinione quæ di Cha est, eis criminis loco obiecit. Has fuisse causas cognoui, cur Isidorus, quem diximus, cum Dioscoro & frattibus eius Constantinopolim venerit:nimirum vr publice sub imperatore ipso & Ioanne iudicibus, iniuriæ arq; insidiæ, quibus expetiti fuerat, cognoscerentur. Existimabant enim Ioannem pro consueta sibi libertate, qua legitime vrebatur, à iure & æquitate non aberraturum esse. Ille viros benignè acceptos, in honore habuit, & ad communes in ecclesia preces adhibuit : ad divinorum autem mysteriorum commu nionem non admisit. Neque enim sas erat, ante causam cognitam ea cum illis communicare. Ad Theophilum verò pro eis literas dedit, ve vel illis communionem redderet, qui recte de Deo sentirent: vel idoneum aliquem Constantinopolim mitteret, qui cum illis ambigeret, siquidem ei visum esset, cum eis iudicio contendere. Et quum p diutius in vrbe monachi morarentur, & imperatrix Eudoxia in publicum progressa esset, Ammonius cum fratribus suis ad eam in via accessit, & Theophilum propter iniurias eis insidiosè illatas accusauit. Illa autem vbi iniquè cum eis actum esse sensit, honorem viris exhibens, constituit:atque ex imperiali curru prospiciens, capite eis annuit:& + Benedictionem, inquit, nobis impertite.& Deum pro imperatore, \* & me, liberísque nostris orate. Ego verò quam celerrimè curabo, vt Theophilus hic præsto sit. Hæc postquam illa dixit, vlterius processit.

Enm menachu Ammo niu & alij in custodiam sequentur.

Abfoluit & amittit à sa monachos
Theophilus.
Quietem co-tum mox mo nachoma-chia institu-ta perturbat.

Dioford & Isidorum Co Bantinopoli Ioannes beni gnè sufcipit.
Preces cu eia communicat.
Eucharistia non item.

Lögi frattes
Theophilum
apud Eudoxidaccufant.
Benediclio në Eudoxia
à Longis
petit.
† Whightas
# Et p impe
vio Romano,
Sozom.

CAPVT X11.



A ma verò falsa Alexandriam perue nir, Ioannem cum illis mysteria cómunicasse, opémque illis ferre constituisse. Porrò Theophilus varia in animo agitabat cósilia, vt nó solùm

M iij

Theophilms Iodui etiam firmit isidiae Athan afis multū Orige nu scriptu

\*Coftantia. Soctat. Sicenim que que es vibs est dieta. Theophilus Epiphaniü Salaminium episcopum ad partes suas pertrahit. *Epiphanim* Anthropomorphisa, Socrat.lib. 6.cap 10. Sozom.lib. 8.cap.14. Epiphanius instigance, Theophilo, i puinciali ʃynodo libres Origenis 1 de persuado itide faciat, contondit. Theophilms quoq; cũ epi scopu sun cos de libros da · nat, vt Dioscoro agrè faciat.

> I oănesdoctri na epifcopali

A Dioscorum & germanos eius vlcisceretur, verūetiam Ioanem, li fieri posser, episcopatu deiiceret. Atque bæc fecum ipfe tacitus voluens,& infidiose moliens, ad vrbium plerarung; episcopos scripfit, confilium quidem quod parturiebat occultans: Origenis auté libris infultans, quibus Athanasius ille multorum certaminu victor ante cum ad fidem suam comprobandam, in lucubrationibus luis aduerlus Arianos æditis læpenumero est vsus. Postquam autem ei in mentem venit, mul tum cæpto suo profuturū esse, si Epiphanium \* Salaminis in Cypro episcopum ad conatus eius so cietatem sibi ascisceret, ætatis suæ perquam celebrem, vitaque præclarū & virtutis reuerentia spe-Catum vitum, statim ad eum misit, sibique amicu fecit, quum quidem dudum ab illo dissensisset, vtpote qui Deum \* humana forma esse opinaretur, tum autem, veluti per pænitentiam ipse Theo philus recam complexus esset sententiam, suffra gator ei est factus. Ea scilicet mente Theophilus tuit, vt qui humanam formam Deo tribuentes rideret, propter quorundam inimicitias auersari se ea quæ rece opinaretur, significationem per fucu de se præberer. Tum igitur, quemadmodum di-Aum est, vbi Epiphanium amicum sibi reddidit, consentire ei se in opinione de Deo assimulauit, eundémque ad librorum Origenis calumniosam luggillationem, perinde atque prauorum dogmatum causæ essent, incitauit. Epiphanius autem, qui dudumOrigenis scripta exosa habebat, quòd simplex eslet, & in summa religione viueret, facillime pedibus in Theophili sententiam iuit. Et ilico episcopis in Cypro congregatis, Origenis libroru Tectionem edicto inhibuit. Et lynodi eius decretum quum ad alios multos, tum ad Constantinopolitanum antistitem misit : quem etiam hortatus est, vt synodo coacta, idem de Origenis scripris statueret, ac deinceps sibi ipsi eorum lectione interdicerer. Theophilus, vbi Epiphaniŭ multos habentem laudatores, qui propter vitæ eius præstátiam, quod ipse sentiret, opinione sua com probabant, ad partes suas pertraxit, conuocatis & iple qui sub co crant episcopis, decretum in can-C dem sententiam fecit, & prolixam Origeni intendit calumniam, qui etiam ante ducentos annos è vita excesserat: no ille quide hoc præcipuè propo situm sibi consiliu habens, sed illud maxime ages, vt Dioscorum vlcisceretur. At admirandus Ioannes res eiusmodi indigniores esse putavit, quàm ve corum cura & studio occuparetur, Epiphaniíque & Theophili literas nihil prorsus est moratus. Verùm consuetis sibi doctrinæ laboribus incumbens, in ca maximè florebat : infidiarum quæ ei finistrè tendebantur, nullam habens rationem. Vbi autem manifestò constitit, Theophilum id studio omni conati, vt Ioannem throno deiiceret: tum verò qui hostili in cum erant animo, ex clero quidem multi, non pauci verò etiam ex ma-

\* Mirum profecto est quod Nicephorus, Sozomenum segun-tus, antropomorphitam Epophanium esse scripferis. Cum eum diner-sa sententia assertorem suisse constet, in Panario opere contra Andianos hareticos disputatem. Qui opinati falso sunt, quod Deus ad imaginem & simulitudinem sua hominem creaucrit, propterea Den

gistratibus, & eis qui potentia & autoritate vale- D rent, comodum se tempus inuenisse rati, quo vindica suz in Ioannem cupiditatem ostenderent, obtrectationes vndecunque calumniis & sycophantiis emendicatis texuerunt, atque vt ingens synodus in vrbe Constantinopolitana celebraretur instituerunt : episcopis quibusdam ea de causa scribentes, plures autem sine scripto euocates. Et Theophilus ea re cognita, studium etiam suu ma gis intendit: & Ægyptiis episcopis, vt Constantinopolim traiicerent, autor fuit: Epiphanio autē, & aliis in Oriéte episcopis scripsit, se celeriter Co stantinopolim conferrent. Ipse portò pedestri itinere eò profectus est.

#### CAPYT XIII.

Arua intercessit mora, & Epiphanius primus naui aducctus, ad Septimum venit, decretum contra O- E rigenem scriptum secum ferens: in quo non Origenem ipsum ex-

communicauit, sed libros tantum eius damna uit.Et postquam in eius loci ecclesia precationem peregit, & diaconum consecrauit, Constantinopolim est ingressus: quem Ioannes aduenientem. clero omni honorificè ei obuiam misso, excepit. Ille autem aperte præse, Theophili suasionibus se duci, tulit. Nam admonitus vt in ædibus ecclesiasticis maneret, conditionem eam repudiauit:& in cundem cum Ioanne locum conuenire, Theophilo nimirum gratificatus, renuit . Episcopis etia aduenis seorsum ad se euocatis, abolitionem Origenis scriptorum exhibuit : no ille quidem, quod contra ea diceret, habens, sed de Theophili senten tia reiicere ea tentans. Et reperti quidam sunt, qui sua erga Epiphanium obseruatia decretum id chirographis suis confirmarunt : plurimi verò id facere detrectarunt. Porrò Theotimus Scytharu episcopus, Epiphanium etiam verbis propè perstringens: Ego, inquit, ô Epiphani, nefas esse puto, contumelia cos qui dudum sunt mortui, affi- F cere: neque ita temerè vetustiorum scripta abiicienda censeo. Extra blasphemiam enim non est iudicium illorum proculcare,& quæ ritè atque or dine ab eis statuta, & tempore ipso comprobata funt, abrogare, minimè mihi videtur prudentium virorum esse. Cum hisce verois librum quendam Origenis in medium produxit, atque vbi quam necessaria & vtilia ecclesia in eo essent indicauit: Absurdè, dixit, faciunt, qui hæc calumniari studet. Non enim hæc tantum, sed ea etiam de quibus in libris tractatur, periculosè contumelia afficere videntur. Ioannes Epiphanium, quòd extra ditionis suæ fines cosecrandi provincia sibi vsurpasset, no reprehendit : sed potius viru reueritus, vt secu in ecclesia conventus ageret : atq; etia si placitum ei esset, hospitio domus sue vteretur, hortatus est. Ille autem vtrunque renuit, nisi prius & ipse Origenis libros damnasset, & Dioscorum cum fratribus suis vrbe eiecisset. Postquam verò Ioannes nihil temerè & cupidè extra publicum conuentum agendum esse dixit, & causam talem differendam censuit, obtrectatores illius aliud Epi-

Obtreff ato ram loas opera Jynod<sup>1</sup> frequens epi-Sco porti Con stantinopeli cogitur.

Epipha Conttantine polim resit.

I cănes deră es jaŭ beneru gratia ob miž mittit. Epiphanine consuctudine Ioannis demat.

Epifcopi qui dam decreso Epiphany de abolédu Ori genu scriptu a∬ent iuntur a Theotima Scyticas epi-Scop" Scripta Origenn defenast.

Verbii Thee timi pracla-

hofpetij in plecta respect.

Epiphanin contra lomnem innidi excitant.

Ioannes per Swapionem Epiphaniü, ne in Apo-folorum të-plo, sicuti ci-fituerat, com nëtum agat, deterret.

Epiphanius
Augusta
politectus, agrum cius
stitulum connaliturum
ess, si illa
Longos fratres vrbe exigat.
Augusta
distum hoc
sim videt.

b Longi E-Ridiculè 💇 perperasa di ntur, qua men cogno-CORTUT. ์ Colloquii polithrono Longi & \* Ofunu 1zelvit åuns le lyem und ridly علولا فلا بالم بالم sides us. rudin k. publy täs Bedigion

હેરાઈ જાયા.

illo eadem docerent, proscriberet : Ioannis denique, qui illis coniunctus esset, opinionem & gloriam taxaret atque criminaretur. Hocita illi agebant, quòd eum sic existimarent cu populo conflictaturum esse. Atque Epiphanius eius rei gratia progressus, non longe ab ecclesia absuir, quu Serapion ei ab Ioanne missus occurrit. Audierat is nanque, quæ illi maleuoli suasissent. Proinde illum consilia capere attestatus est, quæ vt illegitima,ei nequaquam profutura essent. Primum nan que, inquit, in ecclesiis meis consecrandi potestatem tuapte autoritate, ministerio tibi eo non comillo, sumpsisti. Deinde ad communionem inuitatus, cam detrectasti. Nunc porrò etiam, sicuti audio, rem indignam incipere cogitas. Cauendu verò tibi est, ne seditione ca de causa excitata, ipse B causa dicenda periculum subeas, veluti turbæ & confusionis tantæ autor. Epiphanius hisce verbis cautior factus, à cœpto destitit. Accidit interea, vt Imperatoris filius graui corriperetur morbo. Et Augusta de puero ne quid humanitus ei accideret, cum timore solicita, Epiphanium accitum, ve pro salute eius oraret, petiit. Et ille, puerum conualiturum esse pollicitus est, si Dioscorus cum suis vrbe exigeretur. Eudoxia autem: Filius quidem, inquit, meus, si Deus volet, viuet. Sin eum qui de dit, auferre constituit, eius voluntas siat. Tu verò si mortuos exuscitare posses, archidiaconus tuus defunctus non esser. Nuper enim admodu Crispion vitam finierat, qui frater fuerat Phylconis & Salaminę, pręclarorum virtute monachorum: hozū autem in historia Valentis meminimus. Crispionem sanè quum familiarem habuisset, in locu eriam archidiaconi Epiphanius euexerat . Ammonius & Dioscorus, hoc sic Eudoxia iubente, ad Epiphanium venere. Et quum illos Epiphanius, quinam essent, interrogaret: Ammonius subinferens b: Longi, inquit, Domine. Cœterum an vn-C quam in scripta aut sectatores nostros incideris, scire percupio. Atque illo negante, rursum Ammonius interrogans: c Quid ita igitur, ait, hæreticos eos censes, quorum sententiam non exploraris aut redargueris? Quod id ita audivisset, Epipha nius respondit. At nos, ille intulit, contrà fecimus. Nam & cum discipulis tuis fuimus, & scripta tua legimus,& ex eis illud maxime, quod anugare, hoc est, anchorarij inscriptionem habet. Quu autem multi conuiciatrices acuerent linguas, vt id proscinderer, & tanquam hæreticum calumniari aggrederentur, nos optima ratione patrem defendi mus, atque illius scripta veluti rectissime composita propugnavimus. \* Proinde minimè conueniebar, vt nos ita indicta causa, veri quadam similitudine adductus reiiceres, quos ipse non condemnasti:aut talem referres gratiam eis, qui tecu funt in rebus bonis & honestis coniucti. Epiphanius hisce verbis ad pænitentiam coniecus, modestius homines & accepit & dimisit. Quum autem non diu quasi sententia sua seipsum damnas, morandu sibi Constantinopoli duceret, aut Deus etiam, vt ego puto, mortem ei suam oraculo indi-

A phanio suggessere consilium. Suadebant enim,

quum synaxis maxima celebranda esset, in di-

uorum Apostolorum templo, vrin id progrede-

retur, & publicitus Origenis libros damnaret:

Dioscorum etiam & sectatores eius, vt qui cum

caret, in Cyprum nauigauit, atque inter nauigan- D dum mortuus est. Et quum episcopi eum ad mare deducerent, & ipse nauim conscendere deberet, dixisse ad eos fertur: Vrbem hanc & Impera toriam aulam, vitæque huius + actionem & fabu lam vobis relinquo:ego verò ab eo, in ciuitatem aliam transire properans. Illud quoque sempiterna memoria dignum verbum protulisse eum dicunt, quòd hodic quoque in auribus multorum personat. Quemadmodum enim Ioannes Epiphanio mortem in mari prædixerat, sicipse illi episcopatus abrogationem prænunciauit. Nam quum inter se ditsiderent, Epiphanius Ioanni dixit:Ego te episcopum moriturum esse non puto. Ad quem loannes contrà: Ego verò, inquit, scio te in Cyprum peruenturum non esse. Et habuit vtrunque hoc dictum euentum suu. Neque enim Epiphanius in sedem suam rediit, & Ioannes paulo pôst throno suo eiectus est. Sicuti hoc historia procedens docebit.

Epiphanina
humanior,
benignior q;
fit longu.
Idem Confiantinopoli
difiedit.
Dicisi cina
celebre.
Epiphany
mors.
† oxoxpiesq.

Ioannes Epiphanÿ
mortem, Epò
phanius 10annu exiliü
pradixit.

CAPYT XIIII.

E



Ostquam Epiphanius discessit, Ioánes à quibusdam certior fir, Epiphaniu ab Imperatoris coniuge aduersus eum excitatu esse, quu varias alias ob iniurias quas subditis illa intulerat, tum maxi-

mè propter vineam illam viduæ Callitropæ. Qua rem Ioannes cum reprehensione carpere prius non desiit: quam illa mulierculæ possessionem suam redderet. Et vt ille in eiusmodi delictis corrigendis ardentior atque in concionibus acrior erat, orationem in ecclesia pro concione habuit, qua communiter in mulieres malas inuectus est. Multitudini autem visum est, orationé eam quasi sub involucro contra Augustam maxime ab eo compositam esse: quæ etiam ab aduersariis eius excepta, ad cam est delata. Et illa maritum statim adiit, & apud eum contumeliam suam deplorauit, iniuriam cam mariti communem esse dictitans. Confestim etiam vt Theophilus adueniret, curauit, atque vt quamprimum synodus aduersus F Ioannem cogeretur, egit. Adiuuabat autem eam Seuerianus quoque Gabalanorum episcopus, dolorem adhuc suum tectuin animo fouens, quippe qui nondum maleuolentiam in Ioannem suam depoluisser, Cœterum siue Ioannes casu quopiam huiusmodi in ecclesia habuit orationem, seu suboscurè in Imperatricem est inuectus, propter eam quæ sibi cu Epiphanio intercessit contentionem, quod affirmare certò non possum: Theophilus quidem profecto no multo post affuit,& multi preterea episcopi,partim Imperatorisiusu, partim Theophili instinctu, Constantinopolim aduenere. Potissimum verò magno illi studio concurrerunt, quibus in Asia à Ioanne legitimè epilcopatus adempti fuerant, quique ei alias etiam ob causas hostiliter aduersabatur . Iam naues quoque quas Theophilus expectarat, ex Ægypto appulerant. Atque vbi Chalcedone Bithynorum congregationnes conuenere, quomo do rem adueríus Ioannem aggredi deberent, con sultarunt. Erat tum Chalcedone episcopus Cyrinus, Theophili popularis, Ægyptius videlicet. Hic

Concionih. foir Loannes effecit, ve Eudoxia 4demptă Cal litrope vidua vineam reflitueret. loannia Ha milia in mu licres malas, in qua obliquè Endo-xiam perftrinscit. Theophilune Costantino polim suecat Multi epifco picontra lo-ลทกะ์ Constantinopoli conveniunt. Eudoxia apul Arca dium Loan-Bem crimi-Belut.

Initur confi lium Chalce done contra Ioanwern. Cyrin<sup>2</sup>, fine Quirinus,

M iiij

Chalcedovëfis epifcopus in Ioannem inuchitur. Sentit is sta sim vin dictam dinină

Hac verba de Assa cio apud So cratem & Sozom.non veperiuntur. Quirini episcopi successor Assa-

Almeniète
Theophilo è
clero, memo
Constantino
poli obujam
est progress?
Fecerus hoc
Alexandri
ni nauta.

Theophilus in ades imperiales dimerris.

Idem ad Quercii suburbanum Chalcedonie naude episcoporii conucatii agit.

Theophilus
Theophilus
Theophilus
Sceti inter
feccilitatur,
† µ0 µ1111nauGp.
\* iv m705noifet.

#887xúpa-60p, A multum illi gratificari studuit, Ioanni quam maximè inimicus. Itaque progressus, loannem conuiciis plurimum proscidit, impium illum, insolentem,& inflexibilem nominans:quibus dicis episcopi sunt delectati. Verum illum parua intercedente mora, ob iniurias eiusmodi diuina vindicta persequuta est. Maruthas enim Mesopotamiæ episcopus, imprudens alterum pedum eius calcauit:vnde ille male habere cœpit, & propterea cũ reliquis episcopis Costatinopolim proficisci nequaquam potuit, quamuisad struendas Ioāni insidias necessarius esse videretur. Deinde autem quü deteriores multo res eius fierent, crus ei à medicis etiam est resectum. Putredo enim inde exorta, ita reliquum corpus inuasit, vt contagione alterum quoque itidem pedem occuparit. Quin non multo etiam pòst, ea ipsa plaga vitam finist: gratiam ea contumeliis, quibus virum lanctum affecerat,accepta ferens. \* Cuius thronum Arlacius recepit.

#### CAPYT XY

Bi verò Theophilus Constantinopolim peruenit, nemo ill'pro recepta consuetudine, ex Constantinopolitano clero obuiam processit:quòd omnibus consta ret, inimicum eum episcopi esse.

Naute verò Alexandrini, & maxime qui frumentum eò aduexerant, congregati, cum faustis acclamationibus cupide eum susceperunt. Et quod ecclesiasticum hospitium auersatus fuerat, in Imperiales quasdam ædes, quæ instructæ ei fuerant, diuertit. Placidiane hæ nominantur. Tum verò nulla librorum Origenis mentio erat , fed ad alia abfurda crimina animos converterunt. Atque vbi multi accusatores conuenere, Theophilus ex voluntate sua rebus dispositis: Constantinopoli in suburbanum nauale Chalcedonis transiit, cui nomë est Agis, hoc est Quercus: quod etiam ad hunc víque diem Rufini consularis appellationem obtinet, splendidă regiam ecclesiamque maximam & celeberrimam habens,quã ille in Petri & Pauli apostolorum honorem construxit, locumque amosonsion, hocest, Apostolatu, sine Apostolorum ædem nominauit. in propinquo quoque plurima monachoru, qui insecclesia cleri munia obiret, domicilia ædificauit. Ibi episcoporum conuentu coacto, Theophilus librorum quidem Origenis no meminit:monachos autem, qui ex Sceti venerat, primim ad ponitentiam inuitauit. + præteritarum iniuriarum se obliturum, neque cos postea offensurum esse pollicitus. Et quu Theophili par tium studiosi, & ipsa synodus, pro ipsis \* per simulationem & fucum supplicum more deprecarétur: monachi ea re seducti,& quod in multoru episcoporum præsentia, etiamsi ipsi iniuria affecti estent, faciendum hoc sibi esse putarent, solitum illud verbum, \* Ignosce, dixerunt . Theophilus porrò non grauate eis indultit, costéque ad communionem admisit. atque ita inquisitio de eis sinem suu habuit. Quod quidem iudicio meo fac. tum non fuisser, si Dioscorus & Ammonius adhuc vixissent. Dioscorus nanque Costantinopoli prius mortuus, in templo Mocij martyris fepul tus est. Ammonius autem breui post, quum syno-

dus adornaretur, valetudine affecta in Quercum D quidem venit:sed illic morbo propter traiectionem invalescente, paulo post & ipse diem suum obiit, atque ibi à monachis suis honorificeest tumulatus. De morte eius certior factus Theophilus,illachrymasse, atque illud propalam exclamas se fertur: 2 Nullum iam este, qualis Ammonius fuerit monachum reliquum : etiamsi ille ipsi turbarum causa fuerit. Cœterum mors quoque ea ex sententia eius cecidit. b Theophilus& synodusipla Constantinopolitanæ vrbis clerum omnem euocauit, dignitatis abrogationem, si quis aduentom differrer, comminata. Illi verò Ioanem quoque, vt causam diceret, ibi adesse, & cum eo Serapionem quoque& c Tigrium eunuchum presbyterum, & Paulum quendam lectorem venire iusserunt.Hi nanque vnà cũ illo rei agebantur. Sedenim Ioannes quum alios quosdam familiares ex clero suos, tum Demetrium Pessinuntium eò misit,& concilio verba hæc renunciari pręcepit:No ego iudicium fugio, paratusque adeò ad dicenda causam sum, si modò qui accusatores mei sint, E cognouero, d & que illi mihi crimina obiiciat prius dispexero. In maiore autem frequentioreque synodo respondere constitui: neque enim tá sum stupidus, vr rem talem subire, & tam manifestorum inimicorum iudicium ferre velim. Grauiter hoc episcopi, perinde atque ille synodo tante minus parêre constituisset, accepere. Et qui ab eo legati fuerant, reuersi ad cum no sunt . Demetrius autem, & qui inanem gloria:n post Ioannis consucrudinem habuere ad virum sanctum rediere. Eo ipso die notarius & cursor expeditus ab Imperatore missi, Ioannem quidem vt in synodum venirer acriore mandato iusserunt: episcopis autem, vt sibi sententia differenda negotium non facesserent, significatunt. Vt autem ille quater citatus non comparuit, iudices illos vt fibi inimicos exceptione summouens, & ad vniuersalem synodum prouocans, illi contumacia viri codemnata, episcopatum ei abrogarunt:nihil in eo reprehendentes aliud, quàm quòd quater euocatus, iudicio le non stitisset.

CAPYT XVI.

Lebs Constantinopolitana vbi circiter crepusculum factu hoc resciuit, ad tumultum maximum excitata, atque ecclesiam ingressa, cum quamplurima alia verba vociferata est: tum Impe-

ratorem conuiciis proscidit, & causam eam iustiori synodo committendam esse censuit. Eis denique qui ab Imperatore vt illum throno suo detraherent, missi suerant, sortiter restitit: atque ibi
pernoctans, in exiliu Ioannem abduci no permisit. Porrò Ioannes, ne quid alterius criminis ei impingeretur, quòd vel contra imperialem iussionem veniret, vel populum ad seditionem commoueret, timens tribus à condemnatione diebus
elapsis, post quam multitudo circa meridiem dispersa, alius aliò in domicilium suum se contulit, il
los fallens, se eorum potestati qui eum abducerent, permissi: & porta Orietali egressus, primum
ad id quod ad Pontos situm ess, is por, hoc est, sacru

Ammonij mors. Dieferi mors.

a Ab inimico Ammonio upraclaram fer
landem,
b Clerne Co

flantinopoli
tanna ad fymodum citatur,
c Emmelue
presbyter:fel
Sozom, cumuchum nou
babet Socra

d Ioannes in dices fibi ini micos reicit, ad concilina influm pronocat, per in ternancies.

tes habet.

e Imperator
Ioannem ad
Synodum ire
intes.
Idem indicium maturari pracipit
Ioanni à fymodo tanquă
contumari episcopat° ab
rogatur.

Populus By Zantine Lod nem in exilimu abduci non patitur.

F

Topunes pro pter respaçxim tersio à condemnatio ne die in eni linm it,

populam ha

Orationis e-

im fumma.

Tunneltee plebia com mete.

Severiana pem Isannis 979 COMC10WE

Iden Ism. nem tanquã Joperbum ho minë taxat.

Plebs reftiionë loamuu ab I 🕽 paratore flazitat.

Obtreffeteresquoque e-im nonnulli fest cut iam de eo Suam molani,

Evilio per Tokan liberorum Impe rialium in baptifme fo Copior & THE SHEET C Eθλυμβά. has so it's TOX S alt I BOITON AS ON-The To and-لان والمناوم legitime cogusti cupit. b leames in Suburbana regione Ma riana refiftis Reflicaism in ecclosiam juā Leāves. Absolui se à condemna tione iniqua rult. Benedictia episcopalio. Oratio Io-

sis in re-

dien suo ad

A (ita enim statio navium illa vocatur) venit, deinde per Bithyniam ductus est. Multitudo hoc moleste ferre, grauiter tumultuari, Imperatore perstringere, nec minus Seuerianum & Theophilum conuiciis proscindere. Ambo enim insidiarum illi structarum autores erant:præcipuè quod Seuerianus in ecclesia tú docens, & condénationem Ioannis tanquam iustam laudabat : etiamsi nihil aliud criminis esfet, quam ob rem ita celeriter Ioannes exautoratus esfet, sufficere tamen vnu hoc, dicens, quod superbus & insolens esset, quod alia quidem delicta Deus hominibus remitteret, atrogantibus autem manifestè resisteret: quemadmodum sacra testaretur scriptura. His ab eo verbis dictis, populus magis etiam factu propter eius indignitatem reprehendit, iramque renouauit. Et tumultu ingeti commoto, homines neq; in foro, neq; in téplis taciti esse potuerunt, sed questibus atq; lamentis cum precibus mistis ad imperialem domum progressi, pastoris renocationem Hagitarunt, eum que videre magnopere desiderarunt, ex cuius ore quotidie aureum (vt ita dicam) lac hausissent. Et quod sæpe fieri solet, non pauci qui hostili erga eum erant animo, sententia mutata, sycophantiis virum eum expeti affirmarunt, cuius paulo antè abrogationem quam maxime concupiuerant.Proinde plures contra Imperatorem & synodum atque ipsos episcopos, in primis verò aduersus Theophilum vociferati sunt. Latére enim eis cum sinistris machinationibus suis, propter multa manifesta indicia, non potuit. Itaque Augusta ipsa, populi precibus exorata . & terræmotu qui noctu factus fuerat adducta, viro suo persuadet, vt sancti viri restitutioni annuat: & Bri sonne fidissimo cubiculario suo misso, ex Proneto Bithyniæ emporio, ex aduerso Nicomediæ sito, loannem reduxit, immunem se & alienam ab insidiis contra illum structus esse testificata:atque insuper eum de cœtero se vt sacerdotem Dei, liberorumque suorum in rebus + divinis doctoré, qui per \* diuinum lauacrum facri partus cum ea societatem atque communionem inierit, reuerituram esse pollicita. Ioannes reuersus, sub vrbe, ad + tansitum, in regione quæ b Mariana dicitur, moratus est, neque ante frequentioris synodi disceptationem atque iudicium vrbem ingredi voluit, vt manifesto appareret, per iniuriam iniquè ei episcopatum ademptum esse. Quum autem ad eum modum ingressum in vrbem proferret, magis etiam plebs est indignata, conuiciis Principes perstringens. Quapropter tanta sibi imposita necessitate, oppido quam inuitus vebem est ingressus. Tum navigantibus Bosporus repletus, & piscatoriis nauibus mare contectum est, & plebs vniuersa ei statim obuiam prodiit, cereos accensos ferrens,& psalmodias ad rem præsentem aptè & eleganter compositas concinens, eumque ad ecclesiam produxit, reluctantem admodum, & affirmantem eos qui sententia sua se inique condénassent episcopos, legitime rursus, pro eo atque par esfer, absoluere debere. Vi autem eum plurima cogentes, in sede episcopali collocarunt, vt pa cem populo ex superiore loco annuciaret & precaretur. His rebus ita ex necessitate quada actis, orationem tum quoque ex tempore ad populum habuit, argumentis cum magna gratia appositis

vsus. Dixit enim, Theophilum per contumeliam D conatum esse ecclesiæ suæ iniuriam facere:perinde atque rex olim A egypti in patriarchæ Abrahæ coniuge infanierit, que mad modum hoc Hebreorum libri commemorant. Et plebis propensam alacritatem laudibus prosequutus, beneuolétiam quoque Principum erga se celebrauit, & multitudinem vt Imperatorem & Imperatricem faustis auspicatisque vocibus ornarent, adeò excitauit, vt orationem ad finem perducere non posset, sed in dimidia cius parte dicere desisteret.

#### CAPYT X YII.



Heophilus in hoc rerum statu consilij dubius, quamus propriam Ioanem calumniari percu-peret, vt qui post abrogationem nihilominus episcopalibus fun-

nihilominus epilcopaupus 1411-geretur muneribus, facere id tamen non audebat. Certò nanque sciebat, se ca re Principes offensurum esse. Illi enim propter vulgi E motum, Ioannem vt id faceret, per deprecationé reluctantem, coegerant. Itaque Heraclide accusatoribus quamuis absentis , iudicium iniuriarũ dedit. Inde enim facilè se ad Ioannis abrogationem peruenturum esse putauit.Heraclides quidem, vt dixi,non affuit: ablens tamen acculabatur, quòd per vim quosdam pulsatos,& catenis vinctos,per mediam Ephesiorum vrbem veluti in triumpho duxisset. Porrò quum 🖈 Ioannis fautores absentem reum agi no debere dicerent: & qui à Theophili partibus stabant, accusationes Heraclidis admittendas, iudiciumque etiam contra absentem dandum esse contenderent , qui episcopali functione indignus esset, rixa inde inter Alexandrinos & plebem Constantinopolitanam exorta est:& quòd res ad coffictum peruenit, multi vulnerati, non pauci etiam cæsi sunt. Proinde Theophilus impetum multitudinis metuens, atque itidem qui cum co crant episcopi, præterquàm qui Ioanni coniuncti erant, Constantinopoli profugientes, ad fua se quisque recepit. Theophilus vnà cum Isaacio monacho hyeme ineunte Ale- F xandriam venit. Accidit autem vt geras appelleret,oppidum circiter quinquaginta stadia à Pelusio situm. Quod autem ibi tum episcopus mortuus esset, incolæ & ciues in locum eius Nilamoné legerunt, virum bonum, & propter virtutem percelebrem, monastica que philosophia preclarum. Degebat autem ante oppidum paruæ casæinclufus, cuius aditum faxis obstruxerat : & quum episcopalem dignitatem suscipere detrectaret, Theo philus ei, vt à le consecrationem susciperet, suasit. Postquam verd eum sæpius pernegantem non expugnauit: Cras ille tandem, inquit, si ita placet, ô pater, quod constitueris facito: me autem hodie res meas agere atq; disponere sine. Vbi postridie Theophilus ad cum venit, pro co atque inter cos conuenerat, & fores aperire iussit, Nilammon: Agè verò, inquit, Deo primim precationem offera mus. Approbauit hoc Theophilus, & orationem peregit. Nilammon autem inter precandum vitá finit:idque tum Theophilus, & qui cum eo foris stabant, ignorabant. Atque vbi plurima dici pars præteriit, & clamorem corum Nilammon non

Loannes inni t nu episcopalibus officius fungitur.

Theophilus adnersus Heraclide Ephefium abfantan. Allio iniu riarum.

\*Sozo.habet, I f sus Heraclida fautores. Tumultus propter id in dicium mter Alexandri nos & plebe Conft antine politanam. Theophilms Se como Suis subducis. Apudoppidio Gau Nilammon me nachne epi-Scopus legisur.

Nilammon elections nom o∬entitur.

Theophilms illum episcopum cosecra re yalt,

Ante comsecrátionepo inter precass dam Nelam mő meritur, Sozo. Ub.8. cap. 9.

a Profetto gnus eft sacerdetio, nisi fuerit ordina tus innitus l. si quanquit C. de epife. & cler. Inviti elim fancti viti fiebant opiscopi. b Theophi-lus male au dit, quòd li-bros Orige-Bis à se damatos legit. Theophilus libros Orige mu prato afsimilat. Socr. Lib. 6. 64p. 12. † Bössvæg. Publicum hominum in Theophilum edium. Com manu omni um in Ioan-Sexaginta episcopi Com stantin opoli congregati, Theophili acta abolit. Serapion Heracles **ન**ુંમુંદ**્રાય.** 

A exaudiit, revolutis ab ostio saxis, mortuum illum repererunt:eumque, sicuti conuenit, coopertum atque compositum magnifice sepelierunt. Super sepulchro eius ciues precatoriam domum condidere, obitulque eius diem ad hoc vlque tempus fe stum læti peragunt. Ita Nilammon mortem oppe tiit:siquidem mors dicenda est, quam sibi ipsi potius precibus votisque exoptauit, a quam vt episcopus fieret, indignum se ea dignitate propter modestiam & summissionem animi esse ratus. Verumenimuerò rebus his ita gestis, b Theophilus ab omnibus damnatus est: qui hominum erga se odium eò etiam magis auxit, quòd rursum citra dissimulationem, reformidans, libros Origenis eos in manibus habebat, quos paulo antè codemnauerat. Et interrogatum aliquando à quopiam, cur quæ antea abolenda iudicasset, scripta rur sum versaret:respondisse dicunt, Origenis lucubrationes prati instar esse, quod varios & bene olentes flores proferat. Quapropter se si quid in eis fructuosum reperiret, colligentem decerpere: si quid autem spinosum se ei offerret, id auersari,& tanquam perniciosum præterire, dixit. Hoc sic Theophilus fecit, non satis Solomonis secum reputans dictum, quòd verba sapiétum tanquam + boum stimuli sunt, aduersus quos calcitrare non oporteat eos, quibus contemplationum & veritatis stimulos sentire contigit. Quas ob causas, in immensa omnium condemnatione Theophilus fuit. Diuus autem Ioannes Constantinopolim reuerlus, in eum amorem & gratiam populi peruenit, vt cupiditate eum è throno suo docentem videndi, magis arq; magis accési flagrarent. Couene runt autem eò propè sexaginta episcopi, qui irrita esse quæ in Quercu acta fuerant, sanxerunt, & Ioannem episcopatum nihil metuentem retinere iusserunt. Ita deinceps episcopalia munia obiens, clerum consecrabat, aliaque peragebat quæ episcopum exequi fas est, ecclesiam quaoptime administrans. Quo tempore etiam Serapionem, pro pter quem multorum in eum odium maximè accensum fuerat, Heraclez in Thracia episcopum fecit.

CAPYT X PIII.

On longe post bellum aliud aduersus Ecclesiam rursum motum est, ab huiusmodi initio. Statua argentea in porphyretici marmoris columna sub nomine Eudoxiæ Augustæ in meridionali

parte ecclesix, pro magni consilij curia, in sublimiore loco chlamyde amicta stabat (non adeò ppè, neque adeò longè à templo cui Sapientiz nomen est.) Latior enim intercedebat via. Ad hanc plausus & spectacula publica saltationum & mimicorum ludorum, ingentesque clamores edebantur. Ioannes autem cum ecclesiz contumelia hzc sieri arbitratus, solita libertate dicédi sua excitata, auream linguam aduersus eos mouit, qui ludicris eiusmodi nauabant: atque in concione quadam vehementer est in eos inuectus. Imperatrix autem priores adhuc dolores in recenti memoria retinens, dicta ea rursum in se contulit: & ira percita, synodum aliam cogi quamprimum cu

rauit. Ioannes porrò vbi id sensit, tantum abest vt D
verba sua retractarit, vt apertius etiam in ecclesia
alia proloquutus, ad iram illam accensus sit, quum
decantatam illam & celebrem orationem in templo ad populum habuit, ciusmodi eam verbis exorsus: Rursum Herodias furit, rursum turbas ciet,
rursum saltat, rursum Ioannis caput in disco excipere festinat. Atq, illud insuper in Homilia quada

cessit tempus, & quum alij plerique episcopi, tum

Leontius Ancyræ minoris Galliæ, Ammonius

Laodicez in Pisidia, Brisson Philipporum Thra-

ciæ, Acacius Berrœæ in Syria, & nonnulli alij an-

tistites affuere: apud quos causa prior renouata

est. Ioannes autem magnum obtinens animum,

petiit, vt de criminibus in mediu productis que-

atque Imperator de more suo pristino in ecclesi-

am non venit:& Ioanni denunciauit,non prius se

in eius conspectumventurum esse, quàm ille se de

obiectis criminibus purgasset. Porto vbi Ioannes

se alacriter ad dicendam causam, quicunque eum

accusaret, exhibuit, aduersarij eius timore capti,

criminari eum ausi non sunt. Et episcopis visum

non est,denuò eum in iudicium trahere, cui qua-

licunque de causa thronus antea esset ademptus.

Et quum de rebus aliis inquirere supersederunt,

tum vt de co foto cautaur toannes diecret postu-

farunt: Cur polt aprogationem eins, synodi deere

to & autoritate non intercedente, ipse sibi episco

patum contulillet, thronumque involan<del>s co</del>nfcé-

disset. Atque voi loannes suffragia sexaginta, qui

cum co communicauerant epilcoporum præten-

dir, Leontius & qui cum eo erant: Sed plures, di-

xere, erant, ô Ioannes, qui te condemnarent. Et ac

cedit, qui hoc fieri prohibet, epilcopalis Canon.

reretur. Et iam natalis Christi festus dies instabat, E

non semper in desira, hoc est, vera gloria odi: alessar autem, hoc est, infamiam dilexi? De Iesabele & sacerdotibus turpitudinis historiam insuper adducens. Quod vbi ad aures Eudoxiæ peruenit, magnopere animum eius ira accendit. Breue inter-

In conciliabulo ifto Ioannes con-

Criminis loco ei obielli 
quòd post ess
autorationi 
eisa, ipse sibi 
episcapalemo 
dignicalemo 
autoritate 
propria ven

dicaffet.

Canonem
Arianum
Iomones re-

Toannes apó-Scopaló admó niferation e Supersedet.

\* a Idem
verbii vfurpawit Am
brofisu apud
Valentinianum saniori
lib. 12. c. 19.
Therma Cb
flantiana.
b Epifopalis
I sanou ad
Arcadium

Tum ille: Atqui is non Ecclesiæ, sed Arianorum est canon, qui quum Antiochiæ aduersus suessis consubstantialis fidei professionem decertarent, F & Athanasio per sycophantiam circumuento, ecclesiam Alexandrinam adimerent, rerum mutationem veriti, canonem istum ediderunt: hoc pre cipuè magno studio agentes, vt ca quæ ipsi contra illum insidiose machinari fuerant, ne scilicet malitia eorum & improbitas deprehenderetur, in disquisitionem non vocarentur. Contra hac verba illi quum nihil dixissent, condemnationis sententiam in eum tulere. Ille decreto eorum cognito, conuentus in ecclesia amplius non egir, sed in episcopali domo tacitus permansit. Quadragesimæ verð diebus exactis, ipso magni sabbati die, missis ad Ioannem quibusdam, Imperator ei, vt de throno tandem à duabus synodis \* exautoratus descenderer, significauit. Ibi magnus ille vir: \* Ego, inquit, à Seruatore ad episcopale munus vocatus, thronum no relinqua. At si tibi, o Imperator, hoc ita visum est, vi me inde deturba. Illi verò, ne graue quicqua rursus accideret metuentes, \* इन्डे चन्द्रे का कार्याट् ि रिवर एके प्रशेष के मार्थ के मेर्ट के मार्थ के मेर्ट के मार्थ के मेर्ट के मार्थ के COL TOTO KAR THE MEN, & BARINED AT & SION ME MOSOP.

Argentea
Endonia
flatua pro
douina Sapientia téplo
Vary generuludicra apud hác fieri
folita.
In ca innehi
tur Ioannes
Endonia na
feitur.

yox, ad mar A

Jeannis fe-(tuores ab Ecclefia feinnelii, fuos fibi commenthe Bais' 10annil a appellats.

Leannita in publico lana an permizi-■ Palchale azentes, ab aduer farin malè acopiantur.

but cielli.

+ intank #-

716 & E LE HYTO

V traque Sa-

cra eschari-

fia species

is loce facts

tiere templi Sapata.

Lullu ybi

**o** plurima

TEN IMA-

tum quidem eum in domicilio manere passi sunt. Quum autem ipse ibi quiete ageret, qui partium eius erant, ab ecclesia, vnde eiecti fuerant, secedetes, ferias Paschales in publico lauacro, cui Constantianum nomen est, celebrarunt. Cum quibus episcopi multi, & presbyteri, aliique ecclesia. stici ordinis, ab eo tempore variis in locis conuen tus agentes, Ioannite sunt cognominati Sacra verò ea nocte, quam luculentus Paschæ feriaru dies consequitur, Imperator episcopis conuocatis, quid facto opus effet, & an ea que fic geterentur, Deo placita essent, interrogauit. Qui vno ore simul omnes exclamarunt: In capita nostra abroga tio seu condemnatio Ioannis redundet. Sectatores porrò Ioannis in eo quod diximus lauacro illu ftrem refurrectionis Christiad lucernas peragentes conuentum, perquam grauiter à Ioannis inimicis, dissolutisque & improbis quibusdam, qui eos aggressi fuerant, sunt accepti. Qua de re quid opus est dicere, quum cá vius ipsius aurea lingua accuratissime commemorare liceat? Qui enim ge nerose ea mala pertulit, verè quoque ca referet. Igitur ad Innocentium vrbis Romę episcopum, de rebus suis scribens, hæc quoque addit.

CAPYT XIX.

Querela 10mmu ad 1 m nacentium Rom.epifcom, queme do fai ex eccloss Confantinobali.

Vomodo verò tandem quæ sic la&a funt,& tragædiam omnem longe superant, explicem? Quæ oratio ea recenseat? Quæ aures sine horroreexcipiant? Quum enim nos ea quæ antea diximus,

prætenderemus, militaris manus confertim ipfo magni Sabbati die iam ad vesperam vergente, in ecclelias irrumpens, clerum omnem vna nobilcu per vim 🖈 eiecit, & armis baptisterium circumuallatum est, & mulieres eo tempore in ædibus sa cris propter baptilmum vestibus depositis, nudæ, præ timore gravis eiulmodi impressionis profugere:neque eis honestum suum habitum,quifæminas maxime decet, sumere, seque amicire permissium est. Multe verò vulneribus etiam acceptis expulsæ sunt.Lauacra ipsa sanguine repleta,& sacri latices purpureo sanguinis colore infecti. Verùm ne in hoc quidem erumna hæc constitit. Sed vbi + lanctum repolitum est, ed milites ingressi: quorum nonnulli, sicuti accepimus, Christianis sa cris initiati non erant, penitius omnia perlustrarunt: & sanctissimus Christisanguis, in tanto scili cer tumultu, in corum qui dicti sunt, militum vestimenta esfusus, omnia denique perinde atque in barbara captiuntate per audaciam acta sunt. Plebs ad solitudinem eiecka, & populus vniuersus extra vrbem egit. Ecclesiæ in tanto die festo vacuæ hominibus fuere: ac plures quam quadraginta episcopi nobiscum communicantes, vnà cum populo & clero preter causam omnem pulsi sunt. Vlulatus & luctus passim in domibus & solitudinibus auditi, & quæuis vrbis pars calamitatibus hisce repleta est. Nam propter immensam iniuriæ tantæ immanitatem, non solum qui cam ferebat,

Tempore Paschali pracipue elim Catechumeni haptisabantur, per hebdomadam totam, sicuti & per septimanam Pentecostes. Beates Rhenanus hoc observanit, in Tertul, annotationes scribes: & te-Ratur hoc wie quoq; catilena folenes, bymmi, & precationes ecclesia.

verumetiam qui nihil tale fustinebant, nobiscum D dolucre:nec qui nostræ opinionis sunt modò, sed » etiam hzretici & Iudzi, & Grzcz superstitionis » cultores, non aliter quàm vrbe vi & armis capra. » Adeò in tumultu & turba & planctu erant om- . nia. Atque hæc quidem audacissime, preter volun ... tatem & sententiam piisimi Imperatoris, noctu » sunt acta, episcopis procurantibus, atque in locis » omnibus militarem manum ducentibus,& belli- = gerantibus : quos non puduit campiductores pro 🛥 diaconis anteambulones habere. Die portò exor- 🕶 ta ciuitas tota extra muros secessit, sub arboribus 🤛 & in syluis, veluti oues dispsæ, ferias Paschalesce- ... lebrates. Hec aurea illa lingua Ceteru eiuscemodi " fructu ipso Paschæ festo die boni illi pastores, qbº ,, animarum cura & præfectura credita est, ci qui à " mortuis resurrexit, obtulerunt. Quid verò pterea " factú? Mandata passim diuulgata, quibus populo " Ioannis nomine & cómunione interdicebatur: q sanè longè diuersum habuere exitum. Plurimum nanque eos qui affligebantur, confirmabat, quæ videlicet Dei lex & constitutio est, & eiusmodi temporibus dispositione quadam præcipuè exercetur.Quapropter & ecclesiæ ipsæ,& eorum qui Ioani cupiebant numerus, in horas augebatur,& incrementum maximum sumebat.

Excufatur Culps om-Bu in epifca pos tyran-nicos,

Interdicitor populo nomi ione Io-

I cannitar K rerò numeruu magis e. tiam magif. q; angetur.

#### CAPYT XX



Bi autem Pentecostes dies aduenit,ª epilcopi rurlum Imperaroré adierunt, eum que verbis hisce sunt aggressi. b Tibi quidem humanorum negociorum admini-

ftratio à Deo, nobis autem eccle siasticarum rerum procuratio commissa est. Itaq; ne tu vel sacerdotibus sacer magis, vel canonibus rectior & aquabilior esse velis: sed nobis episcopis Dei, talium rerū cura cede. Diximus enim antea tibi, & nunc iterum repetentes dicimus, in capira nostra condemnationem Ioannis redundare debere. Quapropter te considerare equum est, ne vnum hominem defendens, non exiguam multitudinem perdas. Hec vbi dixero, confestim ille ad Antistité misit, qui ei indicatent: Accusatores tui F propter iudicium tuum, quomodocunque se id habear,& condemnationis tuę fententiam,capita ipsi sua deuouerunt. Proinde causa tua Deo commissa, ab ecclesia discede. Qui hoc rei est, virorum omnium leuissime, & ad imperium administran dame juber, dum ineptissime atque incosideratissime? Vbi est pristinum illud studium tuum, & ardor, quam tu obtinuisti, qum ex ipsa Antiochia virum tantum euocasti, eique Ecclesiam Christi regendam attribuisti? cuius non solum doctrinam, verumetia virtutem plurimam expertus satis es? Tantum igitur,& tam animo tuo charum virum,temerė adeò ecclesia eiectum, exilio mactas: Ecclesiam Christi rectore tanto orbans? cum quo, iuxta diuinum Paulum, vt comparetur, vniuersus mudus dignus non est? Sedenim te quoque mulier seduxit, miserandumque in modum faciles aures tuas titillando decepit. Quemadmodú enim Eu2 per serpentem, primo generis nostri autori:sic & tibi per sodalitatem bonorum istorum episcoporum, illa clàm venenum immisit. Hæc vbi magnus illo

a Episcopi ab Anadio pe**sunt,** vt leannem extorrem yr be faciat. b Discreta Sunt polisica 🕁 ecclesiastica mu-

Episcopi pro pter loanma condemna tionem seip sos iterum di ris denoment. Expostulatio cum Ar cadio. Arcad) 🗪 Here or exa

Beelefia en gelm.

Discolled
Ioannu ex
Trbe Consta
sinopolitana
Extrema oins ad apisto
pos & amicos madata.
† Ith xoñān
shictou th
tan denna
el trāyua turdas sa
sthap.

Valedicis fancta Olympiadi, & fanctimonialibus eius.

Queritur Io C annes inique fibi iudicium legitimum ef fe denegat ü. Loannes Cucufum ad escilium condemnatus.

m Zộin ngà \* Zộin ngà

Trepidatio tumultuofa multitudinie

A audiuit, no degenerem se exhibuit, sed virum precipuè esse ostendit. Cum episcopis enim qui cum co erant, in divinum sacrarium ingressus, vbi angelo Ecclesiæ,quæ opus erat,commendauit,& ad illos que conueniebat, proloquutus, & vt constan ter fidem retinerent eos cohortatus est, secum ipse, quomodo absque tumultu vrbe egrederetur, dispexit. Iam enim multitudo confluebat, vt eo vi ro orbaretur, haudquaquam commissura. Iumentum igitur quod conscensurus erat, Occidentali porta abduci iussit, ipse autem Orientali exiit. Episcopos porrò & sacerdotes, qui ad eum conueniebant, plorantes atque lugentes admonuit, ne spiritum eius affligerent, sed res præsentes boni consulerent, nec ab ecclesiis discederent. Per + multas tribulationes parandum esse regnum cœlorum, docens. Atque ibi ex illis sermonem eius excipiens quidam: At, inquit, si in magistratibus ecclesiarum permanserimus, necessitas nobis, vt cum ecclesia tibi aduersante communicemus, & condemnationi tuæ subscribamus,incumbet. Tű magnus ille, maius quiddam quam pro hominis captu cogitans, & occasionem schismatum & dissidiorum in ecclesia præcidens, voce summissiore subintulit:Vt quidem cum aduersariis meis comunicetis, concedendum vobis esse duco: vt autem abrogationi mex calculum vestrum adiiciatis, non permitto. Nullius enim rei, cur condemnatione dignus sim, mihi conscius sum. Hæc proloquutus,in sacrum baptisterem ingressus est. Atque vbi ad beatam Olympiadem, eiusque sectatri ces peruenit, vehementer propter orbitatem & an bitionem eius plangentes, confolatus illas est, easque se amplius non visuras esse prædixit. Aliisque plurimis verbis inter tellinandum congestis, poîtremò & illa addidit:Hoc à vobis, inquiens, postremo loco peto, ne quid de solita vestra circa Dei templum, cui assidetis, assiduitate & fide remittatis. Et quicunque thronum hunc conscenderit (haudquaqua enim Ecclesia episcopo prorsus carebit) vt ei ipsi non minus atque mihi capita vestra inclinetis, & dilectionis mez in orationibus vestris memineritis. Talibus verbis dictis, Orictali exiuit porta:nibil aliud questus, quam quòd iniquè contra leges per vim expelleretur, iudicio videlicet sibi denegato, quod legibus, adulteris quoque & homicidis & maleficis daretur. Cæterum ad mare deductus soluit, & celoce paruo in Bithyniam inexhaustum sapientiæ pelagus traiccit:atq; inde iter ceptum prosequutus est, ad oppidulum Armeniæ quoddam, in finibus imperij Romani, ad os Ponti, in solitudine ingenti situm (★ô vindi&a & lex Dei)impiè abductus,Impera . toris literis ad eum locum inhabitandum condénatus. Vernaculum oppidi eius nomen Cucusus fuit.Insidiatorum verò eius manus secum ipsa reputans, populum Dei qui in ecclesia erat, si fa&u id resciscerer, rursum illum prosequuturum, vimque adhibiturum, & viro magno vi rediret, persuasurum esse, alius alium præueniendo, templi postes clauserunt. Vt autem qui in plateis ambu-labant, quique extra templum circumcirca stabat, rem eam cognouerunt, partim quidem qu'am potuerunt celerrime ad mare, comprehésuros se esse bonum pastorem existimantes, properarunt: partim verò timore perciti, fugerunt, seditionem

& tumultum grauem, Imperatoris etiam irā me- D 💎 tuentes. Qui verò ad templi custodiam constiterant, magis etiam magisque exitus ipsos, ad quos multitudo aliis alios inter se protrudentibus confluebat,obstruxere. Et vix tandem ingenti & aduersa repressione turbarum, à tergo postibus imminentium, quarundam etiam saxis fores cofringentium, magna violentia, ædes sacre aperte sunt, & populus confertim ad mare percurrit. Postquam verò illum ibi consequuti non sunt, sed in mari fluctus multa celeritate secantem viderunt, & armati quidă ex Imperatoria cohorte ibi przsto fuere, qui modis molitionibusque omnibus hominum impetum inhibebant,illi veluti re desperata, vitam potius quàm illum amittere optauerunt. Atque vbi orbitatem suam & boni pastoris abitionem vehementer deplorarunt,& lachryma rum vi cum fluctibus decertarunt, mæsti atque flentes, quantum oculis consequi potuerunt, nauiculam intuiti,tandem ægrè in vrbe sunt reuersi, cum eo planctu, quem nemo vnquam à seculo hominum vel vidit vel accepit.

CAPVI XXI.



Llud porrò luctu conturbatus parum abfuit quin præterirem, quod paulo ante discessum Ioannis seu potius in ipso discessu eius factum certo argumento manisestoque indicio est, cum improborum illoru

malitiz & iniquitatis, tum divinz de magno illo viro curæ atque prouidentiæ. Malignum namque conciliabulum illud,quandoquidem cædem etiam eos super alia facinora patrare oportebat, seruum presbyteri cuiuldam Elpidij nomine, quinquaginta aureis dextra eius conducta, ad cædem sancti viri summiserunt. Cuius quum accelerati ad episcopalem domum cursus causam quidam ei forte obuius requireret, cumque vt potuit retineret: ille nullo responso dato, statim hunc ense transuerberat: deinde alterum quoque iugulat, qui ad primi illius ictum exclamauerat. Tertium insuper confodit. Et quum, sicuti fieri solet, tumul F tus & vociferatio exorta esset, ille tamen violenter effugit:multisque eum persequentibus, atque clamoribus signisque denunciantibus, vt percusfor in fuga exceptus comprehenderetur, ex balneo quidam post lotionem casu quodam progressus, hominem comprehendit. Verum & hic quoque confestim pugione ictus concidit,&mor tuus est. V bi autem in partes omnes profugiens, à multitudine,quæ eum circumdedit,captus est, in Imperialem domum eum illa abduxit.& cum ab eo, qui vnus ex illis qui Ioannem odissent esset, tum ab eis qui illum ad facinus tantum produxissent,pœnas sumendas esse flagitauit.Præsectus verò hominem fuscepit, veluti ad supplicium eŭ conseruaturus, clamoremque plebis compescuit. Alius quoque dæmonio agitari se assimulans, pugionem manu tenens ad cædem sancti viri se parauit:sed scelere nondum patrato comprehésus, tanquam ad flagitium id mercede conductus, ad præfectum itidem abductus est . Priusquam aute tormenta illi adhiberentur, Ioannes missis qui cũ eo erant episcopis, supplicio cu exemit, quòd nePopulu as mare procup rit.

Somma o''
plantim or
lutim,

Plures cadà

percu∬or is

batrat.

Alimitem percessor sub

Zom ipfom Ioannes à Supplicio libaranit, eclefie, quit exilium iret.

Senatus cuin antë quidam eo splo die ecclesiam Socrates lib. 6.44. 18. Adversary B endium bee is sectatores am reieceršt. At illi mtra facti io adverfari क रस्त्र्व∫दरकॅं. quess cos rnà com essle fia cibberere rius rolusrist.Seze. bb.8,c. 22. a In templi conflagratio Re (ACTOTRAS 74 OF MEN 2des intatta pamanfit. I cannitarii rdati ipfi ioceady ta

fuiffent.

Zu Isa zili**š m**ißi, reliet.

A minem sua causa pati quidquá vellet.accidit quoque aliud quiddá, quod sanè providentiæ Dei factum extitit, ministri autem cius esse visum est.id hicad terrorem & commotionem hominű præcipitanter audacium & temerariorum, quantum potero exponam. Eo namque die quo magnum ecclesiæ sidus veluti occidens, in exilium abiit, ignis ex medio throno, in quo doctrinæ illa lux considens coruscauerat, à nemine coniectus, emicans derepenté per sacras catenas in sublime proreplit,& eccleliam ex omni parte carplit, eamque prorsus percurrens depastus est:deinde tecto quo que confumpto, ad tergum facrarum edium conuerlus, & vehementi violento que inde vento exceptus, proximam meridiem versus Senatus cutiam, quanuis longiuscule dissitam, inuasit. Cernere erat rem diuinam ferè, & valde admirandam. Flamma nanque veluti animata esset, zdificia que in medio erant præteriens transiliit, ne videlicet proxima quæque carpendo, humanum id quispiam factum esse putarer. Tribusque horis opus tătum, quod longo durasset tempore, materia quidem longè preciosissima, forma auté multo pulcherrima constructum, ad excidium vergens con flagravit. Porrò incendium hoc proserpens, edificiis omnibus in circuitu consumptis, ab adicula ea sola se abstinuit, vbi sacravasa sunt asseruata. Ac ne id quidem absque divino numine sactum esse puto, vt ne calumniatoribus occasio eslet, sacraru rerum iactura infignem sycophantiam suendi, virumque sanctum per reprehensionem carpendi. Flama quæ circiter crepusculum grassari cæperat ad auroram víque, & víterius progressa, materiam quæ reliqua adhuc erat, occupauit & combussit.

CAPYT XXII.

Edenim homines peruersi, quum id quod æquum erat coniicere atq; intelligere inde deberent, occasione potius alia arrepta, Ioannis fautores criminati funt: arque in eos, veluti

illi grassari incendium id excitassent, graviter animaduerterunt:multósque episcopos, nec paucos sacerdotes & clericos, aliosque item qui in Ioannis partibus crant, & cum eo vrbe exierant, statim comprehensos, Chalcedone in vincula coniecerunt. Alij porrò in vrbe passim obambulantes, si quis eis vt Ioannis studiosus indicatus esset, eum quoque citra moram rapuerunt, atque custodiæ mandarunt, & vt anathemate virum sanctum feriret coegerunt. Alios autem quibus ecclesia malignantium exosa erar, exilia, bonorum confiscationes,neces & tormenta varia disunxerunt.Erát auté isti, episcopi & sacerdotes, & monastice philosophiz sectatores. Oportebat etenim pastore bono impiorum manibus tradito, oues quoque dispergi,& earundem cum magistro erumnarum participes fieri. Itaq; alij custodias pximas copleuerunt:alij in vlteriotem missi continenté, vastú traiicere mare, insulas inhabitaturi, quum quidem multis prius tormentis essent affecti. Que verò illis in pfectione aduería acciderint, quæna oratio tragicis verbis exposuerit? Feris enim & improbissimis comissi hominibus, crudeliter & inhuma niter ab eis sunt tractati:neque eis quapia in re est parsum. Et nonnulli quidé præter cómiseration de D omné in via ita tractati sunt. Nonnulli verò sine amiculo clitellarum instar nudis iniecti sunt mulis , haud aliter quàm hostiæ aut victimæ in caput deorsu versum sublati . Despiciétia verò, couicia, ludibria, graues fannas, illusiones, quæ acrius animum penetrát, aut plagas, & alternata flagra, que morté optabilioré reddidere, quæ verba fatis expresserint? Et g in horu pudore & infamia sibi de licias facerér, in lupanaria, atq; alia fœdissima domicilia,& non in honestas ædes diverterüt, alissue idoneis locis hos incluserunt, execratione pleni homines. Quæ tamen parua prorsus & pro nihilo potius isti habuere, quàm vt à Ioannis partibus leiungi se paterentur. Quod si nonnulli eoru pfugere potuerut, nihilominus, iph à leiphis pœnas tumpferüt, ad loca sola inuiaq; & extremas ad oras seipsos condemnantes. Cum feris quippe illi g cum hominibus tá agrestibus & truculétis, habi tare maluerut. Eiusmodi iniuria seu iniquitatem summopere Europæ detestati sunt episcopi. Nam ab corum qui talia admiserant comunione discre E ti,in partibus costituere. Illyrici quoq, & plurimi in Oriente episcopi, factionis Ioannis fuerunt, ecclesiæ autem corpus no diviserunt. Et magno hoc patre defuncto, episcopi Occidentales non prius Aegypti, Orientis, Bospori, & Thraciæ episcopos ad communionem suam admiserunt, quam nomen diuini illius viti in mortuorum episcoporu catalogum retulere. Sed neque Arfacium fuccesforem eius vel compellatione sola dignati sunt. Quin & Atticum, qui arsacio substitutus est, & legationes multas ad eos misit, sæpéque per pacificationem conciliari eis studuit, longo post tépore susceperunt, vbi magni viri nomen sacris tabulis inscripsit. Sicuti paulo post dicemus.

Ioanuit 4 onidam in folos profuge runt locos, Agarim

tatem tulere episcopi occidentales,

Ioannii nomen in cpi-Scoporum albii relatum.

CAPPT XXIII.



Otempore maximo excitato motu, quoniam plebem quietam deinesse per reconstruire præsecus Op-esse publicè pro tribunali de incen faccamerat Senatus curia, que ceps per seditionem nihil moturam

dio hoc,& quæ conflagrauerat Senatus curia, que stionem exercuit, multosque co sub prætextu gra uiter torsit. Quod enim superstitionem Gracam profitebatur, in nostris malis veluti delicias conlectans,& ecclesiasticis cladibus illudens, casu eo delectabatur, & presbyterum quendam cui nomen erat Tigrius, arripuit: eique vestibus derra-Ais, nudo flagris in tergo plagas intulit: & covsque hominem excarnificauit, donec articuli eius soluerentur. Manibus enim pedibusque ar-&è vin dus, quam maxime fieri potuit, distentus est. Tigrius verò iste genere barbarus quidem & eunuchus non ab ipla natiuitate fuit. Et quoniam in herili domo, pro eo atque debuit, seruitutem setuit, præclariorem quam pro serui captu laudem sibi comparauit. Quapropter libertate donatus, propter morum humanitatem & modestiam, multo intercedente tempore ad presbyteri eue aus est dignitatem. Erat nanque moderatus admodum, & æquabilitate vitæ insignis. Erga indigentes, si quis alius, & ipse valde commodus, & in hospites qui ad eum diuertissent, benignus.

Optátů 🕶 bi prafectius quaftionem crudeliter de incendiariia habais.

Presbyter ennuchus. Tigrino esc Saruo presby ter,granisimè co nomiac tortae.

Egregiapres

Entropias
lector quog:
voluti incem
diatins encarnificat?,
†Bodast Rarartivojasous ki(stro,
Entropius
in carcers
enpirat.
Spifing opifico
pi Nomatia
ni femnium
de Entropio.

A Deinde Eutropius etiam lector productus est, cu quasi incendiarius per indices delatus fuisset. Et primum quidem + boiis distétis sepius tortus est, postea autem ei fustibus & clauis ossa comminuta, vngulis deinde membra, latera, & maxillæ con cila, postremo flamma accensam inferioris corporis partibus is excepit. Atque vbi nihil est confessus, post eos qui dicti sunt cruciatus custodiæ inclusus est, quum iuuenis & tenero maxime corpore esfet. Vbi etiam correptis putredine mébris, breui vitam finiit. Verum enimuerò graue mihi non fuerit, somnium quoque quod de co accidit, historiæhuic attexere. Sisinio nanque episcopo dormienti, assistere vilus est vir quidam forma & proceritate illustri, habitu etiam honesto & graui, ad sanctiorem sacrificij aram templi, quod Ste phano protomartyri dicatum est. Consternata ve rò admiratione mente eum esse apparuit, quòd viros bonos non inuenerit, cuius rei gratia totam perambulauerit vrbem:& quòd in tanta proború hominum penuria folus præclarus effet Eutropius. Hac visione propter noultatem rei Sisinius ad stuporem redactus, celeriter consurrexit: & cuida presbytero, qui sub co crat, somniu exposuit:eundemque per vrbem circumeuntem, si alicubi Eutropius quispiam adesset, inquirere iussit. Arque ille coniectura ductus, eum confestim esse dixir, qui nuper diutissime illata in questione sibi à prefecto tormenta fortiter pertulisse ferebatur. Et in ipso carcere diligenter, si quis ibi Eutropius nomi ne esset, inquissuit: quem vbi inuenit, colloquutus cum eo, & Sisinij somnio commemorato flens, vt pro se precaretur, ab eo petiit. Hzc de Tigrio & Eutropio.

CAPYT XXIIII.

De faucta Olympiado diaconista,

Vigiati më-

Sibus in ma-

trimonio vi

das puptias

non attigit.

erit.Serm



N hisce ecclesiasticis calamitatibus virilis admodű animi specimen exhibuit beata Olympias, diaconissa, quæ vel solo nomine satis est clara & manisesta. Facerem verò historię huic iniuriam, niss eius quoque res

C referrem, cuius semel iam atque iterum metio est facta. Sed laxanda venit oratio, vt nos virtutibus quoque eius oblectemus. Genere ipso parentibus præclaris orta fuit, diuitiis, formæ venustate, & omnibus vitæ ornamétis perquá illustris. Et collocata quidem illa viro in matrimonium est, non tamen prorsus virginitatis cœlibatu orbata. Vigin ti nanque mensibus in coniugio cum illo exactis postquam illum ei mors ademit, quanquam ea esset ætate, vt secundas non dehonestaret nuptias, pudicitiam tamen complecti, atque in ea per vită omnem acquiescere maluit. Et cum Imperator eam ad cognatorum suorum connubium alliceret, præmiaque & honores conuenientes deferret, nihilominus ramen illa persequendum sibi esse quàm maxime iuxta ecclesiæ constitutiones philosophandi genus duxit. Proinde delicias omnes repudiauit, alieniores cas esse à præstantibus nobilitate fœminis rata.Et quum abstinentiæ se non cibi tantum, sed & somni , & crassiorum materiæ affectionum seu perpessionum dedisset, tam accuratè corpus exercuit, vt administro illo, non insidiatore vsa sit: pudicitiam verò non modò in

contactu quorumcunque sensuum, sed in mente D. ipfa constitutam habuit. Tum autem cum domina facultatum multarum esser, primum quidam prout sors tulit, petentibus eas distribuit. Quum verò eam hoc sic facere insigne ecclesiæ lumen Ioannes videret (Nectarius enim eam diaconifsam legerat) Consilium sanè, inquit, & institutum tuum, ô mulier, de vanis hisce mundi rebus admiror. At dispensandi largiendique modum tenere eum oportet, qui ad persectæ virtutis sustigium contendit. Ac tu quidem, que habentibus substan tiam tuam distribuis, mari ipsi aquam inferre & mutuam dare videris. Illud autem te maximè spe-Care decet, quandoquidem tua sponte Deo ipsi bonis tuis cessisti, & dominio possessionique pecuniarum renunciasti, ve cas de cœtero veluti diuini iuris factas, rectius maiore cum equitate dispenses, obnoxiamque te rationi reddende, si quid de eis præter rationem factum fuerit, esse scias. Itaque liberalitatem, si mihi obsequêris, peterium indigentia metiĉris.Pluresenim ĥoc modo abundabunt,& misericordiam simul & dispensationis E curam, quam in divina pecunia consectari convenit, conservabis, compensationemque & gratiam congruentem consequêris. Ex eo igitur tempore in solam sanctorum curam opes suas impendere costituit, & liberali manu virtutis amatores prosequuta est, largitione convenienti cum hilaritate vsa. Ac multos illa quidem alios propter excellétem hospitalitatem liberaliter & benigne excepit:in primis autem in Theophilo, amicum illum & charum Deo esse rata, magnanimitatem suam ostendit:quamuis & ipsa improbitatem & contu melias linguæ eius non effugit, ob causam illam, quòd & Dei amantes viros illos Ammonium & Isidorum hospitio excepit, eisque benigne fecit. Et cum qui pie secundum Deum viuerent omnes honorauit, flagrantique animo illos competenti cura dignata, eis inseruiuit : tum præcipuè Chryfostomo patri addicta,& familiaris quàm maximè fuit, tota ex illius nutu & ore pendes, & vestes atque + cibum crassæ huius materiæ expertem, cultumque illum pro eo atq; decuit ritè parans, necnon in aliis rebus omnibus ei inseruiens, & quo- F dammodo perinde atque Thecla altera Paulum consequens. Sedenim incendij huius prætextu & ipsa tum ad præfecti tribunal constitit. Atque illo interrogante, quid ita tandé Christianorum ecclesiam incendisset composito placidoque animi statu illa: No hoc, ait, ô præses, vitæ meæ institutű est.Substantiá enim,quod ipse quoq;nosti,meá non exiguá ferè omné in factorú fanorú structura inſumpſi. Vbi verò ille ſubobſcurè ſe illius vitam scire significaret, Olympias: Proinde iudicis munus, inquit, relinque, accusatorisq; persona sume, & alius nobis detur iudex. c Porrò quonia crimé obiectum testimoniis confirmare non potuit, eamque legitime arguere non licuit, ad alia sensim præsecus transit. Et quasi consiliarij locum sucepisset, eam reprehendit, quòd Ioannis necessitudinem retineret, & propterea ecclesiæ communionem non reciperet : cum ei resipiscenti facile esset, negocio molestiáque omni liberari. Verum beata illa nefas esse dixit, eam que publice per lycophantiam delata,& in iudicio de crimine

obiecto non conuicta esset, ad alterius rei, quz in

Substătiam Suam distri-

Ioames Olympiadi elecmofyna danda modum praferi bit.

Permis eleemofyna dofinata di nini invuelt.

Theophilo
Alexadri
no Olympias beneput
fecit.
Ammonio
quoque Logo, &c. Ladem Ioannis
ministra.
\* ablor lauver ryogon,

Olympias alters The cla,

a Eadem apud Prafeclum tauquam incem
diaria caufam dicie,
b Prodenter
admodams
Prafello ad
obiellimes
refrunda;
e Reiellio
indicis fufpolis,

Continentia

Olympias non per nade tur re com per funter i bus loamie communicet. Eam ob cap fam à Prefeit multis e dicitur. Olympias Nicomedia exulat.

c Obitm

d Monaste-

ry fanct<del>imo</del>

pialium re-

Monafteriö

1000 M4-

ring cognate

sve Constă-

tinopoli relignit. vica. Seditio Con

stantinopeli-

Sergia mo-

nasterý 0-

Miraculum

in cadavere

Olympiada

Brochti. Sepoltura

Olympiadie

tana.

prefes.

gols.

cendam transire. Quod si tibi, inquit, videtur, iube me patronos producere criminum corum, que proxime mihi sunt intentata. Nam si cogere voles, vt me contra leges synaxis & communionis, cuius minime decet, participem faciam: facturam me non esse scito, que eis facere permissum non est, qui piè sibi viuendum esse statuerunt. Præse-Aus postquam intellexit, persuaderi eam, vt cum ecclesia communicaret, non posse: tum quidem ille cam aduocatos fibi querere permifit. Alio verò tempore in ius citatam, magno auri pondere per condemnationem mulchaust : sentétiam eam fuam, ob causam talem, mutaturam esse arbitratus. Verùm illa hæc pro nihilo duxit, neque quidquam de proposito consilio suo remisit. Quocirca Constantinopolim etiam reliquit, & Cizicum, vt ibi degeret,se contulit. Deinde verò ex eo loco ad exilium in Nicomediam Bithynorum est damnata. Abundè verò res necessarias Ioanni exulanti suppeditauit, adeò vt ille ex ea liberalitate mul-B torum quoque inopiam subleuaret, & non paucos ex Isantorum captinitate redemptos suis resti tueret. Ibi cum illa annos plurimos transegisset, tentationumque procellas & afflictiones varias egregio in Deum amore fortiter sustinuisset, pa. tientiæ tandem coronam suscepit. Monasterium quod Constantinopoli constituit, Marinæ cogna tæ suæ relinquens, d eam monasterij regulam inuiolaram conseruare iussit. Fuit id prope sanctæ Pacis & Verbi Dei Sapientiæ pristinum templum & vique ad seditionem cam, quæ Nina, hoc est, Vince dicebatur, durauit. Tum verò Sapientiæ téplo exusto, & ipsum conflagrauit. Cæterum maximo co longe post templo restituto, monasterium hoc pristinam quoque recepit venustatem, atque ad vererem restitutum est dignitatem, Sergia ei præsidente, quæ etiam beatæ huius sæminæ vitam conscriptam reliquit, in qua illud quoque eam commemorantem audire licet: Quòd postquam Nicomediæ sanca Olympias diem suum obiit, priusquam sepulturæ mandaretur temporis eius Nicomediensi episcopo in somnis præcepe-C rit, vt venerandas reliquias arculæ impolitas alto mari committeret, & quócunque locorum illa cursum tenerer, ibi corpus cius sepeliretur. Id ab episcopo factum, & arca ad maritimű locum delata est, vbi apostoli Thomæ delubrum positum est:ab incolis locus is Brochti di&us.lbi diuina vi sione admoniti qui regionem eam incolunt, exierunt, & sacras illius reliquias ad sanctiorem sacrisicij aram reposuerunt, quas innumerabilium morborum cura, dæmonumque expulsione, aliisque prodigiis,quæ lupra hominum opinionem ibi sunt exhibita, Deus dignatus est. Memorie quo que proditum est, postea incursione hostili templum hoc Apostoli incensum este, & quòd reli-

quiæ istæ prope maris vndas sitæ essent, arcam

quidem igni consumptam, iplas autem in fluctus

maris proiectas esse. Quo verò loco ille erant, vn-

dam ipsam cruentam constituse, Deo veluti ex-

hibente martyris illius confessionem. Sergium

porrò, qui tum patriarcham gessit, Ioannem

presbytetum eò milisse: cumque sacra eius ossa

collecta,monasterio illius intulisse, quod ipsa(si-

cuti dictum est) loco medio inter duo Sapieria &

A crimen atque iudicium non venisset, causam di-

Pacis templa excitauit. Presbyter, quem diximus, confirmauit, quum reliquias eas colligeret, magnam vim sanguinis se super eis scaturientem vidisse, adeò vt vestem quoque eius contigerit, atque inde dessuxerit. Eadem alius quoque vidit. Et cum multi consueret homines, sanationes mirificæ exhibitæ sunt, dæmonibus plurimis eiectise quorum vnus talo mulieris incubans, abactus est. Hæc de beata Olympiade.

## CAPVT XXV.



Rant autem aliæ quoque plures eodem curfu cum illa concertátes, eademque erga magnum patrem charitate flagrantes: quarum vna bona admodum fuit, a Nicareta Bithyna,

nobilibus maximè parentibus apud Nicomedien ses orta. Genus ei præclarum erat : perpetua verò virginitate & reliqua vita virtute valde celebris fuit. b Fastu prorsus caruit, humilitate inter cas quæ idem studiú sequebantur, præcipuè insignis. E Ordinem in moribus fermone & vita quotidiana servauit. Res humanas ad mortem vsque divinis posthabuit. Ad fortitudinem quoque composita fuit,& rerum difficultates facillime pertulit.Et 🏚 diuitiæ multæ ei ablate essent, non egrè ei fuit:atque eo quod ei ex illis reliquum fuit exiguum admodum, optimè dispensando ad necessitatem est vsa:cum quidem ad multam peruenerit senectutem, aliisque etiam liberaliter impertierit. Et quu mundiciæ studiosa esset, remedia etiam egregia promptitudine condidit, ad variorum morborum víum commoda, quæ plurimis ægrotis dedit, qui nihil opis & adiumenti à consuetis medicis retulere.Diuiniore enim quodam nutu quascung; aggrederetur res finem bonum illæ capiebant. Atq; vt in lumma dicam,in fæminis quæcunque apud nos laudatæ fuere, non alia reperire fuit moribus, sanctitate & virtutibus reliquis prestantiorem. Et talis quu esset, perpaucis tamen nota fuit. Propter morū nang; modestiā,& mediocritatis studiū, vt latéret potissimű operá dedit, adeò vt neg; diaconissa honore suscipere, neq; sacraru virginu cœ. F. tui præesse voluerit, quamuis ad id Ioannes patriarcha eam sæpe cohortatus sit & excitarit. Talis quoq; fuo ipfius respõdens nomini Nicareta fuit. Sed oratio nobis ad reliquam historiam redeat.

#### CAPYT XXYI.



Ortis ille veritatis propugnator in oppidum Armenie Cucusum abdutus est, ad quod tum multi excurrebant Isauri. Consultò verò id quo que satum puto, vt in sauioru ho-

minum manibusesset, quam illi qui eum eò abduxissent, fuissent. Quanuis id diuina prouidentia ita etiam disposuerit, vt etiam illi qui veritatis lucem no vidissent, per ipsum manu ducerentur. Id quod accidit. Siquide doctrina & factis mirificis multas ibi cepit gentes, episcopos & presbyteros ibi creando, & facras scripturas eos docendo. Sed enim apud oppidum Cucusum Adelphius quidam Arabissi episcopus, visione diuina admonitus, eŭ excepit. Hunc fama est, post Ioannis obitu, N ij Sanationes
mirifica apud eas veliquias.
Damo talo
mulieris incubaus,

Desancta Nicareta virgine.

a Hanc fibi cognisam
Sozomenae
Conftantino
poli quoque,
cum plurimis aliu iu
volütarium
exilium difeefisfe feribis, lib. 8.
cap. 23.
b Abfolotü Chriftiana vita exemplum.

Nicareta medicina pe rita.

In exilioque que l'oaunes Christianis-mu propa-gauit.
Adelphime Arabisti e-pisco, par ec-statum locumu in carlo inquissimit.

Relizade eino Confluo
tinopolino
perlata.
Sergino patrancha Cofluoronolitanum.

quum in mærore ingenti esset, Deum orasse, vt sibi indicaret, quanam sede & statione illum dignatus esset. Atque quum in ecstasi consternatus esset, sanctos quidem omnes circumcirca ordine consisteres vidisse, illum autem in corum numero non conspexisse. Quod vbi grauiter tulit, angelum ei astantem doloris molestia ademisse, atque dixisse, aliam Ioanni sedem, Deo propinquio rem, honorem que prestantiorem, vt vuà cum angelis Deum laudibus vehat, datum esse, ad stationemque cam perspicere non multis permissum esse. Abi itaque, inquit, & animi dolorem omitte. + Quod enim hunc non vides, non propterea is no adest, sed potius supra multos est: atque id excellentis est honoris indicium.Ille sanè, sicuti dizimus, Ioannem excepit. Quæ verò ei in itinere accidêre,tragœdia alia, feu malorum Ilias prorfus funt. Quàm variis enim cum erumnis colluctatus lit, à nemine ea quàm ab iplo commemorante iucundius aut verius quisquam cognouerit. Nam ea quoque mala, aurea illa lingua, ita vt decuit, optimè exposuit. Ad Constantium siquidem presbyterum ex ipsa statim Niczascribens, hzc verbis talibus significat.

CAPVT XXVII.

Scriptum lo annu ad Confătium. presbyterum Flortatur Conftantiă, vt firmue ec clefafticum munus perfecutionis të pore adminifiret.

十分神 川田

فأعدهد فاجوطو

à + #1 zaoA

MI + ST TON

TO Mary State

ARM SAT YOU

per eifi.

Icæa quarto mensis Iulij die soluturus, hasce ad pietatem tuam dedi literas, ad id te cohortans, ad quod nunquam cohortari de sij:quamuis gravior presente tépestate procella, maioresque su gruant, vt ne intermittas ea quæ officij tui ea quam ab initio cepisti administratione,

Ctus ingruant, vt ne intermittas ea quæ officij tui funt, in ea quam ab initio cepisti administratione, adimplere: Græcæ superstitionis exterminationé dico, ecclesiarum edificationes, animarum curam. Neque te supinum aut socordem rerum difficultas faciat. Neque enim gubernator, vbi mare ipsum concitari & furere videt, à nauis clauo & gubernaculis discedit : neque medicus, vbi ægrum morbo corripi cernit, curatione supersedet: sed tu maximè vterque istorum artem suam & prompti tudinem adhibet. Non to ad socordiam redigant præsentia mala. non enim de eis quæ nobis inferuntur calamitatibus, rationem reddemus, quin potius mercedem accipiemus. Si verò ca quæ in nobis funt in ecclesiam non cotulerimus, sed desides fuerimus, nihil nos ea in re adiouabit aut defendet malotum tumultus:quandoquidé & Paulus carcerem incolens, in vinculis officium suum fecit. Et Ionas in ventre beluz marinz inclusus fuit, & tres pueri in camino versati sunt : neque tamen horum quenquam vincula varia ad desidiam redegere.Hęc ipsa tecum reputans,Domine mi, ne omiseris Phæniciz, Arabiç, & Orientis ecclesiarum curam gerere:illud persuasum habens, locupletem te mercedem recepturum esse, si tot & tantis intercedentibus impedimentis, ea que in te sunt eis contuleris. Neque tibi graue sit, creberrimas ad nos dare literas. Nam ficuti nunc cognouimus, non Sebastiam, sed Cucuscum exulatum ire iusi sumus, quòd tibi literas mittere facilius erit. Scribes igitur nobis, quot anno quolibet ædificatæ sint ecclesiæ, & qui viri sancti in Phoeniciam sint missi, & si que maiora accesserint incrementa. Et cum Nicenum quendam mo- D nachum calæ suç inclusum reperissem, ei vt ad pie » tatem tuam iret& in Phoniciam proficisceretur, = persuasi. An is ad te venerit, fac sciam, De Salamis ... regione, quæ non longè à Cyro sita, & ab hæresi 🧀 Marcionistarum oppressa est, acturus cum quibus ... oportuit, & rem omnem rece conformaturus » fueram, nisi eiectus essem. Quod si dominu meu » Cyriacum episcopum Constantinopoli esse cognoueris, scribe ad eum hac de causa, & perficere " is omnia poterit. Cohortare omnes, & potissimű " qui fiduciam erga Deum habent, vt multum&c af- 🗻 siduè orent, vi præsens orbis naufragium con- " quiescat-Intolerabilia enim Asiam, aliasque vrbes ... & ecclesias inuasere mala:quæ singillatim,ne mo " lestus esse videar, enumerare supersedeo: atque v- 🖼 nú illud dico, multa nunc & assidua peropus esse " precatione.In alia rurfus epistola ita inquit.Quòd " li in carcere degitis, catenilque vincti, & cu fqua- " lidis & sordidis hominibus in custodias inclusi e- " stis, propterea quòd istorum iniquitati non con-, sentitis, exultate co nomine & gloriamini, quonia E ingentis lucri hæc vobis occasio sunt. Quandoquidé & nos attriti, consumpti, & sexcentis mortis generibus confecti sumus:id quod renunciare certo possunt, qui breui etiam momento nobiscum fuere: cum quibus colloqui non potui, propter continuas febres, quibus fum occupatus, quibusque diu nocuque afflictus, iter tamen facere necesse habui, astu oppressus, insomnia labefacta tos, rerum necessariarum penuria, curatorumque seu desensorum inopia consecus. Nam & iis qui vel in metallis opus faciunt, vel carcerem incolut, longe duriora & passi sumus, & etiamnum patimur. Et vix tandem Cæsaream ex tempestate in portum venimus. Sed ne portus quidem iste recreare nos ex fluctuum & vndarum erumnis potuit:adeò nos preteritum tempus protius accidit, Verumtamen Czesaream quum venissem, non pa rum sum refocillatus, quòd & puram biberim aquam, & panem non sordidum arque duru sumpserim, neque in doliorum fragmentis lavarim, sed balneum qualecunque repererim, & quòd in lecto tum cubare permissum mihi fuerir. Possem quidem plura istis commemorare : verum ne nimio vos dolore afficiam, in his consistam. vno illo adiecto, + nó debere vos exprobrare eiscasum \* scilicet nostrum desinere, qui nos diligunt. Nam \*\* cum tot habeamus nostri studiosos, tanta potestate & autoritate præditos, neque ea res impetramus, quas \* damnati etiam homines impetrant, vt in amæniorem vicinioremque locum " condemnaremur. Verum quum & corpus erumnas hasce tolerare deneget, & metus Isaurorum " omnia circumuallet, paruam hác & tenuem gratiam obtinere non possumus. Sit eo quoque nomine Deo gloria. Non enim glorificare eum in omnibus desinimus. Sit nomen eius benedictum in secula. Scitis nanque, loca omnia tumultibus & turbis esse plena: nec pro Constantinopoli so- \* la, sed pro vniuerso orbe oratione & cohortatione kopus est. Inde enim initio sumpto, si- " cuti dictum est, malum loca omnia pernadens, ec- 🕶 clesias omnes turbat.Septuaginta diebus in itine- 🕶 re consumptis, aliquando tandem Cucusum per- »

estiques. Curam gerit exclejiarum excl Joan-

Cobortatur ad orationi aßiduam,

Alind Tod no feripeä. Emoltandii im affictionibus. Luxoplas inibus. Arrumna quas itiume pertulis 10annes.

aph. subalkeehi-

† µI referre bradizorres ròs àperarres hµās, Quereta da essig loco, \* uerad wet.

\* THE GLANE

Digitized by Google

uenimus: locum totius orbis, propter solitudiné, »

Elemines fapičtes, turpisudine, no cafa, & delicto fuo, no

sentur. Cic. »

Commendatio ecclefiară

Confolatur

fe amicorum

fidrum egre 22

gia erga fe
charitate,

Non patat fe exulare Isames, dio amici Conftantinopolitani memoviam cius relinent.

B

grauissimum. Proinde reuerentia vestra colligere potest, quæ & quanta pertulerimus mala, insusten tabilibus febribus coflicati, & metu Isaurico citcumuallati. Atquæ hec quidem dico, no quòd velim quenquam cuiquam molestum esse, & petere vt aliò inde transferat. Nam quod durissimum fuit, viæ scilicet erumnam, pertulimus. Sed illam à vobis gratiam peto, ve crebrò ad nos scribatis,& ecclesiarum curam geratis. Et rursus inquit: Quãdoquidem & nos tertium iam annum in exilio agentes, in fame, peste, bellis, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, morte quotidiana, ensibus l'auricis, non mediocriter animat & consolatur affectionis vestræ abundantia, & constantia, & fiduciæ stabilitas. Quapropter etiam si solo & mænibus vrbis eiecti sumus, vera tamen civitate exacti non sumus. Si enim vos ciuitatem facitis, & nos vobiscum semper & in vobis sumus, satis costat, etiam dum hic agimus, vrbem nos illam incolere. In animis enim vestris versamur: & vbicunque sumus, omnes vos vehementes nostri amatores in mente nostra circumferimus.

CAPYT XXVIII.

Arfacine facesfor Los canus

Asfacines
essicit, ve mo
litari manos,
subente Ar
cadir, Ioannita on connésibus suis

melè trafla-

ter.

Exemplum militaris licentia.

Toameta fententiam fuã non mutant. Multi Conftantinopoli discolutt.

Arfaiğ

Pistolæsic habent. Non multo verd post episcopus Constantinopolitanus eligitur Arsacius, Nectarij, qui ante Ioannem episcopatú eum gessit, frater: vir placidus quidem iudi-

catus, & erga Deum maximè religiosus. Gloriz autem eius clerici quidam obfuerunt, qui quicquid voluere, fecerunt, & culpam omnem in eum contulerunt. Deteriorem verò eum multo fecere ca, quæ Ioannis sectatoribus accidere. Postquam enim cum co & cum ecclesia eius, in qua insidiatores & sycophantæ Ioannis multi aliis permisti essent, communicare & orare noluerunt, & suos sibi conuentus in extremis locis & porticibus ciuitatis egerunt, rem eam ad Arcadium imperatorem detulit. Itaque ad eos congregatos quidam cum non contemnéda militum manu missus est. Illi multitudinem fustibus & saxis pulsantes, inde depulerunt. Quicunque autem inter illos ardentiore erga Ioannem animo, & quasi multitudinis columnæ, aliisque preclatiores erant, eos custodia excepit. Et quod in eiusmodi turbis accidere soler, cum res nouæ militibus permittuntur, mulieribus quæ ibi simul congregatæ erant, multis capitis velamenta, aurez zonz, monilia, torques, & ornatus earum reliquus direptus est. Erant etiam, quibus vnà cum infima auricula inaures ablatæ funt.Et cum ingens clamor & luctus in vrbe esset exortus, tantum abest vt illi suum erga Ioannem amorem mutarent, vt etiam ea ex re numerus eorum auctus sit, & ad partes corum plures accessesint. Verumenimuerò publicè illi deinceps non conueniebant: multi verò etiam neque in forum neque in balnea prodibant. Quibusdam etiam do mi manere periculosum erat, qui sibi ipsis exilio impolito vrbem reliquerut, & quò cuique vilum est, concesserunt. Multi sanè & alij honesti bonique viri, sed nó minus mulieres, pari in Ioannem ardore inter se decertarunt : inter quas Olympias & Birhyna Nicareta fuir, de quibus paulo auté diximus. Arfacius portò vbi non longius quàm de-

cem & quatuor meses in sede episcopali vixisset, D diem suum obiit:cu quidem, vt aliquis dicat, nullum viuentis hominis opus peregisset, longo tem pore per frigidiorem naturæ ignauiam & stuporem quasi confectus, nec minus ante naturalem finem præmortuus. Proh pudor, quis cui? inquit Simeon: quasi quidam, vt ita dicam, + vetus truncus, muka principum facilitate, substitutus est? vir octogefimum supergressus annum, tumulo magis quam throno appositus, delirus quidam &desipiens, ad dicendum quidem ineptissimus, ad cogitandum autem de rebus decentibus stupidissimus, ad faciendum verò ignauils imus, parum admodum ab inanimatis dissidens, lecto & angulo dignus:qui quum per seipsum esset inutilis, & populus Ioannis amore teneretur, quòd is ei ex parte altera obstaret, + ingratus prorsus omnibus & + illaudatus fuit. Talis Arsacius erat:& quum bre ui tempore ecclesiæ præfuisset, ita è viuis excessit.

Conferting
successor
Atsacine
cum loanne
decessore
†refanteusp

† niskopy@

CAPYT XXIX.

Ermultis autem ecclesiam ambienti bus, quarto post Arsacij obitū mense ex presbyteris Attico ea committitur: qui in cleri ordinem allectus,

vnus ex Ioannis obtrectatoribus fuit, Sebastiæ Armeniorum ortus, ab adolescentia autem philosophiæ operá nauauit, sub magistris quibuldam monachis Macedonij hærelim lectan tibus, qui tum Sebastiæ philosophiæ suæ officiná habebant. Erat autem Eustathij disciplinæ, quem Sebastiæ episcopum& monachorum optimű ducem fuisse, in superioribus exposuimus libris. Cuius scriptum pulcherrimum quidam elle ferunt, quæ Basilij magni Ascetica, seu Monastica dicuntur. Non hic autem est Eustathius, qui postea Antiochiam est translatus,& propter quem in ecclesia offendicula illa inter Paulinum & Meletium, & Flauianum & Euagriū extitere. Atticus vbi inter + viros census est, Macedonij opinione reie-Aa,ad ecclesiam vniuersalem se contulit, no tam doctrina quàm natura prudens:quapropter in rebus agendis facile quod voluit assecutus est, instruendis simul & effugiendis insidiis dexterita-F te mira. In moribus eius hæ fucrunt illecebræ, vt ferè omnibus gratus & charus esset. In orationibus ecclesiasticis simplex fuit, easque tales edidit, vt neque ab auditoribus transcriberentur, neque omnino doctrina liberaliore & elegantia carerent. Et cu vir summa diligentia esset, opportunum tempus nactus, subinde oratores Grecos celebriores legendo se exercuit. Tum demum, quu idiota seu rudis esse videretur, testimonia ab illis mutuatus, eos etiam qui erudité cum eo agerent, fefellit. Cúmque studiosissimus & placidus maximè erga eiusdem sententie sectatores, tum eis qui aliter quam iple sentirent, formidabilis plurimū fuit. Eis facillime, dummodo vellet, timorem incutere potuit. & rursum totus mutatus, ad comitatem se retulit. Talis ille fuit: sicuti qui eu cognouere, memoriæ madarunt. Eo aute ecclesiam gubernante, ingentem Ioannis studiosi tulere persecutionem, cum quidem maxima & Orientis & Occidentis pars ecclesiæ eius communionem, auersaretur. Quo tempore Ephesij impunitate ar-

Atticus Successor Arsacý.

> Enstathins Sebastiensis.

Afectica
Basily magno.
Lustachinu
Antiochemu.
Atticus en
Macedoniano orthodo-.
kus.
Tick 20 fon
Tikicas.

Atticus Ioannu fo-Clatores perfequutus.

a Ephely per temperii impunitaté episcopos à Lo some ordi natos ecclefiù exigunt. b Illegisima episcop<del>orum</del> substitutio, nulla interueniente do-Etrina Ori sa explorations c Episcopatus pecunia redempti. d Heraeliquatuor in carcere detiment. E unuchum impurum ci В substituent.

A repta, quæ eis visa sunt, omnia mouere & mutare voluerunt. 2 Itaque viros à bono pastore rite, & sicuti Deo gratum est, in thronis collocatos eiccerunt: b eisque profanos quosdam & impuros prorsus homines substituerunt, nulla exploratione manuum impositioni precunte quippe ita vana & facilis ea res visa est, vt ad episcopatum proptissime suscipiendum satis esset, si quis id modò vellet, aut aliquid donaret. c Proinde qui dudum à loanne exautorati fuerant, commodè rerum talium contemptores aggressi, in ecclesias sunt introducti, episcopatu (proh pudor) pecunia redem pro.d Qui etiam Heraclidem illu, quem magnus Ioannes Epheli epilcopum creauerat, luffragantibus ei aliis quoque septuaginta episcopis, ad annos quatuor crudelissime carceri incluserunt : & postea dignitate + ei abrogata, execrandú & manifestum cinædum, detestationis omnis plenum, tribuni Victoris eunuchum, in cælibis viri throno (ô vindicta & patientia Dei)indignissime collo-

† Nemo gradum sacerdoty venalitate precy mercetur Quantu quis que meretur, non quantum dare sufficit, astimetur. Non precio, sed precibus ordinetur antiftes.l. Si quenquam. C. de epifc. & cler.

#### CAPYT XXX.

Flavian Antioche Bi mers.

Porphyrius. vir malus Sedem eius muadit.

1500CA

Vm quoque magno Flauiano, Antiochen

Ioanne aduerlariis non comen

xerat, & ad quietem æternam

-darus fuerat, Porphyrius suc cessit: vir quidam grandeuus, no

minus improbitate veterator, quippe quæ cum illo diligenti cura nutrita coaluerat, quam crate vetulus. Nam vita in libidine peracta, ne tempore quidem ipso quicquam de co impetu remisit, atque in rebus turpibus ipsam quoque naturam vin cere arque superare summopere contendit. Vbi verò eum etiam Antiochenæ ecclesiæ sedis per tyrannidem occupandæ cupido capit, cum vrbs tota more recepto, rempore suo ad spectacula in luco Daphnes effusa esser, Seueriano & Acacio, C necnon Antiocho in amicitiam suam allectis, & administris tyrannicę cupiditatis assumptis (simile enim simili amicum prorsus est) \* prædonum more thronum conscendit, veluti lupus quidam, non pastor: eademque ipsa hora consecrationem ab eis accepit. Adeò autem illis ea res deproperata est, vt receptos ritus plurimos in sacra initiatione pretermiserint. Porrò operum tenebrarum pa tratores, fine suo maleficio tato imposito, postea discesserunt, impudenti sibi fuga consulentes, & per montes inuios ad sua reuertentes. At ciuitas vbi factum id sensit, ignem & materiam aliam incendio apram manibus rapientes& congerentes, ardore scilicet divino & ipsi flagrantes, vnà omnes aduersus eum iere, ipsum simul cum episcopali domo comburere volentes. Vitá nanque eius quàm improba & detestanda esset, non ignorabant. Quod sic agi postquàm ille cognouit,pressdi pecunia corrupto suadet, vt & ipse furotem alium contra pietatiscœtum obarmet. Ilicet armatorum manus contracta,&cohors malorú contra illos coacta est. Proinde illi in conspectum istoru contrà euntium venire ausi non sunt. Interea ingens etiam persequutio excitata est aduersus ec- D clesias Dei, Attici instinctu (neque enim cum hoc quoque communicare quisquam, propter eum quo Ioannem maximè prosequebantur amorem, volebat) iussiones imperiales passim circumferebantur in hæc verba conceptæ. Si quis episcoporum cum Theophilo, Attico, Porphyrio, communicare noluerit, extorris ecclesia esto, & facultatibus priuator.Ex laicis autem feu popula- " ribus qui magistratus gerunt, dignitate excidunto, milites cingulos deponunto. Vulgus autem & opifices auro multo mulcati, exilio, sicuti decet, damnator. Itaque qui sincere honestatem sequebantur, & res præsentes non magni faciebant, ne quid absonum & veræ pietatis instituto indignű committerent, ad solitudines inhabitandas profugerunt. Quidam inuiti etiam communicare cu illis coacti funt, quibus scilicet gloria & opibus excidere magnum visum est. Monachi verò in Sy ria plurimi ab ecclesia seiun di, synaxes & conuétus suos egere:quam ob causam multas etiam experti sunt erumnas.

#### XXXI. CAPVI



Vum ecclesia ita affligeretur 🕇 😜 Vum ecclessa ita affligeretur, e-piscopi quidam & clerici diuino ardore pro Ioanne & ecclessa, cu ius tam malus & miserandus sta-tus esser, stagrantes, ex Oriente tus esset, flagtantes, ex Oriente Romam veterem sunt prosecti,

grauemque tragædiam istam Honorio Imperatori & Innocentio Romæ episcopo commemora runt.Nam post magnum illum Damasum, Siricius quindecim annis episcopatum Romanum tenuit. Ei auté defuncto, Anastasius surrogatus est: qui vbi post triennium decessit, Innocentius locu eius per successionem cepit. Tres illi secum attulere epistolas: quarum vna aureæ illius linguæ erat, calamitates omnes exactissimè recensens: secunda totius Constantinopolitane vrbis cleri comunis:tertia, quadraginta illorum episcoporum, qui communionis & partium Ioannis erant. Eis redditis, tantu in illis ardorem accenderunt, pro- F pter calamitates eas dolentibus, vt ambo ad Imperatorem Arcadium literas dederint, diuturnum in rebus huiusmodi somnum eius reprehendentes. Carpebant verò alterum quoque exilium, quo Ioannes præter ecclesiasticas sanctiones affectus fuerat:oportere affirmantes, si quæ illi vere honestatis & ecclesiæ tranquillitatis cura esser, episcopum in sedem suam reduci: & synodum Thessalonicz, quz in medio è Roma & ex Oriente venientibus sita sit, cogi. Theophilum etiam Alexádrinum, qui omnia ca miscuisset, acciri: atque ita demum canonico, nullisque affectionibus corrupto iudicio, Ioanis causam omnem ritè & ordine decidi. Cuius rei gratia se Italos aliquot episcopos milisse addiderunt, conscientiam bonam & iudicium rectum in cordibus suis obtinentes. Hec sic ad Arcadium Honorius & Innocentius scripsere. Quæ verò Ioanni etiam & clero rescripsere, eiuscemodi verbis continentur:quæ ego ex Roma no sermone vtraque in græcam linguam translata inueni, & historie huic adieci, Epistola ad Ioannem sic habet.

Imperiale fariptom pro Theophile, Attice, Porphyrso.

Pierum Sece∬m. Multi se rebus prafestibus accon medant.

Monach Sanctorii per sequatio.

Orientales de flatu eccle fiarii fuarii & Honoria Innecetium certiores faciont. Rom. Poutifices, Damafin, Siricim, A114fasine, lunc

d Arradiü scripta.

Rettificas rii fententia.

me episcopali Plebs An-Surgit. Porphyriae

a Furtina

& imperfe-Eta Porphy

ry ordinatio

b Risus in

confectatio

tiochena adwerfus Porphyrium iuse contra illä militari ma nu defendit. Atticus persequetiom contra plerasque ecclesias exci-

APYT XXXII.

no ad te dedimus, ne aduersariorum iniuria plus

C'élcientis re Ela per speno inintik coUn Elane. Bens c

Yiri Sanlli B semper assli-lli

tiestia.

Impetet & ad ders Coftan oobtanii epistola.

afflictionib\* confolatio. Dahit Dess bis quoq;finë Et hec olim wi∬e iw

Sanctorum Aflictio.

Ametli innocentem bona omnia expectare, & à Deo milericordia petere coueniat: tamen nos quoque, qui tolerantie malorum sua-Mores lumus, literas hasce, pro eo 📸 atque decuit, cum Cyriaco diaco-

possit quàm bona conscientia, dum in spe cum illa luctatur. Non enim opus est doceri te, tot popu lorum doctorem & pastorem, optimos quosque sæpe arque adeò semper probari, an in vigoro patientiæ persistant, neque alicui dolorum labori ce danr. Et est profecto res stabilis & firma coscien tia bona in malis, quæ iniustè accidunt omnibus, quæ nisi quis patientia vincat, iudiciu de se malæ suspicionis præbet. Omnia nang; sustinere debet, qui Deo primum, deinde sux quoq; confidit con scientiz. Quandoquidem bonus atque honestus vir exerceri ad patientia maxime potest, vinci autem non potest. Nam mentem eius diuinæ custodiunt scriptura. Abundat autem exemplis lectiones sacra, quas populo tradimus: & omnes propè sanctos variis modis & cotinenter malis afflictos « este, cum fide attestantur : quippe qui tanquam in « aliquo iudicio explorati, tandem sic ad corona pa e tientiæ peruenere. Consoletur igitur charitatem a tuam, frater reuerendilsime, confcientia tua, quæ a in tribulationibus solatium virtutis obtinet. Inspi « ciente nanque ipso Domino Christo, in portu pa et cis, pura constabit conscientia. Hæc Innocentius ad diuum Chrysostomum scripsit. Epistola autem ad clericos hæc est. Innocentius episcopus pres-■ byteris & diaconis, totíque clero & populo ecclesiæ Constatinopolitanæ, quæ sub Ioanne episcopo est, fratribus dilectis, salutem. Ex literis dilectionis vestræ, quas per Germanum presbyterum & Cassianum diaconum ad nos dedistis, scena ma loru, quam ob oculos posuistis, anxia solicitudine a cognoui: & quibus ærumnis malisque fides labo-« ret, repetita sæpius lectione perspexi. Cui rei sola patientiæ consolatio medetur. Dabit enim breui Deus noster afflictionibus tantis finem, quas su stinuisse proderit. Sedenim hanc ipsam necessariam consolationem, in initio epistolæ dilectionis vestræ positam, consilium propositúmque ve strum laudantes intelleximus, multa patientię testimonia complectentem. Cosolationem nanque nostram, quam ad vos scribere debuimus, literis ipli vestris præoccupastis. Eam liquidem laborantibus Dominus noster præbere patientiam folet, vt in ip sis tribulationibus seipsos Christi ser ui folentur, fecum ipfi reputătes, cadem antea fan ctis, quæ ipsi patiūtur, accidisse. Sed & nos ex ipsis literis vestris afferre vobis solatiu possumus. Non enim ab eo, vt vobis condoleamus, alieni sumus: siquidem & nos in vobis affligimur. Quis nanq, ferre possit, quæ ab illis designantur, quos maximè conueniebat pacificæ tranquillitatis & cocor diæ studiosos esse? Nuncinsolito more sedibus ecclesiarum suarum innocentes eiiciuntur episco

pi. Quod sanè primus frater & collega noster, epi scopus vester toannes, per iniuriam est passus, cau

sa indica,& crimine neque obiecto,neq; audito.

Quæ verò hee prohibita ratio est, vt iudicij speci-

men non seructur, aut de causa no quæratur? In loD cum viuentium episcoporu alij surrogantur, qua- ... si qui \* ab eiusmodi delictis prorumpunt, à quo- » piam iudicari possint rectè quicquam vel dicere » vel facere posse? Nunquam sanè patres nostros ta 🗻 lia aufos fuisse, sed porius veruisse cognouimus, ne » cui in locum viuentis per consecrationem alium » μάτων δεμιά substituendi sit potestas. Minime enim consecratio siue electio reproba honorem adimere episco 🦐 po potest: quandoquidé neq; episcopus ille esse » potest, qui iniquè substituitur, quoniam hæc con- » tra Canonú observationem sunt. Canonibus por 🖚 rò obsequendum esse scribimus, qui Niczæ sunt » decreti: quos folos confectari decet ecclesiam ca 🕶 tholicam,& iuxta eos iudicare.Sin alij à quopiam 🛥 proferuntur,à Nicænis canonibus dissonantes,& 🐱 hæreticos autores referétes,ij à catholicis epifco- " pis reiiciuntur.Hærericorum nang inuenta catho » licis canonibus non funt annectenda.Semper et- 🐱 enim illi per cotraria & nefaria decreta, patrū Ni- 🐱 cænorum confilium minuere intendunt. Quapro pter no solùm hoc dicimus, istos sequendum no E esse, verumetiá cum hæreticis & schismaticis seu 💂 dissidiosis dogmatibus condemnandum: quem- " admodum antea in Sardicensi concilio ab episco pis, qui nos precesserunt, factum est. Nam quæ sic " perperàm lubintroducuntur, magis damnare con 💂 uenit, quam vt quæ directe contra Canones statuuntur, aliquam habeant, fratres reuerendissimi, 💂 firmitatem. Cæterum quid cotra istos in præsentia agendū? Synodali cognitione peropus est, quā " dudum etiam cogenda esse censuimus. Sola enim illa talium procellarum motus fopire potest : quã vt obtineamus, vtile nunc fuerit, medicinam & opem hanc ad voluntatem magni Dei & Christi eius, Domini nostri, referre. Omnia quæ diaboli inuidia, ad fidelium exploratione funt perturbata,pacabantur. Stabilitate fidei nihil nõ sperare à Domino debemus. Nos quidem multum deliberamus & dispicimus,quomodo vniuersalis synodus cogregetur, vt de volütate Dei turbulenti isti motus compescătur. Itaque interea sustineamus: & patientiæ muro circuuallati,omnia auxilio Dei nostri restitutum iri speremus. Quzcunque verò F vos fustinuisse scripsistis,ea quoque omnia antea, 🛥 quanuis diuersis maximè temporibus, à collegis " vestris episcopis, Demetrio, Eulysio & Palladio, " qui Romam venerunt,& nobifcum fuerunt,per- ឆ cunctatione accurata cognouimus.Hæc sunt, que ... ad clericos ab Innocentio date litera cotinebant: " ex quibus colligere licet,quæ illi fententia & stu- "

CAPYT XXXIII.



dium de loanne fuerit.

🏿 Iteræ iplætales fuere 2. Insuper verò synodi decreto, quæ loanmis causa in Italia coacta run, in manus recepto, Dei amans b Æmylius Beneuenti episcopus, Ca thegius, & Gaudentius, cũ Valen

N iiij

tio & Bonifacio presbyteris, Roma Byzantium profecti sunt . Sequebantur eos Cyriacus & Demetrius, vnà cum Palladio & Euly sio, qui Ioannis partium studiosi eò venerant, & tragœdiam malorum omnem illis expoluerant. Quum autem in

Substituiter.

Soli Nicani

Hareticori

Siafica disidia sopiune. Synodus à Do paenda

oishovne in WISLOW. Patienda ் இளைக்

a Synoden g pter leänei in Italiacoalla. b Legati Ro ma Constan tippolim miße.

Sozo faribit, epos quinq;, or preshyteros duos eccle sie Rom. 4d Honorius Arcadiŭ esse missos, qui le com & tem pm fynodi co geda peteret. lub.8.ca. rls. Eudonia dolo g excipiuntur. d Athyras Suburbana Constanti mepolis regio. e In vincula comiiciantur. Torquentur.

Litera eich B viatică adimuntur.

Agitur cü cu
ve trib millibus aurcovum receptu,
cum Attuo
comunicent.
Coditione că
illi respuent.

Rebut infoftu Roman C reserranter.

Arcadino Jocors. Græciam peruenissent, in manus tribuni cuiusda, qui insidias eis tetenderat, inciderut . Non enim latêre potuerunt fæminarum pessimam Eudoxiam legationis eius mandata. Et quòd corum sententie seu consilio, qui legationem eam miserant, arte quadam aduersaretur, actiones corum contrariis actionibus præuenit. Quapropter Thessalonicam illis videre, atque Papæ literas, quas ad eiusvrbis episcopu Anysium ferebant, reddere permissu non est. Sed duobus nauigiis impositi, postquam in vnum ex suburbiis Constantinopolitanæ ciuitatis, d quod Athyras vocatur, peruenerūt, per vim in custodiam sunt coniecti:quibus per ca lumniam obiecum est, quòd ditionem alienam vltra terminos suos turbarent,& cum Orientalis imperij contumelia ibi adessent. Romani igitur. & Cyriacus episcopus, quique cum eo erant, seorsim quisque in custodias inclusi, torti sunt: & erumnis plurimis affecti, vt literas flagitatas proferrent. Postquam autem illi se eas non prius daturos esse affirmatunt, quam Imperatorem vidissent, vt pote ad eŭ legati: postremò Valerius quidam, ex feritate & temeraria audacia nomen & celebritaté aucupans, episcopi vnius, apud quem literæ erant, pollice fracto, scripta ipsa & vascula quædam, adhæc quicquid illis ad res necessarias parandas crat argenti, ei cripuit : id quod ille non sine maligno cosilio fecit, vt sumptibus omnibus spoliati, facere aliquid illi, quod prohibitú est, necessitate adigerentur. Postridie eius diei alij plurimi affuere, siue ab ipsa Augusta, seu ab Attico misi: qui ab illis petierunt, vt tribus millibus numorum aureorum receptis, cum Attico communicarent, loannis autem causam despicerent. Hoc illi se facturos prorsus negarunt. Accidit enim diuinitùs quiddam, quod eam rem prohibuit. Nam vni ex Æmilij diaconis, Paulo nomine, viro casto & moderato, diuum Apostolum Paulum apparétem dixisse ferunt : Videte quomodo accurate seu circumspecte ambuletis, dies enim mali sunt:promissam forte fraudem sic inhibentem. Sedenim quum illi promissionem seu conditionem oblată nő reciperét, fed reditű in Romaná vrbem precibus peterét: Valerius, qui egregiu illud viri optimi facinus in pollice patrauit, ad male agendum strenuus,immundo & vetustate squalido nauigio eos commissos, exitium eis struens videlicet, Romam reverti iussit. Illi cum summo periculo navigantes, zgrè Lampsacum appulerunt. Inde naui mutata, quatuor mensibus elapsis Romam peruenere: & apud Innocentium Papam fingillatim quæ eis accidére, renunciarunt : nihil scientes, quid vel Cyriaco eiúlq; comitibus, vel Ioanni ipli acciderit. Hæc tum segnem Arcadium latuere, id quod postea animaduertere licuit. Hisce verò de causis Înnocentius Romanus epifcopus plurimùm indi gnatus, epistolam compositam ad Arcadium, Atticum & Theophilum dedit, qua illos excommunicationi & exautorationi subiecit : quum quide cognouillet, non multo post patrem illum morté oppetiisse, in longius exilium abductum, quemadmodum paululu progressi exponemus. Episto-

CAPVT XXXIIII.

la verbis huiulmodi conscripta fuit.



Ox fanguinis fratris mei Ioannis D clamat ad Deum contra te,ô Im » perator, ficuti quondam Abel iu » fti contra parricidam Cain: & is « modis omnibus vindicabitur. »

Necid modò admissiti, sed etia ... pacis tempore persecutionem magnam aduersus " Deum & ecclesiam eius concitasti. Eiecisti è thro » no suo, re nó iudicata, magnú totius orbis doctorem, & vnà cum eo Christum persecutus es. Neg; " de illo ita queror (fortem enim, seu hæreditatem " cum sanctis Apostolis in Dei & Seruatoris nostri 💂 Iesu Christi regno consecutus est) quanuis intole " rabilis iactura ea sit : sed affligor propterea, ppti- " mum de animarum vestrarum salute, deinde de " eis qui sapiétissima spirituali & diuina doctina & 🛥 institutione eius orbati, same verbi Dei conficiun " tur, sum solicitus. Non enim ecclesia tantum Con " stantinopolitana mellite illius lingue iacturam fe " cit, sed & orbis sub sole totus ad orbitaté redactus ... est, viro tam divino amisso, persuasione vnius mu lieris, sabulam hanc & spectaculu exhibentis. Ve- E rùm excipiet illa & præsentem hic pænam & fu- " turum sempiternum supplicium no post multos "
hosce dies ei adueniens. Tametsi enim beatus " Ioannes vitam reliquit, fide servata, & fluctuanti- " bus cofirmatis: in æterna tamen secula sempiter- " narum deliciarum & immortalis vitæ hæredita- » tem est cosequutus. Noua autem Dalila Eudoxia, » quæ paulatim te erroris seu seductionis nouacula » totondit, execrationem ex multorum ore fibi ipfi » introduxit, graue & quod gestari nequeat pecca- " torum pondus colligans, atque id prioribus pecca » tis suis superaddens. Itaque ego minimus, & peccator, cui thronus magni apostoli Petri creditus » ell, segrego & rencio te & illam à perceptione im » maculatorum mysterioru Christi Dei nostri. epi- » scopum etiam omnem, aut clericum ordinis san- » Etæ Dei ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea . vobis aulus fuerit, ab ea hora qua prælentes vincu = li mei legeritis literas, dignitate lua excidille, de- » cerno. Quod li, vt homines potentes, quenqua ad » id vi adegeritis,& canones vobis à Seruatore per sanctos A postolos traditos trasgressi fueritis, sci- F tote non paruum id vobis peccatum fore,in hor- 🗢 renda illa iudicij die: quum neminem huius vitæ » honor & dignitas adiuuare poterit, arcana autem » &abdita cordium fub oculos omniŭ effundentur 🗩 atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno » Ioanne in thronum episcopalem produxistis, etiá » post obitum exautoramus, vnà cum omnibus qui » consultò cum eo communicarunt episcopis: cu- » ius etiam nomen sacro episcoporum albo no inscribatur. Indignus enim eo honore est, vt qui 🖈 » episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis si- 🔊 quidé plantatio, quæ à Patre nostro in cœlis plan- » tata non est, eradicabitur. Ad Theophili abroga- » tionem addimus excomunicationem, anathematismum, & absolutam à Christianismo alienatio- ... nem.Hæc Innocentius pro Ioanne pugnans scri- " psit. Neque verò etiam Atticu, qui post Arlacium thronum magni illius inuolauit, non accusauit. Verum vt ea res composita postea sit, historia loco suo ostendet.

Litera Inno centy pape, quibus Arcadiü, Atticum Gr. anathemati fubycit Ioanes re Granfa idilla damuatus.

Sümum me lü Eudoxia minatur, Cum Ioanne defunctio optimė actum, Eudoxia altera Dalila,

Excommonicatio,

Ligandi vio

Extremens Christi indi

Arfacius defunctus es antoratur

\* poixinoae
74 iwiaxewir.
Sairum epifeoporum al-

CAPPT XXXV.

Hini Thra A ci**å vaftant,** Ifami Pha nican & Ca ria m † AL.Hul-H wldat † Huldas Stilico Ipera tores fratres belle inter se committees policie. a Alarichus Gathan Ro dux copiarii. Theodofio u nit operā in bello comera Eugen.grito. b louisus Illy vici prafect?. \* Hoc Soz. B 9549.4. c Alarich Greciã 🛷 Dalmatiam rastat. d Honorius \* Stiliconers 7 Italiaretinet e Retivet le rarfum ibi Honorium, Coftatinopolim ire volem tem. f Theodofine Arcady file popillas. Тутаннів Căfătini 4pud Arclate. Labarum. h Stilico filio Juo Eucherio Oričtale im perië parate contendens, भारते होंगे का दे militibus tru cidator. i Quidă fori ptores Roma ગાર્જિયુ; દાજાદાંdatum effe tradunt, k Aleriches romžobsidet. Sozo.Alari-chë prefiditë militan frequis ad amni Tyberien colleca Jedicie למציים, מווי ne occupato. Sozo.lwisteas Tobselle. l Portus O-

flienfes.



Adem tempestate, sicuti in omnibus episcoporum dissensionibus reperire est, res etiam publica tumultibus successiones ni nanque mu mangerunt. + ni nanque Istrű transgressi, Thra

Holdam ducem habentes. Et Isauri quidam prædones perquam feri, ingenti coacta multitudine Phœniciam atque Cariam, & quæ in medio sitæ sunt vrbes, excursionibus extremisque cladibus vexarunt. Stilico quoque Honorij socer, opúmque & copiarű illius omnium dux, vix fummus, fimul & Romanoru & barbaroru ad nouas res spectantium studia sibi consiliata habens, cum præfectis eorum egit, & committere inter se Imperatores tentauit. Atque vbi, 2 vt Alaricho Gotthorum duci ducendarum Romanarum copiaru dignitas tribueretur, suffragio suo effecit, in Illyricos mouit: b & eo Iouium quendam præmisit, re ita compolita,vt & iple cum Romanis arcadij du cibus congrederetur,&regionis etiam eius populos Honorij imperio subiiceret. Alarichus autem exercitu ex Dalmatia & Pannonia terra barbara suscepto in Epiruvenit: ★ Græciaq; c & Athenis captis, vicinam quoque Dalmatiam vastauit.Deinde Illyricum ingressus, atque aliquandiu ibi mo ratus, per Alpes in Italiam rediit: Stilicone angustias earum illum transire 🖈 permittente, vipoto qui insidias Imperatori struerer. Postea Alarichus cum inde proficisci vellet, d Honorij literis, ne cœ ptum iter persequeretur, prohibitus est. Deinde verò & Stilico Honorium impedinit, quo minus Constantinopolim propter fratris filij cură concederer, vr fideles præsectos ei constituerer, qui non ita pridem pupillus factus fuerat: veritus scilicet ille, ne propter teneram etatem f Theodosius puer aduersi quicquá pateretur. Impediit hunc igitur Stilico, necessariò eum in Italia manere debere dicens, propter proximam g tyrannidem apud Arelate à Constantino excitatam. Hoc cum illi perfualisfet, alterum ex sceptris, seu vexillis po tius arripuit, quod Romani + Labarum vocant: simulque quatuor militum ordines, & Imperato-C ris literas, quibus ei profeccio Orientalis permittebatur, accepit, atque in expeditionem se dedit. h Vbi verò fama increbuit, tyrannidem illum filio Eucherio, eis adiuuantibus, qui cum potestate apud ipsum erant, parare: milites seditione mota, primum Italiz & Galliz przfectum, aliosque qui bus imperatorij magistratus commisi fuerát, necarunt:deinde paulo pòst Rauennæ à militibus & ipse Stilico, mox etiam filius eius Eucherius iugulatus est. Atque isti quidem, quòd aduersus Imperatorem conspirasse deprehensi essent, ad hunc modum interiere. Post corum autem interitum, qui cum illis fuerant barbari, ei quem diximus Alaricho Gottho coniuncti, k Romam expugnare aggressi sunt. Ibi Alarichus de pace oratores ad Honorium milit.quá vbi non obtinuit, aliis quoque multis barbaris addu@is,Romanamvrbe ob sedit, & Tyberim amnem qui per vrbem mediam fluit, + cohibens, ne res necessarie ex portu in vrbem importarentur, effecit. Portus autem maxi-

\* Similitar hac ita dicuntur apud Paulum Dicc de ipfo Ala-richo: Qui quum discedere roluisset, Honory literis retentan est, scut ipse confessus est.

mum nauale Romanorum est ( sic enim illi naui- D um stationé appellant) tres habens receptus, amplitudine paruam referens vrbem. m Cum igitur annonæ penuria, fames simul & pestis exorta esset,& iam serui ad Alarichum transfugerent,Romanis senatoribus Grece superstitionis, vt in Capitolio & templis omnibus n sacrificia sierent, pla cuit.º Acciti autem Thusci quidam, tonitru & ful minibus se barbaros inde propulsuros esse polliciti sunt.Nam id illi ad vrbem aliam, cui nomé 🖈 Larniæ, fecerant: quam vrbé Alarichus obsessam non cepit. sed consiliu coptumo; id frustra fuit P. Siguidem qui rectam obtinebant mentem, vindi Ca diuina Romanos hæc pati existimarunt, ppter ingentes delicias, & quas exhibebant libidines. Id quod aliquando ipse quoque Alarichus ostendit. Nam bono cuidam q viro eum cohortanti vt Ro mæ parceret, neque tot malorum autor fieret, dixisse fertur, inuitum se eam rem aggredi. Cotinuè enim quendam sibi imminentem, molestum esse, Romamq; vastare inbere. Quod etiam tandem se cit 1. Ac tum quidem pecunia accepta, obsidioné E soluit: quum Romani pacti cum eo essent, Imperatori se suasuros, ve pacem cum eo iniret. Et legatione missa, qui Alaricho aduersabantur, impedimento, ne pax ea constaret, fuere. Atque Innocen tio legatione obeunte, imperatoris literis persuasus Alarichus, ad Ariminum vrbem concessit, que ducentis & decem stadiis Rauenna distat 1. Ibiq; cum co è muro colloquatus 'Iouius Italiz præfe Etus, petitionem eius imperatoris ostendit, debere eum per literas ducem præfici exercitus vtriusque censens. Atque ille alia quidé ei concessit: dignitatem autem eam vt conferret, nondű statuit. louius incosultò imperatoris decretum Alaricho legi iussit. Itaq; ille propter dignitatem sibi dene gatam, perinde atq; iniuria affectus ellet, indignatus, tuba classico cani iusso, Romam contendit. Io uius autem metu percullus, ne in suspicione, perinde atque batbaro faueret, apud imperatoré incideret \*, imprudentius etiam q antea iurisiurandi sacraméto suos adegit,ne pacem vnquam cum barbaro facerent. Porrò Alarichus dignitate con- 6 tempta, nihil Y amplius quod Romani haberent F petiit.Et vbi bis episcoporu legatione missa, quod postulauit, non impetrauit, Romam rursus obsidione cinxit 💆 : portúque capto, Romanos vi,vt Attalum, vrbis tum præfectum, imperatoré crearent, coegit. Id illi fecere 2. Attalus auté, cum Romanis multis magistratus concessit, tum Alarichú vtrarúmque copiaru ducem fecit b, Adaulphumque coniugis eius fratrem præfectum + equitum constituit. Et multitudine convocata, splendidam ad cam orationé habuit, patria iura inuiolata fena tui se coleruaturum, Orientémque vniuersum & Aegyptum Italis subiecturum pollicitus. Atque 11 le sic elatus,non integrum imperauit annu, quòd Alaricho, vt Honorij militiæ duces exautoraret,

† Aded fames Roma invaluit, ve homines pro firmmeso cafta-eis venentur. Creditum quoque est amoldam humanis camilas - 2 ir. Creditum quoque est, quosdam bumanis carnibus no abstinuise. Sozono.

§ In logatione posteriore Alarichus petÿt, vt in societatem bel li à Romanu susciperetur: 👉 re sibi cum mediocri frumenti pensione loca aliqua,qua Romani non magnifaceret, incolenda darentur.

m Fames pestiu in rrbe Rom. » Sacrificia Remani ido lolatra in tëplu inflicaüs o Thuseisful minib<sup>®</sup> se ho st abatturos pollicentur. \* Videtur le gendum Nar we. P Vindicta dimna vrbs Rom, objessa d direpta. Lamiam So zome. Thu-scie oppidum effe dicit. q Monacho. Sozom. r Romani ob sidionë Gotthicam auro Divinit' ad affligedä Ro mā infligat" Alarichus. Innocentius apud Alarichi Orator. ∫ Petit Ala richiu ducem ∫e Romanarii copiarum constitue. t Ionine Italia prafett. prudetet Ala richo dignica tem cam de-ष्टलुक्डक्क रहिंद indicat. x lurarüt hi per falutë im peratoris. y putingu-MAIOIS THY xAvev. ζ PortmR0 ma. capitur. a Attalms imperator creator. b Adaulph" mesticorni prufectus, † Ques deme

ficos vocant.

Sozem.

a Attal ab Honorio ad imperij focie saté inuitatus, infoletif simum dat responsum. b Alarichma fibi Hono -c . Attalus or duces ei se Honorio dedunt. Sozo. lib. 9. 64.8. d attaliext lium. Adaulphi ca des. Nam apud Barcinone fraude suoram oc cifus est. Paul. Diac. e Idaliquan B to post faction cum iteră re bellasset. f Alarich® dennò cum Honoria transigie. g Sarm prafectus milisum Alari chum pralio vincit, 🕁 Rauenna eŭcit. Prima direptio vrbu Rom. à Got this facta, . An Chrifi.412. De hoc ad fi në huim lib. ex Procopio annetatio Baptifie E • gnaty reperitur. h Alarich Remă capit o diripie. i Teplo dini Petri,et qui ad id confugi∬et ,parcere milites subet. lz Alarici mors. Honorius barbaris Ro må incolere permisit. Alarichus Galla Placi diä Honory fororë Roma espiä, A-shanlpho vxorë dedit: quablăditiis juis apud ma rith effecit,

A non paruerit 2. Et Honorius oratores ad Attalum misit, eumque ad imperij societatem, si arma poneret, inuitauit. Ille id respuit : & Honorium insu lam incolere, privatám que vitam, si vivere vellet, deligere, summorumq; corporis membrorum am putatione salutem sua redimere iussit. Alarichus vbi Attalum nó fàcilè vel sibi vel necessariis aliis parêre animaduertit b, ab Honorio sibi metuens, clàm cum eo conditionibus acceptis, de reconciliatione pactus est. Atque omnibus ad vrbem Rauennam cogregatis, Alarichus Attalo persuasit, vt imperij infignia, ducé sque eius cingulum qui sque deponeret. Honorius veniam omnibus dedit, ita vt quisque quem antea habuisset honorem obtineret, & dignitatem . Attalus ad infima tribunalis subsellia positus, vbi se Honorij potestati permilit,poltea duobus tatum digitis ei amputatis d in Liparam insulam deportatus: Adaulphus à fa miliari quodam suo ente postremò necatus est f. Alaricus autem non multo post Alpibus (locus is circiter sexaginta stadia à Rauenna est situs) occu paris, de pace cu Imperatore egit g. Et Sarus quidam, qui post Stilicone præsecti militaris dignitatem ab Honorio acceperat, in arte bellica summè exercitatus, & Alaricho iplo propter priores inimicitias suspectus, quod minime sibi bono futura esse pacta inter Romanos & Gotthos fordera arbitraretur, circiter trecentos sui studiosos viros fortissimos secu habens, subitò Alaricum aggressus, non paucos ex militibus eius occidit: &vi ctoria in prælio potitus, Rauenna eos eiecit h. Eá ob rem Alarichus ira percitus, Roma obsessa, pditione cam cepit: suosque Romanoru opes quan tum possent diripere,& domos expilare, atq, vni solum i, in quo apostoli Petri tumultus est, templo, quod ingens & amplu est, parcere iussit. Que res in causa fuit, ne Roma omnis funditùs interiret. Quum enim eò propter timorem quampluri mi confluxissent, ob Apostoli reuerentiam seruati,vrbem denuò ædificiis restaurarunt k. Ille porrò quum Campaniam vastaret, morbo interiit. Et cum barbaris pace facta Honorius, vt Romã mul ta perpessam mala, communiter cum aliis incole-C rent, cis permisir: camque rem manu simul & ore magnopere applaudens coprobauit 1. In eo bello mulier quædam maximum exhibuit pudicitiæ specimen. Quòd nanque & æratis flore & formæ

† Ad reliquas imperij Rom. clades accessit, quod Gildo comes Aphrica Theodosio defuncto, Libyam, & bonam Aphrica par-tem per syrannidem occopanit. De quo in fine huius libri, annosasio

Attalus Gotthorum instinctio dennò in Galliu tyranidem arripuis. Qui deinde a Gotthu ipfis captus, Constantio deditus, 😙 ab Honorso Rome in triumpho ante currum ductus, in Liparaing deportatus est .

Dumbac aguntur in Iebus, terribilu de occidente rumer affertur, obsideri Romam, & auro salutem cousum redimi, spoliatosque vurfum cruciari, rt post substantiam vitam quoque amotterët. Ha-vet von, & singultus intercipiumt verba dictantu. Capitur vebs, qua totum capit orbem. Imò fame peryt antè quam gladio. Et wie pauci qui caperentur, inuenti funt. Ad nefandos cibes erupit esurientium rabses : & sua invicem membra lansarunt , dum mater non parcie la Elenti infantia, & recipit rtero, quem paulo ante effuderat.

Quu cladem illius nollu, quu funera fando Explicet, aut possis lacrymu aquare dolorem? Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos. Hieron. ad Principiam.

ne vitrò ipse a Romanu pacem peteret. Diac. l'In direptione vibis fæmina pudicissima mori maluit, qu'am à milite constuprari.

venustate præstaret, ex Alarichi militibus iuuenis D quidam pulchritudine eius,quũ eam vidisset,captus,ad concubitum eam solicitauit.Quum autem illa piaculum id aduersaretur, miles ense stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertas, per misericordiam summum tatum collum vulnerauit·Illa verò cruore diffluens, iugulum ferro subdidit:melius sibi esse rata, vt cum pudica mentemortem oppeteret, quam cum viro alio concumberet . Et postquam ferocius etia barbarus illam aggressus est, plurimumque cam oppugnan do nihil egit, ad castitaté eius costernatus, in Apo stolicum diui Petri templum eam duxit, ecclesiæque custodibus commédauit, sex illis aureis nummis datis, vt puellam viro suo conseruarent. Tales calamitates in Oriente atq; Occidete, tum Dei, vt opinor, ira accidere.

Milesha barnı castitaté cius adnitasan, m liere ferm et beweranit.

### CAPVT XXXVI.



Anta enim eo tempore hominű cædes facta est, quanta ætas nul- E la à seculo condito nouit. Eam porrò cladé stella illa gladij formá referens, obscure portendit. Non etenim milites tantú inte-

riere, neque in aliqua orbis parte mala hæc consti tere, sed omne genus hominum concisum est, & tota prope periit Europa. Asiæ quoque pars non exigua attrita est, plutima item Libyæ, potissimű verò que Romanis tributaria & subiecta fuit. + Interit' naq; multitudine hostilis barbaroru demetuit ensis. Reliquam autem fames & pestilentiæ, necnon agrestium ferarum greges absumpsere. Præterea motus terræ ingentes, funditus vrbes & domos euertétes, permultos in incuitabile exitiú conjecere. Multis etiam in locis terra hiatibus rupta,sepulchrum incolis \* extemporaneum spon taneúmque facta.Insuper aquarum pluuialium illuuiones, & apud alios flammeæ siccitates, apud quosdam fulmina coniecta, variam & insustentabilem edidere calamitatem. Quinetiam pluribus in locis grando saxis manuariis maior, & circiter octonarum librarum pondus trahens, deferri visa F est. Denique niuiu vis & frigoris immanitas, quos plagæ aliæ no præripuerant, occupatos extinxere. Quæ omnia cuidenter satis divina deprædicarunt indignationem. De quibus singillatim comemorare, supra vires hominis fuerit b. Tum verò tan-tum etiam solis deliquium suit c, vt stellæ etiam medio die refulserint, quod deinde tanta siccitas est subsecuta, vt more insolito multi mortales, & alia etia animalia interierint. Cum autem sol defecit, fulgor quidam fimul in cœlo apparuit d coni siue metæ specié gerens:quem ineruditi quida cometă crinitamý, stellam este duxerot. Nihil enim, quæ in eo vila sunt, cometæ simile fuit. Nec fulgor is in comam abiit, neg, stelle prorsus speciem retulit: sed velutilucernæ cuiusdam magnæ flamma per seipsam substitere visa est: nec radij eius aliqui stelle cuiusquam formam subiere. Ipso quoque motu variauit. Nam sa parte qua sol per æquinoctium oritur, fulgor is moueri capit : & inde iuxța cam quæin Vriæ cauda sita est, stellam vltimam sessim euadens, ad Occidentem cursum tenuit. Postquam autem cœlum est dimen-

Tation orbin dades tanta pdigiosa stel la preditte,

† Tie plopie **∞**λ.3**િ**. TempeStatis ciou clades. Bella Fames. Pestis. Terremetac. Chasmata. Elusianes Exustriones. \* 74000 20. TOQUES.

Gradomax. Vis minin Eclopsis solu. Sicutas Jum **m4**.

Stelle in cæ lo medio die vile. Fulgor cont निकाय के तह lo apparens. Terramotess gramfinni,
Igno caleftis in terram de lapfus.
Idono in mat re coniectus.
In terramotus etclas de panimita do morii derepisti rupta, de rurfum coningla funt.

a Itaq intra
tella ab hominibus calum vifum.
b In nasib<sup>3</sup>
idi quod in
demibus falium.
c Theologicii
de produjofis
esfibus sudicium.

B

d Flogella De bon castigancia. d Dem fan-Cloru Sworib inintiae vin dicat. Sec.lib.6. cap.19.hac exépla occul- C to Dei india cio indicada permittit. e Endoxia TIBA MOBELL Endoxia Theophili. Arfacij. Cyrini. † Sozo.lib. 8.04.27. Arradij. Islan Chry fostomi,

&o, disparuit. Vertex eius aliquado quidem in ma gnam & acutam lõgitudinem abiit,vt coni rationem excederet : nonnuquam autem ad mensura illius contractus est. Alia quoque monstrosa præbuit spectacula, quibus à natura solitaru apparitionu discessit. Videri autem cœpit ab zstate media, ferè vsque ad autumni finem. Id ipsum quoque miraculum ingentium bellorum, & incredibilis hominum interitus indicium fuit. Deinceps verò : erræmotus esse cœperant, qui non facile cu eis qui antea extiterant, conferri possent. Cum terramotibus ignis quoque cœlo quasi rupto delapsus, salutis spem omnem præcidit: cladem tamen hominibus non intulit. Diuina namque benignitas vento vehementi demisso, & igne vndequaque prouoluto, in mare eum abiecit. Videre tu erat spectaculum nouū, fluctus ipsos perinde atq; regiones qualdam marinas plurimum igni ardere, quoad víque flamma prorsus in vndis extinca est. Cùm in multis terræ locis tati essent terremotus, laquearia & tecta ædium, à seipsis ita magno cum sonitu & fragore dirimi visa sunt, vt qui intus in domibus crant, a clarè oculis cœlum cospicerét. Et post eiusmodi rupturam ita rursum sunt inter se aptè coiuncta, vt nemini tam nouz rei significationem aliquam præberent b. 1dem etiam in nauibus & domorú pauimentis, multis in locis accidit.Quædam nanque granaria in partibus inferioribus habitantes, frumento confertim & su bitò in eos per rimas patentes effuso suffocarunt, solumq; ipsum tam commodè copactum reddiderunt, vt homines addubitarent, vnde frumentú illud quod cædem talem patrarit, profluxerit. Ad hæc, alia quoq; eius generis mala tum nouo protsus modo extitere, quæ satis ostenderunt, no natu rali aliqua ratione hæc, sicuti Græce superstitionis sectatores delirantes dicunt, prouenire d, sed diuinæ indignationis flagella ea hominibus immitti. Multis certè quidem co tempore visum est, irato ea Deo accidisse, propter tam apertam, quæ ma ximo illi ecclesia luminari Ioanni illata est, iniuriam. \* Siquidem & imperatoris coniugem Eudoxiam tum vita excedere cotigit, vermibus esca factam. e Et vrnam, cui imposita est, moueri cernere erat : Deo videlicet eum, qui per illam in ecclesia concitatus fuerat, motu ostendete. Et Theo philus paulo post laterum morbo correptus interiit. Arlacius etiam, quemadmodum à me dictum est, paruo intercedente tempore fatis cocessit. Et Cyrinus Chalcedonis episcopus, ex eo casu quo in pede circumuentus est, + vtroque crure disse-&o, miserabiliter vita est defun dus. Et alij aliter vitam finiere. Antiochus & Seuerianus sectatorésque corum malè quoq; diem suum obiere, Deo ab ipsis pona sumente, propter sacra (proch dolor)iniquè prodita.Inter homines quoque esse imperator Accadius breui desiit. Verum Ioannis primum, deinde etiá Arcadij obitu exposito, vnà cum vtriusque fine, decimotertio quoque histo-

sus, motu suo quatuor mensibus longius perse-

CAPPT XXXVII.

riz huius libro, Deo adiuuante imponam finem,

Vcusi Ioannes quum esset, ab A. D dulphio episcopo benignè exce so ceptus atque tractatus est. Atque so ibi multos quidé pane, plurimos so verò diuino verbo, qd verè cor-so da confirmat, & mentes illustrat, so

pauit. Permultos verò etiam vtiles atque necessa- » rios libros coposuit. Nullæ enim quæ ei accedêre " erumnæ linguam eius, fluminis instar fluentem, " cohibere potuerunt. De patientia quoque, & " de co gonon solum nos ad socordiam non dare, " vorumetiă in rebus duris non offendi debeamus, " non pauca conscripsit. Plurimas etiam tum ad sanctam Olympiadem epistolas dedit. Vniuersę hæquindecim sunt, mirificam patientiæ gratiam complectétes. In quibus solum peccatum esse, ad quod exhorrescere nos conueniat, dicit. Erumnas etiam quas in itinere perpulit, in eis comemorat: & vt † eam à desperatione reuocată, ad spein bonam futuri congressus erexerit: atque vt feruente maxime æstate iter faciens, cum vehementissima febri sit colluctatus, scribit. Refert insuper sto E machi ipsius vitia: & improbum, qui virum iustū in exilium abduxit, Gallum: necnon diuerforiorum masionúmque incommoditatem, ministrorum inopiam, rerum necessariarum penuria, item of medicum non habuerit, & de Isaurorum terro-Quemadmodum etiam \* monachi aduerfus eum furentes, domicilium eius incendere volucrint: & quomodo rebus eius in itinere coploratis, non solum ipsi eius miserti non sint, sed etiã misericordiam aliorum, extrema omnia comminati, impedierint. De via denique queritur, vipote ardua,lapidosa,difficili,& molesta. quam ob causam beatam illam fæminam rogat, vt in orationibus suisilla meditetur, ne longior eius stat profectio, sexcentis exiliis laborem itineris faciendi grauiorem sibi esse dicens. Hæc omnia, atque alia hisce similia epistolæistæ, & aliæ præterea ad episcopum Cyriacum datz, complectuntur. Porrò quum ei aduersarij, p Cucusi maneret, inuiderent, Arabissum abductus est. Ductoribus enim eius hoc studio fuit, vt transitione frequenti labefactatus ille, vitam misere finiret. Sedenim quo F pluribus obiectus est erumnis, eo casibus omnib propter sanctiorem philosophiam superior fuit, iplendidulque refulsit: quemadmodum in igne flamma, si materiam copiosiorem sibi iniectá habeat: a Inde verò Pityuntem (ita enim mandatum fuerat) ductus est. Oppidum id est grauis solitudinis, ad finem Pontici maris situm, sauilsimis barbaris conterminú. Eò quum ducere- 🖈 tur,& iam ad Deŭ migraturus esset, noctu ei oran ti,qui vitæ eius duces fuerant, & Petrus & Ioanes assistentes, perquám amicè cum eo sunt colloquu ti: eiq; quum aduersus dæmones victoriam, tum

S Tu tibi persade, prater culpam ac peccatum, homini accidere nihil posse, qued sit horribile, aut persimescendum. Cicero. Scimuu ea mente, quam ratio & veritas prascribit, ve nihil in vita nobis prastandum prater culpam, putemou: cáque quom careamus, om nia homana placate & moderate seramus. Idem,

postremò migratione ad Deum, & quæ eum ex-

ceptura essent bonorŭ perceptionem cum læticia

\* Plin.lib. G.cap. 5. de regione Colchica; In Intimo es tracho Pi Bym oppidum opnicusifimum ab Eleniochu direptum est. Acta & feri pra Ioannia que Cucufi edidic.

Epiftolarum tarii jumma

Epistola eim adOlym piadem.

Ad folum peccatum en horrescendü. † do àdous. ear Ryakta. MIND de de vidersov the holwila lv-TOXISV SOLG-Tas. Potest ber etiam da congresso in futuro seculo intellizi. \* Fortesse monachu,legendii monemachi: boc est gladiatores. ve milites intelligan tur, qui cu îu exilium ab-Epiftola 10% Bis ad Cyrin cũ epifcopum Icanes Asabi∬um abductuu. Rebus adner as loannes magis ac må Zu enitais.

a Idĕ pityan tem duci ib∬us.

Moriture le anni Petrus & leaunes apolitoli apparuerant, Idem eŭ cælefti cibo paverunt. † 1704 t denvia 1611 à 2016 ét [\$\phi\$ 1707 og sit [\$\phi\$].

Bafilife mar tyr apud Comanenos. Idem Ioanns in fomnis ap paret.

Perceptio Eucharistia aute obitum.

В

a tăp ldev Rowewises ses âzespê Tep

Signaculum Crucu.

Toanes in die exaltationis fancta crucis moritur

annunciarunt, Dein + cœlesti &ineffabili eu esca pauerunt : ex quo tempore nihil postea cibi sumpsit.Dicta hec ab eis sunr, quibus ille ea secum ver santibus concredidit. Hinc etiam ille ad maiora progressus est certamina. Illi porrò quibus magnus vir ducendus comissus fuerat, magis itineribus proficifcebantur, aliquando immensis pluuiis exundantibus, aliquado solis radiis maxime vrentibus. Merces enim corum crudelitati in illo exercendæ, maiorum dignitatum honores, proposita fuerat. Cæterum Pityuntem videre non potuit, sicuti Epiphanij vaticinium prædixerat. Ad Co manenos autem Armeniæ quum venisset, ad tem plum Basilisci martyris ductus est, qui episcopus fuisse, & sub Maximino Nicomedie martyrij certamé obiisse dicitur. Ibi in somnis ei apparés martyr:Bono,inquit,animo esto, loanes frater, vtrunque crastina dies conjunget. Ille etiam custodi topli vt locum Ioanni paratet, præcepit. Ez eo loco cum triginta stadiorum iter confecissent, præter opinionem recta via excidétes, errabundi ad mar tyris ædem reuersi sunt. Itaq; cum res suas disposuisset, linguam ad docendum mouisset, lætius se ita ve calceos quoque inducret, vestibus suis ornasser, & a per comunionem divinam sanctificationé percepisset: Gloria tibi, inquit, Domine de rebus omnibus. Et seipso signo crucis, sub qua vixerat, obsignato, beatam illam ingressus est profe &ionem, cum Christo viuens & regnas, pro quo labores longos pertulit, suo quidé nomine per mi grationem talem fælix & beatus: eis autem qui eum cognouerut, & vel mediocriter mellita eius doctrinam degustarunt, deplorandus. Obitus eius in eam diem incidit, qua viuificæ Crucis exaltationem celebramus, Septébris mensis decimamquartam. Sic enim coueniebat, eum qui vitá omnem sub cruce transegerat,& gloria non in alia re qua in cruce Christi collocauerat, festo ipsius die, quem ex materia illa acceptum circuferebat cinerem, deponere, atque ad Deum in sublime ferri & exaltari. Eò verò tum innumerabilis piè viuentiu viuorum & fæminarum mulitudo ex Syria, Cilicia, Ponto & Armenia confluxit : qui postquam C eum piis manibus prope Basiliscum martyrem sepelierunt, rursum inde abierunt.

† Comana oppidum est Cappadocia: Plin.lib. 6.cap.3. Secundum Strabonem lib. 12. in connallibus Anticauri. Comanensium mencio oft l.quum antea. C.da agric. & censit.lib. 11.

#### CAPYT XXXVIII.

Arcadÿ mors. Arcadÿ liberi.

ItëHovery, qui fedecimo post Arca diŭ mortuna est anno. Ost Ioanis mortem, Arcadius quoq; anno tertio defunctus est, sicuti & antea coniunx eius Eudoxia. Imperij successorem is filium Theodosiu reliquit: iampridem à lacte remotu.

Reliquit etiä filias, Pulcheriam, Arcadiam, & Marinam, admodum teneras, quæ in virginitate cœlibes permansere. Dehinc multo post Honorius quoque Romæ hydrope periit, sororis suæ Gallæ Placidiæ & Constantij filium Valentinianum ter tium, & filiam eiusdem Honoria, post se in ea vrbe relinquens. Arcadius ante siné vitæ, Deo chari hominis opinioné, talem ob causam obtinuit. Ædes quædam Costantinopoli est maxima & pul-

cherrima, Kapian, hoc est nuce, cam incolæ nomi- D nant, & in ea media, nux arbor, spectaculum non coténendum, stetit: ex qua arbore Acacium martyrem suspensum, martyrium suu peregisse ferut. Propter hanc ædem alia precatoria domus contiguè extructa est, ad quam spectanda Arcadius venit: precibusq; in ea peractis, inde abscessit. Concurrit ad locum eum, ad imperatorem videndum, multitudo innumerabilis, & plena erat foris hominibus loca omnia. Simulatque verò imperator paululum est progressus, cofestim maxima illa zdes funditus diruta cócidit, ita vt neminem detrimento aliquo afficeret. Itaq; clamor statim exorus est, imperatoris precibus cunctos presenti exitio elle liberatos. Atq; hoc sic actum. Mortuus est autem Arcadius, quum ocennis filius eius Theodosius esfet. V nà cum patre is tredecim, solus auté quatuordecim imperauit annos. Quos annos etia tredecimus hic liber cotinet: quum à mundo con dito quinquies \* millesimus noningentesimus vigesimustertius: à natiuitate verò Domini quadringétesimus decimus octavus ageretur annus. E

Arcadim

Arcadim

familitatio

formam obtimuit,

Acacims

martyr.

Confiantino
poli demma
quedă, postque et ar
gresse et ar
cadino, fine
detrimento
rllo bomină
corruit.

Libri istim anni. Secondi neo terices 4388

HISTORIA GILDONIS tyranni Aphricani.

Gildo scundum duos in Europa tyranos, Maximum & Eugenium, quos ope diuina Theodosiu magnus oppressit, eo mortuo, in Aphrica tyrannidem inuasit: eandemque ita seua dominatione obtinuit per annos duode cim, vt vrbem Romam, quòd ex Libya frumentum eò exportari non pateretur, annona charitate & same affigeret. Libyam sibi ab eo ademptam, Roma apud Claudianum hise queritur versibus:

Hanc quoque nunc Gildo rapuit: Sub fine cadentiu
Autumni, pauido metimur carula voto.
Puppiu si qua venit, si quid fortasse potenti
Pel pudor extorsit domino, vel prada reliquit,
Pascimur arbitrio Mauri: nec debita reddi,
Sed sua concedi sactat, gaudét que diurnos
Vt samula prabere cibos, vitamque samémque
Librat barbarico sastu, vulgique superbit
Fletibus, vatanta sus spendit sata ruina.
Romuleas vendit segetes, v possidet arua.
Vulneribus quasita meis Et rursum:

Lam solu habena
Bissenas torquent hyemes, ceruicibm ex quo
Haret triste iugum, nostru iam lustibus ille
Consenuit, regnumque sibi tot vendicat annis.
Quo minus aute hūc armis Romani imperatores Ar

Quo minus auté hūc armin Romans imperatores Ar cadius & Honorius, quos ille propter iuuenile eoru atatem contemnebat, vindicarent, Barbaroru in virunque & Orientale & Occidetale imperium excursiones, & Attali tyrannu impedimento fuere. Habuit Gildo fratrem Macez erem, egregie sidem Romanu prastantem. Huius silios eam ob causam per parricidiu ille crudelissime necauit. Honorius tandem Macez erem contra fratrem cum copiu mist. Qui cum quinque millibus armatorum Gildoniu exercitum ingente vicit atque suganit. Gildoniu ex suga retracti gula, velo nautico fracta. De expeditione Macez eris, & victoria, atque de parricidio Gildoniu, apud eundem Claudianum, historioum po tius hac in parte quam poetam, in consilio impertoru Honory ita agitur.

Est illi paribus sed non & moribus ysdem, Macez er fugiens qui dira piacula fratru, Spésque sua, Vitámque tuo commist as plo.

Hund

Hunc vbi tentatu frustra mastare nequinit
Insidys, patrias in pignora contulit iras:
Quósque manu pueros paruos gestauerat voia
Occidit inuenes, inhumatáque corpora vulgo
Dispulit, or tumulo cognatas arcuit vmbras.
Naturámque simul, fratrémque hominémque cruetus
Exuit, or tenuem casis inuidit harenam.
Nunc quoque, nunc Gildo, tanto quem sunere mersit:
Nunc doleat venisse ducem, es éque minoreus
Supplicibus sciat esse tuis quem sede sugauit,
Nunc praceps sugiat: fregit quem clade, tremiscat:
Agnoscátque suum, trabitur dum vistima, fratrem.
Hac, ita vt Claudianus scribit asta. Postremóque:
Tertius occubuit nati virtute tyrannus.

HISTORIA ALARICHI, QVOmodo is primum cum Gotthis suis vrbem Romam ceperit, & diripuerit.

Obsiderat Romam Alarichus iam biennium: nec Ho norius, qui Rauenna desidebat, aut serre suppetias vrbi poterat, aut audebat. Nam quum nihil minus quam de vrbis eius salute solicitus esset stilicone intersecto, duce exercitui idoneŭ minime prasecerat, qui rem tum aduer sus Gotthos reste administraret. Vnde Gotthu obsidenda vrbis cogitatio, Romano milite vel dilapso, vel segniter rem gerente. Verum eam frustra obsessam, cu expugnare vi no posset, ad dolum hostu bar barus vertitur. Prose Etionem in patria simulat, trecento sque innenes corporis

animi vi prastantes deligit, quos Romanu principibus dono det, instructos prius vi omni obsequio dominos
suos demererentur: ad certu diem circa meridie, quis
Romani principes somno vel ocio vacarent, ad portam
Asinaria aduolent: interfectisque improviso insultu cu
stodibus, portam sibi prasto futuro aperiant.

Interea Gotthi quum reditum, alia atque alia deesse sibi simulantes, differrent, trecenti illi innenes occasione egregiè vsi, porta conftituto die suis aperiunt: & intromissus Gotthus, maiore ignominia quam dano vrbe om nem populatur. Sunt qui Proba illustris fæmina 📀 opus letißima opera patefalla Gotthis portam existimet, quis plebem Rom.pasim fame o morbis pecudum more cadente miseraretur. Duo sunt cognitu no indigna. Vnu, edittu ab Alaricho fuisse, vt quicuque in templa dinorum cofugerent, pracipue Petri & Pauli, his nulla vis inferretur:quod & summa fide seruatum. Alverum, p quum renunciatum Honorio esset Romam perisse, de pu gnaci ille Gallo, cui nomen Roma erat, significatum sibi esse crediderit, quo cum paulo ante festiuissime luserat. Adeò socordu ingeny princeps, nec quicqua omnino pa terna o auita virtutio referens fuit. Quod o Arcadio fratri eius vitio datum. Nam Eudoxia vxori addi-Etus, cum alia improbe fecit, tum Ioannem Chrysostomum, antistitem sanctitatu & eruditionis egregia, plus aquo vxori inseruiens,in exilium egit.

# DECIMIQUARTI TOMI CAPITA.

I De imperio Theodosy iunioris, vt id à tutore Isdigerde Persarum rege sit administratum, rebus plerisque om nibus ab Anthemio, cui Troilus sophista familiaris fuit, gestis.

De vita, inflitutione, administrationéque rerum publicarum.tem de diuina pietate & virtute Pulcheria,

fororis Theodosy imperatoris.

3 De virtute, quam à puero imbibit, Theodofy: & de moribus, beneficétia, placabilitate, & de insigni religione & pietate eius.

4 VI Deus pium principem defendens, bella omnia inspera tis admirandisque rebui statim confecerit.

De tyrannu in occidente contra imperatorem Honoriu coortu,& de genero eius Constantio.

De Maximo tyranno, Gerontio, GC Coftantino, alisseque à Constantio interfectio : G vs Constantius rem administrarit, Valentiniano tertio post Honorium im peratore Roma relicto.

7 De tyrannide Ioann's Gotthi: & de Afpare & Ardaburio, belli ducibm.

8 Vt Deus imperatorum delectatus virtute multa corpora illustrium olim fanctorum sub terra latentia, in luce produxerit: & de propheta Zacharia inuentione

De reliquis Stephans primi martyrus, quàm magnifice eas Pulcheria venerata fit ,teplo ei in Regia extructo.

De inventione reliquiarum sanctoru quauragintamar tyrum, qui ad Sebastiam in lacu martyrio sunt perfuncti.

De successione magnarum episcopalium sedium: & vt
Synada Theodosium eius loci episcopum admodum per
persequationem Macedonianos afflixerit, & potissimum Agapetum eorum episcopum. Postquam aute
Theodosium Byz antium percurrit, vt Agapetus orthodoxa religione suscepta, Theodosy sedem receperit:
illo ab Attico quiescere, & prinatim viuere iusso.

De Iudao paralytico baptiz ato:qui in ipfo baptifino fa' 12 nitatem recepit facris prafidente Attico epifcopo Coftantinopolitano.

De Nouatianorum & Arianoru successione: & qua 13 turba Nouatianos quoque exagitauerint, propter Sab batium, qui illegitime episcopatum inuasit.

Vt post Theophilum Cyrillus nepos ex sorore eius sedem 14 Alexandrinam sit consequutus, & de Iudaoru Ale xandria concitata seditione.

De dissensione Cyrills contra prafectum Oresten: & ve 15 lapide Orestes in fronte ictus sit, & de zelo Nitriensium monachorum.

De philosopha Hypatia, ut à clero Cyrilli sit necata. 16 & de vinduta quam Iudai pertulerunt, propter irrisa Christianorum sacra.

De Iudao qui dolo sape baptiz atus, postquam ad Pau-17 lum etiam Nouatianorum episcopum venit, lauacro baptismi ritè parato, vi subitò aqua euanuerit, Deo importunitatem eam miraculo coarguente.

Vt etia apud Persu Christianismus sit propagatus, per 18 Marutham Mesopotamia, O Abdam Persidu epi-

Vt Abdas templum facrati ignis demolitus sit, vnde 19 o ipse aly martyry certamen pertulerunt. o de acerbissimu tormentus, qua Persa contra Christi si deles excogitarunt.

De Achemenide, Saane, Beniamin diacono: ve 20.

nj apud Persas sauissimė excruciati, martyrų sint adepti coronam.

Pt propter Christianorum persequutionem pace cu Per-21, sis fracta, ingens certamen inter Persas & Romanos sit commissium. Quum autem Romani virtute vicissent. simul & bellum & persequutio Christianorum finem habuerit, pace denuo inter Romanos & Persas sirmata.

22 De Acacio Amidensi episcopo, vi u ex sacris ecclesia vasis numis sactis, Persarum captinos redimens, domum cos remiserit: qua res magna Persis suit admi rationi.

23 De Eudocia Augusta, qua Athenau est dicta, qualis ea & vnde fuerit, & quomodo matrimonio Theodo sio imperatori sit coniuncta: & vt vouerit, se religiouis ergò Hierosolyma prosecturam. de oue magnitudinis admiranda, alsísque qua ei accidere rebus,

24 De Attici patriarcha episcopali administratione. Et g is urbanus admodum & facetus, necnon in imponen

du rerum nominibus acutus fuerit.

25 De Alexadro Antiochia episcopo: vt primui ipse memoria o nomen dini Chrysostomi in sacros codicillos retuleris, atque Atticum stémque alios ide facere curaueris, o Ioannii studiosos traquillitati o paci re stituerit: id quod Cyrillus facere detrestauit.

26 Epistola Astici patriarcha imperantis vrbis, ad sanctis Cyrillum Alexandrini, in qua eum ille cohortatur, vt nomen beati Ioannis sacro albo inserat.

27 Epistola contraria santti Cyrilli ad Atticu, nomen 10annie admittere detrettantie.

28 Vt diuus Cyrillus per visionem diuinam nomen toannu susceperit:coceptumg, antea odium, Dei genitricu intercessione, ei remiserit.

29 Post Atticu ad sedem episcopale sisinim est enectus, Phi lippm Sidites ei postpositus Q1 alis is Philippus fuerit. Vt Proclus Cyz icenorum episcopus lectus, contandem no receptus, primatus ociosus que Costatinopoli egerit.

30 Demaximaru episcopalium sedium prasettu, aliisque virtute atque doctrina prastantibus diuinu viru.

31 VI post sisinium Nestorius hareticus episcopus lectus, per arrogantiam turbus & tumultibus complere ecclesia instituerit.

32 Vt Nestorius in ipso slagrāti crimine per discipulu suu Anastasiu sit deprehensus, Christu Dominum nudu hominem dicere, & sanstam Christi Deiparam matrem Christi genitricem appellare. Et qua de eo memo ria prodiderit Socrates ecclesiasticus historicus. Et de prodigio quod in ecclesia accidit.

33 De epistolus sancti Cyrilli ad Nestorium item de duodecim capitibus, in quibus illius carpit peruersam opinione, praterea qua de Nestorio scripserit Celestinus.

34 De tertio sancto uninersali Ephesio concilio, in quo Neforio episcopatus est abrogatus.

7 Vt triduo post loanes Antiochenus & Theodoritus adue nietes, Cyrillu & Memnonem Ephesiu episcopali dignitate prinarint: Synodus aute ipsos id ausos, rursum episcopatu abire iusserit. Tt Theodoritus contra duode cim Cyrilli capita dixerit, huscque rursus Cyrillus responderit. Vt Nestorius Oasim exulatum ierit. Vt Ioan nese Cyrillus in gratiam reducti idem senserint, e iussumperatoric Nestory abrogationem ratam habue rint. Epistola Cyrilli quam per Paulum Emesenum ecclesia Antiochena scripsit.

36 Qualia se passum esse Nestorius ipse de se scribat. Et vt ad Oasim innumerabilibus toleratu erūnu, postremò corrosa consumpta à vermibus lingua, interierit.

37 Vt post Nestorium Maximinus, ac deinceps Proclus pa . triarcha Constatinopolitana ecclesia prafectus fuerit.

38 De Proclo, qua doctrina, quáve vita fuerit. Et vt illum imperator charum gratúmque habuerit. Et q idem competenti & debito fermone, res qua eo tepore prater opinionem hominum mirifica acciderút, in Deum autorem referens, apud omnes in admiratione fuerit.

De translationibus episcoporu ex sede in sedem alia & 39
quòd consuetudo ca antiquitàs in ecclesiu obtinuerit.

Quòdque talis traslatio bene instituto ecclesiastico ordini nibil afferat detrimenti, vt modò ca rite & ordine siat.

De Indeu qui in Creta vagati, postea Christianismum 40 sunt complexistem ut tum ultra slumen Rhenum, gens Burgundionum Christi religionem susceperit:

gens Burgundienum Christi religionem susceperit:

De Paulo Nouatianorum episcopo, or qua ille admira- 41

tione or memoria digna ediderit.

VI episcopus Proclus Thalassium prafectum comprehen 42 dens, iamiam in Illyricum profecturus, post Firmu Casarea crearis episcopum.

De reductione sacrarum reliquiarum sapientissimi 10-43 annis Chrysostomi.

Vs etia sit relatus dininus Ignatius Roma Atiochiam. 44 De sanctus septem puerus, qui Ephesi resurrexerunt, ad 45

fidem communis resurrections stabiliendam.

De maximis terramotibus: vt propterea in capo sup 46 plicationes facta. quibus cum imperator Proclus adeset, subitò puer in aerem surreptus, ter sanctu hym num audiuerit: id quod ita rursum demissus populo retulit, statim concidens expiranit. Et vt Theodosius vrbem ronouarit, pluráque adoscia Antiochia construxerit.

VI post Proclú Flauianus post Cyrillú Dioscorus, ecclesia 47
susceperit administratione. De dissidio inter Pulcheriam & Eudocia, propter Chrysaphiú. Ité de synodo
iterú Ephesi celebrata, & pradatoria cognominata.

Confutatio corn qui Christianoru sicra maligne exagi- 48 tant: & Gracaru Gentiliumque nugarum traductio.

Pt post pradatoria synodum Theodosius, cognitis qua ibi 49 gesta sunt rebus, Chrysaphiu quide occiderit, grauiter aute in coniugem Eudociam comotus fuerit, tdem sororem Pulcheriam reuocat: qua Flauianum secum adducens sepelit, or in soro arario magnifice Dei genitricu templum condit.

Vt imperatrix Eudocia Hierofolyma petierit: & qua 50 ibi confiruxerit adificia. De vita & conuerfatione
Palastinorum monachorum Vt imperatrix Eudocia

è vita migrarit.

De sancto symeone, qui primus vitam & flationem in si columna inuenit.

De sancto er magno Euthymio, alissque qui sancte pié- 52 que vitam exegerunt.

De sancto Isdoro Pelusiota. Et qua Cyrillus, & item 53 aly de sacro Chrysostomo scripserunt.

De fanto Nilo: de Marco monacho, & de Theodorito 54 Cyri episcopo.

De Synesio Cyrenensi episcope: & quam is opinione obti 55 nens, ad sacerdotalem pronectus sit dignitatem:

De Valentiniano, qui Roma imperaust. De gente Got-56 thorum: in quas nationes fit divifa, en qua tenuerint loca, Praterea de Bonifacio, Aetio, en Affare ducibus: en ve Libya occidetalis Vandalis subdita fuerit.

De Attila, Alaricho, & Giserico Gotthis: & vt ab 57 corum expeditione bellica, vetus simul & nou a Roman sit liberata. Et de aliis bellis, qua vary scriptores memoria commendarunt.

De obitu Theodosii innioris, vt in monumento patris sai st sepultus, in celeberrimo sanctorum Apostolorum templo.

Synofius Pto lemaidus Pt tapolus Thebaidu Libya epi foopus. Suid.



# ^E C C L E S I A S T I C AE H I.D

STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVS QVARTVS.

CAPVT I.

Arcadions fo lis Theodosio curatore sefamento dess guanis Isdigedemo Per ... sarno regi...

В

O A N N E S igitur, aurea lin gua vir, labore certaminu pro christo obitoru veluti auru obryzum ad summum per explo rationem probatus, ad hunc modum vita est defunctus. Post hunc & imperator Arcadius

mortuus est, adolescetulo admodum Theodosio filio, octauum videlicet ingresso annum, relicto. qui cum trimulus esset, mater quoque eum relinquens, ad futuras transiit + pænas. Arcadius porrò, puero ne quid contingeret metuens, ante mor tem Isdigerdem Persarum regem curatorem eius, & simul imperij, donec ille in virum euaderet, testamento instituit. Quod vbi Isdigerdes cognouit, re ea minimè neglecta, nouum quoddam admirandæ virtutis exhibuit specimen, Pace nanque prolixa, centum annorum induciis cum Romanis initis, imperium Theodosio, quo minus periclitaretur, conseruauit: & Antiochum quendam, vitu admiradum & præclarum, delectum veluti tutorem & pædagogű, ad cum, cum literis in hæc verba ad senatum Romanum coceptis, misit. Quum Arcadius imperator vester me filij sui curatorem instituerit, qui officio meo fungatur, virum istò misi.Ne quis igitur puero insidias struere audeat, C ne bellum ipse implacabile aduersus Romanos moueă. Et Antiochus vbi Constantinopolim venit, puerum ita vt imperatorem decer, educauit: illud prouidens & curans, vt simul puer & magnificentiam in publicum progressus retineret,& rebus bellicis optimus esset. Quum autem quadriennium cum eo fuisset, discessit. Rerum autem omnium administratio Anthemio præfecto com milla est: qui ex filio nepos eius Philippi fuit, qui Paulo Constantinopolitano episcopo eiecto, vesanum Macedonium pro co in ecclesiam induxit, sicuti libro decimo diximus. Anthemius iste mænia Constátinopolis demolitus, pomeria vrbis prolaturus,latericio ingenti qui nunc cernitur muro eam circudedit, opere eo per menses duos magna & ferè incredibili celeritate confecto. Et quum prudentia multos antecelluit, tum incõlultò nibil fibi agendum duxit. A c cum multis quidé ille aliis de rebus gerendis cossilia communicauit: Troilo tamen sophista familiariter maximè vsus est:in quo, præter cæteras virtutes, prudétia etiam quædā reipublicæ administrādę Anthemij æmula fuit.Illud sanè animaduertendum, Anthemium

imperatoris iusu, vnà cũ Cyro præfecto vrbi lon go pòst tépore vrbis mænia construxisse. De Antiocho & Anthemio imperatoris pædagogis hæc dicta sufficiant.

CAPFT II.

Rouidentia auté diuina, illud præcipuè curans, ve pius maximè Theodo fius imperator fieret, alium quoque tutorem germanum magis, imperio eius præfecit: Pulcheriam nimirū fo

tutorem germanum magis, imperio eius præfecit: Pulcheriam nimirú fo E roré, quæ à prima statim ætate ita sapuit, ve virtute & ciuili prudétia eis no cederet, qui in his rebus maxime excellunt. Vnde colligere latis possumus, Principibus ad salutem, solam satis veriorem esse pietatem : sicuti contrà, absque illa nihil prosunt exercitus, equi, satellites, ensium vis, virorumque innumerabiles copiæ, aurum item, & argentum, plurima terræ iugera, & quicunque alius præterea est apparatus.Etenim ipsa nondum quindecim na ta annos, sapiétiorem diviniorémque quam ætas ferret, obtinuit mentem. Et primum quidem virginitatem se per vitam omnem conseruaturam esse Deo vouit : deinde vt idem facerent sorores, eis quoque persuasit, ne + zmulationem atque contentionem in imperialem aulam induceret. Quare omnem insidiarum occasionem præcidir. Sedenim quum confilium decretumque fuum pignore aliquo stabiliendum esse purarer, Deo ipsi, facro facerdotum ordini,& fubditis ciuibus, certum sententiæ suæ testimonium exhibuit. Nam admirandum quoddam incredibili pulchritudine ornamentum, ex auro & preciosis lapillis confe- p Aum,in sacræ mensæ formam redactum,pro virginitate sua, fratrisque imperio, catholica Costan tinopolitanæ ecclesiæ dedicauit, 🛧 ī corona quadranguli eius, confilio caufăque confecrationis eiulmodi, nouis quibuldam literis inleulpta. Itaq; vbi pro virili sua natura Imperij curam suscepit, quam optime, ita vt conuenit, cum ingenti decore remRomanam administravit: quàm celerrimò de rebus agendis consultauit, simúlque eas in scriptum retulit.Nam & in scribendo,& in dicendo, summopere est exercitata, sermone viroque, Lati no scilicet & Greco. Et que ipsa agebat, perinde atque à fratre constituta essent, in illum retulit. Illud plurimum curauit, vt in imperatoriis artibus is educaretur, atque disciplinis ætati cuique conuenientibus instituererur. Ita ille rem militarem & equestrem, ab eis qui rerum talium accurate pe riti erant, didicit. Vt autem in publicis progressibus quouis tempore, ita ve imperatorem decet, magnificus esfet, & spledidus, ab ipsa edo &us est: quemadmodum scilicer vestem sibiipsi circudare, quo modo considere, incedere, & risum moderaCytus prefè Elus vebi.

Dens tutela fororu Pulcheria Theodofiū comifie Eximia Pul cheria laus.

Imperia per pietatem potissimum că sistant,

Votum visgnitatu perpetua.

† Per suas Scolket aut so rorū suarūnu ptias. Sozo.

Donarium
preciosissimi Pulcheria si plo Costanto
nopolitano
dicat.
\* luri Tō so
playe Tau
Tus. Niceph.
luri To pullo
zuv Tay Tay
wigne, in si
te memsa.
Sozolub, 9,
cap-1.

Educations institutio Principu Christiani.

.

† flue.

Inducia centem annoritister Rom.

Or Perf.
Autiochus
delegatus ab
Ifagerde
Theodofy
tatore.

Educatiopue 11 imperialu

Anthems?
Orizalu im
perij admini
firator.
Lateric? mo
tus vrbu Cö
fiatinopolita
na ab Antho
mio colarvi—
mè extruct?.

Troilmfophi f4Authemÿ familiaru.

D

A ri deberet: vt in rebus quibusq; se, prout tempus ferret, vel placidum vel terribilem exiberet, & comodum audiendis supplicatium precibus præberet. Potissimum verò eum docuit iusticiam & veram pietatem, sicuti conuenit, colere, precari continenter, templa adire frequeter, ædes sacras Deo constructas vasis, donaris & ornamentis locupletare: sacerdotum ordinem, simulque viros bo nos, qui Christianorum legibus optimè viueret, plurimi sacere. Hæc eius erant institutiones.

Säma Pulcheria princi pu religiosissi ma laudes.

Opera picta
tu ciufdem.
Téplacy facra edes à
Pulcheria co
firnéte.
Témulus vir B
ginis matru,
cy alia ciufdem generu
reliquia.
Imago ciufdam à diuo
Luca picta,

Via ducum.

† äpactor, to to ecor lkévne, jára. \* tör xerke spatjer. † ájia sogie.

† Scoperlige.
Virtues for
rorum Pulcharea.

Ocy fuga.

Theodofice Christianiss mi Principie exemplum

Quinetiam nonnullis religionem adulterinis dogmatibus, nouisque rebus deprauare conantibus, eámque in magnum periculum adducentibus, ve firmiter illa in statu suo permaneret, ipsa quoque effecit. Et quo minus eo tempore noua quæpiam hæresis ecclesiam inuaserit, in causa ipsa maxime fuit : quemadmodum suo loco historia ostendet Et quia ardenti animo diuinum numen coluit, non facile quispiam enumerare possit, quæ illa sacra templa magnificè excitarit, quæve Dei amantium virorum domicilia atque monachorum cœnobia construxerit, perpetuas in ea impensas, & res omnes corum qui in eis pietati vacarent necessarias constituens. Ex multis verò pauca quædam, quæ vim temporum superarunt, id indicabunt. Opus enim eius est sacrum Dei genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum ipsa illa Verbi matre, quod inhabitaret, iudicatu domicilium: sicuti filio eius, quod Sapientiæ vocatur. Cuius divinum tumulum, & sepulchrales fascias inuentas, cum veneratione maxi-Templum item, quod Aniduma ibi repoluit. าลีy, hoc est, viæ ducum cognomine clarum est, in quo diuinam illius imaginem, quam Lucas apo stolus in tabula depictam reliquit, sacrumque + pensum, & Scruatoris ipsius fascias, perinde atque thesaurum, quem ad cum Eudocia Augusta, quum Hierosolyma profecta est, misit, seruandas curauit. Præterea & sacrum in \* fabrorum foro delubrum, cui + sancti sepulchri nomen est. Vtraque verò hæc fana pulchritudine simul & amplitudine ambitiola, magnifice sunt constructa. Deus sanc fæminam eam, propter vitæ C institutum charam habens, preces eius exaudiir, & in rebus agendis sæpe ei apparuit. Et vt mihi quidem videtur, + amorem Dei homines non consequuntur, nisi seipsos idoneos sacis ipsis præbeant. Ad eundem etiam modum forores institutæ, eadem studia erga sacerdotes, erga tépla, præterea erga egenos, mendicos, & aduenas liberaliter præstitere. Vita quotidiana, instituta, atque pgressus, noui omnibus fuere. Diu noctuq; hymnis laudibusq; Deum celebrarunt. Ocium, sacram telam texentes, & id genus opus facientes, vitarunt.Institutum nanque, propter quod virginitatem erant complexæ, non decere ignauiam existi marunt.Proinde vitia eiusmodi,& reliquam imperialem consuetudinem, à vita sua repulerunt. Itaque factum, vt quod Deus eis propitius esser, domus earum recte administraretur, ztasque imperatoris optata caperer incrementa: & aduersariorum insidiæ, bellaque orta, omnia sua sponte, Deo adiuuante, solucrentur: & imperator ipse in dies rebus bonis accumulatus, laudatis fororis có siliis, veluti vera essigies & statua in optimi imperij formam expolita ellet.

Erùm res quoq; eius, sine dispen dio & iactura, silentio committere no possumos, no omnibus prorsus notas. Primum nanque ita vt imperatorem oportet institutus atque educatus, nullum

de le ignaviæ & molliciei indicium præbuit: sed ita quum nostrarum, tum earum quæ supra nos funt rerum peritus fuit: vt qui cum eo colloquerentur, humanç mentis captum eum exuperare iu dicarent. Adeò etiam fortis & laborum patiens, vt facile vicissitudinem & mutationem temporum sustineret, cumque æstu iuxtà & frigore concertaret. Ieiunio frequenti se assuefecit, & maximè quarto hebdomadis, & eo qui Parasceues nomen fortitus est, die: Christianismum ad summum excolere volés. Atque vt aula eius imperialis re nulla ab asceterio differret, sedulò curavit, Manè con surges, hymnos Deo cum sororibus alternis cecinit, & spiritus verba semper in ore habuit. Cum E episcopis & sacerdotibus congressus, obscuros lo cos & + nodos scripturarum, haud aliter quam si sacris ipse initiatus esser, explicuit. Sacrorum librorum, corundémque interpretum cogerendorum adeò fuit studiosus, vr ea laude Prolemzo inferior non esset. Nocu eis legendis operam nauauit: lucerna se sponte sua, machina quadam mo uente, sibique ipsi oleum infundente, comparata: vt ne quis ministrorum eius in laboribus eiusmo di molestiam quampiam subiret, neque vim natu ræ cum somno colluctans in ferret. Manu ipse sua pulcherrime scripsit : ac multa scriptorum eius ad hoc víque tempus sunt conseruata, temporum vi superiora, Euangelia videlicet, & alia quædam, aureis omnino literis distincta, quorum paginæ crucis formam referunt. Quo labore eum vitæ sumptus tolerare potuisse, sama est. Maloru toleratia omnib, præcipuè auté qui eo nomine apud Græcos clari fuere, post se relictis, multis modis eos pretergressus est. Illi siquide quu verbis se phi losophiam exhibituros esse polliciti essent, re ipsa eam præstare nequiuerunt. Ipse autem Aristore- F lis perplexibil:bus inuolucris vale dicto, factis phi losophiam exercuit, iræ, dolori, & voluptati moderando. Iram adeò in potestate habuit, vt neminem vnquam à quibus læsus suisser, vltus sit, neque eum quisquam succensentem viderit. Atque aliquado ex familiaribus cuidam dicenti, neminem ab eo illorum morte mulcatum esse, qui iniurij ei fuissent, respondens: Vtinam, inquit, cos etiam in vitam renocare possem, qui iamdudum mortui sunt. Ad alium quendam cadem propè referentem, dixit: Nihil esse noui, si quis homo qum sit, è vita excedat. Vnius autem Dei esse, eum qui semel mortuus sit 2, per pænitentiam ad vitam reuocare. Víque adeò autem virtuté hanc co luit, b vt si quando quispiam capitale crimen admissifiet, neque cum condemnationis sententia víque ad vrbis portas produxisfet, statim eum mi sericordia prosequeretur. Et quu aliquando Constatinopoli in amphitheatro venationis spectacu lű præberet,& populus exclamaret,aduerfus grauem feram generosum quenquam periclitatoré, qui cum ea congrederetur, mittendum esse: An

Thudofyring tates,

Aula impe rialis afceterio monacho rum perfimò lis. † reiga.

Bibliotheça Theodosy Luceroa do. Tiparo.

Theodofess fuit Caligraphus.

Philosophes pige vo agésty.

A bezoola Theodolija

a Per peritentiam, bomo remotatur ad vitam. b Theodofi ad fopplició dinatos, fii di ad cinitatio portas ad morte dufii non persenif fent, per mife ricordiam abfoluito. Theodofius

spifespi Che
broweffs defuncti virò
functi fagulli
gestame.

ן ושפוניון

Supplicatio
proferentate
of elemética
coris impetranda.
stilid far lusroeia.

Theodofine il legitimă quo que monachi excomunicationem non contempfit.

Idolostria profes escrfa. l.Osmia loca,C.de facri fi.pag. & templi,

Dens manifeft bella à Theodofio re pulie. Ruisa Scytharis copijs fon folmina carlette

nescitis, inquir, nos humanioribus spectaculis delectari solere? Et deinceps itidem populu spectaculis vti docuit. Religione tanta cum finceriore pietate vsus est, vt sacerdotes omnes apprime ho noraret, maximè verò quos sanctitate vitæ enitere cognouisset. Et quum ex episcopis quidam, qui Deo charus fuisse perhibebatur, diem suum obisseset, sagum illius squalore multo imbutu, eum petiisse, & sub imperiali chlamyde gestasse dicunt: quòd bona spe esset, se aliquid de viri eius sanctitate imitatione consequuturum. Longior aliquan do pluuialis tépestas extitit, & ipse solitos + Circenses ludos populo more recepto gratificas exhibuit. Quum verò vberiores etiam deciderent imbres,ibi tum egregiam suam erga Deum pietatem declarauit, per præcones populo denunciari iubens, conducibilius videlicet esse, vt spectaculo repudiato, Deum qui præsenti calamitate eos libe raret, precibus placarent. Id quod confestim est factum. Litania instituta est : supplicantes processere, laudibus Deum vexere, atque vnà cocors ecclesia ciuitas tota facta, & ipse medius hymnis canendis, præiit habitu priuato incedens. Minime verò eum opinio fefellit. Statim enim cœlum aërem turbidum serenitate commutauit,& frumen ti non mediocrem inopiam ingens quædam frugum copia & vbertas est consequuta. Atque omnibus ille quidem, vt ita dicam, exornatus fuit bo nis: non minus verò eum cohonestauit misericordia, placabilitas, & animi serenitas, tempestatis procellam non admittens : atque insuper fides fincera &probata, vnà cum religione non fi&a, sicuti inde coniicere licet. Vir quidam asperiorem duriorémque virtutis vitam cosectans, præfracto cum adiit animo, vt ab co quidquam peteret. Atque vbi id sæpius expertus non impetravit, vinculis ecclesiasticis imperatorem à communione arcens subdidit. Postquam autem imperator in regiam suam venit, & epulæ appositæ sunt, conuiuzque omnes affuerunt, non ille prius cibu sumendum esse, quam vinculis sibi iniectis solutus esfet, censuit. Quapropter ad antistitem Constantinopolitanum famulum quendam misit, pe-C tens, vt eum ipsum soluere se, qui ligasset, iuberer. Quum id episcopus recusaret, & pro vinculo habendum non esse, quod à quocunque ligatu esset, significaret, solutumq; adeò iam esse diceret, nodum calculo eius acquiescendum esse duxit. Multò verò labore is qui ipsum ligauerat inquisitus, cum absoluit. Ac sic tandé imperator cibum sumpsit. Adeò religiosus Theodosius suit, vitámque fuam accuratifsime ad diuinas leges composuit. Quam ab causam quicquid fuit ex idolis reliquu, ita est funditus dissectum, vt posteris eius ne vestigium quidem prioris fraudis & seductionis cer nere sit datu. Sententiam verò de eis suam in con stitutionem retulit.

CAPPT IIII.



I quando bellum motum est, ad Deum confugiebat, divinu mulicúmque Dauidem æmulatus, quòd in illius veluti promi condi potestate bella este sciret: & quòd illum certum haberet curatorem, códignos spe bona percepit fructus. Ego D verò veritatem promulgans, ex plutimis pauca re feram, quanuis extra institutum argumentum fer ri videar. Roilas ingenti Scytharum Nomadum exercitu coacto,& lítro transito,Thraciamvasta;uit,& ad vrbem quoque imperantem venit, subitò primo clamore atq; spetu, sicuti ipse putabat, eam direpturus atque excisurus. Verum Deus co litus imperatorem propugnans, violento tonitru & fulmine demisso, non modà ipsum vstulatum in cineres redegit, fed innumeras quoque copias eius concidit. Idem etiam aduersus Persas fecit. Quum enim prædatoria illorum manus, pace repudiata, derepentè finitimos aggrederetur populos, neque auxilia aliqua, que oppressis opem ferrent, adessent, ducibus copiísque militaribus aliis bellis occupatis, imbre vehementissimo & grandine maxima Deus illos perfequens, progredi vltrà passus non est: equósque eorum ita + pedicis cohibuit, vt diebus viginti, totidem stadia cursu perficere non possent, quoad vsque exercitus cogregatus fortiter hostibus restitit. Antea quoque E quum Persæ quidam Goranne duce, cognominem imperatori vrbem oppugnarent, omnisque generis machinis adorirentur, & turres extra mures contra eam excitarent, neque quidquam efficerent, ridendos se dedere, Eunomio eius episcopo machinas hostium omnes perfringente. Quú nanque nostri propter oppugnatorum multitudi nem animos desperatione desponderent, precibus iple contra illos pugnans, vrbem saluam conl'cruauit.Ex satrapis tum ibi qui sub Goráne erant, quidam ad blasphemias couersus, itidem vt Rabfaces & Sennacherim, animo furibundo minatus est, sacrum se eius ciuitatis templum igne cosumpturum. Cótumeliam eam non ferens diuus Eunomius, tormétum bellicum faxa iaciens ad propugnaculum cui aportoli Thomæ cognomé fuit, disponi, ingentémque lapidem eò in os blasphemi illius emitti iussit. Ilicet saxum balista ea tortum, maledici illius satrapæ os detestandum perculit, faciémque eius omnem comminuit, capite rectissime attrito, cerebroque omni disperso. Quem vbi Gorannes conspexit, expugnatione F vrbis desperata, fugiens inde discessit, re ipsa vi-Aum se esse clamans. Metuque correptus, decœtero per pacta conuenta cu Romanis inita pacem est complexus. Tantam Deus ipse sidelis ministri sui imperatoris eius curam gessit : qui eo nomine illi gratias egit, eundémque religione debita coluit. Porrò bella in Occidente contra ipsum & patruum adhuc viuum mota, quo modo Deus foluerit, quid dicere attinet?

CAPYT Y.



Vum etenim in regionibus Occidentalibus plurimi tyranni exorti essent, partim alij aliis colluctati, atque ipsi inter se concisi, partim diuina vi in imperatorum manus delapsi, satis

illis Dei in eos amorem sunt testificati. Iam enim antea de Stilicone & Alaricho Gottho diximus: illo tantum omisso, quòd quum in Italia & in ipsa vrbe Roma, casu quodam O iij Perfarii excursio insines Ro. imbrib<sup>9</sup> Or grandine inhibita.

THEXEV.

Gorannes Perfarii duse

Theodofiopo lim Euno mim epifco pus precibus ab immans vi Perfarum fernanse.

Pars Perfica, Prafidio fue Dem Theodo fum tutatus est.

Vädalorum, Alanorum, Sueuorum q; duces, legatos ad Honoriü cü huiu modi mandatu misere.

To cu oibm pacem babe, ab oibus obsi des accipe: mos no bis com fligimu, nobu perimus, tibi vincim?: sua erit qft° reip.si emues регеаты. Diac. b Alarich fraude & per fidia Romã cepit. Placidia Constantio duci nuptui data. Conftantins + Alarichum Conftantius in societatem ...pery ab B House is af-Cumpa fumptus. TyrāniOcci dentales in Britania. Constantino tyrannu. Bononia Gallie. Cottia Albes Coftas filius cius ex mon 4 cho Casar. Dias. a Hiquum antes inter se diffensisset in periculo su mo ad cŏcordiã rediere. Sozom. Barbaris enim Pyte mai montu clauftra credidit. Diac. Cades Didy mi & Vere . miani. 'Pro V eroniane alÿ legüt Vi Theodo fioles Lagodius. Id sibi comit ti Hispani more antiquo petierunt, fed cos Confians non andinit. I dem. b Vandali, Snewi, Alami Gallias At Hispanias raftant. † Kalarisos ONE THE KANYsartive frud भ नाम केंग्निक

Michely hires

A seditiosi homines iperatori Honorio rebellarent, ipse Rauennam se contulerit : Alarichum autem istum, quem fidum adhuc sibi esse putabat, Galliz scilicet ab eo ducem creatum, cum frequentisimo exercitu, vt iniurias Imperatori factas vlcisceretur, miserit. Ille verò quu eò venisset b, arte ciuibus deceptis, Romam ingressus est: atque ibi pu blica pecunia ablata, tandem & Honorij sororem Gallam, quæ etiam Placidia dicta est, adolescentulam adhuc & innuptam, rapuit, atque inde discessit c. Eamque Constantio, comitis dignitatem gerenti, sido admodum sibi amico, seruandam dedit. Constantius porrò illa vnà cum pecunia accepta, ad imperatorem Honorium venit. Quo cũ ad hostes reuersus, cum Alarico pugnam commisit d, victoriamq, obtinuit. Quam illius erga se be neuolentiam & fidem vt Honorius remuneraretur,in matrimonium ei placidam collocauit: eundémq;, forori talem honorem habens, corona & purpura ornatum, ad societatem imperij extulit. Atque illum quidé Rome reliquit: ipse verò Con stantinopolim ad res Theodosij ex fratre nepotis ordinadas, Arcadio illius patre non ita pride mor tuo, profectus est. Sedenim in Britania milites seditione mota, Marcum tyrannum promulgarunt. Nó multo verò pòst eo occiso, Gratianum ad im-\* perium euexerut. Sed cum & hic quatuor exactis mésibus, iugulatus ab eis esset, Constantinu summærerum præfecerunt, nomine ipso imperium illi certum tutumque fore opinati. Quam ob causam reliquos etiam ita legisse videntur. Constantinus ex Britania Bononiam, maritimam Galliæ ci uitatem traiecit, militésque Galliæ & Aquitaniæ omnes, ciuésque & subditos vsq; ad eas quas Romani Cottias Alpes nominant, inter Gallia & Italiam sicas, ad se pertraxit: & maximum natu filiu Constantem (quem postea imperatorem renunciauit) data tum ei Cæsaris dignitate, in Hispania misit. Is ibi quos in rerumpublicaru administratione inuenit, Honorio genere coniunctos e, Didymum & Veronianum, prælióque secum in Lusitania congressos, & viuos captos, vnà cum coniugibus interemit, & suos ei prouinciæ rectores præfecit. Teodosiolus verò, & Lagodius, qui eorum quos modò neçatos esse diximus, fratres erat, fuga sibi consulentes, salui permansere. Et Theodossolus in Italiam ad Honorium, Lagodius auté in Orientem ad Theodosium peruenit. Hac re sic acta, Constans ad patrem Constantinum transit. Cæterum cum incommodum præsidium in Hispaniaru aditu collocasset, maximæ cladis & excidij regionibus eis id causa fuit. Postquam enim Constantini + copiæ conciderunt f, Vandali, Sueui, Alani, gentes feræ, 🖈 transitu eo occupato, multas vibes & multa castella Galliarum & Hispaniarum, & aliquot tyranni duces ceperunt. Constantinus quum ei adhuc ex sentétia opinio-

† Hoc tempore apud Bethlehem fanclus Hieronymus; we & naginta annu expletu, ad Christum migraust. Diac.

\* Eadem atate Pelagius Brito, Celestino & Iuliano adiutoribus, hareticum dogma contra gratiam Christi instituit : quod in Carthaginiensi ducentorum decem & septem episcoporum concilio est dammatum.

ne sua res procederent, filium Constantem Au- D gustum declaravit, & transire in Italiam voluit. Et Cottiis Alpibus superatis, Liberonem Liguriæ ciuitatem venit.Eridanúmque traiecturus 3, vbi de Alauichi morte certior factus est, retrocessir. + Alauichus iste, dux quidem Honorij, proditionis autem suspectus, quasi Costantino Italiæ imperium pararet, fuit. Quam rem vbi Honorius co gnouit, ex progressu seu deambulatione quadam reuerlus, simulatque ab equo descédit, statim gratiarum \* actiones & laudes Deo obtulit, veluti à manifesto proditore liberatus h. Constantinus autem tyrannus, & filius eius Costans, profugien tes, in vibe Arelatensi conclusi sunt. Exercitu năque eius disperso, gentes quas diximus barbara, loca circa Pyrenzum montem opibus atque diuitiis referta occuparunt : atque inde, præsidiis negligenter ad transitum ipsum dispositis, in Hispaniam transferunt.

#### CAPVT



stantini ducum præstantusmus, susceptis contra eum inimicitiis, Maximum quendam sibi samiliarissimum, quòd eum imperio comodum esse existimaret, O tempore Gerontius Con-

ad imperialem fustulit dignitatem,purpurea ei ve ste data. Atque illum quidem Taracone reliquit. iple autem copiis acceptis, aduersus Costantium progressus est : atque ex itinere Viennam digressus, filio eius Constanti necem struxit. Ea res de Gerontio vbi ad Constantinum est delata, Edouichum ducem suum ad auxilia ex Francis & Almanis contrahenda trans Rhenum misit. Et Vien nam filio Constanti, nondu Gerontij insidiis sublato, servandam commisit. Gerontius ad Arelate duxit : camque vibem, vbi Constantinus profugus erat, obsedit. Honorius autem exercitum ingentem aduersus Constantinum tyránum misst, duce Costantio, quem sororis suz Gallz Placidiz virum fuille, antea diximus : atque is postea Valentinianum tertium, & Honoriam filiam ex ea F genuit. Ea re territus Gerontius, cum paucis celeriter fugit. Reliqui autem milites eius ad Constantium transierunt. Hispani Gerontium propter subitam fugam contemnendom esse censentes, consilium eius occidendi ceperunt, & no-&u ahospitio eius imminentes, quum armis satis muniti essent, interficere eum sunt aggressi. b At Gerontius & Alanus vnus, cum quibuldam illius necessariis, tectum eius domus conscendentes, e non pauciores quàm trecentos qui eos oppugnabant, interfecere milites. Atq; vbi tela eis defuere, famuli quidem clàm se ex ædibus demittentes, in pedes coniecerut. Gerontius autem quum & ipse itidem saluus cuadere posser, facere id recusauit, d Nunychiæ coniugis amore obstrictus. Cum ipso autem diluculo, hostes domum in inferiori parte incederunt. Et qui Gerontio nulla salutis spes reliqua esset, primúille Alani caput non illibenti, resecuit: deinde & vxoris, quu illa lamentaretur, & lacrymans se ferro admoueret, precaretúrq; vt prius extremu hoc munus à marito ferret, eiulq; gladio interirer, quam in aliorum pernenire pote-

· Ala

Fortaffe ic rection legator Alari chas mbis Rompogue

d Coft Xim Conflant Ardan de-\* wx 4915 444 Bjare,

Maximi ty

Corfeeti interitus. Edoniel Franci. Almani Gerontin · Arclase ob fidet.

Cofizios ad mer fos Cöftá tinii in Gal lian resit.

Gerouty fogs.

4 Gašti Hifpani m bospuio obsib Gara se cotrailles Arenoi toec Panci plari mes interfid Predesi exipli and ris coniugalis Nunych Geroutij con iunz. c Idi falato desperasa pri ملم ءُ fidă comitem deinde co gem fuem, postrano sap

fem Kerficit.

transmittens. Postremò verò Gerontius, quum

tertiò sibi ipsi ferru adegisset, nec lethale vulnus

inflixisset, quem ex semore suspensum habebat,

pugione stricto, cor conuulneravit. Et sic Geron-

tius quoque interiit. Enimuerd Honorij exercitu,

cui Constantium præfuisse indicauimus, Constan

tinum circumuallente, f ille obsidionem sustinu-

it, Edouichum, quem vltra Rhenum ad Francos&

Almanos auxiliares adducendos miserat, expe-

Chans. Quod veritus Constantius, retrocedere La-

liam versus, ibique cossigere cum & Edouicho vo.

luit. Idque ita constituit, quòd in propinquo Edo-

uichum castra habere audiuerat. Itaque cum co-

piis Rhodanum transiit. Et ipse quidem cum pe-

ditatu omni hostibus exitium molitus est:nec mi-

nus h Vlphilas equitum præfectus, non longè ab

eis loco alio clàm in insidiis constitit. Postquam

autem hostes Vlphilam inscij prætergressi sunt,

& iam pugnam inire cum Constantio deberent, signo dato ille subitò se ostendit, & hostes à ter-

go aggressus est. Ordinibus ergo turbatis, alij se in

pedes dederunt, nonnulli trucidati sunt: quidam

abiectis armis veniam petiere, qui etiam quampri

mum in gratiam sunt recepti. i Edouichus autem

equo conscenso, in agrum Ecdicij cuiusdam vete-

risamici, qui multa ab eo acceperat beneficia, per-

uenit. Et ille quidem vt amicum eum excepit. k

Noctu autem capite ei amputato, ad Constanti-

um id,magna se pro eo munera accepturum spe-

rans, pertulit. Constantius gratias homini de faci-

nore eo egit, & caput recepit. Quum verò mane-

re cu eis ille conaretur, I discedere inde iussus est.

Minimè namque sibi & exercitui bono putauit

fore infidi hospitis consuctudinem. Quapropter

Ecdicius in amico & hospite aduersis rebus pres-

so, quum flagitium tam impium designarit, lupus

(quod in prouerbio dicitur) fruftra hians esse visus est. Post vi&oriam istam , vbi exercitus ad vr-

bis oblidionem amne transmisso rediit, & Con-

stantinus ea quæ Edouicho acciderant cognovit,

fua sponte Imperatoria deposuit in signia: m eccle-

siamé; ingreslus, presbyteri suscepit dignitatem.

Et ciues oppidi iureiurando prius accepto, portas

Constantio aperuere: qui etia omnes servati sunt:

atque ex eo tempore, subditi eius regionis om-

nes in pristinu statum restituti, Honorio fideles

fuere . tyrannus antem cum filio Iuliano in Italia

ducti priusquam ad destinatum locum peruene-

re,trucidati funt . Brevi quoque pòst + Iouianus,

Maximus, quem diximus, Sarus, aliique præterea

qui Honorij imperio infidiati funt, cæsi interiere.

Qui sand Honorius, sicuti dicum est, per sororé

Gallam Placidiam, in affinitatem Constantium,

qui Constantini tyrannidem exterminauit, asci-

uit: cundemque propter plurimas præclare bello

res gestas in Imperij societatem recepit. Ipsius e-

tiam filio Valentiniano, quem illi Placidia proge-

nuerat, Illustrissimi dignitatem concessit. Con-

stantij imagines, id quod eis facere mos erat qui pridem ad fastigiŭ Imperiale euecti essent, in O-

rientem misse sunt. easque cum iunior Theodosius non admitteret,& ob talé contumeliam bel-

f Confiantimus Confranty obsidionem sufrinct.
Z Edocichus
cum sois à
Confiantio
pralio vincitur.
b V lphilas
equitum pra
fellus.

i Edmichme
ex fuga ad
Ecdiciii amicum coufugit.
Is ab Ecdicio franda
ecciditurlz Escepti
amicitia &
bofpisij violati.
l Couftantim à caftrio
fuis proditio
um rapellit.

Confiantio?
ex tyramo
presbyter fa
clim. Confid
tim perdeditimem Arelate recipie
† Nonnalli
bane Ioninii
alij Ionini no
minds: enimo
fater Sebafianni itidi
eft efun. 11lafrifilmi
dignatas.
Gallia pata
tal. Confiantini & filij
oim Inliani
eades. Alio
rum item ty
ramorum.
Confiantij

A statem. Atque illa dignam se religione sua exhibens (Christiana enim erant) virili prorsus animi instituto, ita vitam finiit: præclariorem, quam ve obliuione premi possit, memoriam ad posteros

#### CAPYT VII.



Nterea verò Ioannes, vnus ex iis † qui Imperatori commétarios scribunt, præsenti secundarum rerum statu non contentus, a imperio arrepto tyrannus alius extitit. Placidiam is & Valentinianum expulir.

repto tyrannus alius extur...
diam is, & Valentinianum expulit,
Theodosium nauigarūt. qui etiam Byzantium ad Theodosium navigarūt. Eare Honorius cognita, dolore immenso correptus, postea hydropis morbo periir. b At Ioannes tyrannidi incubans, legationem ad Theodosium misit, quæ vt ipse Imperator reciperetur, peteret. Legati verò nihil egere: sed primu in custodiam coniecti, deinde in Propontidem exulatum missi sunt. Porrò Placidiam & Valentinianum Thessalonicam duci Theodosius curauit, atque ibi Casaris dignitatem nepoti tribuit:bellum auté E aduerfustyrannum gerendum Ardaburio duci,& filio eius Aspari commisit. Qui sanè Placidiam & Valentinianum secum ducentes, postqua ad Pæones & Illyricos peruenere, Salonas Dalmatie oppidum vi ceperunt.d Ex eo loco Ardaburius classe contra tyrannum profectus est. Et primum ille quidem secunda fortuna vsus est, postea auté naualis expeditio ei non bene cessit. Ná subitò violentus& incommodus ventus exortus,e in tyranni manus eum coniecit. Et ille ad pacificationem spectans, humaniter Ardaburium tractauit. Arda burius in securitate multa, quum eos qui à tyranno ducă ordine moti & exautorati fuerant, mœ. stos esse videret, insidias etiam contra illum magis struxit:&filio Aspari cla denunciauit, vt quàm celerrimè ad occasionem rei bene gerende aduenirer. Tyrannus Ardaburio capto spe elatus, in ea necessitatem Imperatorem cecidisse censuit, vt communi calculo petitionem suam approbarer, & se Imperatorem reciperet, siquidem ducem suum saluu esse vellet. Et profecto in maximo Imperator erat discrimine, ne quid à tyranno aduersi F Ardabutio accideret: Aspar equitatu accepto, celeritate aduentus sui sensum præuenit, & Aquile. iam vrbem magnam recepit:eamque facile, Placi diam & Valentinianum secum habens, confirma uit. Metus autem ei vlterius progrediendi, quòd barbarum plurimorum millium exercitum contraxisse audisser, incessit. g Verum tum quoq; maxime Imperatoris precatio enituit. 8 nam angelus Dei pastoris habitu sumpto, copiis Asparis prziit, & per lacum eas, qui Rauennæ (ibi enim syránus in potestate sua Ardaburium habens agebat ) subiectus est, duxit, vade neminé vaquam adaenisse

† † Honorius cum patre, fratre, & fratru filio, triginta imperante amuis, & tricennalia celebranie. Ab codem Placidia Angulta, Constantio marito cius mortuo, cum V alentiniano & Honoria liberu pulfa, à Theodosio in Oriente suscepta est. Diac. Pomp. Caffiel. Huc soboles nulla suit. Nam dua Steliconii silia. Maria & Thermantia, altera post alteram ei unpta, Dei indicio inopinata morte prauenta, ex hac luce migrarunt. Diac.

f Aspar Aquileiam.capit h Essicacia precii Theodosy.Consideret lector aquus,quid in Albi stamine ad oppidii Mulbergam am. Domini 1547 acciderie.

O iiij

†Vocantur ÿ hypomæematographi. l.Si ques fp& taneos.C.da decurion.lib. 10. 11 a Ioanes en Scriba tyran widem occupat. Henorÿ mors. Idem se in focietate imperÿ recipi à Theodofio c Logati es male á Theo defio accepti.

d Ardabu
rium ducem
cum filio eim Afpara
aduerfus Ioamnem Theo
dofius mittie
e Ardabu
rium Ioanmes capie.
Ardaburij
magnanimitas.

h Affin angelo Des duce per lacum itimere facto, Raud nam tyrik nam capito.

memorie proditum est. Deus sanè ipse qui in ma-

ri rubro vndas discidit, quod inuium erat, omni-

bus peruium exhibuit. Sedenim perinde atq; fo-

lum ficcum copiæ Asparis vnà cum equitatu om-

ni, lacus vndas transeuntes, primo aduentu vrbis

portis captis, potiti ea sunt. Ibi cum prælium exi-

guum comissum esser, tyrannus proditione suo-

rum captus est, & Aquileiam ad Placidiam & Va-

lentinianum missus. Vbi ei primum manus rese-

Cta, deinde etiam caput amputatum est, quum an-

num sesquialterum tyrannidem exercuisset. Im-

perator more suo rursum qua esset erga Deu reli-

gione ostendit. Postquam enim ei victoria de ty-

ranno reportata, ludis Circensibus renuciata est,

ad populum vociferans: Agite, inquit, si ita vide-

tur, ludicro hoc dimisso, in ædem hanc precatori-

am eamus, & carmina gratiarum agendarum au-

tori victoriæ Deo concinamus. Hæc vbi dixir, spe

ctaculum neglectum est: & per circum medium

euntes omnes, concentu vno cum hymnis & car-

minibus pulcherrimis + gratissimisque, in proxi-

mam Dei domum sunt ingressi, formamque pror

sus ecclesiæ vnius cuncta retulit ciuitas, populo

omni in templo diem eum consumente. Postea

cura illa animum fubiit Imperatoris, vt quemnă

Occidenti Imperatorem omnino preficeret, deli-

beraret. Quapropter Valentinianum sororis filium, idoneum ei imperio iudicauit, quòd matrem

haberet, quæ curam ibi rerum administrationis

ferre posser. Properabat verò & ipse in Italia pro-

ficifci,vt nepoti imperium constitueret, prouin-

cialesque ibi, ne facile tyrannis se committerent,

doceret.Et ea de causa Thessalonicam progressus

est. Sed quo minus viterius peederet, morbo im-

peditus est. Proinde per Helionem patricium, im-

perij infignibus illi missis, ipse Byzantium est re-

uersus. Aetius verò, qui secundum ducendis mili-

taribus copiis locum apud tyrannum habuerat,

post tertium à cæde illius diem, sexaginta barba-

rorum millia ducens aduenit. Cum quo vbi As-

par conflictum habuit, & cædes vtrinque ingens

facta est, postea pacificatione inter ipsum & Pla-

cidiam arque Valentinianum interueniente, Co-

mitis dignitatem tulit. Qui verò cum eo merce-

de conducti erant barbari, auro corrupti, & ipsi

simul & iram & arma abiecere. Obsidibusque da-

tis,& fide rurlum accepta, in patriam rediere sua.

Supplicium
Ioanuu.
Theodossus
pro victoria
gratius Deo
agra.

Wzapisons,

Valentiniamu 3. Rom. imperator in Occidente confissusm.

Helio patri cime. Actim per transactione Comità diguitatem ac cipis.

I.L.de bello Sacconico, 1547• \*\* Risfies re albu codere terrios.
Confrecie, alto fluminis aloco
Procressia agrosteso coloni
Induitur faciem Menalca,
Et vasa monstrat pernia Casari,
Illumia; Casar consequitur ducem,
Gaile sibi credens ab alto
Omine dexteriore missum.
Eques deinceps traicit impiger
Nymphis natantum frena regentibus,
Quas Martis insuetas furentis
Dulcis amot stimulab at oci.
Net ante servens desinit impetus
Tenere corsum salsibus ausis,
Victoribus quam det supinas
Ipse induos insimicus hostis.

CAPVT VIII.

Erùm de tyrannis qui tum extite D runt, & prouidentia Dei diffluxerunt, satis dictum esse puto. Neque nos illorum obiter, & quass per digressionem meminimus: sed ve certò declarare-

mus, sufficere principi, maxime ad præsidium & custodiam imperij, rerum diuinarum curam diligentem,& cultum rectum: quz in Theodosio & forore eius Pulcheria fuere . Deus etenim omnino administratione eorum delectari įvisus est : nõ eo solum quòd bella ita composuit, vt subditi eorum ab hostibus liberarentur, atque iidem præter opinionem omnium, cum ingenti magnificentia rece gubernaretur:verumetiam, quòd multa sacra corpora eorum qui olim veriore pietate excelluerunt latentia, Imperij illorum tempora honore prosequens, visionibus quibusdam è sinu ter ræ produxit, & publicè in apertum protulit. Id quod eo tempore accidit in Zacharia veteriore propheta,in Stephano primo diacono & martyre, atque in Sebastiensibus quadraginta sub Lici- E nio gelu cocretis martyribus. Quorum omnium quum noua sit inuentio, vt cam Deus exhibuerit, necessariò dicendum esse videtur. Ac primum de propheta, vt qui primum apparuerit, memorabo. Circa Eleutheropolim Palæstinæ, vicus quidam est Chophar dictus, unde Zacharias ortus fuit. Præfuit huic Calemerus quidam + agricola, erga agri possessiorem quidem beneuolus maxime, in finitimos autem rusticos durus admodum & grauis. Et quamuis ille talis esset, prophota tamen ei insistens, seipsum aperte ostendit, & ad hortulum quendam eo ducto:Hic, inquit, in duorum cubitorum altitudinem fodito, à septo in hortum ipsum, eam viam versus quæ in Bithrerebin oppidű ducit: & arcas duas inuenies, exteriorem ligneam, interiorem plumbeá. Reperies preterea apud loculos eos vas quoddam aqua repletum: ad cuius partem vtramque, mediocres duo innoxij & placidi ferpentes (cicures eos dicas) circumuoluuntur.Hæc quidem, qui per visioné apparuit, dixit. Calemerus verò viso ei obsequatus, imperatum opus perfecit, atque vbi sacra illa arca iuxta præ- F dica signa extitit, diuus propheta apparuit, sacerdotalem indutus stolam: quippe qui etiam, vt puto, sacerdos fuerit. Extra vrnam eam, ad pedes, puer etiam quidam tener admodum iacuit, qui quidem ex nobilitate fuisse, & ad reges genus referre vifus est.Caput enim eius corona aurea lapillis & margaritis distincta redimitu erat. Calceos quoque deauratos habuit: vestis item magni precij,& auro exornata fuit. Porrò cum sapientes eius tem poris & sacerdotes de co puero, quisnam in tali habitu estet,addubitarent:Zachariam illum , qui tum in Geraris monastico contubernio præfuir, dixisse serunt, se in vetustam Hebrzorum scripturam quandam, no ex eis quæ à maioribus sunt traditæ,& in ecclesiam receptæ,sed aliam incidisse, quæ scriptura præter alia illud quoque coplexa sit: Qui loas Iudzz rex Zachariam vatem occidisset, grauem eum septimo post die domi suz accepisse cladem, & ex filiis quem gratissimu ha-

buerar, morte amilisse. In quam erumnam cum se

ira divina conicetum esse intellexisset, puerum eum ad prophetæ pedes sepeliisse, veluti causa de Hunos fuif fe feribis
Diac. Caftiunu magifter
militii apud
Ioannem, cu
inu confilio
potifiimum
u tyrannidi
innaferat,
exilso mulflatus. Id
Pietas vera
certifiimum
imperifiimum
imperifiimum
imperifiimum

Multa fan-Elorum enpora fub Theodifio repertas

Inventora charitation pheta. † ipidose t ipidose t ipidose nus globa. Secum. lib. 9.cap. rls.

Ad pedes ein filien re gu loa quoque repers?.

Zecharias abbas Gerare.

f Praylline

Hierololy-

Theodosius

cruiem all-

ream Hiere

folyma mit-

g Dextra

aiui Stepha

ni manae.

epifcopue

Ganaliel,

Abibm,

Stephane

speliere.

dri ci nome

erat, coming i

antem cina

Iuliana.

Religionis

agô ÿ Hie-

fetti fuerat.

a Reliquia

dui Stepha

ni è Palasti

na Conftantimpolim

trasflata.

• Fælüid

al es annie

. elepfis.

b Suprà CV-

fantianarii

of melo.li.

13 64.18.

t Malaba

mana yece

d Pars ğdü

religaiarum

estum Hisrofolymin ad Theodofium

e lodnes epi-

sopus Hie-

rojolymisa-

**B**i∬4.

logunta.

rojely ma pro B

A iniuria illi illata dicentem. Hoc quidem sic iudicatum est. Ipse verò propheta cum multis hominu ætatibus seu generationibus in terra iacuisset, nihil tamen in corpore eius deficere visum est. Ad cutim vsque tonsus, rectum habuit nasum, mentum mediocriter demissum, caput paruu, & oculos paulo altius superciliis contectos. Sic quidem diuinus propheta est manifestatus.

#### CAPYT IX.



Iuitas autem Capargamala est in qua post martyrium obsolutum, qua post martyrium obsolutum, Gamaliel, qui Paulu apostolum veluti pædagogus instituit, vnà cum Abibo filio, Stephani primi martyris corpus sepeliit. V bi ve-

rò & ipli postea mortem oppetiere, proximè circa reliquias eas positisunt a. Cæterum quemadmodum illæ reperte Constantinopolim deportatæ sint, satis constat. Senatorium videlicet + virum, propter singularem eius aduersus primum martyrem amorem, precatoriam domum in Palæstina ei construxisse: eundemque mandasse, vt & ipse post obitum suum in simili itidem vrna prope diuum Stephanű tumularetur. Postea verò quum coniunx virum Byzantium transferre deberer, inter properandum illa imprudens pro viri vrna Stephani loculos recepit, & quàm potuit celerrime Constantinopolim \* contédit. Sedenim quod ipsa secum in itinere ferebat, latere minime potuit, quòd id nouus quidam odor, & innumera miracula proderent. Vbi Constantinopolim pertigit, vrbs effula thelaurum talem obuiis excepit vlnis.Comitatu & satellitio plurimo in aulam Im peratoriam ducebatur. Martyr autem eo loco manere dedignabatur. Quum enim mulæ, quæ eum vehebant, bad Constantinianas thermas venissent, viterius progredi haudquaquam sustinuerunt. Vbi verò plurimum flagris atque stimulis funt concitata, humana vía lingua, eo loco martyrem reponi iusserunt. Ita ille ibi coditus est, locusque fano pulcherrimo cohonestatus. Hoc sic factum esse sub Constantio, proditum est. d Pars verò quædam reliquiarum istarum nescio qua do causa à quibusdam fidelibus occultata fuerat:quæ & ipsa, quum primum Pulcheria princeps lucem hanc solis aspexit, in Palestina in apertum produ-&a est, e loanne episcopatus munere Hierosolymisfungente. Producta autem, quum eam martyr ipse ineffabili quadam visione noctu presbytero cuidam Dei amanti viro, cui Luciano nomen erat, apparens ostendisset. Pulcheria ergo incredibili erga primum diaconum amore flagrans, & quòd simulatque ipla nata esset, pars ca è terre recessu in lucem produsser, desiderio illius marcescens, summo studio in hoc incubuit, vt parté reliquam sacrorum illius ossium nancisceretur. Itaq; Theodosio fratri suasit, vt Prayllio episcopo Hierosolymitano pecuniam, quam ille ibi egenis largiretur, mitteret. Theodosius persuasus, non solum pecuniam, sed & crucem auream magni pon-

\* Sub Theodofy ionioris imperio reliquia S. Stephani. Laurenty, & Agues, in martyrio S. Laurenty deposite sunt. Et celebra-tur illic ipjorum memoria rsque in hunc diem. Theodorus Lector. deris lapillis & margaritis exornată, vt ea in Cal- D uariæ loco reponeretur, misit. f Prayllius episcopus rebus eis acceptis, vt gratiam aliquam Imperatori oiuldemque lorori referrer, g reliquiasdextræ manus primi ab Apostolis constituti diaconi, eiusdemque primi martyris, sancto Passalione dia cono administro vsus, remisit. Passalio itinere per acto, postquàm in nauale Chalcedonis eregionè Byzantio sitæ peruenit, martyrum princeps eum preueniens, no du Pulcherie seipsum ostendit, talibus cam alloquens verbis: Oratio tua ad aures Domini zebaotæ virtutum peruenit, petitioque tua optatum consecuta est exitum: & ipse in propinquo præstò tibi sum, Chalcedonis hospitio vtens. Visionem eam simulatque cum fratre communicavit: confestim civitas tota se in mare dedit, vndisque perinde atque continenti vsa est:ipsaque etiam Pulcheria cum fratre subsequuta est, reliquiisque exceptis, in regiam eas læticiæ summæ plena, cum maxima observantia & magnisicentia produxit, ibique reposuit : templo insuper ingenti & pulchro, auri & lapillorum fulgore re- E lucenti, propter præcipuum quo protomartyrem prosequuta est honorem, extructo. Quæ de his comperi, hæc funt.

Templü dive Steshano Pulcheria construit.

#### CAPYT X.



Erumenimuerò, quod manifeltum est pietatis sœminæ eius indicium & propterea Ecclesiasticæ historię insertum, quanuis aliquo pòst tem pore accidit, nouum quiddam &

admirandum habens, de inuentione reliquiarum quadraginta martyrum, stylo persequar. Eusebia quædam fæmina Macedonij fectæ, & diaconissæ in Macedonianorum ecclesia munere fungens, extra muros Constantinopolitanæ vrbis domicilium & hortulum habuit:vbi reliquias quadragin ta militum, qui in lacu ad Sebastiam temporibus Licinij certamen pro Christo obiere, asseruauit. Ea moritura quibuldam eiuldem religionis monachis locum eum relinquens, iureiurado eos adegit, vt eam ibi sepelirent, & supra caput eius tumulo exciso, martyrum ossa in eo reponerent, neque cuiquam rem eam reuelarent. Id illi ita fecere:martyribulque gratificari, & cultum debitum prestare, tum autem promissa integra seruare volentes, ne externorum quispiam id sciret, subterraneum delubrum circa tumulum Eusebiæ excitarunt, superioremque eius partem solo quodam plano ex latere cocto contegentes, scalas latentes quæad martyres ducebant, struxerunt. Postea autem Cæsarius quidă vir, qui ad magnas opes peruenisser,ita vt & consulatus & prefecturæ honore functus sit, coniugem suam mortuam iuxta Eusebiæ tumulum humauit. Hoc enim sic vtrique adhuc superstiti, pro mutua inter se gratia, & cocordi eiusdem religionis observantia placuerat: quæ res in causa fuir, vt Cælarius locum eum eme ret,in animo & ipse habens,communem ibi cum vxore sepultură sortiri. Monachi, quum nihil de martyribus indicassent, sicuti conuenerat, Constantinopoli discedentes, aliò migrarunt. Postquàm verò ædificium super tumulo eo antea apertè constructum, temporis vi dirutum conci-

Eusebia dia coni∬a Macedoniana. De reliquiis XL marty rom Sebaste norŭ,qui sub Licinio funt passi.

Cafationvir praelarus.

Sozelib.g. 64p. 2.

442

Thyrfue martyr.

Reliquia ir fra Pulcheria principi indicantur.

Polychroni presbytet de crepitus.

A disset, & ruderibus locus congestus esset, tota ea regio exæquata est: quum videlicet quem diximus Cælarius Thyrso martyri gratificans, magnificum ibi Deo ædificauit templum. Deo auté ipsi visum est, ex composito locum eum ita obscurü fieri:& tam longum tempus intercedere, vt eo illustriorem martyrum inventionem & inventricis erga se amorem redderer. Erat ea Pulcheria princeps, cui tertium noctu imminens martyr Thyrsus, coopertos terra martyres indicauit, eofque ex sinu terræ extractos eodem secum loco & honore ornari iussit. Non ille verò solum, sed & ipsi quadraginta, insolitas nouasque induti chlamydes, se ipsos ei ostenderunt. Res ipsa dubia atque admiranda erat, fidemque excedere videbatur. Neque enim quisquam, qui ætate multa in cle ro proue di erant, de martytibus quidquam dicere:neque etiam externorum aliquis vbi illi essent, ostendere potuit: donec desperantibus omnibus ex familiaribus Cæsarij Polychronio cuidam viro decrepito, qui olim presbyter factus fuerat in memoriam Deus renocaust monachos illos, qui aliquando locum eum incoluerant. Hic Macedonianos clericos, qui nimirum eiusdem cum monachis opinionis essent, couênit, & an quisquam illorum in vita adhuc esset, percunctatus est. Vbi re liquos quidem defunctos, vnum autem duntaxat superstitem esse cognouit (Deus portò hunc inter viuos ad rem cam de qua ambigebatur ostendendam, conservasse visus est) Polychronius, eum nu reliquiæ martyrum in loco designato conditæ esfent, vt diceret rogauit.ille filentij arcanum Eusebix conservans, rem eam se scire subnegauit. Polychronius contrà ei apparitionem diuinam negotiumá; quod martyres Pulcheriæ hanc ob cauiam exhiberent, nec non dubios desperantesque omnium animos expoluit. Hoc postquam ille intellexit, veram esse principis visionem professus est. Adolescentulus enim, inquit, quum essem, & à senioribus monachis monastice vite institutum addiscerem, saris scio, martyres hic ad Eusebiæ tumulum conditos elle. Loco autem ipso in aliam quam nunc videre est formam redacto atque mu C tato, & maximè multo interea tempore exacto, certò scire nequeo, sub Cæsariine fano, an alibi de fossi sint. Ego verò, Polychronius subintulit, non idem quod tu patior. Quia enim quum Cçsarij vxor sepulturæ mandaretur, affui, ex publica quæ hic proximè estvia coniecturam faciens, illam sub ambone, qui lectorum suggestus est, sitá esse puto. Tum monachus: Quærendus igitur, ait, Eusebiæ quoque tumulus est, qui non longe à coniuge Cæsarij abest. Quandoquidem superstites ipsæ multam inter se habuere consuetudinem : & pactum eis intercessit, vt defunctæ contigua haberent monumenta. Itaque vbi ex signis & conie-&uris eiusmodi, sacras hasce reliquias, Pulcheria iubente, inquirentes fodere cæperunt, primum quidem circa ambonem coiugis Cæsarij arca apparuit, quemadmodum coniecturis quibusdam collegerat Polychronius. Deinde verò pauimentum quoddam latere coctili distinctum extitir, sub quo marmorea tabula ciusdem magnitudinis iacuit.Et sub ea Eusebiæ tumulus, atque subterranea illa sacra ædes reperta est, affabrè admodum

constructa, candidoque simul & porphyretico

marmore incrustata. Operculum verd tumuli in D formam sacræ mensæ elaboratum erat. Porrò in summo capitis loco, vbi martyres siti erant paruum quoddam foramen patebat, in quod ex comitatu Imperiali quidam ibi assistens, virgam qua tenuem secum ferebat, dimisit: deinde eam redu-Cam vbi naribus admouit, incredibilem suauitatis odorem percepit. Vnde iis, qui operi præerant, quique ei incumbebant, bona concepta spes est: nullaque interposita mora, monumento aperto Eusebiam inuenerunt, pulchrè admodum collocatam. Et monumétum ad caput eius situm & ad arcæ formam ita vt emineret pulcherrimè exculptum,operculo etiam alio intusobfirmatum crat. Vtrúmque verð operculorum labrum , ferrű impolitum habebat, plumbo diffuso compactu, atque id quod interius erat in medio simile priori foramen ostendit. Quod sanè manifesto indicio fuit, martyres ibi códitos esse. Hæc vbi renunciata funt, cũ festinatione omni & Pulcheria & vrbis ipsius episcopus Proclus ad Martyriú accurrit. Et postquam ferrea illa vincula arte quadam soluta, E & operculum facilè dimotum est, vnguenti multum sub eo fuit: & in vnguento ipsovascula + ansis carentia duo, argento elaborata, inuenta, in qui bus religiose sacræreliquiæ positæ erant. Proinde Pulcheria, quam Deus reuelatione eiusmodi dignatus esser, sacrificia gratiarum actionis, de sanctarum reliquiarum inuétione, ei obtulit. 2 Deinde preciosæ arcæ impositas, martyribus gratisicans, iuxta martyrem Thyrsum collocauit. Festusque maxime dies is, pro co atque par fuit, cu decenti honore actus: b & pompa atque apparatus splendidus, faustis acclamationibus vnguentorumq; odoribus additis celebratus est, omni propè ætate & ciuitate propter martyrum honorem extra vibem effula. Hæc quoque sic gesta cognoui. Fama sanè obtinuit, in aliis quoque multis rebus Deum principi huic puellæ futura prædixisse, maximéque religionis & pietaris ei atque sororibus eius, quæ & ipsæ idem vitæ institutum coluere,testimonium perhibuisse. Nam & Laurentij martyris & Agnes reliquias inuentas Constantinopolim intulit, cuius rei gratia & amplitudine F maximum structura ipsa polcherrimum delubrū construxit. Eiusdem imperij tempore Gennadio ecclesiam Constantinopolitanam curante reliquiæ etiam sanctæ Anastasiæ \* incantatricis ex Sirmio allatę, in martyrio eius funt repolitę, quod proxime ad porticum quæ Domini, dicitur, situm est. Attico verò Episcopatum gerente, prophetæ quoque Samuelis ossa allata, & in prophetico eius fano, quod prope Septimum conditum est, collocata. Cæterùm de his abudê satis à nobis dictum esse puto. Proinde ad reliquas Ecclesiasticæ historiæ res nobis redeundum.

\* Hiftoria Anastasia pharmaceuria, ex Suida,iu siuc libri annexa ost.

CAPVT XI.



A tépestate Rome ecclesias Innocentius rexit, Anastasio surrogatus, qui Siricio, Siricius autem Damaso successerat. Alexadriæ adhuc Theophilus ecclessis præsuit. Apud AnProclumpi-Scopus Couflantmopoli tanus. † «NABARTO-ORKAL.

a Reliquia einfaodi m teplo Thyrs martyrů reposite. b Pompa huic se affuisse teftatar Sozem. lib. 9.cap. 2. Pulchens forores e-Reliquie di ni Lauretý. Dina Agnes. Anaftafia venefice. Gennadian episcop au Conflant.

\* populace
Auryian
Martyrian
Austrafia.
Samuela
propheta.
Propheticil
Samuela.

Primariarii Sedium epi-Sepi.

a Theodo Sim Synada episcopus, Macedonia nes tyranni cè persequi-Theodofi me TALOVILTEE O AVATUS. b Ecclesia orthodoxa persequitur.

· Azape-Im Macedo episcopus. d Theodofin Conftan tinopoli opë I imperatoris contra A14cedonianos. implerat. 1 Azapetus interes cum fuis ad on thodaxi3 transit. Et populo vainer so im liv thronan Theodofii oc cupat. \* haszinie Bo Warne,

ל מי נוֹאַנ фенциять. Theodofies rever fee ab esslefia ropellitur, Cafam fuens rnesum Con ft antimopeli aired Alli es exponit. Atticus Theodolinus Conftanting poli retinet. Agapeto pisc**opatum** Sanada cofirmat.

A tiochenos execrandus Porphyrius episcopatum, post diuum Flauianum gessit. Hierosolymis post Cyrillum, Ioannes etiamnum facrum munus administrauit. Constantinopolitanam ecclesiam post admirandum illum Ioannem, & Arsacium, Atticus curauit. Qualis verò is genere, vita, eruditione & doctrina fuerit, proximo expoluimus libro. Quæ verò res ecclesiasticæ memoria dignæ fub eo acciderint, nunc commemor abo. 2 Synada Pacatianæ Phrygiæ vrbs est, vbi tum Theodosius quidam pastorale sortitus fuerat munus. Hic Macedonianæ religionis sectatores (perquain freque tes autem ij erant) crudeliter ibi non vibe tantum ipfa, fed proximis etiam agris expulit. Fecit autem id, neque de orthodoxa rectaque sentientis Ecclesix more, quæ semel persecutioni omni nuncium remisit: neque ardore aut æmulatione probatæ fidei:sed auariciæ morbo captus, ad pecuniam vndequaque, atque ctiam ex eis qui aliter atque ipse sentirent, corradendam, plurimum pofuit studij. Proinde omnem contra Macedonia-

nos quod dicitur, lapidem mouit, bellum cum ipso clero gerens, sexcentas que instituens vias, in ius eos vocauit, atque in vincula & custodiam coniecit. Præcipuè verò c Agapeto ecclesiæ orum præsidi granis fuit. Atque vbi ei prouincie rectores ad illos persequendos minus sufficere visi sunt, dad Imperatorem confugit, iussiones ad prouinciam omnem petens. Et cum ille ea de causa Constantinopoli moraretur, tempulque ita extraheretur, · Agapetus vnà cum clero suo optimum texuit consilium. Populo namque qui sub eo erat, congregato, inuentum solers proposuit: persuasitque adeò, vt patria hæresi relicta, i usesi s consubstantia lis fidem complecterentur. Qua re satis confirma ta, vnà cum ea ipsa multitudine in ecclesia se contulit:atque ibi precatione peracta, cum pacem po pulo, sicuti mos est, precatus esfet, thronum conscendit, in quo Theodosius sedere solitus erat. Er plebe inter se coniun cta, deinceps 6400018 consubstátialis fidé docens, ecclesias Synadæ in potestatem suă redegit. Hac re sic acta, paulo post Theodosius Constantinopoli eò venit, & \* auxilium à Prefecto in provinciam totam secum ferens, neque eorum quicquam quæ ibi acciderant sciens, cum + instituto propositoque suo ecclesiam est ingressus atque inde ab omnibus expulsus, rursu se Byzantium contulit, & apud episcopum Atticum casum suum deplorauit, videlicet quòd contra receptos mores & Ecclesiæ catholicæ constitutiones, è throno suo deturbatus esset. Atticus secumipse rem eam in Ecclesse vtilitatem cessisse considerans, quamuis ei præter rationem nonnihil admixtum esset, illum quidem oratione benigna consolatus, & vit decœterò priuatam quietaque ageret vitam cohortatus est, publica priuatis maximè præferenda esse docens. Ad Agapetum autem, epilcoparum eius autoritate lua confirmans, scripsit, postponendum despiciendumque esse, quicquid illi ex inimicitiis Theodosij accidis set aduersi. Hoc sic Ecclesiæ perquam vtile Attici temporibus euenit.

CAPYT XII.



culorum, sanationum que muni-carum expers temporum eorum status suit. Iudzus enim quidam multis sam inde ab annis paraly-tic', in lecto veluti podus quod-tic' in lecto veluti podus quod-Æterum nec inlignium mira- D

dam sacebar. Et cu Iudaica precatio omnis & medicorum ars de vita eius animos despondissent, postremò ille rebus omnibus desperatis, diuinum cepit consilium, baptismi Christiani subcundi:illo solo se deinde ad opem & salutem commodo remedio vsurum esse sperans. Hoc vbi Attico renunciatum est, de rebus sacris \* more nostro eum instituit,& spem bonam in Christum habere per Euangelium ritè docuit, lectoque ita affixum ad sacrum ferri lauacrum iussit.lbi ille side sincera baptismi gratia suscepta, in baptisterio statim morbum reliquit, saluusque inde prossus rediir, ita vt deinceps nihil in corpore suo de priore illa, quæ longo tempore sedes in eo fixerat, peste paralysis circumferret. Tanta vim omnipotens Dominus, præter opinionem omnium, tum baptis- E mi gratiæ immilit, per quam multi quidem ex superstitione greca ad baptismum complectendum confluxerunt. Iudæis verò, qui semel sibi signa requirenda statuerunt, ne hoc quidem tam euidens miraculum, ve idem facerent, persuasit. Tata prodigia tum quoque Christus hominibus spectanda exhibuit. Verum tamen permulti signis quoq; editis, ad improbitatem suam & malitiam rursu velati sues revoluti sunt. Non solum enim illi signis admirandis non crediderunt, sed si quibus etiam \* nugari mos esser, eos sequentes, opinionem eandem & sententiam complecti animaduerli funt.


Indam Con st antinopoli so desperato caso paralyticus per bap ti (m ii morba eo liberatur. Catechesis & inftitutio facra ante baptifmum.

\* xatux4ens des 1800.

Eo miraculo multi Graci ad Christianifmum per tracti. Indei pertinaciter in in duratione sua persifiüt.

\* beginge

#### CAPPT X111.



ecclesia discessit, sub festi Paschæ observationis prætextu. Itaque illegitimos conuentus agere incipiens, apud Arcadij forū b, cui Xcrolophi, hoc est, sicci tumuli cognomen est, multum fuit: ibíq; facinus aggredi aulus est, grauissimo supplicio dignum. Qum enim in quodam frequenti conuentu partem illam Euangelicæ lectionis pronunciare deberet, quæ dicit: Erat autem dies Iudæotum festus, qui dicitur Pascha: diuinis verbis alia de fuo attexuit, quæ neque scriptura, neq; auris quæpiam vnquam percepit. Quænam verð sunt ista? Execrandus(inquit)est, qui extra azimorum dies Pascha celebrat. Quod dictum ex eo auditum,& ad multos diuulgatum, ad illum ipfum etiam eos qui sinceri apud Nouatianos erant, quodammodo rapuit atque pertraxit. Verum non diu homini talis profuit cauillatio:nam in deterius ei commentum hoc cessit. Non multo post per anticipationem de concepta sententia sua is festum agebat diem, & ad eum ingens confluxerat multitudo. Quum verò in peruigilio solito, pro eo atque conueniebat, sacras cæremonias obirent, ruSabbatine Nonatianua episcopatum affectans,à Nevatiano rum ecclesia Secedit. Arcadÿ fo vom. I dem la Chonem Rwangelicam adulterat. Xeroloph", Emplacos. Hic locus de clarat locum § Item lex Cornelia. Inst de pub.

In pernigilia Sabbatiana rū, panko,si ne potius da moniaco terrore tumpltus excitatur, or cades multa fit.

Chry fanth? Marciani eposcopi filime vir Cosalaru, & Britannia Vica ries,innites episcopus à Novatisus creatur. \* JanaTirds TRS ITANIAS.

Chryfanth' electionem fugit. c Sabbati<sup>9</sup> cotra iuriliu randı religio nem illegitimè episcopus ordinatur. d Hermoge nes Sabbata ordinator, antes ab es propier blafphema foripta excome Populus Nouatianu Sabbatium ерівсорії пош recipit. f Chryfanthus invitud spiscopasum Susipit. g Episcopi **boni** exepl**i**. h Panes be medictionis, APTO, WAQzıãp. Troolsu fophifta. i Ablabi Non ations rum Nuce episcopus. Novatiani nŏ bene steterunt Ale ∝andrie.11€ lz Quo statu Ariani tũ facrint. timeling Fider most-20110. Conft antine poli lecti suii retinaere.

A mor ad eos perlatus est dæmoniacus, Sisinium episcopum cum multitudine magna cotra eos venire.Proinde ingenti excitato tumultu, quum & nox esser, & angustie loci eos premerent, illi inter se conflicati, & supra septuaginta corum enecti sunt. Quæ sanè res secit, vt multi à Sabbatio discederent. Non pauci tamen cum eo manentes,agrestem illius opinionem sunt secuti. Porrò Sisinio mortuo, Chrysanthus ad prefecturam Nouatianorum ecclesiæ vocatus est, Marciani, cui Sisinius in episcopatu successerat, filius, qui cùm ab adolescentia in aula Imperiali militasset, & sub Theodosio primùm \* Consularis Italiz, dein etiam Britanniæ insulæ Vicarius factus esset, in rerumpub. administratione admirationem & laude meritus erar. Actate verò iam prouectus, Costantinopolim venit, & prefecturam vrbis ambiens, ad episcopatum est protractus. Sisinius enim è vita excedens, mentionem eius viri fecerat, idoneum eum esse ad episcopatum geredum dicens. Quam illius vocem perinde arque certam legem populus eius excepit, atque Chrysanthum inuitu per vim ad prefecturam ecclesiasticam traxit. Cu autem ille profugisset, CSabbatius opportunu sibi id tempus esse ratus, vt quod studebat perficeret, episcopis quibusdam obscuris ad amicitiam suam adductis, vt sibi manus imponerent persuasit, iureiurando quod antea iurauerat posthabito d. In consecratoribus eis Hermogenes etiam ille fuit, qui propter blasphema quædam scripta composita, ab eo damnatus atque excommunicatus erat. Verùm ne sic quidem Sabbatio ambitiosa episcopatus petitio successit e. Populo namque exosus suit: & quod improbo consilio, omnem funem mouens, episcopatum consequi contenderet, ab eo reiectus est. f Chrysanthus autem rursum inquisitus. Qui in Bithynia, vbi latebat, inuentus, etiam reluctans ad episcopatum est eue-&us. Is quod prudens admodum & castus vir esset, ecclesiam Nouatianorum magnis incrementis auxit. g Pecuniam enim ipse suam in pauperes erogans, nihil ex ecclesia percipiebat preterquam h duos benedictionis panes, quos diebus Dominicis habebat. Adeò autem ecclesiasticz tei promouendæ studiosus fuit, i vt Ablabium nobilissimum oratorem, Troili sophistæ auditorem, sibi adiunxerit, & in presbyterorum ordinem cooptarit:cuius etiam conciones populares, fuaues & vehementes, diu excelluerunt. Hic postea Nouatianoru ecclesię in Niczna vrbe przfuit, \* Sophi sticam etiam tum professus. Sedenim Alexandriç Nouatianorum ecclesiæ clausæ, & donaria ornamentáque earum publicata fuerant. Nudus etiam Theopompus episcopus corum erat. Neque illi Romæ melius habebant.ecclesiis enim eis ademptis, in locis obscuris conuentus agebant. Hactenus nanque quum & multis & frequentibus ecclesiis florussent, per episcopos catholicos illis eis tum ademptis, neque couentuum cagendorum libertas permissa fuerat. Et cum ablata eis omnia tum in + iudicia ipsi quoque sunt protracti. Constantinopoli verò non eadem passi sunt. Præterquam enim quòd expulsi non sunt, intra vrbem etiam ecclesias cogere eis licuit, propter vna hanc causam, quòd oppossion consubstantiale depredicarent, sicuti fusius antea à nobis est dictum. Hec de

Nouatianis. Eo tempore defunctus etiam est Do- D rotheus Arianæ religioni Constantinopoli præfectus, quum ad centesimum & vigesimum vitz annu peruenisset : quem quòd strenuè sectam sua tueretur, Ariani ex Antiochia Constantinopolim transtulerant. Cuiussuccessor fuit Barbas, sub quo Ariana religio duos eximios habuit viros, presby teros ambos alteri Georgio alteri Timotheo nomen erat. Georgius Græcorum magis disciplinis pollebat, Timotheus diuinis literis plus delectabatur. Et ille in Aristotele & Platone semper versabatur: hic Origenem spirans in ore habebat, & sacras literas publice doces, in Hebrzorum quoque lingua desudabat. Timotheus promptus paratulque fuit de sacris literis respondere: & facile quæ in divinis oraculis obscura invenirentur, soluere & explicare potuit, atque in locis omnibus Origene maximè teste vsus est. Quapropter veruque admirari mihi in mentem venit, quomodo scilicet vt Arij dogma sequetentur, animum induxerint, alter Platonem, alter Origenem prorlus pirans. + quod & Plato lecunda & tertiam cau- E sam, vt iple nominare solet, initium essentiæ cepille non dicat: \* & Origenes voique in Icriptis suis, verbis disertis coæternum patri filium esse profiteatur. Nihilominus tamen in ecclesia illorum permanserunt, nisi quòd Arrianorum religionem sensim& clàm corrigendo in melius traduxerunt. Multas nanque Arij blasphemias in libris suis repudiarunt. De his satis.

#### CAPVT XIIII.



Vinto Theodosij Imperij anno lethargico morbo correptus Alexandrię Theophilus, quindecima Octobris mensis die diem suum obiit. Et quum de episcoparus petitione contentio exor-

ta esset, quibusdam placebat, vt Timotheus quidam, qui Archidiaconus, eius ecclesiæ erat, episco pus legeretur: alij Cyrillo magis fauebant, qui Theophili + ex fratre nepos erar, prophanarumque simul & sacrarum literarum peritia multis F modis omnes superabat: virtutis etiä genere omni,in qualibet laudem & gloriam consecutus, excellebat, cuius ad hæc víque tempora scripta plurima circumferuntur, quorum longe optimum est, quod Thesauros inscripsit, ex omnibus sacrarum literarum scriptis, syllogismorum ratiocinationibus & demonstrationibus mysterium san-Chæ trinitatis ostendens. Aliud præterea, cuius titulus est τὰ γλαφυρά, hoc est, scita seu elegantia, in quo ea quæ in veteribus scripturis figurate dicta sunt, ad Christum & ecclesiam nostram refert. Li ber item alius, qui de spirituali cultu titulum habet. Alius etiam ad Palladium, in dialogo de Spiritu sancto compositus. Alius insuper, quem contra Iulianum pro sacro euangelio conscripsit. Alij denique plures, at que etiam epistolæ. Qualis autem is vir fuerit, cum res Nestorij & tertiæ syno. di psequemur, satis liquebit. Enimuerò seditione in populo de episcopi electione mota, Thimo thei partibus non parum momenti attulit Abundantius, qui tum militarium ordinum dux crat. Tertio verò die, post Theophili scilicet mortem,

Doroth epifcopus ATH 110.4 Barba cia [wcceffor. Georgius & Timethens Arian presbytanide Eti , alser Platenicas. alser Origo micus.

† Plato ? Sioripeo nga + Tireva. TION initim fabftantie Braffine accepisse noganit.V nda Infin mar tyr aliqua not iona Trinitatie SanEtißima babwisse opi matus eft. \* Secundã Origene filim patri awdins. Georgiand Timethem molta in Ario imp barnut. Theophilus Alexádria epifcopus meritur. † áðirgufis Cyrilles cies meços illi succedit.

Cyrilli scri-

a Seditio Alexan dria in do ctione opifco

à Cyrilles p fava epojcopan m . Alexă tria fuscepis. · Epifcopi Alexand zi fecularia negocie tracluse carpers d Cyrilius Alexădria barefestollit. e Indees yrbe exigit. f Alexidrini supra alies bem nes seditiosi. Tumalian Alexandrines. g Omnium es tempests-te vebió cómuni cala- B mit at. b Saltatoria fell academ jabbato 🖍 lexandria exhibitum. Indei esiam Spectacula wic adfunt. · ly TAES RETAINETS. Indei femper Christia Bu infensi. בשויפו ל τãμ. Oreftes prafeltes Ale xandrie. \* 7:aupa. -3# 4@t 4@t Tãp duláses Ass. Hierax ludinagifter Cyrilli ftudiofus. Indeorii ad ष्टर्राश्च ट्रॉ ४० ciferationes. Orestes non benè aduer-Sus episcopos \* rigilezá. 210m. · Hietax Oreftu ioffo Tapum, OF vabarasur. Cyrilles Indeos ad com-Silia pacata exhertetur. Exhortationi addis mi-

A factio altera que Cyrillum designauerat, vicit: & ad episcopatum maiore fastu, profanorum magistratuum more, Cyrillus, quam decessores eius cpiscopi, progressus est. CVnde adeò initiu sumptu est in ecclesia Alexandrina, vt episcopi magis etia prophana negocia curarent.d Porrò Cyrillus iam inde à principio hæresim nullam Alexandriæ publicè coli passus est. E Iudzorum quoque gentem inde ob eiusmodi causam exegit. Cūvulgus omne, vr in summa dicam, seditiosum est, facillimeq; ad tumultus bellicos permouetur: f tú Alexandrinus populus dis maxime gaudet, & procliuis ad turbas est: ac si exiguam saltem occasionem atripuerit, illico accéditur: nec prius absistit, quàm intolerabilia deciderit mala,&citra sanguiné fusum non facile dirimi atq; coponi motu patitur. Itaq; multitudo tumultuari inter se cepit, no necessitate quapiam abducta, sed propter communem, g q tú omnes propè vibes inuaserat, calamitaté. Reli-Ais porrò rebus omnibus, studium omne in saltatorum spectaculis ponebant.h Sabbati die in thea tro ad saltatores spectandos frequentiores coueuerant homines, Iudæis nimirū ocio non ad legé audienda abutentibus, sed in spectacula potius incumbentibus. Quá ob causam eo die maior inter populi factiones extitit pugna. Et quauis eius rei gratia Alexandrinæ vrbis præfectus, cu instructa \* cohorte sua ibi adesset: nihilominus tamen Iudzi imminebant, veluti alteri factioni resistentes. Quoru natio quu infesta semper Christianis est, pietatéque se præstare Deo persuasum habet, si quamplurimorum nobis malorum causa sit:tű eo porissimum tempore, propter eos quos diximus saltatores, plurimum etiá + aduersus seipsos sunt concitati. Et cum Orestes Alexandria præsecus populo πολιτώαν, hoc est, institutú quoddam ciuile (ita enim descriptiones seu ordinationes publicas nominare mos est )ederet, affuerunt etia quicung; episcopo Cyrillo fauebant, instituta eiusmodi vifuri.In his Hierax erat \* ludimagister, tantopere ex Cyrilli doctrina pendens, ve nihil aliud faceret libétius, g illu vt audiret, & plausus ciete ad illius sententias studeret. Hunc vbi Iudçorum multitudo conspexit, statim vociferari cœpit, non aliã ob causam illum in theatrum venisse, quam vt seditioné in populo excitater. Prefectus Orestes antea quoq; præter rationem vsurpatā episcoporu potentiam oderat, quòd illi multa ex publicis negociis, quæ ad iurisdictionem eius pertinebant, ad se pertrahere volebant.potifsimum autem, quòd tu quoq; Cyrillus instituta sibi exacte perspicieda,\* curiolitatemque (vt aliquis dicat) in aliena re exercendam statuerat, commotus, nrapi confestim Hieracem iussit, verberibusque subditu valde afflixit. Quod vbi dininissimus Cyrillus cognouit, primores Iudzorum ad se accitos, ita vt par erat, admonuit:postremò etiam malè se cos accepturu esse minatus est, nisi populum commouere, & aduersus Christianos plurimum concitare, desisterent. Minarum denuciatione eiusmodi audita, illi magis etia exacerbati, plurimas ad pernicie Christianoru excogitarunt fraudes & machinationes.

† Apud Suida theologi veteris sententia reperitur, ve Arricht aps The Ispeques surde Top, sugandion let the designance . hoc eft: Civileno wirentem episcopali functioni applicare velle, ca coniungere eft, qua inter se mazime natura disident, & connecti nequenut.

Quarum præcipuam, aliasque, vt ita dicam, mali- D Indei pertignitate excellentem (quæ etiá in causa fuit, vt ludæi Alexandria eiicierentur) sicuti potero exponam. Nam communi confilio coacto, de figno & tessera inter se conuenerunt, vt vnusquisq; videlicet annulum è cortice surculi palmæ gestaret, & noctu Christianos aggrederetur. Proinde nocte quadă, nonnulli per vrbis vicos procedentes exclamarunt, Christianotum ecclesiam quæ nomé ab Alexandro episcopo habet, ardere. Quod vbi ad illorum aures starim peruenit, alius aliò discurrit, ecclesiæ suæ opem laturus. Quos Iudæi subitò aggressi occiderunt, à seipsis quidem propter annulorum tesseram manus abstinétes: Christianos autem, in quos incidebant, iugulantes. Postquam autem dies illuxit, ex strage ea flagitium in aperto fuit: & Cytillus æmulatione percitus, cum multitudine magna ad lynagogas corum venit, calque illis ademit, & substantiam corum omnem multitudini diripiendam dedit, ipsosque simul omnes vrbe expulit.Ita Iudæi,qui ab ipfis víque Alexandri temporibus vrbem eam incoluerant, terum E omnium egeni, inde discessere, quò quemq; sors tulit dispersi. Vous autem ex eis Adamantius nomine, artis medicinæ peritus, Constantinopolim venit, ibique episcopum Atticum adiit, & Christianorum sacra complexus, multo post rempore Alexandriam reversus, eam vrbem incoluit.

CAPYT XY.

Restes autem Alexandria præfectus graningenti detrimento in ingenti detrimento in uitatem tam præclaram tot hominibus orbari, rem ad Imperatorem retulit. Ipfe quoque Cy-lauit, nam Iudæorum is quoque abbrincipé scripsitia egit, quod

tillus non cessauit. nam Iudæorum is quoque absurdam audaciam ad Principé scripsit:nec minus de redintegranda cum Oreste amicitia egir, quod vt faceret, plebs Alexandrina eum coëgit. Post 🖣 verò Orestes orationem de gratia reconcilianda non admisit, Cyrillus sacrorum Euangelioru codicem \* protulit, ob reuerentia eius se Oreste pla cabiliore viurum putans. Cæterum cum tu quoq; ille iram nó remitteret, atq; inter eos implacabile F bellum cómotű esfet, illud euenit. Monachi quidá montes finitimos incolentes, & Nitrienses maximè, ardore & æmulatione accensi, codé modo p Cyrillo pugnarunt, quomodo & patruŭ eius defenderant, cũ eos Theophilus præter rationé omnem contra Dioscorú & Ammoniú armauit. Hi quu plures qu'am quingéti essent, monasteriis relicus Alexandriam venerunt, & Orestem curru vectum in publicum prodire inuenientes, conuiciis eum affecerunt, idolorum sacerdotem & Græcum appellantes, aliisque eius generis contumeliis proscindentes. Ille quod hac instinctu Cyrilli fieri existimaret, Christianu se esse professus est,& Constantinopoli ab Attico baptismi myste riis initiatu. Monachi aute cum ne responso quidem dignati sunt. Atque vnus ex eis, cui nomen Ammonij erat, saxum quoq; in Præsecti saciem coniecit: vnde ille totus sanguine conspersus est. Porrò apparitores militesq; eius, paucis exceptis, alius aliò, lapidum i dus metuentes, diffugerunt. Quod vbi populus audiuit, ad opem præfecto ferendam omnesconfluxere.Itaque monachi saluti

maciores fint. Conflicumnt inter se tessaram gladen-Nocluman ex midiu ca de Christiana mobile

Notto eccle Siã Christia mam ardere vociferătur. Itaque Chri fiani mulsi ad cam 70-เอม สะเมารัtesoccidüsur. Iudai per Cyrilli vibe Alexadrima pulfi. vidamäis? mediens Indem Confi Z stantinopoli. Christianus fatini, A-lexandriam rever∫m.

Orefles Cyvilli factum ad Imperatorem refert. Cyrillus quo que sibi apud Theodofium wen deeft. Idem Orefle fibi concili.sre, sed fru-stra, studet. \* agotocile. Monachi Nitrienles Alexadria contra Orestem p Cyrillo paguat, Socr.lib.7. CAP.14.

· Ammoni Orestin faci**ë** Saxo vulnerat. Populus Orefti opens ferta

à indice inter tormenta necatur. I de à Cyrillo in martyres re-

An reftè pro martyre Ammeni? babitus sit. Que resmar ואי פוש אים rum faciat. \* #0is 6µ0. φάλοις.

De miseran

ds Hypatia

& boneftißi

me famine,

t

Suidas poti"

Alexandri

narum auda

multu neca-

tam esse pu-tat:qui de ca

plura scribit.

dictam esse,

ais. ¡Socr.

Reprehen-

ditur quàm aximè ca-

des ift**a.** 

Cafarium

cia & tu-

cade.

doctifima

fuæ fuga consulverunt. Ammonius autem comprehensus, ad iudicis tribunal ductus est: in quem ille lege àgi iubens,eò víque excruciandum curauit, donec vitam morte commutaret. Rem hanc Imperatori & Orestes & Cyrillus significauit. Cyrillus Ammonij corpus in ecclesia quadam sepeliit, mutato illius nomine. Pro Ammonio enim Thaumasium, hoc est, Admirandum vocauit, eundemque martyris honore dignatus est: atque in ecclesia libertatem & ardorem illius, qui certamen videlicet pro veriore pietate pertulerit, cum admiratione depredicauit. Sedenim \* permultis popularibus Christianis illegitimus honor tantus elle vilus elt, præcipitis audaciæ pænas eum dedisse, & non vi aliqua adductum, quæ ei nulla, vt Christum pernegaret, allata esset, moriendum sibi in tormentis esse statuisse, dicentibus. Quapropter & Cyrillus paulatim consilio suo absistens, oblinioni Ammonij res mandauit. Verumenimuerd dissidium inter Orestem & Cyrillum non eò tantum indignitatis processit: sed accedens ali-B ud isto non minus quod postea accidit, absurditatem eam obliterauit. Quid autem id sit, dicendu.

CAPVT XVI.



Lexandriæ fæmina quædam Hypatia erat, patrem habés Theoné philosophum, à quo rectè institupatia erat, patrem habés Theoné 🕶 ta, tantum disciplinis excelluit,vt 🔾 nõ folum temporis fui,verumetiam qui logè antea extitissent, phi-

losophos superari: & in Platonica schola à Plotino deducta, successerit. Prompta illa erat, quibuscunque studiosis, disciplinarum cognitione proponere. Proinde quicunque philosophiæ amore tenerentur, ad illam veniebant, non tantum propter eam quæ illi inerat honestam grauemque in dicendo libertatem, sed etiam quòd castè & prudenter principes adiret viros. Nec indecorum esse videbatur, eam inter viros mediam adesse. Reuerebantur & observabant eam omnes propter excellentem pudicitiam: & omnibus illa cum admiratione in ore erat. Aduersus hanc tum se inuidia C armanit. Quòd namque frequentius cum Oreste esser, calumniam id ei apud Cyrilli clerum peperit, perinde arque ipsa, quo minus gratia inter Cyrillum & præfectum coalesceret, impedimento esset. Quapropter ex illis quidam flagranti Cyrillum prosequentes amore, quibus Petrus quidam ex lectorum ordine preiit, redeuntem eam alicun de insidiose observantes, ex curru detraxerunt atque in ecclesiam quæ à Cæsare nomen habet, rapuerunt:atque ibi vestibus nudatam, testaru fragmentis enecarunt: deinde membratim dissetam, in locum qui Cinaron dictus est duxerunt, atque vstularunt. Facinus hoc maxime in Cyrillo & ecclesia eius reprehensum est. Nam à Christi sectatoribas alienæ prorsus sunt inuidiæ, dissidia, contentionis studia, pugnæ, cedes, & que cunque sunt generis eiuldem. Facta hac lunt quarto epilcopatus Cyrilli Alexandrini, Theodolij autem sexto Imperij anno, mense Martio, cum iciuniorum sa-

† Hypatiam istam ad stuprum promissi & persuasionibus mul-tu solicitanit innemu venustus. Ila verò cum dissuasionibus aliu à ce pto suo repellere nequiret hominem, pannum mensium suorum pro-tulit, & faditate inconcessi & libidinosi concubitus commonstrata illum abfoluit. Suidas.

cra celebrarentur. Non ita multo pòst Iudzi rur- D sum, quum detestandum in Christianos commisissent flagitium dignas persoluerunt pænas, in loco quodam cui Mestar nomen est,inter Chalci dem & Antiochiam, quæ ad Orontem amné est, sito, Consueto nanque ludicro operam navantes Iudzi, lasciua proteruitate atque ebrietate extra decorum progressi sunt, & non solum Christianos, sed ipsum quoque seruatorem Christum illudentes traduxerunt:& falutiferum crucis lignű, cosque qui spes suas in co sitas habent, ridentes, horrendum eiulmodi quiddam instituerunt.Puerum enim Christianum comprehensum in cruce suspenderunt, eumque ludibrio & sannis primum prosecuti, deinde alienatis prossus mentibus, flagris ad morrem víque conciderunt. Quid verò postea factum? Multi quidem ab illorum, multi etiam à nostra parte inter se concurrentes depugnarunt,& conflicto vtrinque grauis factus,adeò vt plurimi trucidarétur. Atque id factum vbi Imperator resciuit, ad prouincie rectores scripsit, vt in autores maximè mali tanti, ita vt par esset, a- E. nimaduerterent. Et Iudzi comprehensi, iustas flagitij per ludum commissi soluerunt pænas, mulcta, ferro, & aliis pænis mactati.

CAPVT XVII.



T. Hryfanthus Nouatianorum epifopus, vbi septem annos munus su administrauit, vita defuncto, successore in episcopatu habuit Paulum. Qui quum primum latinarum literarum doctor esset,

remillo illis nuncio, ad vitam afceticam fe contulit , & philosophorum virorum monastico instituto, præstantiorem quam qui in solitudine degunt, vitam egit. Talis enim erat, quales Euagrius eos esse debere dicit, qui in solis locis versantur, monachos:ad quorum mores vitam quoque sua Paulus composuit, iciunans continéter, pauca admodum loquens, ab animatorum cibo abstinens, plurimum neque vino neque oleo vtens, indigen tes qua maxime amore prosequens: custodiæ inclusos, si quis alius, & ipse frequeter, visitans: pro, F eis qui iniuria affecti essent, apud principes viros deprecans:qui etiam non grauatè, quod ille petebat, faciebant , propter inlignem que in illo erat religionem.Res sub eo accidit digna prorsus quæ obliuloni & silentio non committatur: quam apud Socrate inuentam, ipse quoque historiæ huic appolui. Iudæus quidam Christianismum complexus sæpius baptismum subiit arte quadam & nundinatione vsus, vt aliquid pecuniæ conquireret. Atque vbi ferè ad religiones omnes, Arianorum videlicet & Macedonianorum, baptismo apud eos suscepto, trassisset, neque alij quos deinceps deciperer, reliqui essent, postremò ad Paulum hunc Nouatianorum episcopum venit. Et postquam confictis verbis cupere se, vt manibus illiusbaptizaretur, dixit, vt desiderio suo satisfieret rogauit. Porrò ille ardorem hominis complexus, non prius ad baptilmum eum admilit, quam more recepto in verbo fidei institutus esset, solitus, etia iciuniu copleuisset. Ille quu iciunio co, quod præter opinioné suam ei impositum erat, premeretur, frequeti9vt voto suo potiretur institit. Pau-

Tudei is Mefter Sa MALOTS Chri fto 👉 Chri Rianis puero in લખલ ઘરcarnificato illefær.

Paulse epi-∫copus Nonatian, vir egregian.

li.7. csp.17. Indem em Stater Lecri gratia baptelmam iden tidem resterans.

Catecheli ance baptif-

Dolan com

rex à Mars

tha admoni-

tes depre-

Ide Magos

\* åridikk-

Christianis-

mu per Ma

Perfide pro-

Maruthas iterum apud

Perlas Ro-

Deprehends

tur iterum

Magorum

Marutha

structa fram

👉 graviter

coercetur.

pagatus.

levatus.

bendit.

decimat.

tifice semel que iterii apesfie-Coms fra aprifta in-

t saciesus.

Gratia dini ra le etiam nd indizeosexhibet.

Maruthas

Mesopota-

via episco-

Para Ro.

weft s

l regem

lgatus in

A lus ardorem eius videns, mora longiore perturbare illum noluit, & ea quæ ad baptismu pertinent, rite parauit. Veste nanque insigni subornata, & baptisterio aqua, sicuti mos etat, repleto, Iudæum nudum baptizaturus ad id adduxit. Ecce auté inef fabili quadam diuinæ prouidentiæ vi, vnda dere . pente cuanuit. Vbi verò aqua alia (episcopo ipso & eis qui ibi astabant, rem cam nescientibus, sed aquam per subiectum meatu, quo emitti illa post initiationem solebat, effluxisse putantibus)infusa diligenterque ne ex lauacro illa proflueret prouifum, & Iudzus denuò adhibitus est, rursum eodem quo prius modo aqua disparuit. Paulus re cognita: Aut flagitium, inquit, ô homo facis, aut ignorare videris te baptilmum adiille. Ad eius rei famam multi accurrerunt mortales, quorum vnus Iudæum agnouit quòd scilicet antea ab episcopo Attico baptismum suscepisser. Non + obiter hoc quidem recensui, verum vt scire possemus gratiam diuinam persape etiam se apud indignos exhibere, nullo inde contracto detrimento. Maximè verò illa admiratione digna est, quæ sic variè rebus nouis se ostendat per dignos simul: & aliquando etiam, si hoc vsus postulet, per indignos.

CAPVT XVIII.

Odem tempore in a que regione magna Christianismus cepit incrementa. Quum namque Isdigerdes Theodosij à patre institutus tutor, & Romanis amicus maxi-Odem tempote in Persarum quo-

mè esset, frequentes extitere causa, quamobrem inter Romanos & Persas crebræ vitro citroque mitterentur legationes. Itaque necessitate flagitante, Maruthas quoq; Mesopotamiz episcopus, quem paulo antè Cyrini Chalcedonensis episcopi pedem protriuisse diximus, orator eò est mislus.Et postquam is ad Persas venit, propalàm rex eum in magno habuit honore, vt virum Deo charum & multa pietate præditum. Magi vbi tantum honorem Romanæ ditionis episcopo haberi viderunt, qui plurimum apud regem autoritate va-C lent, apud seipsos macerabantur, variisque cogitationibus æstuabant, ne vnà cum ea qua illum prosequebatur affectione, religionem quoque eius complecteretur metuentes. Nam capitis quoque dolorem grauem & diuturnum, quo Isdigerdes afflictus fuerat, Maruthas precatione Deo exorato, statim curauerat : quòd Magi cum omnia tentassent, atque egissent, efficere se posse desperauerant.Quapropter dolo regem aggredi statuerunt. Quandoquidem Perse ignem tanquam Deum co lunt, & Magos eos appellant qui elementa in numerum deorum referunt, & rex ex consuetudine perpetuum ignem adorauit, virum quendam in fossam sub terra eo tempore quo rex aduenire solitus erat, demiserunt, eumque verba hæc Magi proclamare iusserüt: Exire oportere regem quem Deus impium iudicaret, quòd tantopere episcopum Christianorum Deo charum existimans, amaret. Quod vbi Persa audiuit, Marutham honestè quidem & reuerenter, omnino tamen à se reiiciendi consilium cepit. Maruthas pro suo erga Deum amore, precationibus, vehementius incum

bens, perfacile Perfarum dolum edoctus est: & Is-

digerdem adiés:Ne ita illudi tibi,ait,patere ô rex. D Sed sacrarium ingressus, quum ad te perferri vocem senseris, effodi terram iubeto, & dolus ipse statim patebit. Ignis enim vocem edere, vt qui inanimatus sit, haudquaquam potest: sed fraude humana fabula hæc instituta est. Rex verbis eis obsequitur. Atque vbi rursum in ędiculam eam in qua perpetuus ignis asseruabatur, ingressus, & eadem vox ad eum delara est, illico effodi eum locum iubet, & qui sub terra deum se assimulauerat, mortalis esse deprehenditur. Itaque ira percitus Persa, Magorum genus \* decimauit. Qua re ita acta, Maruthæ præceptum est, vt quocunque vellet loco, in Persarum terra ecclesiam extrueret. Vnde Christianismus indies, vt ita dicam, etiam in Persarum finibus liberè propagatus est. Maruthas legatione eo tempore recte confecta, Constantinopolim est reuersus. Et quum iterum Oratorem in Persidem mitti oporteret, denuò legationem eam obiit. Magi autem idem quod antea moliebantur, hoc agentes, vt ne rex eo sicuti prius vteretur, néve apud eum in tanto esset honore. Et E arte atque machinatione quadam eo loco intolerandum excitarunt fœtorem, quo rex more suo deambulabat : atque insuper calumniam confinxerunt, fætorem eum à Christiani episcopi comitibus esse subornatum. Princeps verò Magos, ex co quod antea fecerant iudicans, & eorum quoque id inuentum esse suspectos habens, studio omni autores eius rei inquisiuit. Atque vbi illi rurfum pessimi illius odoris patratores esse comperti sunt, permultos denuò suppliciis subdidit: Marutham autem maiore etiam profecutus est hono re.Proindéque Romanos dilexit, & mirifice amicitiam eorum coluit. Quinetiam amore desiderioque ingenti ductus Christianus fieri voluit, alio Maruthe facto allectus, quod illevnà cum Abda Persidis episcopo fecit. Nam orationibus continuis incumbens, à filio eius dæmonem, qui illi molestus erat, propalàm expulit.

Maruthas Abdas Persidu episcopus regu filium damo nio liberant.

CAPPT XIX.



Ed Isdigerdes prius vita excessit, F ret:regnum autem eius ad filium Varanem deuolutum est, qui nó animo fuit. A Magis enim, qui il-

lis hostiliter infensi erant, persuasus, quum fædera cum Romanis icta soluit: tum Christianos qui ibi erant, nouis Perficis suppliciis excogitatis crudeliter persecutus est. Quæ autem belli ibi aduersus Ecclesiam ab initio causa extiterit, paulo altius repetens exponam.Epilcopus Perlidis, quem pau lo antè Abdam nominatum esse diximus, multis præcipuis virtutis ornamentis refulgens, æmulatione & ardore pro Christo maximè enituit. Quo aliquando in re minus necessariavsus, a mugisim, hoc est, sacrum focum Persarum demolitus est. #vguer namque apud illos ignis templum, & ignis apud eosdem deus est. Hoc vbi magorum & Persarum rex Varanes intellexit, Abda accito, mediocriter primum eum,factum id reprehendens, perstrinxit:poltea autem lacram etiam Ignis ædem + in speciem restaurare insir. Quum auté ille resiste-P ij

Varanes fi lim Isdigerdu in regno successor, Christianos persequitur. Persequatio nie cius primaria cāufa,

Abdas epi-Scopus apud Persas Ignis delubrum di ruit. Abdas mart ario affeltu. a Ignë Per-Se sacrii & aternü vocant. Q. Cartine. j bigh MET 15:

I dem capitis dolorem diuturnő in reze precatio-ve dispellit. Magi Maresta ad. serfester. Persaigne p Deo colunt. Magi callido facinara efficere inflitount, 71 à fe Marusham rex di itt**at**. Latens sub terra home desposes, ext

ire è S**acra**-

rio ignis re-

zem jabet.

Ecclesia Christia rii in Perside enería. Quòd Abdas AUPERON diruerit jimprobatur. Paulus . A postolus ni -hiltale fecit. Quòd reftitwere TUPGOY molwerit, Law datur. Hoc fattii per/ecutio ec clesiarum Subsecutum.

Supplicia
quibus Chri
ftiani apud
Perfas funt
affecti.

¥ lis ∂60 &1 mporūtis.

Christiani martyres ter mentis emni hus superiores.

\* álávatop Iávatop igsiµsvos.

Pulcherrima Chriftia
ma confessiomin exempla,
Achemeni
des vir illufirin, liberrimè Chriftia
mifmh apud
V aranë regë
Perfarum
defendie,
Maim eft

CAPVT XX.

Chemenides quid
erat, qui & Horm
præfecto patre ge
dum illustris & lo

Chemenides quidam apud Persas erat, qui & Hormisdes dictus est, præsecto patre genitus, vir admodum illustris & locuples : que vbi Christianu esse rex audiuit, in medium produxit, & Seruatorem ab-

negare iussit. At ille regis imperata non solum iniqua, verumetiam illi ipsi incommoda esse respondit. Cui enim ea necessitas imponatur, vt sacillimè vniuersitatis huius Deum abiurer, huic longè facilius fore dixit, regem despicere, atque ad alium transire. Regem namque etiam, homo

A ret, minimeque se id facturum esse confirmaret, Varanes ecclesiis Christianorum omnibus incendium minatus est, minasque eas ad re ipsam contulit. Ita Ecclesiæ dirutæ prorsus sunt, quum quidem divinus ille vir prius necatus, coronam martyrij reportasser. Mihi verò parum rectè sacri foci euersio saca esse videtur : quandoquidem à diuo Paulo, quum idolis addictas Athenas venisser, nul la quæ isthic colebatur ara destructa est.Et ille ver bis mendacij amentiam arguens, veritatem pro co induxit, & per aram adeò ipsam homines potius ad veram pietatem manuduxit. Quòd autem cuersum ignis delubrum, quam id facilimè facere pollet, restaurare noluerit, sed potius quam id comitteret, cædi se obtulerit, hoc ipsum admiror ma ximè,&multis dignum duco coronis.ldem namque est, ignem ipsum adorare, & fanum eius construcre. Sedenim ea ex re tempestas coorta, graues & sæuos admodum aduersus ecclesiæ alumnos fluctus excitauit. Et ad triginta annos procella ca durauit, Magis tanquam turbulentis quibusdam ventis cam augentibus. Magos autem apud Persas cos vocari diximus qui elementa pro diis colunt.Suppliciorum autem magnitudinem, inuentionesque & formas acerborum tormentorum, non facile lingua clarè expresserit quibus pios homines sunt persecuti. Quibusdam enim manus vtraque securi resecta, nonnullis terga excoriata sunt, aliotű capitibus pellis detracta à fronte ad mentum víque:quorundam corpora tota ca lamis \* disscissi illi operietes, cuspidibusque eorum acuminatis carni infixis, & vinculis folidiori bus insuper à capite ipso ad pedesvsque circumligatis, magna vi calamum quemque extrahebant, vinculis ipsis altius carnem subcuntibus: vt tra-Aione tali eam corporis partem quæ cuti propinqua est diuellentes, acerbiores dolores redderet. Sed & fossas magna cura sepientes, muscarum examina multa in eas demisere,& deinde alimentu eis veræ pietatis alumnos præbuerunt, manibus pedibusque eorum arctiore vinculo constrictis, ne à se illas abigere conati possent. Muscæ autem fame acriore confectæ, sanctorum carnes, intensum admodum & grauem illis dolorem inferentes, vorarunt. Multas verò & alias hisce sæuiores erumnas, pernicioso & veritatis inimico demone magiltro in rebus eiulmodi vtentes, excogitarut. Veruntamen generosam virorum illorum fortitudinem non retuderunt. Sua namque sponte illi se certamini,ad ★ immortalitatem morté & sempiternæ vitæ conciliatoré aspirantes, obtulerunt.

cum sit, naturam fatis obnoxiam sortitum esse. D Quod si, inquit, animaduettendum tibi esse in eum videtur, qui dominationem tuam abneget, sceptrumque nihili faciat, rectius multo, vt puto, supplicium pendet, qui rerum vniuersarum Dominum abiiciat. Rex cum obstupescere potius ad tantam viri libertatem debuisset, opes ei adimi, dignitateque insuper priuatum, nudum, & subligari tantum præcinctum, aulici comitatus came-los ducere iussit. Perpauci intercessere dies, cum rex ex superiore porticu prospectans, præclarum illum virum æstu solis adustum & puluere obsitum vidit: & patris eius gloriam in mentem reuocans, eum reduxit, & linea tunica vestiuit. Et cum labore & erumna illum confectum, humanitatéque & misericordia ei exhibita adductum, facilio rem iam eum &propensiorem ad gratiam à se ineundam fore putaret: Vel nunc tandem, inquit, errore priore repulso, fabri filium ex animo tuo eiice. Atque ille exardescens, tunicam illam conscissam abiecit, & voce magna: Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutatu. E rum putas, en munus tuum tibi, vnà cum impietate habe. Rex autem tam forti illum animo esse cernens, nudum regia exegit. Alius erat a Sacnes nomine, qui regi restitit, neque rerum cunctarum Dominum pernegare voluit. Rex ex famulis illius multo deterrimum elegit, potestatemque in mille ministros illi ademptam, ei attribuit, atque etiam huic illum seruire jussit, consorte quoque thori & domina isti coniuncta . Nam ita demum se persuasurum veritatis amatori, vt animum & sententiam suam mutaret, existimabat. Verum mi nimè ei consilium successit. Non enim in arena, sed in petra mentis illius domus fundata fuerat. Beniamin etiam diaconum quendam coptehenfum custodiæ mancipauit, in qua cum duos exegisset annos, & orator Roma. ex causa quadam apud Persam esset, medium se is interposuit; vt diaconus vinculis solueretur petens. Rex hoc se legato daturum promisit, si modò Beniamis se obligaret, se nulli ex Magis, vt Christianam susciperet religionem, suasurum esse. Legatus porrò rem eam & quid Persa quæreret, ad Beniamin re- F tulit. Atque ille fieri non posse dixit, vt luce ea quã copiosam recepisset, non fæneraret. Quæ enim pœna ei constituta sit, qui talentum sibi datu defoderet, apertè admodum diuinorum Euangelio. rum codicem ostédere. Quam rem ignorans rex. liberű eű esse iussit. Et ille rursum soluum officiű suum fecit, eos qui erroris caligine detinerentur capiens, & ad divinam atque intellectualem lucé adducens.Præteriit annus, & quæ Beniamis agebat, regi indicata sunt : qui eum ad se productum, pernegare quem sincere prædicaret Dominum iusit. Atque ibi ille ad regem: Quidnam, inquit, commercatur, qui imperium tuum abnegans, ad alium se conferat regem? Mortem, rex ait, & supremum supplicium. Tum Beniamis: Quodnam igitur, intulit, satis dignum homo ferat supplicium, qui vniuersitatis huius Domino servatore & rectore abiurato, non illi cultum honoremá; debitum, sed ex conseruis suis vni præstet? Verbis hisce rex graviter commotus, aqualem cum digitis manuum atque pedum calamorum numerum exacui, & voguibus illius infigi præcepit.

nam qu'am tegià la dare maiest atem. V aranes Achemeni de bonis spoliatum, ca-melos anla curare inhet, I dem où benistate su Christianis, mo abducare intendis. Sed id frustra fuit.

Achemeni des regia co-tumeliose eticitur.

4 Sames quoque mille fecturam & caninzë refer #0 ∫#0 fer nire, quàm Christian negare maleit. Bë amin dia consus biennium in carcere trafegit. Hear culu orator beras. Chriflian au bon non poolft no Super salemto Suo fanct**ari** 

Iteri apad
rezem Bēiamu Chriftin
generofifimi
profitetor.
Illufte Ban
iami per gra
nifima fupplicia martyrium.

Leebes Per Sa ex Chrifiano atbui . 1 dem donas Chris Lacobi iftim luculenti Si-Mumbra omnia artico lam, or pofrand caput onfellum. Dens per 18 zanimitatë Juan 17740nicos ecclesia perfecutores

(oftimet.

a Diocletia 200 Seteriorum dia ownes Chriflianorum ec clefias diruis. Sed ille post noncu-ചായ നുപ്പുവ ficëtim funt refituta. b Perfecutionen Ecclefia pradixit Domin' Perfecutio occlefia bo-

A Vt verò athletam corona decorandom, tormentum id perinde atque ludum iocumque excipere vidit, calamum alium in cuspidem acuminatum membro eius virili immisit: que frequentius subinde infigens atque retrahens, incredibilem intolerabilemque illi creauit dolorem. Postquam autem hoc quoque acerbissimum supplicium gene rose pertulit, aliud intulit, quod priora illa secundas partes ferre ostendit. Virgam enim crassiorem afferre, ex parte omni densos ramorum vncos prætendentem, & in sedem decertatoris iniici, ac deinde identidem per eam attrahi & retrahi iussit. Quem cruciatum cum amplius tolerare non posset, spiritum fortis ille veritatis propugnator & athleta reddidit.Infinita verò alia ab audacibus & impiis illis quoque tentata funt. Quale videlicet & illud est in Iacobo Persa patratum. Is enim cum Christianus antea fuisser, propter intercedentem sibi cum Isdigerde Persarum rege amicitiam, paternam religionem teiecerat. Postquam autem per matrem & coniugem rursus ad fidem Christi admonitus reuertit, & eam rem princeps ægrè tulit, acerbam quandam, & propter nouitatem admirandam, post supplicia multa, subiit mor tem. Nam vbi \* articulis & iuncturis quibusque, in commoda & apta totius corporis membrorú conformatione, ex manibus, brachiis, pedibus & suris ei resectis, reliquum nihil quam vna cum ventre caput folum habuit, quoniam ne tum quidem fidem in Christum abiecit, & idipsum postremò ferro amputatum est. Minimè verò miran dum, si rerum vniuersarum Dominus feritatem illorum sustinuit. Nam & qui Constantini imperium præcesserunt principes, rabiem suam aduersus vere pietatis amatores euomuerunt. In primis verò Diocletianus omnium grauissimus, ipso augustæ & venerandæ Passionis die a ecclesias sub imperio Rom. vbique omnes euertit. Et nouem elapsis annis, ille quidem ad priorem florentes rediere statum, ac potius & pulchritudinem & amplitudinem multo præstantiorem recepere. Diocletianus autem postremò disperiit, & cum impie tate extinctus est. b De bellis autem & persecutio nibus hisce, ipse vaticinatus est Dominus. Nec id modò, verumetiam ecclesiæ ipsius inuiciu & insuperabilem statum prædixit. Res ipsa hoc testatur. Quodammodo namque pace ipía nobis bellum viilitatem affert maiorem . Propterea quòd tentationes iste, vt ecclesia magis etiam refulgeat, efficiüt.Pax enim molles nos, delides & timidos reddit.Bellum autem, cum animos nostros acuit, tum rebus præsentibus nos affigi non patitur: sed vt eas despiciamus, & fluxa hæc atque caduca pro nihilo habeamus, suadet.

\* mich grien is sycholog is equater geholog immels and Rufav ich Brazilvan ich Tel ap ich Evs pap.

CAPPT AXI.

Hristiani apud Persas in tolerandis, quæ aliæ super alias inducebătur,erumnis pressi, ad Romanos confugerunt, opem eorum petentes,& ne ipli ita afflicti de-Pipicerentur rogantes. Epilcopus

Atticus benignè supplices eos suscepit, & vt qua- D tum posset cos adiunaret propensus fuit: & Imperatorem Theodosium pro eis compellans, ad eos vindicandos excitauit. Eo tempore alia quoq; acciderunt, ve Romani non mediocriter à Persis affligerentur, propterea quòd Romanz ditionis ho minibus qui mercede in autifodinis opus ibi faciebant, redire inde no permittebatur, & Romanorum mercatorum merces diripiebantur. Ad quas iniurias Christianorum in vrbem Constantinopolitanam accessit perfugium. Et res in bellu eualit. Per la namque legatione missa, perfugas sibi dedi à Romanis petiit. Romani autem id facere nolverunt, non modò quòd illos tanquam sup plices & precatores seruare voluerint, sed etiá o pro religione sua facere quiduis & pati potius parati fuerint, quàm vt eos quibuscum communem fidem haberent, despicerent. Proinde pace soluta, bellum graue inter Romanos & Persas est ortum, quod paucis perstringere commodum esse visum est. Ardaburius ille ex Imperiali aula cum non ita multis copiis missus dux, per Armeniam in Persi- E dem excurrit, & prouinciam eius quandam Azazenem vocatam vastauit. Aduersus quem à rege Persarum dux alius Narses venit, ingentem secu ducens exercitum. Hic commissa cum Ardaburio pugna,cum ingenti fuorum clade victus in fugam se dedit. Ex qua conuersus, per Mesopotamiam Romanorum ditionem, præsidio omni vacuam. inuadere, & acceptæ cladis ignominiam abolere statuit . Verum consilium quod Narses ceperar, Ardaburium latêre non potuit : <sup>a</sup> qui quàmmaxima potuit celeritate, regione Azazena summe vastata, & ipse Mesopotamiam petiit. Narsesquamuis varij generis copias coaceruasset, ingredi tamen Romanorum fines ausus non fuir. E Nisibi autem ciuitate, quæ in finibus Persarum & Romanorum sita est, Persis tamen subiecta, hominibus certis ad Ardaburium missis, b de conditionibus pugnæ committendæ, loco & die constituto, certiorem eum fecit. Cui ille renunciari iusir: Ro manos, non quando ille vellet, sed quo tempore iplis commodum vilum eller, prælium facturos. Et cum Persam magnis viribus copias suas inua- F furum putaret, spe belli omni summoperè in Deum collocata, maximas & ipse vires contraxit. Sedenim diuino auxilio, quo maximè fidebar, adiutum eum esse , inde satis constat . In vrbe Constantinopolitana, in anxia solicitudine quu ciues essent,&addubitarent,cuinam parti victoria arrifura esfet, angeli Dei quibusdam in Bithynia, propter negocium certum Constantinopolim peten tibus apparuere, eo lque ibi annunciare iullere, e ve illi precationi admodum incumberent, & animű fortem obtinerent, ac Deo crederent, victoriam Romanorum fore.lllud insuper addetes, d indices iplos inde & nuncios victoria, qui Romanis prosentem maxime opem ferant, à Deo missos esse. Quæ res vbi ad aures hominum peruenit, non modò ciuibus ipsis animum addidit, sed etiam militum fortitudinem confirmauit. Itaque vbi bellum, sicuti dictum est, ex Armenia in Mésopotamiam translatum est, Romani cos qui in vrbe Nisibi clausi atque circumuallati erant, obsidione prementes, turres ligneas fecerunt, que rotis quibuldam & machinis prouolutæ, mænibus P iij .

, Petfatii res per legatio-nes dedi fibi pfinges Chri Stianos ab Imperatore pofinias. Bellä inter Romanos & Perfas exor Azazene d Romanu va flatur. Bellum Per ficum. Ardabari" Rom. don Natsen Per of fugat.

a Idem enn ne per Mefe potamiă Ro mana ditiopi darimen tum inferat, impedit. Ardabury cantum refpopsom. b Narses in Solentar Ar Aaburio die, bonn de de ditiones pugna nūciari Ardaburi\* cofidit Dee.

e Supplicatio nes belli sem pore pro vifloria. d Angeli villoria Ro manorii m niky or at-Socrat.lib. 7. cap.18.

Romani obfidens.

Saraceni au niliares Per farum.

a poplasse.
Socr.

Saracena in folentia.
Saraceni pa vico metro correpti, in Emphrate fub merguntur.
Takiyo ojiba.

Romani ob . fidionë Nifibis feluüt.

h Singulare certamen.

Accobind

Rom.dux.
Visianus

Rom.dux.
Victoria pe
nes Romanos est.
Expeditissimus & celectrimus cur
for Palladi
.
Ardabue,
fortissime re
gessie.

i Palladine celeritate sua Romanorii ditionem and plissimam, angustam reddidit. lz Theodosi? rebus quoq; Suu Secundis de pace cum Perfis transigit. l Helione in Oričteni legat. \* Täptp. Is Maximi num ad regë mittit. m Maximi

gna commissa, multi è superiore loco vrbem propugnantes cedebantur. Varanes autem Persarum rex vbi Azazenam regionem excisam,& suos Ni sibi inclusos muralium tormentorum vi afsligi cognouit, copiis quas tum paratas habebatomnibus, fortunam belli experiri aggressus est. Quum verò Romanorum virtuté metueret, Saracenoru auxiliis vsus est, quos Alamundarus vir fortis & bellicofus duxit: qui quum multa eorum 🖈 millia secum adduxisser, bono animo regem Persarum esse iussit, quamprimum se primo conslictu Romanos superaturum, atque ipsi vnà cũ magna Syrorum vrbe Antiochia subiecturum esse, dicens. Hæcille quidem iactabat, sed verba eius minimè ad exitum peruenere. Quibus namque rex fidebat, Saraceni, præter + rationem terrore correpti, & per imaginationem se à maximis Romanorum copiis circundatos propelli opinati, atque in magnum tumultum coniecti, ita vt neque quid faciendum eis, quove effugiendum esser, scirent, vnà cum armis in Euphratem amnem se præcipita. runt. Opinio sanè obtinet, centum ibi virorum millia periisse. Atque hoc sic quidem accidit. Romani verò, qui excitatis expugnatoriis vrbiú machinis Nisibim obsidebant, quum audissent, Persam magnam elephantorum multitudinem adducere, & ca de causa metu costernati essent, machinis eis omnibus igne consumptis, ad loca sua sunt reuerli. Cœterum quot postea prælia sint cómissa, & quomodo alius Romanorum dux h Areobindus singulari certamine eum qui apud Per sas omniŭ fortissimus habitus est, interemerit: & quomodo Ardaburius septem Persarum ductores insidiis exceptos trucidarit:adhæc vt Vitianus, alius Theodosij dux, reliquias Saracenorum optimè extinxerit, prætermittendum esse censeo, ne longius extra propolitum digrediar. Imperator · Theodosius res in eo bello gestas, Palladio quodam cursore celeri vsus, quamprimum cognouit. Viris quùm corpore fortis, tum animo adamantinus fuit: qui tanta celeritate equo insidés vectus est, ve diebus tribus in fines, qui medij inter Per-C sas & Romanos sunt, peruenerit, totidemque postea diebus Constantinopolim reuersus sit. Ob eã verò celeritatem, non ad Persarum fines tantum, sed ad reliquas etiam orbis partes, quò eum Imperator misit, expeditissime peruolauit. Quapropter aliquando ex preclaris viris quidam, celeritatem eius admiratus dixit: Vitum eum ta amplam Romani imperij ditionem, angustá expedita celeritate sua reddidisse. Ad hanc etiam Persarum rex obstupuit, quòd legatione funges, multorum dierum iter tam celeriter perficeret. Hæc de Palla dio. Theodosius Imperator Costantinopoli degens, vbi Romanoru divinitus concessam victoriam rescivit, tam bonus honestusque fuit, vt etia **lecundis** rebus fuis, pacis tamen confilia caperet, & cum hostibus fædus inire vellet. Helionem igitur ducem illustri preditum dignitate, ad pacem cum Persis faciendam misst. Atque is postquam in Mesopotamia peruenir, vbi Romani 🖈 fossam altam, quæ presidio eis esset, duxerant, Maximinu, virum præclarum,& eiusdem cum Ardaburio dignitatis, qui de pace ageret, ad Persam legauit.m Maximinus apud regem se à ducibus, non ab Im-

A admouebantur: & ex eis longiore, pro muro, pu-

peratore ipso missum esse dixit. illum enim bel- D lum hoc nescire: atque etiam vt id maximè sciret, parui tamen facere. Porrò Varane legationem ca recipiente, quòd fame maxima exercituseius premeretur, qui apud eum \* immortales vocantur (decem millium numerum ij,delectorum admodum & fortium virorum, complent )eum adiere: n & ne prius pacem susciperet, quam impetum in Romanos parum cautos ipli fecissent, admonuere. Quibus rex obsequatus, oratorem quidem in abdito loco clausum asseruauit: Immortales auté illos insidias Romanis struere iussit. Qui bifariam diuifi,in medio partem quandam Romani exercitus non minimam, circunuentam concludere voluerunt.Romani ad turmam hostium eam, quam conspexerant, conuersi screbantur. Nondu enim alteram, quæ derepenté procurrerat, videbát. Et iam inter se acies concurrebant, quum Dei prouidentia, aliæ Romanorum copiæ ex colle quopia prospicientes apparuere, Procopij ducis signa sequentes, qui ciues suos in discrimen coniectos videns, contra Persas duxit, cosq; à tergo aggressus E est.Ita sadum, vt qui paulo antè intercipere Romanos voluerint, ipfi ab illis fint circuuenti. Nostri omnibus illis occisis, ad eos inde qui ex insidiis prodibant, conuersi, itidem illos quoque iacu lis confecerunt. Ad hunc igitur modum qui apud Persas sunt Immortales, subitò mortales omnes esse competti sunt, ipso à Persis pænas sumente Christo, propteres quòd plurimos eius cultores insigni pietate præstantes, acerba morte mulcarint.Rex autem Persarum clade ea accepta, nihil se earum rerum scire assimulauit,& oratore è custodia emisso, legationem recepit: pacem se non ve Romanis gratificaretur, sed oratori ipsi pruden tia omnes excellenti honorem eum haberet, cóplecti testatus. Porrò bellum Persicum, quod initium propter persequutiones aduersus Christianos motas sumpsit, sinem tum habuit. Cum ipso autem bello persequutio quoque conquienit.

\* åtåva[o1, hoc eft, Immortales, lec'hisimi decies mille Perfaram viri, quos Xerxes Darij habuit. Hos jub Theodofio Ardaburme coucidit, at que extiuxis. Suid. Proximi ibant, quos Perfa immorta- F les rocant, ad decem millia. Cultim opulentia barbara non alies magiu honostabat. I lli aureos terques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatas [7]; tunicas gemmu etiam adornatas. Q-Curtim.

#### CAPVT XXII.

Rat autem in ciuitate Amidensi episcopus Acacius nomine, quem tu facinus pulchrum illustriorem omnibus atque clariorem reddidir. Quum etenim exercitus Romanus

Azazena regione vastata, supra septem millia Persarum cæpissent, eosque nullo modo persæ reddere vellent, atque illi same paulatim assisti interirent, easque res non parum molestiæ regi afferrer: Acacius ea cognita, non ita prætermittendam césuit, sed qui sub eo erat, clero coacto: Deus
(inquit) noster, filioli, neque discis indiget, neque
pocula curat. Egestati enim minime obnoxius, no
edit, neque bibit. Quum igitur multa sint ecclesie
eius donaria, aurea quidem plurima, multa etiam
argentea, quæ benignitate & liberalitate eorú qui
se ad ea contulerunt, parauit, vtendú eis censeo ad

mas dans Rom, non I mperatoris nomine fa tions appl Perfam fun gitar. Ba-baras delas Perferon. Mos anlici. \* åldvarri Perferen. B Pafeloga tionem Ro. ludificantes, ex iofidiu Remand adorimum. o Remen Des opitala te ynam 41que alteram bestiem ma mann concidant.

> Immortales Perfarum cafi. Vindicla divina Perfa vicli, qui tantopere in fauclos martyres faniorint.

Pax Perfica.

Quies Chriftsanoră apud Perfas, ktos barbarum.

Acacims
Amidenus
epifcopus donarius ecclofia comflatis
hoftis, Perfarumo ridolicet "capcinos rodimis,

Facions id rex perfarib rebementer ejt admirat

Multi amul tu de roctoria perfica et imperatoru rortutib<sup>u</sup> co pofisi libri.

Endocia im peratrixThe odofy quoqu laudes heroicu verfibus feripfit. A Persas captinos redimedos, & famelicos alendos. Hæc atq; alia hisce similia loquutus, statim diuina illa donaria coffavit, atq; ex eis æstimationem mi litibus quæ eis vila fuerat, persoluit, & captinos recepit: deinde alimétis eos abundè refectos, viatico etiam profecutus, ad regem suum misit. Id epilcopi factum, plurimum perlarum regem ad consternationem adegit: quòd Romanis verűque hoc studio eslet, vt simul & bello & benefactis egregiàvincerent. Dicitur verò, Persam etiam desiderium capisse viri eius videndi, vt eius & conspectu frueretur, & colloquio dignatetur. Idque sic imperatoris Theodosij iussu factum esse,fama obtinet. Victoriam hanc tantam post quá Deus concessit, quicunque eo tempore eruditione pollebant, libros in laudem Imperatoris publicè conscripserunt, eique obtulerunt: ali) quidem, vt eloquentie vim quam longo collegissent tempore,ostenderent:alij autem,vt se in noticiam illius infinuarent:atque alij item caufam aliam prçtendentes. Eadem portò illi virtutis ornamenta testimoniis suis Imperatori tribuerunt, que& nos de eo suprà commemorauimus, ex plurimis pauca saltem breuiter perstringentes. Non solum autem hoc, qui in arte dicendi studium posuerant se cere: fed & ipfa Augusta imperatoris coniunx, he roïco versu poëmata marito & principi suo com posuit. Erat enim præclara admodum,& docta. Quandoquidem verò eius memini, in tépore hoc loco me exposituru puto, quæ ea, & vnde suerit: & quomodo præ aliis quæ in communionem có nubij imperatoris Theodosij venirer, delecta sit. Res sic habet.

Si necessitat sucrit in redemptione captiumm, tunc & renditionem sacratissuorum atque arcanorum raforum rel restium, eastrorumque donariorum, qua ad dininam religionem metessiria sunt, & hypothecam & pignerationes sieri concedium. Quoniam non absurdam est, animas hominum quibusenque vasis rel restimentu pra erri. L. Sancimus. C. de sacrosanti. eccles.

# CAPVT XXIII.

\* diviração

Athenau Leutij Athe mimfis philo Jophs filia do Etifima.

Ziofden fra tres. Athenais à pasre exhere data.

Vlcheria Augusta & honestatis studiosa esset, quum imperator iam ad ætatem matura peruenisset, vt ei coniugem matrimonio iungeret, deliberauit.

Et generis cuiusque & familiæ puellas, cas etiam quæ ex gentibus forma, diuitiis, & aliis dotibus præclare essent, dispexit. Atque hoc qum illa sic ageret, percommodè accidit, vt mulier quædam, cui nomen Athenais erat, adhuc virgo, ex Athenarum vrbe ad Augustam veniret. Ea Leontij philosophi filia, & quidem ingeniofissima, omni genere non solum Grecarum, sed etiam Latinarum disciplinarum à patre erudita, tãtum in philosophia effectrice simul & cotemplatrice, atque ea quoque quæ circa dicendi artem, probationésque & confutationes versatur, quan tum alius nemo, profecit. In Aftronomia etiam, Geometria, & numerorum proportionibus, plus quam alius ætate sua quisquam, est assecuta. Hanc vbi pater ita educauit atque instituit, moriturus il le, filios suos Valerium & Aetium bonorum suorum hæredes reliquir, filiam autem exhæredauit: Fortunam ei, & quam ex doctrina colecuta esser,

gratiam sufficere dicens. Quum verò ei res esset perangusta, ad Pulcheriam Augustam de fratrum iniuria conquerens accessit.Illa prudentiam, venu statem, & miram in rebus (vt ita dicam) omnibus dexteritatem puellæ quu cognouisset, fratri cam connubio coniungendi confilium cepit. Atq; vbi ei vt Christianorum sacra coleret persuasit, accito Attico episcopo, ad diuinum baptīsmű eam in eo quod diximus Stephani protomattyris téplo adhibuit: & per eum ipsum baptismum, aliósg, item plures modos, in filie locum sibi arrogatam, vxorem fratri dedit, pro Athenaide Eudociam cogno minatam . Hæc Theodosio Eudoxiam filiam ge nuit, quæ Valetiniano Placidie filio, Romæ rerum summam obtinenti,& propter affinitaté nuptiarum Thessalonicæ, quò ex Occidente venerat, agenti, in matrimoniu est collocata. Atq; ea Valen tiniano filias duas,Placidiam & Eudociam, proge nuit. Verum Eudocia Theodosij coniunx, quum desiderio coniugij Eudoxiæ filiæ videndæ teneretur, voto seipsam obligauit, vbi nuptiæ filiæ confe ctæ essent, se Hierosolyma aditurā, vt simul & lo- E ca sancta veneraretur, & debitas Seruatori, ob innumerabilia ab eo accepta dona, ageret gratias. Ad quas causas + præclaræ etiam illa ouis occalio accessit, quam ouem, vtpote ingentem & admirandam, festo + luminu die à Phrygisco quodam adductam, quum illi eam ob rem imperator centum numos præbuisset, imperatrici Eudociæ dono dedit: cámque illa deinde simplici animo (\* perliberalis enim erat)magistro Paulino, qui principi apprimè charus, domi ex podagra decum bebat, misst. Paulinus autem, quod de oue factum fuerat, ignorans, ea perínde atque miraculo quopiam imperatorem muneratus est. Qui postquam eam cognouit, coiugem explorando, de ca, an illa ipla eslet, + salutem suam verbis prætedens, percontatus est. Eudocia verò, quod imperatoris con filium explorandíque voluntatem non intelligeret, cum esse negasset, domi suz illam suauiter pasci dixit. Qua re quum in grauem suspicione apud imperatorem incidisset, Paulinus quidem flatim in Cappadocia relegatus, capitali supplicio est affectus. Ipsa autem ea de causa immenso correpta F dolore, votum Deo nuncupatum soluit, & illico Hierosolyma concessit. Dispositione divina id pfectò factum, vt ibi quicquid esset bonum atque vtile,perficeret.Quid nang; opus est admiratione digna dicere opera, quæ eo loco in sacris templis, monachorúmque domiciliis, arque apud sacerdo tes & pauperes, de quibus paulo pôst referá, peregit? Vnum illud in præsentia memoria dignu de ea & Pulcheria recensebo. Quòd nanque natura apertus & simplex Theodosius esset, & omnibus benigne facere cuperet, sæpe etiam literis, quibus minime oportuit, sententia earum non perspecta, subscripsit. Quæ verò ei diuinitus quasi fidelis cu stos data erat, in rebus omnibus magnifica, mode rata, & sapiés Pulcheria Augusta, id ipsum quoq;, morem absurdú coarguens, correxit. Syngraphá enim inter eum & seipsam venditæ coniugis eius raptim compositam ei proposuit, eamque ille scri pturz vim nesciens, confestim manus suz annota tione confirmauit. Postridie eius diei imperator coniugem ad se vocauit, quam Pulcheria se ei red dituram, plurimum negauit: emptionis libellum,

De exheres datione ea 4. pud Palche riă queritor. Athenaidem in baptisme per spüalë ar rogatione, fi ve cometerni sasē, filiā fibi Pulcheria adoptat, Athonain En docia cognoguinata, The odojio matri nonio iŭĉta. Eudocia ex roto Hierofolymitana religioning ra tia profectio.

4 Theodofy & Endocia filia, Eudoxia. Valetimiani terty coniunx. Filia huius, Placidia & Endoxia. + milidarge . μίλε, ד דפי פשדמי tograf \* фекет/ µшs ZXBEE. † דוע סקנדנ-POU COTHPINE этовівхиці. vG-Paulini cades, Ouem mira magnitudinis Theodo. fins Endocia donat. Endocia cam Paniino ma giftro dono mittit. Paulinus ca Theo dosium muneralur. Endocia ap P imberatorem alia ea ovem esse perhibes. ្សា វិ∍្សាស្រ្តពេល-Endocia bierosolyma pse Cla. Theode -Siusquibusuis liseru facile subscribere so litus. Erroi eum mirificê in co Pulcheria

correxit.

A vt testem qui accusari aut reijci no posset, præten dens. Tanta illa prudentia atque festivitate suit. Atque illa negligentiam eins arte quadă arguens, moderatione mira improuidam literarum subscri ptionem sic in eo emenda..r. De his hactenus.

CAPYT XXIIII.

Tticus autem episcopus Constanti-nopolitan<sup>9</sup>, vtecclesia incremeta sua

Atticus Com fantinepolitanus epificpue i alienos esiã per elecmofynam liberalu.

Script # Atts ci ad Calliopië Niceni presb; tarum, coi in rsum pauperii 300 mittit aureos B QuereDem monullas ege. repatiatur. Quibus sie danda eleemosyna.

· Luwletov dik Bis Tây gasies agori 0 { zátt.

Attivassoper stitionn stiz occa fiones pracidie.

Corpus Sabbaty, ad cus? Sepulchrum Sabbatiani Sacra perage bant, dibi clam sepeliri curanit. Attikus Te-Elèrebus 4pta nemina impofisit. Chrysopolia. Navale Co. fantinopolitanii, pro ve mefico, caratione pocauit

caperet, mirificè operam dedit. Sum ma enim prudentia ea administrans, continua doctrina populum ad studium virtutis excitavit. Et ad misericordiam atq; largitionem tam prodiuis fuit, vt non modò eis qui in parœciis eius erant, egenis prouidedum du ceret, sed etiam vicinis Constantinopoli ecclesiis pecuniam multam, ad pauperum consolationem mitteret. Porrò ex vna eius epistola, quam ad Cal liopium Nicænum presbyterű dedit, missis simul trecetis aureis, qualis ea re vir fuerit, satis patebit. Ea sic habet. Calliopio presbytero Atticus in Domino salutem. Decies mille in vrbe vestra egenos piorum commileratione indigere cognoui. Decies mille dum dico, multitudinem ipsam, non certum pauperu numerum ostendo. Quandoquidem verò certum pecunie numerum ei acceptum fero, qui perliberali manu ritè cam dispésantibus donar,& nonnulli indigent, explorandorum corum gratia, qui habent quidem, sed illis non dant, acceptis à me, o charum mihi caput, trecentis aureis illis, vt voles eos expéde. Voles autem eis ma ximè, qui mendicate erubelcunt : non illis, + qui in vita ventrem ad nundinationem proponunt. Quum igitur pecuniam largiéris, religionis hac in parte rationem non habebis: hoc vnum spectans, vt indigentes alas : neque cos præferas qui moribus nostris viuunt. Pauperum sanc etiam qui lon gius abellent, ita curam Atticus gessit. Vetum ille quoque vt quorundam superstitionem minuerer, magnopere curauit. Et cum audisset Sabbatium il lum, qui propter Paschæ diem Iudaico more cele brandam à Nouatianorum ecclesia secesserat, & C gregem sibi suŭ coegerat, Rhodi, vbi exulare iussus fuerat, vită finiisse : popularésq; factionis eius, corpore illius inde translato, circa sepulchru eius pcationes peragere, & veluti viro sancto reueretiam cultumque præstare : noctu hominibus certis missis, cadauer Sabbatij sepeliti in loco alio cu rauit. Porrò sectatores illius vbi tumulum violatum repererunt, caremonias superstitionémque fuam ad fepulchrum eius posthabuerunt. Et quoniam in nominum inuentione, aptè illis rebus ipsis imponendis, elegans & felix fuit, nauale quod ad angustias Euxini ponti non longe à transitu situm, veteres pagneria, id est veneficum appellarunt, pipseibi conuentus cogeret, ne locus is infamem obtineret appellationem, nomine mutato Marian, hoc est curam, seu cultură vocauit. Ex suburbiis etiam Constantinopolis aliud, Argyropolim, per mutationem nominis ob causam eiusmodi appellauit. Chrysopolis antiqua nauium statio est, contra Byzantium, in Bospori initio posita. Multi eius antiquorum historicoru meminere, sicuti Strabo Geographus, Nicolaus Damascenus: & qui Cyri historiam optime conscripsit, vi

eloquentiz magnus,& historico stylo admirádus D Xenophon, in sexto Cyri expeditionis: sed & in primo Hellanicorum, seu Graca historia libro, vbi de ca hæc quoque memorat, 3 Alcibiades ille muro Chrylopoli munita, 🖈 decimarum accipiendarum sedem ibi costituerit. Quicung, enim mercatores ex Ponto præternauigarent, decimas eo loco mercium præbuerunt. Atticus igitur locu eregione Chrysopoli, commodè cum no mediocri amœnitate situm cernens, Argyropolim cum nominari oportere dixit: quod verbum regioni statim cognomé indidit. Quibusdam dicentibus, incommodum esse, p Nouatiani intra vrbem Cõ stantinopolim conuentus agerent: Ignorare videmini,inquit, quæ sub Costantio & Valente perpessi sumus. Præterea verò testes isti nobis sunt fidei veraces. Quum enim iamdudum ab Ecclesia vniuersali secesserint, nihil illi aliud de side quam pœnitentiam nouarunt.Et quum Nicaz aliquando esfer, consecrandi ibi episcopi gratia, Asclepiadem Nouatianorum ecclefic antistice, senem admodum cospicatus, quótnam annis episcopatum E gessisser, interrogavit. Atque vbi ille quinquagin ta dixisset, sermonem excipies Atticus. Beatus, inquit, es ô pater, qui tam logo tempore bonu opus curaris. Apud eundem Asclepiadem illud quoque intulit:Ego,inquiés,Nouatum quidem valde laudo: qui verò ab eo prouenere, eos minimè recipiendos esse duco. Vocem hanc vt nouam, postquá ille audiuit: Quomodo, ait, hoc dicis episcope? Propterea, Atticus inquit, illum probo, q ad com munionem eos qui diis sacrificauerant, non admi serit : id nanque & iple, si affuissem, fecissem. Nouatianos autem auerfor, p exiguarum rerum gratia homines à communione excludunt. Ad quæ verbaAsclepiades respondit: At nó sacrificia deorum tantum, led multa etiam alia funt peccata ad mortem. Quorum causa vos quidem clerum, nos verò etia laicos reiicimus, soli Deo, qui nauit osa, omnia comittentes. Dicunt etiam obitum eu suu præuidisse, & ad Calliopium Nicææ presbyterum ab eo discedentem, verbis hisce vsum esse: Quòd si me rursus viuum videre voles, ante autumnum exactum celeriter Constantinopolim te venire F oportebit. Sin tardius eò concesseris, superstitem me non inuenies.Id quod ita accidit.Nam vigelimoprimo ministerij sui anno, decimo Octobris mensis die mortuus est, vndecimo Theodosij co-

CAPVT XXV.

Ouum auté,& admirandű quid-🖒 dam, quod prius perfecit, quàm defunctus est, ita vereprehesso-nem cam qua expetitus est, q Noannis sectatores male acce-Iperit,à se amolitus, aliis obuela-

uerit bonis, exponam. Antiochiæ Porphyrius, cuius suprà meminimus, decessit: & sedem ecclesiz Alexander sortitus est, congruentem episcopatui agens vitam. Monasticis enim antea studiis exercitatus, fortis admodum decertator extirit, confo na vitæ facta exhibens, pietatis sanctiorís que philosophiæ meditatione, divitiarum cotemptu, eloquentia, & multis aliis donis atque ornamétis mi rifice abundans. Alexander iste, cos qui proptes

zikun.

Arz yropolis, Chrysopoli Attici, Nevati

Afilopia

Quatemmint

Poccati ad merian.

antë në men

Que Nonetrani à carbe licu dißideät

Tepm mortis fan praui do Asiem.

Euftathiapor u ecclefia casbolica com inn rit.

Frequentifi mu ecclesia connent He.

Coinnétio ta lu Indain, Grace et Arianis de lorem grane amlie. . Alexander primus Chry B jost omi nomë lacris inferi psi codicillis. Attices itide loamisas ecclefia fua ane obitum aliumxit. Epifcaporum defunctiorum in precibus ment io. Aly quoq; कारांद्र loanви recep**er**йt. 43400 hatte kryl-गर्कसार्व्य कि TÃ AIT ÃU berienter w <del>àm</del>hlao<del>m</del> b

the to Bier.

Charitas &

vulinaspubli

ca de severi-

late conflicu-

tianii semper

aliquid re-

\* वित्रक्षेत्रदेशः

Epifida As

tici ad Cyril

lom, de Cbry

softe we in epi

triculam infe

\* i, 76 11-

e Hestriky

Take buther

clare mode

rice - Deroblode

Lizere pleas-

wartartel -

74 † Sampleson

A Eustathium suos sibi celebrabant conuentus, cohortatione & persuasione tandé reliquo ecclesiæ corpori(quod Paulinus, & post illu Euagrius, impedierant) coniunxit, conuentúmq; ecclesiarum per vnionem tantum coegit, quantum nunquam aliquis vidit. Eis enim qui idem sentiebant, & ex clero & ex populo ipso assumptis, ad illorum venit conuentum: atque illis etiam inde,ita vti psalmis atque hymnis Deum laudabant, receptis, can tilenam eandem vno ore concinnè canente, ab ea quæ ad Occidentem versa est porta, vsque ad tem plum maximum, totum quod in medio est foru, hominű multitudine compleuit : veluti spiritualé quendam amnem instituens, re nulla ad similitudinem, ab eo qui vrbem præterfluit flumine diffe rentem, Quod vbi Iudzi, & qui adhuc pauci reliqui erant Grecæ superstitionis sectatores,& Ariani ipsi, fieri, fluuiosque vndecuque promanantes in catholicæ Ecclesiæ pelagus inferri viderunt, ve hementer ingemuerunt, atque lamétati sunt. Alexander itaque & vita & doctina optimus,ardore ingenti Ioannis causam fouens, primus illius nomen in ecclesiasticum retulit album: atque ad im peratorem omnésque vbique episcopos, vt idem & ipsi facerent,& ea re pacem certam & constan tem ecclesiæ cociliarent, scripsit. Cæterum quum Atticus quoq; episcopus propter Ioannitas ecclesiam esse scissam videret, de Principum sententia iple quoque mentionem illius fieri in precationibus iulsit: + quemadmodum id & in aliis epilco pis qui vita excessissent, fieri solitum erat. Atque ex eo tempore pax extitit, donec postea quoq; reliquiæ eius vrbi imperanti illatæ funt. Atticus inui diam in quam propter divinum Ioanem deciderat, hoc modo magnificè aboleuit. Nec ille modò id fecit: sed aliis quoque Ioannis memoriam preci bus inserere recusantibus, & Cyrillo maxime Ale xandriæ præsuli, qui hostiliter Ioannem oderat, pille à Theophilo patruo suo dissensisser, persuafir . Sed non intempelliuum fuerit, historiæ huic epistolas corum, certioris fidei gratia, annectere: quæ de verbo ad verbum sunt tales.

CAPYT XXYI.



Tticus Cyrillo 🖈 felicitatem. Incidimus cò, quò nó putaueramus: & acquiescimus necessitate in eo qde minus ex sentétia nostra processit, vtilitatem iusticiæ præponentes.Et

cognitionibus nostris ad populi concordiam inclinati, canonibus quidem patrum detrimentum nullum afferimus:exactæ autem verborum obser uationi, vniuersi orbis pacé præferimus. No igno ro equidem & beatum Paulum, cum \* ecclesiasticas ederet constitutiones, sapienter occasionibus prouida dispensatione vsum esse. Scio etiam, qui in sanctorum numero cesentur, patrem tuum apostolicum Theophilum, in confusione & turba à Græcæ superstitionis studiosis excitata, exactam ad breue tempus observationem paci posthabuisse .Maxime enim quæque vrbes pelago fluctibus exagitato persimiles, ex sententia ciuium, no tam summa legum & constitutionum observatione, quam + expeditissimis consiliis atque indiciis,ad pacem & concordiam facientibus, regi arque ad-

ministrari solent. Qua verò de causa literas hasce D Dissidia escribam, accipe . Nouit sanctitas tua, ac potius il- » dessa Costan lis ipsis oculis, quibus qui in sanctis est, pater no- ... turba, † magna hanc muaserit vrbem: atque vt in 20 ca sanctior fides & pietas, ne funditus erueretur, " periclitata sit: adeò etiam, vt populus maiore ex a parte per factionem scissus, extra muros conuentus egerit : & plerique sacerdotes & collegæ no- ... stri episcopi, à mutua communione desciscentes, , bonam plantationem Domini lesu Christi, parū " abest quin euulserint, pacis commoditate scilicet ... aliquatulum distracta. Sedenim multo sane labo- 💂 re, multo sudore, & periculis multis desperationis " plenis, plurima & maxima quæq; comuniu patru " nostrorum atque etiam pietaris tuæ precibus & " conspiratione sopita sunt mala. Et turba quide illa " conquieuit, concordia verò & serena tranquillitas in orbis vniuersi ecclesiis obtinet. Cum verò " nonnulli nomen tantum beati Ioannis mysticis ... tabulis inscribi vellent, beatus episcopus Alexan-, der, Antiochenum istum dico, Costantinopolim E venit,& multa \* ore condenti verba fecit. vehe \_ mentérque excitare populum voluit, vt vel nobis inuitis, necessariò eius quem diximus, nomen ita inscriberetur. Quam rem accurate prorsus pietati tuz, ministri Dei religiosissimi diaconi, Petrus & " Aedesius exposuerunt. Præteriit tempus longu, " & nos \* necessitate ea que à populari reru administratione prouenit, premi incipiebamus, neque " tamé quidquam scismatis & dissidij reliquias curabamus: cum ad nos ex Oriente Dei amantiss.episcopus Acacius literas dedit, religiosissimum antistité Antiochie Theodotum à populo, vt nomen loannis in fastos referrer, coactum este, ve veniam rei ei quam necessitate ille adductus fecisset,daremus,petens.Et tum bonus ille qui literas ad nos pertulit presbyter, causam aduentus sui indicans, re hanc in vulgus magne vibis propalauit,&sententia datæ ad nos epistolæ populo vulgauit,adeò vt parum ab fuerit, quin tumultu plebis vniuerlæ vrbs repleta lit . Ibi verð ego,ibi demum perturbatus, & de rebus maximis discrime F summum veritus, piissimum Imperatorem adij, & cum eo de pace & tranquillo rerum statu egi. Atque ille, nihil esse periculi aut incommodi respodit, si defuncti viri nomen, tranquillitatis, pacis & populi concordiæ gratia inscriberetur. Itaque ego ea re persuasus (quomodo enim necessitate præuentus id non facerem?) + ne religionis nostræ res, ex multitudinis arbitrio, exemplo vno permisso, penderent, néve vrbem " ipsam populari administrationi assuefaceremus, nomen id in album referri iussi. Quare, vr equide puto, neque in sacros canones commis, neque iu dicio parrum fraudem feci. Métio nanque eius fit " cum defunctis non solum episcopis, sed & presby teris, diaconis & laicis ipsis, mulieribusque, cum quibus omnibus nobis sacerdotij communio, aut earum rerum quæin sacra mensa mysticè percipiuntur, \* participatio non est. Magna enim est " inter defunctos & superstites differentia:ita vt " etiam libri, propter differentem corum quorum » thucu vinem

\* \* Non commistendam, ve populas de causis religionis quidquam constituat.

Alexan Antiochem epsscopus,Cŏ ft antinopoli bortator fuit Vt loanu ne më in sacras tabulas refer

\* Seasussa Misse, Petrus & Acdesius diaconi \* i µãv Bia -COLLIVER TAN LE THE SHAPE પ્રાથમિક સે-

Quibus sandom rebus ad ductus Atti cas, Ioannie nomë in epi-Scoporum ma tricula sacra inscriberet. Theo dot' epi Scopus Antiochenus. Imperator ipse inscriptione nominis Ioannie in facris tabolu phavis. \*\*

† Est pl peri Day of Late i pās iko As-Blow 70 TO NA Bos, where will BU WALCH Superentias The Wider,

\* pildon,

No valt effe

tibus comme mionem Atti custargumen to præsenti, inserviens,

Scriptio At

tici ciusde at

gumenti ad

Petrum &

Acdefium

diacones Cere

stantinopoli-

A memoria conservatur statum, discreti sint. Nihil enim Dauidi obfuit honorifica Sauli sepultura, neq; apostolis Arij impieratis sectator Eudoxius, sub eade sanctiore sacrificij ara positus: neo, Paulin & Euagrius ecclesiæ, qui schismatis & dissidij duces in ecclesia Antiochena fuere, o post obitú, nő paucis hinc ab annis, propter populi pacem & cocordia mysticis rabulis sunt inscripti. Quam ob causam ipse quoq; Ægypti ecclesiis, ecclesiatū or bis totius pacificandarum gratia, vt mortui illius

nomen inscribant, præcipe. Ita enim cum patrum canones nó transgrediere, tum ecclesiarum simul

Revocat ad Se diaconos Atticus ppter confuetu dinu corum jvavitatem.

omniu cocordiam plurimi facies. Te verò cà nobis, que conuenit, rescripturum esse, ad comunem consessum & fratemitatem respicientem, persuasum habeo. Fraternitatem, quæ tecu est, omnem, ego, quique mecum sunt, saluere iubeo. Ad Cyrillum Acricus hæc scripsir. Remautem istam magis etiam vrgens, aliam quoq; epistolam ad Petrū & Aedesium diaconos eius, hisce verbis dedit. Ad Dei amätissimű episcopum, fratrem nostrum Cyrillum, ita vt decuit, per epistolam scripsimus, ea quæ nomine Ioannis in ecclesiasticas tabulas rela to, acta sunt. Nihilo verò minus & ad pietaté vestram scribimus, quæ melius quam alij res nostras nouit, ad pacé videlicet & traquillitatem eas euasisse, de sentétia præcipue piissimorum Principu, & omnium deinde Orietalium episcoporum, ipsorumque adeò Occidentalium quoq,, de Ioanne sacris tabulis, non ve episcopo, sed qui aliquando episcop' fuerit, inserto, vt memoria eius, propter communem orbis vniuersi pacem coleretur. Scri " bimus autem, ne concordia, vt ita dicam, vbique obtinente, solis nobis ei non astipulantibus, simul & piissimis Principibus aduersari videamur: & summe necessariis rebus nostris, ventis aliquibus aduersis obortis, & Ecclesiæ Christi noceamus. ∝ De his hacenus. In magnum verò desideriŭ nos 🕶 profectio vestra adduxit, 🕁 nó eandem ex corum a qui nuc nobiscum sunt, quam ex vestro conuictu percipiamus iucunditatem, adeò vt nouitate fami liaritatis eorum, quæ à consuctudine vestra multu differt, ferè perturbemur. Quapropter rebus omnibus postpositis, opera date, ve deinceps ad nos recurratis, propter morum, quod experti sumus, discrimen, apud nos vehementiorem g antea reperturi charitatem. Literis eiusmodi Cyrillus rece ptis, maximopere rem eam auerfatus est, sicuti ex liceris eius satis liquet. Nam que Attico rescripsir, . fic habent.

#### CAPFT XXFII.

Cyrilli Alexădrini ad Atticum re Sponsum:qui quòd Ioanne ro laico ba best ,minimè probat, vt in episcoporü ca talogo recesfeatur,& ca nes ecclefi4

Ectis quæ à pietate tua ad me mille tunt, uteris, ioannus factis inscriptum esse tabulis in-cellexi. Vbi verò eos qui inde ad nos venere, interrogaui, non in laicorum, sed episcoporum cata

logo ascriptum esse audiui. Porrò dispicienti mihi, atque in animo reputanti, an qui hoc fecere. Ni cænorum patrum decreta sequantur, & aliquantu lum mentis luminibus in magnaillam synodum intendenti, vniuersum sanctoru illorum patrum collegium, quibusdam veluti oculis renuere, & vi-" ribus omnibus, quo minus ad rem eam coproban dam accurra, obsistere videntur. Quomodo nan- D que inter sacerdotes Dei censebitur, illorúmve fe 🐱 ret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est? » Quomodoverò in catalogo sacrorum ministroru » erit, qui ecclesiasticis monibus eie aus est? Aut e- » nim professione nostra indignum est, vt sacerdo » tij nomen nihil esse, & rem ipsam comunem om 🗻 nibus esse, quæ tamen eis solis qui ad eam vocati » funt, asseruata est dicamus: aut si magnum quidda ... est, quod sacerdotalem functionem à populi mul » titudine dirimit, + non miscenda quæ misceri no » posiunt, sed corum quæ diximus quoduis in ordi- » ne suo conservandum, & honore debito cohone » stadum nobis crit. Quomodo igitur aut inter epi- » scopos laicus: aut inter germanos & legitimos, » qui talis non sit, consistet? Honora, te hortor, cos » qui magnarum & splendidarum rectéq; actarum 🕳 rerum tulere testimonium, ne contumelia sanctu ... patrum chorum afficias. Cósidera eos qui super- » stites adhucin vita manent, quomodo rem hanc ... acceperint. An non illi dolore se omni repletos » esse recte dicant, si in eundem cum eis ordinem, " is cui dignitas adépta est referatur? Verum id pic- E tati quoque tuz persuasum esse puto. Quamobré » & illis & nobis mœroris abole causam. Tolle om " nium tristiciæ occasionem. Nam + facilè & expe 20 ditè ea quæ præter opinionem accidunt, dispone- 20 re & administrare, boni & sapientis esse dixerim: ... sed tum demű, cùm nihil detrimenti afferat. Non 😹 enim, quanuis gregem Christi propagare, freque- " tiorémque esficere studeamus, examina hæresiű, " li errorem suu non repudient, recipimus. Et proinde non omnino prompta quadam dispensatio- 🦼 ne 🖈 facilem cum eis coplecti pacem debemus, " aduerlus quos pugnare præltet. Dilpenlationis la 🦼 nè laudatæ opus fuerit, si quandoque ita à debita 💂 ratione deflectere videamur, vt in tebus vtilibus 💂 & commodis derrimentum euitemus. Sic & beatus Paulus omnibus factus cst omnia, non vt exiguum quiddam lucrifaceret, partem autem quapiam damno afficerer, sed vt omnes lucraretur. Videamus ergo, eiusmodi rerum inuestigationi insistentes, an nó plus huic causæ insit mali, quàm illa videatur habere boni. Tot iam præteriere an-F ni, ex quo pietas tua thronum suum tenuit: neque » quisquam est, qui couentus in ecclesia tuos vitet: » quin etiamsi ab initio nonnulli dissidendi amore » feipfos ab illis fegregarunt, tamen & illi per vim 🛥 & gratiam Christi renocati sunt. Ex magistratibus » verò quis non pietatis tuæ dictis audiens est? quis » ob hanc ipsam causam est, qui extra ecclesiam ma » near? Nemo hercule est. No enim hoc det Deus. » Itaq; quémnam ad salutem reuocans, aut ad legiti » mos in ecclesia couentus reducens, quin omnem » potius ecclesiæ mænibus eiiciens Ægyptű, regio- " nem etiam 🖈 Augustalem,& Arcadiam;&The- 🗩 baidē,&Libyā &Pentapolim,& tot ecclesias do - " lore afficis? non vt quéquamlucrifacias. omnes » nang; lucrifecit gratia Seruatoris, Remitto te hac ... in re ad ipsam pietatis tuæ doctrinam. Ne contra " teipsum celebres arque illustres eos, qui aduersa- " di studio in parces discessere, neque vnquam iu- " stum de seipsis iudicium accipiunt. An ita conni- " uere & cessare nos pietas tua suspicatur, vt non " diligenter de præclara fama tua,& quomodo Ser "

S accordatalis dignitas coris tautű eft,qui ad cam fint vecati. ht hrtyfe TR EI PURTA,

+ is purex !plane ik wa er primier. TE PILITEY. Diffesatio mis fimis. \* Sixorope KÁV TING KGŻI àwipippa. sov tekvar.

Paulos que modo fallue

\* Auguste

uatoris greges regantur atque manuducantur,in- 🗻

Pracipus e-

bo eposcoporă B

A quiramus? Vna nanque hæc, etiamfi locorum intercapedine disiuncti sint, episcoporum est cura. " Sedenim in hoc prolixor esse, & pietati tuz con-🕳 traria sentire videar: esto vt pauci admodum sint adhuc seditiosi, qui se pro illius malignitate peria culo exponunt:apud nos autem tot funt ecclefie, quæ de Ioanne decreta obtinere debere contendunt. Quibus igitur suffragari æquum est?quina vt lætentur, Deo placitum est? Illine qui Ioanni a patrocinantur, quum tanta designauerit:an qui pænam homini irrogarunt ei, qui quum alios dolore afficeret,pro nihilo duxit? Quod si concordiam ecclesiarum conservare, minimè contemnendum videtur solue id rogo, quod eam scindit, Mitte gladium in vaginam suam. Iube ex episcoporum nomenclatura Ioannis nomen eximi. Nã fi parui id facimus, & dicimus, no affert dolorem apostolorum choro Iudas proditor, in eodem cũ illis ordine census: Iudæ autem nomine in eorum numerum relato, quo deinde loco Matthias nobis ponetur? Quum igitur nemo Matthia eiecto apostolorum choro ludam ascripserit, maneat & seruetur, hortor, post celebris memoriæ Nectarium, secundus laudatissimi Arsacij gradus, ne quid por vim perperam & illegitime inductum, memoria " beati viri explodat. Sed pauci fortasse hoc ægrè se " runt, (permitte autem mihi vt liberè quæ volo di re cam).Omnes quidé saluos fieri optem. Siquis vea rò imperitia sua ab Ecclesia secedit, & illius consti « tutionibus refragatur, quæ eiulmodi hominis est « iactura? An non iple quoq; Seruator nos,idiplum « docens,& formam in omnibus proponens, códu « cibilia quidem ad eos qui eum accesserüt locutus « est,inobedientes auté & renuentes discedere per-" misit? Atque tantum abest vt aliquam talium ho-" minum rationem habuerit, vt etiam ad ipsos dixe 🕶 rit discipulos: An & vos abire vultis ? Obsequen-« tibus sanè multam nos impendere curam æquum « est. Aduersarius autem & inobediens, maleuolen « tiam iple suam accuset, medicinam odio habens. Audiet ille verò iustum iudicem, dicentem: Quan - doquidem loquutus sum, & no obediuistis: & extendi sermones,& animum no advertistis:& quæ C sequentur. Nos quidem, qui docemus, quibusna 🕴 " rebus aliquis laudem sibi apud Deum paret, stua diose admodum id facere arque instituere decer, " atque cum Paulo resistentibus dicere, Obsecra-" mus per Christum, recociliamini Deo. Inobedien a tes verò potestati Dei commendare, illud vsurpal tes: Medicati sumus Babyloni, sed sanata non est: relinquamus eam, quoniam peruenit in cœlum iu diciú eius. Consequens igitur non est, propter aduerlos quorundam sermones, siquidem prorsus aliqui sunt, funditus sanctiones ecclesiasticas con uelli, vt laicus s'acerdotali dignitate enitétibus accenseatur, & honorem eundem cosequatur. Neque enim hoc communem orbis vniuersi pacem, sed concisionem potius quidam vocent. Ego quidem tum demum obtinere debere & nomen & rem ipsam pacis censeo, cum sanctorum sentétiis no aduersemur, neque illorum decretis repugnemus. Quòd si enim beatus Alexader, \* confiden tis prorsus orisvir, iuxta pietatis tuę verba, aliquos ex religiosissimis fratribus & collegis nostris O-

riétalibus episcopis inani dictorum fuco decepit,

&ad huius rei comprobationem raptos pertra- D. xit: non propterea morbus hic prorsus obtinere, & animas omnium depascere, sed potius veluti quædam lippitudo, ecclesiæ oculum infestás, à vo bis repurgari deber. Vt illa rurfum directe ad patrum decreta respiciens, meritò à Christo audiat: Oculi tui columbarŭ . Accepi & ego à Dei amantissimo, qui ad extremam feliciter peruenit sene-Autem, Acacio literas, in quibus religiosissimum Antiochiç antistitem, vi coactum à quibusdă esse, vt Ioannis memoriam celebraret, asseuerat. atque illud præterea apertè cómemorat, valde eum virum ea in re dolore affectum fuisse, viámq; qua à tam præfracta audacia liberaretur quæsiisse: & literas hac de causa à nobis & pietate tua, ne simul cum quibusdam in eundem errorem duceretur, néve eiuscemodi consilia agitantibus cederet, im petrare voluisse. At nos, qui ad curam & medicinam faciédam vocati sumus, (da enim hoc mihi, vt pro animi mei dolore, liberè dicere possim) ne accessio vulnerum fiamus, sed potius opinionem cam, qua temeritatem aliorum secuti esse videri possimus, fugiamus. Demiror verò hoc quoq;, E si Alexander, quem diximus, ad dicendum prom- 🗩 ptus & copiolus, & qui no paruo tempore vobi- » scum isthic versatus sit, aliquos ad hanc rem sua- » sione sua adducere no potuisse visus est, quam ta- » bellarius vnus efficere tantum, sicuti rumoribus ... fertur, potuit, vt populum commouerit, causamq; 20 tempore logiore sopitam denuò excitarit. Quod » omnino est incredibile. Verùm sit hoc quoque, & 20 ita factum esse credatur. Sed noui pietatem tuam " præclaram in eloquentia esse. Docebit ea pror- " 1 p Aipote. lus que opus est, hominesad tumultum excitatos. 😠 Vberem habes sacrarum doctrinarum gratiam. Persuadebis, scio piissimis etia Principibus, vt mo 🛥 re suo in canonum decretis acquiescant. Quòd e- 🛥 nim veræ pietatis studiosi & Christi amates sunt, " costitutionibus suis ecclesias administrari permit-. tent, paterna que virtutis amulatores maioru exempla imitabuntur. Ne igitur Iechonias reiectus » \* Fonilecum Dauide & \* Samuele prophetis censeatur: ... neque si quibusdam iniquè placitum est, vt Eudo 🕳 xij reliquias eo quo scripsistis reponeret loco, p- p pterea nos quoq; prophanű vt factum in albű referamus. Oportuit nang; à nobis res illius corrigi,nonillum nobis præscribere, & quæ post eum ' acta funt constituere. Atque hæc dicimus, non g iacenti & mortuo illi insultemus: non enim hoc det Deus: neque quòd alienis, sicuti scriptu est, læ temur malis:non enim hoc Christianoru est confilium & institutum: sed id quod homini condo-Iemus, ad vtilitatem Ecclesie conferimus, canonibus illius nihil prestabilius esse ducentes. Si namque illos sartos tectos conservare, atque exautoratum inter episcopos censere liceret, recte profectò, qui id quo minus sieret impedirer, feri atq; immites dicerentur. Quandoquidem verò altero \* obtinente, alterum consistere non posse necesse " sit sanctiones Ecclesiæ vincant:& ex sacro catalogo, qui sacrorum minister no est, moueatur. Hoc' enim ecclesias ad pacé seruandam coniungit. hoc ? animorum consensum omnem perficit. Itaque illud nobis dato, vt purè nos conventus agere, & " communicare cum pietate tua possimus, atque tu "

Hola Attici de Alexãdro.

A vnius, eius que defuncti, amorem, post eorum qui adhuc viuut dilectionem, ac potius post Ecclesiz sanctiones, habeas.

CAP.VT XXVIII.

Cyrill<sup>9</sup> postea erroré sell de loanne correxit.

Ifderm Pe-Infiotes.

Erroris (uš

vissone dini -

ma admonit

est Cyrillus.

Cyrilm IoX

facti catalo-

gi episcopo-

Falfum est

fostomi ali-

quos abole-

fostomi dini-

na pvidentia

† + exexipé

Tarov luttop.

# Schiller.

Nicetes phi-

losophus,qui

idem David


dittm.

confernata.

werit. Opera Chry

quòd Cyrill<sup>o</sup> Isbros Chry-

Tum repor



quidem ex emulatione, quamuis non fecundum scientiam, non autem ex muidia, neque diabolica contentione manauit, non oportere virum& do-Arina & virtute præstantem , hac vna in re claudicare, quo minus ad lummam perfectioné perueniret, Deo visum est . Homines enim illi erant, & humanis affectionibus obnoxij. Quapropter aliquanto post Cyrillus cum magno illo viro, etiam post eius mortem, in gratiam rediit, errotéque sum quum multis aliis concitantibus tum maximè Isidoro Pelusiota nunc reprehésione núc admonitione eum cohortante, diuina etiam & arcaniore quadam reuelatione accedente, correxit. Videre namque vilus est, seipsum sacris ædibus expulsum esse à loanne, comitatu & divino, qui circa eum erat, satellitio maximè freto: & matrem Domini pro ipso deprecantem, atque cum multa etiam alia, tum illud precipuè quod pro ipsus gloria plurimu ille decertarit, sicuti dicetur, referentem, vt in sacra templa reciperetur, orare. Hanc visionem quum diuus Cyrillus cogitabundus in animo secum volueret, se ipsum quòd in Sanctum virum inuectus esset, damnauit: & dein de iple quoque re cognita, ecclesiæ Chrysostomi addictus, virum eum admiratus est, valdéque eu, quòd contra illu imprudens prorsus irritatus fuerit, pænituit. Proinde diuersum omnino à priore consilio faciens, synodum provincialem coegit, & Ioannis nomen simul& ipse & reliqui magnarum lediu antiltites, in sacro albo proposuerunt. Illi verò minus verè dicere videntur, qui Cyullū libros alios magni patris aboleuisse perhibent.

libros alios magni patris aboleuisse perhibent. Nam si qua scripta eius abolenda erant, hæc quæ adhuc extant, quod consiliü + institutumque eius in eis maxime expressum est, abolita oportuisset: niss Deus viilitatis hominu curam gerens, ea conferuasset. Hoc cui narcana a Nicetæ philosophi, qui & Dauid dictus est, historia, & apud alios item inuenerim, operi huic meo inserendum esse quoque duxi: ne cui ambigere in metem veniat, quomodo tata luminaria, inimicitias mutuas exercen tia, ambo ad summam sanctitatem peruenerint, & Ecclesse & columnæ extiterint, inimicitiis huissodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus. De his hactenus.

CAPYT XXIX.

Attici mors.
Electio epifeopi Cöfitsi
vopolitavi.
Philippus,
Proclue, Sifi
wing, presby-



Ttico auté, quemadmodú diximus, defuncto, ingens de legendo atque colectando episcopo cotentio extititico vnusquisque prout alicui faueret, ei thronum committi cupie-

bat. Froinde quibusda Philippus presbyter ad sa- D cram sedem euchendus esse videbatur: nonnulli Proclum ei, Chrysostomi discipulu, præferebant. Erat autem & is presbyter. Comuniter verò omnes Sisinium idoneu maximè censuerut. Qui ipse quoq; psbyteri dignitate enitebat, no equide Co-Ratinopoli, sed in suburbano eius vico, cui nome est + Olea, qui ex aduerso vrbi situs est: quo in loco vrbs ipsa cum ciuibus omnibus festú diem Ser uatori Christo, quo in cœlum assumptus ad patré reuertir, celebrat. Populo vniuerso charus præcipuè Sisinius suit, cum propter virtutis claritatem, tum ob eximiam in pauperes, supravires etiá eius, curam. Quapropter plebs vi effecit atq; euicit, vt is in thronum sit sublatus. Qua re offensus Philip pus presbyter, pille scilicet sibi prælatus esfet, ele-Aionem & consecrationem eius plurimu reprehendit,in ea que ab iplo conscripta est Christiana historia. Non Sisinium verò tantum, sed & conse cratores ipsos & populum calúnios e perstrinxit. atq, in eos ita inuectus est, vt quæ ille dixerit, nemo historia digna iudicet:neque quispiam ei,tam E temerariæ audaciæ, qui scribere talia sustinuerit, veniam cocedat. Et quia eius mentione fecimus, æquum est vt pauca de eo dicamus. Philippus iste Sidæ in Pamphylia ortus est, vnde ctiam sophista Troilus genus duxit, eiúlque adeò cognatú le Phi lippus esse dixit. Diaconus quum esset, cu magno Ioanne episcopatu Constantinopoli gerente, mul tum fuit. Quòd verò in scribendo elaboraret, mul tos & varios collegit libros. Multa etiam, Alianu affectas dicendi genus, conscripsit. Opus verò ma gnificum, in quo Iuliani cotra facra biblia fcriptu euertit, reliquit. Aliud quoque volumen composuit, quod Christianam historia nominauit. In eo triginta & sex libri sunt, quorum quisque tomos plures habet: adeo vt omnes ad millenarium ferè numerum pertingant, & habet suum tomus quisque argumentum. Multam vero in opus id materiam congessit, declarare volens, no imperitum se Græcarum disciplinarum esse. Frequenter nang; Geometricarum, Arithmeticarum, Musicarum, & Astronomicarum comentationum métionem fa cit. Prosequitur quoque insularum situs, & mon- F tium. Arbores describit, & alia quædam, ad argumetum institutum nihil pertinentia. Proinde lucubratio ea, vipote ad ostentationem coposita, la xa & soluta est: & proprerea indoctis simul & do Ais inutilis esse videtur. Indocti enim, styli elegan tiam non perspiciunt : eruditi autem, \* eandem rem aliis verbis repeti,& multa intépestiue scribi, reprehendunt. Verùm de scriptis eius, vt quisque volet, iudicabit. Historiæ vero tempora cofundit. Nam imperij Theodolij memoriá faciens, actiones magni Athanasij tanto post tempore repetit: & consuctudinem hanc, non in illo tantu, verumetiam in multis aliis seruat. Hæc de Philippo. Porrò Cyziceno epilcopo mortuo, 2 Silinius diuinu Proclum ecclesiæ Cyzici episcopū legit. Sedenim quum Proclus, vt eò transiret, in procincu esset, homines ibi episcopum designarunt Dalmatium quenda, virum venerandum, & in monasticis laboribus exercitatum. B Id illi fecerunt, sanctione illa cotempta, quæ præter sententia episcopi Con stătinopolitani electionem fieri vetat. Hoc vbi

† îAula Olea Joburbana Coffantino polis, regio,

Elemofyna to viru eccle fiafteis Chri fliano populo gratifiima Sifinisa Attici fuccifor, Philippu Sidetei Sifiugi elellime reprebendit.

Scripta einf. dem.

# 100 one.
ylan.
ylan.
Sifini Proclum Cyzici
epifcapii defignat . Sed
Proclus intel
lefto, quod
Cyziceni
Dalmatium
fibi epifcopi
legiffene, Con
fractionopoli
manfit.
Socrates di
cit, legë base

tici perf**ena** 

fægje. lib.7.

constitues

cq.28.

A factum, Proclus non oppugnauit: & ecclesiæ quidem nulli præfuit,in Constantinopolitana autem ecclesia docendo floruit. De quo postea loco suo

CAPVT XXX.

Zpiscopi Ro

Alexă drini,

Antiocheni.

Assiche

Apollin

fin n ad ec- B

defiš catholi

cam reduzit.

Hierofolymi

tani epifeopi. Theodoritus

ecclefiasticus

Theodorus

Mopsmestief.

Theodor's fte

Chryfoftomi

codifcipulus,

👉 Arianorii

antagonista.

\* xançov.

Polychroni'

Apamenu

Nonnes

Ede∏enus.

Dina Pela-

giā uChrifto lucrificit.

Est by miss

laimella.

Mosahi preclari.

feriptor.

Ilinius postquam in episcopatu no duos integros exegit annos, deces-sir, castitate vitæ & pauperú cura, quemadmodum diximus, celebris. Moribus affabilis & simplex fuit, à

negociis & rerum actionibus abhorrés, quam ob causam in eos qui curiose se negociis immiscent, acerbior crat, apud quos contrà & ipse no admodum decentem gloria est cosecutus. Innocentio, optimo vrbis Romæ episcopo, Bonifacius successit: arque huic Zosimus, Zosimo rursum admiran dus Celestinus. Alexádriæ Cyrillus adhuc enituit. Antiochię verò, diuino Alexandro Theodotus in episcopatu surrogatus est, castitatis decus & orna mentum, morũ vir manfuetudine (si quis alius)& iple & præterea exacta viuédi ratione maximè or natus. Hic sodalitaté Apollinaris scissam, reliquo orthodoxorú & rectè sentientium gregi, precibus apud Deum interpositis, immiscuit, vna ecclesia facta. Verum sic quoq; multi in instituto suo permanserűt, labem pristinam veluti præclarű quiddam retinentes. Hierofolymis Cyrillo dininus lo annes successerat. Deinde autem post Nepotem, ecclesie ibi habenas sibi commissas gubernauerat Prayllius, re ipsa suo nomini respondes: quo mortuo, locum eius per successionem Iuuenalis obtinuit. Eis ipsis annis ecclesiam Cyri quoque guber nauit sapientia & doctrinis magnus Theodoritus, vir in Græcis iuxtà & Christianis disciplinis præclarus, qui libros multos Ecclesiæ vtiles reliquit. Viguit tum etiam Theodorus ille Mopsuestiensis ecclesiæ antistes, qui cùm ecclesiarum omniú do-Corfuit, tum aduersus hæreticorú phalanges for titer, vr primarium virum decet, rem gessit: quique cum Diodoro magno familiariter viuens, dociore eo vsus est: & sodalis atque condiscipulus divi Ioannis, pariter cum eo Diodorŭ audiuit. Sex is& triginta annos cotra Arianam factionem aperto Marte pugnauit, & aduersus Apollinaris prædonum more structas insidias costater decertauit: \* hæreditariú autem Christi populú doctrinis optimis & preceptis fouit. Erat huic etiam frater Poly chronius, qui optime vixit, & itide optime docuit, vitæscilicet ex æquo doctrina respondente. Apamenoru hic ecclesie pastorale munus sortitus est. Ecclesiæ verd Edessenæ divinus ille prefuit Nonnus, qui primariă in vrbe Antiochena luxu perditam Mænadem, verborű perlualione adductá, & præter opinionem omné Deo consecratam, nym phá & sponsam purissimáilli repræsentauit, pro Margarita Pelagia cam cognominas, in qua certè meritò aliquis divini iudicij pelagus admiretur. Viguit verò tum maximè quoq; in Ascetica palæstra præcipuus, & vita monastica illustris, magnus ille Euthymius, qui solitudiné in vrbis formá redegit. Et Simeon qui primus domicili un columna habere instituit : insuper Nilus, Ascetes venerādus:Isidorus Pelusius, & decantatus monachus Marcus, Ioanis magni discipuli. Proclus prærerea ille admirandus, + quietam degens vitam: & alij

quamplurimi, de quibus postea dicam.

Isinio patriarcha defun&o,sicuti di-Isinio patriarcha defuncto, sicuti di-ctú est, eis qui honores & magistra-tus gerebát, placuir, neminé ex eius ecclessæ clero episcopú creare, pro-pter vanam eorú, qui honoré talem

CAPYT XXXI.

temerė,quibus ipli fauerent, mandatum volebāt, gratiā.Rurfus enim alij Philippo, alij verò Proclo cupiebat:sed aliunde quempiam designare visum est. Erat tum Antiochiæ Germaniciensis patria vo calis & facundus Nestorius: húc quòd in dicendo promptus & facilis esfer, Antiochia accersendum statuerūt, qui laudem etiā castitatis meruerat maximam.Præterierát menses tres, & ille adducitur, & episcopus Costantinopolitanus creatur. Qualis verò is vir fuerit, prima statim eius concio indi cauit.Illico nanq; post consecratione, decantatam illam propalàm apud populū, ad imperatoré verba dirigens, emisit voce: Da mihi, inquiens, ô imperator, terrá ab hæreticis liberam & purá, & ego tibi cœlum reddam.Tu mihi hæreticos extirpa,& E ego tibi Persis delendis adero. Hæc eius dicta mul ti quidem coprobarunt. Qui verò certò sciunt ani mum ex verbis diiudicandu esse, illi mentis eius le uitatem, animű arrogantem, & vanam gloriá affe Ctanté, deprehender út: propterea g, quum nond ű quidg ibi satis degustasset, ad einscemodi produ-Aus sit verba. Ardorem verò & æmulatione deinde p Ecclesia spirans, ædé precatoria Arianorú demolitus est. Atque illi templum suum dirutum cernentes, igne insuper coniecto, no id modò, sed & magnam vicinoru ædificiorum pattem concre marunt. Deinde Nouatianos quoque turbare aggressus est. Nó cos verd solum, veruetiam qui per A siam, Libyam & Cariam, & qui præterea Mileti & Sardis erat, Quatuordecimanos, quorum multi seditione & tumultu propter ipsum concitato interiere. Et quum Macedoniani Antonium episcopum Germensem, qui eos Nestorij iustu admodu affligebat, percussoribus quibusdam summissis, qui voluptatem honesto præferunt, ingulassent, occasionem eam & causam arripuit, & ecclesias eis Constantinopoli, Cyzici, & in Hellesponto a- F demit.Ex quibus nonnulli vi ca adacti, se ad ime. ein consubstantialis fidem contulere. Accidit porrò, vt qui alios ita ecclesiis expelleret, ipse quoque eiiceretur, cum derepente bellum acre aduersus ecclesias concitasset. Id bellum inde sumpsit exordium.

Sifiny mers. Principibas viru aliunda episcopum po stulandů esse videtur.

> Neftoris Am trochia accar Sur Costan simopolim.

Nestorij in PTIMA EI CO cione verba fatu infolētia

Impleratio brachy seem-

Nestori" eselessa Ariano r om ignem inucit. Novatianos idé affligse . Itë The∬aref de catitas. Antonine Germensis episcopus inst din Macedo miamorii inserfectus.

Macedonianis ecclesians adimis.

CAPVT XXXII.



Nastasius quidă presbyter in maximo apud Nestorium non-fuit, comes profectionis eius, quu ille se ad episcoparum ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopfuestiensem

diuertit, dogmatibusque eius auditis, à vera pietate Nestorius ipse transversim actus est : quéadmodum Theodulus in epistola scribit. Anastasiº igitur iste,acer Iudaicorum dogmatű &a&ionum Nestorij suasor, verba aliquado in ecclesia Costan tinopolitana ad Christi sidele populu faciens, hoc

Neftorius 2 vera pietate excidit.

Nestori" per Anastasium presbyterum pro lit.

Blufphemia . ifta granster à pio populo accepta.

Nestorius Anastasij verba landat.

Dißidiö ea de re in popu

Neftorine Sa mujatmi 🖝 Photini harefim reducere visu. Socratu de Nestorio in diciom.

Errore funm A propalam & aperte dicere ausus est, Mariam forisnoy, hocest, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non potest. Dolum hunc quum primum Eusebius rheror deprehendisset, eundémque deinde & clerus,& pietate in populo præstan tissimus quisque grauiter ferret, & elocutionem eiulmodi blasphemiam esse putaret, non paruus tumultus excitatus est. Dudum enim de theologia & Christi diuinitate edocti fuerant, quòd videlicet ille œconomiæ seu administrationis gratia veluti homo purus, haudquaquam à divinitate secesserit. Ea in re apostoli Pauli verbo fidem ha-" bentes, qui dicit: Etiamfi Christum secundum car " nem cognouimus, núc tamen non cognoscimus. & rursum: Quapropter relinquentes eum qui de Christo rudes instituit sermonem, ad perfectionem contendamus. Turba tali, sicuti sieri assolet, gliscente, Nestorius impietatis dux non solum Anastalium non reprehendit atque inhibuit, veruetiam studiosè laudauit, & dictis eius assensum prorsus suum præbuit: eum quem in precio habe bat, vt blasphemum arguere nolens. Et quòd contendendi itudio teneretur, frequentius in ecclesia docuit, & vbique vocabulum Dei genitricis exterminauit, à seipso pleraque illegitime & subrepticie statuens atque confingens, apettéque animi sui venenum eructans, ad blasphemiam se dedit. Proinde quæstione huius rei apud omnes diuulgata, atque aliis aliter eam accipientibus, dissidium in ecclesia ortum est:atque homines, sicuti in nocturna pugna inter le lunt conflictati, nuc hac nunc illa affirmantes & negantes. Nestorius verò à multis existimatus est, Dominum merum hominem esse opinari, atque olim Pauli Samosateni & Photini inter mortuum dogma renouare, & in ecclesiam sensim inducere. In tantum sand quæstio hæc agitata est, vt vniuersali etiam opus esset synodo. Porrò Socrates, qui Ecclesiasticam « historiam conscripsit, de Nestorij opinione hæc « commemorat. Ego, inquit, quú edita à Nestorio « scripta legerem imperitum hominem esse reperi: « atque id ita verè dicere possum. Neque enim odio C ductus, tenuitatis eius qua aliis inferior fuir, mea minero: neque cuiquam gratificatus, quibus alios

> \* Blasphemia Nestery in virginem matrem. Apud Suid.est, Nestorium tertium fuisse ducem Indaica ha resis Pauli Samosateno, & Theodori Cilicia, eumque perpetuum gestisse contra Virginem matrem bellum, quo scilicet Theodorum opsum patrem habuerst, & Cilicem inter masores fues momeraneris,

« superauit dotes exponam. Non mihi videtur Ne-« storius vel Paulum Samosatenum, vel Photinum

« imitatus, merum hominem Dominum dicere: sed

« vocabulum ipsum tantum sicuti laruam reformi-

a dat, idque propter multam imperitiam facit.

\* \* Firmissimè crede, ipsum verbum Denno sua carnia acceptione conceptum. Augustinus ad Petrum cap.15, Dei verbe ad vnitatem commintus est bomo. Idem. O mixtara nova. O temperamentum admirandum? Gregorius Nazanzenus. Non sepa-rari fas est filium hominis à filio Dei. Angustimus. Nascitur Dem Assumptioni nostra, patitur innocentia, moritur vitioni, Hilarim lib. 9 de Trinit. Innonatur natura, fití; Dem homo. Gregorine Nazanze. Firmissime crede non carnem Christi fine dininitan conceptam. Angustinus. Caro fine semine ex homine, Spiritus com semine ex Deo, Tertull, Nove masci debebat nova nativisatu dedicator.Id.

Quum nanque naturali quadam facundia prædi- D tus sit, probè quidem eruditus esse putatur: re auté » ipsa indoctus fuit, & veterum interpretum libros » versare noluit:siquidé expedita linguæ volubilita » te clatus, animum ad illorum scripta non accurate » intendit, led leiplum omnibus prestantiorem elle » duxit.Itaq; illud statim ex catholica Ioanis episto » la, quod in vetultis exeplaribus scriptum est, igno " tractatus. rauit: Quòd Ipiritus omnis, qui Iesum soluit, ex » Deo non elt. Na lentéria hanc, qui ab adminillra- " tione hominis in Christo divinitaté segregate vo : lucrunt, ex antiquis exéplaribus sustulerut. Qua- " propter & prisci interpretes hoc ipsum indicatūt, » fuille nimiru quoldam, qui epiltola eam deprauarint, hominem à Deo solucre volentes. Assumpta + autem est à divinitate humanitas, & iam non duo lunt, led vnu: quo veteres freti, Maria bestonop, hoc ... elt, Dei genitricem dicere no dubitarut. Sic enim ... & Eulebius Pamphili in tertio de vita Constantini libro, hac de re ad verbu inquit: Nam & natiui ratem qui est nobiscu Deus, nostra causa subire su " stinuit, & locus natiuitatis eius in carne nomina- E tim apud Hebræos Bethleé prædictus est. Quamobrem etiam Dei amatissima Helena Augusta, ge stationé vteri Dei genitricis admiradis monumétis cohonestauit,& sacrū illud antrū multifariam exornauit. Origenes verò & ipse in terrio Commentariorum in epistad Rom.tomo, quomodo " Dei genitrix dicatur exponés, copiosè id explicat. Apparet igitur, Nestoriú lucubrationes veterum ignoralle.Proinde, sicuti dixi, loquutioné sola oppugnat. (Quin ille no vocabulu iplum modò, sed prorsus etiam Deum esse, qui genitus est, negauit. Qui enim ex virgine sancta natus est, idé cru " cifixus quoque est, qui quidé Dominus est glorie, " quéadmodu Apost.ait: Si enim cognouissent, Do " minű vriq; gloriz nő crucifixissent. Nestorius autem inquit : Ne glorieris Iudæe, Deum no crucifixisti.perinde atq; Dominus glorie crucifixus no esset.) Quadoquide o Christum, non purum ho-

† In tantum sibimet due nature in Christo mite fout atque nela, ve idem atque idem Christus, Deus 😙 homo aliquan do res ant agat ant loquatur humanas, aliquando dininas. Angu- F finus. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige. Dispossationem hominu in morte cornosce. Et cum sint veraque sun gesta daturi, vuom tamen Christum Iesum memento esse, qui verunque est. Hilarius lib. 9. de Trinit. Videsne Christum Deum & hominem ita pradicari, ve mors homini, Deo verò carnis excitatio deputetur: non tamen ve alieu fit qui mortuus,est & alieu fit per que mortous resurgit. Id. ibidë. Tametsi Lesus Christ' on parto ac passio-ne & morte, natura nostra rem peregerit, res tamen ipsa omnes virtute natura sua gessit, dum sibi opse origo nascendi est, dum pass vule quod cum pati non licet, dum moritur qui vinit. 1d.

\* Secundam id quod Deus est, glorificat suos: secundam bac visque quo Dominus gloria est, er tamen Dominus gloria crucisizue est. August lib.t.de Trinit.cap.13. Sciuit verbum no aliter solneudam hominum mortem, nisi pro omnibus ipsum moreretur. Quie vita erat, & Dei verbum, oportebátque mortem pro omnibus fieri, mortale corpus assumpsis. Athanassus de incarnat. verbi. V erè cru cifixm est Dem, verè mortuus. Quod Des indignum est, mihi expedit. Passio Dei mica spes totius orbu, at que necessarium decus fidei. Mors Christi summum Enangely fundamentum. Filim traditus est Dei, qui erat in filio hominu. Christianorum est etiam mortuum Deum credere, & tamen vinentem in ane averum. Sufficiat Christum filium Dei mortuum dici, & hoc quia ita scriptum est. Tertullianus sparsim.de cam.Christi, & libro tertio con Nestorias

Locus. 1. 10-

Enschier På

phui denati

uitate Chri-

Dina Hele

na spelnacă.

so Christus

mateu est,ex

Origina 10

sabulu Dei

genitrix re-

etè exposunt.

Nest<del>oria</del> in Samolatani å∏e, ב מאפעל ילעב - وهويا عنويزهم HOP.

Servi ermeti ad occlesia cofugêre, sbi q cade falla jaipfos es itas booid falt is

Socrat.negat A minem dicat, sicut Photinus, aut Paulus Samosate nus, homiliæ seu populares eius conciones editæ docent. Nunquam enim Dei verbi subsistentiam tollit, + sed vbiq; id in carne subsistere, & carni inesse pfitetur. Nec ille, sicuti Photinus & Samosatenas, subsistentia eius abolet. nam id Manichæi & Montanistæ quoque opinari sunt ausi. Sic ego Nestorium sentire inuenio, atque id simul & ex li bris eius quos legi, & ex sectatoru eius dictis animaduerti. Non paruam verò turbam orbi vniuer so ineptiæ Nestorij peperere.Hæc Socrates.Et cu ille sic blaterans nugaretur, vt detestandum quiddam in Ecclesia fieret, accidit. Nam primarij cuius dam magistratus serui crudeliter ab hero accepti, ad ecclesiam confugêre: & ferrum in manibus ha betes, ad sanctiorem sacrificij aram irruêre: iussig; inde atq; coacti exire, haudquag paruere, diuinas ceremonias impediétes: & diebus pluribus strictos & coruscantes enses præ se ferétes, vt obuios om ines ferirent, parati fuere. Atque voi clericum quedam trucidarunt, alıúmq; insuper vulnerarunt, po stremò tandem seipsos interemerut. Porrò ex eis qui affuere, quidam mali ominis esse, templi profa nationem & inquinationem, prædixit: poetæ cuiusdam iambos allegans eiuscemodi.

કામાં લાખે ) જારે જંલાં જ માં મુખ્ય છેલા ભારા, STAPTI VACIS LY KATAGKHIM MÓGOS.

mè à Proclo cœpit.

Assueuit omen ferre triste, sanctius, Si forte templum polluat piaculum.

Nec ille prorsus non vera dixit. Cùm enim diuisionem populi & dissidium, tum eius qui seditiofæ eiusmodi discessionis autor esset, abrogatio nem prædicere visus est. Enimuerò Nestorius no aliis tantum, led Proclo quoque per dissensionem adversatus est. Quum enim ille in ecclesia docés, Nestorio præsidente, orationé in hæc verba conceptă haberet: Virginalis hodie,ô fratres, celebratur conuentus: Exultet natura, choros ducat ho-minum conditio: Coegit & couocauit nos sancta Dei genitrix,impollutum decus atque ornamentum virginitatis. Ob cam causam ad contentionis studium delapsus Nestorius, dissidere quam maxi

> CAPVT XXXIII.

Cyrilus Ale zádrinu Ne <del>vrid</del> erroris er literat. † Ocogépar. Nefon' Cy illo refpödis

C

Cyrilas p einciali fy do coasta, Nefterÿ erro ri dananit.

tili capi-

Edenim divinus quoque Cyrillus vbi Nestorij blasphemias audiuit, vnam atq; altera ad eum dedit epistolam, in quibus disertis verbis eos qui no aperte Christu Deum pro-

fiterétur, sed blaspemis verbis hominem + deiferum atque organum seu instrumétum divinitatis esse diceret, anathema esse proclamauit. Cui Nestorius literis rursus obuizuit, conuiciis simul & blasphemiis rem agens. Eis verò Nestorij literis, ingentes hæresis Auctus eructantibus, acceptis, cum quatuos quibusdam aliis, prouincialem Alexandriæ synodum cógregauit, atque ei vtriusque vitrò citròque datas epistolas exhibuit, quarum exempla & synodi ipsius decreta ad veteris Romæ episcopum Cælestinum misit. Ad Nestorium insuper tertiam dedit epistolam, cui multum cele brata illa duodecim capita, vnà cum anathematifmis adiunxit: quæ yt hic infererem,æquű effe du-

xi.Ea sic habent. Si quis no prosteetur veru Deum D esse Emanuelem, proindéque virginem Mariam 1 Dei genitricem (genuit enim illa carnaliter eu qui caro factus est, Deum scilicet ex Deo Verbu)ana- 2 thema sit. Si quis no profitetur carni secundu sub- 🕳 sistentiam vnitu esse id quod est ex Deo patre Ver " bum, vnúmq; esse Christum cum propria carne, " eundem scilicet Deum simul & hominem, anathe ma sit. Si quis in vno Christo subsistentias diuidit " post vnionem, sola eas conectens coniunctione, quæ secudum dignitatem siue autoritatem aut po testatem est, & no potius vnione naturali, anathe ma sir. Si quis duabus subsistentiis in Christo, voces in Enagelicis & Apostolicis scriptis, vel à viris 💂 sanctis, vel ab ipso de seipso tributas diuidit, & a. lias quidé vt homini, extra id quod ex Deo patre " est Verbū, propriè conuenientes, alias verò veluti 💂 Deo cogruentes ei soli quod ex Deo patre est Ver bo accomodat, anathema sit. Si quis dicit hominé Christum Deiferum,& non potius verum Deum esse, vipote vnum & quidem natura filiu, pro co atque Verbum caro factu est, & nobiscu + æqua - E liter de sanguine & carne (extra peccatum) partici 6 pauit, anathema sit. Si quis dicit Deum aut Dominum Christi esse, quod ex Deo patre est verbu, ac non potius ipsum Deum profitetur & hominem, quum Verbum caro factu sit, secundu scripturas, anathema sit. Si quis dicit veluti hominem Jesum à Deo verbo agitatum, cíque præclaram vnigeniti 🚆 gloriam circundatam esse, ve qui alius ab ipso existeret,anathema sit. Si quis dicere audet, hominé assumptum vnà cum Deo Verbo coadorari & co glorificari & collaudari, + dicíq; Deum debere, sicuti alterú cum altero (particula enim Con adic Cta, semper id cogitare at que intelligere cogit ) ac no potius Emanuelem adoratione vna honorandum, & vnam ei glorificationem tribuédam esse, " pro eo arque Verbum caro factum est, anathema sit. Si quis dicit Dominum Iesum Christum glo rificatum esse à Spiritu, perinde atque aliena virtute vsus sit, & ab illo acceperit, vt efficax contra impuros spiritus esset, & diuina miracula inter ho mines edere posset,ac no potius propriŭ ipsius spi ritum profitetur, per quem divina fecit miracula, anathema sit. Si quis pontificem & apostolum có fessionis nostre factum esse Christum, sicuti diuina refert scriptura (obtulit enim seipsum pro no- " bis in odorem suavitatis Deo patri) si quis inquá " pontificem & apostolum nostrum factu esse, non " iplum Dei Verbu, quum caro & licut nos lumus » homo factum est, sed tanqua alium propria & pe- " culiari quadam ratione ab co qui ex muliere est, " hominem:præterea (i quis eum etiã pro seipso,& = no potius tantu pro nobis oblatione obtulisse di- 🕶

matü, qua rocant, tolli videtur. \*

THUTH

באופאגשה ל

Phi beatus & facrificia Christi.

In Emannel, quoniam rum est filius & Dominus, incarnatum & inhumanatum Dei verbumgyna sins est omeino personation of incimantam Des verbins, vina une est consumo perfo-na, ipfiq; tribuimus of humana propter dispensationem in carna, or dinina propter nativistatem inestablem ex Deo Patre. Christus Dei of hominis siliau vinitus of gereus homo vininessa qua Doi sunt: loqueus deinda of gerous Deus vininessa qua hominis sunt, Eve credatur secundum veritatem sallus homo, propria facis humana. Cyrillus de concil. Ephes. Christo pro qualitate generum ac naturarii alium in sacramento hominis necesse est sermouem suis-le nondum natu alium adhue moriture, alium iam aterna. Hisa-

se nondum nato , alium adhuc morituro, alium iam aterno. Hilar libr. 9. de Trinit. Operationes omnes non vili scorsim natura, sed persona vui & indinisa tribunutur Jugust.

१८७७०७५६१

igtorro.

a Anathema

Ita christia-

ni calculu 🖝 Sententiă 70

care solent.

quii că relu-

ți in coluna încidetes, ppa

làm adueis

blasphemum

Cimpil om

mibus propo-

Rom.pontif. ad Nestoriñ

c Itë ad Ioä.

Antiochenie.

& Iuvenale

Hierofoly-

d toanu An

tiocheni ad

Neftorië scri

T Kark apexe

יין יין שון פון אי

e Nestori" re

Eta suadētib.

no paret, sed

seipsum, hoc

est pessimum

confiliarium

Cyrill' Syno

mică ab impe

ratore petijt. f Nestorias

ab imperato re ad Cyrillii

Sacră impe-

trat, ad com

terrendum.

sequitur.

dum acu

νίμευΘ.

wip,

lstera.

nt. Socra.

u tum no nouit) anathema sit. Si quis no profitetur carné Christi viuisicam & propriá ipsius, quod ex Deo patre est, Verbi, sed alterius cuiusdam ab ipso esse, veluti ei iuxta dignitatem coniuncti, quasi so « lam diuină habitationem in ea habuerit,& nó po « tius (quemadmodű diximus) viuificam, que Verbi propria facta sit, omnia \* viuificare valentis, ana 12 thema sit. Si quis no profitetur Dei Verbu carne « passum esse, & carne crucifixu, & carne mortem gustasse, atque primogenitu ex mortuis factu esse, pro eo arque vita & viuificans est, vipote Deus 3, anathema sit b. Cœlestinus Rom.episcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui præterea de Nestorio sama audita, ad eŭ scripsit: dece exactis diebus, si adhuc in eadem impietate perseueraret, no amplius eum ad comunionem admittendum: sed potius omnino sacerdotum Christi catalogo eximendű:illósque adeò ad comunione recipiendos esse, qui pprerea ab eo op pro fide recla sterissent, excommunicati fuerant. Porrò non Nestorio mo b Caleftini B dò Cyrillus & Cœlestinus, c sed etia Ioanni Antiocheno, Theodoti successori, & Iuuenali Hiero folymitano, hæresim Nestorij exponetes, scripserunt. d Ipse quoque Ioannes ad Nestoriu epistola dedit, admonens hominé, ne à patria fidei professione deficerer, led rectè filiū Dei ex sancta Deige nitrice Maria genitum elle profiteretur, neque in duo eum partiretur, neg; etia iuxta progressum + seu profectű Deificatű esse diceret. Apostolicá illi etiam vocé subiiciens, que est: Misit Deus filiu suu factum ex muliere. Et simul illi suasit, ne sententia iple suam vt recta & certam retineret, sed potius quod in comune comodum atq; vtile effet, sequeretur. Misst insuper ad eum quas Cœlestinus & Cy rillus scripserat literas. e Nestorius sibiipsi x ob-sequutus est. Et quonia sciebat ecclesiarum præsu les in ecclesiæ turba haudquag tacituros, Theodo sium permouit, fyt Sacram ad Cyrillu mitteret, in qua multa illi obiiciebat, & multa minabatur, nisi in Nestorij decretis acquiesceret. Et quū talibus li teris se illu pessundaturu existimaret, magis etiam

A cit/neque enim oblatione opus habuit, qui pecca

† Ineffabiliter & ritra quam possit mens humana intelligere, V erbü humanitati coniuncium, totam in seipsum ita reduxit, rt indigentia vita (th is d'en Tig Quits) possit vinificare. Cyvill,

comotum excitauit. Accepto naque spiritu diuus

Cyrillus, ad ipsum imperatore & eius sorores libel

los docte copolitos milit, quibus limul certam re

& fidei professionem, & peruersam Nestorij ve

cordiæ opinionem ostendit: tum autem, vt syno-

dus vniuersalis cogeretur petiit, vt Nestorij res

certò in apertum proferrentur.

CAPPT XXXIIII.

cocilia ger rale Ephesiö



Heodosius imperialibus literis fuis in metropoli Epheso locorum omnium episcopos conuenire iussit, sacram Pentecostes diem, qua conuenirent, constituens. In ca quippe die Spiritus

viuticator ad sanctos Apostolos peruenit. Literis ipsis illud quoque adiecit, neminem se vel apud Deum vel apud homines excusaturum esse, qui non starim ad designata sanctæ Pentecostes diem

præsto ibi esset. Qui nanque, inquit, ad episcopa- D lem facrum conuentm vocatus non alacriter accurrit, non bonz is conscientiz esse apparet. Nestorius, qui non longe ab Epheso abellet, cum tur ba multa statim post festum Paschæ diem Ephesum venit, multos ibi iam congregatos episcopos reperies. Cyrillus quoque cum suis ante destinatum diem affuit. Quinta post Pentecosten die, luuenalis cum Palæstinis episcopis venit. Quibus ita ., convenientibus, celebris & magnus ille Euthymius Petro Saracenorum episcopo abeunti præ- ... cepit, in Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitinensis omnino sententiam sequeretur, columnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus. Cœlestinus au tem Romæ episcopus, propter nauigationis pericula, ipse synodo adesse detrectaust : ad Cyrillum tamen, vt locum ibi luu obtineret, lcriplit. Ex quo tempore, fama est, mitram illum & Papæ appellationem, arque vt orbisvniuersi iudex appellaretur accepille. Quæ deinde omnia per luccelsione ad eos etiam peruenerint, quibus sorte Alexandrinæ ecclesie thronus legitime obuenisset sacrosepisco E pos. Solus Ioannes Antiochenus antistes cu Oriétalibus suis episcopis, longè etia post diem consti tutum, tardius affuit: non dedita ille opera moratus, sicuti se plutibus verbis excusauit : sed 9 tam celeriter episcopos qui sub eo essent, cogere non potuerit. Magnis enim locoru interuallis ditionis eius vrbes distat, ab ca quæ olim quide Antiochia nunc auté Theopolis dicta est. Duodecim nang; dierū itinere,& aliquo 🖈 præterea exiguo,homini expedito & succincto absunt. Tum auté Antio chia ipsa Epheso triginta dierum via maximè distat Cofirmauit ille etiam, ad designatu se no ven turum fuisse diem, si à nouo qui dicitur Dominico die collegæ sui in sedibus suis esse pseuerassent. Vbi post diem constitutu dies quindecim præteriêre, & Antiochenus præsul non aduenit, multique episcopi morbis & erumnis aliis pressi sunt, de communi fententia vigefimo menfis lunij die epilcopi cogregati sunt circiter centu & triginta, à condito mudo + quinquies millesimo noningé tesimo decimoquinto, à secuda auté synodo quadragesimo & vno anno, presente Iuuenali & diui- F no Cyrillo, qui Cœlestini locu tenuit, Romani (vt diximus)episcopi. Die primo Nestorius etia præstò fuit. Atq; vbi de quæstione eius agi cœptű est, Cyrillus Alexádrinus in prima velitatione iacula fortiter iacies, Nestorium admodum perstrinxit. Holtili enim iamdudum erga eum erat animo. Et quum Christo sentétiis suis divinitatem muki eri buerent, vnúmq; & eundé esse filiú, ex patre quidé ante secula genitu, extremis auté téporibus ex ppetua virgine hominé factu,neq; aliu arq; aliu, sed vnű atque eundé,& virginé Matiá propriè & verè biorokop Dei genitricem dicendam esse asserent, assurgens Nestorius: Ego, inquit, bimestré aliqué & trimestrem Deum no dixerim. Proinde purus sum sanguinis vestri, & postea ad vos no veniam. His verbis dictis, cum sex episcopis egressus est, & deinceps cũ illis conuenire folitus fuit: aliis quoq; assumptis, qui prauam eius fidem sequebantur. Ita synodus in partes duas diuisa est. Cyrillus, & qui cum eo erant, postridie consilio coacto, ve mos est, tribus episcopis missis, Nestorium vt in conuentum veniret citarunt. Ille id contemplit, &

Enthymi Petră pija p# Saracas rum, Cyrilli O Ausi (entetia concilio fegaj iùbet.

Prinilogia e-pifeopi Meni drino à Rom, antistite acepta. Cyrillus Ale zādriom in Jmodo Ephe fia Roma mtif.mäda tarius & locum teneni. Inflinieras A atiochic post terren tum auspica tiore me Theopolim TOCADÙ. NonaDemi pica. \* µ112ph 71 agbę. A via social Prima fymdi foßio, † Seconda . Seoleticol 4412. Qui in copa---rii seciida 💇 tertia Syn quoq; ratione no conmitt. Relia de christi dinini tate & mati mitale featen

Blass Nestorias (e à patrib (j -NeSta ---ie



A haudquaquam comparuit, synodum in Antioche ni episcopi aduentum diffundens. Vt auté ille ite. rum atque tertiò vocatus, resposum nullum, quo se desenderet, dedit, & conviciis atque cotumeliis cos qui ad se missi erat remisit: synodus sancta tre centorum illorum & decem octo diuinorum patrum symbolum in medium, & Cyrilli atque Nestorij, quas vltrò citróque de dogmate dederant li teras, sacră item illam Cœlestini ad ipsum Nestorium scriptam epistolam ptulit. Atque vbi Theo dotus Ancyranus & Melitinesis Acacius blasphe ma eius verba, quib° apertè Ephesi multis præsen tibus vsus fuerat, indicauere, & multæ eximiorum & sanctorum virorum voces auditæ, insupérque alia Nestorij impiè dicta congesta sunt, impium il lum exautorauit, sententia hisce verbis concepta. Quum preter alia reuerendissimus Nestorius, neque vocationi nostre audiens esse voluerit, neque à nobis missos sanctissimos & pissimos episcopos admilerit, necessario eò descedimus, vt de impietate eius inquireremus. Et quonia quu ex epistolis & scriptis eius, quæ lecta etiam sunt: atque item ex verbis, quibus in metropolitana hac vrbe vsus est:tum ex testium dictis, impie eum & senti re & docere deprehendimus: necessitate nobis à canonibus,&san&issimi patris collegæque nostri Rom.ecclesie episcopi epistola, imposita, diu mul túmque lacrymantes, ad tristem hác peruenimus sententiam. Qui igitur ab eo blasphemiis expeti-

CAPVT XXXV.

tus est, Dominus noster Iesus Christus, per presen

tem sanctam synodum decreuit, Nestoriu ipsum

à dignitate episcopali, & sacerdotali conuentu om

ni esse alienum.

tiechenau Em post Neftory con Is Nestorio & Cyrillo at u Mëneni irnitatem Cyilm & Mãos per Spodu legiti mè absoluum ante Antio-

Nestoriae

dispares 212707 Tal.

Cyri epifer-

Ost latam hac legitimam senten tiam, Ioánes Antiochenus cum sacerdotib<sup>o</sup>& episcopis suis duo bus & viginti,triduò à Nestorij codemnatione aduenit. Et re sicuti acta fuerat cognita, Cyrillo

valde succensuit, qui sic ad Nestorium exautoran dum deproperallet. Et facta à synodo discessione, consilióq; cu Nestorio coacto, Cyrillo & Memnoni Ephesi episcopo, sicuti illi videbatur, dignitatem abrogauit. Cyrillus & Memnon,postquam libellos suos synodo, quæ cum cis congregata fue rat, obtulerunt, (quanuis Socrates per ignorantia aliter scripserit) loanes vnà cum suis euocatus est, vt rationem de condemnationis sententia, quam illegitimè tulisset, redderet. V bi verò ille no comparuit, post tertiam citationem, sicuti mos est, Cy rillus quidem & Memnon à sancta voiversali synodo, à condemnationis sententia præter rationé lata absoluti sunt: & qui eos dánauerant, in + vin cula ea deciderunt. Nam à diuina communione sunt exclusi, & sacerdotalis eis autoritas omnis adempta est, Ioanni videlicet, & qui in partibus eius erant episcopis, in quibus etiam fuit sapiens ille Theodoritus Cyri episcopus: donec seipsos condénantes, erratű suum professi sunt. Theodo ritus sand Ioannis vice egre ferens, in Cyrillu inue Aus est:confutans etia, quæ tertiæ ad Nestorium epistolæ duodecim capita Cyrillus adiuxerat,perperàm ea exponendo. Quod quum non ritè fece-

rit, Nestorio quam maxime patrocinari iudicatus D est. Aduersus quod scriptum Theodoriti, ea quæ diximus capita Cyrillus doce tutatus est, ca pro eo atque decuit interpretando, & latentem in eis sententiam declarando. Hæc omnia quum ab vtraque parte ad imperatorem sunt relata, tum epi scopi eidem præsto suere, qui acta factionis verius que renunciarunt. Imperator primum Nestorij condemnationem ratam non habuit. Orientales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum tertium per vim in episcopatu retinuere. Quarto autem ab illius condemnatione anno, Io annes Antiochenus iudiciú Dei metuens,& multos præterea praua Nestorij opinione interire videns, Theodosio imperatori, ve quamprimum eum ex Orientali ditione eiiceret, fignificauit . Et imperator postquam blasphemiam illius certò cognouit, confestim Nestorium quidem Oasim deportari iussit . Ad Cyrillum autem & Ioannem pie scriptas literas dedit, vt quum inter se consentirent, tum vterque latam aduersus Nestorium condemnationis sententiam confirmaret, & dis- E sidio omni ecclesias Dei liberaret. Porrò Nesto rius vbi communionem, que sibi cum loanne An tiocheno intercesserat, in contentionem & dissidium euasisse cognouit, pænitentia ductus, Mariam Gorikoy, Dei genitricem vocauit: Dicatur, inquiens, etiam Deigenitrix Maria, & contentiones Verùm nemo prorsusid eum tristes facessant. per pænitentiam dixisse arbitratus est. Ioannes Antiochenus episcopus imperiali iussioni cedens, Paulum Emesenum episcopum Alexandriam ad Cyrillum cum libello misit, in quo germana & sincera fidei professio, necnon amicitiæ conciliatio, & scandalorum seu offendiculorum amolitio expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, atque professione fidei ei inserto comprobata, & veteres sanctos patres, & seipsum ita sensisse confirmanit. Atque epistola ea vehementer laudata, hisce verbis Ioanni rescripsit.

Lætentur cæli, & exultet terra. Dirutum enim " est interstitium maceriæ: & quod mæroré fecit, » conquieuit, modúsque discordiz omnis sublatus " gratia Des est, eo quòd Seruator omnium nostrûm Christus, F ecclesiis suis pacem cociliauit, & ad eam nos piissimi & Dei amantissimi Principes vocarunt. Qui maiorum pietatis æmulatores optimi, quum ipsi in statu suo certam atque immotam conservant fi dem rectam, tum præcipuam de sanctis ecclesiis " gerut curam, vt simul & præclaram in æuum glo- » riam habeant, & quam celeberrimam imperij sui " administrationem reddant. Quibus etiam ipse » virtutum Dominus manu liberali bona tribuit: si- 🕶 mulque dat, vt & aduersariis imperent, & victo- » riam ab eis reportent. Non enim fallit is qui di- " cit: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam glorifican » tes me glorificabo. Quum igitur Alexandriam ve » Comendatus nisset Dominus meus, piissimus frater & collega > Paulo Emo-Paulus, animi voluptate & gaudio repletus sum: " parificandi ac merito quidem, quod tantus scilicet vir par- » findium tes suas vt mediator interponeret, & supra vires » tantum laborem adiret, vt diaboli inuidiam supe- » raret, ea quæ diuisa erant coniungeret: & sublatis ... è medio fcandalis atque offendiculis, concordiæ 🐱 & pacis corona vestras simul & nostras cohone- \*\* staret ecclesias. Et post alia. Quòd verò super- 🖚

Q iij

Idem contra Cyrilli due decim capita Scripsie. Cyrellus fers ptum funm detendis. Acta Synodi ad imperatorem referun-NeStorium Oriëtales epi scops in epifeopali digni tale retinent

Nestorius quarto condi nationis fua anno Oalino deportatur.

Nestorÿ fucata paniten tia non recipitur. Loannes Am. tiochenne cu Cyrillo i gra tram redit.

Cyrilli ad lo. De cocordia фіјсорогин

Gratulatio

A flua prorsus & importuna ecclesie, prætérque cau « sam suscepta discordia fuerit, nuc maxime certior « sum factus, ex quo piissimus dominus meus Pau-† 2014824 " lus episcopus libellu + extra calumniz aleam po a situm attulit, sidei professionem complectentem: quem à sanctitate tua & piissimis isthic episcopis « copositum esse confirmauit. Libellus is quibus co a scriptus erat verbis, epistolæ adiun dus fuit. Porrò « de Dei genitrice, & quæ sequuntur: Sanctis hisce « vocibus vestris lectis, ita nos quoque ipsos senti-« re inuenimus. Vnus enim est Dominus, vna fides, « vnum baptisma. Quapropter rerum vniuersarum « seruatorem Deum glorificauimus, mutuò nobis congratulantes, o cogruentem cum dininitus in-« spiratis scripturis & traditione sanctorum patru « nostrorű nostræsimul & vestræ ecclesiæ habeant " fidem. Verum hæc qui inquirere volet studiosus,

CAPYT XXXYI.

in synodi eius actis reperiet.

Ra Nefterij

B

Ostquam Nestorius eiecus est, quid postea ei contigerit, vt vită præsentem finierit, & digna blasphemiarum præmia tulerit, hi-storici non prodiderunt. Et pro-feαò vis temporis obliuionis, p-

fundo hec immerlisset, nisi in librum eius incidissem, ex quo historia eius decerpsi. Itaque ipse blasphemie pater, qui no super petra, sed in arena sun damenta fidei suz iecisset, ad quosdam qui ei obie cerant, nó recte illum res nouas molitum esse, neque ex Reipub.vtilitate, vt Ephesi synodus ageretur, petiisse, defensionem blasphemie sux scripsit, ad eam scilicet necessitatem se peruenisse, Ecclesia sancta in partes duas scissa, dictitans. Et quu alij quide Mariam angumorokop, id est, hominis genitricem: ali) autem horoxop, hoc est, Dei genitricé dicendam assererent: se mediam excogitasse vocé x esserix oy, id est, Christigenitricem . In ea defensione refert, Theodosium propter comiseratione, primum reiectionem eius autoritate sua non con firmasse. Vbi verò episcopi quidam Constantino-C poli venissent, vt in monasterium suum reuerteretur, permissum ei esse, quod extra Theopolim situm est. Nomen quidem illius non expressit: ab Euprepio tamé appellationem accepisse legi. Stadiis id duobo ab vrbe ea distat: vbi annos quatuor se in honore omni exegisse ait. Deinde comemorat, vt Theodolij sanctione apud Oasim exulare iussus, sed causam exilij primariam celat: p videlicet tali etiam retum suarum statu à blasphemia non destiterit. Alium quoque librum ad Aegyptium quédam disertius scripsit, in quo de exi-lio ad Oasim fusius agit. Ex aliis quoque literis col ligere est, quæ mala propter blasphemias tulerit, quum + inspectorem rerum omniusoculum fallere non potuerit, quas literas ad Thebarum tum præfectum dedit, indicans quandoquidem hominibus condignas pænas non dederit, diuinitùs se iusta vindicta expetitum esse, atque in erumnam & captiuitatem miserandam maximè incidisse. Quum verò eŭ maiores calamitates experiri opor teret, ex potestate quide Blemmyarum ille dimissus est, (corú enim captinus fuerat) Theodosij au-

tem, qui rediisse eum intellexerat, iussionibus, in

versatus est. Vbi terra rupta coopertus atque oppressus, vitam hanc pro eo atq, blaspemiæ eius co ueniebat,amisit: Arius alter vltimo vitæ suæ actu habitus, qui quidem satis que præmia in Deum ia-Cas blasphemias maneant, declarauit. Vterque sa nè ex æquo in Christum blasphemus fuit : quem Arius quidem creaturam, iste autem merum hominem esse dixit. Ad quem acta Ephesiz synodi, quasi Cyrilli versutia & nefanda rerum nouatione instituta sint, reprehendentem, perlibenter dixerim: Cur tandem à Theodosio, qui vicem tuá valde miseratus est, postea nullo relicto veniz loco, expulsus es? & tot ostracismis atq; exiliis mulcatus, turpiter vitam finiuisti, si no de sententia &iudicio dinino Cyrillus, & qui cum eo fuere episcopi, decretum suum fecere? Et ambo vos quide iam ex vita hac excessistis: quo tempore, sicuti quidă ex prophanis sapičtibus dixit, mhil obstat quo mi minus libera quisq; hominum beneuolentia, nullo intercedente aduerfario, colatur. Ac tu quidem vt blasphemus, & hostis Dei extremus, ab omni- E bus damnatus es: ille autem veluti quædam Eccle siæ tuba, fines terræ personás, & propugnator Ecclesiz fortissimus, ab omnibus celebratur, & omnibo in ore est. Sedenim ne crime falsi apud quospiam sustineamus, age illum ipsum in mediü producétes, verbis eius res suas exponamus. Et tu epi stolam fac audias, quibus illa literis, ad eum quem dizimus Thebarum præsidem coposuisti, ex Ephe sijs de religione sanctissima recentibus actis prolata.Oasim, quæ & Ibis dicitur, Imperiali sanctio- » ne incolimus. Et post quædam verba infert: Quan » doquidem locus, quem diximus, barbarorum in- » cursione, captiuorum abductione, atque igne & » cædibus ex ipsis fundamétis dirutus atque vasta- » tus est,& nos à barbaris derepétè nescio quo mo 🤏 do misericordiam consequuri, ita liberi dimissi su » mus, vt illi attestatione conjunctis minis nos terrerent,& quamprimum regione ea excedere, vt- = pote quá † Mazici post eos, nulla interposita mo- 🛨 ra, occupaturi essent, inberent, in ditionem The- . barum, cum captiuor u reliquiis, quos ad nos bar- » bari misericordia moti (quid sibi voluerint, dice-F re nequeo) adduxerut, venimus. Atq, illi quide ad ... optata & placita quisq; loca se receperut. Nos au- ... tem ad Panis vrbem diuertimus, manifestò id in- " dicantes. Veremur nanque, ne quis captiuitaté no " stram consultam molitionem & fraudem esse dicens, calúnios è profugisse nos accuset, & alterius, criminis machinatione confingat. \* Ferax enim , generis omnis calumniarum est malitia. Quapro- " pter amplitudinem tuam rogamus, vt tibi capti- " uitas nostra,pro eo atq; legibus costitutú est,curę 🦼 sit: & ne maleuolentiæ & fraudi hominű captiuű 💂 ad iniurias & contumelias dedas, ne videlicet om- 💂 nibº deinceps generationibus & ætatibus tragica, vociferatio, seu quiritatio inualescat, meli? esse vt 💂 in barbarorum aliquis potestate capriuus sit, g ad " Romanoru imperium supplex confugiat. Et iura- " mento interpolito, petitioné talem subiuxit: Pate " re nos hic ex Oasi reuersos manere, sicuti id nobis

† Apud Stephanum Mazies, Nomades Libya funt. Suid.au m, sub Anastasio rrbes Libya excursionibus e dicuntur, venatae scribit, ve fortaffe hic etiam Lazici sit logenda

extremis Thebarum oris, locum ex loco mutans, D Miferabilis Contestar i com Ario, NeStoria frande Cyril L se circii tum effe que. fiw eft. cim quarde.

> Conferencia Cyrillo Neforius. Enagro° lib, 1.649.7.

Epiftola Ne

ribs & me mus Panopo lites apud Plin.eft lib. 5.cap.9. Suste Não TATILATI À KARIA,

Nefterius ex

ptivitate ad

Panisyrbem

Pacepelis

to Waren İgerev işleh ph pi ha-

THE PERSON NAMED IN COLUMN TWO IS NOT THE OWNER.

manete liceat, petiit.

A barbari permisere: vt nunc etiam, quod Deo visum est, de nobis constituatur. In alia rursum epistola ad eundem hæc scribit. Sine scriptum hoc, vt amici, ad magnificentiam tuam, epistolam, seu vt patris ad filium comonitionem accipias, non reiice, te qualo, que in co est, quam fieri potuit bre-

uissimam de rebus multis narrationem:cum Oasis, quæ etiam Ibis dicta est, dudum à Nomadum

Queritur se Sepisus exily locii mutare coaltű fwisse. Elephätina 820.ftadiu à Thebu Aczyptiu

multitudine, qui in eam excurrerunt, vastata sit. Et postea. Hæc quum sic acciderint, nescio qua de causa, aut qua arrepta occasione, magnificentia tua nos per barbaros milites ex Panis oppido ad

quandam Elephantinam, quæ Thebæç prouincie finis est, deportari curauerit. Et cum ad illam per ca que diximus militaria auxilia raperemur, & ma iore itineris parte confecta affligeremur, rurlum à fortitudine tua iussionem sine scripto accepi-

mus, vt in ciuitatem Panis reuerteremur. Et itineris, quod iussu tuo susceperamus, casibus cofecti, corpore morbo simul & senio labefactato, necno manu & latere couulfo, in Panis oppidum reuersi fumus, animo quodammodo viz laboribus defi-

cientes. Adhuc cruciatibus dolorum affligebamur, & ad aliud rursum fortitudinis tue aduolans scriptum mandatum, ex Panis vrbe in alium ditionis eius locum translati sumus. Et quum talia

aduersus nos conquietura putaremus, & quid de nobis \* victores Principes statuerent expectare-\* redhivires 20 mus, aliud subitò sine gratia omni, de loginquiore alio, & quarto iam exilio, madatum composi-

tum est. Et paulo post. Sed acquiesce tandem in eis quæ facta sunt,rogo,& tot aduersus corpus vnum exilia decernere desine,& tot calamitatibus que à magnificétia tua pertulimus, cotentus esto. Et nobis per homines, quos conuenit, sententiam

niter quæso permitte. Hæc nostra, veluti patris, ad te tanquam filium, confilia funt . Sin ca indignè feres, tum tu nunc quoque; sicuti antea, quod placitum tibi est, facito: siquidem sentétiam tuam oratio nulla flectere aut vincere potest. Nestori-

victorum Principum nostrorum explorare huma

us igitur in literis quoque ipsis, pugnis & calcibus impetit atque insultat, Imperatoriam etiam potestatem, sicuti vides, blasphemans: atque tot quoque mala passus, non tamen resipiscit. Peruenit in manus meas scriptum quoddam, obitum eius exponens, quem &ip sum memorie mandare in hac

historia visum est. Commemorat enim lingua eius à vermibus corrola, ingemiscetem & lamentantem, ad maiora & sempiterna supplicia eum pænas debitas soluturum, migrasse. Deinde &

Theodolius divino nutu commotus, sententiis, & calculis omnibus, impium illum anathemate iugulatum condemnauit, hisce verbis in constitutione vlus,quæ lustiniani volumini,quod Codex

nominatur, inserta est, tertia numero, in primo primi libri titulo. Præterea, inquit, sancimus, qui ımpiam Nestorij fidem æmulantur, aut nefariam

eius doctrinam sequuntur, vt siquidem episcopi sint, aut clerici, ecclesiis eiiciantur: sin verò laici& " populares, anathemate feriantur. Sed plures quo-

que alias constitutiones religionis nostræ gratia edidit, quæ flagrantem illius erga Christum ardo-

rem declarant. Hunc impius Nestorius finem vite habuit, atque hæcsic in tertia quam diximus vniuersali Ephesia synodo sunt acta. Porrò pernicioso Nestorio exautorato, grauis rursum contentio D Anathe in Constantinopolitanæ vrbis ecclesiis mota est. Populus enim de Nestorij placitis agens, in duas partes abiit. Clerici sanè omnes communi suffragio eum anathemati subditum reiecerunt: sic náque Christianis mos est sententiam contra blasphemum ferre, quum eam tanquam + statuz incisam, omnibus publicitus proponere volunt.

CAPYT XXXVII.



Llo verò sublato, non mediocris de episcopi electione quæstio extitit. Multi enim ad eum qui dictus est Si densem Philippum respiciebant:o-mnes autem ferè Proclú cathedra ea maximè dignum esse iudicabant.

ea maximè dignum esse iudicabant. Et exitum suum consilium horum habuisset, nisi qui multum tum apud Imperatorem valebant, impedimento fuissent, Ecclesiasticum canonem perperam prætexentes, qui designatum ciuitatis E alicuius episcopum in ciuitatem aliam transferri vetare debeat. Is est eiusmodi. Si quis episcopus electus in parœciam, cui destinatus est, non ierit, non culpa ille quidem sua, sed propter populi reiectionem, aut aliam non ab iplo electo prouenientem causam, is cum dignitate ministerio fungi (vt modò rebus ecclesiæ, vbi conuentus agit, nihil afferat turbe) & acquiescere in eo debet, quod prouinciæ synodus de controuersia in medium producta iudicans decreverit. Hic canon publicatus plebem, quæ Proclum episcopum designabar, vel inuitam quiescere coëgit. Quatuor menses à Nestorio exautorato effluxerant, & ecclesia procuratio Maximiano commissa est, qui in ordine presbyterorum erat, & in monastica vita vixerat. Religionis hic maximè laudem consequutus fuerat, ex eo quòd propriis sumptibus monumentis constructis, in eis piè defunctorum reliquias repo neret. Et propterea quòd doctrina exigua fuit, alienam à rebus agédis delegerat vitam. Quam ob causam ecclesia sub eo externis rerum fluctibus li bera,pace multa lætata est. Atque vbi annos duos 🕫 & meles quinque pacifice ecclessam administrauit,septima ieiunij dierum septimana,ea que dicitur Magna quinta die, mortuus est. Tum verò Im perator Theodosius, & Pulcheria Augusta maximè curam eius rei suscepit. Ne enim rursus negotium eis exhiberetur de electione episcopi, vnde misceri ecclesiæ res & confundi potuissent, nulla interpolita mora, qui adhuc Maximiani corpus insepultum esset, episcopos quoscunque inuenire potuerunt, coactos, inthronisare atque in vacuam ecclesiæ possessionem inducere Proclum iussit. Quum namque deliberatum antea de eo esset, Cœlestinus quoque Romæ episcopus suffragarus ei per epistolas fuerat, ad magnum illum Cyrillum & loannem Antiochenum & Rufum Thessalonicensem scribens, & modis omnibus docens nibil obstare, quo minus qui alterius vibis aut sit, aut saltem designatus sit episcopus, in aliam trasferatur vrbem. Proclus igitut in fede fua collocatus, postea funus & exequias Maximiani, omnib patriarchæ insignibus vsus, curauit. Sed de hoc quoque pauca quedam historie annectenda duxi-

quid apud Christianes ל באאוןשמי

Philippus Sidites & Proclas copetitores ar chiepiscopatau Byzătÿ Canon de nă transferedia opisc. 🕁 c.

Marinia nau epifcopaa Conftantine politana.

Obitm dim. # MITHER בίμεζά. Magna

Proc Macessor. Cæleftinu Rom. Pent. eum canons folmit.

Dampat a tem Neftorianos hie Imperator. l.Dampate. C. de beret. Mavich. Dißidiñ in plebe Couft 2 tinopolitana de Neftorÿ codenatione,

I» fammis

O plarimis

erunis Nefto

tim ve resi-

pificret, ani-

mű inducere

non pot**ui**t.

Lingua Ne

story aute

mortem à

ver mib 👊

Constitutio

Theodofy,

qua harefis Neftory dž

Hac confi

sucio hodie

non extat.

Digitized by Google

Q\_iiij

CAPVT XXXVIII.

fostomi Constantinopolitanam ecclesiam admi-

Res Protli



Primo is capillo præceptoribus víus, in arte dicendi potissimum elaborauit. Et post adolescentiam exactam, in iuuenili admodum çate, in lectorum ordinem cooptatus, primum diui Ioannis Chry

nistrantis sectator, minister, librisque scribendis adiutor, & corporis eius curator fuit. Hic Paulum Ioanni magno in aurem dictitantem, atque arcaniorem epistolarum suarum sensum reuelantem, per ianuæ rimas prospectans vidit. Atque vbi ille in exilio vixit, ab illius affectione non desciscens, cum successore eius Attico episcopo fuit, orationum illius scriba. Quem ille in diuino vitæ instituto progredientem, in diaconatus gradum fustulir. Deinde verò cùm in presbyterorum cathedra dominum laudaret, à Sissinio ecclesiæ Cyzicenæ designatus est antistes. Logo verò tempore post, quemadmodum diximus, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus ei commissus est. Et quòd moribus atque institutis placidus maxime vir elser, qua cunque in loanne & Attico eximia erant, expressit.Malorum tolerantia illis etiam superior fuit. Atticus namque læpius etiam eis qui in fide à se non dissentirent, terribilis esse visus est . Hic verò & erga illos, & in alios omnes placidus & lenis admodum fuit, beneuolentia potius quàm vi pertrahere illos ad se in animo habens. Et quoniam nemini turbarum causam præbuit, ecclesiæ dignitatem in humanitate & mansuetudine consistentem, integra conservauit. Hac in parte Theo dosium Imperatorem imitatus.nam & is haudquaquam Imperiali severitate, aduersus eos qui supplicia commeriti essent, vsus est. Iste autem mi nus curauit, si quis de Deo non itidem vt ipse sen tiret. Sed doctrinz iugiter incumbens, placide, no violenter, plebem sibi deuinxit. Qua ex causa & Theodosius magnopere eum est complexus . Nã & Imperator iple sacerdotali, vt ita dicam, animo fuit : cosque qui persequendos homines esse suaderent, minime audiuit. Dixerit verò aliquis, quòd & aliis rebus, in primis auté mansuetudine, apertè episcopos eius temporis omnes longe superarir. Et quod de Mose Numerorum liber dixit, eum supra homines omnes in terra longè mitissimum fuisse : id si de Theodosio etiam dicas, haudquaquam, vt puto, fallaris. Vnde quispiam colligat,Deum illo valde delectatum,etiam extra bellorum certamina hostes ei imminētes aboleuisse. Declarauit hoc in Ioanne tyranno, & qui cum eo excurrerant, barbaris. Quæ namque antiquitùs in viris iustis accidisse audimus, ca quoque preter opinionem omnem in eo Deusperegit. Cum enim multi, atque adeò innumerabiles barbari excurrere, & Imperatori atque Romanis negocium facellere aggressi essent, Imperator, sicuti facere solitus erat, res illorum Deo commisit & frequentius orationibus vacans, confestim quod petiit, confecit. Dux siquidem corum Roilas nomine (quod antea quoque retulimus) fulminis telo ictus, ex hominibus sublatus est. Et postquam sçua pestis exercitum eius inuasit, crudeliter eum est

depasta. Quicquid verò ex eo superfuit, id cœlesti D igne crematum est. Itaque in timorem magnum barbari deciderunt, non tam quòd contra generosam & fortem gentem Romanorum ad manus conserendas ire ausi fuissent, quam quòd Deo adiuuante,illos tropæa statuere, victoriamá; reportare deprehendissent. Tum sanè & admirandus Proclus, in tanta à Deo concessa victoria, ad popu lũ in ecclesia verba faciens,& Ezechielis prophetiam ingeniose & aprè verbis suis accommodas, in magna fuit admiratione.Prophetia talibusver- 🗩 bis concepta est. Et tu fili hominis, vaticinare con » tra Gog, & principé + Ros, Mosoch & Thobel. " Iudicabo enim eum morte, & sanguine, & imbre ... demergenti,& lapidibus grandinis. Atque ignem 🧩 & sulphur pluam super eum, & omnem exercitu ... cius, superque populos multos qui cum co sunt. Et magnificabor atque glorificabor, & notus ero in conspectu multarum gentium, & cognoscent quod ego sum Dominus. Talis quidem Proclus erat, peropportunus & commodus in omnibus, mansuetudine autem & humanitate quam ma- E ximè excellens.

† Ros.) Hoc sacra Biblia nostra non habent. Reperitur tamen apud Socrat. quoque lib. 7. cap. 43. Nomine autem isto rainersa Russeum sine Rustenerum gens, que magna ex parte nunc Christiana ost, & Slauenica retier lingua, intelligitur. V ulgò Ruis dicuntur. Nec in Genesi, nec in alio scriptura loco, ac ne in 10 septo qui dem, qui omnia Hebraicarum gentium in primo Antiquitatum libro exponit nomina, hac ges inueniri potuit. Hiero sup. Ezech 38.

CAPYT XXXIX.



Vandoquidem autem nonnulli inuidia ducti, diuinum virum reprehendunt, ecclesiasticum canonem prætendentes, quòd Cyzici episcopus creatus, in Constantinopolitane vrbis thronum

translatus sit:æquum esse duxi, pauca quædam de translationibuseiuscemodi hic perstringere, vt simul & Proclus crimine absoluatur, & Ecclesia • classicum hocad certitudinem divinitus proditu habeat exemplum, ne cuiuis facere id volenti pro F cliue sit, res Ecclesiæ rité atque ordine actas, teme rè per reprehensionem carpere. Nam qui tum ré hanc taxare conati sunt, vel inuidia ferri, vel ignorare mihi visi sunt, canonum sensum & mentem, atque ea quæ variè in eccleliis per dispensationé & vtilitatem seruata sunt & gesta. Divini siquide canones, & veteres ecclesiæ antistites liberum esfe voluerunt, quotiescunque legitima suaderet vtilitas, ex vibe vna in aliam episcopum trasferre: videlicet si sincerior pietas, vel ecclesiasticæ fortè tranquillitatis constitutio translationem flagitaret. + Transitionem namque prohibet', no translationem. Hæc enim, id quod præter voluntatem & præter institutum fit, omnino significat, & vox ca veluti in inanimatis vsurpatur:illa verò, de animatis, & quodammodo de eis dicitur qui per arrogantiam fortè miscendarum rerum gratia, in thronos insiliunt. Eá verò recte canon, sicuti paulò pòst fusiusexponam, inhibet: legitimam autem translationem nequaquam. Nam primus apostolorum ille princeps Petrus, Rom. vrbis gubernauit ecclesiam: deinde primus etiam Alexandriam

Ad calefte bane victovia Proclam pro tonciono pulchrè Eze chielu raba accomodania

derunt,quid cùm Cyzici episcopus defiguatus fuerit,Couftantimopolitan**ü** susceperit epi Non tam verba quà mens Ĉan num inspicienda. Canon tranfitionem.m trav (lationi еріўсо<del>роги</del> prohibet. Exempla translationum epifcosali<del>am</del> legi

In Procle in

widi reprehé

† pitasano, è pitanop,

placidi episco pi.

Theodofine quoque Imperator animo placidiffino fuit.

Deo charus Theodosius.

Precatione
Theodofius
boftes fuos
devicit.
Roilas Scythacum fuis
dinimitus
oppressinatque extinthus oft.
Quidam hüc
Rugam no-

Profestio Humofolycationii erge.

. where i

Barras es. कि २०१३१६वर्ष zachtofes.

Sebafiia.

\* Socrat.in Lydia.

buloppop

rec eft.

ECCLESIAST. \* sorte transite. In quibus ecclesiis vbi Linum & Marcu episcopos creauit alias rursos vrbes adiit: Eusebins autem Pamphili in sexto Ecclesiasticarum historiarum libro, Alexadrum quendam ecclesiæ in Cappadocia cuiusdam episcopum, Hierosolyma sacrorum locorum spectandorum & precationis ibi faciendæ gratia profectum, atque à Hierosolymitanis retentu, in throno sacri Narcilsi adhuc superstitis collocatum esse, & per vita omné Hierololymitanæ ecclesiæ pfuisse, memorie mandaufficulus & nos in quinto Operis huius libro, cap. 10. mentionem fecimus. Quòd vérò & multi alij, necessaria vtilitate vocante, in alias trasierint ecclesias, satis pater. Ego verò, etsi non om nes, aliquos tamen in historia hac recensebo. Magnus ille Eustathius à Berrœa (quæ est ipsa Cha-leb)in Antiochiatranssatus est, Constantino primo Christiano Imperatore imperium Rom. administrate: sub quo & Maximus ex Diospoli Hierosolyma transiit, magno Macario succedens. Sed & Eudoxius ille, praux prorsus contra nomen suum opinionis, ex Germanicia primum Antiochiam, & inde postea Constantinopolim est translatus. Diaus Meletius primum Schastiæ episcopus est renunciatus, deinde autem cum magna gloria Antiochiam ad Orontem est vocatus. Item dinus Gregorius Salimorum primum, Cappadocum vr bis, deinde Nazanzi, patriæ suæ, episcopatum sortitus: postea à secunda synodo & Meletio Antiocheno, pro eo atque decuit, in preclaram Constan tinopolis sedem translatus est. Patris in Achaia Perigenes episcopus designatus est: quem vbi ciuitatis eius incole non receperunt, Romanus episcopus in thronum metropolitanz vrbis Corinthi, vbi sacrorum antistes nuper admodum vita defunctus fuerat, induciaussit: atque ille ita trans-,latus,pacificè ibi per vitam omnem ecclefiam rexit. Dositheum Seleuciæ episcopum, Alexander Antiochenus Tarsum Cilicie transtulit. Reuerentius Arcis Phæniciæ episcopus lectus, Tyrum inde transiens, episcopali ibi munere est functus. Ex Gordo, quæ \* in Lycia est, in Proconnesum Ioan nes transmissus, magnifice episcopatum ibi ges-C sit. Et Palladius ab Helenopoli Bithyniæ Aspuna transiit. Et alius ex eiusdem vrbis ecclesia episcopus Alexander, Adrianos traductus est. Ex Apamea Asiæ Philippus Eudoxiopolim missus est, cui vetus nomen Salambria fuit. Polycarpus ex Anta pristena Mysiz vrbe, Nicopolim Thraciæ: Hierophilus ex Trapezuntopoli Phrygiz, Plotinopolim Thraciæ venit. Optimus ex Agdamea Phrygum, Antiochiam Pisidiæ. Troadem Philippopoli Thraciæ Sylvanus transiit.de quo admirádum quiddam memorabo. Is quum artem oratoriam primum apud sophistam Troilum didicisset, studium postea omne ad Christianismum transtulit, asceticamque consectans vitam, pallium monasti cum non tulit. Hunc sibi coniun aum Atticus episcopus, Philippopolis episcopum declarauit: in qua vrbe postquam triennium exegit, loci eius hy bernum rigorem non ferens (exiguum enim & imbecille ei prorsus corpus erat) Atticum, vt alium in locum fuum episcopum substitueret, rogauit, non aliam quam frigoris causam petitioni suç prætendens.Porrò episcopo alio ei surrogato, Syl uanus Constantinopoli degens, cura summa mo-

nasticam coluit vitam, humilitatis & paupertatis D Spartei is tam studiosus, vt in vrbe frequentissima obambu lans, + sparteis sit sandaliis vsus. Eo tempore non multo exacto, Troadis episcopus mortuus est. Quapropter Troes Constantinopoli affuere, episcopum petentes. Cum autem Articus, quemnam illis antistuem designaret, deliberaret, Syluanus visendi eius gratia ad eum venit. Quem vbi conspexit, statim ei Troiz episcopatum mandauit.atque ad eam conversus: Deinceps, inquit, omnis tibi ecclesiasticz functionis defugiendz pręcisa est occasio. Maltus enim Troade calor est, opportunusque & commodus tibi à Deo paratus est locus. Proinde nihil morare, sed protinus Troiam proficifcere. Itaque Sylvanus eò transiit. Atque ibi miraculum insigne manibus cius editum est, quod profectò dignum est ve commemorerur.In littore Troiano ingens oneraria nauis, qua magnas columnas ferret, constructa fuerat: Platem, à latitudine, eam nautæ nominant . Hanc cùm 0pus esset in mare prouoluere, multi qui funibus eam in vndas traherent, confluxere.Illa verò die- д bus pluribus moueri loco non potuit: & homines immobilem eius stationem dæmonis efficaciæ ascripserunt, quapropter episcopum Sylvanum adierunt, & ab co vt precationem super ea faceret, petierunt, că iplam solam ad comouendă nauim suffecturam esse credentes. Ille pro modestia sua, non ipsius, vt hominis peccatoris, id opus, sed alterius cuiuspiam, in quo divinumen conquiesceret, esse dixit. Vbi verò illi magis etiam ei multa precati institere, petitioni corum vix tandem cedens, ad littus aduenit: & oratione pera & , funem vnum attigit, & alios operi ei insistere iussit. Paululum nauis ab illis impulsa est: & illa perinde atque animata esset, celeritate multaprouoluta, ad mare peruenit. Hæc res in provinciam omnem vulgata, religionem magnam Syluano est attestata. Et cum vir optimus esset, quoniam qui sub co erant clerici, in causis & nugis, vnde cunque inter eos qui iudicio contéderent, prouenientibus veluti nundinationem instituerent, + ne quis ex cle ro postea causam quampiam iudicaret, constituit, Sed supplicantium libellos acceptos, vni ex fide- F libus laicis, quem præcipuè iusti & æqui studiofum elle sciret, accito dedit, eique iudicio causaru commisso, iure contendentium nugamenta reiecit. Hæc de Syluano, quamuis per digressionem. non tamen, sicuti puto, ab historia nostra aliena, dicta sint. Deinceps verò multi quoq; alij ex thro no in thronum sunt missi. Sicuti sapientissimus i. ste Proclus Cyzico Constantinopolim est translatus, Cœlestino Romano Papa rem eam comprobante, epistolis tribus ad Cyrillum Alexandrinum, & Ioanem Antiochenum, & Rufum Thessalonicensem scriptis: in quibus asserit, canonibus non obesse, episcoporum ex vrbe in vrbem legitimam eiusmodi translationem. Ego verò ab instituto digredi, eosque qui deinde translati ita sint, operi huic annectere cogor: rerum taliú studiosis, vt equidé puto, gratificaturus . Præter eos, quos diximus, Zenone imperante, Petrus Mongus, Acacij Constantinopolitani episcopi sugge-stione, ab Euchaitis Alexandriam transmissus est: sicuti postea de hoc & aliis, si Deo visum fuerit, dicemus. Anthimus Trapezuntius, sub Iustino Im

ftantinopoli † XIPTE emiária.

Sylvan nanë latar littere in ma re oratione Socr.lib. 7. cap.37.

† Sylvanes indicium ni clero fed laimatione ille vieretur , commifit. a Absur-dum clericis eft, imò etia opprobrie [ ii. s peritos fo relint oftendere discepta tionum esse foren fum.l Repetita.C. de Episcop. er cler. Nemo militans (Deo) implicator Vila negociio rt ei qui fe in militiam delogis plan ceat. 2.Tim. 2. ₡ 21.quef. 3. Placest, Cæleftie Rom, antiftes Procli tr#flationem coprobams. Alie opi ∫сор<del>отй</del> \$тã∫•

1 mperium Constantini d Irena. Basily Ma cedenu. Leonis Sapientii.

• • •

Epiftopus Lurepias & caftræ".

Romani Se B. mieru.

Nicephoti Phoca

Bafily Porphyrogenesa.

Episcop m

**Episcopatuil** + olasze-Adam.

¥ øχολ**ά**−

Angeli I. *Гас*ў. + д катк

\* 101'100 Top yeripe-995,

peratore, in sedem Constantinopolitanam tradu-Qus est. Rem hanc confirmat admirandus etiam ille confessor Germanus, qui Anastasio imperante, Cyzic oquoque Constantinopolim transiit. Item Thomas Thessalonica Alexandriam, de septimz synodisententia, Constantino & Irene imperantibus. Divinissimus quoque patriarcha Ignatius, sub Basilij Macedonis imperio, Basilium Cretensem episcopum Thessalonicam transmisit. Sub eodem imperio Ioannes Maiuma episcopus Alexandriam, & Amphilochius Cyzicenus Niozam, atque inde beatus Theodorus Laodiceam translati sunt. Porrò Leone Sapiente Imperium regente, & Phocio sacrū munus administrante, Gregorius Syraculanus in metropolim Nicænam transiit, & eiusdem vrbis episcopus Nicon Hierapolim. Præterea Daniel Nicopolis, quæin Græcia est, antistes, Ancyram Galatiæ: & Simeones,nouis Patris Laodiceam: & Ioánes Larisfæus, Synadam translatus est. Ad hæc ex Amasena vrbe Stephanus euiratus Constátinopolim patriarcha transitifub Romani senis imperio. Et Antiochenus Pæmenarches, hoc est, primarius pastor, ecclesiæ magnæ primum officium transtulit. Ex episcopatu auté Flauiadis, quæ sub Anazarbes mepropoliest, Nicephorus Phocas episcopum eius Eustratium transferens, Antiochiæ patriarcham fecit: cum quidem episcopatum eum ab Anazarbe divulium, patriarchatui Antiocheno vnivisset. Agapius Seleuciz in Pieria antistes, Antiochiam & iple tráflatus est, Basilio Porphyrogeneta Romanis imperante. Sub eius de imperio, Theophylactus Sebastia Rosiam, & Alexander Antiochia Hierofolyma:tum autem Ioannes, cui Codonati nouum & celebre cognomen fuit,ex magna Antiochiain metropolim Tyri trassit. Et rursum Tyri episcopus castratus, vt ecclesia eius à Persis capta est, Hierosolyma profugit. Et quum thronum ibi vacuum esse, episcopo suo orbatum, contingeret, Hierosolymitani, Persarum principi vrilli ecclesiam Hierosolymis committere possent, supplicarunt. Qui etiam Constantinopolim, sexies millesimo sexingentesimo & decimoquinto à condito mundo anno, Alexio Conneno imperante, adueniens, à sacra susceptus est synodo, quum Nicolaus Theoprobletus patriarcham ageret. Eodé Ni-colao ecclesiam Constantinopolitanam gubernante, Pentaelas ille, Roflanus archiepiscopus Leni factus est, eidemque tia Maronis ecclesia addita. Nicephorus verò metropolitanus Gangre + veluti feriatus, metropolim etiam habuit Amastrim. Ad eundem modum & Leopolis antistes, Arcadiopolim tenuit. Episcopo item Alexiopolis \* ocianti, Abydus tradita, postca etiam Apros. Multæ etiam ecclesiæ vnitæ sunt, sicuti Parus & Naxus, Sugda & Phula, Alama & Soteriopolis, Angelos Isacio imperante. Dositheus Hierosolymitanus Constantinopolim est translatus: quum Hierosolyma inde Marcus, qui + Florus dictus est, transiisset. Deinde Dositheus rursum Constan tinopoli relicta, in Aelie thronum reuersus est, eo qui Florus nominatus est, inde præter ius & çquū omne expulso. Postea verò vtraque & Aeliensi & Constantinopolitana sede posthabita, Dositheus 🖈 priuatus vixit,& decessit.Hæc superioribus téporibus sunt acta. Actate verò mea quatuor sub-

blimium sediu antistites, ex translationesecclesiz D Ana Nirebus præesse memini. Post magnum enim Arsenium illum, Nicephorus Ephefius, & Germanus Adrianopolitanus in Constantinopolitanam ecclessam sunt transmissi. Multo deinde post, Niphonem etiam ex Hellesponti Cyzico in eandem ecclesiam deductú esse vidimus. Athanasio quoque Alexandrino, qui Nicolao successerat, Grego rius Aegypti episcopus surrogatus est. Antiochiz quatuor per eiulmodi translationem episcopos fuccessisse noui.Post Euthymium namque,ex Tri poli Arlenius transmissus, sedem cam sortitus est. Cui Cyrillus Tyrius successit atque huic Pompeiopolitanus Dionysius; Dionysio rursus Cyrillus alius, qui deinceps fuccessorem habuit clarum illu Dionysiú Mopsuestiensem: atque hic rursum Sophronium Tyrium. Hierosolymis itidé duos per translationem successisse vidimus, nam Sophronio defuncto, in locum eius Athanasius Casarea Philippi episcopus suffectus est. Cuius sedem Gabriel quida Cælarez Philippi & ipse nup episcopus renuciatus, dolo rapuit: & paulò post fatis co- E cedes, vel inuitus că rursus Athanasio priori reliquit. Hæc de episcoporú tráslationib<sup>9</sup>, q vel antea vel pòst facta esse cognoui, volumini huic annexui. Fortasse autem plures alios quisqua inuenerit, qui historias studiose euoluat. Canó nang, sicuti à me est dictum,★ translationem eam rem appellat,& no permutationem, aut transitionem: quòd hæc verba de animatis,& eis que proprio arbitrio & voluntate moventut: Trasferri auté, & Translatio, de inanimatis, atque eis quæ veluti ab aliis mouentur, dicatur: ita vt transmutatio & transitio corum sir, que ex sede sua in sublimiores inuolant thronos: Translatio autem, eorum qui ipsi inuiti ab aliis aliò producuntur. Id quod & Cœlestinus Romæ episcopus, in suis, sicuti ipse appellat, secre tis, capite secundo, hisce vtens verbis ostendit. Si episcopus viilitatis gratia transferatur, ne id per seipsum faciat, sed fratribus cogentibus. Et rem eam facræ huius fedis autoritate expediat,nó inanis gloriz, verum vtilitatis communis aut neces. sitatis ergò. Eadé & Anterius collega eius refert, ita ad verbum dicens. Translationem episcopo- F rum communis viilitatis aut necessitatis gratia scitote fieri licere, non autem cuiuslibet cupiditate, aut dominationis affectione. Siquidem Petrus doctor & dux noster, ecclesiasticæ vtilitatis caufa ex Antiochia Romá tráflatus est, & inde postea Alexandriam trāsit, vt qui isthic prodesse magis ecclesiæ posser. Eusebius auté ex oppido quodam paruo, Apostolica autoritate Alexadriam est traductus. Atque eodem modo & Felix ex ciuitate que ei ciuium electione obtigerat, propter cam qua præditus erat egregiam doctrinam & vitam, de communi episcoporum reliquorumque sacerdotum arque + Apostolicorum virorum filio, Ephesum transiit. Non enim ciuitatem ciuitate mu tat, qui id non cupiditate sua aut vanæ gloriæ studio facit: verum propter vtilitatem aliquam, aut necessitatem, aliorum autoritate maiore pollen-

\* De hac re ipse Nicephorus in Catalogo Episcoporum Con-frantinopolitanorum. Apoletos ketsos le dextotrat, rks loi son moit. Cos d vikupipes, the 'A Crimol grepants appetition. He eft: In Ar chimyftu opcimus Arfanius, Ephofiq praful inclytus Nicopharus, Garmanus rebis Adriani epifopus.

Hir loca mer ind teftari petef Nicepberi Ecclefiefic biforia رقيمه حط يقر pora projè Sua stalia prologo pra iongė 🕰 effe fo

lentetia 1 Trăstatio Transmute tionu, Tra fitiona \* µ1741eif, hitail oup putaba-

Cælefini Romanidi Scopi es de 10 verba. Que epife Lationes legi tima fint. ry episcopi. 7. queft.1. Non operid

† Mig

467

Iciunia de

casechesis au

se baptıjmü.

Burgudiones

contra hostes

Hunnos vi

Chores ena-

dux crapula

stantes Chri

dunt.

V ptarus

crepuis. Iidem ce

fiani.

Christiani

A tium cohortatione & consilio, ex minore in maiorem vrbem transit: non inani gloria aut voluntate ipse sua ductus, sed autoritati potentiorum
obsequutus, aut sede sua expussus, aut etiam vtilitate loci vel populi permotus: & quidem non arroganter, sed humiliter ab aliis productus. Cœterùm de translationibus istis hæc, iudicio meo, satis prolixè dicta sunt. Quapropter ad reliquu historiæ contextum reuertamur.

CAPPT XL.



fes in Creta.

Policitus is

eff. se i udaes

per vudas

. Dain (41)-

**дили** рет

ducturem.

- וששון

Sed n ipjo

malter mer-

tales in per-

viciem ab -

ducit.

Savias.

nincutem

T diuinus quidem Proclus ad sacra Ecclesiæ gubernacula consedit, & res ecclesiasticas composuir. Eo autem tempore multi in Creta Iudæi Christianorum sacra sunt complexi, per causam e-

iusmodi. Vir quidam ex corum genere erat, qui quum per fraudem & dolum vitam peregisset, postremò se etiam Mosen illum esse assimulauit: & cælitus in Creta à Deo propterea missum esse confinxit, vt eius loci Iudeos ipse per mare, perinde atque olim Ifraelitas per rubrum finum, duceret. Et passim insulam ipsam anno toto peragras, vt se illum esse crederent, suasit: atq; vt opes quas haberent, pecuniasque & possessiones omnes aspernarentur, cohortatus est: se illos per mare non aliter quam in arida, in promissionis terram du-Aurum esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissis decepti, res operasque suas vbique neglexe runt, & facultates suas temerè quibuscunque diri piendas permisere. Vbi dies constituta aduenir, qua proficifci debebant, ipfe quidem confidentia & fastu plenus, eis præiit: illi verò hominem, vnà cum coniugibus & ætate imbecilliore consequuti lunt . Itaque eos in lummum quendam lcopulum in pelagus excurrenté duxit: atque inde coniicere seipsos in mare, veluti natantes & 🖈 vrinātes,iussit.Idque ex illis quidam, statim vt imperatum eis erat, secerunt neg; deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio saxis allisi interierunt.Et vniuersi illi vel in vndis, vel in præcipitibus saxis periissent:nisi Dei prouidentia, vix pisca tores & alij mercatura vi&um queritantes,Christiani homines, subitò affuissent, eosque modis omnibus extrahentes seruassent, tum primum fortasse qua dementia capti essent sentientes. Hi alios, quo minus se in fluctus proiicerent, prohibuerunt:corum, qui antea id fecissent, interitum illis indicantes. Qui sanè ægrè in animo rem secum reputantes,& fraudem fine iudicio fufceptæ fidei & crudelitatis deprehendentes, vt miserabilem in modum enatarent, sustinuerunt: & tandem Pseudomosen illum comprehendere sunt agressi. Verùm perficere id minime potuerunt:confestim enim ille disparuit,& magna suspicionem prebuit, perniciosum quempiam dæmonem sub humana specie gentem cam in exitium produxisse.Ptoinde multi Iudeorum superstitioni nuncio remisso, in Creta Christianam religionem constanter susceperunt. Horum innumera propè fuit multitudo. Simile quiddam aliud quoque codé tempore accidit,quod & ipíum commemorabo. Gés quedam barbara vlteriorem Rheniamnis ripam ac-

colit, Burgundiones dicuntur, tranquillitatis &o-

cij valde studiosi. Fabri namque tignarij omnes D ferè sunt, & ea arte vitæ sumptus tolerant. Porrò Hunnorum natio eis imminens, frequentes excursiones in cos faciebat, & regionem corum diripiendo vastabat. Multi etiam ex illis cum hostibus pugna congressi, interficie bantur. Quum ergo propter cladem eiusmodi de rebus suis desperarent, vt Deo alicui res suas committerent, consilium cepere : quumque in mentem eis veniret, Christianorum Deum cultoribus suis yt acertimum auxiliatorem plurimum opis ferre, de communi omnium consensu, ad religionem cius &fidem accellerunt. Quam ob causam & in quadam Galliæ ciuitate epilcopum, vt eos Christianorum religionem edoceret, & diuino baptismo dignaretur, obtestati sunt. Ille verò vbi eis septem dietum iciunium indixit, eosque que opus erat de sacris rebus instituir, octavo die paptizatos, vnà cũ epilcopo quem eis attribuit, domum redire iussit. Et ex ea re fiducia concepta, contra hostes tyrannidem tantam exercentes processerut: neque eos spes & expectatio sua fefellit. Nam Vptato Hun- E norum duce ex crapula nimia rupto, de improuiso hostes duce orbatos adorti, multos admodum telis confecerunt: atque ipsi quum trium tantum milium numerum explerent, decem Hunnorum millia interemerunt. Ex eo tempore Burgundionum gens ardenti ad Christianismum summè coseruandum amore flagrauit. Ita Deus alia per alia quam sapientissime dispensat, prouidentiæ arcano longe optime omnia administrans. Hæc hacte nus. Ego verò aliam quoque rem memoriz mandabo, vt cognoscere omnes possint, Deum persepe etiam per indignos solita consueuisse prodigia exhibere.

CAPYT XLI.



O enim tempore Novatianorum episcopus Paulus, Chrysanthi succesfor, miraculum quoddam edidir, & præclaram sibi per id pietatis & amoris divini apud suos samam para

uit. Graue in vrbe grassatum est incendium, quale F haud vnquam aliàs illa sensit. Plurimam namque eius partem săma peruasit, adeò vt maxima quzque horrea & frumenti granaria consagrarint atque in eis publicum quoddă, cui \* Achillei \* cognomen suit. Porrò ignis z discia circumquaque depastus, etiam contra Nouatianorum ecclesiam, que prope eum locum suit, qui b Pelargus dicebatur, versus est. Quum autem ea sic in periculo estet, Paulus in sanctius sacrarium ingressus, Deum vt ecclesiam conservaret, supplex orauit, pro vrbe ipsa simul & templo precari ibi non intermittés.

† \* Tripart. historia & Paul. Diac, habeut Therman Achilleas. Et est thermarum mentio qua Achillea dicuntur, in l. omnis sensen. C. de aquaduct. Sed nessio an ea lex ad ribem Constantimopolicanam pertineat, quò din ea aquaductius Hadriani mentio fiat: rt fortasse it de aqua ductibus Antiochia agatur, quam ribem pracipus Hadrianus exornause. Nicephori verba hac sunt: è lunguosubs γ πλώορ της πλώορ της πόλιως τίθρομε, ἀς κολι τι μίγεια τῶρ αράωρ κατακαλώσει, κολι γ διμέσιος ὰ ἀχιλλίος τῶννυμον ἐν, ἀχιλλείαι κειθαί, καιαραί κολι ωγενώς. h. e. Farra pura & generosa Suid. Ατίβιορh ἀχιλλείων ἀπομάζη, h. e. primario resceru pane. ἀντί τῦ ειτ ένειως τῆς ἐν πρυτανώς μετίχεις. h.e. pro eo quod est, in Prytaneo epulariu.

Incendium Conflantinopoli longù maximum,

quod biduti

duranit.

a Achilles
Confiantino
polu granarium.
Ecclesia No
umianorum
in medio iuceudio illasa
conseruatur,
Paulo Nomatiani episcopi precib
b Vetargus
rrbu Censtana ropio,

P[cudomo]es
ifte differet,
quippe daiµup àl-deme
Muli Indei in Creta
Chrifianifmam fufcipiant,
Burgandiones ab Hun
no infeftati,
Chrifiană
valigionă dipletinatur.

A Et Deus nescio quo modo precibus eius exaudi-

tis, delubrum id inviolatum feruauit. Ignis năque

per ianuas & fenestras iam omnes inuolans, ei no

nocuit: sed quum circumcirca edificia simul mul-

ta consumpsisset, templum præteriit, intactum id

atque inviolatum à tanto flagello relinquens. Et

celebrem eum locum reddidere: & multos etiam

ex Græcæ superstitionis cultoribus in fano co, ppter factum id augusto, rem diuinam facientes ad

se percraxere. Aliud item memoria dignum faci-

nus Paulus iste ia moriturus fecit, quod & ipsum

non intempestiue historiæ huic inseretur. Illud

namque nobis propositum est consiliu, vt ex om-

nibus quod commodum est & ytile, colligamus,

& nonnunquam etiam ex serpentibus Andro-

machen conficiamus. Paulus, sicuti dixi, moritu-

rus, sacerdotum qui sub eo erant, ordine omni ac-

cito: Curæ,inquit, vobis sit, dum ego adhuc spiro,

vt episcopum designetis, ne in ecclesia vestra, me

defuncto, turba aliqua oriatur. Atque vbi illi non

sanum rectumque ea in re se iudiciú habere, pro-

pterea quòd alius alij pro affectione fauerent, di-

xerunt, electionemq; ei permiseruut, inferens ille

Sententiam consensumque vestrum in scriptum

relatum mihi date, in eo scilicetvos quem ego de-

legero acquieturos esse, & ego id facere sum para-

tus.Illi imperata statim faciunt,& Paulus in lecto sedens, charta accepta, Marciani cuiusdam nomé

in ea clàm conscribit: qui presbyter quidem erat,

& sub eo \* monasticam vitam coluerat, tum au-

tem peregrè profectus fuerat. Paulus postquá ip-

se sigillo suo chartam obsignauit, ideque & pres-

byteri alij iussu eius fecere, libellum Marco Scy-

tharum episcopo, qui tu in vrbe erat, credidir, hi-

sce eum alloquutus verbis: Si Deus me diutius in

vita manere voluerit, libellum hunc perinde at-

que depositum asservatum mihi reddes:sin illi, vt

me ad le euocet, visum est, charta resignata, quem

gerim, inuenies. Vbi ille mortuus est, & triduo

post libellus magna multitudine præsente aper-

tus est, legitima ab omnibus etiam Pauli electio

iudicata est. Atque illi nulla interposita mora, ho-

mines qui Marcianum adducerent, misere: qui e-

um Tiberiopoli in Phrygia inuentum, dolo bono

vsi, vel inuitum adduxere, & in ecclesiæ throno

collocauere. Hæc de Paulo dicta sint.

C ego communi omnium calculo episcopum dele-

quod maximum est, quum incédium biduum totum grassatum vbique esset, ne vestigium quidem fumi in muris& tignis ecclesiç eius apparuit. Nouatiani ex eo tempore quotannis,17. Augusti mé-+ odsea Msis die observatum templum + sacra celebrantes,

Paulsa ide oriturau. prudenter, quibus oper tuit confentient ib us successore si-bo designat. Propert. 16 Bown The dofee på. 2117 812 -هدد ميلاه بيه Вопш ерізсо pus postero-& tranquil litatu corn rationem ha

STIS.

\* b. e. cælibem vitam.

Marciu Sey Scopus.

Marcianu *६्ली*न.

Paoli suc-

Proclas pra Thalassio Il lyrici prafe-Elo epifcopii .Cefariensem

CAPYT XLII.

Adem tempestate, decimoseptimo coluiate clus nouum quiddam præter eccie-clus nouum quiddam præter eccie-fiasticam consuetudinem fecit. Quu namque Firmus Cesareæ Cappado-cerous esset, & Cæsarienses Cócőfulatu Theodofij,patriarcha Pro-

cum episcopus mortuus esset, & Czsarienses Costantinopolim, vt episcopus eis deligeretur, petentes venissent, cuinam episcopatum eum committeret Proclus deliberauit.Sabbati dies erat, & commodum tum accidit, vt vna senatores omnes ad episcopum visendi eius gratia venirent:in qui-

bus etiam Thalassius fuit , vrbium carum quæ in D Illyrico sunt, præfe&uram gerens. Et iam is inde in Oriențe profecturus fuerat, munus libi ab Imperatore commissium administraturus: quú Proclus subitò manibus iniectis, eum pro præsecto episcopum Cesariensem creauit. Atque ille etiam contra animi sui sententiam in Ecclesiæ gradum conscedit, eamque rite administrauit: quum quidem tam subitum factum Imperator zgre ferret, mox tamen id sanctione sua comprobatet. Facinus hoc Procli insolitum, & auditu admodum mirum est.

#### CAPVT XLIII.



Ecit prerea preclaru aliud quiddam, gloriaque eius prorsus dignum. Quum enim sciret ecclesiam dudum scissam este, propter abrogatam Chrysostomo digni-

tatem, confilium quæsivit, quomodo Ecclesiam à dissidio & seditione conserua E ret, & hominum mærorem consolaretur. Rem eam Dei ductu mirabiliter est aggressus. Quinto patriarchatus eius anno plebs, quæ piè propter Ioannem tumultuata fuerat, congregata, Proclo persuasit, vt legatione apud Imperatorem sungeretur, vt sanctus ille vir ab iniusto exilio reuocare tur, populusque & Ecclesia orbitate liberaretur, petiturus. Id Proclus statim non grauatè fecit. Et qui corpus eius adducerent, milsi sunt. Tumulus autem immobilis prorsus fuit:Et quu multæ multorum manus ad eum mouedum adhibite essent, nihilo magis loco moueri potuit. Quod vbi Imperator cognouit, statim causam eius rei intellexit.Itaque literis rubrica fcriptis , vitum fanctum, vt adduci se pateretur, obtestatus est. Literæ ipsæ supra pectus eius positæ, & peruigilium actum, precesque ad Deum fusæ sunt. Ita tumulus se abducentibus facilem præbuit,& sanctus ipse, pondus eius leuius redditum, vnà cum baiulis fimul ferre visus est.Literas Theodosij ad eum scriptas, " hic teferre visum est. Orbis totius doctori, & spirituali patri, loanni sancto, & aurei oris patriarchę, Theodosius Imperator. Corpus tuum itidem vt aliorum mortuum esse putantes, pater honorande, transferre id & adducere ad nos, sicuti filij parentum amantes, de liderauimus. Quum autem debitum prorsus honorem,& quantam opus fuit fummissionem & modestiam, eam in rem non contulerimus, Imperialis fortasse fastus leges in rebus, quibus nos magis quam Imperio ipso honestos esse decuit, sequuti: nó immeritò voto noîtro excidimus. At tu pater patrum verè reuerendissime(nunc enim veluti viuentem alloquimur) ad desiderium potius nostrum, quam ad cæptum tuum speckans, veniam da poenitentibus, qui longè magis quàm alius quisquam pœnitentiam docuisti, & nos vicisti: idoneumá; castigationis, desiderio flagranti erroremque suum agnoscenti animæ, eo quòd huc víque reditum ad nos tuum detrectaris, exemplum exhibuisti: redde teipsum nobis queso, redde. Vr enim longiore mora & dilatione nos amplius etiam affligas, neque commiserationis visceribus tuis, neque amori & expectationi nostræ dignű est: qui non solű corpus \* & cineres,

diai Chryso-Scafe Impe-Taloris Con lim perferri curat. Chrysofte

terad Chry *ftătinopoli* wocat, Theodofy



Infertor honorificensiffine Chryfoftoni corpu in wrbe Confluctino politanam.

Per tempaflatem subitam, corpus sactium ad vidua agril appellit, cui u ab Eudonia adeptus futrat, cre-

† Wipi 73 ėµar]ios.

Theodofian pro parentiton fain defractiu precatter ad dim Locuriu

Cadana
Chrysoftono
in opifopali
throno collocatum, paci
populo precatur,
Abasim
fanctioris
ara in dinorum Apofolorum acclesa id con-

& cineres, sed solam etiam vmbram tuam cernere cupimus. Literæ tales fuere. Postquam autem itinere confecto, in littus ex aduerso Constantinopoli ad Chalcedonem cum reliquiis sancti viri peruenere, transiit eò Imperator, & senatus Imperatorius:transiit etiä patriarcha, & iudices,magistratusque omnes. deinde generis & ætatis homines omnis, per fretum in mari perinde atque in continente vadentes, & ad Propontidé os Bospori ardentibus funalibus tegentes, facrum tumu lum Imperatoria triremis excepit. Tum fanè mita culum quoddam edidit Deus, prodigiis quæ vnquam visa sunt longè mains. Quum enim certa & constans esser in mari tranquillitas, repentina subitò exorta est procella,&naues innumerabilis illius classis aliæ aliò diuersæ saluti suę consulentes dispersæ sunt. Ea autem quæ sacrum illud pondus & præclarum thesaurum vehebat Imperatoris tri remis, funibus derepentè ruptis, veluti divina gubernata manu ad viduæ agrum appulit: viduæ inquam illius, propter quam sponsa Christi Ecclesia pastore tanto viduata fuerat. Et rursum post mortem quoque iusto iudicio legitimam ille tulit sententiam, agrum viduz autoritate sua attribuens atque confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium eius apertè deprædicante. Et quoad eius fieri potuit, petra nauis discidit, quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregij illius viti ardorem eximium quouis præcone clarius attestatur. Hoc vbi factu. est, serenitas rursum aduenit, & naues aliz aliunde collecta, cum apparatu & comitatu maximo, carminibusque debitis, virum sanctum producen tes, in vrbem imperantem deportaront. Eumque primum, circa + Amantium magni Thomæ templum excepit:inde verò in sancte Pacis delubrum delatus, postea porrò imperiali curru tumulus ve-&us, in sanctorum Apostolorum fanú illatus est. lbi Imperator sacro tumulo chlamyde tecto. & fronte atque oculis vrnæ impolitis, communem supplex precationem pro parentibus fecit. Dudu enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc relinquentes. Scorsim verò pro matre quoque precatus est, vt tumuli eius motus atque ltrepitus consisteret. Triginta enim & quin que annos iam is quatiebatur, quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiam concutiebat. Nec ille id non exorauit. Confestim namque vrna eius constitit. Atque vbi sacer Proclus virum sanctum in eundé secum thronum collocauit, plebs circunfusa ore vno exclamauit:Recipe,inquiés,thronű tuű,ô patet.Fertor ipse quoque tu,quæ dudu clausa fuerat, labris rurfum apertis, ad populū dixisle, pax vobis: sicuti id circustantes homines, & Proclus patriarcha, se audivisse testati sunt. Porrò sacris mysteriis peractis, ad reliquiaru eius repositione itu est. Et episcopu manibus magnus antistes ad basim sacrz & diuinz mensz, veluti sacer & inuiolabilis thesaurus, conditus est, episcopis episcopus, martyribus quanuis sine sanguine martyr, prophetis Christi & apostolis magna atque aurea Ecclesiæ Christi tuba, omnes omnium aures personans,& pia dogmata & pcepta clarè musicis planè modulis accinens. Factum id vigelimoleptimo menlis Ianuarij die. Ingenti autem facinore isto, illi etiam qui propter iplum lecellerant, perluali, Ecclefiz omnes coniuncti atque vniti sunt. Admirari verò, Socrates ecclesiasticus inquit, mihi libet (vt Nouatianus clàm virum sanctum, vt opinor, perstringens) quomodo inuidia Origenem defunctum impetierit, Ioanni autem pepercerit. Ille namque post ducentos ferè annos, ab obitu suo, à Theophilo excommunicatus est: Ioannes verò trigesimoquinto anno post mortem suam à Proclo in communionem est receptus. Adeò diuersis à Theophilo moribus. Proclus suit. Sed hac quomodo & antea acta sint, & adhuc semper agantur, viros prudentes non sugit. De reductione dini Chrysostomi hactenus.

### CAPPT XLIIII.



Isdem temporibus diuinus quoque Ignatius Roma Constantinopolim delatus est. Quum nanque ille, sicuti ei visu fuerat, in Amphitheatro Romæ in setarum aluis sepultus esset,

quæcunque superfuere firmiora solidioraque os- E 12, codita ibi sunt. Theodosius auté Dei opt. max. præstantissima suggestione, magnopere ingenti atque illustri cum honore ea ad gregem suum referre studuit. Quapropter reliquias eas inde receptas, cum magnifico apparatu post tempus logum Antiochiam reduxit, & in eo loco quod cœmiterium vocatur, veneratione magna reposuit, & delubrum ingens dæmonibus olim dicatum, quod ab incolis vux men quasi Fortuna templum dicas, vocabatur, in sacrosanctum fanum mutatum, diuino martyri consecrauit:in quo etiam reliquiaru tumulus repolitus est, curru Imperiali cum sacro apparatu & satellitio in vrbem cá illatus, vbi quoque anno quoliber publice & magnifice festus dies est actus, Deo diligentium se memoriam sandè à funere etia ipso glorificante, sicuti antea quo que in Babyla accidit. Deo naque inuisus Iulianus propterea quòd Daphnæus Apollo oraculú eius consulenti nihil respodisset (martyre quippe qui in propinquo loco conditus erat, dinina potentia os illius obturante, sicuti id dæmon inuitus cofesfus est) noua quadam translatione martyrem co- F honestauit, vt commodius faciliusque dæmones res suas agerent, quemadmodum Iuliano obscurè polliciti fuerant. Sed id, sicuti videtur, prouide. tiz divinz fuit, vt simul & martyrū potentia manifesta fieret, & sacræ eorū reliquiæ longè ab idolorum nidore abessent: & sacro loco repositz, debito, pro eo atq; conuenit honorarentur delubro: sicuti & accidit. Templum enim ei ante vrbem & magnitudine amplum, & forma pulchrum extructum est, in quod etiam eius vrna illata est.

Selfatores tandem 10annu omnes prorfus eccle sia conim guntur. Socrat.de Ioane Chra foftomo. Conferent per dißimilitudinem Loannes ch digene. Post fata Origenem inmida, tot në favor est to sequetur. Roiguiz di wi Ignatij Roma An ttanflata.

TO Zalov, fiee Fortuna teplü,in martynű Iguatỹ Antio-chia reda-Elum. Dini Baby la martyriä ibidem. Dem fan-Etos fios eriz defunctios glorificat. Honor w tyrum defun Clerum.

#### CAPVT XLV.



Vb idem tempus, disputatio ingens in vrbe imperante, de mortuorum resurrectione extitit, & populo maxima incessit cocerta tio. Quidam enim, vna cu Sadducæis, resurrectione prorsus no

esse opinati sunt: quidam autem ægrè quidem, sed crediderunt tamen, desunctos excitatu iri, apertis & irrefragabilibus sacraru scripturaru testimoniis Disputation de resurrectione mortuorum Constantinopolis orta. Elisteria
speceso fratrum apud
Ephesum
dormicutis.
Ea mortuorum resurroEiso certistomè indicatur.
Simile quid
dam Panlas
Diaconus de
soptem quoq;
dormictibus
in Germamia resert, de
gestu Lango
b m.li.1. 6.3. B

A adducti, alio prorsus& mutato corpore. Vt primu enim corpus illud, quod variis modis folutu abolituq; fit, resuscitetur, fieri non posse: sed preter id aliud nulla pcedete materia, diuina, q omnia perficit, voluntate denuò restitutu, vnà cu anima resurrecturu esse existimarut. Huic tante etatis eius hominum ignorantiæ,& de proposita questione ambiguitati, qui priusqua existat, omnia nouit De us, perinde arque medicus optimus, idonea præparauit remedia, vt tempore suo cura adhibens,animarum sanaret imbecillitatem. Itaque ante annos trecentos septuaginta duos, ré fecit, quæ nulla ex parte miraculis antiquitùs ab eo supra naturæ captum editis cedat:qua hoc loco commemorare aggrediar. Ephesi inlonia septem pu eri, corporibus iuxtà& animis fratres fuere, à parentibus per manus eis traditæ religionis nostræ cultores. Tanto verò illi erga Christum flagrarunt amore, vt persequutionem eam quam Decius Romanus co tempore Imperator grauissimam perqua crudeliter exercuit, paruifaceret. Et quum propalam Christum confessi essent, postea no longe ab vrbe ea secesserut: & in vicino quodam antro, propter imminens periculum seipsos occultarunt.Eius antri aditű & fores, perfequutores à parte exteriores probè circumuallatas muniuere. Illi porrò præ anxio animi mœrore in fomnum fibi profundum delabi visi sunt, atque ita ad annos trecetos septuaginta duos dormierunt. Perinde enim atque angeli prouidentia diuina & spititu sancto obumbrati, & veluti sensu orbati, suaui & molli somno, co quo diximus tépote ita sunt detéti, vt neque corpora neque vestiméta corum diffluxerint. vbi autem tempore suo sub præsenti, de quo nunc agimus, Theodosij imperio spelunca fores reclusæ sunt è somno illo enigilarunt:vnuque ex eis in vrbem rerum necessariarum comparandaru gratia miserunt. Quu autem is ciuibus Decij numisma proferret, nous atque insolita monetæ for ma adducti, in the saurum eum illi incidisse opinati sunt, iuuenemque ad vrbis rectorem duxerunt, neque leuia ei, vt aurum inuentum indicaret, adhi buerunt tormenta Et postquá flagris abundè con C cisus, vix apud seipsum esset, exclamans: Quis tandem,inquit,imperium nunc obtinet?mihi dicite. Atque illi suauiter & facete subridentes: Num tu, responderunt, Theodosium nunc feliciter imperium administrare ignoras? Tum iuuenis: Bona verba quæso, air:an non Decius, sed Theodosius Romanum obtinet imperium, qui me & sex alios mecum multo timore territos per præfectum vrbi speluncam hanc vbi occultaremur, subire coegit, vnde me illi fame perciti ad panes emendos præmifere?His illi verbis auditis consternati, celeriter omnes ad antrum illud accurrerunt, adituque magis dilatato, lapidibusque hinc & inde disiectis,in tabulam inciderunt, in qua Decij nomé, ipforum, in Christi religione profitenda libertas, fuga simul & occultatio, necnon sepulturz tempus percommodè expressum erat. Proinde cum reuerentia debita eos inde duxerunt, & de re omni celeriter Imperatorem certioré fecerunt. Cœterum Imperator fidelissimus, vbi cam rem cognouit, quòd semper que grata Deo & accepta el-sent faceret, pietate sua indignú duxit, vel illos ad se transferri curare, vel alios ad cos videndos mit-

tere, ipsum autem domi manere: alterum enim ar- D rogantiz, alterum autem socordiz omnino esse iudicauit.Et rebus omnibus,præ eo vt ad illos veniret, contéptis, quam potuit celerrime Ephesum contendit, atque ibi illorum conspectu se oble-&auit,& cū eis colloquutus,& ad fatietatem consuetudine eorum vsus est : tum autem in comuni etiam mensa cum eis, ita vt par erat, cibum cepit, septemque totos dies cum eis fuit, omne eis curæ & officij genus præstans. Vbi verò etiam lógiore rursus somno & obitu sancto in Christo obdormierunt, debito eos prosequutus est honore: & præclaro ea de causa triumpho acto, magnificeq; rursum eis in antro repositis, Constantinopolim est reversus. Ea re quæstio de dogmate sopita est. Satis enim costabat, qui vt pueri illi tot annos, veluti noctem vna nullo corporu detrimento quiescentes superessent, effecerit, eosque vnà cum animabus excitarit: eum quoque potestatis sue abun dantia, omnes homines cum suis, non alienis corporibus, in momento vno, veluti ex fomno, tempore suo excitaturum esse. Hzc hactenus.

CAPVI XLVI.

Dhuc Theodosius imperabat. & ter ræmotus magnus & admirādus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate & temporis diuturnirate facile luperauit. Nam ad men-

les lex maxime duravit, & non ex intervallo, led motu continuo omnia conculsit, idque per orbé ferè vniuersum: adeò vt non solum in vrbe imperante tutres in præceps ierint, & murus variis in locis ruptus sit, verumetiam circa Chersonelum, ædificium id quòd mangir tilxos, hoc est longum murum vocant, simul omne conciderit: & innumerabilia vbique locorum, magnorum operum templorumque adificia pellum ierint. Terremotus iste Alexandriam quoq; attigit. Antiochic autá impetu vehementiore imminés præcipua queque spectacula maxime comminuit. Et innumerabiles accidêre calus, non terra tantum, verumetiam mari. Alicubi enim terra dehilcens, vicos F frequentes absorbuit : alicubi fontes non exigui subitò exaruere: quibusdam in locis vbertim aqua profluxit , quæ ibl antea effe folita non fuerat. Arbores multę vnà cum truncis suis radicitùs euul-Aggeres plurimi derepenté existentes, in montes ingentes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentis magnitudinis mortuosveluti funda eiecir. Infulz plures vnà cũ incolis suis submerse, hodie quoque non apparent. Naues vndis confertim decentibus in arida medio mari immobiles confistere visæ. Cladem ex eo terræmotu plurimű fenfere Bithynia , Hellespontus, vtraque Phrygia, & Orientis pars maxima: sicuti dictum est. Inuasit quoque Occidétis regiones plures. Et quum longo duraret tépore, non ea qua cœperat vehementia grassari perseuerauit, verum sensim de impotu aliquid remisse, do nec prorsus conquieuit. Clades ea talis suit. Byzantij autem in maximum coniecti metum, à ruinis & ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt: & extra vrbem in Campo, qui dicitur, morati sunt, vnà cú Imperatore Theodosio, & paQueftio Ciftantinopoli de refurre-Clione matuorum per miraculă iftud decifa,

magnes & dinturnes fub Theodofie. Enegr. li. 1. cap. 17.

Macrentiches.

Cafes vary or admiran do in so serrances.

Cooffantinopolitani cum Impera tore extra vrbem ma-

ad ess viden des Ephefum profefins.

471

Livanių & Supplicationi b' operātub.

Puer mirifice in aerifub latus, er inde repusfus.

a moderoc, b. e. terfan- B thus angelovü hymum,
Demu trinü
& rumm
velebrantiü.
b Terramoto coqueciet.
c Theodofim, ve hymmus talu m
ecclefia omni
eanatur, mfitinie.

Murus collapfus reftituitur per Anthemil & Cyrum

Popului Çŏ ft ant mopolirefectos Cyfest. Cyrus pro Gribam. Cyrus ex rafello vichilubm felta Predam bic etic foit pods. † zersenives Teries. zēces èn.

A triarcha Proclo continuis precibus incumbétes, Deumque vt propitius eis esset & ab imminenti calamitate orbem liberaret, obtestantes. Et quum aliquando moru eo grassante, terra veluti fluctuans concureretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis extirpatum iri veterentur, & omnes litaniis & supplicationibus dediti collachrymarer, & ex profundo intimoque animo milericordiam divinam implorarent: tym miraculū præter opinionem omnut, quod sensum & mentem omnem excedat, subsequutum est. Subito namque è medio inspectamibus omnibus, diuina quadam vi puer in aerem sublimis ad colestem vsque tractum, ita vt iam non appareret, sublatus, dininam vocem qua angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit : eaque voce percepta, tursum priore per aerem via reuersus descendit: & episcopo Proclo, ipsique Imperatori & multitudini omni supplicationibus operanti, Deumque hymnis celebranti, ab angelis canentibus se verba hæc audisse renunciauit: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Quz vbi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit: b & terrzmotus statim etiam constitit, omninoque conquieuit. Imperator porrò Theodosius, & inter fæminas admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, c constitutione Imperiali confestim, ve per orbem omnem divinus hymnus iste concineretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quolibet tantum die vsurpat, sed etiam (vt simpliciter dicam) cuiuslibet carminis & laudis Dei initio, ante omnia pleno ore præmittit. Puer verborum eorum ministerium exequutus, statim vita defunctus est. & in magna ecclesia quæ Pacis nomen obtiner, coditus. Locus autem in quo ille in sublime actus est, postea "four luoy, id est, divina exaltatio vocatus est, Notum ventum pro vibe Constantinopo litana spectans. Imperator vbi terramotus timore liberatus est, ilico Constantinopolitanæ vrbis muros reficere aggressus est: & maiorum mæni. um partem, quæ in sicco loco sunt, per dies sexaginta, in eam quæ nunc cernitur formam Anthemius restaurauit, ingenti vrbi amplitudine pomeriis prolatis adieca. Cyrus autem præfecus vibi, reliquum qui conciderat, & vi temporis labefa-Catus fuerat, murum renouauit, arque in sublimem altitudinem, vrbe veluti in nouam redacta formam, construxit. Et quum aliquando imperator in Hippodromo equestre exhibens certamen Raret, Byzantij structura Cyri delectati, magnifica illam emisere vocem: + Constantinus condidit, Cyrus restaurauit. Qua ex causa ira percitus princeps, præfecti dignitatem, illo sub prætextu quòd Græcæ superstitionis cultor esfer, homini ademir, & substantiam eius omné publicavit. Ille animű

De Cyro isto hac apud Suid.reperiuntur: Cyrus Panopolites poeta sub Theodosio inniore vixit. Apud quem prafectus pratorio, & prafectus vrbi, consul & patricius suit: in admiratione ab Eudocia Augusta, qua poematum studiosa erat, habitus. Eudocia antum, quum aula relicta, in Oriente Hierosolymis este, Cyrus ab adverfariu instidiu circummentus, in Phrygia Cotyes eposcopus sattus est, & vique ad Lemis Imp. tempora duranit. Mentio eius sit l. si quis. C.v. nem. ad suum patroc. lib. 11. Et ad hunc scripta est l. qui sub pratentu. C. de sacros. Ecclos.

despondens, ad ecclesiam confugit: & in sacrū sa-

cerdotum ordinem allectus, Smyrnxorum prxfuit vrbi. Smyrnæi vbi illum audiuere Græcorum sacra coluisse, communionem eius sunt auersati. Cyrus autem ad eos in ecclesia talia verba fecit. Viri amici, natiuitaté Dei & seruatoris nostri Iesu Christi silentio colamus, quoniam auditu etiam solo in virgine sancta conceptum est Dei verbu. Ei gloria sit in secula, Amen. Ac deinde gratus ci- + uibus fuit,& ecclesiá piè gubernauit. Huius quo- » que opus est templum Dei genitrici dicatu, quod » Cyri dicitur:in quo,fama est, & Romanum illum » cantorem eximium, propter carmina decantata honorem & præmiū vittutis à Dei genitrice recepisse. Templum autem id huiusmodi occasione isthic est erectum. Cupressus in co loco ingens & procera fuit, in qua superioribus temporibus nescio quomodo imaginem Dei genitricis quidam occultauit. Quum autem multu præteriillet temporis, & imago latêret, ipsa seipsam indicauir. Cupressus enim immenso coruscans lumine, perinde atque fax yna ardere vifa est,& ingens etiam miraculorum vis ab obscura & latenti esficacia ma- E nauit. V bi autem quidă curiositate laudata arboré conscendit, imago ea, vnde miraculorum vis profluxit, apparuit. Quapropter Cyro loco ei honoré habens, pulcherrimum & maximum Dei genitrici construxit delubrum. De his hactems. Verumenimuerò Imperator magnam exhibens liberalitatem, non imperantem tantu, sed & alias restaurauit vibes, quæ valde dirutæ fuerant. Et alias quidem aliter restituir. Antiochiam verò Memnoniű & Zoilum & Callistum, religione nostra admodú præstantes viros, rectores misit. Ibi Memnonius perquàm decenter & magnifice, quod \* Plephium dictum'est, ab ipsis fundamentis restituit : in cuius loco medio hypęthram & subdialem aulam reliquit. Zoilus autem Imperialem erexit porticum, ad Austrum spectantem, in Rufini porticus latere, cognomine suo loco ei relicto. Qui verò mihi cognominis fuit Callistus, præclarum & magnificum vrbi ei reliquit ædificium, quod Callisti porticus nominatur, pro iudicum cutia, ex aduerso ei foro vbi pulcherrimæ construæ funt ades,in quibus duces belli habitant, Insuper F Anatolius quoque dux, militarium in Oriente ordinum præfectus, eò missus, cognominem sibi porticum,omnis generis materia & arte precipua exornatam, splendidè excitauit. Hæc etiam si per digressionem historiæ inserta, non tamen studiosis inuenusta aut ingrata erunt.

† Conceptum virginis spirism , non caro , fides, non libido, pranenis, Credendo, non concumbendo , facenadata est virginitas. Aug. de trinis .lib 13.cap. 18.

#### CAPVT XLVII.



Ostea quú diuinus Proclus vndecim annis in Cóstátinopolitana sede, & admirádus Cyrillus in Alexandrina triginta duobus enituissent, eodé tépore ambo ad immortalem trásiere

vitá. Sed & Ioannes Antiochenus moriés Domno thronű reliquit: & Leo magnus, Cælestino ad cælesté recepto vitá, in veteris Romæ ecclesiá est inductus. Porrò luuenalis adhuc superstes, ecclesiis Palæstinæ præfuit. Proclo Flauianus successit, sacrorum donariorum ecclesiæ magnæ custos, R ij p<sup>o</sup> fit Smyr nenfis. Celebre eine ad populum,

D I dem epi sco-

Celebre cina ad populum, pro concione verbum. Templă virgini matris fub Cyri nomine. Romanus cantor eximine.

Miracula ad imaginë Dei genitricu edita.

Vrbium re-Rauratio.

\* freioh à calculis qui troos di cuntur.[ew Suffragiu ferendu diela videtur: qua si Comitium Romano more dicas. Antiochie restitutum Pfephiam. Perticus Rufini. Extracta porticus . Callifii. Perticus Anatoly.

Praclariorii ecclesiarum antistites.
Flansanus iste in l. quo-niam. C. de epis. er clor.
Fabianus dicitur.
Fianianus
Procli suc-cessor.

Diescorns Cynlli. † fusuxa EBTUXEL. Entyches abbas. Secunda Ephesia syno-dus, Pradatoria dicta. Andet En muchus munu benedi-Elionis pro elettione à Flaviano, quod Impe-Tatori mittat petere. Chryfaphs? eunichus. Cur cunuchow ifte Flania oderis. † TRS UTLE THE XHPOTO VIES WAOZIES a zevoäs Whoyins. 4 Cains fint vala & domaria Ecclesia. b Initur à Chtyfaphio consilium, ve Flavianus è sede sua deturbetur. Cbryfaphi" per Endecia fraftra Pulcheria prapo Sitü adimere contendit. c Praposis -دایش عامد gusta. Struitur ab codem confilit alind ve Endocia dia C conssam cre ari Pulcheri ans curet. Signi-ficatur id ab Imperatore Flaniano, & ab hoc Pulsberia. d Pulcheria Prapolitum ad Éndociã wittit, 🚓 prinatan in Septimo coplection vie Imperator rascitur. Endocia rerom in aula potitor.

A dignitate presbyter, vita autem cœlesti preclarus. Post Cyrillum in Alexandriæ throno Dioscorus impietatis officinam instituit : qui quu rebus aliis pessimus fuit, tum diuino Cyrillo & Flauiano ini micissimus, tertiæ synodi decreta no recepit. Et 9 Constantinopolitano Archimandrita + infelici Eutychete, & preterea Chrysaphio primario inter Imperiales cubicularios eunucho amicissimè vteretur, vt secunda Epheli synodus cogeretur effecit, que Anspinh, hoc est, predatoria dicta est. Eiuscelebrandæ tale fuit initiú.\* Chrysaphius iste multum apud Imperatorem autoritate valuit,&quòd consecrationem Flauiani, propter anticipatam opinionem, minus gratam probatamque haberet: Împeratori subiecit, vtpatriarche significatet, quo ille + electionis atque cosecrationis gratia benedictionis munus sibi mitteret. Diuus Flauianº panes puros misir. Crysaphius contra, aureum benedictionis donum mittendum esse dixit. Cui patriarcha respondit, non esse sibi talium rerum copiam:nisi fortè ad hoc sacris vteretur templi a donariis. Ipsum verò Chrysaphiu optimè nosse, Ecclesiæsacra vasa Deo & pauperibus esse cosecrata. Atq; inde offensio locu habuit, quum eius rei Pulcheria Augusta nihil animaduertisset. b Chrysaphiuseam ob rem inuidia percitus, omné mouit funem, vt patriarcham sede sua deturbaret. Quu autem id omnino, Pulcheria summam rerum administrante, fieri no posse videret, Eudociam Augustam, quæ nondum in Palæstinam ierar, solicitauit, eamque paulatim aduersus matrem Pulcheriam concitans, vt Præpolitum illi ademptű libi ascisceret, suadere ei copit. Præpositus enim Pul cheriæ parebat, vt quæ rerű fummam administraret. Eudocia non parú Imperatoris tétauit animű, vt Præpositű à Pulcheria abduceret . At ille ab ea perfuafus non est,petitioné Eudociæ refellens : 🏚 Pulcheria foror eius in imperio genita atque educata estet,& g optimè remp. administraret.Postg Chrysaphio cœptu id non successit, aliud est expertus, & rur sum Eudociæ molestus fuit, Imperatoré vt instigaret, quo ille patriarchæ secretò insinuaret, vt Pulcheria diaconissam legeret. Hoc Eudocia qui ageret, frequenti suggestione tandé mitissimű Imperatoris animum flexit. Nam &lapide, aquægutta frequentius defluens, excauare folet. Theodosius patriarchæ ad se vocato, arcanú in indicauit.Et ille in mœrorē coniectus,Imperatori quidem quod ei gratum esser, facturusesse visus est: Pulcheriam autem literis secretioribus certiorem fecit, vt nequaquam in conspectum eius veniret, ne scilicet quod & sibi ipsi & illi parum gratum esset, facere cogeretur. d Pulcheria statim quid ageretur intelligens, Præpolitum transire ad Eudociam iussit: & ipsa vrbe egressa, ad Septimű tranquillam priuata vitam egit. Elmperator auté & Eudocia Flauiano deinceps, quòd arcanum illud confilium propalasset, maxime succensuerut. Pulcheria ad hunc modum eiecta, per Eudociæ manus resp.administrabatur. quo tempore eriam suspicionis illius occasio locum habuit, de celebri illa oue, propter Paulinum magistrum, quemadmodum suprà dictum est. Hæc quum sic gereren-

\* Apud Suidam oft, plurimim autoritate ennuches autices apud Theodosium valuisse, & res plerasque ex arbitisio estum perperam actas esse. tur, Eusebius, de quo in synodo tertia antea dixi- D mus (nam primus iple Nestorij vesaniam deprehendit atque redarguit, si quis alius, & ipse artis Rhetoricz peritus: tum autem Dorilzus episcopus erat) quòd Eutychetis familiaris effet, de fide aliquando cum eo est collocutus. Atque vbi eum non recte sentire animaduertit, libellum ea de re patriarchæ Flauiano obtulit. E Flauianus Iynodo provinciali Constantinopoli coacta, ad quá quadraginta episcopi venerant, Eutychetem citauit. Ille porrò primum sistere se recusauit. V bi autem coactus aduenit, fœdissimo morbo laborare deprehensus est. In medio enim consessu: Ego, inquit, ex duabus naturis genitu esse profiteor Dominum nostrum Iesum Christum, ante vnionem. Post vnionem autem, vnam eius esse naturam, & divinum eius corpus neque consubstantiale nobis, neque eisdem nobiscum perpessionibus obnoxium este predico. Que verba postquam synodus audiuit, illico quòd ille pænitentia non duceretur, legitime & iuxta certum canonum iudicium,i hominem,dignitate ei adempta, reiecit.llle p Imperatorem adiit, & vt causa denuò iudicaretur, perinde atque acta & decreta contra eum facta à Flauiano conficta essent, rogauit. Itaque Principis iussu alia in suburbano Constantinopolis coasta est synodus,in qua multi etiam alij episcopi,& ex senatu quidam affuere. k Porrò vbi illi acta & decreta legitima esse autoritate sua comprobarunt, Chrysaphius eunuchus, qui idem cum illo sentiebat, quum contumeliam ferre nequiret, iram aduersus Flauianum suam maxime auxit: 1 & Dioscoro Alexandrino impio illi indicauit, se illi in re bus quæ ei placitæ essent, gratificaturu omnibus, si Eutychetem periclitantem defenderet, Flauianum autem & Eusebium Dorilzum oppugnaret. Eodem etiá modo Eudociam Augustam excitauit, quum multa alia, tum ea potissimum dicendo quæ ei à Pulcheria acerba accidissent, propterea quod Flavianus rem secretò sibi creditam, tecta tacitamque non seruasset. Hi ambo Theodosium permouent, vt alteram Ephesi synodum, quæ Eutychetis & Flauiani causam disceptaret, celebrari iubeat, setentiarumque ferendarum iudiciu Dio- F scoro impio committat, & cundem synodo præficiat:copias etiam militares, que satis sint, mittat, quæ rem iudicatam exequerentur.Vbi id Imperator mandauit, & synodus que predatoria vocatur, Epheli congregata est:præsidens ei Dioscorus, no tariis aliis reiectis, suos tatum adhibuit, vr acta ex sententia eius in scriptum referrentur. Affuerunt concilio ei quos suprà nominauimus ecclesiarum antistites, \* cum sacerdotibus suis: Leone veteris Romæ pastore excepto, cuius locu Iulius episcopus eò missus obtinuit. Theodosius inter alia, hoc » sic verbis eiuscemodi sanxerat. Qui antea iudices » religiosissimi archimandrite Eutychetis fuere, ad- » funto quidem,& tacento, iudicu autem ordinem » non habento: cœterum communem sanctissimo » rum omnium patru sententiam expectanto, quan » doquidem de rebus ab eis iudicatis nunc iudici- " um agitur.Vbi autem de quæstione actum,ab Eu- 💃 tychete petitu est, vt ea quæ de Deo sentiret, apud 🐱

† Synodos provinci ales patriarcha & Archiepifcopi olim, qui hoc sic vsus ferret, cogere potverunt: concilia accumenica & vniversalia sine voluntate Imperatori, minimà. f Enfebien
Dorylam
barefin
Entyebetin
in collequio
description

g Synolas
provincialis
Confluctive
polo proper
Encycletem
conclui
b Encycle
sis barefis.

i Estyches non refipifices dänam.ldem ab 1 m peratore, ve alia Confiă timopoli cega tur fynodu, **ंक्ष्**रवस्य. lz Esprio ru fynodi de CTELA COMprobat. l Ennuchas Dioscorem Alexadri. & Enderiz adocts? Fla

Imperator Synodii aliä Ephosi ituli colabrarsiabet.

Synodo ei
Diofeorus
praficetur.
Anlica tales praflica
minime epifeopos docct.

\* Innendia feili:et, Domass , Gr. Lex Thodo fy quemodo in concilio pa fleriore Ephelio procalendam. Entychetis berefis.

Diesceran ei faccinit. Literas Leo nin Rom.epš Entycheten refrit**mit.** Flanian & Enfebiü exautorat. Flama ri èszwedo oikit, & ma lè traclat. Flaviani Huic etian mercuo Dio B feorus calcibminfultat. Episcopi de . aan fynedi predatoria fabstribere eganter.
Lis Lety zivėµiros. Domeste Antiochë-Sem subseriptimem sud recentat. Dommo, & aliu piu epi-(copu diguio conci-

A synodum exponeret: tum ille, quæ antea quoque dixerat, in medium proferens professus est. E duabus quidem naturis genitum esse saluatorem ante vnionem, post hanc autem vnam ei esse naturam. Dioscorus porrò subinferens: Et nos omnes air, eiusdem opinionis sumus. Ibi Leonis papælocum tenentes, illius ad Flauianum & synodum ipsam datas literas legi petierūt. Vt verò Dioscorus eas rejecit, mandatarij transuersum Dioscori impetum animaduertentes, è synodo discessere, & Romam recurrere. Dioscorus, cum factionis suæ populatibus, Eutychetem, reddita ei dignitate, in integrum restituit:eam verò Flauiano & Eusebio Dorilæo abrogauit:canonem illum,qué ipse fortè transgressus est, obtendens, nullam aliam sidei formulam, preterquam quæ Nicee est facta, promulgandam esse statuentem. Porrò Flauianus, vir sanctissimus, post eiuscemodi illegitimam condemnationem, turbulentis impulsionibus & calciű icibus à Dioscori & Chrysaphij factione ex synodo eiectus, tertio post die vitam feliciter finiit, quum ille iple Dioscorus calcibus in ventrem etiam veritatis iplius propugnatoris defuncti infiluerit. Et postridie episcopi, militum qui eos armis sublatis circunsteterant, vi actis aduersus san-&um illum editis subscribere sunt coacti. Cum quibus & Domnus, Ioannis in ecclesia Antioche na successor, annotatione sua ea tum confirmauit. At idem potestati 🛪 suz redditus, quòd illis cesfisser, retractauit Dioscoro & principibus ex aula Imperiali viris resistens, & contra decreta, vipote quæ adversus ecclesiasticas constitutiones facta essent, vociferans, synodumque impiam appellas, & subscriptionem denique suam reddi sibi flagitans. Verum synodus ea de causa huic quoque sacerdotalem ademit dignitatem:in qua & Ibas ille Edeilenoru episcopus, & sapies eruditusq; Theodoritus ecclesiæ Cyri pastor, præterea Daniel Car rarum, item Irenzus Tyri, & Aquilinus Bibli episcopi exautorati sunt. Decreuit hæc synodus quoque de Sophronio quædam, qui tum Constantinopolim, vilendæ eius gratia, venerat,& alia infuper quæ in actis continentur.Predatorium Ephe-C si concilium ad hunc solutum est modum.

CAPVT X LVIII.

liš abrogat.



E verò ex eis quisquă, qui aliter opinantur, & idolis addicti sunr, nos rideat, perinde quasi per res nouas semper aliquid ad sidem afferamus, & apud nos posterio-res prioribus derogent. Nos ete-

nim ineffabilem atque incomprehensibilem Dei erga nos benignitatem & misericordiam inquirentes, eamque summopere colere atque magnificare contendentes, eo quòd rem eam assequi nó possumus, huc atque illuc nos conuertimus. Nullus sane corum qui in hæreses delapsi sunt, illud in consilio præcipuè habuit, vt divinum numen blasphemus maledicto aut contumelia afficeret : sed præstantius quidquam se prolaturum esse, quam maiores fecerint, si hoc vel illud promulgaret, existimanit. Vniuersi equidem comuni omniú concordia, quæ + præcipua religionis nostræsunt, & quæ cultus divini causam continent,

capita, profitemur. Trinitas enim in vnitate na. D Easgr.lib.t ture divine à nobis deprædicatur: & ante luciferum supersubstantiali patri genitus Deus verbu, quod natiuitate altera incorruptè propter immésam erga creaturam suam misericordiam carnem assumpsit. Quòd si præterea proptet obscuta numinis cognitionem, homines noui quidquam afferunt; non nouum id oft: quòd Deus, vt equidem puro, propterea k libero arbitrio locum dederit, ve Ecclesia eius Catholica & Apostolica hinc & inde ad diversas opiniones appellans, dicta om- 😹 nia, pro co atque decet, captiuet, & ad verioré pietatem referat, eaque ad vnam rectam planamque viam, veritatis scilicet inventionem, deducat. Cui fententiæ illud dictum valde consonum ab Apostolo est prolatum: Oportet autem hæreses etiam ... in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Qua in re ineffabilem quoque Dei sapientiam mi rari libet, quæ olim per Apostolum suum prædixit: Virtus enim mea, inquiens, in infirmitate perficitur. Ex eo namque quod propter imbecillitaté verę cognitionis,partes quędam ab Ecclesię stru- E Aura resectæ sunt, dogmata recta & plana per ædificationem constituta sunt, & incrementis maioribusad cœlestem sublimitatem vniuersalis & apostolica ecclesia excurris. Qui verò in seductione & errore Græcæ superstitionis educati sunt, propterea quòd neque Deum, quidnam fit, neque ineffabilem eius & incomprehensibilem curá atque prouidentiam inuenire velint, alij alioru inter se, atque ipsi quandoque suas etiam ipsorum sententias refellunt. Et multos variosque comminiscentes deos, nominibus eos que affectionibus. fuis conueniant, prosequuntur. Et cum alios super alios sibi ipsis designant & eligunt, veniam, vt aliquis dicat, impuris libidinibus fuis aucupantur. Sic qui apud illos est summus.

Hominum pater atque deorum, natura sua in aué versa, fœdi stupri gratia adolescéntulu Phrygen rapuit, & pro mercede impuri flagitij poculum ei dedit, potestate illa permissa, vt sibi ille + beneuolétiam & amoré propinaret, & vterque simul cu necture constuprationis probrum & dedecus potarer. Qui insuper multis aliis p nefariis sceleribus, que eria nullius precij hominibus concessa no sunt, in varias irrationaliu animatiú species trásformatus, turpiter sibi vitá degendá statuit: & androgyn , ancipitiq; inter mare & femină sexu Deus factus, non equide in ventre, sed femore vterű \* gestans, imperfectű tulit færű: vt ea quoq; res preter natură fieret. vnde Dithyráb seu bis genitus infans prodiit, qui vtriq; naturæ ignominiæ inureret notā, muliebri motu saltās semiuir Deus:ebrietatis, crapulæ, vinolétie, temulétæ graucdinis, alioruque inde profluentiu maloru autor. Huic Deo altitonati & ægifero admirandu etiā aliud nomen indiderūt. nā parricidā vocarūt, cui apud homines extremú & primú constitutum est supplicium: vt qui Saturnum patrem suu (pro eo atq; decuit faciens) quod tale ipsum ille in vita protulisset, turpiter regno exuerit. Quid verò de meretricia foeditate apud eos in numerú deorum relata dică?cui tutelare deam Venerem ipsam Cypriam concha genitam præficiunt. Ea verò, pudicitia veluti piaculo quodam repudiata, absurdis & turpibus flagitiis omnibus ferè delectatur, atque

cap. II.

Commodum anod ex haresibus prowenit. \* 74 kott. farle.

Adversi **ph**ilosophos ethnicos, Ժ impurißimä eorum idalalatriam.

Sparci Logia flagitia,

T meanivery Tily φιλετε-

> Baccheu im witalu

# wooraft,

Inpiter parricida.

Vous inpudica dea ter. V w!canus. garagagia. Pan. Priapus. Sacra bona dee.

Mars adal- A eis ipfis etiam coli arque placari vult: cu qua Mars turpiter se dans, arte & fallacia Vulcani, dils reliquis ludendus atque ridendus tanquam spectaculum exhibetur. Phalli verò, & Ithyphalli, & obscænitatis omnis domicilia apud illos, quem non merentur risum? Quid Pan ipse, & Priapus, qui præter naturam, informi membro cú magna gratia colitur? Quid mysteria & arcana sacra Eleusinæ deæ sibi volunt? quæ quum quam maximè oderim, vno tamen nomine tantum laudauerim, quòd talia ipli ea esse, quæ sol non aspiceret, iudicarunt: & quum reiple se digna patrarent facinora, quòd ea tenebratum caligine & obscuritate condemnarant. Verùm nos turpibus hæc cultoribus relinquentes, orationem ad metam constitutam reducamus:quæ reliquæ funt Theodolij imperij res,memoriæ prodituri.

CAPYT XLIX.

Ost prædatoriam illam synodű, Leonis Papç mandatarij viz Ro-

mam venerant, quum illi quo-

modo ipsius litere reiecta, & i-niqua sententia lata essent, pre-terea Dioscori & Chrysaphij ar-

Suggestione Leonis episco ji Valentimianu O Eudoxia ad Theodo (ium de Synodo predatoria scripscrunt.

rogantem confidentiam,& vt illi divinum virum Flacianum necaucrint, exposuere. Eisque rebus perturbatus Leo, lachrymabudus Valentinianum Placidiæ filium,Romæ adhuc imperantem, & simul Theodosij atque Eudociæ, quæ etiam Athenais dicta fuerat, filiam Eudoxiam adiit, & abipsis petiit, vt ad Theodosium literas darent, quibus ille ad vniuersalem synodum aliam cogenda moueretur:in qua synodo, quæ Ephesi præter ecclesiasticas constitutiones perperàm acta fuerant, ritè corrigerentur. Illi à Leone persuasi, statim ad Theodolium scripsere, petitione Papæ literis inserta. Et Theodosius filiæ Eudoxiæ rescribes, hæc quoque verba addidit: Illud verò suanitatem tuam scire volo, Flaulanum diuino iudicio ex rebus humanis sublatum esse, vi controuersia & contentio sanctarum ecclesiarum omnis coquiescat. C Deinde verò Theodosius, vbi re secum perpensa, se Chrysaphijastutia deceptu esse comperit, perquam grauiter & impietatem in Flauiano perpetratam,& aliis episcopis nefariè illatam contume liam & condemnationem tulit. Et quum dolori

suo mederi non posset, in Chrysaphium legitimu

iustumque effudit furorem.Itaque illum primum

dignitate, mox etiam substantia omni spoliatum,

in finsulam quandam relegavit. Cuius iudicium

quòd cœlestis quoque calculus comprobatet, in

mari nauigantem assequutus est. Postea cõiugem

quoq; Eudociam per acrem obiurgationem malè

admodum accepit.quippe quæ malorum inuale-

scentium causa fuisset. Ad hæc, iniuriam quoque

germanæ suæ Pulcheriæ, quæ eius causa Imperia-

li aula ciecta esset, factam adiecit:atque insuper il-

lam de Paulino suspicionem, & contentionis oué

vehementer eam perstringens, in medium protu-

lit.Illa consilij dubia, quum in magnu esset conie-

&a metum, vt sibi Hierosolyma petere liceret, pe-

tiit:ad quam prosectionem se voto nuncupato

Deo obligauerat, si in matrimonium collocatam

filiamvidisset.Imperator confestim in Septimum

dofy ad filia Ludoniam de Flaviano Theodofine tandem rem roctè confiderat,

Verba Theo

Chry faphil relegat Chrysaphy Endecia graniter ob-

+ pārop lei-Jos. . Allea so per agun-minationem 🕁 parodiā ad Conten tionis fine Discordia

milit; A& forozem Pulcheriam septimum im ibi D & Palcheria apnum agentem revocavit:quæ quamprimum cũ apparatu comitatuque multo in Imperialem aulam rediir: Ephelum certis hominibus missis, b sacrum Flauiani corpus inde in vrbem imperantem teanstulit, atque id per mediam ciuitatem cu obsemantia & pompa celebri illatu, intra adyta san-&orum discipulorum Christi templi splendide& religiose reposuit. Postea Iudzorum synagoga + in fabrorum foro,in templi formam reda@a,pulchritudineque simul & amplitudine exornata,infignem Dei genitrici ædem sacram construxit.Vbi minoribus aliis adiectis ædificiis, venerandam & sacram Deimatris in ipso sanctioris mensæ tumulo zonam reposuit : & ex eo tépore ea Des genitricis ædes, \* Sacri tumuli nomen est cosequuta. Atque hæc quidem sic acta.

CAPVT L.

Vdocia verò Augusta prosectionem in sanctam Christi ciuitaté adurgens, E tandem eò peruenit. Et quum popu-lus ibi ad spectandam eam cossueret, postremò ad verbum illud perquam

fcite carmen dictis aliis adiecit:

ઇમદરદ્રાજ γદ્દરાહે જામવા છે કરે રામાં માર્ચ કાર્યો માર્ચ Et stirpu vestrame dico 🖝 sanguinu esse. Subobscurè eò antiquitùs colonias ex Grecia du-&as esse significans. Eas qui cognoscere vult, Stra bonem Geographum & Phlegontem, & Diodorum Siculum, tum etiam Arrianum, & Pisandru poëtam, præterea Vlpianum, Libanium, & Iulianum sophistas egregios legat. Quo tempore etia Antiochiam eam profectam, ciues ibi statua zrea faberrimè facta cohonestarunt, que ad posteriora etiam tempora perdurauit. Qua re Theodosius permotus, maximam mænibus partem adiecit, ví que ad portam quæ in Daphnem fert,in latitudinem eis promotis. Eamque suburbanam regioné cernere quisque potest. Nam ad hoc vsque tempus vestigia veteris muri, reliquiis eius sese cum admiratione oculis inferentibus, deprehendūtur. Aliis autem videtur, à maximo Theodosio mœ- p nia esse dilatata. Atque ab codem in lauacri Valentis, aliquibus ex partibus incendio diruti, refe-&ionem \* aurum ducentorum pondo librarum datum esse dicitur . Fama verò est, bis Eudociam Hierosolyma venisse, vbi plurima ad honorem Christi peregit. Nam & multa sacra monasteria excitauit: & lauras, que vocantur, angultas scilicet monachorum cellas, scholasque divinas condidit. quarum varium quidem est institutum, & varia viuendi ratio: sed hæ ad vnum protsus pietatis finem spectant. Quidam namque simul eisdem in edibus viuut, re nulla que homines in terram deprimit, distracti. Apud hos neque aurum est, neq; aliud quodpiam metallum : sed neg; vestis alicuius propria, neque rerum aliarum quidqua, quod ventrem demulceat. Quod namque hodie+ pallium aut humerale hic fert, eo-cras alium indutű conspicias:adeò vr vnius vesté vná omniú,& rur... sum omnium vnius esse putes. Omnibus autem communis proponitur mensa, non conditis variisque & exquisitis cibariis, cas que sub vetre sunt corporis parces ad lasciniam irritans, sed paucis

Endocia re-Ligionu ergò Hierofoly-

è Septimo in

aniam Im-

perialem re-

ducitor.

b Eade

Flaniani

corpus Ephe

So Conftanti

nopolim

transfert. Templum

Deigen

cis เอ๊โทยในี

fub Sanchi

+ ly Tâs XAN

ze<del>arard</del>es.

Zona dina

Virgini. \* ėziasopis

Colonia ex Gracia Hil rosolyma & m Indeam mi∬a.Statua Endocia apud Astiechmes. Antiochia per Theodofiam amplificata. Eugr.b.1. cap. 20. 21. Refectio V alentii Antiochie. Opera Esdocia Hiero Solymitans. Diner fa mo macherii viwédi ftodia. Monachers cænobia,in quibus cu omnia f<del>unt</del> xevei d fice or in Sycony Al-3°6.

7718-1-107 i ifapida,

Jeioniä din-

Monachi se litarij.

† गाँद गाँद नेकंड़ नेक्टबंड़,

Monachi of cremita undi in folu locis rimentes, foozoi, h.e. pabulatores di-Cli. Hoc verè eft hasi subcos.

Monachi awater, h.e. indolentes. Vana gloria contemptus. Admirida indoleria inficuta & ex empla.

K quibusdam oletibus atque leguminibus, quatum ad vitam saltem tolerandam satis sit, conviuas excipiens. Communes itidem eis sunt ad Deum sup plicationes & preces, quas interdiu, & fæpe etiam nocte tota, cum timore, habitu statuque corporis fummisso, peragunt. Labore seipsos ita conficiüt, vt viuentes adhuc super terram, mortuos prorsus esse dicas. lj sæpius in biduum & triduum ieiuniu proferunt. Sunt qui diebus quinque, & longius, ci bum non attingunt : cúmque tandem necelsitate vrgente,&quidé cum parlimonia multa sumunt. Aliqui verò diuerlo ab eis qui ita limul viuŭt mo do, seipsos à multis segregantes, solitarij degunt, exiguis maxime ædiculis le includetes, que ca sunt latitudine & altitudine, vt neque directe stare, neque facile cubare possint, speluncis quibusdam & terræ + cauernis, sicuti Apostolus inquit, incuban tes. Nonnulli sub dio cum feris habitantes, aliqui verò occultis sub terra hospitiis vtétes, ibi cum so lo colloquutur Deo. Verumenimuerò aliud quoque genus conversationis divinæ ab illis excogitatum est, quod omne virilis constantie & fortitu dinis specimen longé superat. In solitudiné enim quandam sole adustam se abdentes,& cam solam corporis partem quam naturæ necessitas tectam esse vult velantes, non viri modò, sed & fæmine, codeminter se vitæ instituto cocertantes, nullam reliqui corporis gerunt curam, frigore ingenti atque æstui variísque aëris mutationibus seipsos co mittentes, algorem iuxtà & calorem tolerant: & quouis loco,ita vt fors tulit, stant & cubant : omníque humano alimento omnino repudiato, her bis quibuldam & radicibus, quas terra sua sponte fert, viuunt: qui etiam ab eiuscemodi victus gene Te Bond, hoc est, pabulatores dicti sunt. Illi etiam tempore iplo specie eoru mutata, feris assimilantur, & métem quoque à reliquis hominibus alienam obtinent. Quos si quado fortè cospicati fuerint, fugiunt. Quòd si etiam insequentem quempiam sentiat, celerius se in pedes coniiciunt, propter leuitatem prorsus in aere sublimes volantes. Nonnunquá quoque inaccessa sub terra loca subeuntes, subitò disparet : plurimíque id, si ita vitam C ducentes lateat, faciunt. Aliud præterea monastici exercitij genus, quod parum abfuit quin præterirem, commemorabo. Id præ aliis meritò primas ferre censetur, & apud paucissimos reperitur. Sunt nanque nonnulli, qui quum per multos virtutis labores ed evalerint, vt amadus, hoc est, indolentes, & affectionibus perpessionibusque om nibus liberi sint, in mundum recurrut. Et gestibus quibusdam incompositis + dementes se esse assimulantes, ita vanam contemnunt gloriam, quam extremam tunicam (iuxta Platonem philosophū) anima deponere solet. In assuis, hocest, indolentia philosophantur, sine affectione atque animi commotione, in caupona, aut si opus sit, in lupanari cibum capientes, & neque conspectum cu iusquam, neque locum aliquem reuerétes. Balnea quoq, ingrediuntur, & cum mulierculis sæpe etiá vt natura fert, nudis lauant, & cum eisdem habitant. Adeò verò affectionibus perpessionibusque superiores sunt, vt naturæ vim superent, & tyrannidem in eam exerceant: denique vt neque aspe-&u neque contactu, neque adeò ab arte petitis osculis, atque muliebribus coplexibus, ad ca quæ

propria naturæ est, concupiscentiam commoucan D tur. Cum viris illi versantes viri sunt, cum mulieribus mulieres. Et quum vtriusque sexus vim obti nere videantur, vnum obtinet. Atque vt semel dicam, in hoc vitz genere, quod captum naturz superat, virtus naturæ aduerfas leges fixit, vt in nulla carum rerum quæ necessariæ sunt, satietas ipsa locum habeat. Ita illi semper esuriunt & sitiunt, temperantiam que & continentiam in rebus omnibus retinere leges corum iubent. Adeò etiam il læ corpus constringere præcipiút, vt vi etiam necessitas coprimatur. Tam æqua etiam per exactissimam rationem statera vita eis libratur, vt dum lanx vtraque per diametrű & lineam mediam inter se distat, nullum sentiatur momentum. Et tan topere res inter se contrariæ in eis & extant & mi scétur, diuina gratia ea quæ misceri nequeunt con iungente, & tempore rurlum luo diliungente, vt quod auditu mirum est,in codem corpore & vita simul & mortificatio habitet, que natura ratione, & re ipla inter le maxime sunt, pugnantia. Quum enim affectio quæpiam seu perpessio subrepsit, E tum corpus videas mortuu & nihil agens, perinde atque in sepulchro repositum esset. Quum autem egregium virtutis opus peragendum, & preces ad Deum fundendæ funt, tum robur nouu & corpus mirificè viuidum cernas etiamsi id senio iam confectum & \* exoletum admodum sit. Vitam vtraque illi, præsentem videlicet & suturam, ita complicant &coniungunt, vt carne prorfus in obitu mortificata atque deposita, semper viuat, & quodammodo cum viuentibus simul conversentur, corpora illorum variè curantes, & supplicantium preces ad Deŭ referentes: itidem vt in priore vita degentes, præterquam & rebus necessariis no indigeant, & loco nullo circuscribantur. Omnibus in momento adfunt, omniŭ voces audiunt, & cum omnibus versantur. Horum opus est frequentes genuu inclinationes & graues rurlum sta tiones, desiderio solo corpora corum sustinente, & voluntariam imbecillitaté recreante. Illi athletæ quidam sunt carne carentes, & luctatores san guinis expertes.Illis conuiuia fplendida & delicię ľummæ ľunt, alsiduŭ iciunium: & menla opipara, F vt quoad eius fieri potest, nibil cibi degustent. Quòd si alicunde hospes adueniat, matutino etia tempore, tam benignè & amanter nouo hospitalitatis genere eum excipiunt, vt nihil aliud eos per vitam, q ad cum modum deliciari studuisse, putes: aliud mox rursus iciunij genus excogitantes, cibúmque arbitratu fuo capere nolentes, adeò ve res ea omnibus in stuporem euadat, quum ad vi-Aum sufficientem tantu eis desit, quomodo tam exiguo aliméto viuere possint.Inimici ij sibiipsis funt, volutatisque propriæ & naturæ destinatione animi iamdudú concepta, proditores, vt in rebus omnibus delicias carnis longê à se resiciant, & ani ma eis in statu suo pulcherrime consistat: quæcun que Deo placita sunt, prudenter deligens arq; con feruans.Felices illi prorsus eiuscemodi conuersatione &vitæ instituto: longè autem feliciores sua ex hac vita migratione, ad quam illi semper aspirant, ad optatum illum desideratumque videdum anhelantes. Itaque Eudocia Augusta, cum multis id genus monachis collocuta est, & multa (sicuti dictum est) monachorum domicilia & habitatio-

Endocia piesatu opera Hierofelymis edita.

\* Ifmoore

Digitized by Google

R iiij

\* latokozásv Largifsima Eudocia elec mofyna.

† dõe µuptā. dag kāl TL-Tracesiagkāl õrdeizovta Kusis Altras veµusµáswp

Diui Stepha ni tëplum ad Hierofolywa.

Endocia mors.


nes construxit. Hierosolymoru etiam muros protulit,& renouauit. \* Episcopalem præterea domum ibi ex fundamentis ipsis erectam pulcherrime exornauit, eidémq; mille numismatum reditu attribuit. In Phordissis pauperu domicilium ædifi cauit, vbi quadringenti sacro morbo laborates ha bitarent. Alia item pauperum hospitum & viduarum diversoria condidit, essque substatiam suam donauit. Ecclesiis, nosocomiis seu ægrotorum do mibus, sacrosanctis ædibus, & monasticis virorū & mulierū domiciliis, + vigesies mille quadringétas & octogita aurez monerz libras dedicavit: preter alios quos aliò conuertit sacros prouentus, & varij generis donaria, quæ sanctis quibusdam locis colecravit. Et aliquado die festo Pasche teplu ad sanctam Christi resurrectionem celebrandam ingressa, in lucernaru rationem decies mille sextarios olei retulit: & choris memoriam sacræ Christi resurrectionis colentibus, annuum prouetum quadringentorum numismatu constituit. Postremò templum ingens amplitudine & forma præclarum, ex ipsis fundamētis, admirando illi & primo diacono fimul & martyri Stephano, stadio vno ab Hierofolymis erexit: quo loco à percussoribus Domini saxis ille obrutus, immarcessibilem coronam reportasse dicitur. In quo téplo aliquo pòst tempore & ipsa, quum ad immortalem emigrasset vitam, codita est, quarto magniLeonis imperij anno,quum hic piamDcóque placitam exegisser vitam. Defuncta autem est ztatis sexagesimoseptimo anno.nam viginti annos nata, Imperatori Theodosio coniuncta est. Et in aula imperiali sub matre eadémq; AugustaPulcheria, vigintinouem transegit.Ipsa verò sola, absque Pulche ria, imperium annis septem administrauit. Porrò Hierofolymis vndecim transegit. Ex eo tempore quatuor vixit annos, vniuerlalis Chalcedonis synodi acta non approbans, sicuti postea dicemus, Postquă autem synodi eius decreta rata grataque habuit, alios etiam transegit quatuor: & tandem mortua est. De qua pphetam Dauidem illud eria dixisse ferut, Benefac Domine ip va indinig, hoc est, in bona voluntate tua Sion, & zdificentur muri C Hierusalem. Res Eudoxiælmperatricis ad hunc

CAPVI 11.

se habuere modum.

Simeones
Stylites, fine
Columella,
qui prim" in
colüna vita
monaftica ifittutum innenit,
Sacrificium
Encharifia,

† The Agen-Tee red desipartee 39siap terison Tee, Tee 200weed arrivoving arrivologe petitosop,



bitale vndequaque habens: quo tempore Doranus sacras Antiochenæ vrbis habenas tenuit, qui etiam ea re audita, quum ad eum venisset, totus co sternatus est, & cum eo mystico arcanóque congressu conuenire exoptauit. Conuenerúntq; adeò ambo, & + sacrificio immaculato atque incruento peracto, alter alteri viuisscam communionem porrexit. Magnus igitur viriste, etiam in corpore deorsum versum vergente, angelorú viuendi institutú imitatus, rebus negocisque omnibus nun cium remisti: & vi naturæ illata, ad sublimia aspirauit, atque mediú inter cœlum & terram domi-

cilium libi fixit, vt extra turbam & tumultu om- D nem positus, Deum glorisicarer, & perpetuis cum angelis hymnoru laudibus celebrarer. Hinc quidem veluti mediator quidam supplicantiŭ hominum preces ad Deum referens, inde auté affluentem atque immensam benignitatis gratiam illis impertiens. Cuius admiranda opera à multis quidem, qui ea oculis ipsi suis viderunt, memoriz "pdita sunt. Commodè autem & pulchrè ea Theodoritus Cyri episcopus, in \* Dei amantium histo ria est prosequutus. Sedenim vbi terrenus iste angelus, atque etiamnű in carne supremæ illius Hierusalem ciuis & incola Simeones, à nemine antea tritam nouámque plané viam ingressus est, summos montium vertices incolentes patres perbeni gnè erga eum animati, delectos ex corú numero quosdam ad eum misere, esque hæc renuciare iusfere: Quid sibi vult insolens hæc & peregrina habiratio? cur tritam hanc & à sanctis ferè omnibus calcatam viam relinquens, aliam quanda & prorsus ignotam semitam iniisti? Illud præterea mandatum eis dedere, vt descendere illum, & electo- E rum patrum vestigia sequi iuberent. Ac siquidem promptum se, vt ex columna descenderet,præberet: permittere ei, vt quam vellet viuendi tationé persequeretur, præceperunt. Obedientiam naque eius, si Deus instituti eiuscemodi dux esset, declaraturam elle censuerüt. Sin cupiditati ipse suz inseruiret, & contra sibi nitendum esse duceret, neque celeriter statim mandatú huiusmodi exequeretur, pedibus vi arreptum illico detrahere iusserunt.Vt illi ad eum venerunt,& patrú mandatum exposuerut, confestim ille altero pede prolato, ad descendendű, & absque vlla deliberatione & dissensione, ad præceptum eorum implendu promptus paratusque fuit: & gratias illis egit, qui tanta de co gererent cutam, veluti quidquam præter vo luntatem & sententiam Dei facere occepisset.Por rò illi eŭ in instituto, quod sibi proposuerat, permanere sunt passi: potestati eius permittentes, vt quem cepisset cursum teneret.illud insuper adiicientes: Fortis esto, & viriliter age. Videris naque divinitus ad hanc viuedi viam productus elle, antea ignotam. Itaque deinceps magna ille cócepta F fiducia,cœptű id magis est prosequutus. Tam "plixè autem diuina in eo viro enituit gratia, vt quu Theodolius lanctione quadam Iudzis lynagogas in vrbe Antiochena à Christianis eis adéptas resti tuere iussisset,& Simeones magna dicendi & obiurgandi libertate vius, literas ad eu dedisset, princeps is iulsionibus luis abolitis,ea que lanctoviro & Christianis placuissent, fecerit. atque præfecto ei, cuius suasu res ea instituta fuerat, tum dignitatem ademerit: precatorésque maximos ad acreu martyrem miserit, qui illum, vt pro se Deum exoraret,& preces suas secum communicaret,rogarent. Quz autem ille admirada ediderit facinora, & quam commode cu quibulq; colloquutus sit, quis singillatim exponat? quæ si quis nosse velit, eŭ ad historiam eius legendam remittimus, quam post magnuTheodoritum optime cognominis ei Simeon Metaphrastes cóscripsit, nouú quoddam & admirandú in ea ex omnis generis cibariis coui uium omnibus proponens. In hoc vitæ instituto decertans, quinquaginta & sex peregit annos. Noué enim in priore, vbi principiis sacre religio-

Theodorism

visam eine
deferipfis.

lo quadip

sepia.
Legatio momacheris reliquerom ad

Ratio eb eo nouvifis infiunti requirunt.

Obedičtia Si merou mena chorū patribeu exhibita iustitutū cius ex Des esse ostendis.

Theodofs? an toricate Sime onis i magnis reipab, rebus objection.

Simenes (me tam & tres annes vixit.

Community precum.

Simon Me. taphrastes, Simonin ifine Colomella vicam quoque composut,

erifices if rè Ancio Eugy.lib.1. cap.13.

† Preces Am

ad Lasaë im

rt corpus S.

Simonu An

tiechia relim

eratorem.

A nis imbutus est, schola, cosumpsit: quadraginta au tem & septem, in ea quæ dicitur Madra: siue vt 2lij tradut decem hic in angustiis quibusdam peregit, septé verò in minoribus columnis, & tandé in columna quadraginta cubitorum longitudinis vnde triginta transegit annos. Cuius sacrū cadauer post tot certamina & mortem ipsam obitam postea sub Leonis magni imperio Antiochia est perlatum, Martyrio, qui tum ibi episcopatu gerebat,arq, Ardaburio Oriétalium copiatú ductore, cum militibus suis, & aliis plurimis magistratibus præsentib. Qui simul omnes, maximo eos comitate exercitu, ad divinum illud ruguriolu aduenere, & venerandum illius & vitale cadauer cum reuerentia & comitatu multo(multi nanque etiam ex monasticis philosophis vndiquaque ex vicinis locis, ad sacram corporis illius productionem & pompam eò se contulerant)asseruarunt, ne finitimævrbes confluentes id raperent:quod illæ inter se, quanam illud sortiretur, decertarent. atque id vix tádem faluum, multis in itinere miraculis exhibitis, Antiochiæ repositum est. Id etiam postea

imperator is ab Antiochenis sibi dari petiit. At illi precatoribus ad eŭ missis, inter alia & hæc precibus suis addidere. Propterea quod vrbs nostra murum non haberet, qui magno terremotus impetu corruit: sacrosanctum Simeonis corpus huc adduximus, vt nobis pro muro & vallo esset. Qui

bus verbis ægrè Leo exoratus, precibus eoru cel-, sit, + & sandum Simeonis corpus eis reliquit. Quod ibi posterioribus temporibus ad hoc vsq; tempus seruatum esse scimus. De hoc mirandum quiddam, qui id viderunt, memorát. Nam capitis eius & batbæ capillos non excidisse, neque tempore longissimo intercidisse aiunt: qui vi temporis superata, formam adhuc viri sancti veluti viuentis & inter homines versantis conservarint. Integra etiam eius dicta est fuisse cutis omnis, atque in fronte præcipuè labore & tempore multo rugosior atque durior facta. Oris item dentes, illis exceptis quos fidelium magnus propter egregiu in eum amorem abstulere. Que sanè omnia statu-

ram eius & habitum, qualis & quantus Dei homo

C Simeones fuerit, declarant. Iuxta corpus eius etiá torques ferreus positus est: qui & ipse, p constan ti illi & forti in certaminibus variis corpori affueta illum situm est, veluti corpus illius perficiens. quos dixi sanctis viris pro eo arque decet, luculen

rit, honoré cum à Deo consequutus est. Ná quantuuis defunctum Simeonem amans illius, dicam etiam amatum ab illo ferrú, non reliquit, táquam ab illius pulchra confuetudine resiliens: sed iux-Ingens verò mihi cupido incesserat, tes eius singil latim recensendi, vtilitatem & mihi comemoran ti, & historiam hanc legenti allaturas: nisi ab eis, ter & copiose essent descript : præcipue quum ad alia quæ instituti promissique nostri sunt referenda nobis properandum sit. Quare vnu saltem quod ab illis prætermissum est, nunc commemorabo.Mandram,sicuti dictum est,monastici exer-

† Corpus Simeonis reque ad Enagrij scholastici tempora inte-grum duranic. Huine caput se cum multu sacerdotibus vidise seri-bit Enagrius Eposcopum Antiochia agente celeberrimo Gregorio, cium Philippicus orientalium copiarum dun prasidij cansa sibi sacras Sauctorum reliquias motti postularet.

citij eius locum incolæ nominant,appellatione ta D li ci à sancto ipso viro imposita. Distat à Theopoli Itadiis plurimum triginta, ad accliuem montisver ticem sita. Ascensus arduus stadiorum viginti est, vbi & templum viro fancto,in crucis speciem cóformatum, & ex quatuor partibus porticibus exornatum, excitatum est. Iuxta porticus eas ex saxo polito colunz decentissime conftructz sunt, que summam testudinem perpulchrè in sublime attol lunt.In medio hypæthra, siue subdialis aula est, ar te exquisita ad summu elaborata. In media ca, columna illa quadraginta cubitorú stat, qua sanctus ille vir & carnalis angelus tanquam scalis vsus, ad cœlestem coscendit regioné.In eis quas dixi porticibus, ad fastigium summum căcelli (quidam fenestras appellare cosueuere) sunt, porticibus ipsis & subdiali quæ dicta est aulæ respodetes, locumque volentibus dantes, vt ex ipfo templo extrà,& rursum ab exteriori tépli parte in templu prospicere possint. Vbi ad læuum columnæ latus in can cellorum vno emicantem cernere est immensam quandam stellam, per senestram discurrentem & E splendide coruscantem, & modò veluti cessante, mox verò rursum derepentè affulgétem. Id quad eis tantum diebus fit, quibus memoria sancti viri colitur. Sunt etiam qui memoriæ prodiderunt, ipsius quoque Simeonis faciem illam huc atque illuc volitantem ad columnam videri ,barba,sicuti cam gestauerar, summissiore, & capite tiara tecto. nam sic quoque ille incedere solitus fuerat. Miraculum hoc spectant omnes, mulieres quoque, sed extra templum ad postes stantes. Ianua enim vna ex aduerso stellæ fulgenti locata est. Ne enim mu lier quæpiam sacram ædem fortè ingrediatur, etia atque etiam nescio quam ob causam per custodia loco ei impositam cauetur. Viri auté, etiam ex rusticis, vnà cum iumentis suis, ingrediuntur, sapius columnam ipsam circueuntes.Hæc de Simeone.

Templi cial In a temple stella emicas. ipso dini Pa die refulget.

Håc Rellam se vidosse scri bit Ewagre', lib.1. (a.14-

Memoria Sanctorum

Mulieres 15 plū id no m-

CAPYT LII.

Vb eodem imperio magnus etiã ille & inclytus Euthymius in Pa læstina excelluit. Qui sub Valen F te quidé ex \* promissione natus, à magno auté Otreio & Aca Jcio Melitinensis ecclesiæ episco

pis ritè docus atque educus: deinde in presbyterorum ordinem allectus, sacrarum tantum rerum curam gessir. Postea in Palæstina vnà cum admirando Theocisto in antro quoda virtutis statuit officinam: multisq; & variis cellis, sanctioris philosophiæ mellis stipandi gratia constructis,ingens condidit monasterium. In tantum autem virtute enituit, vt quum canon esset & formula instituti monastici, tum miraculis etiam edendis præclarū obtineret nomen. Nam Persarum cuiusdam tribu ni filium morbo liberatum ad incolumitatem reduxit,& cœli ianuas aperuit, atque sterili terre fer tilitatem orationibus conciliauit. Effecit etiam, vt ex paucissimis plurimi panes fierent, quibus quadringeti viri refecti sunt: mulieres steriles fœcun das reddidit. Quum sacris mysticis operaretur, lux cœlitus perinde atque columna affulges, eum circundedit: veluti voce emissa, quanta vitæ puritate viris esset indicans. Et quo quisque corum animo

Euthymine

\* If Iwayya Alac Motors MING.

Miracula

Digitized by Google

Mädra Si-

lys tr<del>igint</del>a

A esser, qui ad sacram communionem percipiendă accedebăt, per arcană reuelationem perspiciebat,

quod clarilsimum prorsus sanctimonie eius sum-

mæ indicium fuit. Migrauit autem vir beatus ad

Dominum, qui nonaginta & septem annos ex-

egit, Leone magno imperante. Vita moderatus,

& moribus perquam simplex fuir: colore candi-

dus, & ad femora víque promissam, cámque den-

sam habens barbam. De quo illud historiæ me-

morat.Quum monachus quidam moreretur, qui

egregiam virtutis & castitatis samam obtineret,

impudicus autem prorfus esfet, sanctum hunc vi-

rum angelum horreda specie tridente graui ani-

mam illius, crudelem in modum, è corpore extra-

hentem vidisse: & vocem simul colitus, occulta

turpitudinis facinora apertè reuclantem, audisse:

Alium quoque pauperem quendam nudum in fo

lo iacentem ab eo cospectum esse, lacerú prorsus & pánis vilibus obsitum:cuius animam, qui mul-

ti ei præstò aderant angeli, reuerenter euocarint. Cui Dauid quoque cum summi concentus citha-

ra sua affuerit, carminibus illam voluti demulces atque producens. Sub idem tempus alij itide plu-

rimi floruerunt: qualis ille fuit Theodistus & Ge

ralimus, magnorum conobioru præsides, qui ad

nouum quédam canonem vitæ suæ rationem in-

stituerut. De his singula scribendi nunc locus no

est. Tum quoq; Eudocia Augusta, quæ à recta via

aberrauerat, veritate rursus cognita ab Eutychia-

norum factione secessit. Ad Euthymiü etiam vir-

tute præclarus Sabbas adolescés adhuc venit. qué

vbi ille vidisset, qualis suturus esset clarè predixit.

Eisdem temporibus & Titus Bostrensis viguit:ité

balla, Tatiana, & admiranda Melana. Præterea ce-

lebris illa Xena, in qua vittutis perfectionem satis

Decantatus quoque Xenophon ille, qui in sena-

torum ordine prius fuerat, no minus internis ani-

mi dotibus, quam externis divitiarum opibus eni-

tens. Miserat is Berytum, quæ Phæniciæ vrbs est,

disciplinæ & legum discendarum gratia, Arcadiŭ

& Ioanem filios suos. Quum autem naufragium

eos in mari passos esse intellexisset, ad inquirédos

eos Hierosolymis monasticam exercentes repe-

rit, iple quoque, & vnà secum vxor, tranquillioris

vitæ vestitum sumpsit. Ad eam verò omnes virtu

tem peruenere, ve à Deo miraculorum edendoru

honorem & præmiū acceperint. Et quum per vi-

tam placiti Deo fuerūt, tum ea exacta ad illū emi-

grarunt. Eodem etiam tempore virtutis incremé.

tis longe processit, celeberrimus ille monachus

Auxétius, in more Bithyniæ eo qui ex aduerso Co

stantinopoli situs, omnes circumcirca colles alti-

CAPPT LIII.

C eos vna cum coniuge sua profectus est. Porrò vbi

corona illa infignibus stellis contexta declarat.

Enthymiau, 97.ann.vi-

Mors menachi hypocrita horrenda.

Mors mendi ci optata,

Theothist us, Geralimus abbates.

Endocia En tychetu hare Š teielta,te-Sepifcit. Sabbas moma:hw. Titus Bo strensis. Sălte quedă fæmine. X enophő ex fenatore momachm. Berytus olim Rudiora inrn civilu ma ter. Arcado & Toannes filij ei monachi. Coiunx stide cine monachatum com plexa.

Auxentius monachus.

Vita pha do Elrina pra re Spondens faci lime fummii bonum assequitur.

tudine superat.

On virtute tantum egregij tum floruere viri, sed & doctrina faclis ipsis consona enituit. Vtraque enim philosophia si cocurrat, celerius mentem in sublime tollit, & bono ei quod deside-

rio votóque omni expetimus, vnit atque coniungit. Nam veluti duabus alis, cui vtraque illa contigit, vtitur: atque in cœlum euolans, quàm celer-

rimè progressu pleno peruenit. Quales viros ea D tempestas protulit, virtute & doctrina magnam gloriam consequutos. Talis Isidorus ille fuit, qui in Pelusio mõte monachis præfuit: Nilus & Mar cus præclari ascetæ, & sapiens item Cyri ecclesiæ + antistes Theodoritus, quotum magna in poëtica gloria est. Præceptore ij in vtraque philosophia magno vii sunt Chrysostoma. Igitur divinus Isidorus iam inde ab adolescentia ita in monasticis laboribus desudauit, & ita carnem, animam arcanis sublimioribusque doctrinis foues, maceravit, vt euagelicam prorsus degeret vitam,& viua animataque monastici instituti diuinaque contemplationis columna, & veluti primarium quodda exemplum flagrantis amulationis doctrinaque spiritualis esset. Multa ab eo scripta sunt, varie vtilitatis plena:potilsimum autem,epistolatu omnis generis dinina limul & humana gratia tefertaru, propè Chiliades decem, in quibus scripturam om nem clarius exponit, & omnes omnium hominu mores instituit, quippe qui dicendi genere 2d docendum accommodato in eis vtatur. Satis quoq; E ille declarat, quo ardore erga honestatem, erga Ec clesiam, & eos qui temerè iniuria afficerentur, fla grauit. Multum præterea in lucubrationibus suis invehitur in eos, qui non ritè episcopali sacerdotalique munere fungerentur. Et & aperte Chryso stomum defenderer, veheméter Arcadium & Cy rillum, atque huius patruum Theophilü perstrin git, corumque linistras aduersus virum cum susce ptas molitiones taxat. Quæ illum codem cum cis » tempore viguisse testatur. Cyrillum sanè quidem " vt hominem turbulentum refellens,hæc quoque » scribit. \* Fauoris quidem affectio acutu non vi- " det, hostilis verò animi odium nihil prorsus cer- " nit. Quòd si vtroque hoc vitio te purgare ipsum » & liberare vis, ne violentas sententias extorque- » to, sed iusto iudicio causas comittito. Quadoqui- » dem & Deo, qui omnia priusqua fiant nouit, per- » humaniter & benignè placitum fuit, vt descende- » ret,& clamorem Sodomorū videret, certæ & ex- » aax inquisitionis nobis proponens exemplum. ... Multi nanque qui Ephesi tecum congregati fue- » re, publice te traducur, quod inimicitias tuas per- F sequetus sis: & non rite atque ordine, iuxta rea z fidei sententiam, ca quæ lesu Christi sunt, quæsi- ... ueris. Theophili, inquiunt, quum ex fratte nepos » sit, morem quoque illius imitatur. Quemadmo- » dum enim ille apertam insaniam in sanctum & » Deo dilectu loannem effudit, ita & iste gloriam ... eodem affectat modo. Quanuis causa ipla & res » de quibus cotrouersia est magnopere inter se dis- 🐱 sideant. In alia rursus epistola, hæc scribit. Terret 🗩 me quæ in divinis scripturis prodita sunt exepla, » & quæ opus est necessariò scribere cogor. Siue e- » nim pater, sicuti ipse dicis, iudicium & codemna- " tionem Heli metuo, o filios peccantes non coer- » cuerit: seu filius tuus, qui magni Sauli personă re- " ters, sum, id quod magis agnosco, Ionathæ pæná "

† Cyri oppidi, rbi Theodorium ecclesiasticus historicus episcopatum gesti sape in hu libru fasta est mentio. Sisum est in Syria, a Indau, quum ex Palastina à Modorum exercteu in capeinisatem abducts, & à Cyro rege Persarum in Patria restituti essent, re aliquam illi pro tanto benesicio memoru animi reservent gratiam, conditum. Id admodum aliquandiu neglectum, Iustimanus postea instaurant, muniuit, & exernant, propter dinos Cosmam & Damianum, qui ad id oppidum sepulsi erant. Procop. Ifidorus Pelufista. Nilsu. Marcus. Theodoritus.

Ifidori fri-

I fidor Chry fostomű defendse. I fidoró feripsű ad Cyril lum Attsandrinum.

\* myotubla

phi de djohe

nhi de fi hue

be di thue

be di thue

be di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de di thue

de conden
mandum effe,

El musufima Cyrilli

obingatio.

Abud einfdem ad enndem scriptü.

ME COVERNO

thraseins. A trepidus exhorresco, patrem + Pythonissam co « sulentem non impedierit: & propterea prius ipse · qui prohibere id potuerit, quàm qui peccauerat,

- pater,in bello occidit. Itaque ne ego quoque con demner, & ne adeò ipse etiam à Deo condéneris,

cotetiones sopito:nec iniuriæ pprie vindica, que ab hominibus prouenit, viuentem Ecclesiam per astutas actiones fallito, neque ci perpetua sub pie-

tatis prætextu dissensioné conciliato. Et de Chrysostomo rursum: De diuini Ioanis tragodia quzris. Eam verò exponere nequeo, propter rei ipsius insolentiam atque indignitatem. Pauca tamen sic

habeto, quevicina Ægyptus more suo designauit. Mosen auersata est, Pharaoni mancipata: humiles flagris concidit, laborantes afflixit: ciuitates extru

🕶 xit, & mercedem operis non persoluit. Et quu in a studiis istis se exercuisset, \* insano lapillorum a-

more flagrantem, aurumque veluti Deum colentem, produxit: Theophilum quatuor administris, « seu potius desertoribus suis circumuallatum, qui

■ Deiamantem Deúmque deprædicantem virū ho B stiliter opprimeret, quum quidem illi eas quas aduersus cognominem meum gesserunt inimicitias, occasione & causam impietatis suæ arripuissent.

Sed domus Dauid confortatur: Sauli autem, sicuti vides, infirmatur: quanuis ex vitæ huius tempestate ille euaserit, & ad coelestem tranquillitatem

transierit. Idem verò mirificam Chrysostomi di-&ionem laudibus vehens, hæc quoque ad Ophelium grammaticum scribit. Celebris Ioannis lin-

guam, dictionisque venustatem, & sententiarum densitatem, non aliis dico (parum enim hoc fortasse apud multos esset) sed ipsi Libanio, qui apud omnes in eloquentia præclarus habetur, magnæ admirationi fuisse, indicio est Libanij ipsius epi-

stola, ad illum etiamnum iuuenem, quum orationem in imperatorum laudem habuisset, scripta:in qua no ipsum modò felicem elle prædicat, qui sic

dicere potuerit: verumetiam principes ipsos quos laudauit beatos putat, & laudatorem illi talem na cti sint. Ea sic habet. Libanius Ioanni. Orationem

tua prolixam & pulchra accepi, & viris qui & ipsi orationes conscribunt legi. Nullus in eis fuit, qui

C non exiluerit,& vociferatus lit,eáque omnia fece rit, quæ per stuporem consternati solent.Me illud « delectat, quòd dicendi artem, quam agendis in fo

 ro causis exhibere potuisti, ad huius generis oraviones coferre malueris: téque beatum iudico, qui

« tátopere principes laudibus ornare potuetis: nec minus fortunatos illos esse puto, & patrem scili-

cet qui dederit,& filios qui acceperint imperium, quòd laudatorem talem fint consequuti. Hæc Li-

- banius. Plutarchus verò orationem dilucidam &

- facilem verè & germanè Atticam esse censet. Sic a enim, inquit ille, oratores dixerut. Gorgias autem

Leótinus primus vitium hoc in orationes ciuiles, « sublime & figuratum dicendi genus affectans,in-

« uexit, & perspiucitatis luminibus obstruxit. Vitiū « hoc etiam admirădum Platonem contigit.Quòd

fi hac in re Plutarcho crededum est, multis modis alios omnes præclarus superat Ioanes, qui in ora-

« tionibus suis Atticismum refert, & perspicuitate a ita, vt haud sciam an alius quisqua magis, retinet.

- Hæc divinus Isidorus.

To pur A morap interes sadd. Eris iferantes To the turin south To ngo quito. boc oft, Ventriloque mulieres mortuore me,quarum vna vsus est Saul. oa animam propheta. Samu ocanis. Snid, izzasti pávris, si tróparris wólap, Idem.

#### CAPVT LIIII.

in tabernaculis peccatorum habitare maluerir. Et

quum eloquentiæ vi polleret, diuinæque gratiæ

neruis validus esset, scripta varia quæ vitæ mona-

stica exercitium instruunt, reliquit, verbis & sen-

tentiis ita composita, vt lectoris animu gratia in-

credibili recreent. Scripsit quoque diuinorum pa-

trum in monte Sina obitum martyrium, facundia

& affectu tato, vt fatis inde colligere liceat, quàm

eximia doctrina iuxtà & virtute vir is fuerit: vbi

ferabiliter veluti in tragædia captiuitatem eorum

exponés, quum barbari Blemmyæ excursione sua

cædem ingétem fecere: quod opusculum tanquá

spirituale quoddam oblectamentum, studiosis re-

liquir. Alios item libros optimos edidit, spiritualis

gratiæ non expertes: inter quos primas eum férre

puto, qué ad Græcæ superstitionss sectatores scri-

plit. Et rurlum qui ab eo ad Eulogiu copoliti funt.

Capita autem collegit aliqua quidem fusius, mul-

ta autem compendiosius tractata, in quibus spiri-

tualem fructum, perinde atque nectar aut ambro

siam aliquam, oculis subiectum, ita ve facilè perci-

pi posset, proposuit. Quem vita defunctum, Iu-

stinus posterior inde translatum, in fundamento

sacratioris mésæ,in eo quod ab ipso,Petro &Pau-

lo apostolorum principibus, ad Orphanotrophiŭ

costructum est, templo reposuit. Ipse quoq; Mar-

ous in monastica prius versatus, multa post se reli-

quit scripta. Eorum qui ad nos peruenerunt, libri

octo funt, vniuerfalium affectionum numerum

æquantes: & alij triginta & duo, in quibus vias to

ca secedendum, & quomodo ad voluntatem Dei

gressus dirigendi sint:quomodo etiam homo dz-

monum tentationes superet, mentémq; repurget,

atque ad veterem dignitatem progrediatur, & cū

Deo cœleste institutum sectatus viuat. Theodori-

tus verò natione quidem Syrus fuit, sectator auté

magni Ioannis Chrysostomi, illúmque sibi quasi

primarium exemplar stylo conformando propo-

fitum habuit.Etenim fluidus admodum & copio-

sus, in elocutione facilis, & Attica gratia redolés.

Lucubrationes ab eo compolitæ hæ funt. Enarta-

tiones in vetus testamentum, cuius etiam obscu-

rorum locorum expolitiones in peculiarem cotu

lit librum. Opus aliud in sedecim Prophetas, aliud

itidem in Psalterium, de Prouidentia liber alius.

alius in Apostolum. Aduersus hæreses omnes vo-

lumen, quod mendacij & veritatis discrimen in-

scripsit. Liber quem contra duodecim capita Cy-


rilli conscripsit. Item, Ecclesiastica historia. Et rur-

sum pilostes, hoc est, Deiamatium historia: in qua institutum eorum qui ætate sua vitam sanctè tras-

egerunt, persequitur. Libri tres de diuinis dogma-

tius asceticæ vitæ omnes prosequitur, ad quæ lo- F

eriam suas & filiorum res paucis comemorat, mi- E



Dmirando auté Nilo patria Con stantinopolis fuit, cuius etia propter egregiam generis nobilitaté præfectus fuit.Potentia autem& opibus affluens, ascetică illis prætulit vitam: quippe qui ad exem-

Nilus ex prafecto vr bis Coffanti ebus fattus

rđio p ide

Marci me nachi scripta

Digitized by Google.

Stylas Chry

A tibus in dialogo conscripti. Legi præterea supra quingentas eius epistolas, Græco sermone optimè compositas. Hæc de Theodorito. Quæ auté ei acciderint, postea indicabimus.

CAPVT

homines, veruetiam Christiani sint admirati, qui


de rebus nulla affectione infecti sincere iudicant.

Huic tato viro, qui præterea placidus & modestus

esset, Theophilus Alexadrinus, vt salutarem susci-

Difficule for

hilefophe re



Vm his & Synefius, cuius magna toto terrarum orbe gloria est, flo ruit:qui, si quisquam alius, & ipse etate ea doctus fuit. Tantum ve rò operæ nauauit philosophiæ Platonicæ, & adeò ad summum

peret regenerationem, persuasit: postea verò etia,

vt idem sacerdos vngeretur, cum eo egit, Atque il le ad alia quæ Christiani profitentur, promptű se & facilem prebuit:Platonicis autem sententiis seductus, resurrectionis doctrina primum minime recepit, nefandam eam & detestandam esse iudicans. Et quanuis ea esset opinione, Ecclesia tamen,

vt sacerdotij obitet mun', homini permisit. Quæ hoc tum fecit,illa certa coniectura adducta, quòd propter reliquas eius virtutes, eum etiam aliquando tandem flexum, resurrectionis professionem comprobaturum, diuinam q; gratiam rem illi tantam deesse, qui multis magnisque primariis donis eniteret, passuram no esse putaret. Neque illa opinione & spe sua falsa est. Paulo nanque post, resur rectionem & credidit,& professus est, certam hác elle, maximéque couenire Ecclesiæ ipsi sententia. Qualis autem & quantus vir fuerit, testantur quæ ab eo post sacerdotalem susceptă dignitatem, perquam eleganter scriptæ sunt epistolæ: & alij insuper libri, qui concinna ipsa compositione, dictione,& sententiarum frequentia, scripta alia omnia longè post se relinquut. Lucubrationes ab co editæ hæ funt.Epistolarum volumé centum & sexa-

C do dicatus liber, doctrinam & formă reip. ab imperatore regendæ complectens. Opusculu de la -fomniis. Ad Peonium de dono liber. De prouidétia libri duo, quos Aegyptios nominat. Item laus caluicij. Et hymni quidam ad Deum perquam scitè ab eo compositi. Caterum ego, qui veritatem proferre studeo, epistolam ipsius hic appona, qua ad fratré + Euopium dedit:vnde intelligere licet, de quibúsnam rebus illi ambigenti, per \* comodam dispensationem sacerdotij dignitatem suscipere permissum est. Ea est talis. 2 Incosideratus sa ne essem, nisi multam haberem Ptolemaïdis ciuibus gratiam, qui me honore eo, quo meipsum indignum puto, honestum esse volunt. Verum non

ginta.Theodosio iuniori de imperio administran

an illi magna tribuant, sed potius an ea à me recipienda sint, deliberare conuenit. b Quòd si enim homo divino propè fruatur honore, siquidem iustus sir, dulcissimű percipiat fructum: sin dignitate ea longe lit indignior, acerbam future pænæ su stineat expectationem. Porrò non nouus hic, sed vetustus admodu est metus, + ne quid in Deum committam, honorem ab hominibus ferens. Ego sanè qui meipsum noui, ineptioré omnino cope-

rio, 🍳 vt sacerdotali dignitati geredæ idoneus sim. D 🛶 ۱۹۷۱ Proinde apud te de animi mei motibus & cogita- » tionibus agam. Non enim alium habeo, apud qué = id rectius faciam, quàm re, percharū mihi mecum- » que educatum caput. Te nang; zquum est partici » pem esse curarum mearum, ac nocu vigilantem » deliberate,& interdiu cogitantem considerate,vt = & boni mihi aliquid contingat,&mali quicg effu » giam. Accipe igitur quo loco res mez fint, quz tibi etiam maiore ex parte cognitæ funt . Fasce exiguo sublato, pulchre mihi videor hucusque philo » íophiam ipíam pertulisse. Quum verò ab homi- 🕶 nibus no prorsus perperàm in ea versatus esse cen » fear, laudatum à quibusdam, ampliore nuc honore me ornatú esse volút, qui de idoneis animi mei » viribus iudicare non possunt. Vercor autem, ne si per ineptam ambitionem dignitatem oblată reci- » piam, neutru consequar : videlicet neque laudem : ex honore contempto, neq; gloriam ex dignitate » minus recte gesta. Rem ipsam sic mecu conside- » 12. Rebus duabus semper tépus omne tribuo, stu- 🕶 diis & ludo. Literis vacans, & præcipuè diuinis, so E lus lum. Ludo operam dans, g plurimos admitto. " Symfin vi Nosti enim, quum à libris exurgo, totum me in lu ... Philosop dis esse: à civilibus autem curis & natura & animi 🗩 destinatione abhorrere. Sacerdorem autem opor 😹 tet esse virum diuinu, & ad ludum omnem perinde atque Deum difficilem & durú, qui vt propo- 🕳 litum institutumq; suum teneat, innumeros in se " plurimoru conuersos haber oculos. Ad quos nul- 20 la, vt certè parua peruenit vtilitas, nifi aliquis pro- 😠 beinstructus & cordatus sit, & à + suavitate animi omni alienus.Rem diuinam faciens no priua- " tim solus esse potest, sed in communi couentu inter plurimos versatur, quum legis doctor sit, & ni 💂 hil aliud qu'am quod legitimu sit sonet. Negotia " eum gerere oporter, quæ simul omnes tangunt. ... Que enim omnia comunia omniŭ funt, vnum ip- 💂 1um curare opus est, nisi criminibus omnibus obnoxius esse velit. Quomodo igitur non maximi " fortissimique animisit, tantum curarum molem 💂 ita ferre, vt mens non obruatur, & extincta in ani 💂 ma particula diuina non negligatur, si quis tot stu diis & actionibus variis distineatur. Neque igno-F ro elle quoldam, qui hoc prestare possint: & felicem eorum naturam atque beatam, iplósque ve- 😁 tè divinos viros esse censeo, qui quum in multis » humanis versentur negotiis, no tamen divini numinis cura excidat. Ego verò meipsum, qui in vr. bem descendere & per vibem deambulare soleã, rebus involutum quæ ad terrenas curas trahunt, atque inquinationibus repletum esse, quarum no " facile quisquam magnitudinem dixerit, scio. Nã » quæ ad natiua & propria aliunde adueniunt pia- "

cula, in accessionis rationem conferuntur. Cor-

poris robur mihi no est, interiora animi bona no 💌

recte se habent. Ab externis etiam aliqua ex par-

te destituor: tum autem conscientiæ mærorem \*

ferre nequeo. Et quotiescunque me quispiam ro-

gat, disertis verbis statim dico, Sacerdotem in re- » bus omnibus maxime à probris debere esse alie- »

num, quippe qui aliorum quoque sordes expiet. »

Verumenimuerò illud quoque literis ad frattem 🕶

datis inferere conuenit.Permulti enim epiftolam 🗯

hanc legent, & ea gratia illam potissimum dicta- »

ui, vt quum res ipsa nota omnibus siat, tum vtcū- .

Andin & la est, & dianwa,episcopa-

† ALEssropie. a Epiftola fy nefy ad eno m fratrë, vũ à Theohilo Alexã drino episc<del>a-</del> pus Pioleaidu Cyre maica regiomu defignatus e∬et. b Episcopalë dignitatë dimins beneru esse putat, et ∫e ea indig**nő** 

Scripta Sy-

esse conset. MATI WIEL Bibi åµWda

Digitized by Google

que ca

481

V xore legiti mam propter presbyters few epijcopi magi Stratio dimis tere no vult.

Platonicas Sententias cii Christianis dogmatib.pu gnantes, reti. B nendas fibi este centet. † itebr dalf. énter.

\* foxives. Mal@- Usteo Say somifile Aŀ arts aluny. ad lippicudi-Et rechine.

Philosophia quādog; adoutrit mens

\* φιλεεο**φῶ**ν † φιλομυδάν all pit fitteour, in the mis Ta me Tade de com له به الميام twi tig age. Mycos.

† Iz Ao patrity

protulerim, & potestati eius quicquid velit de me statuédi permiserim, quomodo crimini alicui obnoxius sim? Mihi & Deus ipse, & leges, ipsaque sacra Theophili manus vxorem dedit. Quapropter omnibus prædico, testatum que esse volo, me illam prorsus deserturum non esse, neque cum illa veluti mœchum clandestinam consuetudinem habiturum. Alterum enim minimè pium, alterum minime legitimű est. Quin potius & volo & opto, plures mihi & probos nasci liberos. Hoc ipsum electionis autorem & principem ignorare non oportet. Sciant id amici etiam nostri Paulus & Dio nysius, quos legatos hanc ob causam à populo lectos esse audio. Illam verò rem Theophilo non significari, sed in memoriam tantum reuocari opus est. De ea autem pluribus dică, cum qua quide vna quisquam alia omnia collata parua esse sudicet.Difficile est, atque adeò fieri omnino non potest, vt animus dogmata, quæ per eruditionem & scientiam in certam necessariamque persuasione euaserint, fluctuare, & in dubium vocari sinat. No sti porrò, philosophiam admodum diuulgaris istis Christianoru aduersari opinionibus. Itaque haud vnquam adducas, vt 🖈 posterius animam quam corpus gigni credam, neque mundu ipsum &partes cius alias interituras esse dicam.Resurrectioné deprædicaram, + sacrum quidda, & minimè vulgandum esse duco:neque conceptis vulgi opinionibus assentiri possum . Mens philosophia exculta verum perspicit. Ea necessitate adducta, médacium permittit. Et habet rationem seu proportionem suam lumen ad veritate, & oculus ad + mentem. Quatenus ergo oculus lumine copioliore in deterius abutatur, aut lippis tenebræ commodiores sint, hactenus mendacium quoque populo vtile esse, & veritatem noxiam eis puto, qui aciem mentis in euidentem rerum claritatem intendere nequeut. Quod si sacerdotes nostri hæc mihi permittunt, potero sanè ego quoque sacerdotis munere fungi, qui domi quidem \* Philosophiæ incumbo, in publicum autem progressus, sermonibus & colloquiis hominum delector, neque docens neque dedocens, sed in anticipata opinione quemque persistere permittens. Sin illi sacerdote ita animatű & opinionibus manifestű esse oportere dicant, omnibus me palam ostédere intermiferim. Quid enim rei est populo cu philosophia? Rerum quippe diuinarum veritatem minime vulgari oportet. Populus autem more & assuetudine alia indiget.Rursum igitur & sæpius repetens dicam, nulla cogente necessitate, neq: arguere neq; argui sapientis esse. In sacerdotu auté ordinem cooptatus, non committam vt dogmata præter animi sentetiam assimulem. De his Deum, de his homines testes inuoco. Veritas Dei propria est, apud quem in rebus omnibus inculpatus esse volo. Hoc vnum tantum non dissimulo. Quandoquidem ioci & ludorum studiosus sum: ita vt iam inde à puero crimen illud sustinuerim, plus quam " decerer, + armis me & equis delectatum esse, tri-" stis quidem ero. Quid enim cũ charissimos canes

« feras nullas persequi,& sagittas à teredinibus ex-

A que ea procedat, & apud Deum & apud homines, nec minus apud ipsum patrem Theophilum cul-

e pa caream. Siquidem quum res meas in medium

esas esse videro, faciam aliud? Sed tamen constan C tiam, si Deus voluerit, obtinebo: atque, quamuis ... à curis alienus, macerabor, 🛧 causarumque & ne- " gociorum quantumuis graue ministerium hoc, " Deo confiss, sustinebo. Dogmata autem per dissimulationem non tegam, neque mihi mens à lin " gua dissentiet . Hoc sic quum & sentiam & dică, " iurisultio e-Deo placere puto: neque sermonis illius de me " piscopalia. occasionem relinquere volo, me, quòd qui fue-, rim ignoratus sim, electionis suffragia rapuisse. Cæterùm Dei amantissimus pater Theophilus, " quum me norit, postquam mihi se id scire significauerit : sic tandem de me consilium, quid statuat,capiat. Tum enim aut in instituto meo viuc- 💂 re me & philosophari patietur, aut postea vt me 💂 in iudicium vocet, vel sacerdotű ordine moueat, " sibi ipsi potestatem non relinquet .Aliæ insuper 💂 opiniones & sentétie omnes nuge fucrint. Verita- 🐷 tem enim, satis scio Deo esse gratissimam. Sedenim sacrum caput tuum, atque in primis veritatis tutorem & inspectorem Deum testor, ægrè mihi D Quomodo enim non sit, quum quodammodo ea vita folita, in vitam aliam transeundum mihi sit? Quòd si rebus his in publicum prolatis (latere enim eas & premi nolo) is cui potestatem hanc concessit Deus, in ordinem sacerdorum me legerit, subibo cam necessitatem, & veluti diuinum decretum suscipiam. Sic enim existimo, si vel imperatore, vel infelici + Deóque inuiso Au 💂 gustali quopiam iubente, imperata non facerem, inobedientiæ pænas me daturum esse: 🖈 Deo au tem ipsi volentes nos parére conuenit. Sin me ad sacrum obeŭdum ministeriŭ non admittit Deus, ab ipso statim initio in me rem divinissimam veritatem ipsam complecti, neque per id quod illi maxime repugnat, mendacium scilicet, functione ipsius suscipere decet. Fac igitur vt scholastici hec ściant,& ad illum referát. Synesius quidem hæc scribens, apertè sacerdotalem dignitatem auersatus est, sed tamen sacrum munus non effugit. Hec ego eo consilio hic adieci, vt scire possimus quæ variè + per dispélationis rationem Ecclesia egerit, non illa leges certas statuens, sed pro vt \* tem pus ferret, quæ decerent & commoda essent saciens. Hzc de eximio philosopho Synesio. Multi verò præterea alij tum philosophati sunt, doctrina simul & virtute celebres : quorum omniú men tionem facerem, nisi me loge ab instituto digresfurum esse scirem.

CAPVT LYI.

Orrò Valentinianus Placidiæ filius, & Theodofij gener(nam Eudoxiam filia eius, quam ei Eudocia genuerat, in matrimonio habuit) Occidétalis imperij habenas obtines, haudqua-

quam à sanis ecclessæ dogmatibus desciuit, verioris pietatis atq; religionis acer sectator. Quòd autem in consuetudine & vita quotidiana nullum certum seruaret modum, multisque vteretur impostoribus, atque incantationibus gauderet, & aliis eiuscemodi vitiis transuersim ageretur, non so lùm Britaniam, Hispaniam & Gallias, quæ imperio eius ademptæ fuerant, recuperare non potuit:sed Libyam etiam omnem & Aphrica perdi-

ngù ag ây µ & ziav.

Reformidat Synesius.

† nanođalµe vo- duyosa-Alb Tire. \* 7484 🏞 BLASVIEV JA wellen.

T KAT' BIKOVA Him bos est. per dispensa tionë, Ecclesia se quădoq; tepooribue ccommodat \* Tઈક પ્રવાદઈ**ર** TA TERREN के जार्ने निवद

Valetinian terties ortho Is Osciderale imperium omue, Lialis enceptu;4muii.

Bonifacion dux Libya Occidentalio prafettm. Li tanquam perduelle rem apad iperatore per caliinism ab Actio duce defertur. Idem Action delatione tali sella, Boni facië, ne ex puncia rene casus dece dat,clam lite ru admonet. Barbara gëses ad । हींगर्छ consedere. Gotthi, Vif-Segotthi, Ge pides, V ädali, nomine fo lo difidetes.

a Gotthi da dū Arieni.

b Lögobardi Abares.

Migratio tiñ ab Ijtro.

Theaderich\* Gotthu. Germanier Frāci ÿdem. \* Alÿ Madogijalnom vo Bonifaciusse Hifpania .†AlÿGize gicham no-Vandali es Hispania in Aphrica traf eunt,camque occupant.

A dit, quindecimo imperij sui anno, ob causam huiusmodi. Duo belli duces Costantinopoli fuerut, Bonifacius & Aetius: quos Theodosius imperator ad Valétinianum, qui hoc petierat, misit. Quu autem Bonifacio Occidétalis Libya prouincia obtigisset. Açtius id æquo animo ferre no potuit: sed ipuidiæ stimulis actus, calumniam adversus eum concinnauit, ad rebellionem eum spectare, imperatoribusq, parum fidum esse, criminatus. Hoc sic clam apud imperatoris matrem Placidiam, vt puincia ei adimeretut suadens egit. Atque interim etiam longe alia ad illu scripsit: videlicet ne prouincia, si principes eum reuocarét, decederet. Delatum enim eum apud illos esse, necessitatémque illi eam incumbere, vt fraude eorum pereundum sibi esset, affirmauit. Literis talibus Bonifacius acceptis, Aetio, quem sibi verum & fidum amicum esse putabat, credidit: & quauis sæpius ab imperatore renocatus, haudquaquam tamé vt provincia relinqueret, iussionibus eius paruit. Quapropter principes Aetio, tanquam homini fido & beneuo lo, qui dudum hostilem illius animum indicasset, fauerunt, & cum eo cotra Bonifacium dolum texuere. Ea tempestate plurimæ maximæque Gotthice getes, in septentrionali parte ad Istrum passim dispersæ erat. Inter quas præcipuæ quatuor iu dicio ipsaru celebres fuere, Gotthites scilicet, Vissegotthi, Gepides, & Vandali, non alia re quàmno minibus solis inter se dissidétes. Omnes enim lingua vna, & codé viuendi instituto vtebantur, detestandam a Arij doctrina sequentes : sicuti in historia Valentis commemorauimus. Hi Honorio & Arcadio imperantibus. Danubiŭ transgressi, in finibus Romani Orientalis imperij consederunt. Gepides quidé, qui in duos populos diuisi sunt, b Longobardos & Abares, oram cam que ad Singidonem & Sirmium est, incoluere: Vissegotthi autem, Alaricho, de quo suprà diximus, duce, Romã & Italiam populati, atq; in Galliam inde profe&i, cùm omnia illhic in potestatem suam redegerut, tum Constantinu Britaniæ tyrannum occiderunt. Potrò Gotthi, qui antea Pannoniam, eíque circuquaque vicina loca occupauerant, Theodosij iu-C nioris decimunonum annu imperantis permissu, in finitima Thraciæ regione habitarunt. Atq, vbi isthic annos quinquaginta octo transegere. Zenone Romanum imperium administrante, atque iubente, Theuderichi principis eorū du&u inde traf euntes, Occidentale occuparunt imperium. Vandali verò Alanis sibi & Germanis, qui nunc Franci dicuntur, coniun cis, \* Gongidisclum ducem tum habentes,amnem Rhenum transierut, atque in Hispania sedes fixerut: quæ prima ab Hesperio Oceano Europæ regio est. Bonifacius igitur Occidentalem Libyam obtinens, vbi quæ contra eum Aruerentur intellexit, profectus in de fretum traie cit, atque in Hispania cum Vadalis fuit: & & Gongidisclus vica defunctus fuerat, filios eius Gontarem & + Genserichű, qui paternum regnum administrabant, ve comuniter secum bellum gererent, hortatus est: Hesperiam Libyam eis se datu rum pollicitus, in tres ita divisam partes, vt cuique eorum pars vna sorte cederet. Siue autem ob hac, seualiam ob causam bellü motum est, frater certè vterque se ci coniunxit, & ciusmodi societatis

conditionibus acceptis, Vandali freto trasmisso, D ex Hilpania in Aphrica venere: eamque ab Oceano iplo ad Tripolim vlq;in ditionem sua redegere. Cæterű illis digressis, e Vissegotthi ex Gallia in Hispaniam profecti, eam cepere: postea verò Gal liam etiam tursus occupanere. d In senatu imperiali Bonifacij amici quidam dolum Aetij, quem aduersus illum struxerat, Placidiæ & Valentiniano indicarunt, epistolám que illam ad Bonifacium ab eo scriptam exhibuere. Illi ad tantam fraudem & improbitatem Aetij consternati, apud illum quidem se quicquam eius rei scire dissimularut: e ad Bonifacium verò iusiurandum in scriptum relatum, quo 🖈 iniuriarum præteritarum omniū obliuionem induxerút, misere. Interea Gontare mor tuo, Vandalorum regnum ad vnum Géserichum peruenit. Bonifacius imperatoris iuramento recepto, bellű Vandalis intulit. Nam exercitus ingens Roma simul & Byzantio, Aspare duce, qui Bonifa cio auxiliu ferret, missus fuerat. Et pugna forti comissa, victoria Vandalis fauit: & Romani deuicti fuga saluti suz consuluere. Bonifacius autem cum E Atpare & aliis qui se fugæ commiserant, Romam saluus peruenit, atque ibi coceptam de se suspicionem diluit. At Libya, quæ & Aphrica dicitur, omnis in potestate Vandalorum fuit: Gensericho solo, quemadmodum dictum est, regnum apud cos obtinente. Ita à Vandalis Aphrica occupata est.

CAPVT LYII.

Enserichus, vbi Vádali ad tantas vires peruenere, & tantum terre atque maris sibi subiecere, regé le primus renunciauit: & nó veterem solum, sed & nouam ip-sam Romam, & qui ei impera-

uit Theodolium afflixit. Theodolius insolentem barbarorum audaciam non ferens, classem maximam mille centum & septuaginta nauium instru xit, eique Areobindum & Germanum præstantissimos belli duces præfecit: qui quum in Sicilia essent, Genserichus sibi metuens, ad Theodosium legatos, qui de pace cum eo agerent, misit: D & classis Aphricam præternauigauit, quid imperator faciendum statueret, expectans, Verum cu necessitas alia superuenisset, Theodosius pacem cum Gensericho fecir, & classem retrocedere iussit. Attillas enim Gotthus ex Gepidum gente origine ducens, Numedij filius, apud quem Hunnorum imperium erat, cum multorum millium exercitu simul contra vtrumque imperium bellum mouit, expeditione & impetu incredibili & veterem & nouam Romam potestati suz subiice re aggressus. Et quòd vir fortis & confidens admodum esser, Thraciam ingressus vastauit : vrbibúlg; omnibus que vel maritimæ, vel incotinenti sitz essent, subactis, ad Athyram amné vsque om-

"Genferichm in Aphrica Carthaginem & robes aliae expu guanie: Hipponem quoque regium objedie. Obsidione eius mense tertio dinus Augustinum eius ciuitatu episcopus, Denno precatus, rt vel vrbem Hipponensem arumna expugnationis liberares : vel si hot non sieres, è vinorum se numero eximeres : atatis septuagesimo sexto anno, clericatus quadragosimo, in Christo obdorminis. L'anim Discours.

LALÖY, e Bonifacius imperatori co COLIATOS PTAlium cũ Ga ferube comit IH, & 718-

c Vissogotthi

fimul a Gal

liam obtimes.

d April im

peratori Va

Ady dolas

adversim Bo-

orfacium de-

\* àpresiqu

tegitur.

H·jj an

Genferichus regë Apbrica se nome

Numerofisi

man classes Theodos ad merfus Gen fer ich www mittit. Arcobind", Germanus, daßu prafe-Øi. Attile Hi

क्रमार्थे रस्तुम स्त pediteo adner . Justerungue Rosimperii.

Geoferiches

materes de pace facieda ad Throdofiö mittit. Omnia castella 👉 ciul tales in polestatë redigës prater Adria nopolim & Heraclean Diacon.

Theodofi' pa ce ab Assila auro redemia eidēģ; tributum pendit. Actius colva Attilä Then derichii Gata thum fibico iungit. Attilates. Item Theude riches. a Incampia Catalaunicie fine Gettala nicu. Eguat. Aliter bee ab alijs hifto ricis comunemorantur.

\* Hersey 6-

Theodofy w Eloria d Perfis.

Aresbindes Gotthus Ar dazenë Permachia vicit. † igræme NE TYPE ALV. Cyr<sup>9</sup>et Clau dian' poeta. Sub boc pricipe Venetia medüs in 4quu habitaricapia. Egnat. Samma pra fectura. Prafeliura Theodosÿ Brottera

A nia depopulatus est. Aduersus quem, cum copiis non ponitendis Theodosius Asparem & Areobindum misit. Postquam autem Attilas quotidie viribus validior factus est, Theodosius ei sexies mille auri libras, ve dicionis soæ finibus excederer, se daturum, atque insuper mille minarum stipendium annuum pensurum esse pollicitus est, si decorterò sorre sua contentus quietusque esser. Ille auto eo accepto, Thraciam reliquit. Vbi autem vi magna in fines veteris Romæ irrupit, Aetius, que antea diximus, primum Romæ dignitatis locum tenens, & barbari insolentia non ferens, ad Theuderichum Galliam administrantem, quanuis Romanis pro eo atque suprà diximus, inimicum, se contulit: magnisque & variis promissis barbaro persuasir, vt ingentes vires suas cu copiis suis coniungeret. Itaque ex improuiso Attilam vitra Danubium castra habente aggressus,ingentem a cædem fecit, multaque hominum millia interemit. Vbi etiam + Attillas hasta confossus interiit, sicuti & iple Theuderichus sagitta ictus occubuit. Ita ope diuina co tempore & vetus & noua Roma Gotthorum impressione liberata est. Et Genserichus \* solus nationibus eis imperauir. Verùmenimuerò plurimi quoque alij motus sub Theodosio in Oriente & Occidéte extitere, quos terrestribus & naualibus copiis oppressit. A Persis quoque magnam illam quam retulimus repot tauit victoriam : quibus etiam quum legationem ad se misssent, pacem concessit. Quo bello Ardazanes Persa & Areobindus Gotthus singulari certamine congressi, prælium diremere: & Gotthus Persam in æquo campo + equo insidentem & cataphractum vicit, & occidit. La pax ad longum durauit tempus, víque ad duodecimum vi-delicet imperij Anastasij annum. De quibus rebus cùm multi alij scripserunt, tum eleganter eas in compendium redegit 🖈 Eustathius Epiphaniensis Syrus, qui etiam Amidæ expugnationé descripsit. quo tempore Claudianus & Cyrus poëte floruere. Cyrum verò fama est summum etiam præfecturæ honorem gessisse, qui præfectus aulæ antea dictus erat,&Occidentalium copiarum dux fuerat, Carthagine à Vandalis capta, quum Genserichus barbaros eos regerer. Plurima porrò & magnifica ædificia in vrbe imperante & alibi imperator iste construxit, & Alexandriz maximum

† Certamen & preliam hoc, cuiau post hominam memoriam simile nullum reparitur circiter nonam dies horam captum est. Et revinque centum octoginta millia hominum cecidere, Gatthorum re ge case, & Attila sugato. Romani Actio duce vicere. Diacon. Attilas deinde viribus recuperatu, Aquileiam expuguanit, Honoriam V alentiniani germanam vxorem fibi dari poftulanit. Atque insuper aliam Ildiconem nomine duxit: nouisque nuptijs erapula & rino indulgens, in Paunonijs mortum est , Caf. Diac.

templum erexit.

Eustathine Epiphanicusis compondium, sue Epstomen Chronicam nomm tomic condidit, ab Acnea 15que ad Anastossum imperatorem. Suid.

CAPPT LYIII.



T quú obitus eius appropinqua- D ret, Ephelum venit, diuum loan-nem illum cœlibem & euangeli-stam honoraturus: templumque illius ingressus, orationi sese de-didit: in qua etiam, quis ei in im-

perio Romano successurº esfet edoceri se à Deo pe tiit.Quod vbi per visionem ei Deus ostendit, Co stantinopolim rediit. Nec ita multo post exercitu ex bello adueríus Attilā gesto,reuerso, vrbe egref sus est, vt equitatione & venatione se recrearet. Atque inter equitandum equo delapsus, a spinæ vertebram luxauit. Quapropter lectica in vibem relatus est. Atque vbi se morituru esse sensit, cum Pulcheria sorore secretò ad se euocata, de Martiano b Tribunitio loquutus est: Deo gratum placitúmque esse dices, vt ille post se Romanam admi nistraret ditionem. Et ille quidem quu hæc dixisset, mortuus est. Nondű autem imperatoris morte comperta, Pulcheria Mattianum accersit, viru prudentia & gravitate morŭ præclarum, & fenio iam veneradum,& consilio de imperij successio- E ne cum eo comunicato: Te, inquit, ego ex fenatu omni præ cæteris imperio dignú iudico. Proinde iurisiurandi religione interposita, te vitæ & potestati, maxime aute virginitati mex, quam à prima adolescentia Deo consecraui, nó insidiaturu esse, imperium iplum cape.Postquă ille quod Augusta volebat peregit, patriarcha Anatolio, qui Flauia no successerat, & senatoribus couocatis ad Septi. mum, statim eŭ imperatoré creauit. Theodosius autem postea mox in paterno c monumento Ro mani lapidis repositus est, in dextra sublimi san-Aorum Apostolorú templi porticu: in qua porticu, eodémq; lapide, pater quoque Arcadius, & ma ter Eudoxia, necnon auus Theodolius siti sunt. In finistra autem quæ ex aduerso est porticu sacri eius templi, louinianus iacet. Mortuus est imperator Theodosius, annos quinquaginta & vnum na tus: ex quibus quadraginta & duos maxima cum pietate imperauit, ita vt vitam iple & administrationem suam tanquam imperij formam posteritati reliquerit. Coplectitur decimus quartus iste libet annos quadraginta duos, quum à mundo co dito quinquies d millesimus noningétessmus sexagelimulquintus, à divina autem Domini nativitate quadringentelimus & sexagesimus ageretur

Per revelatione diuina Theod fine ∫wccc∏oyem Swum videt.

a the wepite c woodu λορ ₩λίቭιται,

b kmb mi\_ Boirwy.

Theodofins & Tevalione equo aciabilae moruur. Pu'chersa de volusateThe odojý moriturs Martia nü smoperato Të renunciat. Anatolous patriarcha Flamanı suc ¢o∬or.

c ly hilly jos. Maie.

Libri istim Annui. d Secondum Best.4434

#### DIVAE ANAS,TASIAE HISTORIA: EPISTOLA ANAstasiæ Martyris ad Chrysogonum.

Ancto Christi cofessori Chrysogono, Anasta-Sha falutem.Etiamfi quam maxime pater meus simulacra coluit, mater tamé Flavia per vitam fuam omnem Christiana, simulatque me in lucem protulit, Christianam etiam fecit. Post obitú autem cius viro importunissimo sum consuncta. Cuius coiugium tandem gratia Dei effugi, quum diu noctúque Christű obsecrassem, ve me ab impuro idolorum cultore liberaret. Is sanè deinde Substantiam meam omnem cum idololatris, alisse que execrandis hominibus consumpsit, & me táquam veneficam & sacrilegam in grauissimum çoiecit carcerem: in quo téporanea hæc mihi vita A disperijt, neque quidquam præter animam reliquum est. Quapropter, vt cum bona Dei spe moriar, precor. Et quanuis in cofessione Christimei glorier, valde tamen mihi dolet, imputum illum bona mea, quæ seruis Dei, ita vt optabam, donata oportuit, dæmonű cultoribus impendere. Itaque te samule Christi Dei oro, vt etia atque etia Deu pro me obsecres, vt siquidem hoc sic constituit Deus, in Christum Publius vir meus credat. Sin minus, vt ille quidem in errore suo percat, ego au tem ab co liberer. Melius nanq; mihi fuerit vt mo riar, quam vt filium Dei abnegem, & credentibus in eum offendiculo sim. Ipsum autem omnipotétem Christum testem inuoco, quum à seductione & fraude hac liberata fuero, me sedulò & costan ter cum sanctis couersaturam, & curam illorum, ita vt cœperam, ad finem víque gesturam esse. Vale serue Dei, mei memor.

# Chrysogonus Anastassa salutem.

Aboráti tibi in vitæ huius procellis, qui in flu &ibus ambulauit, auxiliū ferat, vt diaboli vim verbo eius opprimas. Magno ergo animo, vt quæ in medio mari verseris, Christo, vt te visitet, crede:atq; ad te ipsam conuersa, vnà cum prophe ta exclama, dicente, Vt quid tristis es anima mea, &c.Duplicata enim Dei gratiæ vis tibi exhibebitur. Nam & temporalia hæc exuberabunt,& cœlestia adiicientur. Deus autem eos auersatur, qui eum de bonis non compellant. Siquidem gratia eius tenuis non est. Caue verò illud te perturbet, quòd piè tibi in Christo viueti, contrà quàm speraris, res eueniant. Non enim in errorem seducit, sed te explorat Christus. Neq; certa est ab hominibus opitulatio, sicuti tu existimas, Scriptura dicente: Maledictus homo qui confidit in homine, & benedictus qui sperat in Deo. Facigitur generosè, vigilanter, & prouide lapsum peccatumque omne essugias, & cosolationem à Deo implores: cuius madata serua. Iam enim tibi salutis tépusaduenier, & perinde atq; in nocte caliginosa, preclara lux Dei illucescet, atque post tépestaté tépus læ tum & serenum atridebit: & sicuti omnibus aliis, qui propter Deum affliguntur, temporalem tibi præbebit patiétiam, per quam sempiternam perci pies mercedem. Vale in Domino, & pro me ora.

# Chrysogono confessori Christi, Anastasia salutem.

Vandoquidem finis adest corpori meo, ora pro me, vt ille animam meam suscipiat, propter quem afsiliationes istas perfero. Vale.

# Ancilla Dei Anastasia Chrysogonus.

Atis manifestum est, lucem abscondere tene-Sbras: sic etiam post infirmitaté aduenit salus, & post mortem vita dignis conceditur. Eun dem fanè & fecundæ & aduerfe humanorum negotiorum res habent finem, vt scilicet neque humiles ad mærorem se deiiciát, neque superbi gloriantes efferantur. V num nanque est mare, in quo corporis nostri decurrut navigia, atque ea ab vno gubernantur rectore. Quorum igitur naues carinis firmis probè munitæ sunt, nullo detrimento curlum per vndas tenent. Infirmæ autem etiá absque fluctibus cœlo traquilio periculum incurrut. No longe enim à pernicie & interitu absunt, que ad salutis portum non contendunt. At tu codemnationis expers ancilla Dei, tota anima tua cruce conferua, ac te ipsam ad salutem para, vt in Marty rum Christi numerum referaris. Vale.

# QVINDECIMI TOMI CAPITA.

De Marciani imperio. Qua signa pracesserint, imperiu ei portendentia: quibusque u fuerit moribus.

Quibm de causis sancta universalu Synodus quarta, Chalcedone in Bithynia sit coacta.

Descriptio templi sancta & celebris martyris Euphemia, quod Chalcedone à primis fundamentis est constructum.

Atta Synodi: & wt episcopatus Dioscoro, eiúsque setatoribus abrogatus sit.

De miraculo quod ad monumentum fancta Euphemia accidit, super decisione duplicis fidei decreti orthodoxorum & hareticorum.

6 Decretum fidei sancta vniuersalis quarta Synodi.

7 De reliquis rebus, quas Synodus statust.

B De seditione Alexandria, propter Protery successoria Dioscori electionem coorta.

9 Pt in Palestina quoque seditio extiterit, à Theodosio quodam monacho excitata : qui etiam Hierosolymorum inuasit sedem, Iuuenali expulso en qua sub eo acciderint. Item de Athanasio diacono confessore.

De fame simul & peste, qua cinitatibu Orientalibus incesserunt: & vt sua sponte terra anno sequente fru ges protulerit.

De Valentiniani cade qui Occidetalibm imperant: 69 de Eudoxia coninge eins, liberisque eins dem Et vt Ge ferichm vrbem Roma ceperit. I tem de en qui post Va-

lentinianum per successione Roma imperarunt. Vi imperatrix Endocia Pulcheria Augusta sit conci-11 liata. Co de inniore Endocia, Endocia filia.

Pt procuratione & arte Pulcheria, Eudocia fanctam 19 quartam approbarit finodum, perfuafione Symeoniu Stylita fine Columella & magni Euthymy indueta.

De pijs Pulcheria Augusta operibut. The de tribus qua the maxima Dei genitrici construxit templis: uno, fantii loculi, in arario foro: altero, quod od uro, pid est via ducum dicitur: tertio, cui nomen Blacherna. Et qua memoria prodiderit Iuuenalis de fantia obdormitione santiisma Dei genitricu, déque eins de fascijs sepulchralibus.

De obitu Pulcheria & Marciani : & vt post eum Les 15 magnus Romanorum imperator sit promulgatus.

Vt rursus Alexandria seditione orta, ab eu qui non 16
assentiebantur santia quarta synodi decretu, Proterius Alexandria episcopus occisus sit, & per vrbem pedibus trattus, instinctus & dolo Timothei Aoluri, qui episcopalem sedem occupanit. Et vt isto à
Leone pio expulso, Alexandrini alium Timotheum
legerint, cognomento Salophaciolum. Et vt Anatolio mortuo, Gennadius sedem Constantinopolitanam
obtinuerit.

Episcoporum & clericorum Aegyptiorum libellus sup 17.

plex, de ecclesiarum suarum rebus, co de Proterio co Timotheo.

18 Epistola Leonio trusulus, hoc est circulario, ad Anatolium & reliquos episcopos, de Synodo Chalcedonensi contra Timotheum Nelurum missa.

19 Qua Leo de sancta quarta Synodo ad omnes vbique mo nachos, er ad ipsum Symeonem Columellam scripserit: er epistola einsdem sancti Symeonn pro cadem Synodo.

20 De borrendo qui sub Leone accidit terramotu, & diluuio, aliisque item orbu calamitatibus : & de puluere qui è cœlo decidit.

21 De Constantinopolitano incendio.

2.2 De fancto Martiano, magno ecclesia Constantinopolitana acconomo. Et de fancto Daniele Columella, alsí que qui tum monastica vita insignes sucrunt.

23 De Gennady patriarcha virtutibus, en de rebui qua te poribui eius prater opinionem en fidem acciderunt admirandu.

24 De venerada sanctissima Dei genitricu veste, vt ea Hie rosolymu allata, in rotundo atque acuminato templo, cui us nomen est Blacherna, sit reposita.

25 De templo sanctissima Dei genitricu ad fontem: & vt

n fons admirando miraculo Leoni oblato repertus sit. Descripto sacritempli, cui Fontu nomen inditu, à Leo- 26 ne conditi.

Vt Leo mille & centum naues contra Genserichum mi 27
ferit, Basilisco coniugn sua Verina fratre classi prafe
eto qui instinctu & consilio Asparu & Ardabury classem bostibus prodidit: Aspare Ardaburius à Zenone I sauro trucidati sint. Quam ob
causam Ariadna Leonis silia in matrimonium du
eta, u gener eius est factus.

De Martyrio Antiocheno episcopo. De Petro Cnapheo, 28
qui primus ter sancto hymno addidit: Qui passus es
pro nobu. Et de successoribus eius, Stephano & Calandione. De caremonis à Cnapheo in ecclesia institu
tu. De Iuuenali & Anastasio & Martyrio, Hierosolymitanis episcopis.

Pt Leo magnus fatis concesserit, Leonem minorem impe 29
ry successorem relinquens. Bt vt paulo post hoc quoque vita defuncto, pater Zeno sily imperium susceperst, diademate ab eo accepto.

Breun & succincta expositio sancta universalis quar- 30 ta synodi actorum, ad finem huius tomi est apposita, ut historia ordo citra confusionem conservaretur.

# ECCLESIASTICAE HI

STORIAE NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVS QVINTYS.

 $C \cdot A P V T I$ 



ARTIANVS
vbi firma Imperij sui fundamen
ta iecit, præstantiorem se, quàm
de eo spes conce
pta fuerat, prebe
re perseuerauit.
Verùm age si videtur de eo, quis
& vnde fuerit, et
quomodo ad im
periŭ perueneit,
referamus. Cele

berrimus Mattianus iste, sicuti & Priscus rhetor inquit, genere Thrax fuit, militati patre genitus. Quo mortuo, qui iple paterna sibi studia sequenda statuisser, Philippopolim se contulit, vbi rectè se nomen militiæ daturum iudicauit. Quum auté in itinere eo esset, in cadaver recens cæsi hominis incidit, quod temerè in terra proiectum iacebat. Restitit ad id paulisper, quòd preter reliqua egregia ornamenta, quibus abunde pollebat, humanitate quoque & misericordia excelleret : & casum hominis miferatus, pro eo atque conuenit, corpus eius sepulturæ mandauit. Vbi autem eum nonnul li in cadauere humando occupatum esse cóspexerunt,magistratibus Philippopolitanis rem ca indi carunt: qui deinde illum adueniétem comprehen derunt, & cædis quæstionem cotra eum instituerunt. Porrò quum res verifimilis esse videretur, & coniecturæ ab initio eius conceptæ, plus g oratio Martiani crimen obiectu negantis, & veritas ipla,

valerent: homicidij ille pænas dedisset,nisi quida C diuino nutu cædis patratorem in iudicium produ xisset:qui capite suo sceleris supplicium pendens, Martiani caput seruauit. Iudicio eo preter opinionem absolutus, ad ordinem ibi militű sacramentű dicturus venit. Atq; illi virum cum effe egregiü ex aspectu & signis pluribus indicantes, perbenignè suscepere, in ordinémq; non postremu militarib legibus legêre, dignitate ei præclara viri cuiusdam iá defuncti, cui Augusti nomé fuerat, cócessa, & no mine eius sic quodamodo in album militu relato Martianus, qui & Augustus. Vt inde satis liqueat vnà cũ appellatione etiam purpura Augusti ad eũ peruenisse:perinde atq; cognome tale in co absq: dignitate ipsa manere noluerit, & rursum dignitas, quoq; non aliud ad magnificentia nomé requireret:ita vt idem in vno coueniens, simul & nomen propriu & cognomé fieret vna videlicet appella- D tione & dignitaté & nomen indicate. Et hoc quide primu omen & indiciú in Martiano fuit, quod eŭ ad imperialem dignitaté conscensuru esse portendit. Accidit auté aliud quoq;, vnde imperaturu eum esse, per coniecturam colligere licuit. Militauit sub Aspare cotra Vadalos Martianus: & postquam illi victoria sunt potiti, ipse quoq, captiuus cum aliis ex acie abductus est. Géserichus Vádalorum dux, captiuos vnà cũ aliis macipiis videre voluit.Atq; vbi in loco quodă cõgregati lunt,iple in sublimiore colle considens, spectaculo tantæ captiuorum multitudinis se oblectauit. Et quum sic tempus extraheretur, illis tum quod quisque vellet facere permissum est. Genserichi enim mandato vinculis soluti erant. Atque alij quidem aliud

Ispptereaca du rem fit.

Sed tandem
percoffore co
porto abfolustur.
Omeo futuri imperi
Mariani,

Martiano
dü in catalogum militü
refectur per
errore quide,
fed no fine fu
tura dignita
tu omine, A u
gußi nomem
tribuitur,

Aspar Rom.dust. Genserichus Vandalus.

Plationu
Philippopo lim petens,in
cadavar hominis paulo
avet cafi incidio, & id
fapilis.

Sepundi fu turi imperij pdigium in Martiano.

Martianm fili Genferi tiz fide ob-Stringit.

Tertiü vaces ітрегій Мат tiano defignans.

Iulian<sup>†</sup> Mat tiani patricÿ

Preclàra Martiani rututes.

Inditia Pal cberia,qua Martic imperatorem legit, ab ombatur.

ecclesiă dißidentë cos gere studes.

fecere: Martianus autem, propter ingentem solis ardorem, in solo concidens somnum cepit. Et aquila alicunde aduolans, alis submissis ex aduerso foli,iuxta perpendiculum volatum instituens, aëream nubem & vmbram quandam fecit, qua illum divino nutu non mediocriter refrigeravit. Id barbarus videns, statim quid futurum de eo esfet, aperte coniecit : & accitum ad fe Martianum, libertatéque donatum, iurisiurandi religione sibi obstrinxit, vt ad Imperialem sublimitatem euectus, sibi & Vandalis sidus esset, neque vng aduertus eos bellum moueret.Id quodMartianus,ficuti ille volebat, iuramento interpolito fecit, fidémque ei re ipla seruauit, sicuti Procopius scribir. Ad hæc, aduersus Persas quoque Martianus iturus, quum in Lycix oppido, cui nomen est Sidena, morbo correptus eller, cum duobus fratribus, viris præclaris, Iuliano & Tatiano, amicitiam summam contraxit: qui etiam domus suæ hospitio exceptum, ita vt par erat, curarunt: & postea venatum cum eo progressi, tempore meridiano somno omnes sunt sopiti. Atque vbi Tatianus pri mum somno excitatus est, spectaculum admirandum vidit : aquilam nimirum ingentem, alas supra Martianum extendentem, & vmbram quodammodo inducentem. la fratri excitato, prodigium id ostendit: & vterque volucris per benignum studium admiratus, Martiano, quod de eo futurum eslet, prædixerunt. Et ab eodem, quónam loco, si id quod divinarent succederet, in aula futuri essent, sciscitati sunt . Ille, se cos patru loco habiturum esse, dixit. Quare illi hominem deinde auro hospitaliter locupletatum, Constantinopolim deduxetűt. Vbi verò omen illud ad rem collatum est, Martianus ex Lycia eos euocatos, pa tricios suos creauit: & Tatiano patriz suz przfe-Auram, Iuliano autem Lyciæ administrationem

C tium penuriam liberalitate sua subleuare posser. Formidabilis etiam maxime habitus est, nó tam exemplis pænarum editis, quàm expectatione & metu suppliciorum. Quæ virtutes fecere, vt non hæreditatis successionem, sed virtutis mercedem Imperium acceperit, senatu ipso & omnibus fortunæ cuiusque hominibus calculis suis Pulcheriæ Augustæsenteiniam comprobátibus. Quæ in aula quidem imperatoria cum eo vixit,& vnà imperium administrauit: cœlebs autem ad senectutem & mortem vsque permansit, Martiano ei fidem per iurifiurandi religionem datam seruante. Postmodum & Valentinianus, qui Romanam vrbem regebat, vbi de virtute eius certior est factus, suffragio suo imperium ei confirmauit. In primis verò illud Martianus studuit, vt vnum & commu nem ab omnibus, sublatis è medio hæresib, Deo offerret cultu, & ecclesia per coniunctionem vnita sententiam & religionem vnam coleret.

concessit. Hæc prodigia Martiani imperium præ-

cessere. At nos ad institutum argumentum re-

uertamur. Martianus, quantum vix alius quis-

quam, verioris erga Deum pietatis iusticizés, cul-

tor fuit : diuitias opésque veras elle putans, li non

studio omni aliena bona corradere, sed indigen-

CAPYT 11.



Oc illum fic animo agitantem, D literis insuper suis Leo Papa ex-citauit, vt in vniuersali concilio, de atroci iniuria quam Eutyches & Dioscorus sidei Christiana & celeberrimo viro Flauiano irro-

gare auli fuillent, inquireretur . Accesserut etiam, quicunque ab illis contumelia affecti fuerant, vr de corum causa iudicaretur petentes: maximè verd ex omnibus Eusebius Dorylzi antistes, solicitatione sua cam rem egit; insidiis Chrysaphij, qui Theodosij iuribus abusus esset,& sibi &Flauiano propterea dignitatem ademptam esse memorando : quòd Chrysaphio Flauianus aurum electionis consecrationisque sax nomine petenti, paupertatem sua prætendens, & illi auariciam a quodammodo exprobrás, facta ecclefiæ vafa obtulifset. Adiecit is illud quoque, Chrysaphium eadem cum Eutychete coplecti religionem. Et quod maximum esset, Flauianum à Dioscoro crudelem in modum predatorio consessu ciectú, calcibus proculcatum,& enectum esse. Earum rerum gratia E imperatorum literis, locorum omnium epilcopis conuocatis, synodus Chalcedone est coacta, quæ quidem primű Nicææ conuenerat: quò etiam Ro manæ vrbis episcopus Leo, per Pascasini & Lucetij b & aliorum ministerium, literas miserat. Sed ea Chalcedonem Bithyniæ est trapslata, quòd imperator iple synodo es adesse vellet, magnu Constantinu imitatus: cum quo quam maxime de glo ria concertans, sacrum illum couentum duplicauit, pro trecentis decem & octo, sexcentis triginta Tex patribus coactis. Zacharias quidé Rhetor affe Ctione adductus, Nestorium quoque ad cocilium hoc vocatum esse scribit. Sed quòd aliter se res ha beat, illud clarissime indicat, quod vbique fere à synodo anathemate mactatus fuerit. Et apertius etiam hoc ostédit Eustathius Beryti episcopus, ad Ioannem episcopum,&alterum Ioannem presby terũ de fynodi actis fcribens, in quibus literis hæc etiam verba sunt : Prodicrunt verò illi denuò, qui Nestorij e reliquias quærunt, & aduersus synodu " vociferati sunt: Quam ob causam viri sancti ana- " themate feriuntur?adeò vt indignatus imperator, F satellires illos longe reiicere iuserie. Quomodo " igitur synodus eum euocarit, cuius defuncti reli- \* quias illi quæsiuerunt, colligere nequeo.

# CAPVT



Ynodus postquam Chalcedonem peruenit, in sacro Euphemiæ martyris inclytæ fano coacta est, quod Chalcedone constructum est, & duobus maxime stadiis à Bosporo abest, in lo

co peramœno & molliter accliui situm, ita ve ambulationis laborem, qui in martyris templum ascendere vult, non sentiat, & facile statim in bafilicam eam veniat: & ex edito loco oculos circuagens, subiectum campum omnem herba tenera virescentem, altoque frugum prouentu flu-Chuantem, & omnis generis consitas arbores habentem, adhæc colles pulchrè se in sublime attollentes, & nonnullos sensim sese incuruantes densamque comam prætendentes cernat.occutrant etiam illi variç maris vndæ, aliæ quidem

Plin. Dai-46.5.64.29.

a Arde ingra

Synod Chal ce domentis. Leons Ro. episcopi man b Et Bonifs cy presbytai Engy Ub. 2,649.4.

636. Patres in cencilio fuere. Ali essen esse

Nefterin d að interfuit. STR ASSES

Dine En er loss c

Enagr.lib.2 64.3.

Intelligit w beno Constă sinopolime, anim ərbir Chalcedon quafi fuburnu vicu eft.De que Plin. 46.6. cap. vis. Chalcedoo libera, Proceraftis antè dilla,dein Compusa, poftes Сасоты орро dum,quèd lo am digare vescissient, sep tem stadia diftente By-Zantio, tanto feliciere nibes mo du fede. † Tis play-**રાજુલ કેલેઈલા** 

ad sopulchrib sansta Evphomia edi-

Mirocula

Olesm in d ångı-عنباسعوال A paulatim serenitate & tranquillitate purpurea resonantes, placidéque & suauiter littori colludentes:quædam autem strepentes fluctibus & tumescentes, astu verò ipso concharum testas, algas & quascunque alias res leues circumuoluentes,&facilitate plurima collidentes. Templu verò ipsum è regione vrbi constructum, ita iacet, vt ex situ ipso colligere facile sit, vrbis tante aspectu id conspi cuum amœnumque esse. Tribus auté ingentibus structuris ades hac facra distincta est: quarum y+ na hypęthra & fubdialis aula est, in magnam longitudinem extensa, & frequentibus columnis ornata: secuda æqualem cum illa habet, paucioribus tamen columnis, amplitudinem & longitudiné, vna hac re ab illa varians, quòd tecto è coctili latere contecta est. Ad cuius Boreale latus, qua parte sol oritur,ædes rotundior erecha est,multa arte elaborata, columnis & ipsa materiæ magnitudinis & coloris eiusdem, veluti in choro in circuli formam stantibus, templi interioris partem coho nestans. Super quibus porticus sublimis eade sub testudine constructa est, vbi cuiuis diuinæ rei mysticisque sacris adesse, atque etiam ad Orientem converso + precationem ad Martyrem ipsam facere licer. Intra portică ipsam sacrarium aliud est longe pulcherrimum, vbi martyr posita est, in tumulo longiore, quem nonnulli etiam Logum vocant, argento arte diffuso pulchrè admodum ex omni parte inclusum,& ad pręcipuam pulchritudiné redactum. Cæterùm quæ olim semper martyr ea ediderit miracula, Christianis omnibus con stat. Loci namque eius persape episcopu, in somnis sese ei exhibens, aut alium etiam quempiam præclarè vitam agentem, obiter templum eius ingressum, ve miraculorum talium fructum percipe rent, est cohortata. Quod vbi in vrbe Constantinopolitana innotuit, vniuerlæ ed populi turbæ sunt profectæ:ipse etiam Imperator, & qui sacras ecclessarum habenas regunt, quique honores & magistratus alios in republica gerunt, vt quæ ibi peragerentur, viderent. Atque etiam inspectantibus omnibus, episcopus Constantinopolitanus cum sacerdotibus suis templum id, vbi martyris corpus repositum est, visit. In tumuli læuo latere fenestella quedam admiranda est, operculo quàm maxime obsirmata, per quod ferramentum longiusculum, cui in extrema parte spongia alligata esser, immittebant, spongiamque ipsam in sacrofanctis martyris reliquiis obuolută,&guttis cruore illius delibutis refertam, extrahebant. Hanc vbi plebs conspexisset, homines statim in terram inclinati, vociferatione maxima Deum honorabant, miraculoque eo stupefacti manus sustollebant. Tantus auté inde profluxit vbertim humor, vt non solum Imperatores & episcopi, populusque qui ibi congregari folitus fuit, affatim eo perfruerentur, verumetiam quócunque quiuis vellet locoru de eo aliquid secum auferret. Neque guttæ tempore ipso desecere, neque dininus ille sanguis aliqua ex parte mutatus est, sed is semper colorem suum summè rubrú conservauit.Facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, sed pro eo atque episcopi ipsius vitæ moruque sanctitas ferret. Sic enim fertur, quum is qui ecclessam gubernaret, præclare viueret, & virtute exornatus esset,

frequentius miraculum hoc exhibitum esse. Quu

autem antistes sacroru talis non esset, rarius eam D rem tam admirandam, nec tam facile à martyre procesisse. Hoc sic factum esse noui . Sedenim & neq; dies neq; tépus vllu intercipit, sed perpetuò omnibus fidelibus simul & infidelibus affluit & accedit, id nunc dica. Si quis in sacrarium id, vbi tumulus, & sancta martyris reliquia perinde atque thesaurus núc repositz sunt, veniat, odor immensus & naturæ captum, odoresq; omnes quos ars humana conficit, supergrediens, ad eum perfertur. Eum siquide qui ex prato versicolore colligitur, longè superat : nequo alicui eorum similis est qui ex bene olentissimis rebus profluit. Tum autem neque ei par est, quem vnguentarius odoribus suauibus ad certum modum temperatis miscer: verum multis modis qui inde redditur przstantior est, vim & potestatem eius à qua redundat declarans.

## CAPYT 1111.



N hoc facro martyris delubro, qua E ex Nicæa transiisse diximus, cont gregata est synodus, trigesimo ater tia synodo, a mundo autem condito quinquies millesimo noningen-

telimo & lexagelimo lexto anno.In dextra templi parte Romani, Byzantij, & Antiocheni: in sinistra, Alexadrini & Hierosolymitani: medio autem inter hos loco Principes & Senatores consedere. Et quum ea quæ Eutyches Constantinopoli & Dioscorus Ephesi nouandarum rerum studio designauerant, in medium producta essent, Dioscorus ad terum actarum ignorantiam, qua se excusabat, cofugit. Et quòd obiecta sibi crimina esfugere nequirer, animi dubius fuit: Vbi verò veritate in apertum prolata,necefsitatem apertá causæ dicendæ declinare non potuit (nam qui in predatoria illa synodo ei assederant, eum redarguerunt, dolumque eius & illatam fibi per Imperiales minas vim & necessitatem ostenderunt) in ruborem magnum & probrum coniectus est. Atque equidem qui violentiz eius administri fuerant, venia petita in gratiam sunt recepti, & ex si- F falla. nistro in dextru latus transiere, quoru vnus Iuuenalis Hierosolymitanus fuit . Dioscorus autem, p aliud ex alio ei obiiceretur crimen, quum veniam à iustis illis iudicibus consequi non posset, in synodum venire supersedit . Postquam verò Synodus canonem fequuta,ter illum citauit,& ipfe di-Co audiens non fuit, communibus omnium fuffragiis, ipso Deiamante Imperatore præsente,& iplum & Eutychetem exautorauit, & anathemate ingulauit. Deinde decreta sanctarum vniuersalium synodorum, stabiliendæ sidei gratia edita, eius videlicet quæ Nicææ,& Constantinopoli,& Epheli primum coacta est, confirmarunt. Tertio

† \* Et ipfa concilia, qua per singulas regiones vel pronincias fiunt plenariorum conciliorum autoritati, qua siunt ex vinuerso or-be Christiano, sine vilis ambagib su cedere ipsas; planaria sade prio-ra posterioribus emendari, cum aliquo experimento rorum aperitur qued clanfum erat, & cognescieur qued latebat, sine vilo typho sacrilega superbia, sine vlla inflata ceruice arrogantia, sine vlla contentione liuida inuidia, cum fancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana, Aug. de baptismo, centr. Donatist.lib. 2. cap .3.

S iiij

Odor ad me marnent am einsdem mul to optimus.

Synodi in të sessus.

† \*

Diescorne -lexan drinau wan bene flat.

Iovenali Hierofolymitano culpam deprecanti gratia


Diescorin propier con-& Eusyches dammasını. Allafyno di Chalcedonevsis.

Libelius Leo nu Rom Pontificia CAN BORO dofies. Idem Euty chetem & Diescorum pramdicio Juo in coacilio Rom. Leonis ad Imperatore Martianii 🖝 conciliă Chaledonese scriptum. W#elves fifáskop.

porrò consessu admirandi Cyrilli ad Nestorium datas epistolas in sua retulerunt acta: quibus epistolam etiam Leonis Papæ ad divinum Flavianu, & libellum insuper quem idem Leo ad synodum & Imperatorem Martianum dederat,columnam orthodoxiz scu rectz fidei appellatum, coniunxere. Leo namque iste rebus Eutychetis & Dioscori cognitis, prouincialem synodum Rome coegerat, in qua vtrumque, & cos præterea qui illoru lequeretur opinionem, reiecit:actaque eius concilio Chalcedonensi & Imperatori miserat, videlicer vt eos iplos qui confusionem commixtionémque duarum Christi naturarum inducerent, illico citra prætextum & exceptionem omnem damnarent. Exhortatus quoque fuerat, doctrinis hisce adificari & stabiliri ecclesias docens, si homines scirét vnum Christum subsistentia Deum esse perfectum,patri& eundem hominem perfechum nobis consubstantialem, ita vt in ipso citra commissionem, citra mutationem, citra alterationem,& citra confusionem, duz nature divinitatis & humanitatis vnitæ, quæ scilicet in eo cognoscuntur, & in co verè sunt, considerentur.

9 \* Epistola beati Leonin Papa ad Flanianum Episcoph Con-Rancinopolitanum tentum aut ruum iota si quisquam idiota disputaverit. & cam non in omnibus venerabiliter acceperit , anathema sis.Gelas.Papa dist.15.Santia Rom.ecclesia.

CAPVT V.



Vum autem ea de re disputatio magna excitata esfet, (inexpugna bilis naque & contentionis maximè studiosa improbitas est)spi ritui sancto & egregiis illis qui convenerant viris placuit, vt de-

uersiæ iudicium atque decisio laudatissimæ martyri & virgini Euphemiz committeretur . A maioribus illa suis,ciuis & alumna vrbis Chalcedonensisfuit. Sub impio autem Diocletiano, pro detestandi cuiusdam præsidis tribunali consistens, Christum Deum esse & Dei filium clara voce deprædicauit. Quapropter plurimis primum cruciatibus excarnificata & bestiis tandem obiecta, vrsaque morsu enecla, certamine pro Christo peracto, coronam recepit: & divinum corpus eius integrum atque incorruptum asseruatum apud ecclesiam Chalcedonensem marmoreo tumulo repolitum est, talia edens prodigia, qualia paulo antè commemorauimus. Itaque immaculato & facro corpori eius veluti fincero fudici, orthodoxi & rectam lententiam obtinentes, limul & qui aliter opinarentur, fidei suz arbitrium committen tes, vtrique seorsim fidei formulam in libellum suum relatam, & chartam vtramque clausulis atque sigillis obfirmatam, ad martyris pedes deposucre. Et nocte proxima precationibus columpta, postridie venerunt, & monumenti operculo remoto, spectaculum nouum rectoque iudicio dignum colpexere. Nam orthodoxorum receque sentientium libellus perquam tenaciter victricis illius martyris manibus continebatur:alter autem tanquam res vana & nullius precij, temere ad pe-des illius proiectus iacebat. Posteaqua verò post cœlestem hunc calculum adhuc impudentia contra veriorem fidem pugnaret, condemnatio am- D plius etiam vt valde legitima confirmata est:& qui decretis Synodi consentire noluerunt, ij ignominiam & probrum, à Deo & hominibus sunt consequuti. Hæresis ipsius dux Gangram exul abductus est. Qui autem à Dioscoro condemnati proscriptique fuerant, de Synodi sententia & Imperatoris consensu reuocati sunt. Atque vbi alia etia pleraque acta sunt, decretum Synodus hisce conceptum verbis promulgauit.

CAPYT YI.



Ominus & saluator noster Iesus » Christus, fidei doctrinam disci- " pulis confirmans:Pacem,inquit, ... meam do vobis, pacem mea re-linquo vobis. Vi nemo à veræ s pietatis dogmatibus dissonet, sed so

iciique in has.C.de ha ret. dr Ma wich. Senatulou. falsum Con cily Chalcodenenfis.

L. que

o claric. L.

heretically

ex æquo omnes veritatis docrinam predicent.Et » postea sancto Niczno symbolo, & centum atque » quinquaginta sanctorum patrum decreto lecto, E intulerunt: Satis igitur ad perfectam veræ pietatis ... cognitionem & confirmationem est, sapienter » conceptum & salutare istud divinæ gratiæ symbo " lum. De patre etenim & filio & spiritu sancto ab- 30 solutam doctrinam cotinet,&'inhumanationem ... Domini cum fide eam recipientibus astruit. Quá- » doquidem auté veritatis inimici, qui abolere per » hæreses suas prædicationem contendut, inanilo- " quentia peperere: & nonnulli sacrosancam Do- » mini nostra gratia susceptam + administratione " adulterare, & vocé hanc horókos Dei genitrix per- " negare ausi sunt: aliqui verò confusionem mix- » tionemque inducentes, vnam esse carnis & diui- " nitatis naturam considerate fingunt, divinamque " vnigeniti naturam per confusionem perpessioni " obnoxiam prodigiose asserunt: hec ipsa nunc san- 20 🕰 a & magna vniuerfalis Synodus, omně illis frau " dem & machinationem aduerlus veritatem præ- " cludere volens, & integritaté firmitatemque vete " ris doctrinæ vindicas, in primis statuit, vr sanctorum trecentorum patrum fides inuiolata constet. Deinde & corum qui in vrbe Imperante aduersus Spiritus sancti hostes posterioribus temporibus " convenerunt, centum quinquaginta patrum, de " Spiritus essentia doctrinam, autoritate sua confirmat: quam illi patres omnibus notam esse volue- " runt, non vt aliquid quod maioribus ignotum fuisset, inducerent, sed ve spiritus sancti natură, quedam de illius \* potestate obtinere volentes, testimoniis in scriptum relatis, clarius promulgarent. Propter eos verò qui œconomiç&administratio- » nis mysteriu deprauare audent, & qui ex Maria vir \* gine nat' est, meru hominé esse impudéter & couiciose dicut, beati Cyrilli, q Alexandrine ecclesie " pastor fuit, synodales epistolas ad Nestoriu & O- \* ziétales episcopos datas, rectè scriptæ sint, quu ad » Nestorij væsanam dementiam resutandam, tum " ad sententiam salutaris symboli, eis qui eam pio » ardore requirunt, declarandam, recepit: quibus e- » pistolam quoq; maximæ vrbis veteris Romæ antistitis, beatissimi & sanctissimi archiepiscopi » Leonis,ad eum qui in fanctis est archiepiscopum 🛥 Flauianum, refellendæ Eutychetis maleuolentiæ ... gratia scriptam, quæ beati Petri confessioni con- 🕶

Dixerely/or Advafu negantes 7il m mairi Всотікор Dei genitricem effe,& BALUTAIDA Salmatore confundetes. Synodas Chalcedo fis confirmat decreta concilij Nic**eni** Confiatinopolitani,

> 76v 2013 d'estitue. APILYT (P T Caption Adversas eas qui Chri frum meru hominë esse dicunt. Confirm tur Cyrilli Alexandri ni epistola. Synodales.

Indicion fidei Chrifranc Casholisi atque etiă heretici ad arbitrii martyris Euphemia defautta referunt. Per illustre moraculum. Euphemia, haretica pra witale reit-Eta, orthodo sciens eppro bat.

Martyrium

fancta Eu-

phemi2.

ItEepifela A
Zooni Re,
ad Flamianam Conflaminopolizan.

† xool 718 ...
stra,

Lary Tree,

irpiz Jac,

àdtaultus,

zarisus,

designe -

uenit, & aduersus perperam & malè sentientes, quasi quædam communis & publica + columna est, ad dogmata recta confirmanda, meritò coniunxir. Nā aduersus eos qui administrationis mysterium duos filios distrahere conantur, pugnat: & eos qui vnigeniti diuinitatem perpessioni obnoxiam esse dicere audent, sacris conuentibus excludit. Tum auté eis quoque qui in duabus Christi naturis mixtionem & confusionem comminiscutur, resistit. Eos præterea qui cælestis aut alterius cuiusquam essentiæ esse delirant, quam ex nobis sibi assumpsit serui formam, proscribit. Eos denique, qui duas quidem ante vnionem Domini naturas profitentur, vnam autem post vnione faciunt, anathemati subiicit. Itaque patrum vestigiis insistentes, vnum atque eundem profitemur esse filium, Dominum nostrum Iesum Christum: & vna voce omnes depredicamus perfectum eudem in divinitate,& perfectum eudem in humanitate, Deum verum & hominem verum, eundem ex rationali anima & corpore, consubstantialem patri secundu divinitaté, & cosubstantialé nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absque peccato, ante secula quidem ex patre secundum divinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem, ex Maria virgine & Deigenitrice secundum humanitatem genitum, vnum & eudem lefum Christum filium & Dominum vnigenitum in duabus naturis + inconfuse ,immutabiliter,indiuisé, insegregabiliter cognitum atque deprædicatum: haudquaqua naturarum differentiam vnione tollente, sed proprietatem potius vtriusque naturæ conservante, que in personam vná & subfistétiam vnam concurrit:non veluti in duas perfonas dispertitum aut divisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum Deum Verbum Dominum nostrum Iesum Christum: quemadmodum antiquitus Prophetæ, & ipse de seipso nos docuit Christus, & symbolum patrú nobis tradidit. His igitur cum cura & diligentia omni à nobis consti tutis, sancta & universalis Synodus decreuit, ut ne mini liceat aliter sentire, aut sidem aliam proferre, vel conscribere, vel componere, vel alios doce re. Quicunque autem ausi fuerint sidem aliam componere, aut proferre, aut docere, aut symbolum aliud eis tradere qui ex Græca superstitione & Iudaismo, vel alia quacunque heresi conuertere se ad veritatis cognitione voluerint: cos, siquidem episcopi aut clerici fuerint, ab episcopatu & clero alienos: sin autem monachi aut laici fuerint,

CAPPT VII.

anathemati subiectos esse debere.

Ost hæc Imperator Martianus, qui Synodo interfuit, vbi ea quæ par erat, pro concione dixit, in Imperialem est reuersus aulam. Synodus autem controuersiam quoque quæ Maximo Domini

in ecclesia Antiochena successori, & Iuuenan Hie rosolymitano episcopo, de prouinciarum finibus intercessit, ritè & ordine decidit. Adhæc & Theo doritus, & Ibas, thronos suos receperut. Costitutum etiam ibi, ve sedes nouz Romz, secundas à veteri Roma, ab aliis auté thronis primas ferret. Plurima insuper alia in concilio hoc acta, quæ om nia initio altius repetito, in fine huius tomi, pro eo atque potero oratione persequar, vt quiuis clarius res ibi gestas cognoscat. Importunum namque quodammodo esse duxi, si in præsentia eas referrem, ne historiam perpetuam interpolarem. Qua etiam de causa fusius ea nunc tractare nolui. Proinde qui exacte synodi istius res cognoscere cupit, compendio sam illam narrationem, que ad siné quindecimi huius libri adiecta est, legar. Nunc porrò ad historiam continuandam progrediar.

CAPYT VIII.



Ynodo huic interfuere ex veteri Ro ma Pascasinus, Lucentius, & Bonifacius, Leonis Romani antistitis locu obtinentes. Interfuit & Anatolius nouz Romz episcopus, Maximus

nouz Romz episcopus, Maximus Antiochie ad Orontem, Iuuenallis Hierofolimorum, & iple Dioscorus Alexandriz, przesules: qui, E ficuti diximus, exautoratus, & ad exilium damnatus, Gangrensem regionem in Paphlagonia incolere est iussus. Porrò episcopatum Alexadrinum communi synodi cosensu divinus Proterius sortitus est. Et quum is thronum suum reciperet, ingens multitudini incessit certamen, turba, & tumultus, vulgus in varias scindens sentétias. Quéadmodum enim ciuscemodi temporibus euenire solet, alij fortiter quæ maxima pars erat, nouum pastorem defendebant : aliis Dioscorus ecclesiasticz prouincię administrandę idoneus magis esse videbatur. Et res in magnum discrimen processit. Priscus namque orator in historiis suis, se eo cépore scribit ex Thebæorum prouincia Alexandriam venisse,& turbam ingétem vidisse,seditionem aduersus magistratus mouentem: & quum milites inhibere eam contenderent, pro telis, saxis ipsis, quæ ex tempore passim iacentia rapuir, vsam, illos fugere compulisse, ad templum quod olim Serapidis nomé habuit. Fuit autem Serapis, Iupiter, aut Nilus, aut + Apis quidă in vrbe Memphitica vir, qui famis tempore de suo Alexandrinis frumentum subministrauit. Ei verd defuncto templum & statuam sacrarunt, in quo etiam bos infignia quædam & notas habens nutritus est , in agriculture,quantum coniicere licet,signum atq; indicium:quem ipsum Apim quoque, eodem scilicet cum hero suo nomine vocabant. Hominis auté istius tumulo, qui Grece sogis dicitur, in templum transslato, Sorapim statuam eius nominarunt, aut Scrapim etiam, per literarum mutationé. Cuius templum pulcherrimum fuit,& fimulacră longe maximum, maximeque horrendum, ex varia materia ita compactú, ve veraque manu verunque parietem attingeret. In medio verò simulachro k templum aliud erroneum fuit, in quo effigies alia crea non magna suspensa erat, cuius capiti ferrum immiserant. Et quum in tecti laquearibus magnetem lapidem iuxta perpendiculum collocassent, sublimen eam in aerem ita promittebant, vt neque terram, neque tecum ipsum attingeret. In hoc ipsum tempsum populus magistratus copulit, & deinde vivos captos igne concremauit. Quæres vbi ad Imperatorem est delaRo, antif itë epifcepus Co ftantinopolitanus pra aliu primatë ebtinet.

Diofero ad excilion dinatur. Alexandria epiferpui a finado lectur. Seditio & tamultus ea de canfa exortus, exortus,

Plebs forme magifiratus fu**za**e.

Swid addie, aut Ioseph. Scribit is queque,in capite eine fw∬e modiß Cabitam, que Ale-. Kandrini an Elum Nili menfi fant: & templam id ab Aloxandro esse conditum. \* nds ire-POS ENBRES Magnetia lapidu vis: Plebs eadem magistratus combußit.

-

† \* Corrcio plebis. Flores whis Alexands. prafeltu. Por ademptionem fra menti plerñque luscinies populus coetcolut. a dek the investes-Min.

A ta, duo millia militum eò misit, qui secundo vento sexto die ad magnam Alexandriz vrbem appulerunt. li petulanti insolentia in coniuges & filias Alexandrinorum vsi, grauioribus eos quàm quas antea experti fuerant, affecere erunis. Plebs autem indignè eas ferens, à Floro tadem, qui rem militarem administrabat, tum autem ibi vrbanas quoque res curabat, quum ad Circenses ludos spectandos congregata esfet, petiit, vt que ei ablata fuerat, frumenti solitam largitionem relinqueret, balneaque & theatra, aliasque res quibus in tam dissoluto & perturbato ciuitatis statu abstinere cogebatur, redderer. Quod ille, sicuti vulgus voluerat, pollicitationibus interpolitis se facturu recepit. Atque ad eum modum seditione sensim sedauit.Res Alexandrinæ sic habebant.

† \* Vnde factum est, vt in quodam templo lapidibus magnetibs on folo & in camera, proportione magnitudinis positis,sim ferreum aeru illim medio inter verumque lapidem, ignoratibus quid sucsum effet & deorsom , quasi numinu potestate penderet. Aug. de cimit lib.21. cap. 4. Democrates architellus Alexandria Ar-B sinces templum concamerare incheauerat, ot in eo simulachrum ei e ferro peaere in aere viderotur. Intercessit mors & ipsius & Ptolemai, qui id forori sua inserat fieri. Plin, lib. 34.cap. 14.

CAPYT IX.

Monachi quidă in Pa lzfma contra Jynodam Chalchdone sem furiant. Theodolius monachus se dem Hiero folymitanã frandulenser Auncoali ab fente,occupat.In alias guoque eccle fine u epifcopos illegitimos mittit. Severiann Scythopolie е́рі∫сори**т** mecat.



Ec verò in Palæstina tranquillitas fuit. Siquidem monachi quidam, qui synodo interfuerant, & diuersa à decretis eius sentiebat, quú Hierofolyma venissent,pro ditam esse sidem clamitarunt,la-

mentantes, & monasticum ordinem cocitare atque impellere satagentes, vt quæ in synodo rite a-&a erant,rescinderent . V bi autem Iuuenalis sede Suam recepit, atque illi eum vt synodi acta aboleret, & anathemati subiiceret, cogere voluere, in Imperatoris vrbem concessit. Turbæ totius dux Theodosius monachus quidam erat. Hic Eudocia Augusta (adhuc enim in vita erat)in partes suas rapta, & sodalitate monacharum omni sibi conciliata, prædonis & sanguinarij hominis more, quòd Iuuenalis (sicuti diximus) Constantinopolim petierat, Hierofolymorum thronum occupauit, adiutoribus ea in re vsus, qui synodi constitutionibus aduersabantur, & Eudociæ gratificabantur. Et quum episcopi nondum à synodo reuersi fuissent, alios ipse delectos, in vrbes quasque misit. Seuerianum autem Scythopolis episcopum, quòd maleuolentiæ illius suffragari nollet, oppido exactum interemit. Magnam quoque mouit persequationem in ciuitate sancta, aduersus eos qui communicare cum co nolebant. Quosdam namque tormentis excruciauit, aliquibus substan tiam ademit, aliorum ædibus ignem iniecit, ita vt yrbs à barbaris capta esse videretur. De quo postea monachorú ordo ad Alcisonem literas dans, illud scripsit: quòd quum vt maleficus & episcopo suo infidus deprehensus esset, monasterio suo expulsus,& quia Alexandriz quoque rebellis Dio scoro fuerat, quòd verberibus multis affectus, tan quam homo feditiofus per vrbem ibi camelo insidens traductus sit . Idem quoque Palæstinæ vrbes circumiens, eas vt sibi episcopos legerent, coe gir. Quorum vnus etiam fuit Petrus, ex Iberia ori

undus, Gazzorum ciuitatis, cui Maiumz nomen D Gaze qiest, episcopus. Adoò ve Athanasius quidam in dia- » conorum ordinem cooptatus, in media ecclesia » Hierofolymis cum multa dicendi libertate, iniqui » tatis abominatione throno sanctissimo insidente, vocem illam præclaram emiserit:Desine Theo 🐱 dost tantam cædem committere, desine Christo » bellum inferre, & gregem eius in prędonum morem è divino ovili ciicere, & aliquando tandem beneuolentiam erga verum germanumque pasto rem nostram cognosce.Hæc quum diceret,à satel litibus Theodosij arreptus, & ex ecclesia tradus est. Atque insolentis petulatiæ & cruciatuum genus omne propter Christum perpessus, & flagris multis concilus, postremò etiam ferro vitam ami sit. Cadauer eius ex pedibus per vibem omné raptum , canibus tandem esca proiectum est . Porrò Dorotheus, qui Palestinam prouinciam ab Imperatore acceptam administrabat,& tum apud Moa bitidem bello aduersus barbaros occupatus erat, vbi ea quæ in vrbe sic gerebantur cognouit, celeritate summa cum exercitu forti rebus præsenti- E bus consulturus accurrit, Cæterum Theodosij & Eudociæ satellites, portis clausis, non prius cum admisere, quam eis pollicitus esset, se quoque ad partes corum defecturum, sicuti monachorum omnium ordo & vniuersa ciuitatis multitudo secillet. Ita menses viginti exitiosus Theodosius tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit. Quá rem postquam Martianus intellexit, à Dototheo ille electus est: quem is capere quidem (sic enim Imperatoris præceperat iussio) conatus est: sed id ab co fieri non potuit propterea quòd pestis illa in Synzum montem profugerat. Quam ob causam plurimi, qui partibus eius fauerant, tormentis subditi sunt, non pleboij tantum homines, sed etiam qui propter habitum in monachorum ordine censi fuerant.Post Theodosij fugam,Iuuena lis in thronum fuum restitutus, omnibus quos ille confecrauerat, dignitatem statim ademit. Multa præterea alia tristia hinc & inde prouenientia multitudini accidêre, quæ animus ci, invido & Deo inuiso dæmone, per vnius literæ mutatione, suadente, suggessit; ita vt alterius literæ pronun- p ciatione, aliud prorsus inducere liceret. Adeò etiam, vt multa à pluribus mutatio fieri, & sententia in contrariam prorsus & ex diametro repugnantem significationem ferri, & alteram per alteram tolli existimaretur. Nam Christum ir, hoc est, in duabus naturis profitens, in, hocest, ex duabus dicebat. Et si in diginitate & humanitate Christum confiteretur, ex divinitate & humanitate vnitum esse proferebat. Et qui ex duabus diceret, professionem tamen in duabus inferebat. Si ex divinitate & humanitate Christum dicere debebat, in diuinitate & humanitate consistere ipsum profitebatur, + neque carne in divinitatem eunte, neque rurlum divinitate in carnem cuadente:vnde ineffabilis illa existit vnio, vt & per loquutionem ex duabus, hic commodè loquutio in duabus, & per in duabus etiam ex duabus intelligatur, & alterű ab altero non differat: quandoquidem & \* iuxta abundantem loquendi rationem non solum totum ex partibus, sed etiam in partibus totum percipitur. Et tamen separata hæc inter se sic esse homines opinatisunt, quada de Deo opinionis con-

Albanasy diaceni His rofolymitavi libera ad Theodosium iftum ren.

> Athanasiy martyris:

Dorothem Palafina projectim.

Theodofic eccle fraji ic su tjržem ma am Derethe effugit.

> Tonenalii in integram reft states. Dames con tentionii 🕁 dißidieram

C & fu fiowers meditatam maru u danı loquationi, & sectarum diffectioning casfem & occasione v. nine litera mstationi, 👉 duabu prapofitioni bus le & le her oft, in or ex, apad bemines ceten vojes, adjari לאדנ דנו 🙉 185 de 61678 TA HITABAS. leiens, dr' d TRE OLITHTOS is skeza za pushous. \* zaik † zsi eitere B.

Ewag lib. 2. pap.5.

Petres Wa. peraxTos

A suetudine: vel quòd ita destinatione animi voluerint, & formas dicendi omnes perperam intellexerint: vel quòd ad rei ipsius, vt sese habet, assensionem venire contenderint: Quam ob causam, quæ à me dictæ sunt consusiones extitere. Hec sic apud Alexandrinos & apud Palæstinos accidère.

CAPYT X

Temporis eins cafus fatales.

Pofingravio

Fames. Alimentö aerium.

Manna Fruges à oto pátos etcfeentes,

Actÿ prafalti vrbis Romaades.

Valentinia
mi Imp. Occidentalis
vitia.
Valentinia
mm Actio
cafo, quafidextram fibi ipfi manii
amputanit,

Maximus

Gyranus Va

Leutinianum

metat, Gy oimfdem coningi Endoexiam ciftoprat.

# 5' Ev 74e

vas à µ4er4vas, 6' abrāv

ngā readina-

Ildem temporibus ingens fuit liccitas,famesque limul & peltis in Phry gia,Gallatia, & Cappadocia: q̃ calamitas etiam ad Ciliciam vlque progressa est;vt earum quas diximus re-

gionum incole in summa penuria ad cas angustias peruenerint, rebus necessariis deficientibus, vt prohibitis insolitis & exitiosis alimentis vterentur. Et fame tantopere inualescente, homines vi-Aus ratione mutata, in ægritudines inciderunt. Corpora namque propter maximas inflammatio nes tumore concepto, oculos primum amittebát: deinde tussi accedente, die tertio moriebantur. Contra pestem eam nullum vsquam fuit auxilium. Qui autem ex ea perrari superfuere, eis opem servatrix omniŭ Providentia attulit, & fami subuenit. Eo enim anno quo fruges non prouenerut, alimento aërio eos fouit, sicuti olim veteribus Israelitis fecisse memoratur, manna illis (quod dicitur)cœlitùs demittens.Proximo autem anno vt fruges sua sponte excrescerent, effecit. Hæc mala Palæstinam etiam, & plurimas alias regiones petuascrunt. Et calamitates eiusmodi Orientalem orbis partem omnem peragrarunt.

CAPPT XI.

Æ Orientis erumnę fuere.Porrò
Occidens alias, eis quas diximus
non minores, sensit. Nam Aetius vrbis Romanæ presecus, miserandum in modum vitam ami
sitt: & oræ Hesperiæ Imperator

Valentinianus recta quidem ecclesiæ dogmata, quemadmodum suprà à nobis dictum est, retinuit.In quotidiana autem consuetudine vitæ plurimum deliquit.Quum enim vultuvenusto,& rebus aliis ornatam maxime in matrimonio haberet coniugem, iunioris Theodosij filiam Eudoxiam, alienas nuptias turpiter fædauit, & apertè per multos curiolarum artium sectatores familiares habuit, & tandem vitam fædissima morte finiit. Maximi nanque qui Gratiano Imperatore cæso, tyrannidem arripuit, & à magno Theodosio postea necatus est, ex filio nepos, auo cognominis, patriciatus dignitatem primariam gerens, quum insidias Valétiniano Imperatori strueret, propterea quod is vxorem eius stuprasser, Actium Imperialem aulam gubernantem (confiliis enim suis is obtistebat) metués, perduellionis crimine per calumniam apud Imperatorem detulit. Atque vbi ille eam ob causam miserabiliter cæsus est, labore nullo Maximus Imperatoris regiam ingressus, illum interemit,&colugem eius Eudoxiam rapuit, eidemque per stuprum vim intulit. \* Per quæ enim aliquis peccat, per eadem etiam castigatur. Postea verò ille imperium quoque sibi vsurpanit.

Enimuero Eudoxia ranta cotumelia affecta, quòd D tam inopinatum flagitium egrè ferret,omnem fibi quod dicitur iaciendum esse talum statuit, vt iniuriæ autorem vlcisceretur, qui facinus tantum in marito suo patrare, & insuper + ingenuitatem » libertatemque suam contaminare ausus fuisset. A- » cris enim esse solet sæmina, nec vllo modo ea sle » Aitur aut exoratur, vt doloré statim ponat, si pu. » dicitia ei, quam retinere contendit, per vim adem » pta sit:& quidem ab eo qui etiam castiratis, digni- » tatis & existimationis suz custodé sustuleris. Hec » fecum in animo volutans Eudoxia, quandoqui- " dem nullam ex Byzantio auxilij spem esse putauit, quòd pater eius Theodosius dudum diem suum obiisset, & tempore plurimo diua Pulcheria Imperio ibi potiretur, quæ nondum conceptam aduersusmatrem Eudociam iram deposuisser, dona maxima in Libyam ad Genferichum misit, eun demque vt fibi in tanta erumna fubueniret, féque Maximi improbitate liberatet, rogauit: spe illa barbaro oblata, si modò se moueret, præter opinionem eum classe ingenti Imperium Romanorú E confequuturum, quod se illi facile tradituram recepit. Itaque Maximus quum neque vnum quidem annum tyrannide potitus effet, interemptus est: Genserichus verd vbi cum ingentibus copiis aduenit,Romam cepit. Qui quòd barbara mente & instabilis atque inconstans esset, Eudoxiæ fide non seruauit: ksed vrbe direpta, spectaculisq; eius incensis, in Libyam reuersus est, Eudoxia secum & duabus eius filiabus Eudocia & Placidia captiuis abductis. Multa quoque inde ecclesiastica & preciosa abstulit vasa, inter quæ non pauca etiam Hebraica fuere, quæ Vespasianus & Titus Hierosolymis vastatis Romam secum attulerant. Genferichus maiorem natu filia Eudociam filio Honoricho matrimonio iunxit. Placidiam autem, quòd Olibrio patricio Senatus Romani principi, qui tum vrbe Roma capta Byzátij profugus erat, desponsaram esse cognouisset, vnà cum matre Eudoxia, cultu magno & regio comitatu tradito, Byzantium, Martianum placaturus, misit. Qui vehementer ira aduersus eŭ percitus fuerat, cum quod Romam incendisser, tum quòd sic in Imperiales F liberos illusisset. Olibrius, Martiano iubente, Pla cidiam vxorem duxit. Verum post Maximu Romz b Auitus rerum potitusest mensibus octo, qui vbi vitam fame finiuit, Maiorianus biennio imperium tenuit. Postquam autem is ab Recimero Romanz militiz duce dolo czsus est, c Seuerus tres annos ibi imperauit. Post hunc Anthemius, cui Martianus filiam suam despondit, Occidentalibus Romanis id per legationem petencibus. Vbi verò & hic, quum Christianissimus essee, flaude peremptus est, Olibrius à Recimero Imperator renunciatus est. Huic successit Glycerius. Arque illi rursum, vbi annos quinque dignitatem eath

Onum Genferichus Carthaginem (en qua annu 585, in diciane Ro-fuisse) anno Domini 441. cepisset, cuine cladu mesio sie l. 1.
in princ. C. de of praf. Prat. tandem Romam quo que, anno Domini
457 sudistime rastante. M. Parro Pettium se Roma, imangurio
non synobilem, & ingenio cuinu parem, andim se senio, discusem:
Quoniam exx anno incolumi praterisse populus Ro. ad A. & Co
permenturum. Quidam erudsti sempan, direptionis ssius Pandalta,
cuine sustinimiente. C. de off. P. P. Afric designari per Varrous
verba putane. Ali potius ad Totila rastainem reservici, qui sub
Instiniano accidis.

† \* NOTEerop.

Valentiniaw\* 3. à Thra
fyla percufo
re in campo
Martio cafue eft. Pöp.
Cafiod.

Ad tyrannum Massi num Vkificendum En doxia Genferichum es Aphrica Romam inustat.

Maximu ceditur. Roma à Gë sericho capi tor or deripitur. Genferich 🕶 Eud xiã ció libers & Po lin ampussi mu Roma in Aphrică trăsfert. Endocia En doxie filia Honoriche Genferichi filio nubit. Placidia Olibrio patricio. Occidetales Imperatores a ALLiberiñ vocas. Aniem. Maiorian". b Discours Anitum Placentia spojcopum fa flum effe ferobis. c Al. Severigoune nominant. Severm. Anthemi Martinal Obbrin Glycerius,

Nepos
Orestes.
Augustal
d Ide Glycerium Porsuensem episcopum ordi
natum dicis.
e Secundum
alios ab Vybe condisa
circiter annum 122x.
O doccer rex

gesissset, Nepos, qui d Glycerium apud Salonas Dalmatiæ vrbem episcopum fecit. Sed & hunc Orestes imperio spoliauit. Cui Romulus filius, qui & Augustulus dictus est, successit, vltim? Romanorum Imperator, à Romulo primo rege mille trecentis & tribus exactis annis. Post hunc Romanorum Imperium Odoacer inuasit: qui + Imperiali cognomine reiecto, regem se primus vocauit. Quo tempore & Leo magnus ex hac vita migrauit.

† Circiter hat tempora Panlinus Nola epifeppus, multos à Vădalu capt mos redemit. & tandem vidna filium, feipfo in fermientem dato, liberanis. Diac. Odvacor, quòd bellicofus esset, id nomen à vastandu & excindendis agris accepit. Sicut & apud Vandalos sina Bohemos, rex Odvacoru, vir fortissimus, antè Premislaus nominatus. Fuit autem Odvacor Herulus, sub quo Romans maiestas impe ry in occidente serò admodum ad Francos pernenit.

#### CAPYT XII.

Zudocia Pulcheria conciliata.

B

Endozia ciò
filia Placidia Byzantium missa.
Hulderich'
Honorichi

filim.

Innor Endocia Hierofilyma quoq; vifit. Vdocia Augusta in Palæstina adhuc degens, de filiæ Eudoxiæ, maritique & liberorum eiusdem rebus certior facta, ad extremam coniecta est animi anxietatem. Proinde funem om-

nem, vt in prouerbio est, mouens, per Valerium & Olibrium patricios Pulcheriæ reconciliata est: à qua etiam petiit, vt eis quæ in captinitate essent, opem ferret. Et quum pax inter Genserichum & Martianum facta eller, Eudoxiam Genserichus, & Placidiam, Pulcheria petente, sicuti dixi, Byzantium misit. Iunior autem Eudocia apud maritum Honorichum in Aphrica mansit, cum quo sedecim annos vixit, eidemque filium Hulderichum genuit.Porrò quum parum grata ei esset viri coniunctio, qui Arianam profitebatur religionem, arre manus eius elapsa, & aviam Eudociam imitata, ad sancta loca concessit, & sepulcrum illius logè pôst exosculata est. Vbi & ipsa non diu vixit: sed somno beato sopita, iuxta auiæ tumulum in præclaro & ipsa reposita est monumento. Quidquid autem ei erat facultatum, id pauperibus & fanctæ Christi \* resurrectioni consecrauit.


\* In cuisu honorem templum Hierofolymu constructium fuerat. Enagy.lik.2,cap.5.

### CAPPT XIII.

Endotia senior ab errore Entychia nio ad orthodoxiam reducitur.

0.2 .

Jankin Sili s



Aholiczeccles ze communionem amplecteretur. Literis eiusmodi Eudocia acceptis, quum etiam beata Bassa semper ei, vt eadem secum in religione sentiret, molesta estet: metuens illa, ne id non ex sententia Dei faceret, faciendum sibi esse putanit, vt de ea re ad diuinos patres referret, qui se de vero pietatis cultu certò edocerent. Proinde loci eius episcopo Anastasio accito, ad sanctum Symeonem stylitem seu Columestam per illu scripsit, qui tum virtutibus suis orbem illustrabat. Ad eum literis quoque manu sua conscriptis, conscientiam suam reuelauit: complexura se esse, quod

ille decreuisset, pollicita. Sanctus autem vir ille ad D eam in hæc verba rescripsit. Scito filiola, quòd dia " bolus virtutum tuarum diuitias cernens, te expe-... tiuit vr cribrarer sicuti triticum. Et exitiosus ille " Theodosius vas & instrumentum mali illius fa- " ctus, Deiamanti anime tue tenebras offudit, eamque conturbauit.Sed confide.Non enim deficiet " fides tua.Ego quidem illud valde admiratus fum, 🐱 quòd quum fontem apud teipsam haberes, eumque ignorans, longius aquam hauriendam pete- " res:Habes igitur diuinum virum Enthymium:hu- " ius doctrinam & præcepta sequere, & salua eris. Literis lectis, Eudocia minimè se negligentiæ dedit: verum ad se Euthymium in eam quam recens construxerat turrim euocauit. Atque vbi ille venit, incredibili repleta voluptate, & ad pedes eius prouoluta, magnum exclamans: Nunc, inquit, cognoui, quòd Dominus indignam me aduentu & præsentia tua visitauit. Sanctus verò vir benedi-Ctionem ei impertiit, & attentiorem de ceterò esse iussit. Que namque, inquiens, accidere res tristes & durz, non aliam ob causam accidisse eas ti-E bi scito, quàm quòd cum impio Theodosio communicare sustinueris. Itaque contendendi, quod præter rationé suscipitur, studio prorsus posthabito, in tribus sanctis voiuersalibus synodis, in ca videlicet quæ primum Niczæ aduersus impium Arium, deinde quæ contra Macedonium Constantinopoli, & quæ rurlum Ephesi prima aduersus Nestorium coacta est, conquiesce. Tum auté decretum etiá quod in concilio Chalcedone congregato factum est, recipere te: & Dioscori communione reiecta, ad luuenalem Hierosolymitanum accedere, & que in ecclelia solita tibi sunt facere oportet.Hæc poltquam ille dixit,& precationem pro ea ad Deum fudit, in Mandram suam reuersus est. Eudocia autem ciuitatem sancam pe tiit,& in Ecclesia catholica que fas est peregit.Ma gna porrò vnà cum ea multitudo ex plebeiis & monachis, qui Theodosij errorem sequuti suerat, sacram communionem perceperunt. Qui verò exemplum eius imitari noluerut, solita adhuc ipsius Eudociæ munera receperunt, sed \* propter receptam affectionem tantum, nó etiam ob sen- p tentiæ & opinionis conuenientiam & coniunctionem. Postquam autem vniuersali se dedidit ecclesia Eudocia, omni animi propensione consternata, opiniones illorum non ritè coceptas est admirata. Et non longé post puluere hoc in terris relicto, vt dixi, felici & beato obitu ad Deum migravit.

# CAPVT XIIII.

Eleberrima hæc Pulcheria multas per vitam preclarè res gessit, multa publica hospitum & pauperum condidit domicilia. Aduenarum etiam sepulchra & alia ædisicia construxit, piæ mentis

eits indicia: in quibus etiam est martyris Laurentij delibrum. Tria quoque Dei matri ex ipsissun. damentis templa erexit. Quorum vnsi est, in Chal coprateio, siue fabrorum foro, + Sacri tumuli nomen habens. In hoc veluti thesauru, Deigenitricis deposuit zonam: de qua paucis libro proximo Symeonis Columella ad Endociä litera.

Per Enthyminm Endo cia ad frugë bouam adducitur.

Sacrofantia quatuot vui nerfales [7nodi.

Endecia că
Catholica ce
clafia fentit
T communicat.
Nov protécas
iviziv, čeli la
myecor atela;
Endecia
mors.

Poliberta August & opera. ògias sagle,



Temple trie boate wirgiun.

De reliquite refium cinf den.
Imago Dei-genericu à dies Luca pilla.
Pulcheria Enderia i-mojine i-mojine i-mojine i-mojine i-tuca apo-filus pinecerat, Hiero-filymis mi-fit. Theodore us leller.

\* 4925.Ji 1114.

De obito
Deigenierocia Maria,
ciafdemque
funcre &

A capite secundo métionem fecimus. Hoc in templo, vt quarto quoque hebdomadis die peruigilium & supplicatio ad lucernas & lampades sieret, constituit, quam & ipsa pedes frequentare solita erat. Secundum templum Juyav, viæ ducum est, vbi Antiochia missam Verbi matris imaginem dedicanit, quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque adeò illi forme suz imminente. Hzc imago primum in loco qui Tribunal dicitur, fuit: vbi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta funt . Porrò in templo isto, ve terrio quoque septimanæ die peruigilium itidem & supplicatio perageretur, curauit : quod ad hunc vsque diem seruatur. Tertium autem Verbi matri incredibiliter pulchritudine & omnis gene ris materia ornatum consecrauit templum, cui Blachernæ cognomen est: quo abundè per ambitionem quandam& liberalitatem decorato, Martiano Romani Imperij sceptra tenente, magnopere vnà cum co operam dedit, vt modis omnibus venerandum, immaculatum, Deiferumque illius tabernaculum inueniret, & in ecclesia ea reponeret. Itaque Iuuenalem Hierosolymorum archiepiscopum, & Palæstinos episcopos, qui concilij celebrandi causa Chalcedonem venerant, accitos interrogauit, an diuinum Deigenitricis templum & sacrosanctum tabernaculum adhuc aapud Palæstinos in eo tumulo, quo primum repositum esset, reperiretur: velle se id inde translatum, in templum hoc eius inferre, vt imperantis vrbis \* custodia esset & præsidium. Quum enim & vrbs ipsa & templum illi dicatum esser, zquum esse dixit, vt sacrum etiam eius tabernaculum ab eis non abesset. Ad quæ verba luuenalis respondit:In sacris divinitusque inspiratis scripturis obitum sancaz semperque virginis Deigenitricis Ma riæ minimè referri. antiquissima autem & verissima omnino traditione receptum esse, instante illius obitu, Apostolos ex ipsis orbis retrarum finibus, vbi ad prædicationem obeundam dispersi erant, sublimes in aere Hierosolyma venisse, visione auspicatiore hymnos divinarum potestatum exauditos esse: & absque strepitu aliquo, mirifico plane modo, Verbum & filium eius aduenisse, atque in manus suas diuinum illius spiritum suscepisse. Sacrosanctum autem corpus illius angelica fimul & Apostolica hymnodia elatum,in tumulo quodam, in regione Getzemani repositum esse, & in tertium víque diem eo loco carmina angelos perpetua in honorem & laudem Deigenitricis cecinisse. Et cum eodem tertio die, is qui in obitu virginis matris choro Apostolorum no affuerat, aduenisset, & sacrum illum cœrum, vt tumulum recluderet, quo & ipse Verbi matri debitum supremumque persolueret honorem precibus summopere sollicitasset, atque sigillo ablato sepulchrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repertum non esse: sed sepulcrales illius fascias tantú suo loco intactas atq; inuiolatas,perinde arq; corpusca paulo antè reliquisset, repertas, & quidé inenarrabili odoris suauitate redolentes: eaque illos abunde afflatos, signaculo rursum tumulo impolito abiille, ad miraculú tantum consternatos, atq; illud solum, pro eo atque decebat, animo secum meditatos, illum ipsum Deum Ver-

bum & Dominum gloriz, qui subsistentia sua D pro beneplacito suo, eo quem neque verbis neq; intelligentia assequi liceat modo, carnem ex ea suscipere, & deinde post inestabilem illam vteri gestationem & partum, virginitatem illæsam coseruare dignatus sit:illum inquam ipsum, eria post obitum, & ex vita hac migrationem, mirificè immaculatum,impollutum,& modis omnibus fan-Aum corpus eius ante destinatum quoque & cómunem omnium resurrectionem, immortalitate cohonestalle: eoque per angelorum ministerium in loca quedam cœlestium regionum lucidissima, &à corruptione alienissima, trassato, honore precipuo prosequatum esse, ne vnà cum reliquis vel celeberrimis laudatissimisque hominibus resurgeret . Porrò cum discipulis ibi tum affuisse addidir, sancissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagitam, magnumque diuinum & sapiente Hierotheum: quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis ad Timotheu de beato Hierotheo scriptis testatus sit. cuius testimonium libro secundo, capite vigesimosecundo, à nobis est relatum, Hac vbi Iuuenalis dixit, principes ipsi ab eo, E vt fanctum eum tumulum, vnà cum facris vestibus probè obsignatum ad se mitteret, rogarunt: eumque ita à luvenali transmissum, in maximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis confectatunt atque deposuerunt manibus proximè ad facram diuinamque mensam.Fa... &um id Martiano adhuc superstite. Veneranda enim vestis eius aliquanto post, sub Leone est allata: & in rotudo templo, quod Leo magnus ædificauit, collocata est, sicuti in historia eius dicemus.

Tumalus beata Deigmitrich.

Veftis ciaf-

# CAPYT XY.

Eata Pulcheria sexto sperij Martia-

ni anno, illustri post se relicta laude

& gloria,& virginitate fua ad extremum vsque finem integra conseruata, quum post plurima maximaque benefacta, substantiam suam omnem Dei téplis & pauperibus dedicasset,in fata concessit.Do nationem eam Martianus gratam habuit, facultatesque illius quæ plurimæ erant, distribuit . Ipsa F autem in templo divorum Apostolorum condita est. Postea annis duobus non omnino exactis, Martianus quoque inter homines esse desiit, multa religione & sanctitate vir : vt qui in supplicationibus publicis aliis præierit,& maximam indigentibus pecuniam præbuerit: si quis alius,& ipse Christianissimus Imperij administrationem veluti monumentum vitæ piè agendæ hominibus omnibus reliquit. Eo imperante, in Romana ditione tranquilla pax fuit, ita vt tum aurea existimarentur esse secula. Cœterum eo ad meliorem vitam translato, communi Senatus calculo, Leo-k Tribunitius, Thrax ipse quoque genere, Imperator Romanoru salutatus est, & à patriarcha Anatolio diademate coronatus . Hic Maceles cogno-

CAPPT XVI.

I

minatus est, quòd Aspaté ex militiæ ducibus maximum,qui eum ad Imperium euexerat,&patrem

eius Ardaburium ,propter imperium affectatum,

interemit.

Pulcharia

Martiani obitus.

Mariani
pacifici Prim
cipu illud
praclarum
rerbum fuit:
Dum in pace esse possumus, arma
non indaamus.
# 3 ånt 791Bosveg,

Les eins successor.

Cognomen
es Maceles.
Egnatins
Afparom
Of Ardaburium fratres facit.

Tamultas Alexandri mas comtra Chalcedone -Sem & Proserium epi-. Alexandri ma plebs im primis ad feditionem est proclinis.

Lexandriz autem plebs ipsa, atque etiam primores viri Dioscoro addicti . Chalcedonésis synodi decretum non suscepere: & Martiani obitu cognito, furore multo rursum aduersus Proterium con-

citati funt, ardorem eo expellendo plurimum ostendentes. Populus quidem vbique vniuersus facilè ad iram impellitur : & materiam quamque quam sors offert, veluti scintillam atq; fomitem tumultus arripit. Alexandrina autem plebs ad res eiusmodi non minus procliuis & prompta est, ex innumera gux vndequaque confluxit multitudine coaceruata. Proinde præter rationem omnem audacia vritur, & impetu dæmoniaco effertur. Aiunt quippe, cuiuis liberum ibi esse, quacunque temerè arrepta caussa & occasione, populum celeriter ad feditionem intemperiis quibufdam excitare,& quócunque velit ducere. Et maxima ex parte iocis + ludicrisque rebus populus, sicuti inquit Herodotus, de Amaside scribens, deditus est. Plebs ea, quantum ad hanc partem pertinet, talis est: in rebus autem aliis haudquaquam contemnenda. Quum igitur eo impetu irati ferrentur ho mines, illa ctiam temporis opportunitate oblata, quòd Dionysius Orietalium copiarum ductor apud interiorem Aegyptum esset, Timotheum quédam cognomento Aelurum, ad episcopalem euchere dignitatem constituerunt : qui monasticam egerat vită, & deinde presbyter ecclesiæ Alexandrinæ factus fuerat . Et quòd magnopere in Chalcedonensem synodum inucheretur, idoneusque ad res miscendas esset, atque episcopatum mirifice expeterer, fuligine nigroque colore oblitus, nocu circum monachorum cellas obambulauit,&quemque per calamum scirpeum excauatum nominatim euocauit: atque illi quum eum audirent, ipse se ex spiritibus administris vnum es se assimulauit, & cœlitus propterea missum omnibus dixit, vt admonitu eius à communione Pro terij discederent, & Timotheum Aelurum in episcopali sede collocarent. Adhuc Proterius episco patum gerebar,& munere suo sungebatur,quum Timothei partium studiosiin ecclesia magna,que de Casaris nomine dicta est, congregati, Aelurum ipsum patriarcham Alexandriæ designarunt. Consecratunt eum, Eusebius Pelusij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiume, quod Gazeorum nomi oppidum est, episcopus, quibus dignitas sacerdotalis à Proterio dudum adempta fuerat . Qua de re certior factus Dionysius dux, maximis itineribus Alexandriam venit, seditionis recens etiamnum incendiu restincturus. Timotheus sibi, ne è throno deturbaretur, metuens, feditiofos quofdam ex populo Alexandrino homines aduersus Proterium irritavit, qui illum audaci furore pleni aggrefsi sunt, & episcopum tantum, quum ad sacrosan-&um baptisterium confugisset, crudelem in modum(ô diuina vindicta) ferro in vilcera eius adacto, vt imperata Timothei exequerentur, contrucidarunt:& deinde ex fune suspensum, passim per viam publicam rapuerunt, cadaueri eius vt ho mines furibundi infultantes, atque cum contumelia illudentes, & quod Proterius necatus esset clamitantes. Et postquam id per vrbem omnem

distraxere, postremò igni etiam vstularunt, cine-

re qui superfuit in aërem dissello, visceribusque D eius crudis (nam & ab hoc facto non abhorruere)degustatis. Vnà cum Proterio alij præterea sex idem certamen obiere. Hæc res vbi ad piissimum Imperatorem Leonem est delata, non ille rursum synodum cogendam esse duxit, sed + circularibus per orbem literis ad ecclesias missis, quibus sententiam suam inseruit, opinionem episcopum quenque suam rescribere sibi iussit, cum de Chalcedonensis synodi constitutionibus,an sequi illas vellent:tum de electione & consecratione Aeluri, quæ ita, sicuti dictum est, facta esfet, reprehenderentne çã, vt quæ minus legitime processisset, an episcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc sic ad omnes vbique episcopos scripsir. Illi autem, quanquam locorum intercapedine inter se dissivi, simul tamen omnes, quum supra mille essent, suffragiis omnibus Chalcedonensem synodum comprobarunt, decretumque eius egregiè confirmarunt: Timotheo autem, vt qui illegitime in thronum insiluisset, eisdem calculis dignitatem abrogarunt, disertisque verbis homi. E nem excommunicarunt.Ille ad hunc modum códemnatus,& Alexandria eiectus, Gangram, quò etiam magister eius Dioscorus deportatus fuerat, exulată missus est. Aelurus iste multa diuini Cyrilli scripta nondú vulgata, dogmatibus suis adulterinis aspersis depravasse dicitur. Eo autem abducto, Alexandrini Timotheum alium, eiusdem quam Proterius complexus fuerat sententiæ virum, ecclesiæ suæ episcopum legunt: quem quidam Basilicum, quidam autem Salophaciolum cognominarunt. Qui propterea quòd plebs eius. gratia tumultum exciuerat, Canopi degebat. Eodem tempore quum Anatolius simul & vita & episcopatu in vrbe imperante defunctus esset, in locum eius Gennadius substitutus est: atque huic postea Acacius, qui ca in vrbe pupillorum domicilio præfuit.

bareticon in orthodo ecos cradeli-Sex m res Protery ∫ocÿ. † İyesele 20 AMAGE b.e.cieculares litera Lemis ad epifcepes em-

Episcopi om mes Leoni re feribentes, Chalcedona sem synodů landant, & Aden dam nant. Admin GADETA exulat. I dem Cyrilli librorum de Drawater. Timethem Salophacio lu Alexã driz episco-Byzastÿ Anatolia foctedit. Gennedia Gennadio

Acaim.

43-432

ל בפוזיוונים

Dionysins Oriesu dux.

Timotheus Admu impoftura mirifica me machos, angolum se esse asimulans, ž Protetý øbsterret.

Aduru vine adhi Proterio, e

+ xmseeder. Ordinatio Megitima Adori.

Proter ijm a

CAPYT XVII.

Ihi verò molestum non erit, & F porum & Alexandrini cleri ad fetè historiam omnem comple-ctentes, atque etiam circulares Leonem missas preces, Proterij

Leonis literas hic apponere. Preces illorum hisce conceptæ fuere verbis. Ad piissimum, Christianissimum, & à Deo renunciatum victorem, triumphatorem, & Augustum Leonem, episcoporum Aegyptiæ diæcesis omnium, & maximæ vrbis Alexandriæ ecclesiæ clericorum preces. Nő immeritó, qui cœlesti gratia quasi quoddam donum orbi huic datus es, quotidie fecundum Deum reipub.cosulere, Imperator omnium sanctissime, pergis. Et post alia. Quum tranquilla pax orthodoxi recteque sentientis populi apud nos & Alexadrinos esset, Timothe' rursum seipsum statim post Chalcedonensem sanctam synodum, presbyteri dignitatem tum gerens, ab vniuerfali Ecclefia & fide fegregauit atque refecuit, cum quatuor aut quinque tantum epilco,

Aczyptiocatio ad

Adam fou recte

Rhetor hee aliter retulat

Acheren ruelent en epifcopatus. Alexandrimi occu-

Christiani salvie fedi

In baptifterie, Proterio

percassores deluro.

zoißi non

pepercerunt.

Cades Proterÿ crudo-

Fanctio [4- 2 cerdot alu. THE SET IVES . ونه بون ها GUZOLS.

MISTER 1 ( 5 zaží áv.

chatorum praua opinione & hæresi infectis. Qua ob causam canonicè & legitime à diuinæ memorizProterio & vniuerlo Aegyptio conuentu ita illi sunt exautorati, vt Imperatoris indignationem, & soli exilij causa vertendi condemnationem, meritò sint experti. Et post pauca. Et migratione ad Deum per sanctum obitum Martiani Im peratoris ille comperta, veluti is \* qui legibus so lutus suo ipse arbitrio viueret, impudentet aduerfus eum blatphemis & maledicis vocibus ferociens,&sanctam vniuersalem Chalcedonensem synodum perfricta prorlus fronte anathemati lubiiciens, ex plebe venali & incomposita multtiudi nem ad se pertraxit, bellumque contra sacros ca nones, ecclesiasticas constitutiones, rempublica & leges ipsas cepit, & in sanctam Dei ecclessam seipsum coniecit : quum illa tum pastorem & do ctorem suum haberet, sanctissimum patrem nostrum archiepiscopum Proterium, quum stata sacra & conuentus solitos peragentem, tum preces in supplicationibus ad omnium nostrûm seruatorem Christum pro pio Imperio & Christiamati palatio vestro fundentem. Et deinde. Et quum vna intercessisset dies, & amantissimus Dei Proterius, sicuti mos est, in episcopali æde sua estet, assumptis secum duobus episcopis & clericis, qui legitimè exautorati & ad auxilium pariter damna ti fuerant, Timorheus, cosccrationeque ab eis accepta, quum nullus protsus ex diœcesi Aegyptia rectè sentientium episcoporum adesset, (id quod moribus in ciuscemodi Alexandrini episcopi electione fieri solet ) archiepiscopalem cathedram, sicuti ipie existimauit, occupauit, adulterium manifeste inferre ecclesiæ ei autus, quæ suum sibi haberet sponsum, rem divinam in ea facientem, canoniceque & legitime munus suum obeuntem. Er post alia. Nihil aliud facere beatus ille vir potu it, quàm vt locum daret iræ, iuxta id quod scriptū est, & ad sacrosanctum confugeret baptisterium, illorum qui ei ad cædem patrandam imminebant fugiens impetum. In quo loco barbaris etiam ipsis & feris hominibus omnibus, qui veneratione & cultum eius, scatentemque inde gratiam ignorant, metus incessit. Sedenim homines illi qui cosilium cœptumque Timothei ad exitum suu perducere contendebant, ne in incontaminato quidem illo templo saluum eum esse passi, neque religionem reueriti sunt vel loci, vel temporis. Agebatur enim tum salutiferi Paschæ festi diei conuentus. Sed neque sacerdotalé exhortuerunt fun-&ionem, + quæ media intercedit inter Deum & homines. Interfecerunt igitur hominem innocétem,& crudeliter ipsum vnà cum sex aliis mactarunt, & reliquias eius vndequaque conuulneratas per omnia ferè ciuitatis loca, ferum in modu tra-Cas arque raptatas, miserabiliter traduxerunt : sine misericordia omni corpus quod iam plagas non sentiret, discruciantes: & in frusta eo conciso, bestiarum more viscera eius degustarut, quem \* mediatorem se nuper inter Deum & homines

habere existimarunt : postremoque quidquid ex eo superfuit, id igne concremarunt, & cineres ven

tis differendos permiserunt, feritatem belluarum

omnem longè superantes. Atqui malorum istorum omnium autor sapiens, si Deo placet, Timo-

A pis paucisque monachis, Apollinaris eiusque se-

theus fuit. Porrò Zachariæ Rhetori de his in hi- D Zachariae storia sua scribenti, aliter hæc referre libuit : tumultum videlicet Alexandriæ per Proterium potius excitatum:neque populum hæc, sed ex militum ordine quosdam ausos esse. Fidemque verbis eis astruit per epistolem quandam à Leone ad Timotheum missam: quam rem iudicaturus atque vindicaturus aliquis etiam à Leone missus sit. Literas circulares ad omnes voique episcopos Leo dedit, ad ipsum etiam Constantinopolitane vrbis antistitem Anatolium, cosque qui monastica vita enituerunt, sententiam corum (quemadmodum dixi) de synodo Chalcedonensi Timotheique consecratione requirens: A Egyptiorum episcoporum libello supplici, precibusque insuper eorum qui vel Proterij partium, vel Timothei factionis erant, sicuti ad eum missæ fuerant, adiun-Ais. Circulares litera Leonis in hanc sententiam scriptæ erant.

#### C SPYT XVIII.



Mperator Czsar Leo, pius, victor, " triumphator, maximus, + semper \_ colendus Augustus, Anatolio episcopo. In votis quidem pietati mez , Leenu ad efuit, vt vniuerlæ orthodoxæ, recte- , piscopes liteque sentientes & sanctissinte Eccle- " ra.

fiz, nec non vrbes sub Imperio Romano omnes, " Hoc literaquiete altissima fruerentur: neque quidquam, " quod statum illarum & tranquillitatem turbare piscopii Com posser, intercederet. Quid autem nuper admo- \_ stantinopolidum apud Alexandrinos acciderit, sanctitatem " tanum datu. tuam iam nosse credimus. Vt verò plenius de rebus omnibus, & quæ caufa tanti tumultus & con " fusionis extirerit, certior sias, a exempla precum quas religiosissimi episcopi & clerici ex Alexandriz vrbe & dioccesi Aegyptia, aduersus Timotheum in vrbe Constantinopolitana pietati mez obtulere:atque itidem supplicum libellorum exempla, quos à Timotheo internuncij eius Alexandria aduenientes serenitati nostræ in comitatu nostro dederunt, ad pietatem tuam misimus: E vt quid actum sit, ab eo qué diximus Timotheo, quem sibi populus Alexandrinus, & qui ibi magistratus gerunt, ciuesque & naucleri, seu nauium gubernatores, episcopum petunt, & aliis quoque de rebus quas supplicationum complectitur contextus:adhæc,de synodo Chalcedonensi, cui nequaquam quidam affentiuntur, quemadmodum libelli adiuncti ostendut, clarius sanctitas tua cognoscere possir. Itaque pietas tua, orthodoxos omnes & sanctos episcopos, qui nunc in vrbe hac imperante degunt,& religiofifsimos clericos cófestim ad se convocet, & rebus omnibus cum cura & fide tractatis atque deliberatis, quandoquidem hoc tempore Alexandrina ciuitas turbuleta, & status eius tranquillitasq; nobis maximè curæ est, nobis sententiam suam, de Timotheo ipso, & concilio Chalcedonensi, timore humano omni, gratia etiam & odio semoto, solū omnipotentis Dei metum ob oculos ponens, significet. Scitis namque, nos omnes de negocio tanto immaculatæ Diuinitati rationem esse reddituros. Vr in co de re omni literis vestris abundè edocti,

Circulares

E

A congruentem & debitam sententiam ferre pos-

CAPPT XIX.

lios, mores suos ad vitam spiritualem dirigentes:

inter quos celeberrimus omnium fuit Simeones

ille, qui primus stationem super columna inuenit,

cuius antea etiam meminimus : præterea Varada-

tus, & Iacobus Nisibenus, quorum etiam Theo-

doritus in Dei amantium historia mentionem fa-

cit.Porrò Leo Romanus episcopus primus Chal-

cedonési synodo comprobata, electionem atque

cosecrationem Timothei vt illegitimam impro-

bautt:cuius epistolam Leo Imperator Timotheo

D hunc modum Leo ad Anatolium, D hunc modum Leo ad Anatolium, & omnes vbique episcopos scripsit. In eandem sententiam quoque lite-Preclari me machi ras dedit ad illustres monachos, & qui vitæ sanctitate præclari erant a-

Varadatus. Iacobas Nifibensu.

Simeones

Stalites.

Amphilechim Sidites Chalcedone-Sem Symodum on recipit.

Symeona Columella li 33 tera ad Bafiliam epofcopum Ántiochenum, de pietate Leonis Impe ratoru, & Sy nodo Chalcedonensi.

1. Trapatin регехор,

Aeluro per Silentiarium misit. At enim Aelurus ad Imperatorem rescripsit, Leonis epistolam refellens, & Chalcedonensem synodum quàm mazimè reprehendens. Episcopi reliqui, itidem vt Papa fecerūt. Solus Amphilochius Sidites ad Imperatores scribens, Timothei quidem consecrationem damnauit, fynodi autem Chalcedonenfis decretű non recepit. Que omnia à Zacharia Rhetore in historiam sunt relata, qui Amphilochij etiam epistolam ei inseruit. Non episcopi verò solum, sed & celebris memorie Simeones de his rebus epistolas duas dedit, alteram ad Imperatorem Leonem, alteram ad Basilium episcopum Antiochenum:quam quòd breuior sit, hic apposui, verbis hisce conscriptam. Domino meo piissimo & sanctissimo, Deiamati Basilio archiepiscopo, peccator & humilis Simcones in Domino salutem. In tempore nunc dicere possumus Domine: Benedictus Deus, qui non reiecit precationem nostram & misericordiam suam à nobis peccatoribus non remouit. Acceptis enim sanctitatis vestræliteris, ardorem & veram pietatem Deiamatissimi Imperatoris nostri erga sanctos patres, & certam stabilemý; eorum fidem admiratus sum: quam pietatem ille & antea exhibuit, & etiam nunc exhibet. Atque hoc quidem donum non ex nobis ipsis, quemadmodum etiam sanctus Apostolus dixit, sed ex Deo est, qui illi eam animi alacritatem propter orationes vestras indidit. Et post pauca. Proinde & ego humilis & tenuis, atque aded + abortiuus monachus, Imperiali eius celsitudini institutum meum de fide sanctorum patrum, qui Chalcedone sexingenti trigintasex conuenere, in qua persisto, & per quam cofirmor, vtpote quæ à spiritu sancto manifestata sit, significaui. Quod si enim duobus aut tribus in nomine eius conuenientibus, medius inter eos est Saluator:quomodo ad tot & tam sanctos patres ille ad uenillet, nisi ab initio cu eis spiritus sanctus fuisseta Et post alia. Itaque fortis esto, & in vera pietate viriliter age, quemadmodum & Iesus Nauæ filius, seruus Domini, in populo Israelitico. Clerum religiosum, qui sub sanctitate tua est, omnem, & benedictum fidelissimumque populu verbis meis consolare. Quapropter, sicuti dictum est, Aelurus

quidem Alexandria eiectus est: Timotheus autem D alter, qui & Salophaciolus dictus, & ex Proterij 💩 partibus erat, pro eo in ecclesiam inductus. De » his hactenus.

CAPPT



Eone iam alterum annú imperante, ingens terremotus & fremitus vique adeò extitit, vt mul mitus vique aueo ezza. næ consequetæ sint, Antiochia

Clades caveluti proœmium futurorum malorum fuit, proptere a quòd ciues ipsi à diuinis legibus alieni tanquam beluæ feri animis essent, & vecordiæ intemperiis omnibus agitarentur. Grauissimus enim qui vnquam fuere omnium terræmotus vibem cam inualit, quingentelimo sexto ab ea condita anno, decimoquarto mensis Septembris die, quarta noctis hora:ab eo terræmotu, qui ibi sub Traiano suit, trecentis quadraginta septé annis exactis. Ille nanque quum centelimo vigesimo nono + suis legibus, vt libera repub.ea vrbs vteretur, illam afflixit. Iste auté sub Leone quingentelimo lexto anno eam opprelsit, ficuti hoc à studiosis repertum est. Et domos eius fetè omnes dissecit, quum quidem populosissima foret: ita ve in ea folitudo nulla, aut locus quisquam inhabitabilis aut negle ausesset. Magnificentissime autem exornata fuerat, propter ambitiosam multorum principum liberalitatem, qui operibus ibi extruendis inter se concertarunt, & de gloria superare alij alios conati contenderunt. Conciderunt igitur Imperiales ædes vna atque altera:aliæ periculum eualere, vnà cum vicino lauacro, quod sanè vrbem + incommoditate pristina liberauit, propterea quòd reliquæ balneæ violenta inundatione ei incommodallent. Diliectæ quoque quæ pro Imperatoriis ædibus fuere portic<sup>9</sup>, & quod eis impolitum erat tetrapylu. Præterea Hippodromi ,p foribus turres,& quedam eis insistentes porticus. In veteri autem vrbe domum aut porticum vlla F non attigit. Concussit insuper & Traiani & Seueri & Adriani lauacra. Plurima item ędificia & por ticus in ea quæ Ostracina dicitur vicinia, atque etiam quod vocatur Nymphæum: quæ omnia copiosissimè Ioannes Rhetor in historiis suis refert. Terræmotus istius gratia,& propter ædificia diru ta, Imperatorem ferunt vibi ei mille auri talenta tributi annui remissis, multam quoque pecuniam ad publica ædificia renouanda dedisse.Eadem tempestate Thracia etiam & Hellespontus, Ionia omnis, & quæ vocantur Cyclades infulæ concussa sunt. Ædificia pluta in Gnido & Co collapsa. Constantinopoli verò & in pronincia Bithynia imbres immensi, in tertium & quartum diem iugibus aquis cœlitus in fluminu moré decidentibus durauerut: motes in planicie deciderunt, vici maximi diluuio disparuerut. Ex ingenti purgamétorum copia in quibusdam lacubus insulæ extiterunt:sicuti in Boane, quæ ad Nicomediam est, accidit. Alia præterea multa euenere. Signa quoq; in cœlo conspecta. Nubes enim tubæ specie ad dies

quadraginta vila est. Quo tempore cinere etiam

Taremete Preciped Antiochia

Canfa corn, pietas ho-

Antiochia naltos pertu lit terra † arrowale

Clades ein 77bu ex ser-TAMOLD,

† exercias . Azizdover,

Rheter. Liberalita Leonis pr cipis erga Anuch Cafu fata les værij 👩

id oi- A Constantinopoli, nubibus in ignem versis, pluit, qui cinis palmi minoris prope altitudine in tegu-.lis iacuit: id quod euidentissimum indicium im-. minentis incendij fuit. Itaque cum tremore omnes vrbe egressi, Deum precibus placarunt, ignea pluuia Deum abolere velle omnia dicentes. Porrò Deo ad misericordiam converso, flamma extincta, & cinis horrédus in terram delatus est. De hoc Procopius etiam Cæsariensis alicubi memorat, ex Bebio eum monte ortum habuisse scribes, vnde ille quu plutimus redditus esset, vento violento in sublime actus, eo loci vbi ille conquieuit, deciderit fortasse autem & Deus illum ita in sublimi aëre iactatum,in ea loca quæ pæna coercenda erant, coniecit. Terræ quem diximus motu ita ingruente, Imperator Leo sibi meruens, circa san-&um Mamantem tabernacula posuit, ad sex méses ab vrbe ingredienda abstinens, coque modo se divinam iram declinaturum existimans.

CAPYT XXI.

incolæ nominant: quum perniciosus quidam dæ-

mon lucubrationum horis muliercule victum la-

bore manuum quærenti assimilatus, lucernam ad

Zeyrob"



Vm quoque maximum incendi um Constantinopoli grassatum est, quod illi maiorem quam ter ræ motus intulit cladem. Initiű sumpsit in parte maritima, qua o Bolporum leu Bouis transitum,

\* rerum omnium venalium forum, salsamentorum aliquid empturus, siuc etia mulier verè exitioso dæmone agitata illa fuerit (nam dicere id nõ possum:vtrunque sanè fertur) detulisset. Lucerna igitur alicubi posita est , & mulier ipsa abiit. Ignis autem nescio vnde stuppa correpta, ingenté prowoluit flammam, & ædificium id ilicò cosumpsit, atque inde ad vicina serpens circumquaque quam facilimè proxima tecta depastus est : nec illæ tantum quæ facile ignem concipiunt ædes, verumetiam quæ è lapide secto amplitudine & altitudine ingenti constructe erant domus, conflagrarut. C Incendium id libere, in quæcunque incidisser, ædi ficia consumens, in quartum vsque durauit diem. Adhibita quidem est aduersus ignem omnis generis defensio, sed vis eius illam modis omnibus superauit, adeò ve media pars vebis omnis à Septentrione Austrum versus prorsus conflagrarit, in logitudinem quinque, in latitudinem verò decem & quatuor stadiorum spacio, neque quidqua in medio de publicis prinatifque porticibus & zdificiis relicum est. Columna quoque & duroru natura lapidum materia, perinde atque sarmenta quædam, quæ facile accenduntur, ar ser ut. Clades ea ex parte boreali, vbi ețiam nauale vrbis est, à Bosporo ipso ad vetus vsque fanum, quod ab A-

polline cognomen habuit, ex australi verò regio-

ne à Iuliani portu víque ad præclarum ædificium

templi eins, quod Concordiæ dicitur, processit.

Medius inter hæc locus à Constantini foro, vsque ad id quod Tauri forum dicitur, fuit. Itaque quæ inter ea quæ diximus in medio fuere ædificia, de-

forme & miserandum facta sunt spectaculum.

Quæcunque enim ad sublimem amplitudinem

& formam extructa, & ad incomparabilem exor-

nata magnificentiam, maximo commodo publi- D ca & priuata ædificia fuerant, omnia simul subitò in acernos & hiatus vastos & inuios redacta sunt. varij generis materia in cumulum vnum congesta, & priore facie rerum adeò mutata, vt neque ædiű iplarű incolæ quid fuerit, quóve loco queuis prius opera steterint, discernere potuerint.

CAPYT XXII.



Orripuit quoque incendium id sendæ Anastasiæ templű, quod 

claruit, operibus nouis enitens, humanitate que & misericordia maximè insignis: & qui virtute eò pcesserit, vt etiä mortuos excitarit. Sed alia quoque is templa pręclara & magnifica Deo construxit. Tum porrò ignis carpere iam sanctæ Anastasiæ templum instituerat, sed ei ille obstaculo fuit. Quum enim iam flamma serpens ecclesie appro- E pinquaret, accepto in manus sacro Euangelio, per tegulas in tectum conscendit, precibusque & lachrymis Deum implorauit. Ignis autem ad eum accedens, veluti virum sanctum reueritus, arque in fublime fublatus , & in arcus speciem admodű incuruatus,ædem cam intaclá prorfus relinquens transiliuit. Cum hoc co tempore Daniel quoque floruit, qui ad Transitum perquam diu stationem super coluna pertulit. Is ex Simeonis Mandra pro diit, cuius precibus & cohortationibus adiutus, eximia subiit certamina, & pietatis exercitium supra naturz captum, Borez continuè expositus, peregit: quapropter etiam ab agonothete siue cer taminis muneratore ingenti gloria est condecoratus, à quo exitiosorum demonum expulsionem, & variorum morborum sanationem accepit . Ad quem sæpe etiam in tenui habitu veniens Imperator obstupuit, benediction emque ab co& communionem precum petiir.Perliberaliter quo que magnifica prope columnam construxit ædificia, templum item & domicilium circa virum F fanctum monachorum statuit, & + columnam ip sam extulit, omniaq; adeò viro sancto factus est. Incendij eius tempore, Daniel ex columna tandem digressus, in vrbem venit: atque in eius præsentia ignis confestim extinctus conquieuit. Sub Basilisco verò, qui à religione excidit, & Chalcedonésem Synodum contempsit, ardore inde du-&us rurlum descendit,& cum Acacio Constantinopolitano antistite ecclesiasticos couentus egit, monachorumque ordine omni cum multitudine ipsa plebis assumpto Basiliscum adiit, & cum eo liberrime colloquurus est. Idem fecit Ascetarum præstantissimus Olympius. \* Tum quoque viguit Auxentius \* Exscholaris, vitam nudam in monte eo qui ex aduerso Constantinopoli situs est, sicuti antea dixi, monachus agens. Qui inde descendens, Synodo affuit, & plurimum mo-

Santta A naftafie tei plii precibus M arciani viri fanthi, illa/um ab incedio per manfit. Mortwo refuscitatio.

Miracula Danielis. Daniel à Leone Imperatore admodücultını.

4 44449 44 zibra. Incendiñ ad Danielis ad fiii.

Daniel libe rè Bafilifes tynamaii pro pter haresim obiorganis. Olympias. Auxeni". \* återzens-

\* Scholares in sacro Palatio militantes dicedătur, sicuti & part corum Domestici Schola. Nam militätium quoque schola oft. Hine rubrica est de Privilegiu scholarum. C. lib. 12. Et exscholaru, qui militare in anla defiis: semt exrex, exconful, exquastor, &c. dicient. T iij Varadatus. Iacobus Ni fibenu.

Huiss mi raculo puella lauantes camacrunt.

De parochia libus orclesia rū munersb. qua effertoria dicimes. B

† Hane nue parochialem etr curatam TOCAMUS.

L. omnes indices. L. Diesfeftos.C.de fer.

A menti recto dogmati attulit. Inter monachos clari etiam maximè fuere Varadatus, & Iacobus Nisibenus: cuius quam egregium vitæ institutum fuerit, satis declarat miraculum quod in puellis Græcam superstitionem sectantibus, dum in sonte lauarent, edidir. Quz quòd dicto lacobi audien tes non essent, canuerunt : & fons statim exsiccatus est, quem quidem ille precatus vndis repleuit, puellas autem canas per vitam omnem reliquit. Illud feire conuenit, non hue effe Iacobum illum, qui aduersus circulares literas scripsit.nam is Costantij temporibus fuit:iste autem temporibus hi sce viguit, prodigiis & miraculis præcipuis specta tus, sicuti Theodoritus in Deiamantium historia inquit. Cui etiam arcam sepulchralem fieri, idem Theodoritus curauit. Accidit autem vt prior moreretur Theodoritus: verumtamen sic quoq; magnus Iacobus in ea est conditus. Martianum, qué diximus, Génadius Constantinopolitanus ecclesiæ œconomum & dispensatorem legit, quum ex Catharorum siue Purorum hæresi ad ecclesiam transiisset.qui quum id munus obiret, quæ in ecclesia quaque muneris loco offerrentur, ea vt loci cuiusque clerici ferrent, constituit, quum ad id tempus ecclesia Catholica + seu vniuersalis dona eiuscemodi omnia tulisset. Quo tempore primus etiam Leo constitutione lata, vt dies Dominicus ab omnibus abíque labore omni per ocium transigeretur, festusque & venerabilis esser, quemadmodum & diuis Apostolis visum est, pracepit. Constituit quoque, vt qui in cleri ordinem lecti essent , à solo præsecto prætorio iudicarentur.

#### CAPVT XXIII.

🛪 Ennadio isto, episcopatú geren-

te, pi&or quidam Seruatorem

Miraculana en pictore, qui Saluato rem,ouis for ma pinxit.

Epistola mi

rifica Gen-

lentherium

Sodalitas

machorii

In sommil.

Toannes Ca

lybetes.

wadÿ ad B-

habitu & forma Iouis piuga-aulus, facinoris eius mercedem lia Nam manus eius exaruit: tulit. Nam manus eius exaruit: quam quum ille crimé id publicè confiteretur, Génadius restituit. Illud verò notandum, verius elle , Seruatorem nostrum capillú C molliter inflexum & subcrispum, eumque minus densum habuisse,sicuti in historiis colligitur.Gen nadius iste ad Eleutherium martyrem, de clerico illius quodam, quem vt dissolute viuétem criminabatur, epistolam dedit verbis hisce composită: Sance martyr Dei Eleutheri, miles tuus incompositam degit vitam : quapropter aut tibi ille corrigendus, aut tu ab Ecclesia reiiciendus es. Et clericus ille statim mortuus est. Idem Gennadius nullum sacerdotem consecrauit, qui non prius psalterium sedulò in ore habuisset. In episcopatu huius, Studius quidam vir præclarus, Roma Constátinopolim peruenit,& diuo Præcursori templum erexit, in quod monachos ex domicilio corum qui axoimio, hoc est Insomnes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus divinissimus con-Aruxerat, in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni Deo canerétur, sodalitate monachorum eam ob rem in tres cœtus diuisa-In ea Mandra Ioannes quoque Calybetes monachum egit. Ea tempestate Timocles etiam & Anthimus \* Tropariorum poetæ floruere, qui suas vierque

sodalitates habuere. Et qui Chalcedonenfis syno-

quentabant, qui etiam peruigilium inter eos in-· stituit . Atqui hostili erga eum erant animo, Timoclem sequebantur. Admirandum etiam quiddam aliud, quod Génadio accidit, exponam. Quú enim nochu ad sanctius sacrifici) aktare astaret, & preces ad Deum pro mundo funderet, spectrum quoddam dæmoniacum vilum elt : quod crucis figno ab eo repulsum, humana voce ira illi responder.lllo quidem viuo, secessutum atque quieturum, postea verò modis omnibus Ecclesiam perturbaturum. Quod Gennadius metuens, postquam Deum plurimum deprecatus fuillet, ex hac vita migrauit. Et Acacius orphanotrophus seu pu pillorum curator, thronum recepit. Tum quoque euenit, vt duo episcopi, quorum alter rabie Arij infectus, à dicendi & disputandi arte instructisimus, alter virtute, religione & reca fide ornatifsimus erat, de doctrina religionis concertarent. Porrò orthodoxo & rectè sentienti visum est, ver borum contentione relica, ad rem ipsam descendere, & veritatem explorare: videlicet vt rogo in- E genti accenso, se in ignem coniicerent. Quod vbi Arianus detrecauit, orthodoxus igni se comisit, arque inde cum impio sermonem conferens disputauit, saluus que etiam vestibus intactis perman lit. Archisynagogus quoque inter Iudços quidam cum pueris duobus in tumultu concitato, perinde atque is autor eius fuisser, correptus, crudeliter à viro consulari excruciatus est, multis hominibus præsentibus. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus est: O Deus sancti Sergij adiuua me. Sancte Sergi, tu nosti. Iudices porrò fingere & assimulare hac Hebraum putantes, ad ignem, vi viuus combureretur, qui verba ea protu lisset, condemnarunt. Et ecce in media flamma equites duo candidis induti stolis apparentes, horis multis illum ab igne intactum conservarunt: & multitudo in flammam infiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, Sergius nominatus est:atque ille non minus mente quoque il-

di decreta comprobant, Anthimi conuentus fre- D

CAPTT XXIIII.

luminatus, substantia sua quam multam habuit

vendita, in pyræeius loco amplissimum Sergio

iuxta Dei beneplacitum, exegit vitam. Idem duo

eius fecere pueri, nominibus suis in Sergij & Bac-

chi nomen mutatis. De his hactenus.

martyri templum extruxit: vbi capite raso reliquă, F

Eone imperante, veneranda immaculatæ Matris vestis Constan tinopolim hoc modo plata est. Hanc sicuti diximus, mater Dei ad filium migrans, mulieri He-

quæ etiam víq; ad illud ipíum tempus incorrupta permansit, & multa miracula edidit. Postquam autem Candidus & Galbius germani fratres patricia dignitate præditi, Hierosolyma profecti, omnia ibi loca perlustrarunt & exosculati sunt, atque inde etiam in Galilææ partes venerüt,& thesaurum hunc apud Iudzam quendam asseruatum repererunt, consilium eius auferendi ceperant. Et Hierosolymorum vrbe peragrata,& sancto quoque loco salutato, ex Palzstina discessuri, arca caTropariorii eta Tim cles 🖝 🗸 Spellrii deapparet.

. Diffmail epifapi est

Mitaculu in Archifjuagogo lu dao in flamma ignis di-Saude.

Dini Sergij chas fattas.

Vestie dies Palafina Conflătie police de. portata

Tropos etiam nunc homines noftri dicunt.

Blacherna. Rotüdű Dei gemitrici Leo cöftraxit tem plum,in quo restu ea repofita. A dem longitudine & latitudine qua illa erat, in qua diuina Deimatris vestis reposita erat, fieri cutatut: eámque vacuam, solito ornamento coopertam, per fraudem in loco suo deposuerunt : alteram au tem illam cum facrofancta veste receperunt,&cũ ea quam celerrime Costantinopolim recurrerut, in surburbana regione, cui Blachernæ nomé erat, occultare divinum the saurum volentes. Quandoquidem verò rem tentare quæ fieri nequiret visi funt, ingratis ctiam cam ad imperatorem retulere. Atque ille incredibili clatus voluptate, rotudo in eo loco vbi asseruabatur constructo templo, cu magna veneratione facramarcamin eo collocauit: vbi nunc quoq; veneranda illa vestis integra servatur, veluti inuictu perpetuumque vrbis præsi diű, quæ varios repellit morbos, & miraculis quæ in ea fiunt, naturam & vim temporis superat. Pulchefia quido delebris imperacrix, ingens sub Marciano Deimatri condidit templum, vbi sepulchrales fascias reposuit, Leo autem magnus aliud construxit, in quo magnifice vestem illius cosecravit.

CAPPT XXY.

Templum di na virginie ad Fontem,

B

Eo iste aliud quoque templum virgi ni matri in loco qui Fontis nomé ha bet,erexit,vbi densæ & ingentes cupressi, pratum etiam teneris refertú floribus, quasi quida paradisus amœ

nus & pulcher, fons insuper pellucida & potabili aqua tacitè scatens : & vt semel dicam, quæcung; sacrum templum decerét, omnia erant. Vtrunque hoc delubrum pro vrbis mænibus constructum est: alterum in Blachernis ad maris littus, alterum autem ad eam quæ dicitur Aurea porta quæ ad arcis finem est, vt vtraque ædes inexpugnabile vrbi propugnaculu esser. Abest ab vrbe regio hæc stadiovno, dotes quas terra habere potest omnesobtinens, antiquitùs matri Dei consecrata. Optimu ibi est cœlum, locus ipse variis costus arboribus, platanorum prouetu plurimo & cupressoru proceritate perquàm amœnus fuit. Herbam protulit mollé & copiosam, diuersi generis flosculos præ-C tendentem, toris commodam, nec minus pascuis vtilem. Fons vbertim & pellucide profluens, quu loco ipsi gratiam ingentem & amœnitatem præbuit, tum pulchrum eum & conspicuum reddidit. Dinina præterea gratia aquæ ipfi indita, ad miraculorum edendorum prouentum efficacem eam præstitit. Intercessit tempus longum, & cænum paulatim vndę aggestum fontem obruit, initiúmque quà vnda proflueret obstruxit. Arború etiá denlitas, aditu ad fontem obstructo, quum diutur nitas insuper temporis accessisset, obliuione locu obduxit, ita ve limus vliginosus esset, & humore tătum tenui dignosceretur. Verumenimuerò Leo iste, quum nondum diuino nutu imperiali dignitate exornatus, prinatus degerer, & circa cum locum alicubi deambularet, in hominem cœcum to ta via errantem incidit: & vicem eius miseratus (crat enim vir bonus, misericors, & in rebus omnibus consideratus & prouidus) manu eum duxit: oculi ei vicem præstans, gressumque eius per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum aut duri esfer, quod incedentem offendere posser, remouir. Atque ille quidem hunc ducebat, hic auté

fequebatur.Et iam itinere aliquanto confecto,,p. D pe cœnolum hunc locum venerant: cœcúsque ille siti plurimu conficiebatur, & quin concideret parú aberat, ita humor omnis in eqæstu vehemétissimo exaruerat. Itaque Leoni valde institit, ab eóq; crebrius cótédit, vt fiti eius mederetur, & viç laboré in ymbra quapiam aliquantulú recreatet. Erat hoc inenarrabilis cognitionis & sapientiæ Dei, quæ mirifice omnia instituit. Ille igitur misericordia erga pauperem motus, densam syluam omnem perlustrauit, & si quis aquæ humor ibi scateret, scrutatus est. Vt verò post fatigationem multam infecta re ad illum rediit, & anxicadmo. dum quiritaretur, quòd misero illi in tali casu nihil solatij conferre posset, vocé incredibilem preter opinionem omnem ex alto ad se delatam audiit, que diceret: Non ita anxietate te macerari oportet Leo, ecce aqua propè est. Proinde noua hac voce consternatus, denuò vndam inquitere institit. Sed & ips cœcus prorsus fuit. Circu eam enim versabatur, minimè tamen ca videbat: quòd & syluæ densæ opacitas ei obstaret, & cœnum E profundius illum inde remouerer. Quapropter partim indignans, quòd quem manu duxerat cœcus erumnam cam pateretur: partim vocem eam in animo fixam confiderans,&aquam rurfum inuestigans, denuò cam ipsam exaudiit suaue quiddam & facetum cœlitùs sonantem vocem. Ná & de nomine eum copellauit, & imperialem dignitatem primo quoque ei tempore aduenturam cer tò denunciauit, ita inquiens: Leo imperator, densum hunc & vmbrosum lucum ingressus, turbida aquam hauri, cáque sitim hominis ægri refice : & limain cœnofum manibus cape, quo cœci oculos inungas. Quæ verò sum, dudum hunc obtinens lo cum, cóque me oblectans, mox scies. Tu fac vt ædem hic mihi sacram construas, in qua identidé verser,& suauiter deambulem : in qua etiam precătibus omnibus, locúmque hunc cũ ardore & fide certa adeuntibus, optata præstem omnia. Neq; quidqua est prorsus, quod mihi aduersetur, & non continuò potestati mez cessurum sit, etiamsi dzmon sit, aut morbus qui omnem superet medicinæ curam, aut aliud quidg quod, factura no sim, dumodo ritè piéq; sit petitum. Verbis eis Leo parens, cœnum & vndam ad cœcum parum id iam curatem, vt in quo spiritus propè extincus esser, attulit: & oculos eius luto, non secus atque Seruator illius à natiuitate cœci,liniuit: deinde etiam aquam præbuit, oculos attrectanti. Ecce auté maiestas & magnificentia tua,ô Dei genitrix, se exhibet, & misero illi aqua turbida & lutum Siloë fit. Confestim enim visum recipit, & diuturnas abiicit tenebras, oculis præter spem omnem, solé, seu potius cœnum & lutum inspiciens. Sicuti nanque fol primum, qui visui luce primus dat, ab eo cospi citur, sic tum lutum, quod lumé illi subministra rat, primùm ab eo est conspectum. Qua in re illud etiam admirandum fuir. Nam quod oculis valen tibus maxime aduersatur, id tum natura & vi sua depolita, salutare est factum.

CAPPT XXVI.

T iiij

Leoni calis<sup>o</sup> imperium pmillum.

Teplam Dei genitrici con dere inbetar.

Cærm fontis cæno oblitus illuminaturs

Lutum eculu falutare.

Digitized by Google

Leo adine
prinatus cacum homine
m via ducis,
in fonte mi-

Eo postea, pro eo arque ei Dei genitrix prædixerat, ad imperiale fublatus fastigium, statim pro tanto illius in se beneficio ei gratiam repédit.Et loco eo repurgato,& fontis vena al-

tissime inuestigata & restituta, quidquid erat co-

ni & terræ aggestæ eiiciendum curauit: & fonte

ipso circunquaque structura solida probè muni-

to, delubrum Dei matri construxit, & ædificiű ip-

sum supra fontem statuit. Structura ita compara-

ta cst,vt no minus ædificij subter terram sit, quam

Structura të pli Virginu atria ad Fontem.

לוי דנ זימים ve funxquive STIPOPER OF TAY DISSY KARE căsută diμφ, ώς σομ-Bairdy THITH-Mębija man cival to pl-= 1 + ive 5.

+ trupoples.

Fons mirifi-

super terram emineat. Nam indicio meo ex ipsius terræ fundamentis excitata est, & in + quadrangulum ita coagmentata, vt eam formam ædi sacre prestet, qua aliquatenus longitudo latitudinem su peret, & longitudini quæ alsis rationem habeat, latitudo quadrantis proportione respondeat, sed ædificij muri sub terra nihil habent varietatis:qua primum autem supra terram eminent, statim variant. Ná in quatuor porticus conformantur, quarum duz, contra Orientem altera, & Occidentem folem altera, in vacuum aërem sublimes ferutur: alteræ duæ vtrinque proximis suffultæ parietibus coniunguntur, eisque incumbut. E superiore parte structura quædam apsidum & arcuum molliter ædem ipsam attollens circumits&porticibus quibuldam æquis inter le spaciis distantibus fulcitur, quæ spacia veluti inter columnia luminis immittendi gratia instituta sunt, per que lux immensa in fontem influit, & splendoris abundantia lumine multo locum omnem illustrat. Super his tholus in sublime eminet, cum testudine rotunda & alta, paulatim sese deorsum versum incuruante, & aliquantulum in sublime euadente: cuius tam prolixa est pulchritudo, vt cœlo relucenti & igni ardenti fimilis videatur. Superiorem facri adyti partem, aliud supra fontem ipsum ædificiű terminat, firma porticu exornatum, vt formæ pul chritudinem, + longitudine altero tanto latitudi nem superate adimpleat. Gradus etiam quosdam architectus, vigintiquinque opinor, ex vtraq; parte aptissime construxit, qui facilem ad fontem ipsum descensum præbeant: cancellis marmoreis C additis, qui & pulchritudinem aliquam operi affe rant, & descendentes, ne lubrico humoris labantur, manuducăt. Gradus alij directe acclines sunt, alij verò aliquantulu incurui. Testudo summa, seu potius vertex iple tépli auro puro prolizè exornatus est: atq; is luce p frequéria specularia immissa, & marmoris quo parietes incrustati sunt fulgore vibrato, veluti coruscans templum omne tang ful gure illustrat. Fons in medio ferè templo est. parum enim id abest. Latitudo eius bis senum pedű, vndam habet iugem, frigidam & pellucida. Stru-Aura marmorea quadrangulari continetur, cuius labrum aquantibus percommodum est. Intra id eis quos diximus pares gradus sunt, quidam semicirculi figuram, alijquadratam formam referentes: seni virinque qui deorsum versum ad fontem quemuis ferunt. Mediocris præterea phiala paululum excauata ad os fontissitat, hydriam statim exceptura. Habet ea foramina quædam, vt effluenti latici locus sit. Hunc cauum aliud in solo pro fontis influxu excipit, quod aquæ efflu-

ere satagenti meatum exitumque ex parte om-

ni præber. Cuniculus per mediam ædem pro-

tenditur, adytum diuidens, probe vbique muni- D tus. Caua superne duo habet: alterum lapide rotundo constructum, in medio templi loco: alterum ad adytum appropinquat, labrum longius quam latius habens : vnde etiam facrum illud & lustrale lutum vasculo in coclearis formam facto illi hauriunt, quibus id ministerium commissum eft. Aquæ istius per incredibilem mistionem mirifica est temperies. neque enim supra modum gelida est, & à repiditate multum abest: ita vt eam omnigenam & qualem quisque velit esse contingat, non secus quam decantatum illud Manna. Est autem pellucida maximè, & leuis, spiritos aura sacro quodam modo extenuata. Et quod alía omnia superat, res quoque contrarias vnda hæc curat. De quibus enim egritudinibus frigore homines affligentibus ars medicorum curandis desperauit, eis statim in illa medicinam inuenias. Tale delubrum Leo Deimatri erexit, atque id Fontem nominauit:opus si videas, insigne præstantius cer tè quam vt verbis explicari queat. In fontis unda, ea quam diximus gratia enituit. Postea verò alij E quidam ædificiorum accessionibus locum eum exornarunt, pulchritudinem adiectitiam ei addetes, & decentiorem illi amœnitatem adiicientes: quemadmodum & Iustinianus post modum maximam & pulcherimam extruxit domum, gratiã eam pro beneficiis acceptis virgini Matri referes, De miraculis quæ ad fontem ipsum quamplurima edita lunt, librum conscripsimus, à piis quibuldam viris, vt hoc faceremus, excitati. Vnde etiam ea quæ de fonte diximus, in opus hoc transtulimus. Sed iam ad reliquam historiam progrediamur.

#### CAPVI XXVII.



Enferichus Vandalorum rex, qui Ctum est, potitus, ad magnas perditionem Romanorum excursiouenit opes,postMartiani obitum,

nibus plurimum afflixit : vrbium omnium, præterquam Carthaginis, mænia diruit. Et quidquid F pecuniæ & agri occidentales Libyes habuere , id illis ademptum, popularibus suis dedit subditisque suis, tributa tributis accumulando, apprimè grauis, fuit. Quibus erumnis incolæ pressi, profugerunt. Porrò quam id Leo ægre ferret, ex ditione sua omni mille & centum naues contraxit, armisque & copiis non pænitendis impolitis, eas aduerlus Genserichum & Vandalos misit.In eam classem mille & ducenta centenaria auri pondera impendisse, cidémque supra septem millia remigum attribuisse dicitur. Ducem ei cum imperio Basiliscum præfecit, coniugis suæ Verinæ fratrem germanum: qui quod oculos + ad Imperium adiecisset, Asparem sibi & Ardaburium conciliauit. Nam per cos se facilime, quod volebat, confecturum esse putabat. Vt autem ipsi ad imperialem dignitatem peruenirent, fieri omnino non potuit, propterea quod Ariani essent, quorum religionem Byzantij vehementer detestabantur.Verum **v**t imperium aliis concederent , in procliui eis erat: quemadmodum & Leoni fecerant, qui quum curator corum esset, sine sanguine ad imperium

Ingentë daf fem Leo in Aphric edera Päda les mifit. Citmaria p dera: Plio. boc eft centil a Classic duc Baßlissem. Ti Basuda Impeanul -Affer & Ardabani duces Arrani

Genferichns Arianu.

Bafilife\*clas Sem Pädalu prodis. Aspaiù 👉 Arda bury suasu.

Filio a sparie Patruso Ari adna Leonia flia matri monio iam. gitur. De Asparu & Arda bury cade,

gaze phi hiev]a, asiq pāgāptiv ėmsīsas. Filius A Sp4-TIS PASTIC

A cum extulerant. Atque ille imperio potitus, quòd ab eis regeretur, grauiter tulit. Et ipsi, quòd Ecclesiam sibi turbandam esse constituissent, in multis necessariis rebus ei aduersati sunt, & plurima eum perperàm agere dixerunt: superatum etiam iri asseuerantes à Gensericho, quòd minus sanam cole ret religionem . Multo enim Genserichi opinionem, qui Arij dogma profiteretur, Deo gratiore esse quam Leonis ipsius: quem male facere, quòd Nicænam & Chalcedonesem fidem defenderet, non rectè putabant. Atque vt vera dicere videren tur, clam cum Basilisco congressi, sceptrum imperiale ei se tradituros polliciti sunt, si Gésericho vi-Aoriam concederer. De quo quum eis conuenisser, Basiliscus cum classe omni in Aphricam nauigauit, & in colloquio Gensericho, pro eo atque cũ Aspare pactus fuerar, classem statim prodidit. + Itaque militibus fomno fopitis, Genferichus illam incendit: & quum vehementior vetus flammam in sublime tolleret, naues aliç ab àliis ignem coceperunt: & Vandali contis imminentes, si qui milites ex incendio eo profugerent occiderut. Ex classe tanta ne vna quidem nauis reliqua fuit. Basi lifcus ægrè cum paucis admodum profugiens, Byzantium venit, & ad magnam ecclesiam cofugit. Cuius foror Verina Augusta eum periculo liberauit, & Perinthum Thraciæ, vt ibi degeret, misit. Leo imperator Asparem & Ardaburium ad se acciuit, vt quu ab absurda cos opinione abduceret, tum ab insidiis imperio struendis auocaret. Quapropter Ariadnam filiam, quam ex Verina suscepe rat, filio Asparis consuli & patricio in matrimonium collocauit. Czterum illi pro semel cocepta malicia, dolos contra Leonem texere non desierunt. Quod vbi Constantinopolitani cognouerunt, contra eos concitati funt, & in Hippodromo conviciis eos acerbe prosciderut. Illi plebem metuentes, Chalcedonem, exercitu eos omni consequente, traiecerunt: & in templu Euphemiz mar tyris cofugerut. Imperator patriarcha ad eos mis-10, se fidem eis seruaturum esse, si ex Ecclesia ea discederent, pollicitus est. Ipsi verò se loco eo excessuros, nisi imperator ipse adesset, negatut. Pro-C inde Leo ed concessit, & viros eos præter rationé ad se pertraxit,& ad mensam súam adhibuit: & alia præterea multa, iniuriarū amnestiam illis pollicitus, fecit. Alia autem ex parte Zenoni Isauro, qui fidus ei maximè esse videbatur, vt is illis per balneas in imperialem regiam venientibus, subito impetu capita resecaret, præcepit. Aderant illi,& Zeno Ardaburio primum caput amputauit. Quod vbi Aspar vidit, indoluit: & magna voce exclamans, Dignum(inquit) fert exitium senex canus, qui frustra gloriatus est, neque vnquam admonitioni mez audiens fuit. Perszpe enim ei dixi: \* Prius Leonem deuoremus, q ille nos sibi in prandio apponar. Hæc vbi dixit, & iple ferro cælus vitam amisit. Filium autem eius, patricium illum, à filia sua Ariadna per repudium seiuncum, in exi lium misit: & Ariadnam Zenoni, vepote qui insidiatores sustulisset, coniugem dedit. Zeno iste

† Procopius, vel per ignamam, vel per proditionem Bafiliseum rei bene gerenda occasionem & rictoriam amisisso, scribit. De classe mem nullam facit. De belle V andal.lib.3.

ab incunabulis Aricmesius nominatus fuerat: ve-

rùm vnà cum imperatoris filiz coniugio id nomé D mutauit,&Zeno appellatus est:nomine eo à quodam, qui apud Isauros ad magnam peruenit gloriam, sumpto. Huic ex ea quam dixi Leonis filia, Leo minor progenitus est.

# CAPVT XXVIII.



Eno simulatque imperatoris gener factus est, in Orietem missus est:in qua prosectione, l'ett us considere de la gnomine Cnapheus e u sequetus est rempli sanctæ Bassæ martyris apud Chalcedoné Bithynie present

byter. Is vbi cum illo Antiochia venit, & sedes epi scopalis ibi ei perplacuit, Zenoni persuasit, vt sibi in episcopatu co recipiendo adesset: qué tum Mar tyrius gerebat, Maximi, qui quartæ fynodi suffragiis dignitatem eam consecutus fuerar, successor. Et quum Martyrius in vrbe imperiali, necessitate id flagitante, diutius moraretur : Petrus rumultus Antiochiæ non minimos excitauit, res plerasque E apud plebem per confusionem miscens,& insolita quædam aduerlus fidem inducens : quódq; ma ximum est, omnes eos qui Deum crucifixu & passum esse non crederent, anathematis fulmine iaciens. Atque vbi opinionem suam cofirmauit, ter sancto illo hymno accessionem istam, Qui crucifi xus es pro nobis,tandé adiecit. Quæ verba ad hűc víque diem apud Theopaschitas obtinent. Quibuldam etiam hominibus ex Apollinaris partibus fibi ascitis, multa aduersus Martyrium episcopum molitus est, & populú per varia dissidia in partes plures diduxit. Martyrius Antiochia rediit, & mul titudinem seditionem aduersus se & verá de Deo sentétiam mouere , Zenonémque quàm maximè Cnapheo fauere reperit. Atq; vbi post frequenté cohortationem persuadere illis, vt sententiam talem mutarent, non potuit, populi publicitùs concione conuocata, episcopatum deposuit, verbis hi sce in præsentia omnium vsus. Clero rebelli, & po pulo inobedienti, & ecclesia contaminata, nuncium remitto, sacerdotalem mihi reseruas dignitatem. Hoc vbi ille dixit, & secessit, Cnapheus in F Antiochenum thronum infiluit, Chalcedonésem fynodum plurimum profeidit, atque omnes accef sionem illa tersancti hymni vsurpare coegit. Quæ res postquam est ad piissimu Leonem delata, con tinuò Cnapheum ad exilium condemnauit. Idverò vbi ille cognouit, fuga saluti suæ consuluit, & in domicilio Insomnium monachorum clàm latuit. Cnapheo Stephanus substitutus est, quem Antiocheni pueti, quòd scilicet Cnapheo adhuc addicti essent, acutis calamis veluti cuspidibus iugularunt: & in amnem, qui vrbé cam præterfluit, coniecerunt, sicuti Ioannes Rhetor tradit. Stepha no in episcopatu Calandion, qui tum Constantinopoli propter negocium certum erat, successit. Hic quartam synodum defendes, neminem prius ad comunionem admittebat, quam Petrum Cnapheum & circulares quæ postea à Basilisco tyranno editæ sunt literas, anathemati subiecisset. Idem Cnaphei actionibus resistens, accessioni illius in eo quem diximus hymno, præmisit, Christe rex.

Petru Cnapheum quatuorista Ecclesiæ Catho licæ cómodissima reperisse dicut: 🖈 vt sacrú vn-

Zenone adia mate Petrus Cuaphem, rivete adhuc Martario episcopo sedem Antiechen Z innadit. Cnaphe' by mno ter fau el •, claufula illä, Qui ero cifix**us** es **p** robu,adycit

Thoupafchi-

Martyrij e piscopatu ab cuntis graui-ter diclum. Cnaphens in exiliñ agitur

Apud Imfomnes latet.

Stephanum Setiochia episcopii pue vi trucidant. Calãdiú eins Successor.

\* ઉત્તર મહિલ્ઠ RATAGKLUK. Petri Cnaphei quatior in ecclesia »tilia inueta.

Theophania
eade que Epiphania.
† rou rourse
tiv des uña
covituada a
da.
inastasime
or Martyrime episcopi
Hicrosolymitani.

guentum in populi totius præsentia cosecraretur: vt ad vesperam sanctorum Theophaniorum vnda in sacrum lauacrum infunderetur: vt symbolu sanctum, quod semel tantum antea magno & sancto Parasceues die dici solitum suerat, in syntaxi & conuentu ecclesiæ quouis decantaretur: vt in precasione omni Dei genitrix nominaretur, + & diuinum eius nomen inuocaretur. Paulo post vbi Iuuenalis in extrema senecture Hierosolymis die suum obiit, episcopale eius munus Anastasius sortitus est. Cui deinde successit Martyrius.

† Hodie quoque Graci & Orientales christiani precationi cninu intercessionem 18 8101818, hoc est, Deigenitricu insernut.

CAPVT XXIX.

Leo senior moritur.

T.ea mines

Zeno bater

Leoni filio 12

imperio suc-

Libribuius

anni. \* Secundum

neot.Ch**tono** 

logos 4454.

stidem.

cedit.



Eo magnus imperator, Zenonis & Ariadnę filiæ filium Leonem minorem Cęfarem primùm, deinde etiam imperatorem Romanorum renunciauit, manibúsque ipfe fuis imperij

insignia ei contulit. Zenonem enim, quòd in religione variaret, Imperatorem legere dignatus non est. Deinde Leo morbo oppressus, Byzantij impe rium vnà cum vita deposuit, quum id annis dece & septem administrasset.Post quem Zeno purpu ram sumpsit, vt Leonis gener: quòd eum Verina, Leonis coniunx, imperij socium Leoni adhuc tenero, qui etia patri imperij infignia impoluit, afciuerir.Porrò quum Leo minor post annum vnum decessisser, Zeno solus Romanoru imperium gubernauit, min' feliciter. Que verò sub eo acta sint, & quæ eo tempore acciderint alia,Deo opitulante, ea quæ sequuntur, ostendent. Quindecimus iste historiarum liber vigintiquinque complectitur annos,quũ ab orbe condito quinquies 🖈 millesimus noningentesimus nonagesimus, à natiuitate Domini quadringétesimus octogesimusquin tus ageretur annus. \*

\* Leone Imperatore aliquando Eulogio philosopho tesseram framentariam dari iubente, ex cubiculariu eunuchu quidam, militibus largitionem talem dari debere, dixit. Ad quem conversus Leo: V ti-C mam, inquit, is sit temporum meorum status, vt mihi liceat stipendia militum in literarum magistros conserve. Suid. Apud quem etiä de Malchi sententia est, grauem cinium provinciarum que suarum Leonem istum compilatorem suisse.

CAPVT XXX.

SANCTAE VNIVERfalis quartæ Syntli Acta.

\* Secudi no firos Chroni. 4435, Anno domini 457



Mundo condito quinquies \* mil lesimus noningentesimus sexage simus sextus agebatur annus, quu divina & sacra vniuersalis quarta Synodus, in prouincia Bithyniæ Chalcedone, in Euphemiæ marty

ris templo est congregata. Leonis veteris Romæ episcopi locu ibi obtinuere Pascasinus & Lucentius episcopi, & Bonifacius presbyter. Episcopatu Constantinopolitanum tum Anatolius administrauit, Alexandrinum Dioscorus, Antiochenum Maximus, Hierosolymitanus Iuuenalis: qui in Synodo eavnà cu aliis episcopis assure. His accesse-

re magistratus, & qui in Senatu summo primas ge D rebant dignitates. Vbi omnes consederut, statim Leonis madatarij dixere, Dioscorum illis assidere no debere. Hoc enim à Leone sic constitutu esse: alioqui se, si id facere cogerentur, ex conuentu eo abituros. Senatus, quanam de causa id fieri deberet, rogauit. Atque illi responderunt: Dioscoru reum agi, proindéque iudicis personam eum sustinere, Romano antistite non permittente, non posse.Hæc vbi dica sunt, & Dioscorus de Senatus sententia medium cepit locum: Eusebius Dorylçi episcopus affuit, & quas imperiali obtulisset celsitudini preces, legi publicè petiit, hisce vsus verbis. Iniuria affectus sum à Dioscoro, iniuria affecta est fides. Episcopus Flauianus cæsus, & vnà mecũ iniquè ab iplo exautoratus est . Iubete rogo supplicé \* meum libellum legi. Quod vbi permissum est, sup plicatio lecta est, in hæc verba coscripta. Libellus Eusebij episcopi Dorylæi,qui suam & orthodoxæ fidei, & qui in numerum san & oru relatus est, Flauiani episcopi olim Constantinopolitani, causam agit. + Cossilium institutumque imperialisvestræ E potestatis est, ve quum aliisomnibus subditis, tum " eis maximè qui in ordinem sacerdotu allecti sunt, " iniuria affectis, curam eorum gerentes, dextrá por ' rigatis. Qua in re diuino numini, pio cultu obsequimini, à quo imperium vobis & orbis potestas \* tradita est. Quum igitur præter æquitatem & ra- " tionem omnem, ea quæ in Christum est sides, & " nos, grauč acceperimus iniuriam à religiosisimo » magnę Alexandrinæ vrbis episcopo Dioscoro,2d " pietatem vestram confugimus, vt ius nostru consequamur petentes. Res tota in hoc sita est. In ea " quæ proximè in metropoli Ephesiorum celebra- » ta est synodo, (viinam autem celebrata non esset, " nec orbis terrarum tumultu & malis multis reple » retur)bonus Dioscorus, nulla iusticię, nulla timo- » ris Dei habita ratione, p eadem cum vesano & hæ » retico Eutychete opinaretur & sentiret, multis il- » le quidem tum ignotus, sed postea seipsum mani- » festauit & prodidit, opportunitate nactus per in- » flitutam à me aduersus opinionis suæ popularem » Eutychetem accusationem, & promulgatam con » tra eu à sanca memoriæ & quietis Flauiano epi-F scopo sententiam, multitudine turbulentoru dissolutorumque hominum contracta, & potestate pecunia sibi comparata, piam orthodoxorum re-Aéque sentientium, quantum in eo fuit, religioné afflixit, & prauam Eutychetis monachi opinione confirmauit, quæ iam inde ab initio à sanctis patribus est condénata. Quando igitur no parua sunt, quæ ille aduersus fidem in Christum & nos designare aulus est, ad amplitudinem vestram prouoluimur, obsecrantes, vt amplitudo vestra sanctione sua ipsum religiosissimum Dioscorum causam dicere de criminibus sibi à nobis obiectis iubeat: necnon monumenta & acta contra nos ab eo edita in sancta Synodo legi mandet, per que probare possumus, illum longè ab orthodoxa & re-Ca fide alienum esse, & hæresim impietatis ple-

nam cofirmasse, nobisq; iniquè dignitaté ademis-

se, & grauem iniuriam intulisse: vt divinis vene-

randisque mandatis vestris ad sanctam & vniuer

salem piissimorum episcoporum synodum datis,

ab iplis de nostro & Dioscori causa inquiratur,&

actiones omnes ad pieratis vestræ cognitionem,"

Romani pon
tif.antoritat
Non potest
ide in cocilio
esse rem
tribe Ensebij Duylei
episcopi contran Alewandrinam

Einfdem sop plicatio prin cipibm exhi bita.

† sustis,

Supr.lib.14. cap.47.

Digitized by Google

Maximatio ecclesiarum eposcopi.

Alta fynodi Epbesia pra datoria in co cilio Chalcedonensi letta

Malti epifco ta,substribeeretu E-

† Serpope. Zuagr.lib, 2. C4.17.

† wille. l'nde.

A sempiternæque sublimitatis vestræ arbitrium referantur. Atque hoc sic cosecuti, orationes perpetuas ad Deum, pro æternovestro imperio piissimi Principes fundere no intermittemus. Itaq; Dio scoro iuxrà & Eusebio ita petente, acta Ephesia in medium producta & lecta funt.Ex quibus constitit,epistolam Leonis publicè lectam non esse:quu quidem, vt id fieret, multi semel atque iterum postulassent. Dioscorus causam eius rei dicere iussus, semel atq; iterum se,vt id fieret, præcepisse dixit:testésque Iuuenalem Hierosolymorū & Thalassium Cæsareæ primariæ vrbis Cappadocű episcopos laudauit, qui secum synodo ei præfuissent. Iuuenalis se sacrum id, quod synodo præiret, scriptum legi iussisse testatus est, postea autem neminem eius mentionem intulisse. Thalassius autem professus est, se vt id legeretur non obstitisse : sed neque tantum sibi autoritatis, vt solus ipse legi id iuberet, vsurpasse. Quum actorum lectio cotinuaretur, episcopi quidam voces quassam quasi ficitiz assimulatzque essent, reprehenderunt. Et B Stephanus Ephesi antistes interrogatus, quinam subscriptores aliorum etiam nomina subscripsisfent, Iulianum Lebedi episcopum + postremum eos subscripsisse dixit, & Crispinum: subscriptores verò Dioscoro id no permissife, sed subscriben tium digitos inhibuisse: ita vt etiam, ne res omniŭ fædissimas paterentur, periclitati sint. Idem Ste phanus subintulit, vno codémque, quo Flauiano dignitas abrogata est, die, subscriptioné etiam fa-&am esse. Ad quæ Acacius Ariarathiæ episcopus addidit, omnes in chartam puram subscriptionis annotationem retulisse, vi adactos, quod militib armatis cincti fuissent. Porrò quum quædam voces aliæ legerentur, Theodorus Claudiopolis episcopus neminé ea verba protulisse retulit. Quum lectio per capita progrederetur, locus quidam coplecebatur, Eutychetem dixisse: & eos qui dicut, carné Domini nostri Iesu Christi de cœlo descendisse. Et Eusebiu contrà intulisse, quòd ille dixerit quidem hoc verbum, de cœlo : verbum autem, + A quo, nó addiderit. Et Diogenem Cyzici episcopum institisse, vt A quo tandem diceret: sed eis vt amplius quærerent, permissum non esse. Adhæc, ipla acta indicant, Balilium Seleuciæ Ilaurorū epi scopum sic dixisse: Adoro vnum Dominum no-. strum Iesum Christum, filium Dei, solum Deum verbum, qui post incarnationem & vnionem in a duabus naturis cognoscitur. Ad quæ verba Ægya ptij magna voce clare exclamarint: Qui indiuisibilis est, eum ne quis diuidat, vnum filiu, no duos a dicere conuenit.Orientales autem sub hæc vocife rati fint: Anathema in cum qui dispertit, anathema in eum qui diuidit. Eadem acta inferunt, Eutychetem interrogatum esse, an duas esse in Christo naturas diceret. Illúmque respondisse: ex duabus quidem naturis Christum se nosse ante vnionem, post vnionem autem naturam eius vna. Sub 🕳 hæc Basilium dixisse: Nisi post vnionem duas na-" turas, que legregari & confundi etiá non polsint, e profiteretur, confusionem eum prorsus & comixtionem asserere. Sin adderet incarnatam & inhu manatam, & itidem, vt Cyrillus, incarnationem & inhumanationem intelligeret, idem eum nobiscũ dicere. nam aliud quiddam esse diuinitatem ex pa

tre, aliud quiddam humanitatem ex matre. Quum

autem interrogati essent, cur condemnationi Fla- D uiani subscripsīssent? actoru 🖈 comentarij Orien tales exclamasse produt: Omnes peccauimus, om nes veniam petimus. Lectio eorundem actorum procedens rurlum oftendit, episcopos interrogatos esse, quánam de causa Eusebium in couentum non admiserint. Et ad id Dioscorum respondisse: Elpidium commonitorium produxisse, & asseuerasse, Theodosium imperatorem, ne Eusebius publice quidquam &libere dicerer, statuisse. Idemq; Iuuenalem Hierosolymitanum dixisse acta declarant. Czsariesem autem Thalassiū retulisse, quod admittendi eius potestatem non habuerit, neq; ea quæ Principes damnassent, rescindendi. Tum autem non hanc elle fidei, de qua agere propolitum esset, defensionem. Ad hæc, acta asserunt, Dioscorū ea quæ fiebant reprehédisse, & dixisse: quomodo nunc Canones seruantur, quum Theodoritus quoque in conuentum venerit? Senatū autem respondisse, quòd accusatoris locum obtinerer, propteres illum ingressum esse. Dioscorú porrò intulisse: Atqui in episcopi + subsellio ille se- E det . Et rursum Senatum imperialem intulisse: Et Eusebium & Theodoritum accusatorum vices ge rere, sicuti & Dioscorum rei partes sustinere. Atque vbi acta synodi posterius Ephesi celebratæ 0mnia, vnà cum sententia contra Flauianum & Eusebiű lata, lecta, & ad clausulam illam ventű esset, ibi Hilarius episcopus dixit, Orientales episcopos & qui cum eis crant, vociferatos elle, anathema in Dioscorum: hac ipsa hora Dioscoru Christus con » demnauit : Flauianus à Dioscoro exautoratus est: » scorum. tu illum Domine sancte vindica, tum illum ortho » doxe imperator vindica: Viuat, viuat in multos = annos Leo: viuat diutissime patriarcha. Sub hæc » vbi reliqua quoque lecta esset, quæ alios quoque » episcopos in Flauiani & Eusebij condemnationé » confensisse declararut, laudatissimos principes in 🖚 huc modum verba fecisse. De orthodoxa recta & ... Catholica fide postea frequentiore conuentu co- » acto, certiorem inquilitionem fieri debere decer... 🖚 nimus. Quadoquidem verò Flauianus piæ memo » Stilia prim riæ, & Eusebius Dorylæi religiosissimus episco- . pus, per commentariorum lectorum testimoniu, F & voces ipsas eorum, qui tum synodo illi princi- » pes præfuere, lapsos se esse, perperámque illis di- » gnitatem qui in fide hallucinati non fuerint, abro " gasse contentes, inique codemnatione cam facta " esse probarunt:æquum nobis esse pro eo arq;Deo 🐱 placet, si diuinissimi & piissimi Domini nostri " accesserit calculus, videtur, vt eadé pæna Diosco- » Pana tallorus religiosissimus Alexander episcopus, & Iuue- » ». nalis religiosissimus episcopus Hierosolymorū, » & Thalassius reueredissimus Cæsareæ episcopus, » & Eusebius religiosissimus \* Ancyræ episcopus, \* & Eustathius religiosissimus Beryti episcopus, & perperam. Basilius religiosissimus Seleuciæ Isauroru episcopus, qui cu autoritate ab eis vsurpata, synodo pre- " fuerunt, afficiantur : videlicet, vt per lacram hanc " fynodum,iuxta Canones, episcopali excidant di- " guitate. Reliqui vetò omnes qui illos secuti sunt, » Addamadiuinæ Maiestati cogniri sunt. Ad que verba O- " tiones episcorientales exclamatint : Hoc iustum est iudiciu. Il- ... porum sentem lyrici autem vociferati sint:Omnes errauimus, ve- 💂 niam omnes poscimus. Et Oriétales rursum: Hoc. iustű est iudicium: Christus Dioscorum exauto- "

\* Chalcedo menfiam.

† lutatt. Engr.

Vociferatioaturiju Die

cipă virorum laicoră in Ly See Diescorum, &c.

Seßio fec**üda** Altio Eufebÿ aduerj<sup>®</sup> Diofcorum.

\* Secunda Ephelia fy-

Diofcorms
per internancies in foloris
epifcoporum
confilma alò
quoties vocatur.

Diesceri responsum.

\* lig årdextelp.

Ide ad principes & fenatorios viros lacos fr nccap,

į

A rauit, Christus martyres vindicauit. Hic Senatu, episcopum quenq; fidei suæ professionem in scriprum referre iussisse: quibus etiam is, vt scirét, indicarit, Deiamätissimum imperatorem,iuxta formulam à trecentis decem &octo,& rursum à cen tum quinquaginta patribus editam, & iuxta epi-Rolas sanctorum patrum Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & duas illas Cyrilli, quæ in priore Ephesia synodo publicatæ essent, credere, & religiosissimum Romanz ecclesiz antistitem Leonem Eutychetem damnare. Conuentu seu cogressu eo soluto, alium rursum institutum esse, in quo soli sancissimi episcopi consederint. Eis li bellum alium de se & Flaviano conscriptum, Eusebium Dorylæi antistitem obtulisse, in quo Dioscorum eo etiam nomine criminatus sit, quòd ide cu Eurychete sentiret, cuius rei gratia & Flauianus & ipse ab eo exautorati essent. Addidisse quog; pleraque verba, que tum dicta non essent, comen tariis actorum 🖈 esse aspersa. Et 🔉 subscriptiones in charta pura factæ essent. Petiisse insuper vt co muni eoru qui lic cogregati ellent suffragio,quæcunque in posteriore Ephesia synodo acta essent, autoritate eis omni adépta, perinde atque acta nó essent, abolerentur, ipsis dignitas restitueretur, & impium illud dogma anathemate iugularetur. Post libelli lectionem eundé postulasse, vt aduersarius quoque adesset. Ibi episcopos inter se collo quutos, adesse eu debere statuisse. A etium primicerium internotarios reversum, ad cos dixisse, accessisse se ad Dioscorum, sicuti ctiam ad reliquos. Illos autem dixisse, venire se propter aduersarioru infidias non posse. Ibi colloquium rursus habitu, & decretum elle, vt Dioscorus, prius g consessus fierer, quæreretur. Eo verò non inuento, Anatolium nouz Romz episcopum dixisse, zquitatem & iusticiam, vt ille adesset, efflagitare. Itaque quesitum esse, qui ad eum missi erant reuersos, hoc sic eum dixisse renunciasse, Insidias sibi fieri. Sin ei tutò venire permitteretur, paratum se vt in sancia Synodum veniret,esse. Himerium illud addidisse, quum à Dioscoro digressi essent, Boethum eis & C magistro diuinorum officiorum obuiam venisse, cum quo episcopi ad Dioscoru reuersi, habere se dixerint, quod cu co ex scripto agerent. Quob vbi ledum esler, Dioscorum hæc verba dixisse Actorum liber refert: Quum de meipso deliberarim,& id quod vtile comodúmque est considerarim, hoc sic respondeo: quandoquidem in proximo con-. " sessu magnificentissimi considentes Principes in confilium iere, & multa post multas interloquutiones decreuere : & nunc ego in consessum aliú, ad \* ea quæ dica sunt reuocanda atque abolenda euocor, ad magnificentissimos qui proximè Sy nodo interfuere Principes, & sacrum Senatum, vt de ijsdem rebus denuò inquiratur, prouoco. Ad quæ verba, acta Acacium ita respondisse testatur: Nő ita sancta & magna Synodus sanctitaté tuam adelle iussit, vt ea inducătur, quæ in præsentia ma gnificentissimoru Principum & facri Senatus acta funt. Sed nos ad te misit, vt in consessum eius venires,& ab eo sanctitas tua non abesset. Ad quem Dioscorus: Modò, inquit, mihi dixistis, Eusebium libellum contra me obtulisse. Quod si id factu est, iterum peto, vt de rebus meis in Principum & Senatus præsentia disquisitio fiat. Et aliis quibusdam

huiusmodi verbis interpositis, alios rursum missos D esse, qui Dioscorum, vt rebus agendis adesset, accerserer. Quod vbi sacum esset, reuersos illos, hisce cum verbis vsum esse retulisse: Antea quoque pietati vestre indicaui, valetudine aduersa me corteptum esse, & petere, vt magnificentissimi Principes & sacer Senatus nunc quoque rerum inquisitioni & indicio adsit, Quum verò valetudo mea invaluerit dissundi ob eam causam diem postulo.

inualuerit, diffundi ob eam causam diem postulo. Commentarij actorum portò indicant, Cecropium Dioscoro dixisse : Nihil eum antea de valetudine allegasse.Proinde illum,pro eo atque debe ret, canonib fatisfacere oportere. Cui rur sum Dio scorus respoderit : Semel se dixisse, Principes adesse debere. Sub hçc Rufinum Samosarenum episcopum retulisse: Canonicè Synodum atque con sellum institutum esse, ad quem si veniret, liberu ei,vt quæ vellet diceret,fore. Et quum Dioscorus, an rebus agendis etiam Iuuenalis & Thalassius& Eustathius interessent, rogaret : nihil illos ad rem id pertinere,respondisse. Ad quæ verba Dioscoru acta subintulisse tradunt : Imperatorem Christianissimum + exhortabor, vt Principes viri, & qui 🖈 mecum de causa decreuerunt, adsint. Tum verò eos qui missi ad eum fuerant dixisse: Eusebium folum eum acculare, & omnes adesse debere. Atque ibi Dioscorum, eos quoque præstò oportere elle, dixille, qui voà lecum iudicis munere functi essent. Nihil enim, inquit, mihi privati negocij aut criminis cum Eusebio est, quod non cum aliis qui mecum condemnationis sententiam tulerunt, co mune sit. Et quum eius rei gratia diutius internucij apud eum morati essent, Dioscorum tandem hisce verbis eis respondisse: Semel vobis quæ dicenda erant dixi,& quod amplius dicam non habeo. Quevbi ad epilcopos fuissent relata, Eusebiu, cum vno Dioscoro, neque cum alio quopiam iudicium sibi esse, dixisse: Dioscorumque tertiò etia citari postulavisse.lbi tum Aetiu significasse, paulo antè quosdam, qui se clericos esse dixissent, & alios ab Alexandria laicos & populares homines, libellos sibi aduersus Dioscorum obtulisse, eósq; pro consessus foribus vo ciferantes astare. Dedisse autem libellum primum Theodorum Alexandri-F næ ecclesiæ diaconum, deinde diaconum alterum + Ischyrionem nomine, & Athanasium presbyte rum Cyrilli ex fratre nepotem, & item Sophronium: in quibus libellis blasphemum illum esse, & per vim pecuniam hominibus extorsisse,& de \* corporalibus insuper quibusdam supplicantes retulerint. Sub hæc, tertiò Dioscorum, vt se sisteret, citatum esse. Et eos qui ad illum missi fuerant, reuersos, verba eius memoriz mandata retulisse: Dioscorum scilicet dixisse, Abunde satis se antea respodisse, neque iam quod insuper diceret habere. Atque vbi internuncij ei idetidem institissent, & ille cadem sæpe verba repetiisser, Pascasinű epi scopum dixisse: Tertiò etiam euocatus Dioscorus haudquaquam coparer, propterea fortalle quòd eum conscientia mordeat: episcoposque eum interrogalle, quidnam is commeritus eller? Et quu illi in canones eum commissse dixissent, Proteriü Smyrnensem episcopum proloquutum esse: Quū Flauianus cæsus est, nihil tum ordine legitimo de eo est actum. Et Leonis veteris Romæ antistitis mandatarios in hæc verba sententiam dixisse, co-

freemation \*ode theirs franker,

† Sime Isty

# such su person.

miscopiu zta tia falla.

ducta sunt, quæ Dioscorus, qui magnæ Alexan-« drinorum vrbis epilcopus fuit, aduerlus cano-" num sanctiones & ecclesiasticas constitutiones a facere ausus est, per inquisitionem in concessu primo institutam, & per ea que hodierno die sunt « acta.llle enim, vt multa omittamus Eutychetem - opinionis suz popularem, canonicè & legitimè « ab episcopo suo, eo scilicet qui inter sanctos degit,patre nostro & archiepiscopo Flauiano, exau-« toratú, autoritatem libi ipli arrogans côtra canonum sententiam, prius etiam ad communionem admisit, quam piis & Dei amantibus episcopis Ephesi assederit . Sedenim sedes Apostolica, aliis 🔑 gratiam de rebus quas contra voluntatem & sententiam eius admiserunt, fecit:atque illi ad hunc vsque diem sanctissimum archiepiscopum Leoa nem, & sanctam vniuersalem ecclesiam sequi m perseuerarunt. Quamobrem in communionem etiam suam ipsos, ve eiusdem fidei cultores, rece pit.Iste autem ad presens etiam tempus se glorio-B le de rebus eis iactitat, propter quas anxiè eum lugere & summisse terram spectare oportuit . Ad hæc epistolam quoque beatissimi Papæ Leonis legi non permisit, ad beatissimum Flauianum ab 🛎 eo (criptam, quum quidem de ea legenda, ab eis qui illam attulerant admonitus, iureiurando in-🛎 terpolito, lectionem cius pollicitus ellet . Quapropter ea non lecta, per scandala & offendicula sanctissimæ in orbe ecclesiæ plurimum cepere " detrimenti. Nos verò, tametsi talia ausus sit, de prioribus tamen eius impiè factis, vt misericor- dia eum, sicuti & alios Deiamantissimos episco- pos, qui non eam quam fibi vfurparunt iudican-" di habuere potestatem, dignaremur, + prospeximus. Quandoquidem autem ille priora facinora posterioribus flagitiis superauit, & excommunicationem aduerlus sanctissimum & piissimum magnæRomæ archiepiscopum Leonem dictare « & promulgare aufus est, atque insuper libellum « contra illum criminibus iniquis plenum sanæe& magnæ Synodo obtulit:semel denique iterum ac tertiò à piis episcopis canonicè citatus, dicto au-C diens non fuit, conscientia scilicet ipse sua ictus, multosque rite atque ordine à pluribus Sinodis a damnatos contra leges & constitutiones suscepit, sententiam ipse aduersus seipsum ecclesiasticis sanctionibus variis modis proculcatis tu-Lit . Proinde sanctissimus & beatissimus Archie episcopus magnæ & veteris Romæ Leo, per a nos & Synodum prælentem, vnà cum ter beaa to & celeberrimo Petro Apostolo, qui est pe-" tra & basis Ecclesiæ Catholicæ, fundamentúmque orthodoxæ & rectæ fidei, episcopalem ei abrogauit dignitatem, & ab omni sacerdotali ministerio alienum esse decreuit. Itaque sancta a hæc& magna Synodus, de eo qui dictus est|Dio scoro, iuxta sententia canonu, calculis suffragiisq; suis, quòd ei videbitur, statuet. Hec omnia, quum autoritate sua Anatolius, Maximus, & cæteri episcopi, præter eos qui vnà cu Dioscoro exautorati fuerant, cofirmassent, relationem de omnibus rebusSynodalem ad Martianum imperatorem missam, esse acta dicunt. Cui sententia quoque qua

Dioscoro dignitas abrogata est, adiuncta fuerit,

A commentarius Synodi perhibet. In lucem pro-

de verbo ad verbum sic habens, sicuti etiam ipsi D Dioscoro est insinuata. Scitote, propter sacro- » rum Canonum contemptum, & quam sanctæ » isti vniuersali Synodo exhibuisti inobedientiam, 🛪 propterea quod præter crimina alia, de quibus » maniscstò conuidus es, terriùm à sancta hac & ... magna Synodo, iuxta sacros Canones citatus, » vt ad dicendam causam adesses, non comparueris, decimotertio vertentis huius Octobris men- » sis die à sancta & vniuersali Synodo exautoratu, \* ab episcopatu & omni ecclesiastica \* constitu- \* tione alienum esse. Post hæc, vbi de his rebus literæ ad episcopos Alexandriam scriptæ, & edi. &a contra Diolcorum composita suissent, finem etiam suum congressum istum habuisse. rùm quum rursum conuenissent, de recta fide tractatum, & ne formula vlla alia conciperetur, decretum esse: & posteaquam res Eutychetis finé luű accepillent,& ab epilcopo Rom.per constitu tionem coformatæessent, quam etiam omnes coprobarint, omnes eadem le dicere, sæpiúsque repetere, exclamasse. Postquam etiam principes E postulassent, ve patriarcha quilibet vnum aut alterum episcopum ex diæcesi & administratione sua designarer, quo vniuscuiusque sententia manifestò apud omnes proferretur: Florentium Sat densem episcopum, episcopis vt re deliberata id faceret permittentibus, & Cecropium Sebastopolis episcopum, sic postea verba fecisse. Fides ritè à trecentis decem &octo sanctis patribus in formulam redacta, & rursum à sanctis patribus Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, atque nunc denuò à sanctissimo Leone confirmata est. Rogamus igitur, vt sanctorum trecentorum decem & octo patrum, sanctissimique Leonis scriptum legatur. Id vbi factum esset, Synodum vniuersam exclamasse: Hæc orthodoxorum rectéque sentientium fides est: ita omnes credimus: Papa Leo sic credit: Cyrillus sic credidit: Papa sidem sic exposuit. Porrò colloquio & deliberatione alia habita, vt e. » tiam quæ centum & quinquagina patres edide. ... runt, legerentur, lecta ca quoque esse. Ad quæ » Synodus rurfum exclamauerit: Hæc omnium no 😕 strûm est fides, hæc orthodoxorum est fides i n ita omnes credimus. His dictis, Aetium archi-F diachonum progressum, in manibus se habere diuini Cyrilli ad Nestorium Epistolam, dixisse, quam manibus suis patres Ephesi confirmarint. Et aliá item Epistolam ipsius Cyrilli ad Ioannem Antiochenum, kidem vt alteram illam confirmatam: cásque publice legi petiit. Itum igitur in consilium, & verunque scriptum publice lectum esse. Epistola prior hisce verbis composita fuit. Religiosissimo & piissimo collegæ Nestorio Cyrillus. Blaterant, vt audio, nonnul- " li, de suspicione mea, quam de pietate tua con- " ceperim: & id crebrius faciunt, solicite ad - ... modum, vt cum magistratibus propterea con- " grediantur, opportunitatem obseruantes, & for- " tasse alicubi auribus se tuis inseruire putantes. Et post pauca. Sancta igitur & magna Synodus profitetur, inquit, ipsum qui ex D E O & " patre natura genitus est, filium ynigenitum, ex " vero DEO DEV M verum, lumen de lumine, "

Senteria Sy doneusis,qua

Non esse idnovas fidei

Symbol Ni canum cofir . matum.

Secude vnimodi decresa comprobata.

Epistola bea Nestorium.



Due nature in yno Chri-

A per quem pater condidit omnia, descendisse :incarnatum & hominem factum, & passum esse: " resurrexisse tertia die, ascendisse in colos. Que # & nos sequi oportet, doctrina simul & exemplo a illud nobiscum reputantes, quid sibi velint ver-# ba hæc, Deum verbum incarnatum & hominem a factum este. Non enim dicimus, Verbi naturam « transmutatam carnem factam: sed neque in toum hominem ex anima & corpore constantem, versam esse. Verùm illud potius, carne rationa-« li anima animata sibiipsi secundum subsistentiam vnita: Verbum eo, qui verbis exprimi & ina telligentia percipi nequeat, modo, hominem fa-... Atum, & filium hominis dicum esse. Atque id a quidem non iuxta voluntatem aut beneplacitum « solum, sed neque veluti per solius personæ assum

e prione, & quòd diuerlæ ad vnionem veram conuenerint naturæ: verùm quòd vnus ex vtriusque « CHRISTVS & filius factus sit, non quòd na-\* turarum diuersitas per vnionem sublata sit, sed quòd illæ nobis potius vnum Dominum & Chri

B stum & filium ex divinitate atque humanitate in-🕳 effabili &inenarrabili ad vnitatem concurfu per-Incarnatio « fecerint. Et rursum post pauca. Quandoqui. « dem verò propter nos & nostram salutem, vni-👞 ta libiipli, iuxta lublistentiam, humanitate pro-

a cessit ex muliere, carnaliter etiam genitus esse di 🕳 citur . Non enim primùm communi more ex fan " & Virgine homo genitus est, & deinde in eum « Verbum peruenit: led id ex vtero ipso vnitum, « carnalem nativitatem subiisse dicitur, vepote carnis sux natiuitatem proprix sibi asciscens. Sic ip-" sum dicimus passum esse, & resurrexisse, no quòd

"Deus verbum propria sua natura passum sit, aut awais ; a plagas aut clauorum fixuras aut vulnera reliqua a exceperit. \* Divinitas enim perpessioni obno-" xia non est, propterea petiă incorporea est. Quoa niam verò corpus, quod proprie eius factum elt. passum est, propterea verbum ipsum pro nobis passum esse dicitur. Nam + id à perpessione liberum, in corpore perpessioni obnoxio fuit. Alterius porrò epistolæ partes pleræq; antea in hoc opere insertæ sunt. In ea autem dictum quod-

dam est, à Ioanne quidem Antiocheno prolatum, à Cyrillo verò suffragiis omnibus comprobatum, qui sic inquit . Virginem sanctam, horino, hoc est Deigenitricem profitemur, propterea quòd Deus verbum ex ea caro & homo factus sit, & ab ipsa vsque conceptione assumptum ex ea templum

" sibi vniuerit. Euangelicas verò & Apostolicas voces de Domino, divinos illos viros scimus partim communiter veluti de vna persona protulis-« se partim verò tanquam de duabus naturis discre uille. Et alias quidem magnifice, sicuti Deum decet, iuxta divinitatem CHRISTI: alias au-

a tem summisse & humiliter, secundum humani-« tatem eius tradidisse . Quibus intulit : Sacras ha-" sce voces vestras vbi legimus, sicuti & nos ipsos,

" sentire vos comperimus. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma. Itaque rerum vniuer sarum servatorem Deum glorificauimus, alteri alteris congratulantes, quòd congruentem diui-

« nitus inspiratis scripturis, & traditioni sancto-" rum patrum nostrorum, nostræ simul & vestræ

« ecclesiz habeat sidem. Hzc vbi lecta sunt (acta

credimus, papa Leo ita credit: Anathema in eum 🗩 s affe qui vel dinidit, vel confundit. Hzc ipsa Leonis » archiepiscopi est fides, Leo ita credit, Leo & A- » natolius ita credunt : Omnes ita credimus: & Cy rillus ita credidit. Sempiterna est memoria Cyrilli: epistolæ Cyrilli ita sunt, sicuti sentimus, f Lowis chife cuti credidimus, sicuti credimus. Leo archiepi-Aola lecta scopus ita sentit, ita credit, ita scripsit. Atque vbi de Leonis epistola legenda colloquuti essent patres, sicuti in Græcum sermonem translata fuerat: & ipsam lectam esse commentarius refert, eamque de verbo ad verbum actis annexam.Post 🐱 cuius lectionem episcopi vociferati sint: Hæc ip- 30 sa patrum fides est, Hæc ipsa Apostolorum fides, " omnes ita credimus. Nos orthodoxi & rectè sen ... tientes ita credimus, Anathema in eum qui ita " non credit: Petrus per Leonem ista protulit: A- "

Synodi habent) Synodus exclamauit: Omnesita D

modum docuerunt: Anathema in eum qui non "

ita credit : Hæc vera est fides, orthodoxi ita cre- E dunt: hæc fides est patrum. Cur hæc Ephesi le- "

cta non sunt? Dioscorus hæc suppressit. Illud "

quam pars quædam epiftolæ Leonis lecta eft,hoc 💂

pam luendam, natura diuina ei quæ perpessioni "

obnoxia est, vnita est, vt quod ita sanationi nostræ affine commodumque esser, vnus & idem

mediator Dei & hominum CHRISTVS

I E S V S, mori ex altero posset, ex altero pror-

sus non posset. De hac voce Leonis Illyricos at-

que itidem Palestinos episcopos contendisse: &

eum qui dictus est Actium archidiaconu sanctis-

simz ecclesiz Constantinopolitanz, sententiam

aliam Cyrilli, hisce verbis compositam protulis

se. Quandoquidem proprium eius corpus, gra-

tia Dei, quemadmodum inquit Apostolus Pau-

lus, pro omnibus mortem gustauit, oppetiisse

mortem pro nobis ipsum (Verbum scilicet) dici-

tur: non quòd id periculum mortis adierit, quan-

tum ad naturam ipsius pertinet (nam hoc dicere,

aut sentire, attoniti stuporis est ) sed quòd, sicuti

modò dixi, caro eius mortem gustauit. Rursum

ad epistolæ Leonis dictum, quod sic habet:Ope-

ratur nanque veraque forma, cum alterius com-

munione, quod ei proprium est: Verbo quidem,

id quod Verbi est, perficiente: corpore autem,

quod corporis est, absoluente. Atque illud qui-

dem in co miraculis relucet, hoc autem iniuriis

& contumeliis subiacet. Ad hoc inquam dictum

Illyricis & Palæstinis rursum ambigentibus, Ae-

tius aliud Cyrilli capitulum legit, quod sic ha-

decent, quædam autem rursus homini conue-

niunt, quædam portò medium obtinent locum,

filium Dei Deum simul & hominem esse signi-

ficantes. Post hæc, de alia epistolæ Leonis parte,

quos diximus, episcopi addubitarunt, cuius hæc

sunt verba. Etiasi enim in Domino Iesu Christo "

Dei & hominis persona vna est, aliud tamé illud "

elt, ex quo inverog, comunis est iniuria & cotume

lia:&aliud,ex quo comunis cossilit gloria.Ex no-

bis enim in eo est minor patre humanitas, ex pa-

bet : Quædam sanè vo ces quam maxime Deum "

quoque in actorum commétariis reperitur. Post-

complectens: Et ad naturæ nostræ debitam cul-

nes fyrodi postoli ita docuerunt: piè & verè Leo docuit: " Cyrillus ita docuit:Leo & Cyrillus ad eundem 🕳

> pistola Leova Ro,epije,

Cyrillival Lean is verbis respodentia Launideli

He Thele gi quidă Că Cyrilli fimile verbum.

AliedLa

Digitized by Google

Salvatoris.

Pasio. Refurection

† Iv sáp áza sig ir to wh Kovi topa.

Epistola Cy rilli ad Ioan Mntiochenum. Virgo Ma-FIA SCOTOROS Verba scri-Christo. Gratulatio de concordia fide.

Item Cyrillis

Atticus Nicopolicames
epifopus IJmodi fenatufcifulta inferi
pum refere.
Principes via
vi noie moperatoru (ymodo prafons.

Voces varia episcoporum, Dioscorü vel re cipi in gratiă volcutium,

Scientia & panatalionia in Dioferii & factionis cius popula -

Theodoritus æqua lance verba ea poderans, beatum quoque Cyrillum de verbo ad verbum hæc dixisse retulit. Et homo factus, eo quod eius proprium fuit, non mutato, id quod erat permansit, & alterum in altero habitat, videlicet natura diuina cum hominibus. Sub hæc,amplissimi principes, si quæ adhuc reliqua esset controuersia, interrogarunt: & omnes, minime se ambigere dixe runt. Deinde Atticus Nicopolitanus episcopus permitti sibi postulauit, vt in diebuspaucis, animo tranquillo & quieto, Dei & divinorum patrú decretum in constitutionem referre posset. Epistolá quoque Cyrilli ad Nestorium dari sibi petiit, in qua illu Cyrillus, vt duodecim capitibus luis, itavt alij omnes fecissent, assensionem suam præberet, admonuit. Et principes collocuti, dierum quinq; tempus ei concessere, vt cum Anatolio Constantinopolitano antistite congrederetur. Et episcopi omnes faustis acclamationibus hæc laudarunt, vociferantes: Nos sic credimus,Omnes ita credi B mus, & Leo. Sic credimus, Nemo nostrûm ambigir, Nos omnes subscripsimus. Deinde verba hec dica sunt: Non necesse est vt omnes conueniamus. Cæterum quoniam æquum est, ambigentium fidem confirmari, religiofissimus episcopus Anatolius ex subscriptoribus deliget, quos ad ambigentes docendos iudicauerit esse idoneos. Ibi Synodus intulit: A patribus petimus, vt patres Sy nodo restituant, vt voces & preces orthodoxoru ad imperatorem referant: Omnes peccauimus,omnibus venia detur. Tum ecclesiæ Constantinopolitanæ clerus exclamauit: Pauci vociferantur, non Synodus hoc dicit. Post quos Orientales dixerunt: Aegyptium in exilium. Illyrici autem exclamarunt: Omnium imperator misereatur, oramus. Et Orientales: Aegyptium in exilium. Et quu contrà ex æquo Illyrici vociferatentur, Constantinopolitani exclamarut: Dioscorum in exilium, Aegyptium in exilium, Hæreticum in exiliú, Dioscorum Christus exautorauit. Et Illyrici russus: Omnes peccauimus, omnibus gratia facito: Dioscorum Synodo, Dioscorum ecclesiis redde. Et quum alia quædam in eundem modum fierent, consessus quoque is finem suum cepit. In proxi ma deinde selsione postquam Senatus per interloquutoriam sententiam, vt decreta concilij in constitutionis formam redacta legerétur, statuit: progressus Costantinus secretarius, ex scheda hec recitauit: Posteaquam Synodus otthodoxæ & ca tholicæ fidei gratia coacta est, post vnam amplius etiam exactam & accuratam magis inquiskionem & deliberationem fieri debere, censemus. Et quia Flaujanus diuinæ memoriæ antistes, & Eusebius religiosissimus episcopus, ex actorum commentariorum, qui lecti sunt, testificatione, & dictis ip-

sis quorundam qui Synodo tum celebratæ prefue

runt, quíque hallucinatos se esse, & perperam dignitatem eis abrogasse, qui nihil à side aberraue-

rint confessi sunt, iniquè condemnati esse proba-

ti sunt: videtur nobis, pro eo atque Deo æquum

esse placet, quatenus hoc etiam dininissimus & re

dem pæna mulctetur, Dioscorus religiosisimus

« Alexadriæ episcopus, & Iuuenalis religiosissimus « Hierosolymorum episcopus, & Thalasius religi-

. ligiolissimus noster Dominus arbitrabitur, vt ca-

tre autem æqualis ei cum patre diginitas. Ibi tum

osissimus Cælarez Cappadocu episcopus,& Euse D bius religiosissimus Ancyrz episcopus, & Eusta. ... thius religiosissimus Beryti episcop<sup>9</sup>, & Basilius re » ligiolissimus SeleuciæIsaurorum episcopus, qui 🕶 tum Synodo præierūt: videlicet vt iuxta sacros ca » nones ab episcopali dignitate sint alieni. Quiverò » illorum autoritatem funt sequuti,eos diuinæ ma- » iestatis cognitioni permittimus. Et post quarundă » sententiarum lectionem, episcopi qui ibi congre- » gati erant, interrogati funt, an fidei trecentorum decem & octo, & rurium centum & quinquagin ta patrum, literæ Leonis Papę consonæ essent? Tű Anatolius Constantinopolitanus episcopus, & re liqui, quàm maximè epistolam Leonis concordare cum eis qui dicti sunt patribus responderut : & confestim eam omnes manuum suarum annotatione raborarunt. His ita actis, Synodus vniuersa exclamauit: Omnes assentimut, omnes comprobamus, omnes idem credimus, omnes idem sentimus: Omnes ita credimus, Patres Synodo reddantur, subscriptores Synodo reddantur: Viuat " Imperator Augustus, Viuat Imperatrix Augu-E sta.Patres Synodo reddantur:qui idem nobiscum 🦼 credunt, synodo reddantur. Viuat in multos annos Imperator. Qui nobiscum in sententia concordat, Synodo reddatur. Multos annos viuat imperator. Omnes fidei suscripsimus. Sicuti Leo, ita & nos sentimus. Sub hæc, interloquutoria senten tia ita promulgata est : Retulimus ad divinissimű &piisimum Dominum nostru de eis, & sententia pietatis eius expectamus. Religio autem vestra & de Dioscoro, cui dignitatem + amplissima cel situdine nobisque ignorantibus abrogastis, & de quinque istis pro quibus precati estis, denique de rebus in Synodo hac gestis vniuersis, Deo rationem reddet.Sententiam eam acclamationibus episcopi probarunt, dicentes Dioscorum Deus exautorauit, Dioscorus iuste damnatus est, Dioscoro Christus dignitatem ademit.Postquam à Martiano responsum allatum est, quo episcopis quid de exauthoratis illis statuerent, permisit, sicuti hoc à principibus indicatum est, Synodus hoc sic ad verbum dixit: Rogamus cos vt ingrediantur, Synodo qui eiusdem nobiscum sententie sunt re- F Aituantur, Synodo qui cũ ea idem opinantur reddantur, ad Synodum qui Leonis epistolæ subscribunt, reuertantur. Postea supplices episcoporum Aegyptiæ diœcesis libelli Martiano oblati, lecti » funt, in quibus præter alia hæc fuere. Quemad- » modum trecenti decem & octo in Nicana vrbe » patres promulgarunt,ita & nos fentimus:& ana= » themati subiicimus hæresim omnem Arij & Eu- » nomij, & Manetis & Nestorij, & corum qui di- = cunt carnem Domini nostri de cœlo venisse, & non ex sanca Deigenitrice atque perpetua virgine Maria assumptam esse iuxta similitudinem om nium nostrûm, absque peccato. Adhæc Synodus exclamans dixit: Cur Eutychetis etiam dogma anathemate non feriunt? Epistolæ Leonis subscribere debent, Eutychetem & dogmata eius anathemate iugulantes: Leonis epistolæ consentiant: llludere nobis & discedere volunt. Ibi tum Aegyptij episcopi dixere: Multi sunt in Aegypto epilcopi: neque nobis, vt cor i perlonam qui absunt sustineamus, integru est. Et Synodo supplica runt, vt eis, quoad Archiepiscopu suum haberent,

Epifiola Leo
ws Ro.epifco
po cii prima
e feciida Sy
wodi decretu
concordat.
Vociferationes affentiem
tium epifcoporum.
Eorundam
pro danatia
vestituendio
preces.

Interloquato via principio fententia,

† tās Hotā-Tas xosupās.

Restituütur
episcopi dam
nati, prater
runm Dioscorum.

Aezoptij episcope ortho dexiam prosi tentur.

Eutychetis tamen haresim ÿdem nö damnant. Monacherii rādā jap plicatio.

percossor Fla

Synodi clamer cõtra Di oscorii et deprecatores eches

ל שנףו זמא بعه ۱۷۵۷ مو

Preses cotra Ewychetem

# Spor. Decreti syne di leftio.

Car Diofcorus dan tau fit. pin harizoza

A expectare liceret: sententiam & authoritatem illius,iuxta Synodorum consuetudinem, sequuturis. Si enim præter eius consilium qui eis præirer, statuere aut facere quicquam in animum inducerent, malè se à prouinciæ suæ episcopis acceptum iri, dixerunt. Et magna inter eos & fynodum contentione mota, vix tadem eis, vt quoad episcopus eis designarctur, expectarent, cocessum est. Deinde preces monachoru quorudam producta sunt, quaru hoc erat caput, ne eis necessitas chartis aliquibus subscribédi imponeretur, donec synodus vniuersa, quam imperator ipse cogenda sanzisser, cogregata esset, & ipse decreta eius rite in scriptu relata legisset. Eis lectis Diogenes episcopus Cyzici dixit,Barlumam vnű inter eos qui ibi couenilsent este, qui Flauianum iugulauerit. Ipsum enim, #φάξογ,hoc est,iugula exclamasse : neq; tum legitimè, g in supplici libello nominatim insertus non esser, in synodu venisse. Ad hæc verba episcopi omnes exclamarut: Syriam omné Barfumas vastauit,& mille nobis monachos induxit. Atq; vbi fy nodus colloquuta, eos qui conuenissent synodalé constitutioné præstolari iussit: monachi, vt libelli ab eis copoliti legerétur, postulat út. Quor ú pars quædam erat, vt Dioscorus, & qui cú eo erant episcopi, in colessium admitterentur. Cæterum ad pe a titionem eam epilcopi omnes exclamarut: Anathemain Dioscoru, Dioscorum Christus exauto-« rauit. Monachos hosce eiice: cotumeliam synodi a tolle: vim fynodo illatam tolle: probrű fynodi tol le. Atque aduersum ea monachi contrà vociferati funt:Monasteriorű contumeliam tolle.Et quű synodus rurlum vociferationes suas repeteret, per interloquutionem teliqui illoru libelli legi funt iusi: qui dictabant, non recte Dioscoro dignitatem ademptam esse: & quæstione de fide proposi ta, disquisitione opus esse, atque illu in consessum venire debere. Sin minus, vestimenta se excussuros,& 2b episcoporu qui ibi conuenissent comunione secessaros este, dixerunt. His verbis auditis, Aetius archidiaconus canoné de eis legit, + qui seiplos segregarent, atque vbi contentio inter epi scopos orta est, & monachos, qui partim Diosco-C rum & Eutychetem anathemate mactarunt, partim id facere recularunt, per interloquutoria statutum est, vt Fausti preces, & aliorū monachorū, clarius, quo exaudiri possent, legerentur: quæ preces hoc coplectebantur, vt imperator rogatus eos monachos recipere no dignaretur, qui rectis dogmatibus aduersaretur:inter quos Dorotheus etia Eutychetem orthodoxú & recte sentietem vocauerat, & ab eis in principum præsentia variæ de Eutychete opiniones sunt productæ. Postea in co session quinto, Principes omnibus satis liquere dixe runt, ea que de fide essent constituta. Et Asclepiades Costantinopolitane ecclesiæ diaconus in medium processit & synodi \* decretű legit, quod hic referre visum no est. Ei nonnulli quidem relu Ctati sunt, plurimi autem assensi. Porrò postqua variæ vociferationes editæ sunt, Principes dixerūt, Dioscorum retulisse, propterea se Flauianum exantorasse.quòd duas naturas esse dixerit: decre tum autem hæc verba, Ex duabus naturis, habere. Ad que Anatolius intulit, nó propter fidem Dio-

scorum damnatum esse, sed quòd Leonem in +

excomunicationem coniecerit, & ter citatus non

comparuerit. Atque ex eo tempore Principes, vt D sententiæ epistolæ Leonis decreto insererentur, iusserunt. Quum auté episcopi respondissent, decretum & formula fidei aliam, o prior illa rectifsimè concepta esset, fieri non debere, res ad impe ratorem est relata. Imperator ex Orientalibus epi scopis sex, ex Pontica diœcesi tres, ex Asiana tres, ex Thracia item tres, & ex Illyrico quoq; tres deligi, eísque Romanos mandatarios & Anatolium adesse iussit: q in martyrio celeberrime Euphemie convenientes, professioné sidei rece costuneret: atque vt aut quisque corum fide suam declararet, aut synodů in Occidentalem orbis partem tráslatum iri sciret. Et interrogati vt dicerent, Dioscorúmne qui ex duabus naturis Christum profiteretur, an Leonem qui duas naturas in Christo cocur rere doceret, sequerentur, cum Leone se credere, & qui aliter dicerent, Eutychianistas vocari excla marunt. Ita Principes decreto duas naturas quæ non mutarentur, non dividerentur, nó confunde rentur, in Christo vnitas esse, iuxta Leonis senten tiam addi iusserunt. Portò postquam Principes E cum Anatolio & Leonis mandatariis, in martyriū sanda Euphemia peruenerunt, vbi quoque aderant, Maximus Antiochenus, Iuuenalis Hieroso lymitanus, Thalassius Cæsariensis, simulatque isti omnes è templo egressi sunt, Synodi decretum in hanc sententiam lectum est. Dominus noster & Seruator Iesus Christus: & reliqua, quæ in historjæ contextu inseruimus.Post hæc vbi omnes ex- " clamarunt: Hæc ipsissima patrum sides est, Metro " politani ei mox subscribant.Hæc fides Apostolorum est: huic omnes assentimur, omnes ita sentimus. Principes inter se colloquati responderunt, se ea quæ à patribus constituta, & ab omnibus co probata essent, ad \* sacram Celsitudinem relatu ros esfe.In consessu sexto Martianus ipse affuit,& primum pro concione ad episcopos verba de cócordia orthodoxæ & reclæ fidei fecit. Deinde iussu ab Aetio archidiacono fidei decretum lectum est, cique omnes subscripserunt. Post hæc imperator, num de consensu omnium decretum conscriptum esser, percunctatus est: atque id per faultas acclamationes omnes confirmarunt. Et im- F perator rursum orationem habuit, eamque omnes collaudatunt. Sub hæc, Imperatore cohortante, canones episcopi condiderunt, & Chalcedonensi ciuitati metropolis iura concesserunt. Imperator quoque episcopos tres aut quatuor dies expectare, & quemlibet corum quod vellet proferre, vt in Principum præsentia quod æquu esset decerneretur, iussit. Et sic cosessus is solutus. Ad alium postea cosessum ventum est, & in eo ca nones compositi. Deinde autem conuentu alio coacto, vná cum aliis Maximus Antiochenus & Iuuenalis Hierosolymitanus consedit. Ibíque con stitutum, vt Antiocheno antistiti vtraque Phœnicia, & Arabia ipsa: Hierosolymitano autem, tres Palestinæ prouinciæ parêrent. Atque hæc ab episcopis & principibus stabilita sunt. In sessione noua, de Theodorito Cyri episcopo actu, qui assurgens anathemate Nestorium damnauit, verbis hisce. Anathema in Nestorium, cúmque qui " sanctam virginem Mariá Deigenitrice non dicit, " & qui in duos filios diuidit vnum filium vnigeni- " tum. Ego etiá decreto & Leonis epistolæ subscri.

Post Nice

io vooChri-

Decreti Sy modé lella

ølp,

defeation.

tiochani. 🕁 iten Hiero folymita Theodoria refitata.

lbs Edefe. nu itidem.

A pli.Itaque de colenlu omnium, ledem luam recepit. Rutium in congressu alio, Ibas Edessa episcopus, vt de rebus eius dispiceretur, obtinuit. Le-Ca eius est epistola, quam Photius Tyri & Eustatius Beryti episcopi in iudicio oppugnarunt. Sententia eius rei in proximam lessionem dilata.que postquam vndecima est coacta, pluribus episcopis præsentibus, nonnulli quidem vt sacerdos tantum esset, statuerunt : alij verò, vt episcopi dignitatem etiam obtineret, iudicarunt: aduerlarios eius pro foribus esse, &vt ingredi eis liceret petere, dicentes. Quæ de co acta & decreta erant, lecta ibi sunt.Quum auté principes ea legenda esse cen serent, quæ Ephesi de co ipso constituta essent: episcopi illis responderunt, quæ in posteriore Ephesia synodo gesta essent, ve pro irritis haberentur, iudicatú este:electione & consecratione Maximi Antiocheni sola excepta. Qua de re preces Imperatori obtulere, vt ille sanciret, ne quid ea-

rum rerum qu eEphesi secundo acte essent, obti- B nerer: synodo, que ibi primum sanctissimo Cyrillo Alexandrino pastore præeunte celebrata est salua. His ita dictis, Ibas synodi indicio episcopatum suum recepit. Porrò cosessu duodecimo Bassiani Ephesij episcopi res agitata est: & tum vt ille episcopatu abiret, eumque Stephanus reciperet, decretum est. 1d per alium quoque conuentum confirmatum. Sessione tredecima, de Nicomediensi Eunomio & Niczno Anastasio actum, qui de finibus prouinciarum luarum administrandarum inter se contendebant. Coactus quoque decimusquartus consessus, in quo de rebus Bassiani est tractatum. Et postremò omnium synodus Costantinopolitano throno ius illud tribuit,& confirmauit, vt alterum statim à Romana sede locum &ordinem is obtineret. Atque ita finem fuum fynodus accepit.

Bassiano E phesio episco
po episcopato
abrogatou.
Constantino
politanen antistes secondo
Romepiscopum primatum obtinet,

Decretorum posterioru Ephesia synedi abolito.

# SEDECIMI TOMI CAPITA.

De Zenonis imperio: & g is, qui indostrus esset, & dissoluta pror su vita, multa Rom. imperi perdiderit loca.

De tyrannide Bafilifes. Vt Zeno imperio fit exutus : & vt Timothew Aelurus, & Petrus Cnapheus, recupe ratis fedibus fuis, quartam Synodum oppugnarint.

3 Circulares Bafilifei litera aduersus sanctam quarta Synodum, procuratione Timothes & Petri scripta.

De ijs qui circularibus Basilisci literii subscripscrut. Epistola Asianorum episcoporum, sanctam quartam Synodum perstringens.

S De Eutychianis:qua ad hos feceritverba Timothem. De Paulo Ephesi episcopo. Et de prarogatina patriarchatus einsdem vrbis, quam ei quarta synodm ademit, Timothem verò Aelurus restituit.

of Vt Acacius Constantinopolitanus & Daniel Columel la Basilisco persuaserint, ut contrarias prioribus pro sancta synodo circulares conscriberet literas.

7 Contraria circulares Basilisci litera.

8 - Vt Zeno in imperium suum sit restitutus, Basiliscus autem interierit.

9 Episcopi Asiani libellum pænitentia ad Acacium mittunt, de synodo eum placantes.

10 Pt Zeno Petrum Cnapheum, & itemalios Antiochia expulerit, Calandioni episcopatum eius commiserit. De reductione reliquiarum sancti Eustathy Antiocheni,

I Vt Alexadria Timotheo Aeluro Petrus Moggu, Moggo Timotheus Salophaciolus, huic porrò Ioannes Tabennesiotes, huic autem rursiu Petrus Moggus, eu qui proterium sectati suerant ad se receptu, en Zenonus Henotico, hoc est, conciliatorio seu pacificatorio edicto comprobato, successerit.

12 De Zenonis edicto, quod Henoticum, hoc est pacificatorium est dictu, neque rejciens neque coprobans Chal cedonensem synodum.

13 Pt Calandion in exilsum fit actus, Petrus Cnapheus in eius rurfum infilierit sedem: or de inconstantibus ac verspellibus Petri Moggi moribus.

14 Bpistola Petri Alexandrini ad Acacium missa, Impe rantu urbu episcopum.

15 Vt Ioannes Tabennessotes Alexandria episcopus Roma profectus, Felici Rom episcopo persuaserit, vt is Acacio repente & inconsulto episcopatum abdicaret. Qua propter Acacium inter Felicem & Zenonem ac. 16 ciderint. De Cyrillo, contuberny Insomnium monachorum praceptore & duce. Vt Rom. legati & Acacius Costantinopolitanus à synodo Rom. dignitatibus sur privatifint.

De seditione propter Mog gum, quod is quartam synodu 17 anathemati subiecerit, Alexandria orta. Et de Felice Rom.atque Acacio Constantinopolitano episcopis.

De Flauita Acacy successore, vt is dolo molo sedem epi 18 scopalem inuaserit.

De literis synodalibus Flauita, Petri & Felicis. & de 19 Euphemio, qui post Flauitam episcopatum gessit.

Vi Petro Moggo Athanasius, & Cnapheo Palladius suc 20 cesserit deque eorundem successoribus.

De Theuderici Scytha vastatione, & vt is interierit. 21 De Marciani tyrannide, Anthemy qui Roma obtinue- 22 rat imperium, fily: & vt idem Marcianus captus,

rat imperium, fily: & vt idem Marcianus capius, facerdotali dignitate fit decoratus. De illi & Leoniy tyrannide,& de fructuru atque a- 23

dificiu Ammiani. De obitu Zenonu, & electione Anastafy Dicori. De ecclesiarum eius temporu statu, qua quaque fuerit 25

de Chalcedonensi synodo opinione. O de exilio Euphe my Constantinopolitani.

De Macedonio Constantinopolis episcopo, vt & is sede 26 sua sit expulsue e quem vita finem habuerit. Itemo de episcopis Alexandrinis.

De Xenaia Hierapolitano, & Flaviano Antiocheno e- 27 piscopis, narratio.

Qua Monachi Palastini ad Alcifonem de Macedonio 28 & Flaniano Antiocheno scripserint: de ecclesiarum co tempore consusione.

Vt post Flausanum impins Senerus sedem Antiochena 29 inuaserst. De eius dem vsta, & vt confestim synodum Chalcedonensem anathemate mastauerit.

Ex literis ad Alcifonem mißis excerpta verba, de im- 30 pio Senero.

Qualia de Senero, cui episcopatus adeptus est, ipse Epi-31 phaniensis Euagrius scripserit.

De Helia Hierosõlymitano episcopo, ut propter Synodu 32.
Chalcedonensem imperatori restiterit. Et ut magnus
Sabbas ad imperatorem missus, inter ipsum & Helia
offendiculo sublato transegerit.

V iij

510

De dicendi likertate magnorum & sanctorum monachoru Sabba & Theodos y cænobiarcha, reliquorumque in Palastina movachorum sanctam si nodum defendentium.

34 Rursus de Helia & Ioanne Hierosolymitanis patriarchis: o vt per resipiscentiam loannes, recepto saniore dogmate, co in cos qui quarta Gnodi decreta non complecterentur, contorto anathemate, in communionem à sanctie patribue sit receptue.

35 De Timotheo Constantinopolu, de Symmacho & Laurentio Roma episcopis. De sanctorum apostolorum Pe tri @ Pauls feriu. De Theuderico Scytha. Ite de Deu terso & Alamundaro Saracenorum ducibus.

36 De rebellione Longini I sauri, alterius que Logini. De administratione regni persarum Peroza, Blass, & Cabada, vt cum Romanis pacem fecerint.

37 De Persaru pugna de Theodossopoli & Dara oppidulu. Et de sacris reliquis Bartholomas & Barnaba apo-

38 De tyrannide Vitaliani . De Hunnis, qui ex angustýs Caspys proruperunt. Et de insula Rhodo.

De muro cui nomen Longo, quem Anastasim constru 39 xitzab Ponto Euxino ad Thracium Vsque mare porrectum.

De turpi & impio portorio Chry sargyro, hoc est saurar- 40 genteo dicto, quod pro imperiali virtute, ex imperioRo mano Anastasius sustulit.

Digressio ad Zosimum:qua is in imperatorum omnium 41 celeberrimum Constantinum per blafthemiam acerbè ơ amarulenter detor (erit.

Refutatio corum qua de apostolico Constantino Zosi- 42 mus dixit.

Zosimus idem redarguitur: & probatur quòd aduentu 43 in terras Christi, res Romana maxima incrementa ce

De vestigali, quod nouum Anastasius instituit, unde 44 multa erumna sunt subsequuta.

Ve Anastafio, ser sancto hymno adjecere volence illud, 45 Qui crucifixus es pro nobu sumulsus à populo sis concitatm: vsque adeò, vt is timore perculsus imperium deposuerit. Et vt paulo post Anastasius vitam si-

# ECCLESIASTICAE

NICEPHORI CALLISTI STORIAE TOMVS DECIMVSSEXTVS. XANTHOPVLI,

> CAPVT I.

Zone imperasor flagi:10



ni & Leonis pio rum imperatorum rerū admi-Onistratione in ec aclesiis acciderút sicse habuere. Zeno auté post quam Imperiu accepit,nő rectè se rerum summam gubernare posse putauit, ni i voluptatibus

omnib° cum potestate summa perfrueretur. quibus aded se à primis, quod dicitur, carceribus corrumpendum permisit, vt nihil prorsus esset, quod impetu eius in facinora teterrima inhibere posset. Ita siquidem turpibus flagitiis se contaminauit, vt existimaret, si clam intra regiæ penetralia scelera patraret, obscuru id & minus generosum esse. Sin publicitùs & aperte in conspectu omniú absque pudore omni flagitiosus esset, id demű Princi pe & imperatore dignum esse censuir. Quod ille sic seruiliter admodum & periculose arbitratus est. Ego verò dixerim, non ex co verum imperatorem, qui legibus solutus, + arbitrio ipse suo viuat, quòd aliis imperet, æstimari : verùm si in seipsum potius potestatem exerceat, neque praui quic quam animum fuum fubire finat : vnde ille aduer fus fæditatem & turpitudinem inuicus, & à libidine omni alienus, perinde arque animata virtutum effigies, ciues subditosque suos vniuersos ad

luptatibus sese didicisset, ignorasse mihividetur, \* C seruum se omnium sædissimum, aut mancipium, propter momenta ea quibus ad deteriora semper paulatim raptus est, factum este : non aliter quàm seruus quispiam inutilis, subinde dominos mutas. Et habuit is certè dominas voluptates plures qua numerari possent, eo & perpetud sibi inuice succe dentia scelera eum haudquag ad finem peruenire passa sint: & voluptates quibus in præsentia deditus erat, nung costiterint, sed veluti initiü & igniculus succedentis libidinis fuerint, sempérg; deteriora alia facinorainuitarint & cociliarint.Id quod sic necessariò peedit, quoad imperator verè quispiam euadat,& + turbulentű voluptatum satum ira fibi captiuum fubiuget, vt deinde illis imperet, & haudquag tyrannide illarum prematur. Alioqui accessionibus libidinum tacitis & voluptatu illecebris delibutus, veluti feruus miferrimus improbædominæ ad extremű víque mométum feruit, donec tadem suppliciis infernalibus dedatur. Talis ab ipso statim initio & ingressuimperij Zeno fuit, vir incompositus, dissolutus, intemperans, & corruptus. Quam ob rem & ei qui sceptrű illi tradidit, honorem debitum piis operibus non tribuit, & imperium male administrauit. Proinde po puli subditi omnes in Oriéte simul & Occidéte af fli&i lunt. Nam qui ab ipla Agar originem ducūt populi Mesopotamiam vastarunt. Thraciam autem innumera Hunnorum, qui antea Massagetæ dicti fuerant, & tum Istrum transferunt, multitudo, nemine oblistente, liberè percurrit. Si quid ve rò ex illorum direptione fuit reliquum, id ipsum Zeno per vim abstulit, qui non minus quàm bar bari ipsi hostiliter eam inuasit. Nec ille longin-

وحفكه إص

time izae epar ( qu

Verm imberetor qui sit. † ABTOXPE.

imitationem sui pertrahat. Zeno igitur quum vo

A qua modò loca detrimentis affecit, verumetiam domum suam per absurdas fædásque voluptates vastam dedit.

> CAPVT 11.

tans (delperata enim prorsus quedam res est, libi-



Zeno profu-

gus Selencia

Besibici ty-

Marcu fi-

Illes & Tro

candus duces

aduer∫us Ze

testur.

Bafilife**ns** 

scelerosiu.

fort.legë-

dum Lestio,

Infr. cap.13.

Timothesu

calus.

Aelarus ab exilio reno-

Acacins e-

piscopus Co-Rantinopoli-

Actorno

pede frangit

rlio redit.

I fti Chalce

dā dānāt.

n mit–

Maroru

Aruo fiquidem elapfo tempore, Basiliscus Verinæ Augustæ frater, aduer fus eum confurrexit. Ille verò nihil quod virum & Imperatorem deceret, sed illiberale & summissum quiddam cogi-

dinibus dedita impietas, effæminatum satis animum, co quod voluptatibus victa manus dat, indicans) & Verinæ dolum suspectum habens, per aduersam tempestatem celeriter in Isaurum regionem, Ariadnam coniugem que à matre tandem fugerat, & qui præterea fidi ei erant, secum habens, se contulit. Portò Basiliscus imperio tanquam spolio quodam sine sanguine arrepta, Imperiale fibi ipli impoluit diadema, & Marcum fi-lium luum Cælarem creauit:exercitum que ingen tem ad Zenonem Seleuciæ apud Isauros, in qua vrbe ficut prius in lucem editus fuerat, ita tú profugus latebat, oblidendum milit, & bellum id aduersusZenonem gerendum Illo & \* Trocundo commist. Atque vbi res suas, sicuti ipsi videbatur, probè constitutas esse putauit, minus sibi legibus parendum esse duxit. Ac nisi contrà quàm Leo, & qui ante eum imperauerant, fecerant, rempub.administraret, ne imperandum sibi quidem existimauit. Ad eam rem auté eu maxime coiunx nomine Zenonis, quá etiam Augustam dixit, incitauit. Cum qua aduersus sidei professionem bel lum cepit. Ac primùm quidem ad quorudam Alexandrinorum legatorum petitiones, Timotheum Aelurum ab exilio, in quo decem & octo annos vixerat, reuocauit: quum Acacius Orphanotrophus & pupillorum curator, post magnum Gennadium Constantinopolitanz ecclesiz przesser. Acturus in vrbem Imperialem venit, atque ibi cohortem hominum dissolutorum secum trahens, magnificè processit: atque asino insidens, ex Imperiali palatio templum supplicationum gratia petiit. Cœterùm quum iumentum id casu quo dam procidisset, ipse pede fracto, cum ignominia inde est profectus. Petrum quoque Cnapheum Basiliscus ex Insomnium monasterio, vbi abditus latebat, acciuit: & Aeluro quidem Alexandrinum, Cnapheo autem Antiochenum rursum thronu, Timotheo qui Proterio successerat, & sacro Calandione pulsis, cocessit. Isti quamprimum sedes eas receperunt, armis strenuè sumptis, quartam Synodum anathemati subjecteunt. Multis præterea aliis Basiliscus licentiam multam permisit, quoscunque ecclesiasticis opinionibus aduersari satis posse sciret. Prius autem quam thronos suos Aelurus & Cnapheus reciperent, quú adhuc Con

stantinopoli essent, Basilisco persuaserunt, vt ad

episcopos vniuersos + circulares daret literas, qui

bus concilium Chalcedonense, & Leonis libel-

lum, per anathema damnaret. Qui illis facilè ob-

sequens, ita scripsit.

† Zene Imperator sois victis in castellii quod Constantinopolim D accola nominant, casu quedam prosugit. Itaque ad suga comites cum alto gemitu: Ludibrium, inquit, Dei prosssu est homo, qui me quoque sic ludificat . Vates quidem consulti , mense hoc Lulio ex mecessitate quadam me Constantinopoli esse oportere , responderunt: & ego me in rebem Conftantinapolitanam venturum effe putani. Nune verd fugiens & desertue ab omnibue , tumulum b seneo, castello vrbis cognomine reperto. Snid.

CAPPT 117.



Mperator Cæsar Basiliscus, pius, vi-

ctor, triumper colendus Augustus: & iviamper colendus Augustus: & iviamper colendus Cæsar: Timotheo religiosissimo & Deiamátissimo madrinorum archiepiscopo, atque gnæ vrbis Alexandrinorum archiepiscopo, atque omnibus per Orientem & Occidentem sacerdotibus Dei. Quascunque, qui ante nos fuere piisimi Imperatores, qui beatam, immortalem, & viuificam Trinitatem rectè coluere, pro recta & Apostolica side sanxere leges, eas veluti toti mundo falutares , non modò tempore vllo negligi & 📙 aboleri nolumus, verumetiam perinde atque cóstitutiones proprias promulgamus. Et quum veram pietatem, flagrant meque erga Deum & Seruatorem nostrum Iesum Christum, qui nos condidit, & ad tantam gloriam extulit, ardorem studiis rebusque humanis omnibus præferamus, atque insuper coniunctionem gregis Christisalutarem ipli ciuibusque & subditis omnibus firműque adeò fundamentum atque inconcussum Imperij nostri muru esse credamus, meritò certè diuino mentis zelo permoti, vnioné sance Ecclesia imperij nostri primitias Deo & seruatori nostro Iesu Christo offerentes, constituimus, vt fundamentű firmamétumá; \* felicitatis humanæ, hoc est trecentorum decem &octo sanctorum patru, qui Niczz olim cum sancto Spiritu in conuentu ecclesiastico congregati fuere, Symbolum, quod nos atque omnes qui ante nos fuerunt certa fide profitentes, baptismum suscepimus, solum in om nibus sanctissimis Dei ecclesiis obtineat, & ab orthodoxo recteque sentienti populo vsurpetur: quippe quod solum veræ rechæque fidei cotineat autoritatem & decretum, satisque cum ad omnes in vniuersum hæreses aboledas, tum ad vnionem summam sanctarum Dei ecclesiarum conciliandam valeat. Er ad diuinum istud Symbolum confirmandum robur suum habeant, ea que in imperante hac vrbe aduersus eos qui in spiritum san-Aum blasphemi fuere, à centum quinquaginta sanctis patribus tum autem quæ etiam in metropoli Ephesiorum aduersus impium Nestorium & sectatores eius sunt acta. Ea autem quæ vnionem & ordinem bonum sanctarum Dei ecclesiarum, & pacem orbis totius turbant, videlicet Tomum Leonis, & omnia quæ Chalcedone per formulam seu decretum fidei, aut editionem symboli, aut expositionem, aut doctrinam, aut disputationem, per res nouas, aduer sus id quod diximus san-&um sanctorum trecentorum decem & octo patrum symbolum dicta & acta sunt, sancimus, vt & hic & vbiq; in ecclessis omnibus à sanctissimis vbicunque fuerint episcopis, apud quos reperta fuerint, anathemate feriantur, atque igni tradantur: propterea quòd hoc sic etiam ab eis qui ante "

Bafilifei circulares litera àduersus Chalcedo. nense Concilium, & Leo Bis Rom.episcopi To-777 H 279...

Confirms tur Nicanii Symbolum. evlewa ivas lugatas.

Decreta ita Conftantine politane syno di compro

nu & Chal cedonensia

† Brownies ouzodás.

Harefes on "

ne džnátur. "

C

L. Ariani. z. C.de haret.

er manich.

nos fuere, & nunc pia & beata quiete fruuntur, Constantino & Theodosio minore Imperatoribus de hæreticis dogmatibus omnibus constitutum est. Hæc sic abolita, prorsus ex ea, quæ vna & sola catholica Apostolica & orthodoxa Ecclesia est.ciiciantur: vipote que sempiterna & salutaria trecentorum decem & octo, atque etiam centum & quinquaginta, qui professionem de sancto spiritu promulgarunt, & corum etia qui Epheli congregati fuere sanctorum & beatorum patrum decreta tollunt. Neque prorsus cuiquam vel sacerdoti, vel laico & populari homini diuinam sancti symboli constitutionem violate aut transgredi liceat. Præterea autem, vnà cum rebus omnibus Chalcedone aduersus sacrum symbolum nouatis, anathemate iugulandam censemus hæresim eorum, qui non profitentur filium Dei vnigenitum ex Spiritu Sancto, & sancta Deigenitrice semperque virgine Maria verè incarnatum & hominem factum elle: sed aut de cœlo venisse, aut per phantasiam atque imaginationem hominé existimatum esse, prodigiose blaterant. Omnem denique hæresim aliam,& si quid aliud tempore,modo,& loco orbis vniuersi quocunque vel verbis, vel sen tentiis aduersus sacrum symbolum nouatum est. Sedenim cum Imperiali prouidentiz maxime coueniat, non præsentibus modò verumetiam futuris temporibus consulere, & ciuibus subditisque accurata deliberatione de certa traquillitate prospicere, statuimus, vt sanctissimi vbique episcopi facris hisce circularibus literis publicatis subscribant, verbisque disertis declarent, soli divino trecentorum decem & octo sanctorum patrum sym bolo assentiendum esse: quod autoritate sua centum & quinquaginta sancti patres confirmarunt, sicuti decreto etiam suo postea, qui in Metropoli Ephesia convenere piissimi patres censuerunt, quod videlicet soli sancto trecentorum decem & octo patrum symbolo & fidei decreto assentiri conveniat. Atque vt anathemate configant actiones Chalcedonenses omnes, & ex ecclesiis prorsus eiiciant, veluti orthodoxorum populorum offendiculum, totiulque orbis & nostræ felicitatis impedimentum. Eos porrò, qui post diuinum hoc scriptum nostrum, quod ad exoptatam ab omnibus sanctæ Dei ecclesiæ vnionem conciliandam ex sententia Dei promulgatum esse persussum habemus, ausi vnquam fuerint vel in disputatione, vel in doctrina, vel in scripto qualicunque tandem tempore & modo & loco, Chalcedone adversus fidem res novatas proferre, aut saltem nominare, vt turbarum & seditionis in sanctis Dei ecclesiis & in Romana ditione omni autores, & Dei salutisque nostræ hostes, iubemus iuxta constitutiones dudum ante nos ab eo qui in beata & sancta quiete est Imperatore Theodosio aduersus eiuscemodi maleuolentiam latas, & sacro huic circulari scripto nostro adiunctas, siqui. dem episcopi aut clerici sint, dignitatem amitte. re:sin monachi, aut laici & populares, exulare, bonorumque vniuersorum publicationi & vltimis subiacere pœnis.Ita namque,quæ semper à pietate nostra adorata est sancta & insisso consub-

stantialis, que tes vniuersas condidit, atque viuifi-

cauit, Trinitas, etiamnum à nobis, per corum quæ

memorauimus zizaniorum abolitionem, recta-

rumque & Apostolicarum sancti symboli tradi- D tionum confirmationem, culta animabus nostris » subditisque omnibus placabilis & propitia erit, » nobiscumque semper manebit, & res humanas » pacabit.

### CAPYT IIII.



Ircularibus istis non modò Timotheus & Petrus, quos dixim<sup>9</sup>, so consenserunt: sed Anastasius etiam, qui post Iuuenalem Hierosolveniranam tenuit sedem, facil solveniranam tenuit sedem, facil s

alij eccleliarum antistites, quingentis non paucio " res.qui omnes Leonis tomum, & Synodum Chalcedonensem repudiarunt. Declarat id verum esse, libellus supplex ab Asianis episcopis Ephesi " congregatis, ad Basiliscum scriptus, qui ad verbum hæc complectitur. Modis omnibus piisimis & Christianissimis Dominis nostris, Basilisco & Marco, perpetuis victoribus, Augustis. Et post p pauca . In rebus omnibus longė piilsimi & Christianissimi Principes declarastis, cũ inuisa & hostili fide vos egregiè bellum gerere. Et post alia. Horrendum profectò quoddam, quod eis imminet iudicium, & divini ignis ardor, & iustus serenitatis vestræ motus, aduersarios ad pedes vestros abiiciet: qui potentem Deum & fide confirmatum imperium vestrum superbæ vindicæ telis petere audent, & tenuitati nostræ multis modis non parcentes, calumniis & mendaciis (ycophanticis nos semper perstringunt, quasi vi & necessitate quadam adacti, diuinis vestris & Apostolicis circularibus literis subscripserimus, quum id cum lætitia & alactitate omni fecerimus. Et postea. Ne igitur alias quàm facras circulares vestras literas edere arque proponere velitis. Atque illud quod diximus scitote, orbem omnem rursum euersum, & parua ea visum iri,que in Chalcedonensi synodo accidêre mala, quæ quidem infinitas etiam illas patrarunt cædes, & orthodoxorum iniquè atque iniusté sanguinem essuderunt. Et post pauca alia. Attestamur coră Saluatore nostro Iesu Christo, liberam esse & innocétem pietatem vestram: à qua iustam & canonicam & ecclesiasticam aduerfus illos,& maximè contra eum qui impiè epi scoparum in vrbe Imperante gereremultis modis \* deprehensus est, condénationis & exautorationis sententiam ferri petimus.

CAPYT V.



Irculatibus istis publicatis, vt »
Zacharias inquit, qui Eutychetis opinionem somniabant, & »
monasticam sectabantur, perinde atque in lucrum & commodum per circularia scripta, »
& Timothei honorem inex-

pectatum incidissent, celeriter ad eum accurrerunt: & cum eo colloquuti, vbi Dei verbum nobis iuxta carnem, & rursum patri iuxta diuinitatem sunte consubstantiale esse audiuere, ad loca
sua reuersi sunt. Idem memoriæ prodidit, Timotheum ex vrbe descendentem, veluti Alexandri-

Episcopi plu rimo circularibus istusubscripsoruns.

Afranorh

opiscoporum

Ephoficongrogatorum
scriptum,
Circulares

Basilisti lan
dantion,

Entychiani in Aegypto monachi Aeluvi capta landăt,

Aclurun

Multi in

resift unt.

Theodotm.

Theodo (me

rado essle-

siasticus.

Acacina

piscop",Da miel Colu-

mells, & po

Conflanting

politana, ma

Balilifco,cir

culaves cius

reiicientes,

refift wat.

Confrancino B

perat, sede autem sua deturbatus fuerat. Et Ephesiorum etiam vrbi antiqua patriarchatus iura,que ei Chalcedonensis Synodus ademerat, testituisse: atque ibi eis rebus peractis, Alexandriam venisse. Vbi statim omnibus persuasit, vt Chalcedonensem Synodum anathemate condemnarent, sicuti antea quoque à me est dictum. Multi etiam ei re-Aitêre:& ab eius factione plerique alij, & in primis Theodotus ille, vnus ex eis qui à Theodosio Agypto e. loppæ consecrati fuerant, resiluere . Theodosius tia Aduro autem ille est, qui prædonis more, quum Iuuenalis Byzantij esset, Hierosolymorum ecclesiam occupauerat.

CAPVT VI.

am nauigaturum, Ephelum appulisse, & Paulum

in throno episcopali collocasse: qui antea quidem

à prouincialibus episcopis, quemadmodum anti-

quo more receptum erat, consecrationem susce-



Æc vbi sic Basiliscus egit, Acacio quoque vt circulares eius li-teras reciperet, & Synodū Chal-cedonensem anathemati subii-ceret, per vim institit: quum id iam tres magni throni fecissent.

Illum verò vehementer indoluisse, seque ipsum & thronum suum, atque etiam sanctiorem sacrificij aram pulla veste obduxisse, opinio est. Qui deinde, plebe & monachorum Constantinopolitanorum ordine congregato, strenuè tyranno restitit. Quo tempore etiam Daniel ille magnus ex columna descendit, & cum Acacio ecclesiasticos conuentus egit. Basiliscus motum plebis vrba næ veritus, in ædes Imperiales ex templo reuersus est, & Senatui indixit, ne molestiam Acacio exhiberent, quod multitudo ad incendendam vrbem parata ellet. Daniel verò plebis & monacho rum multitudine assumpta, ad tyrannum accessit, & propalàm liberè apud eum de rectis dogmatibus disseruit.llle igitur ab Acacio & Daniele coa-Aus, circulares priores literas abnegauit, & constitutionem quæ circulares eas surrepticiè impe-C tratas prorsus induceret atque aboleret, edidit,& cam priori illi contrariam in orbem vulgandam milit, quæ aliter longè quam circulares illæ scripræ fuerant, composita, Synodum Chalcedonensem desendit. Cœterum Zacharias, qui rem eam omnem affectibus ductus conscripsit, in historia fua contrarias prioribus circulares literas prætermisit: quas ego alicubi inuentas hic apponam. Earum verba hæc funt.

Contrarias Bafilifous

# CAPYT YII.




Mperatores Cæsares, Basiliscus & Marcus.Fidem Apostolicam & orthodoxam, quæiam inde ab initio in Catholicis ecclesiis vsque ad noftri Imperij tempora obtinuit, & fub imperio nostro obtinet, atque

adeò in perpetuum obtinere debet, in quem etiam baptizati sumus, quam & credimus, eam ipsam solam inuiolatam atque inconcussam obtinere, & obtinentem perpetuò celebrari in omnibus orthodoxorum catholicis & Apostolicis ec-

clesiis, neque quidquam aliud requiri debere, san- D cimus. Proinde quicquid sub Imperio nostro a-&um editumque est, siue circulares litere, seu scri- " pta alia quzcunque tandem ea fint, professionis " fidei aut ecclesiastica costitutionis gratia promul " gata, irrita & abrogata esse iubemus. Nestorium , Nestorius & Eutychetem, nec non hæreses omnes, & eos " qui idem cum illis sentiunt, vniuersos anathemate condemnamus. Decernimus quoque, de fidei " causa neque Synodum cogi, neque quæstionem aliam inferri, sed hæc quæ approbamus firma & inconcussa manere: Provincias etiam reddi debere sanctissimo & religiosissimo patriarchæ & archiepiscopo Acacio, quarum antistitum electionem & consecrationem Imperantis huius & inclytæ vrbis thronus habuit: ita videlicet, vt Deiamantissimi qui nunc sunt episcopi, in sedibus suis permaneant:neque post obitum illorum, præindicium aliquod aduersus iura electionis sacri throni imperantis huius & inclitæ vrbis creetur. Atque diuina hæc sanctio nostra vim sacræ constitutionis habens, ne cui in dubium aut controuersiam vocetur.Hæc sic acta.

CAPYT VIII.



interpolito se fidos illi futuros, Zenoni conciliati sunt : eoque recepto, ad vrbem Imperantem ire contenderunt: cum quidem dona ab eo partim iam accepissent, partim se accepturos esse stipulati essent. Ferunt sand quidam protomartyrem, quæ multum & strenuè decertauit, Theclam, arcanis quibusdam visionibus illi restitutionem Imperij confirmasse. Quapropter Zeno vt martyri de eiuscemodi denunciatione gratiam referret, in metropoli Seleuciæ, delubrű amplitudine maximum & pulchritudine præstantissimum condidit, quod multo auro & Imperialibus donariis exornauit. Basiliscus de Ze- F nonis motu certior factus, consobrinum suum + Harmatium copiaru in Thracia ducem, qui progressum illius impediret, aduersus eu misit, eumque iureiurando fané quàm horrendo, ne se vnquam Zenoni coniugeret, obstrinxir. Harmatius cum Zenone ad Nicæam congressus, in eum illum coniecit metum, vt frustra se rem qu'am conficere nequiret, aggredi putarit: nisi donis ac pollicitationibus Harmatium, se videlicet Basiliscum filium eius Cesarea tenia exornaturum esse, expugnaret. Atque ita hunc quoque iuriliurandi religionem paruifacientem, Zeno aduersus Basiliscum in partibus suis habuit. At Basiliscus his rebus cognitis, statim sententiam mutauit: & Imperiali corona sacræ mense imposita, supplex ipse cum + Zenonide ad baptisterium confugit.Zeno confestim Constantinopoli exceptus, primum ecclesiam magnam, deinde cum apparatu & comitatu maximo Imperialem regiam ingressus est. Basiliscus autem quum viginti menses in Romano imperio tyrannus fuisset, in Cappadocia moriturus missus est: atque in mansione quadam seu

& Eutyches

Intifdictio Pontificalis Coustantimopolitana Sedi integra reftituitur.

Duces Bafilifei Zenemi cocil: Atur

Zeno Thecla protomar tyri Selencia I fauror# templum condidit. Bafilifess Harmaciil ducem adner Su Zenově in Thraciã ennië mittie

† Procopine Armatum nominat. Bafilifens Harmaty filme. Harmatina quoque ad partes Zeno **v**is transit. † Alÿ Ze nobiam vocant. Zeno Confantinopo-Des redit. Bafilofci ca-Bafilifens Hamatÿ filios Cafar.

Balilicus ex Calare Sacerdos fit, D chilcohm Cyzicesus. Harmatian caditur.

A \* militari diuersorio, cui Acusi nomen est, cum vxore & liberis interfectus est. A Zenone statim Circenses ludi editi. Deinde is, pro co atque paulo antè se facturum iurauerat, Harmatij quidem filium Basiliscum ad Cæsaris dignitatem extulit: postea autem Harmatium, quòd eum non magis libi, quàm Basilisco fuisset, sidum fore arbitraretur, iugulari iussit:filium porrò cius Cæsarem sacerdotem fecit, qui deinde multo post ecclesiam Cyzicenam optime administravit.

\* Basiliscum tyrannum com vxore & silin, Zeno in Cappado \* Bajtiscum tyramium com vzore & plui, Zeno in Cappadociam misst hyemi tempore, cos si neque raste neque cibariu innari
insit. V ude breni se innicem complexi, collacrymantes miserè perierunt. Procop. Hic inexplebilu anaritia suit. Nam & ab ecclesiari
ancisticibus pecuniam excest: & à tomobus opsicibus, manum labore vica sumptus tolerantibus, excutiendu non abstinuit. Quapropeur
ob cissmodi exactiones lucrymu plane erant omnia. Sub Loone is pro Ruftico copiarum militarium duz lectus. Suid.

# CAPYT IX.

bi Asiani episcopi intellexerunt, missis ad Acaci-

Eno simulatq; in Imperium restitutus est, per constitutionem scriptam quamprimu, quicquid à tyranno Basilisco per circula-[ res literas contra fidem nouatum fuerat, abrogauit. Quod v-

um Constantinopolitanum episcopum pænitentiæ libellis, gratiam sibi fieri petierunt:illa deprecatione vsi, quòd non sua sponte, sed vi maxima adacti circularibus subscripsissent. Eamque rem non aliter se habere,& se Chalcedonensi Synodo assentiri, atque iuxta eius decretum & antea credidisse, & nunc credere, iuramento confirmarut. Episcoporum scriptum hoc erat. Acacio sanciisimo & piisimo sanctissimæ quæ apud imperantem Constantinopolim, nouam Romam, est Ecclesie patriarche. Et post pauca. Rectè sanc ad nos venit, qui locum etiam vestrum obtinebit. Et rursum.Per libellos supplices significamus, subscripsisse nos non ex animi sententia, sed necessitate coactos, literis tantum & verbis, non autem animi destinatione, Circularibus illis assentientes. In acceptabilibus enim precationibus nostris, annuente Deo, quæ à totius orbis luminaribus trecentis decem & octo, & rursum à centum quinquaginta fanctis patribus accepimus,adhæc quæ à diuinis patribus Chalcedone congregatis, piè & re-Aè costituta sunt, ea credimus. Hæc episcopi scripsere. Siue autem Zacharias, qui hæc affectibus ductus conscripsit, sycophantice hoc illis impegit. seu ipsi episcopi, quòd præter animi sententiam circulari constitutioni subscripserint, quum ita ad Acaciú scriberent, mentiti sunt, dispicere & pronunciare certò non possum. Hæc certè sic ha-

Ewagr.lib. 3. CAP.9.

Aliani epi

Scopi resipi-

Circulares

priores B 4-

filifci literas

rtea landa

tas dänant. »

[centes

CAPYT X.



buere.

Eno Petrum Cnapheum, vt qui à Basilisco reuocatus esset, Antiochia expulit, & Calandioni Stephani successori episcopatum restituit. Paulum etiam Epheso exegit, Nestorium item Tarso, & Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samo

satis Eusebium, Mopsuestia Iulianum, Paulum D Constantia, & Andream Theodosiopoli. Calandion autem neminem ad communionem admittebar, qui non prius Petrum & circularia Basilisci anathemate confodisset. Ac de Zenonis voluntate & consensu, diui Eustathij, qui Philippis apud Macedones in exilio vitam finierat, reliquiz cum reuerentia multa Antiochiam reductæ funt : quas cum læticia summa civitas ea, ad decimum octauum ferè lapidem extra vrbem effusa excepit. Atque illi qui ad longum víque tempus ab ecclesia secesserant, annis centum elapsis, ecclesiæ tandem prorlus vniti funt.

# CAPPT XI.



Onstituerat Zeno Timotheum quoque Aelurum Alexandria eiicere. Postquam autem ad mul-Altam eum senectutem peruenisse, & iá non longe à sepulchro ab-esse cognouit, consilium muta- E

uir. Atque ille paulo post ad inferorum migrauit iudicium. Alexandrini autem potestate sibi & autoritate vsurpata, pastorem sibi delegerunt impie tate Aeluto longè deteriorem, Petrum cognomento Moggum: quem vnus & alter, sicuti ferút, episcopi consecrarunt, quibus legisime dignitas adempta fuerat. Quod vbi Zeno resciuit, cos qui illum episcopum legerant, morte mulcauit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterij successorem, qui Canopi (sicuti diximus) degebat, in sedem suam restituit, cui Moggus diebus triginta sex incubauerat. Ac Timotheus quidem Imperatoriis literis thronum suum recuperauit. Breui verò pòst, consilium quidam ceperunt, legatum ad Imperatorem mittendi, Ioannem presbyterum Tabennesiotam, qui œconomus templi honoran di præcursoris & Baptistæ creatus fuerat : vt vbi episcopus coru inter homines esse desiisset, Alexădrini potestaté episcopi quem vellent eligendi haberent. Qui legatus vbi compertus est sibi ipsi episcopatum procari, quemadmodum Zacharias inquit, postquam Imperatori iurauit, haud vnqua F le Alexandriæ thronum recepturum elle, domum reuersus est, & Imperator constitutione, vt post obitum Timothei, loanne excepto, cathedram episcopalem Alexandriz, quem ibi clerus legisset sortiretur, sanciuit. Non multo post Timotheo defuncto, Ioannes pacta conuenta & iusiurandu parui pendens, pecunia quibusdam, vt idem Zacharias ait, corruptis, ad episcopatum conscendit. Quod vbi factum est, Zeno illum quidem reisci iulsit, suggestione autem Acacij scriptum ad Alexandrinos, quod ir armip, hoc est, vnionis conciliatorium vocauit, dedit:in quo præcepit, vt thronus Petro Moggo reddatur, siquidem ille scripto ei subscribere, & Proterij sectatores recipere, quartamque Synodum approbare vellet. Hanc rei eius dispositione, de Acacij sententia (sicuti dixi) constitutam, Pergamius, qui nuper admodum Aegyptiæ prouinciæ præfectus declaratus fuerat, Alexá driam pertulit. Is postquam eò peruenit, & loannem Romam profugisse comperit, cum Petro Moggo colloquutus, vt henoticum Zenonis scriptum reciperet, ei persualit: & eos præterea qui

Ada

**Eoftatb**ÿ

Ecclesia ibi

Par Mog gen ei Alo

Eo reiello, Timothem Salophacio las epifcopa tum Alescandring recipit. IoŽves T4 bennesistes se episcopatum Alenő receptarii ese iorat. Î dem tas Salopbaepiscopus fit.

Paro Mos Alexã

Vnioecclisia Alexandrina. ab ecclesia seccisissent. Ille tomo ei statim subscri psit: & quum Alexandriæ publicus populi conuentus celebraretur, quia henoticum Zenonis omnibus placuit eos quoque qui propter Proterij partes seccsserant, admisit. Atque vbi orationem non ita longam ad populum habuit, quam ad ecclesiasticum plebis conuentum composuerat, postea etiam Zenonis constitutionem multitudini recitauit, hisce verbis compositam.

CAPVT XII.

Zenonis be- no notica confti 20 tutio ad A 20 lexandrinos.

Imperium
confernatur
per orthodon am fidem.
Symbolum
Nicanum.

Commodita tes confentië tin & concor dis Christia wa sidei.

Infidiat dia 20 bolmecclefia 20 tendit per se criat & disposition 20 fidia intesti- 20 ma.

V samo Nicanono fidei fymbolum obsinere debes.

Mperator Cæsar Zeno pius, victor, triumphator, maximus, semper colendus Augustus: Alexandrinis, & qui per Aegyptum & Libyá & Pentapolim sunt religiossissimis episcopis & clericis, & monachis & laicis. Cum Imperij nostri initium & conservationem, tum autem opes arque armaturam inexpugnabilem persuafum habeamus este, solam rectam & veram sidem quam divina inspiratione Nicaz trecenti decem & octo sancti patres congregati promulgauerut, & Constantinopoli centum quinquaginta itidé sancti patres coacti confirmauerunt, diu noctué; precationibus studiis legibusque nostris omnibus hocagimus, vt per cam vbique locorum sancta Dei Catholica & Apostolica ecclesia incrementa capiat, quæ incorruptibilis & immortalis sceptrorum nostrorum mater, & pij populi nostri in pace & religionis diuinæ concordia persistentes, acceptabiles pro imperio nostro preces vnà cum Deiamantissimis episcopis & piissimis clericis & archimandritis & monachis fundant. Cùm enim magnus Deus & Saluator noster Christus Iesus, qui ex san&a virgine & Deigenitrice Maria incar natus & natus est, glorificationem & sacrum cultum nostrum consentiétem laudauerit, benigneque susceperit, tum gentes hostiles conterentut atque extinguentur, & omnes colla sua Imperio secundum Deum nostro summiter:pax etiam, & quæ ex pace proueniunt bona,cæli salubritas, fra gum vbertas, aliaque quæ hominibus commoda sunt, liberaliter suppeditabunt. Itaque quum fides irreprehensibilis & vos & imperium Romanum sic conseruer, preces nobis à piis archimandritis & eremitis, aliisque venerandis viris oblatæ sunt: qui cum lacrymis nobis supplicarut, vt vnionem in fan&issimis ecclesiis fieri,& membra membris coniungi, quæ honestatis pietatisque inimicus ab annis plurimis segregare est conatus, curaremus. Qui quidem inimicus bene nouit, si integro & coniuncto ecclesiæ corpori bellu inferat, victu se iri.Qui etiá effecit, vt infinitæ gétes & generationes, quas tot annorum tempora ex hac vita subduxerunt, partim absque lauacri regeneratione obierint, partim sine divinæ communionis perceptione ad ineuitabilem illam omnium migrationem transierint: & vt cedes innumerabiles patratæ sint, ita ve sanguinis vnda non solum terra, verumetiam aer ipse cotaminatus sit & infectus. quæ omnia quis est qui non in melius mutari exoptet? Quapropter scire vos volumus, neque nos, neque quæ vbique locorum sunt ecclesias, aliud

symbolum, aut doctrinam aut formulam fidei,

aut fidem etiam, præterquam quod (ficuti dictum

est) à trecentis decem & octo sanctis patribus e- D ditum,& à centum & quinquaginta, quoru mentionem etiam fecimus, sanctis patribus comprobatum est sanctum symbolum vel habuisse, vel habere, vel habituros esse, neque aliquos qui habeant scite:atque si quis etiam habeat, alienum illum putare. Nam id solum symbolum, quemadmodum diximus, Imperium nostrum conseruare confidimus. Et populi vniberli, qui salutarem con sequutur illuminationem, hocsolo recepto baptizantur. Hoc etiam sequuti sunt sancti patres Ephesi congregati, qui impium Nestorium & opinionis eius postea sectatores condemnarunt, qué " sanè Nestorium vnà cum Eutychete, quòd diuersa ab eis quæ dicta sunt sentiant, anathemate ferimus:duodecim etiam capita illa à sancta memoriæ Cyrillo sanceæ catholicæ Alexadrinorum ec- " clesiæ Archiepiscopo promulgata recipientes. Profitemur autem vnigenitum filium Dei & Deum (qui verè homo factus est, Dominum nostrum Iesum Christum, qui consubstantialis est " patri secundum divinitatem, & idem consub- 2" stantialis nobis iuxta humanitatem: & qui de- E scendit & incarnatus est ex spiritu sancto, & Ma- " ria virgine & Deigenitrice) vnum esle, & non » duos. Vnius enim esse dicimus & miracula & per " pessiones, quas sponte sua carne pertulit. Eos ve- " rò qui cum dividunt aut confundunt, aut phanta. " siam seu spectrum inducunt, haudquaquam ap- " probamus. Et pura labisque a peccati omnis ex- " pers, veraque, ex Delgenitrice incarnatio baccessionem filij non attulit:& trinitas, vno trinitatis » eius Deo verbo incarnato, trinitas permasit. Quú » igitur sciamus neque sanctas quæ vbique sunt, & 🕶 orthodoxas Dei ecclesias, neque qui eis præsunt . Deiamantissimos sacerdotes, neque Imperialem = nostram sublimitatem symbolum aliud, aut fidei » decretum pręter eam quam diximus fanctam do. 😕 Arinam & formulam, vel antea tulisse, vel nunc » ferre, coniunximus nos per vnionem inter nos » ipsos, nihil addubitantes, nihilque cuncates. Ar. » que hæc scripsimus, non ve noui quicquam de si . » de affer remus : fed vt vos per certam perfectam. 😐 que doctrinam confirmaremus. Quemlibet verò F qui aliud quicquam fensit, aut sentit, aut nunc, aut » quandocunque, vel Chalcedone, vel in quacung; 🛥 fynodo alia, anathemati subiicimus: præcipuè ve- » rò quos diximus, Nestorium & Eutychetem, & » qui cum eis idem sentiunt. Coniungite ergo vos » per vnionem spirituali matri Ecclesiæ, & diuina » iplius in ea communione fruimini, per id quod " dicum est vnum & solum trecentorum decem " & octo sanctorum patrum professionis sidei de- » cretum.Ipsa enim sanctissima mater vestra Eccle- " sia, vos vt germanos natiuosque filios, circunfusis 🐱 vlnis amplecti desiderat, & suauem vestram vo- "

† † Gamit ex se virgo corpus, sed quod conceptum esset es spirito. Hilar. In natura humana susceptione gratia quodamunodo illi homini maturalu salla est, qua nullum peccatum posset admittere. Aug. Et Grey, Nazauz, virginem matrem ante conceptionem silij sui & anima & corpore calitus sanclissicatam esse scriptit. Taluerat illa susceptio, qua Deum hominem saceret, & hominem Dess. Aug. Virgo carnem Christi non peperit de peccati propagine. Id. sup. toan.tract.79. Erronea ergo suerit Magistri Santentiarum illa lib.3 dist.3. sententia: Sanè dici potest, & credi oportet, iuxt sanctorum attestationu convenientiam, ipsam (carne Verbi) prinu peccato susse sato susse succeptione caro suite.

Confirmatio à synodo Co frantinopelitana, er Ephesia prio-

Duodecim
Cyrilli capita.
Vium folümodo Chrifium Dei
Patru V'etbum cü propria carne,
cognoscim<sup>3</sup>.
Cyrill.

a åvaµåç... THTOS. b 2500å... KNV 48 kW...

c dodsapiev dautės pudde dodsidžovtis.

V nio eccle fiarum per concordē fidei Nicana professione. cem aliquando tandem audire cupit. Itaque vos ipsos incitate atque vrgete. Quod si feceritis, tum Domini & Seruatoris & Dei nostri Iesu Christi, benignitatem vobis ipsis cociliabitis, tum ab Imperiali nostra amplitudine laudem eximiam feretis.Quibus literis lectis, Alexandrini vniuersi san-& catholic & apostolic & Ecclesia conjuncti vnitique sunt : & quæcunque in medio fuere offendicula & impedimenta, sustulere.

# CAPYT XIII.

Calandio in mittitur.

Ilu, Con- B time, Paprede affectät. Petrus Cns phew Antiochenã ∫e-

dem recipit.


Petr Moggus Synodu Chalcedonesem dänat. I de sepulchri violator.

Petr Moggue, homo ve riu,ex codě ore calidii 🔗 frigidü efflas

Orrò Calandion Antiochenus antistes ad Acacium & Zenoné scripsit, & Petrum mæchű vocauit, quùm propter ea que de ilcauit,quùm propter ea que de il-lo accidissent, tum quòd Alexan drix anathema in sanctam quar-

tam Synodum coniecisser. At Calandion, quòd per eam causam, occasionem arripuit, vt Illi & Leontij & Pamprepis, qui à Zenone desecerant, & tyrannidem affectabant, partes foueret, ad Oasim exilij causa incolendam damnatus est. Atque ille quidem sic rursum Antiochia eiectus: Petrus autem Cnapheus fraude in negocio peragendo vlus, in delideratam libi Antiochenā ledem rursum inductus est, postquam henotico Zenonis subscripsit. Dedit is ad Petrum Moggum Alexandriz episcopum, & vicissim ab eodem accepit synodales literas. Martyrius itidem Anastasij Hierololymis successor, ad eum more recepto epistolas eiuscemodi misit. Coniunctus quoque ei elt, qui Constantinopolitanam gubernabat ecclesiam, Acacius. Verum non multum intercessit temporis, & nonnulli qui Petri Moggi partium fuerant, quum eum consilium mutasse viderent, à communione eius secesserunt: quòd ex co scilicet tempore Chalcedonensem synodum in ecclesia anathematis sententia damnasser, & Timothei cadauer effodisset. Eam rem vbi Acacius Constantinopolitanus audiuit, grauiter fa-Aum id tulit, & magnopere est perturbatus: adeò C ceftè, vt quosdam Alexandriam mittendos duxerit, qui rei veritatem cognoscerét. Eos verò Petrus postquam diligenter inquisitos adesse resciuit, certiores fecit, nihil se earum rerum admissse: & multitudine quadam contracta, attestationes conscripsit, quæ indicabant, Petrum nihil earum quæ auditæ essent rerum fecisse. Ille verò re ipsa veluti cothurnus quidam, aut Proteus Pharius atque Euripus, versipellis scilicet homo, suit, & sibi ipli nó constitit : verùm pro eo atque ei visum esset, semper se temporibus & rebus ipsis accommodauit. Et aliquando quidem Chalcedonensem fynodum comprobauit, aliquando autem perinde atque palinodiam canens, calculis omnibus reiecit, & anathemate condemnauit. Ex literis autem eis quas ad Acacium Constantinopolicanum episcopum, qui dolu eius per inquisitionem scrutarus est, dedir, qualis fuerit, liquebit. Scripsit autem in hæc verba.

CAPYT XIIII.



feruanda subiisti: quam sanè assiduè prædicans confirmasti. In ea symbolum quoque 🐱 sanctorum trecentorum decem & octo patrum » recte positum reperimus: in cuius scilicet professione baptizati, & antea credidimus, & nuc quoque ei credimus. Id quod etiam comprobarunt ... centum & quinquaginta sancti patres, qui Con- " stantinopoli congregati fuere. Itaque quum assi- " duè omnibus in recta via przeas, per vnionem " sanctam Dei coniunxisti Ecclesiam: & nobis cer- " tissimis argumentis persuasisti, nihil esse contra " hæc actum in sanctissima vniuersali synodo Chal ... -cedone celebrata: quippe quæ com fanctis Nicæ- 😹 nis patribus concordet, eorumq; decretum con-.firmet.Et quum in actis Chalcedonensibus noui 💂 nihil reperissemus, sponte nostra illis assensimus " & credidimus. Cæterum certiores facti sumus, " monachos quosdam, qui coniunctioni nostræ fra E ternæ inuident, de iniuriis criminibusque quibusdam ad vos retulisse, quibus tamen illi non facilè sanctitatem vestram permouêre. Primum, quòd reliquias eius qui in sanctis est patris nostri beati " archiepiscopi Timothei in locum alium transtulerimus : quod factum neque Deo placet, neque " legibus conuenit. Deinde, ad conuiciú aliud quod non consistit, & priore illo deterius est, peruenere. Quomodo nanque anathema iaculari in san-& Chalcedonensem synodum potuimus, cui credidimus, & quam confirmauimus? Non latet autem Pietatem vestram populi nostri feruor & " leuitas, & monachorum etiam ad nouas res spe-Cantium motus: qui quum in animo habeant, cũ quibusdam consulta animi destinatione improbis ab Ecclesia resilire, populum secum auellere conantur. Portò vestris adiuti precibus, re deliberata, rationem que mederi malo imminenti posset, inuenimus, nihil sancæ Chalcedonensi synodo, in qua nibil noui scimus esse actum, derogantem, vt simul ea ipsa ratione & simplicibus per persuasionem satisfaceremus, & eos qui nobiscu F conuentus agunt, per apologiam defenderemus. Id vt diceretur, curauimus. + Atque in eo quum toti essemus, mox etiam prohibuimus. Certiorem verò sanctitatem vestram facio, ne nunc quidem cellare cos qui semper zizania seminant, monachos:& tanquam instrumenta sibi asciscere quosdam,qui monasteria non incolunt,sed passim vagantes, rumores varios contra nos & ecclesiasticam Christi pacem & tranquillitatem spargunt: neque nobis, pro eo atque decet, canonicè quicquam in sancta Dei catholica ecclesia facere permittunt. Illudque sedulò agunt, vt nobis populus hic potius præeat, quàm pareat: & facere id quod Deo non placet, student. De sanctitate autem veftra nobis perfuademus, eam omnia ad 🖈 facratiffimum orbis terrarum dominum relaturam : curaturamque esse, ve constitutio à serenitate eius edatur, in qua de ecclesiastica pace, ea quæ & Deű "... ipsum & Imperatorem deceant, & in quibus omnes acquiescant, præcipiat. Atque hæc cothurnus

ille Petrus, homo inconstans & versutus, fraudu-

lenter ad Acacium scripsit.

CAPVT

fantinepoli-

Item Chalcedonense co-

र् रहेर अं-

384 Arzely

TETO WON'S

Taxins lad

Confultà bos

**SOLTATO** 

Matien

The olube

su obsanè

diffum.

प्रविद्युक्ते, अव्हेर

ZIVILIVOS

CAPPT XV.

Isani Ta meliot e affinner Ro-

Simplicise

Ro.episcopus

. . . j. r.

**₩**}•}, n

Felix Rom.

Is dignitate

literu suu

brozak.

Acicio a-

episcopus.

Oannes autem Alexandriæ episcopus Tabennesius, cuius antea quoque focimus mentione, quum inde profugisfet, Romā venit, & turbam ifthic conciuit:propterea se throno suo excidisse dicens, quod Leonis

doctrinam & Chalcedonensem synodum defenderet:aliúmque qui ab bis prorsus diversum senti ret, in locum suum substitutu esse. Querela ca permotus Simplicius Romæ post Leoné episcopus, ad Zenonem illegitimam Ioannis eiectionem reprehedens scripsit: eique Zeno non aliam illum ob canlam lede lua expullum elle, qua quòd periutij compertus ellet rescripsit. Postquam Simplicio Felix successit, non intermisit Ioannes molestus illi esse, de Petro, quem Acacius Constantinopolitanus prius ranquam hæreticum reiecum, tum admodum complecteretur, referés. Et quum frequentius ei instaret, tandem Felici persuasit, vt literas statim ederet, in quibus Acacio, quòd cum Petro Moggo communionem haberet, dignitatem abrogauit. Quas literas contra ecclesiasticam traditionem compositas, sicuti Zacharias scribit, monachi quidam ex Insomnium sodalitate, Acacio obtulerut. A cacius autem non recepit.

Porrò Zacharias rem ipsam vt acta est ignorare,& lummam tantum cius,ita vt referri cam audiuit, exponere videtur.Ego verò illam certò mi-

hi compertam commemorabo.

CAPYT XVI.



uersus Acacion,
nem cum Petro communes plerasquo alias no ex præscriptosancionu ecclesiasticarum ageret,
ad Zenonem Vitalim & Siminum
andato & decreto huiusancialeus omni-

dedit.Er Felix ad Zenonem Vitalim & Siminum episcopos misit, cum mandato & decreto huiuse modi, yt Chalcedonensis synodus calculis omnibus obtineret: Petrus, vt qui non sanam coleret religionem, Alexandria eiiceretur: & Acacius Romam aliquos mitteret, cum Ioanne in iudicio, si quam haberet actioné, experturus, aut causam dicturus, & legitimam actionum suarum rationé redditurus. Prius autem quam Vitalis & Siminus Roma Constantinopolim venerunt, sodalitatis Insomnium prefectus Cyrillus ad Felicem Papam scripsit, moram eius tantam accusans, per quam tot res noux in ecclesiasticis constitutionibus inducerentur. Literis eius acceptis, Felix legatis suis scripsit, ne quid prius ageret, quam Cyrillum convenissent,& ab eo quid agendum esset cognouissent. Dedit quoque aliasad Zenonéliteras, quibus illum de synodo Chalcedonensi, & de ea quá in Aphrica Honorichus concitauerar, persequutione admonebat. Quin & ad Acacium scripsit, maximam cum nouatarum in Ecclesia rerum causam esse dicens'. Zeno eadem quæ antea

† Honorichus rex Vandalorum, plusquam trecentu triginta-quatuor episcopu in exisium pulsis, so quod Arianus esset, in Ca-tholicos admodum saunt. Diac.

Felici rescripsit, loannem scilicet frustra illi molestiam exhibere, qui haud quaquam se thronum etclesiæ Alexandrinæ coscensurum esse iurauerit, iurisiurandi religionem violarit, episcopatu per facrilegium arripuerit, & alia gravia facinora admiserit. Nec Petrum Moggum, inquisitione nulla præeunte ad fedem peruenisse, sed illum priusqua eam acceperir, manibus suis sidei Nicenorum patrum quam comprobatit subscripsisse: cuius fidei vestigns Chalcedonensis etiam synodus innitatur.illud quoque + iuramento interpolito verbis hisce Zeno scripsit. Debent certò & pietas nostra, & qui dictus est sanctissimus Petrus, vniuerscque adeò sanctissime ecclesie, recipere& colere Chalcedonensem sanctam synodum, quæ cum professione sidei Nicznæ synodi concordat.In rerum istarum actis, eius quem nominauimus Cyrilli alia rumque in vrbe Imperiali archimandritarum, atque etiam Aegyptie diœcelis epilcoporum & clericorum, ad Felicem contra Petrum, & cos qui cu eo communicabant, veluti hereticos, date epistolæ reperiuntur. Et nonnullli ex Insomnium mo-E nasterio Romam profecti, apud Felicem de Simino & Vitali questi sunt, quòd ad aductum vsque. eorum Byzantij clam & occulte Petri nomen in sacris codicillis suisset, atque ex eo tempore ad eu víque diem ellet,&quòd propalàm ferretur,contra canones Vitalim & Siminum cum Petro & Acacio commercium & communionem habere, Aegyptiorum quoque epiltolæ eadem significabant.Et præterea, Ioannem quidem orthodoxum esse, receque sentire, & sedem secundum canones recepisse: Petrum autem à duobus tantum qui eandem prauam opinionem sequuti fuissent, consecratum esse, eundemque post Ioannis discessum nibil rerum grauium aduerfus orthodoxos agere intermilisse. Hæc omnia quum Acacius ex eis qui Byzantium Roma venerant, cognouisser, tantum abest vt autoritate sua rebus hujusmodi, quum facile posset, intercesserit: vt etiam administrum se Petri actionum præbuerit, & ferè omnes cum illo communicare coegerit.Quæ omnia adauxit, & vera esse confirmauit Simeones ille ex Insomnibus ad Felicem missus, qui aperte Siminum & F Vitalim quod cum hæreticis comunicassent conuicit, quodque ipsis præsentibus propalam Petri nomen ex sacris tabulis promulgatum esset, quum ne per prætextum quidem grauiter sed id illi ferre ostendissent. Quapropter factum, vt permulti ex simplicioribus ab hæreticis seducti sint, qui à Romana etiam sede receptum esse Petrum dixerunt . Addidit & illud Simeones, quum variæ quæstiones in medium productæ esfent, Vitalim & Siminum cum nullo orthodoxo colloqui, aut per literas ei respondere voluisse, neque cos etiam de rebus in religione nouatis accuratius disquisiuisse. Monachorum quoque dicta presbyter quidam Sylvanus, qui cum Vitali & Simino in vrbe imperante fuerat, comproba uit. Tum autem & Acacij epistola ad Sumplicium producta est, que ostendebat Petrum dudum vt noctis filium exautoratum esse. Quas ob caussas Simino & Vitali sacerdotalis dignitas abrogata, & ipsi longissime à communione sancta repulsi sunt. Et communibus suffragiis synodus Romana hac sicad verbum decreuit,

Respossi Zenonu al Filicem.

ce † lan positi mino.

Hoc verbi

Enegries no haber lib.

> Libelli accu fati**enem** 194 right Felice cous Mog-

gum mißi.

Vitalia & Siminus legationis fue PTENATICALOres

Meacine of miani Moggo addittus

Simeones In Compis ad Fe Licem meffet.

V italia ртој рег 🕶 🗸 pangrobian 👉 perperam obitam legationem dam mati.

Digitized by Google

a Feli-

Kitalia 🕁

ni Pontificis

Logati apud C

Synodes Romania Moggum damnat. Acacium mondacij Zuit.

Petrum hæreticum qui olim per sententiam, episcopali cathedra ei adempta, damnatus, proscrip-

« tus, & anathemate confossus est, ecclesia Romaa na nó recipit. Cui quidem si aliud nihil quod ob-

iiceretur esset,illud sufficerer,quòd quam ab hæ-« reticis consecratus sit, orthodoxis præesse non po

" test. In sententia ea illud quoque fuit: Acacium Constantinopolitanum maximo crimini obno-

xiú esse; res ipsa indicauir, propterea quòd ad Simplicium scribens, Petrum hereticum appellauerit, & id Imperatori non indicauerit: quum certe id, si

Zenoné diligeret, facere debuerit. Proinde ficuti apparet, commodi sui desiderio Imperatorem co

plectitur, fidem autem non complectitur.

CAPPT XVII.

Monga Alexideia infolentifimè fe garit, orthodoxiã damnas.

Cosmus ad

pacificationi

inficuendă,

Alexan-

driam à Ze-

wone mi∬w.

Cofmus an-

licus nibil i -

Nihil itide

Arfenias

milit ii dux.

Zeno ipse

Chalcedone-

∫em ∫y nodii

non proba-

Acacina

exautorat?

mit.

bi aget.

...

Cacius dissidiu quod interuenit tol-lere, & vnionem inducere volens, ad episcopos & clericos Ægyptios, at-que ad ipsum Petrum scripsit. Sed-enim quum id malum Alexandriz

magis magisque inualesceret, Petrus quibusdam episcopis & archimandritis, vt secum communicarent, persuasit: & in acta Chalcedonensia, Leo. nisque tomum, atque cos qui Dioscori & Timothei scripta non reciperent, anathemata coniecit. Eos verò qui ei non parebat, monasteriis suis exegit. Quæ omnia postquam Zeno ex Nephalio quodam qui Alexandria Constantinopolim venerat, intellexit, magnoperè conturbatus, ex satel litibus Cosmam quendam Alexandriam misit, qui admonitionibus omnibus funem, vt in prouerbio est, omnem moueret, vt plebem & Petru inter se conciliaret : atque eis qui aliter facerent, minas ingentes denunciaret. Verum ille seueritate sua tantum abest vt quod per dissidium ruptu fuerat, coniunxetit, vt seditionem quoque auxerir, & infectis rebus ad Imperatorem redierir: eis tantum qui monasteriis suis exacti fuerant, restitutis. Postea à Zenone Arsenius militarium ordinum in Ægypto præfectus, vnà cum eo qui dictus est Nephalio, Alexandriam missus, de reconcilia-C tione & vnione egit. Quum autem nihil efficeret, multos ex Alexandria Byzantium misit, qui cum Zenone colloquuti, multa de Chalcedonensi synodo disserunt:nihil autem ad rem ipsam collatum est, propterea quòd Zeno prorsus Chalcedonensem synodum non reciperet. Basilius Cilix memoriæ prodidit, Felicem etiam Acacio condemnationis sententiam, qua dignitas ei abrogaretur, missile, eamque ei in sanctiore sacrario à monachis Dij monasterij redditam esse. Et eam ob causam sectatores eius, multos ex eis quos diximus monachis occidisse, quosdam vulneratos reiecisse, nonnullos verò custodiis inclusisse: atque Acacium víque adeò condemnationem eam non respexisse, vt mente sensuque omni captus, primus ipse Papæ nomen è sacro albo exemerit. Et ille ita & animo & corpore vinctus, breui post communem omnibus ingressus est viam.

+\* contrà Felicu nomen in fecro alba inducit, & meritur.

† \* In Ecclesiafticis cenfuru & excommunicationibus, causa in primis valet. Origen. Cum alique exit à veritate, à timore Dei, à fide,à charitate,exit de castru ecclesia, etiamsi per Episcopi voce minime abuciatur. Sicut è contrario aliquu non recto indicio foras mittitur: fed fi ante non eximit, id eft, fi non egerit ve mereretur exire,

wibil laditur. Interdam enim qui forde mittien, inter eft: & qui fo D ru eft, inten videtur retineri. 24.queft.3 Ang. Coftodi inten inte centiam tuam, vbi nemo opprimit canfam tua. Pranalebit in te fal-fum testimonium, sed apud bomititi. Natiquid apud Deum valebit? rbi causa dicenda est. Quendo Dem erit index, alius testu, qu'am conscientia tua pon erit. Inter influm indicem er conscientiam tud noli timere nist causam panam. 11. qu'ast. 3. Quis obest homini, qu'd est illa tabula vult eum delere humana ignorantia, fi de libro vinentiü non deleat iniqua confesentia? Aug. sbid.

CAPPT XVIII.

Ost hunc Flauitas Constantinopoli-tanum suscepit episcopatu: vir, qui quidem presbyter esse visus sit, sed víque adeò ad audaciam & improbi

tatem summă peruenerit, veid quod dicturus sum facinus, satis, qualis is fuerit, indicare possit. Zeno chartam puram in facro repoluit altari, atque in charta alia per scriptum Deo supplicauit, vt per angeli manum, quæ in hominum conspectum non veniret, nomé eins adscriberet, E quem cœlesti calculo Constantinopolitanę eccle siæ hierarcham præfectum vellet. Atque ob eam rem quadraginta dierum ieiunium indixit:& Deum omnes orare, vt qui illi placitus esfer, ostenderet,iussit. Hzc vbi Flaustas cognouit, auro multo templi custodem, qui idem princeps Imperialium cubicularior u erat, corrupit, ve in charta pura nomen eius annotaret, camque rursum Imperatoris sigillo obsignaret. Hoc vbi factum est, atque vbi constitutum iciunij præteriit tempus, sigillo in charta sublato, derepentè Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo designatus esset, afflues, correptus est, & magnifico saltu in patriarchæthronum is conscendit. Verum enimuerò piaculum id omnipotens Pronidentia non diu latêre passa, illusionem eam scenicamque actionem quamprimum in apertum produxit. Infelix enim ille quu non totos quaruor menses in sede ea transegisser, morte repensina ex hominibus sublatus est: quu ne dimidiam quidem partem + muneris eius, quo episcopalem dignitatem redemerat, corradere po tuerit. Argentarij hæredibus eius institere, & pe- F cuniam nuper admodum mutud datam exegere. Atque illi quòd soluédo no essent, Zenonem adiere, cique vt eos ab acerbis illis creditoribus liberatet, supplicarunt, & rem ipsam secretò ei ipsi qui de illa inquirebat, indicarut. Zeno ea audita, obstupuit: & postquam non Christum, sed Chrysum, hoc est aurum porius, Flauitæ nomen în libello illo asscripsisse cognouit, iudicium reuera & iusticiam(iuxta psalmum) fecit: arque eunuchum quidem, qui sibi diuinam existimationem & gloriam arrogasset, tolli, pecuniam autem creditam ex substantia eius dissolui argentariis iussit. Ipsam verò ecclesiam episcopis permisit, vt illi suffragiis suis quem idoneum esse procurationi ei iudicarent, eligerent. Sic citra moram omnem, Euphemius ecclesie presbyter, vir clarissimus, orthodoxz fidei& virtutis omnis studiosissimus, ecclesiz gubernandz przfectus est.

CAPYT XIX.

Flavitat et facteller.

Per fyce

Florica † 78 Epos ric da xias iemisa.

SIS

Flanitas im epistolus suus synodaliba S.Aozes, hos est, bilius

guu , fimulq;

albus 🗗

418

Legati cim es de caufs containelio-Se Roma exalbi. Euphem Constantino politanus e- B piscopus Feben nome in Sacro codice reponit, mog gi nomě exmie. Ls tamen à Felice in coepsscopalem no receptus.

Successor

Moggi A

Palladine.

Athavasij

Palladij

Vum Flauitas adhuc thronú obtineret, fynodales ad Petrum Alexandrinum epistolas dedit, &c cius dem generis literas ab eodé accepit, in quibus eadé de Chalcedonensibus a&is, anathemati

ea subiiciens, scripsit. Quum autem Flauitas ex rebus humanis excelsit, quatuor tantum mensibus episcopatu gesto, & Euphemius ecclesiam adminıstrandam suscepit, vt ei Petri ad Flauitam Syno dales literæ redderentur, accidit: in quibus vbi res Chalcedonenses anathemate damnatas comperit, perquam est conturbatus, & se à communione Petri subduxit. Apposuissem hic & Petri & Flauitæ literas, nisi me prolixitas illarum absterruisset. Et Flauitas ad Felicem scribens, se communionis illius esse, Perri autem coniunctionem auersari, fignificauerat. Idem ad Petrum literas dans, fecerat:communionem se illius recipere, Felicem autem reiicere infinuans. Quas literas vbi Felix à piis quibusdam ad se perlatas accepit, legatos Flauitæ cum contumelia Roma expulit. At Euphemius simulatque episcopatum iniit, nihil moratus, suis ipse manibus in sacris tabulis Moggi nomen expunxit, & Felicis appellationem reposuit: atque in sacro suggestu considens, synodales more recepto epistolas Romam ad Felicem dedit. Porrò Papa scripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti orthodoxo fauit: sed illum in episcopalem communionem no admisit, propterea quòd Acacij quoque & Flauitæ nomen in sacro libro non induxisset.

# CAPYT XX.

T quum Euphemius & Petrus inter fe dissensuri, & synodos in prouinciis suis, alter aduersus alterum, propter Chalcedonesem synodum con gregaturi essensuri e

è vita excessit, eique Athanasius cognomento Ce letes siue Herniosus, in episcopali throno successit. Atque is quum multa quoque experiretur, vt C dissidentia membra coniungeret, nihil tamen egit.In multas namque & varias opiniones discesserant. Non multo verò pòst, & Petrus Cnapheus Antiochiæ defunctus, Palladium successorem habuit. Quius suffragator etiam fuit Anastasius Dicorus, qui post Zenonem Romanum malè administrauit imperium.Porrò Athanasius synodalia scripta ad Palladium mittens, eadem & ipse quæ Moggus de Chalcedonensi synodo retulit.Idem fecit Ioannes quoque, qui post eum Alexandrinæ præfuit ecclesiæ. Sed & Palladio Antiocheno mortuo, & Flauiano procurationem eius fortito, Solomon quidam Antiochiæ presbyter Alexandriam cum synodalibus literis missus est, solitas rursum eiuscemodi epistolas à Ioanne ad Flauianum allaturus. Ea quoque scripta idem de synodo pronunciabant. Huic verò Ioanni Ioannes alter Alexandriæ successit, de quibus paulo post dicemus. Nam ad aliquot vsque Anastasij imperij annos, ad hunc modum res ecclesiarum processere. Euphemium namque ille expulit. Hæc verò ita ordine exponere, quo facilius intelligerentur, coactus sum. Et ecclesie quidem tum sic se habebant. Nos autem orationem ad alia conuer- D tamus.

# CAPYT XXI.



Heuderichus Scytha magnis coparatis opibus, aduerius Zenonem arma cepit. Et cum copiis in Thracia coactis Romanam di tionem ingressus, obuia quæque diripuit, oc vsque ad os Euxini

peruenit. Atque ille Imperialem etiam ferè cepislet vrbem, nisi ex necessariis eius quidam vitæ eius insidiati fuissent. Quas veritus, retrocessit. Neque ita multum intercessit temporis, quum vitam etiam finiuit, per causam huiusmodi. Hasta expedita patrio more pro tabernaculo eius sublimis collocata erat. Quum autem corpus exercere deberet, equum adduci iussit: atque mora impaties, ex terra in illum infiluit. Quòd auté ex pascuis & equitio is nuper admodum venillet, ferocitatemque spiraret, necdum Theuderichus recte ei inse- E disser, priores pedes in sublime iactans, posterioribus tantum institit. Theuderichus autem cum equo concertans, neque freno cohibere cum potuit, (ne scilicet fera super eum resupina concideret) neque satis certò aut firmiter illi inhæsit . Atque quum ita cum equo huc atque illuc in gyrum verteretur, nescio quomodo hastam illam concussit:& illa obliquè in eum illata, latus eius vulnerauit. Ex quo vuluere lecto affixus, vbi viscera eius ex conuulsione & inflammatione commarcuerunt, breui vitam amisit.

\* Theoderichus Theodemiri filius, Ostrogotthorum rex, à Zenone patricia & consulari dignitate est exernatus. Blond. I dem Odea crum ricit, & Italiam obtinuit.

# CAPVT XXII.



Ost hunc aduersus Zenoné bellum mouit Martianus, Antemij qui non multo antè Romæ imperauerat, filius, Leontiam Leonis Romani Imperatoris Zenonis soceri filiam in matrimonio

habens. Is enim ad se magis quam ad Zenonem Imperium pertinere putabat: quòd minorem natu Leonis filiam, quam illi Verina imperij tempo re genuit, coniugem haberet: Ariadnam auté Leo adhuc privatus ex vxore sua sustulisset. Eam ob causam Martianus ad tyranidem spectauit. Et pugna ad Imperiale palatium commissa, cædes vtrin que facta ingens,& victoria Martiani fuit. Atque ille & sceptro potitus esset, & palatium occupasset, nist rem in crastinum distulisset. Celerrima namque aquila est, téporis opportunitas & occasio:que ad pedes aduolas, capi à quopiam potest: fin aufugiat, in altum aerem sublimis sublata, eos qui se persequuntur ridet, neque vt ad cos redeat, in animum inducit.Proinde quicunque imagines vel pingunt, vel fingunt, occasioni caput humanum tribuentes, comam in fronte demittunt, occipitium autem ad ipfam víque cutim tondent: subobscurè quidem, sed sapienter admodum indicantes, si ea à tergo tardius nos sequatur, coma prolixiore teneri fortasse comprehesam posse:sin Gotthes and ser pro Scythu habut.

Theuderichi Gotthi mors

Bellű inter Martianű Gr Zevenő

Martianus
victor victo
ria & temporis opportunitate v?
non eft,
unjos, hoc
eft occasio res
bene gerëda
facile amittitur.
Occasionia
pictura.

Izamiu led wes alter. Ab emnibus hifte Chalcedonefis fynodus exagitata.

Martianu à suje desertm,ad Ecclessam confugit. Idem tandë presbyter fit. Eustathine rbetor.

A præcedat, minimè prehendi facillimè auolantem, neque persequenti quicquam quo teneatur præbentem.Id tum Martiano accidit. Quum namque tempus opportunú neglexisset, nancisci id deinde haudquaquam potuit. Postridie enim diei eius à suis desertus, solus ad sacrorum Apostolorum templum supplex confugit: vnde per vim extra-&us, Cælarcam Cappadocum missus est: & paulo post inter monachos quosdam latitare & fugam meditari deprehensus, Tarsum inde Cilicie abdu-Aus est, vbi capite raso presbyteri dignitate est cohonestatus. Quam ré Eustathius Syrus thetor, qui hæc conscripsit, sanè quàm eleganter memoriæ prodidit.

CAPVT XXIII.

Verina obi-

Dereb' Illi B qui Imperiõ adversus Ze em affe-Elauit, & Leontu atque Pamprepu fociorum cias:esc Zuftathio.

Res Theode richi Ostrogotthi,cuim mors paulo antè descripes eft.

Ma



Dem Eustathius quoque refert, Zenonem socrui Verine variè insidias fum in Ciliciam relegasse: quæ po-stea quum in Papirij castello esset, tetendisse,& postremum eam Tar-

quo tempore Illus & Leontius, quibus ip sa Imperij inlignia contulerat, tyrannidem exercuerunt, vitam ibi finiuit.Historiam Illi Eustathiusquoque stylo terso prosequitur:quemadmodum videlicet is Zenonis infidias effugerit, & Zeno eum qui ad Illum necandum percussor summissus fuerat, iugulari præceperit:capitis supplicium pro eo quòd Illi cædes ei non successisset, veluti mulcam reportantem. Zenonem deinde rem cam consultò premere volentem, Illu Orientalibus copiis præfecisse: illum autem Leontio & Pamprepe in societatem ascitis, tyrannidem in Cilicia apud Tarfum arripuisse. Adhæc, Eustathius idem addit, nihil illis tyrannidem profuisse,eo quòd Theuderichus Gotthus cum ingentibus provincialibus simul & externis copiis aduersus eos à Zenone mis sus sir, cuius etiam iusiu miserandum in modum fint occisi:condignam ab eo, quòd illum in Imperium restituissent, gratiam ferentes. Addit Rhe tor idem illud quoque: Theuderichum, quem Ze-C no consulem & Thraciæ ducem renunciauerat, vbi insidias sibi ab eo strui sensit, aduersus veterem Romam exercitum duxisse,Odoacrum bello vicisse, & regia veste sumpra, regem se dixisse:mul tas præterea Occidentales gentes absque prælio, item Vandalos, magnam vrbem Romam, & (ve semel dicam)Hesperiam plagam omnem cepisse, atque ditioni suz subiecisse. Sunt qui dicunt, Zenonis suggestione ea Theuderichum egisse. Eodem tempore & Mammianus, vir curuli honore clarus, & senatorius in Daphne, qui suburbanus Antiochiælucus fuit,ædificium construxit, quod ab illis Antiforum dictum est. Intra vrbem autem Imperiales duas porticus magnifice admodum, magni precij & varij coloris lapidibus exornatas condidit: inter quas Tetrapylum medium ingentibus columnis & zre conspicuum statuit, solo lapide Proconesso constrato. Hæc ha-

CAPYT XXIIII.



Eno finem vitæ sibi appropin- D quare videns, ex eis qui futura predicere existimantur, Maurianum quendam,quísnam post e-um (liberos enim ex lumbis suis procreatos non habebat)impe-

4 Za

conflagrată,

lia lib

diferiere.

Ei in bù 😝

Homari pos

dracomu cum

literis defa i-

piü.Eguat,

Anuetatio

est de Zeno-

me ex Suida

in fine haim libri.

b Zeno vi-

ros aliques

bonos merat.

∫**s**cce∬orem

Se Suum Sub-

Latorum for

da Zenonis

c Longin

Zenovu fra-

ter fruftra

ad Impail

Schola Siles

d Anafia

fine Dicerne voà cũ 1m-

Deratrice.

• Ariada

Imperium Romanom

Symopsis & tatio tempo-

ير له ۱۹۳۳ dë rjque ad

Anaftafiñ.

bec Enegri

li.2.cap.29. f Rullin

Poftrem

uen bab

1244.

g Section

perterices à

ando con-

die 4470.

accipie.

aspiras.

tiariors

rans.

Mem

raturus esfet, consuluit. Qui respondisse dicitur, ex Silentiariis aliquem, non imperium modò, sed & vxorem eius recepturum esse. b Zeno auté, quòd Pelagium designari putabat, virum præclarum & sapientem, ferro eum cædi iussit: arque insuper aliosetiam nihil comeritos, necari curauit. Et morbo comitiali correptus, quòd vim eius non ferret animam egit, Pelagij nomé in ore habens. Fertur etiam, quòd eum Ariadna coniunx odisset, quum epilepsiæ doloribus distenderetur, & speciem defuncti præberet, viuum adhuc ab illa sepulcro inclusum esse. Alij verò tradunt, quum ex ebrictate sensum omnem amisisfer, in tumulum coiectum esse: & postquam ad seipsum per sobrietatem rediillet, in ipso monumento exclamasse, vitam se solam, non etiam Imperium petere, paratumque E esse cuiuis iureiurando interposito eo cedere: neminem autem illum ea dicétem, propterea quòd coniunx Ariadna id prohibuisser, miseratum esse. Hic ad hunc modum vitam finiuit, quum decem & septem annos in Imperio tyrannidem exercuisfet. Quibus annis Basilisci etiam menses connumerati funt. His ita gestis Longinus Zenonis fra ter, quòd ad magnam potentiam peruenisset, Imperium se sibi vendicaturum sperauit. Verum ille opinione sua falsus est. d Nam Ariadna vnà cum Senatorum ordine, Anastasio \* Dicoro, qui nodum in Senatum le@us,adhuc in Schola Silentia- \* riorum erat, Imperatoriam imposuit coronam. Eustathius, cuius paulo antè meminimus, scripsit, ab initio Diocletiani tyranni imperij, v (que ad finem Zenonis, & designationem Anastasij,intercessisse ducentos & septem: ab eo autem tempore quo Augustus monarcha factus est, quingentos triginta duos annos & menses septem: ab Ale xandri Macedonis regno, annos octingentos triginta duos, menses septé: à Romulo porrò annos mille & quinquaginta duos, menses septem: & à Troia capta mille sexingetos octoginta sex an- F nos, menses septem: à divina Domini incarnatione, annos quadringétos & nonaginta duos: ab ipso denique Adamo annos quinquies mille 8 nonningentos octuaginta quatuor.

Dicorne cognominatus est à discoloribus oculorum pupilis, qua uleu dicuntur, quarum dentra migricans, simistrat arulea sucrit.

CAPPT XXV.



Nastasius diademate sumpto, quu nondum matrimonium contrazisset, Ariadnam vzorem duxit:& Epidamnum patriam (uam , quæ nunc Dyrrachium dicitur, vt natale solu honore prosequeretur,

Pulcherrime exornauit, & validissime muniuit. Et primum Longinum magistrum, aulicorum scilicet ordinum præfectum, Seleuciam, vbi ortus fuerat, misit: deinde reliquum etiam Isaurorum genus ciccit. Atque idipsum Longinus, &



Dißidia Ec

Avasta (in

oppugnasores

Synodi Chal

cedonensis à thronis Suis

detorbat.

E aphemy

O Macedo

mý episco-

Scriptio.


рот**ит** Сопstantin, pro-

acriores et

clefiarum.

. A qui cum eo relegari fuerant, indignè ferentes, ad tyrannidem aspirarunt: sicuti postea dicemus. Anastasius quum pacificus esse, neque quidquam rerum nouarum in Ecclesiæ statu excitare vellet, plurimumque studij in eo collocaret, vt sanctæ Christi ecclesiæ tumultibus,& verborum conten tionibus, disputationibus, & dissidiis ecclesiasticis simul & ciuilibus omnibus sublatis, homines in multa tranquillitate viuerent,& subditi populi pacati essent : euenit, vt temporibus eius Chalcedonensis Synodus, neque propalàm per ipsum constitutionibus Imperialibus edendis promulgaretur, neque etiam reprobaretur. Verùm ficuti quibusque ecclesiarum præsidibus videbatur, ita de ea sentiebant.Nam qui eam fortiter defenden tes propugnabant, non verbum vnum in eius decretis, ac ne syllabam quidem, aut literam, aut apicem saltem loco moueri aut mutari passi sunt, & per libertatem magnam à commercio & commu nione aliorum resiliere: adeò vt ne in ædes quidé suas eos admitterent, qui ea quæ recte ibi decreta B essent, non reciperent. Fuere autem qui eam non tantum non approbarent, sed etiam publicè vnà cum Leonis tomo anathemate iugularent. Alij de henotica Zenonis constitutione itidem faciebat, atque à scipsis inter se dissidebant : ita vt quidam duas naturas in Christo, quidam vnam dicerent: atque ij quidem literis insidiose compositis, per fraudem deciperentur: ij autem pacem sibi consectandam esse putarent. 1d malum eò processit, vt Ecclesia quæliber in factiones suas dividererur, & episcopi à consuctudine mutua abhorrerent. Proinde in multas sectas, Orientales Occidentalesque atque etiam Libycæ partes dissectæ sunt. Neque enim Oriens consentire cum Occidente, neque rursum Libya conciliari hisce voluit. Et quod omnium indignissimum est, neque ipsi inter se Orientalium ecclesiarum antistites ad communionem conueniebant, neque Europæi atque Occidentales, neque etiam Libyci episcopi conuentus inter se agebant: nedum cum eis qui extra regionum suarum fines essent, congrederentur. Tanta confusio mentiumque caligo orbem vniuersum incessit. Porrd, Anastasius tametsi trandefensores & C quillitatem sibi conservandam esse proposuerat, neque mutare quicquam in Ecclesiis voluerat,inconsulta tamen corum temeritate, qui ad res nonas spectabant, permotus, quoscung; præter morem nugas agere,& vel impudéter Synodum san-Cam damnare, crudeliterque anathemate configere, vel tursum aperté eandem & claré in sacris templis deprædicare intelligebat, è thronis vtrosque deiiciebat, inhumaniterque exigebat. atque ad eum modum permulti episcopi multati sunt, & în primis, sicuti antea etlam diximus, Constantinopolitanum ille Euphemium proscripsit:deinde post hunc & Macedonium, cui Timotheus

CAPVT XXVI.



longè alia erant: præclara scilicet Euphemij pie- D tas,& quòd is antea Anastasium ecclesia excluserat, propterea quòd opinionem de se præbuisset, contagione Dioscori infectum esse: & quòd turbam concitare volens, cominatus Euphemio esset, se illi accepta à Zenone potestate caput tonsurum, cathedramq; eius euertisset. Præterea quum Ariadna purpuram Anastasio circundaret, Euphe mius sacrorum antistes animo forti restiterat:neque prius se que statæ ceremoniæ postularent, fa-Aurum este dixerat, quàm ille graui iuramento in scriptum relato confirmasset, sidem se inuiolatam seruaturum:neque quicquam rei noue Imperij sui tempore in ecclesiam illaturum, necnon Chalcedonensem synodum ex animi sententia reliquis tribusadditurum esse. Consenserat conditionibus his, & eas in scriptum retulerat Anastasius, & sub hæc cerimonias solitas in eo episcopus peregerat. Non longè verò post Euphemium adortus Anastasius, libellum eum ab eo reperiit: & quòd eum ille non reddidit, solum exilij causa vertere iussus est.Vitæ quoque eius ita insidiatus est,vt ex fami- E liaribus Euphemij quidă nomine Paulus, vir procerus, & + humeris ipsis superextans, quod aduersus eum dispositum circumferebatur ferrum, exceperit. Atque hunc, ob eum modum, & ob talem causam in exilium egit, quum quidem id populus ægerrimè ferret. Macedonium autem, cui Euphemius syngrapham stipulationis suæ crediderat (nam ei sacrorum quoque donatiorum custodia commissa fuerat) in sacram sustulit cathedram. Fecerat autem ea quæ dicta sunt Euphemius, quùm ob eas quas commemorauimus causas, tum quòd \* Manichzorum hæresim Anastasius multis fouere visus esset, quippe cuius etiam mater cam ardore ingenti consecuretur. frater quoque eius, Anastasij scilicet auunculus Clearchus, Arianilmi compertus fuerat. Quapropter & Manichæis & Arianis purpura sua Anastasius læticia attulit, mutationem aliquam futuram expectantibus.Macedonius vbi episcopalem thronum coscendit, ab eo quoque promissi sui scriptum Anastasius recipere cotendit:contumeliam iniuriamque sibi fieri ratus , si libellum suum qui vitam e- F ius redargueret, post se relinqueret. Ceterùm quū & ipse itidem vt Euphemius, constanter ei aduersaretur,& fidei omnino proditionem esse, si libellum eum redderet, existimaret, fortiterque prorfus contra eum contenderer, varia Anastasius iniit confilia, vt & hunc è sede deturbaret: tentauitque adeò omnia, ve quod conabatur efficeret. Sedenim quum quod faceret non haberet, hæreticorum consessu collecto, per vim Macedonium, vt Synodum Chalcedonensem damnaret, cogere voluit. Quod vbi multitudo sensit, ad eum locum accurrit,& apertè exclamauit:Martyrij tépus adest, Nemo longius à pastore absistat. Et couicia in Imperatorem coniecit: Manichæum, qui imperio indignus effet, vocans. Er Anastasius sibi metuens, ad tugiendum paratus fuit: Macedoniumque quælidit, quem antea le neque respecturum esse adiurauerat. Macedonius cum libertate multa Anastasium , veluti rei ecclesiasticæ hostem obiurgauit. Atque ille tum in verbis eius acquieuit:seque placabiliorem præbens, summisst. Postmodum autem propter animi improbitatem

reverb.Patrocli occalio. Caufe ody Anastajy in Euphe

+ STIPPHICE

Anastasino Manichae \* Butychia na quidem berefi eur adhafiffe do fist.

Cor Anastasses Ma-cedonium sit persequutui.



Criminato. res in Mace donium ab Avafta(10 Subornati. Hos facile slle refellit. Alim criminis pratextu cotra M acedoniii quesitm, quasi Syno-dü Chalcodonen em no coprobarit. M acedonÿ exilium.

†åðınpiðs.

Persequatio

Macedony.

A accusatores aduersus eum mercede conduxit. Et præstò suere adolescentuli quidam, qui non minus seipsos quam Macedonium per sycophantia calumniose detulere, & flagitium obscænum & fædű mendaciter produxere. Sedenim postquam in continenti illorum confictam calumniam Macedonius, tunica subducta, virilibus se carere ostendens, conuicit, ad concilium aliud fraudis plenum confugit. Nam per Celerem aulæ præfectű libellum confici iussit, in quo due Synodi reliquis duabus omissis conscriptæ erant, eumque se recipere professus est. Que res à Macedonio approbata, & quod præterea henotico Zenonis is subscripsisset, reprehensione non caruit. Quamuis postea quum in Dalmati monasterio esset, in oratione quadam omnibus pietatem conseccatibus, offendiculum id & crimen obiectum diluit, difertis verbis sanctam quartam Synodum compro bans: & cos qui illam non reciperent, hæreticos vocans. Anastasius Celere magistro ad se euocato, per eum clàm Macedonium ex throno dedu-B xit, & Euchaitem in exilium misst. Senatus &populus Constantinopolitanus cam ob causam in magno fuit mœrore. Nam & vitæ sanctitatem & doctrinę finceritatem in Macedonio admirabantur, & pietatis studio dignitateque sacerdotali is valde enitebat, vt qui à Gennadio eductus atque doctus fuisser, cuius etiam ex, + fratre nepos fuit. Contra sectatores eius postea grauis persequutio orta. Quidam enim exilio, nor nullli relegatione, aliqui accusationibus iniquis, alij bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui suga sibi consuluerunt, Romam peruenerunt. Imperator illico Chalcedonésium actorum libellum, quem Macedonius discedens in sanctiore ara deposuerat, per Calopodium quendam furtim sublatum concldit, atque igni tradidit:& Macedonio qui sic abducebatur, condemnation is sententiam misir. Atque is interrogauit, an illi qui se dánassent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et vbi illi qui ad cum sententiam attulerant, id inficiati funt:ipse, si(inquit) Ariani aut Macedoniani condemotationis libellum ad me miserunt, num recipere eŭ possum? At ille ita Euchaitem ductus est. Quum autem Hunni, qui Saberi vocabantur, eruptione per \* Caspiasangustias facta, Orientem vastarent, Gangram inde metus causa Macedonius successir. Quod vbi Anastasius cognouit, percussoribus summissis eum trucidauit. Corpus eius in templo Callinici martyris innumera miraçula edens repositum est. Macedonium ferunt,

Cafpiu claus
fitus erumpentes.
Macedonig
cades.
\*\* Tõp ua.
coulop äxeuvullyrup
zahõp.

Hunni ex

Macedoni<sup>o</sup>
Anaftafiñ
ad tribpnal
Christi enocanit.

† \* Multi sacerdotum culpam zelo Dei persequi prositentur, sed dum induscrete id agitur sacrilegy facinus incurrunt: & dum pracipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magu in deterius cadunt, 24 quast, 3. Apud Deum & cius Ecclesiam neminem potest granare iniqua sontentia. Aug. 21. quast. 3.

quum iam mortuus iaceret, manu suz seipsum sa-

cro crucis signaculo consignasse. Eundemque in

somnis Theodoro cuidam piè viuenti apparuisse,

& cum vehementia quadam verba hec Anastasio

renunciari iussisse: Ego quidem ad patres meos

abeo, quorum fidem sinceram seruaui. Tu verò

scito, me Deum precari desiturum non esse, quo-

ad vsque & tu primo quoque tempore ad id tri-

bunal, quod munera nó acceptat, mecum iudicio

concertaturus, steteris. Post Macedonium Ana- D stalius ecclesiam Timotheo presbytero eius, sacrorumquevalorum cultodi commilit, qui + Celon & Litrobunes cognominatus est, appellationibus eis propter actiones quasdam ei conuenientibus impolitis. Hic templum ingressus, non prius rem diuinam fecit, quam Macedonij imagines, quæ tum ibi erant, sustulisset. At Imperator impiissimus eiuscemodi ob causas Flauianū quoque Antiochenum, & Heliam Hierosolymitanu, qui Salustio successerat, nec non Ioanné Alexandrinum in exilium egit. Idem in Ioanne Tabennesiota secit. Qui vbi Romæ cognouit Anastasium Imperatorem esse factum, in Orientem sede suam recepturus venit. Amico enim Anastasio Alexandriæ vsus fuerat, & cum ex nausragio nudum receperat, hominique quam conueniebat curam & benignitatem præstiterat. Ille verò per ingrati animi vitium, pro liberalitate sibi exhibita exilij gratiam ei retulit. Ioānes autem isle profugiens, in vererem se rursum Romam contulit.

† Klaup, d lights lis ewission. Suid, hoc eft, ad rem renereams

#### CAPYT XXYII.

E Flauiano Antiocheno hec me moriæ prodita funt. Xenaias qui dam erat (Philoxenű græca lingua rectè vocet) genere Perfa, &c fortuna feruus, peridoneus fathanæ minister: qui sub Calan-

dionis epilcopatu, quum ab hero luo profugillet, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, quum quidem nondum diuino regenerationis lauacro initiatus esset. Calandion vbi hominem eum,& latentem in co maleuolentiam ex fignis & coniecturis quibusdam cognouit, ab ecclesia cum proscripsit. Vbi verò Calandioni Petrus Gnapheus successit, Xenaiam ille non solum recepit: verumetiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis episcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se F episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur , sufficere ei pro baptismo confectationem. Xenaias iste primus (ô audacem animum, & os impudens) vocem illam euomuit: Christi,&corum qui illi placuere,imagines + venerandas non elle. Itaque impietatis istud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, & non exigua ex Cynegico fiue Venatico monalterio multitudine assumpta, vnà cum innata sibi improbitate in vrbé peruenit: & Flauiano vim maximam intentauit, vt Chalcedonensem Synodum & Leonis romüille anathemate damnaret. Quod quum Flauianus se facturu non esse confirmaret, & monachi ei contrà imminerent, populus episcopum suum periclitari audiens, pro se quisque statim vt potuit cofurgens affuit, & cædes tanta monachorum facta est, vt corpora corum propter multitudinem in Orontem amnem, vt vndas eius pro sepulcris haberent, coniecta sint. Ad hæc etiam isto no minus accidit malum . Monachi nanque in 🖈 Cœlefyria Flauiano valde addicti, propterea quòd is in vici-

Timothems
Macedony
face effor.
Mafiafi
in exilin mit
tit epifopos.
Flanianum
Antiochenum,
Heliä Hie
rofolymitanum,
Ioannem
Alexandri
num.
Iden ergs
Ioannem
Tabennefii
ingratm.

Xmaines scipsomam presbytm

Idem epifcepus nosdam baptızatm.

Hic imeri-nes Christi & Sanctorio ri prohibait. † µl fêp age o turifi Tamoltus monacherii contrà Syna dom Chalce donenfera Astichie Plurium cades. Alimili dens moi chorum tamult m.

\* Dicitur bes etië focunda Syria

Exilian

A no quodam loco, cui Tilmognus nomé erat, monasticam egisset vitam, turba ea cognita, Antio+ chiam se contulerunt,Flauianum omnibus modis defensuri. Atq; ibi tum nó minor accepta clades. Propter hucigitur & illum calum, Flauianus fraude quadam in exilium abductus est, petram quan dam præruptam & sublimem in Palæstinæ finibo incolere per vitam iussus. Hæ cause sunt, quam ob rem tanti viri Macedonius & Flauianus, sedibus suis exacti sint. De quibus etiam monachi Palæstini ad Alcisonem scribentes, hac verbis hisce commemorant.

#### CAPVT XXVIII.

vem scriptů.

De reb Fla

wiani &Xe

t sweet!

v 🗗 èdulās,

Etro vero defuncto, rursus inter se dissidere cœperunt Alexandria & Ægyptus,& Libya: & factio quælibet suos sibi couetus egit.Reliquus etiam Oriens ab aliis ecclesiis segre gatus est, quòd occidentales no aliter communi-

care cum eo voluerint, quàm si Nestorium, Eutychetem & Dioscorum anathemati subiiceret, eisdémque Petrum Moggum & Acacium adderet. In hoc statu quum ecclesiz orbis vniuersi res es-" sent, qui germani Dioscori & Eutychetis sectatores fuere, ad maximam paucitatem redacti sunt. Et quum res illorum eo recidissent, vt quamprimum in terra deficerent, ampliùsq; non extarent,

Xenaias re ipía nomini suo respondens ( + alienus quippe prorsus à Deo) nescimus quo consilio,quasve aduersus Flauianum inimicitias vindicans, sub obtentu fidei, sicuti plerique aiunt, cotra « eum commotus, veluti Nestorianum calumnios è criminari cœpit. Atque vbi ille Nestorium vnà cũ opinione sua anathemate confodit, ex eo tempore rursum ad Dioscorum, Theodorum, Theodoritű, Iban, Cyrum, Eleutheriű, & Ioánem transiit, & nescimus quos alios insuper & vnde collegit. Quorum quidă verè Nestorij dogma profiteban

tur: quidam autem eius hæresis suspecti, anathema in Nestorium contorserant, & in ecclesiæ co-C munione acquiescebat. Eis ita collectis ad Flauianum: Hosce, inquit, omnes Nestorij contagione infectos, nisi anathemati subdideris, Nestorianus es, vicunque vel decies millies illum vnà cum do gmate suo anathemate cofodias. Per literas quo-

que Dioscorianos & Eutychianos permouit, eisque persuasit, vt sibi patroni aduersus Flauianum adessent: secum petituri, vt ille non in Synodum, sed in eos quos diximus viros anathema iaculare-

tur. Eis verò Flauianus episcopus diu multumque « restitit.Sedenim vbi alij quoque contra ipsum cŭ Xenaia coniuncăi funt, Eleufinus videlicet quidă fecudæ Cappadociæ, Nicias Laodicææ Syrorum, « atque alij aliunde episcopi, quorum 🖈 pusillani-

mitatis erga Flauianum causam, non nostrum:sed aliorum potius est exponere: tandem per eos ipsos se illos ad pacé adducturu esse arbitratus, con-

tétioni ei cessit, & in scripto anathema in cos qui a dicti sunt viros coniecit, atque id ad imperatorem misst. nam & hunc quoque contra eŭ veluti Ne-

- storianum commouerant. Verum Xenaias hisce non contentus, rurfum anathema in ipfam Syno-

dum, & cos qui duas naturas & carnis & diuinita a tis in Domino profitentur, iaciendum à Flauiano

petiit. Atque vbi ille ei non paruit, vt Nestorianu D rursus criminatus est. Et cum de his rebus multa » agitata essent,& patriarcha formulam fidei com- 🐱 posuisset, in qua synodum quidem propter Nesto » rij & Eurychetis condemnationem, non autem vt » vim decreti & doctrinæ fidei haberet, recipienda » esse profitebatur: rursum cum, vt qui occultè Ne- » storianus estet, aduersarij, nisi anathemati etiā sy- 🐱 nodum ipsam, & duas naturas carnis & diuinita- ... tis in Domino profitetes subiicerer, criminari co » perunt. Adduxerunt illi quoque multa verborum » fraude in sententiam suam Isauros: & scripto de » fide edito, in quo synodum vnà cum eis qui duas » naturas aut + proprietates in Domino esse dicut, » anathemate condemnarunt.Itaque à Flauiano & » Macedonio secesserunt: & cum aliis se coniunxe ... runt, qui scripto ei subscripsere. Interea etia à Hie » rosolymitano antistite de side scriptum exegere, » qui id copolitum ad imperatorem per iplos Dio- " scorianos misit. Atque id illi, anathema comple-Gens in eos qui duas naturas dicunt, proferunt. Ipse autem Hierosolymitanus episcopus deprauatum id ab eis esse asseuerat, aliudque scriptu si- " ne eiuscemodi anathemate producit. Negi id mirum, siquidem scripta patrum quoq; adulterarut: " & multos Apollinaris libellos per inscriptiones " ipías Athanasio & Gregorio mirifico illi & Iulio " attribuerūt, per quos maxime ad impietatem sua \* multos pertrahunt. Efflagitarunt verò à Macedonio etiam scriptam fidei formula, quam ille quoque edidit : solam se trecentorum decem & octo, " & rurlum centú & quinquaginta patrú fidé nosse » confirmans. Nestoriumque & Eutychetem, atque .. cos qui vel duos filios aut Christos opinantur, vel . naturas dividunt, anathemate feriens : neq; Ephe » siæ à qua Nestorius damnatus est, neque Chalce- »

† idrirufes.

De Helia Hierofoly-

Haretki fin diese libre reternes de-De Maceda nio Ceftanti mopolitano.

\* Enagr.b4 bet Plati, lib. 2.cap.31.

#### CAPVT XXIX.

donensis quæ Eutycheti dignitatem abrogauit, sy »

nodi mentionem faciens. Quam rem monasteria ...

Constantinopoli zgrè tulere, & ab episcopo Ma »

cedonio desciuere. Interea Xenaias & Dioscorus »

multis sibi ascitis episcopis, superbi & intolerabi- »

les facti sunt: motúsque aduersus eos qui in ana. »

thema non confentirent, graues concitarunt : in- F

ter quos, si qui illis prorsus non cederent, eos mo 👪 dis omnibus in exilium pellere sunt conati. Atq; ...

ita tandem Macedonius & Flauianus, & Ioannes 🐱

insuper, 🖈 Palti episcopus, solum exilij causa ver 🍺



terunt. Hæchactenus.

Lauiano ad húc modum exacto, Seuerus impius & ἀκίφαλος, hoc est, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioscorus, Antiochenum conscendit thronum : qui Sozopoli

Pisidiæ ortus, Beryti legum scientiæ & actionibus forensibus operam dedit. Atque vbi Christianam addidicit do arinam, cofestim animo mutato, baptilmi lauacro initiatus est, in Leotij illustris mar tyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia fitum est . Et deinde monasticam viscopus.

† drigand dipeolog tig, he hip sibness teaped, bot est, Acephalorum, id est, capite carentium harefis quadam est, cuius autor Severus fuit. Suid.

X iiij

Petrus mo-

Senerus à Nephalio monasterio pulsus.

Severns confultà perior

† d dut & fis negrous fisher.
Nicophyputh B subles dister veryons, Theodorn lector, lib. 2.

A tam in domicilio quodam inter Gazam & Maiumam oppidu coluit : vbi Petrus etiam ille ex Iberia, qui episcopus Gazæ declaratus, vnà cũ Timotheo Acluro proscriptus est, codem vitæ genere culto, celebrem de se famá posteris reliquit. Porrò Seuerus sermonem primum disputando cum Nephalio contulit, qui eiusdem cum illo opinionis antea fuit, naturam vna in Christo professus: postea autem &ipse Chalcedonensem synodum, & eos qui duas naturas perhibent, tutatus est. Et quum se confidentius arrogantiúsque Seuerus in disputationibus gereret, vna cum popularibo suis, aliísque etiam plurimis, eandem opinionem consectantibus, monastico domicilio suo à Nephalio eiectus. Atque ille inde in imperiale concessit vrbem, Imperatori supplicaturus, vt sibi atque suis qui cum eo pulli fuerant, phrontisteria sua restituerentur. Ita factum, vt in imperatoris & Senatorum noticiam perueniret: sicuti hoc qui Seueri vitam conscripsit, refert . Ioannes portò qui 🕂 cũ illo iudicio contendit, scriptum reliquit: Seuetu, cum consecrari deberet, iuramentum in scriptum relatum imperatori Anastasio obtulisse, à quo die throno Antiocheno potitus esset, haudquaquam se synodum Chalcedonensem anathemati subiecturum esse. Eumque co ipso quo consecratus est die à sectatoribus suis instigatum, pro cocione ex ambone anathema in eam iecisse: idémque disertis verbis, cum synodales literas scriberet, fecisse. Qua de re literæ illæ quas diximus, ad Alcisonem scriptæ, hæc referunt.

#### CAPVT XXX.

Scriptum mo nachorú Paleftinorú ad Alcifoné, de flatu Syria & PaleStina ecclefiarú Ynodales Timothei Constantinopolitani episcopi hic in Palęstina receptæ sunt: Macedonij autem & Flauiani condemnatio recepta non est, sicuti neque synodalia scripta Seueri. Quin illi

eriam qui eas huc attulere, conuiciis atque contumeliis, pro eo atque conuenit, affecti, profugerut: propterea o aduersus eos populus & monachi co moti essent. Ac res in Palæstina quidem sic se habuere. Antiochiæ autem nonnulli in sententiam corum abducti sunt, in quibus etiam est Marinus " Beryti episcopus: quidam autem necessitate & vi " adacti, eildem Seueri synodalibus literis, anatema " fimul & in fynodum & in reliquos qui duas natu aras aut proprietates carnis & divinitatis Domini profitentur, complectentes, assensere. A liqui por " rò, quoniam vi & metus causa assensi fuerant, sen a tentia mutata erroré reuocarunt:inter quos sunt, " qui sub Apamea censentur episcopi. Quidam verò omnino eis non consensere, in quibus sunt Iu-" lianus Bostrensis, & Epiphanius Tyrius, alisq; (vt " dicunt) episcopi quidam. Sedenim Isauri nunc re-≖ sipiscentes, cùm priorem suum codemnant erro-« rem, tum Seuerű faction is que eius populares ana a themate iugulant. Alij qui sub Seuero sunt episco « pi & clerici, ecclesiis relictis sugerunt: quorum 🌊 🧸 vnus etiam est Iulianus Bostrensis, & Petrus Damascenus, qui hic sunt. Sed & Mamas, qui vnus ex a Dioscorianis est, duas naturas ab initio (incarnaationis Verbi, sed postea vnam tantum naturam) e profitétibus à quibus etiam Seuerus transuersim ductus est, cùm illorum antea præfractam teme-D riratem condemnasser. Et post quædam. Monaste ria autem que hic sunt, & Hierosolyma ipsa, in re- cha side Deo duce concordant, aliæque etiam plu rimæ cum episcopis suis vrbes, pro quibus omni- bus, arque item pro nobis, Domine sanctissime reuerendissime pater noster, ne in tentationem incidamus, sac ores.

#### CAPYT XXXI.

Væ verò de Seuero Euagrius Epipha niesis memoriæ mādarit, verbis hic cius apponam. Scribit enim ad hūc modum. Quandoquidem literæiste necessiste official official care as

nos episcopos à Seuero resiluisse ostédunt, age afferamus huc, quod à patribus per manus acceptũ, quanuis huculque in historiam relatum no sit, ad nos peruenit. Cosmas patriz nostrz Eiphaniz epi " scopus, quam Orontes alluit, & Seuerianus vicine Aretulæ antistes, cùm ad synodales Seueri episto- E las perturbati essent, & se à comunione eius disiunxissent, libellu quo illi dignitatem abrogarut, ad eum, cùm adhuc Antiochiæ episcopus esset, mi serunt. Eum libellum Aureliano primario ecclesiæ Epiphaniensis diacono ad illum perferendum dedere. A tque is, quòd Seueru & episcopatus tan ti amplitudinem metueret, vbi Antiochiam venit, muliebri habitu sumpto, Seuerum adiit, delicatius molliúsque incedens, ac gestu omni fæminam se esse assimulans: & supplicis more lamentans, atque ex animi penetralibus cum gemitu illum obsecrans condemnationé accedenti illi dedit:& per consequentem hominum turbam omnibus deceptis, prius per fugă saluus euasit, quam " Seuerus quæ in libello scripta essent, legit. nihilominus tamen Seuerus libello accepto, & sententia eius intellecta, in sede sua vique ad Anastasij obitum permálit.Postquam Anastasius rem eam, ficuti Scuero acciderat, cognouit (memorie enim " tradedum perhumanum aliquod Anastasij factū) " Asiatico Asianam Libanesiæ in Phœnicia procurationem gerenti mandauit, vt Cosmam & Seue-F rianum ecclesiis suis, propter missum Seuero con " demnationis libellum, ei iceret. Qui postquam in 🛎 Orietis partes peruenir, multosque mortales Se- " ueriani & Cosmæ dogma defendere, & ciuitates \* fuas fortiter illos tueri reperit, ad Anastasium re- 📸 tulit, sine sanguine fuso viros cos thronis suis ex- » pelli non posse.Et Asiatico Anastasius rescripsit: » nihil le, etiamli magnum & eximium quicquam » sit, pcedere & obtinere velle, si vel gutta sangui- » nis effundenda sit . Atque hæc quidem non mul- 🕶 to post sic acta sunt.

CAPPT XXXII.



Mperator autem Palæstini quoque throni episcopo Heliæ, Passationis silio, qui Salustio Martyrij successo ri successir, vt cum Chalcedonensis synodi obtrectatoribus comunica ret, institit. Helias autem, quòd gra

uis inter ecclesiaru antistites seditio esset Romani nanque à Byzantiis dissidebant, quòd Acacium

Senero Cofmat Epipha wiells, & Seuerian? Arathusius, episcopi, libellii exantoratiomi astu pia insinuant.

Enagy lib.z. cap.34. Clemës Ana stafy dictum & factum. A in facrum album retulissent : Byzantij autem Ale xandrinos auersabantur, quòd illi Dioscori communionem admisssent, & synodum Chalcedonensem anathemate prosequuti essent: Palladius verò Antiochenus quæ grata imperatori essent fa ceret synodum eam auersatus, & Alexandrinoru acta, quæ Anastasius coprobabat, complexus) He lias inquam quum tata rerum confusio esset, cum solo Euphemio communicadum sibi esse statuit. Atque vbi ille propter fidem orthodoxam, ficuti dictum est, proscriptus esset, & Macedonius episcopatu eius recepisset, proscriptioni Euphemij, quod contra canones facta esset, haudquaqua assentiri voluit : Macedonij autem, vt qui sana deprædicaret doctrinam, communionem admisit. Quandoquidé verò Palladij Antiochiæ successor Flauianus, sanæ addictus doctrinæ, idem cum He lia & Macedonio sensit, \* fortissimus in impietate tyrannus iram continere, & tantorum viroru concordiam ferre no potuit : sed furore feruens, & quammaximè ferociens, Macedoni urbis im-

B perantis pastorem, per eas quas diximus calúniosas criminationes, cum ignominia Ecclesia eiecit, &episcopalem thronű Timotheo tradidit.Meditatus ille quoque est, quomodo Flavianum & He

liam in exilium mittetet. Tum verò temporis, vt cos Timotheo coniungeret, operam dedit. Et illi communicandu sibi quidem esse cum Timotheo, qui orthodoxæ doctrinæ assentiri videbatur, statuerunt. Macedonij autem exilium minimè ferre potuerunt: vt quod per violentam potius dominationem, quam ecclesiæ sanctionem decretum fuisset, sicuti etiam ante eum in Euphemio acciderat.Quam ob causam imperator addersus illos fu

riosè excaduit, eaque res magnos ecclesiis motus creauit. Anastasius Sidone contra diuinos eos vifynodii Sido ros Orientalium & Palæstinorum episcoporum conuentum coegit: cui præfuere Cælareæ Cappa dociæ Sorerichus, & Hierapolis Xenaias, verè à Deo alienus, episcopi qui vehementer in synodu

Chalcedonesem inuecti sunt, ac si qui alij, & ipsi vt Eutychetis & Dioscori res in Oriente obtinerent, studuerunt. Huius rei certior factus Helias, C Hierosolymitanus hierarcha, vt imperatori conciliaretur, consilium cepit, precatore vsus Sabba illo, qui in pietatis exercitio & diuina philosophia

magnus extitit.Hic cum eiuscemodi ab Helia lite ris ad Anastasium venit. Heremi incolas, & cum illis Sabbam, solitudinis caput, oratores pro eccle siis ad Celsitudinem tuam mittimus. Tu verò, ô Imperator, diuinos corum labores atque sudores, reueritus, finem, quod contra ecclesias susceptum

est, bello imponito, a que cladem hanc viterius progredi sinito. Curz nanq; tibi esse, ve quz Deo grata sint facias, qui tibi diadema cocessit, persua - sum habeo. Ille ve potuit, animo constanti cu imperatore congressus, tumorem illius aduersus Pa

læstinum antistitem conceptum sedauit. Et synodus aduersus Heliam & Flauianu à Sorericho & Philoxeno congregata, nihil egit. Isti autem postca inuidia flagrates, apud imperatorem viros eos, quasi illum conuiciis proscidissent, & actiones e-

ius risissent, per calumniam detuler ut. Et cum potestatem sibi in patriarchas homines detestandi fumpfissent, quid dicere attinet, quæ mala lachrymis & luctu prosequeda patrarint? Tum quidem

ea in Flauiano fecere, quæ suprà paucis exposui-D mus. Atque insuper cum sede sua ejecerut, impiu Seuerum ei substituentes. Qui postquam in eccle fiam Antiochenam peruenit, infinita quæ verbis exprimere non sit, mala, à comunione sua abhorrentibus, intulit.

#### CAPYT XXXIII.



Xperti virum eŭ funt, quum monachi in Palæstina omnes, tű eorum præsides maximè, Euthymij magni discipuli, quorum immen la & numeru propè superans mul

titudo fuit. summè enim eo tempore in regione ea monasteria floruere, que à prefectis egregiis luminaribus gubernabātur:Euthymium pręclarum dico, & Theoclistum magnū & Theodosiú cœnobiorum principé, & Sabbam so litudinis ciuem: quorú certamina diuinósq; labores retulissem, nisi me ab instituto argumento digressuru esse scirem: quum opere illi peculiari .p. E pter copiam & amplitudinem rerum maximè indigeant, quæ tamé manifestæ satis sunt, & linguis ecclessisque omnibus celebrantur. Proinde nobis venia debetur, si eas fusius nó commemoramus. Et tum quidem Sabbam & Theodosiũ illi vi ador ti sunt, si cos in partibus suis haberet, omnia se co fecturos rati. Atquevbi animos corum tentarunt, præclarus ille virtute Theodosius suggestum con scédit, ac veluti dux quidam & imperator pro có cione monastica phalage aduocata, post q multitu dini filentiŭ manu designauit, voce maiore sublata, hoc sic tonitrus in moré detonuit: Si quis quatuor synodos quatuor Euageliis non exæquat, ana 🐱 thema. His verbis dictis, perinde atq; angelus quidă, multitudine in stuporem coniecta, cu silentio omnibus inspectatibus per media turbam processit: & homines omnes cum animi consternatione viri eius tanquam egregij in bello ducis confi lium factumque,quo sanctas quæ dictæ sunt syno dos facrislibris accésendas esse, veluti lege lata sta tuit, admirati sunt. Et literas ad imperatorem dan tes, certamen se de eis ad sanguinem vsq; subitu- F ros: neque etiamsi quid accidat, se vllo modo à patrum traditionibus discessuros esse, indicarunt atque confirmarunt. Deinde circumquaque ciuitates peragrantes, veluti inuicti belli duces om nibus facti sunt omnia, homines contrmantes, ad fortitudiné cohortates, socordia excitates, hereticam infaniam præuenientes, prædicantes, denig; DEI verbum idem, simul DEV M quidem & hominem, vnam verò eius subsisteriam siue perfonam este, natura vtrunque horum, divinitatem videlicet & humanitatem habentem: id quod fy nodus quoque Chalcedonésis docuit, qua etiam hæreticorum ex vtraque parte errores declinauir. Eo enim quod personam vnam profitetur, Nesto, rij vesaniam repudiauit, Quòd verò duas naturas deprædicat, Eutychetis & Dioscori contractionó reiecit. Non enim illa iuxta Nestorij opinionem in filios duos & totidem subsistétias vnum Christum divisit: sed neque it idem vt Eutyches & Dioscorus, atque etiam Seuerus, in vnam naturam diuinitatem & humanitatem vnius Christi confudit. Quum năque istorum quilibet longius quàm

persequator:

Egregij Bachi. Enthys Theotiften, Theodofiss , Sabbai.

Preclare bi Chalcedonen lem defenderut Synodii.

Theodofijgra

Christus 31. dricums.

Chalcedon sis Synodi da Elrina. Cotra Nefte rý 🕁 Enty

er Hdiam cogit.

\* dalv del-

فالعد شاط والدلة

7610 Tolar

i fibi etape cilia.

Christ " 15 do

\*\*

† Inabstra

Qu, ve dici-

tur : fecus in

in carne dice

re pa∬um:4-

lind, simpli-

citer passum

dicere natu-

ra divinita-

Monachiisto

San€ti ab 🗛•

nastajio in exilium acti

a Adoptio fi C

liorii Dei per

Christum in

baptısmo.

su.Cyrill.

concreto. Et alsud eft,

pa∬W.

eo reciderunt, vt Nestorius quidem diuisionem, Dioscorus autem contractionem: atque ille quidem duos filios, hic verò ne vnum quidem propriè profiteretur. Siquidem Nestorius confulionem metuens, \* xire, hoc est habitu tantum aduenticio, siue autoritate acquisita, diuinitatis vnionem cum humanitate factam esse dixit: ita vt cum naturis, duos filios & subsistentias duas prædicaret, atque vnum quidem filium ex patre peculiariter genitum:alterum autem qui ex virgine natus sit, gratia modò honorem adoptionis filialis fortitum esse. Infelix auté Eutyches & Dioscorus, atque item Seuerus, qui se postea illis coniunxit, absurdam Nestorij sententiam re fellere volentes, malú malo medicati funt, & stultè ad absurdiorem heresim deslexerunt, naturam vnam diuinitatis dico & humanitatis, dicere, & quantum in eis litum est, naturam diuinitatis perpessionis expertem ad perpessionem deducere ausi. Si enim concedamus vnam esse, quæ duæ in Christo divinitatis & humanitatis concurrerunt, natură,iuxta illorum deliramenta, particeps pror sus etiam mortis fuerit diuinitas. Verum os istis obturat Petrus Christi discipulorum coryphæus, qui Christupro nobis passum esse dicit carne, non adiiciens etiam divinitate. Tametsi enim divinitas Christi iuxta subsistentiam carni vnita est, haudquag tamen passionis particeps fuit. Quomodo enim hoc fieri potest, cu divinitas + perpelsionem prorsus nullam in se admittat? Rece quoque synodus pro autoritate sua statuit, duas naturas Christum esse, inconfusa, immutabili, atque inuariabili ratione vnitas: & in vna subsistentia Dei verbi incarnati coli, eŭdem ante secula ex patre iuxta rationem diuinitatis:&rursum eundé in extremis diebus nouo natura humana modo ex sancta virgine genitum, æqualem patri & matri, iuxta vtranque substantiam, vnigenitum secundum patrem, & primogenitum secundu matrem, per quem sibi multos in baptismo in filiorum iura adoptauit pater. Hçc illi passim circumeuntes docuerut.Imperator autem impius ira accensus, ad exilium cos condemnauit: quo adusque in illum breui ineuitabile illud exilium, istam videlicet ex hac vita migrationem, vindicta divina decreuit, per quam ingentes Ecclesia fluctus con quienere: atque illi ab exilio reuocati, ex erumnis ad optatam quietem rediere.

A oporteret procederet, miserandum in modum

\* A miois la tan aris ti hix at ois parts a atte bis, hoc est, Habitus de eu dicitur, qua inter se innicem relationem habent: sicuti ad patrem filiui, & contrà Surd.

\*\* Perbum quippe Des à wolle impaßibili carne assumpta, ra brisp passibile factum. Net enim alius se carnem exuit (Coll. 2. nisse passibile factum. Net enim alius se carnem exuit (Coll. 2. nisse se silve passibile factum. Net enim alius se carnem exuit (Coll. 2. nisse se silve net enim alius se carnem exuit (Coll. 2. nisse se silve net enim alius in homine. Hilari". Deus natus in homine. Hilari". Deus natus in homine. Hilari". Deus natus in homine con vrus est, sicut i & est : cur cum formidas dicere passim, quem non formidas eledere runns? Piglib. 2. Rectiveralimus. O pradicamus cum Apostolo Deum crucisimum & mortum in humana natura. I dem. Sed & in instis inintis agnoste dininitatem. Ambrosius, rbi supra. I pse gloria Dominus passim est carne. Cyrillus. Ecclesa fides seit in Christo dispensationem, sed ne-fits dinissem. Hilar. lib. 10. Dei situs hominem assimpsit, & in illo humana perpessue est. Ha c medicina hominum tanta est, quanta non potest cogitari. August. de agon. Christ. V erbum Dei incar natum suspensum est super lignum. I ren lib. 5.



Erùm nondum de eo dicendum est: priusquam enim id accidit, Seuerus in throno sedit, tyrānidemque aduersus veram pietatē grauissīma quæque faciens exer cuit. Mittebat autem is more re-

cuit.Mittebat autem is more recepto ad patriarchá Heliam epistolas synodales: quæ cùm ab eo propter ingentem impietatem no reciperétur, ad iram rursum princeps commotus est. Atque is magnam armatorum manum Hierofolyma, aduerfus eos qui Seuero assentiri, & Sy nodalibus eius subscribere nollent, misit, eósque sedibus suis pelli, atquevim etiam, si opus esset, afferre eis iussit. Porrò cùm Helias admodum premeretur, impietate ita fæuiente, admirandi illi viri, monachis rurium collectis, eos qui à Seuero & imperatore missi fuerant, tumultuanter ex ecclesia eiecerunt. Atque vbi postea alia quoque eoru multitudo confluxir, in illorum cospectu, magna cum fiducia, eos qui cum Seuero communionem E habebant, anathemati subiecerunt. Imperator ve rò amoliri à se hoc tatum dedecus volens, Olympium quendam, cui militares in Palæstina copias attribuit, aduer sus eos misst: qui imperata pro imperiali potestate, Ecclesiasticis sanctionibus negle Cis, exequeretur. Hic simulatque Hierosolymave nit, diuinum Heliam sede episcopali eiecit, atque in eius locum Ioannem quendam Martiani filiü, cum Seuero quidem communicantem, fynodum autem Chalcedonensem depredicantem surroga uit. Qua de re certior factus Sabbas, & quæ cum eo erat facra cohors, in stadium rursus procurrit. Atque quòdOlympius rem ipfam tandem fecum in animo confiderans retrocesserat, cum Ioanne patriarcha Sabbas colloquut<sup>9</sup>, ei fuasit, vtseà Seue ri communione abstineret, & Chalcedonensem fynodum vel cum sanguinis effundendi periculo tueretur. Quod ille etiam patrum persuasionibus reuereter susceptis, & pactis conuentis cu Olympio initis neglectis, fecit. Ea verò re imperator offensus,O lympio magistratum ademit,& in Palæstinam ducem Anastasium in illius locum suffe- F dum milit. Qui vbi eò peruenit, præter rationem exequi ca que imperator vellet, in animo habens, Joannem statim, ne verbo quidem cum eo communicato, in carcerem coniecit: eumque vi vt lynodum Chalcedonensem despiceret, atque Seueri communionem amplecteretur, cogere aggrefsus est. Ioannes, quòd cum Zacharia Cæsareæ Palæstinæ antistite secretò colloquutus, audierat tépore flagitante + opportuna fraude res gerendas esse: Duci se quod ille vellet, facere paratum esse, pollicitus est, si modò post duorum dierum curriculum è custodia emitteretur : ne scilicet, inquit, videamur vi, no persuasione adducti, id quod imperatori placitum est, facere. Atque id ita factum. Et patriarcha custodia liberatus, monachorú cohortem in templu primi diaconi Stephani, vt pretractam hæreticorum temeritatem frenaret, conuocauit: atque aliud quoddam domo consilium, quo terum gerendarum spectaculum cospicuum magis fieret, attulit. Nam Dux ipse aduenit, vt illo nimirum teste præsente synodus aboleretur atq; danaretur.loannes suggestum colcendit, ex vtra-

Severi ecclefiastica ty-

Monachi ea tholici Elsorefolymit he learn advers? Senerum & militari ma num firennè defendant.

Olympias
dux Palaflina.
Helia pulo
Ioaunes fubflicuitur,
Sabbas Ioau
wem ad ortho
donistic adducit.

Olympio
Anastafi
dux fuffelt<sup>a</sup>
† Taxue ik.
Agaiquata
pute lifeto to
kapi katend
zontoba

Isams Hie A rofolymitan° itira Anasta Sỹ được expe Clationem or ndraid pro co aciene de-Scriptii iflorum fanctocharii ad ins PER ALOTEEN.

† Hyudin Hierofoly-maChroftiena doctrina B

Patras Teas ou Hierofo ந்கப் நின்-Helias moi të Abaftasy pravidit.

que parte Sabbæ & Theodosij propugnatoru si dei manibus verisq; suffultus. Atq; vbi se paululu cőtinuit,& multitudiné etiã mulsitare audiuit,mi nus saná sidé anathemate condénari debere, siducia plenuseiuscemodi protulit verbu: Si quis Euty cheti & Nestorio & Scuero & Sotericho Cæsareç Cappadocu epilcopo assentitur, anathema. Si quis quatuor vniuersalium Synodorum dogmata non « sequitur, anathema. Dux vbi cam quasi fabulam perspexit, multitudinis impetu metuens, bene secum actum esse, quòd fuga saluti suz consulerer, putauit.Patres autem ipli, cum scirent imperatorem ca re audita itatum fore, epistolam libertatis plenam ad cum dedere : in qua cum illum argue. bant, tum dogmatis sui certitudinem astruebant. Absurdum quippe etiam esse scripsere, cum Hierosolymitani estent, vnde dogma ipsum tanquam è fonte profluxisser, si tum primum + taquam seri discipuli, id quod optimum esser, discere deberent. Scire se quidem, à trecétis decem & octo pa tribus Nicçæ promulgatam fidé : tenacissimè autem alia quoque tria concilia, vt quæ prioris illius vestigiis inniterentur, retenturos: neque quicqua, etiamsi duri aliquid accidat, se de primis traditionibus remissuros: sed eas ad sanguinem vsque, si opus sit, defensuros esse. Patriarcha Ioannes vnà cum sanctis illis viris, postquam non breuissimo tempore superuixit, Petrum ecclesiæ suæ & pieta tis simul successorem habuit, virum præclaru. Heliam dicut cum beato Sabba colloquutum,& lon gè à Costantinopoli dissitum, cùm Anastasius mo ri deberet, migrationis eius hora prædixisse. Res Palæstinæ ad hunc se habuere modum.

### CAPVT XXXV.

1300

Imotheus autem Costantinopo litanus episcopus, magnopere à Macedonio, qui ante eu episcopatum gesserat, dissensit: qui & ipse, veluti cothurnus, facillime animu ad ea quæ hominibus pla

cita esfent, conuerteret, nunc quidem Chalcedo-C nensem synodum complectens, nunc autem con trà eandem anathemate configens. Quid verò is in \* Studij monasterio fecerit, comemorare li-Monasterij eius curator diem suum obiit: atque ibi Timotheus, vt alium illj præficeret prefectum, affuit. Et quum is qui procurationem eam suscipere debebat, asseueraret, iurisiurandi se religione ne suffragiu aut electione præfecturæ eiusmodi ab eo susciperet, qui non ex animo Chalcedonensi synodo assentiretur, obstrictum esse: Timotheus in eum per damnatione anathema, qui synodu cam no reciperet, coiecit. Atq; ita, qui designatus fuerat, electionem rată habuit. Ibi tum primarius eius diaconus progressus, conuiciis Timotheum incessit, quòd nó in vna sententia persi steret, verum nunc huc, nuc illuc, adinstar Euripi, per animi æstum & fluctuationem se conferret.

\* Sondiue dynasta celebre templom & morafterium condidit, qued Studitarum cognon inatom eŠt. Et confulatum geßit.De qua re verfus illi funt editi:

Magnificam postquam construcio Studius adem Confulu accepit mercodi nomine honorem. Suid. Zrobbtog Zyhaop olkop ibiparo, kapwahipas di केंद्र रहेरतेन विश्वता व्याधिक रेटिन नेक वातार व हंदिनिक.

Rem eam diaconus ad Imperatorem retulit, qui D Timotheum accitum grauiter obiurgauit . Et ille vt probrum hocaboleret, diuerfă prorfus à priore sententiam publicè promulgauit, & anathema in hominem quemque, qui Chalcedonensem reciperet fynodum, torsit. Nonnulli vt Macedoniu, perinde atque trecentorum & decem octo illoru lymbolum non comprobarit, calumniarentur, Ti motheum hunc, non Pettű Cnapheum instituisse dicunt, vt in synaxi & couentu ecclesiastico quouis,fymbolum iddiceretur,quød antea femel tantum anno quolibet parasceues passionis sanctæ die in ecclesia legi solitum fuerat, sicuti suprà diximus,quum epilcopum + primas religionis nostræ institutionesdocere oporteret. Hçc de Timo theo. Tum verò apud veterem quoque Romáingens confusio & turba excitata est, talem ob caulam. Vir quidam Festus nomine, Senator Roma. nus, propter reipub. Romanæ vtilitates quasdam ·Constantinopolim profectus, & cum Anastasio colloquutus est. Atque vbi ex animi sentétia negotium cofecit, postea etiam ei supplicauit, vt ibi E Petri & Pauli apostolorum memoria, maiore reuerentia & cultu, sicuti Romæ siers soleret, celebraretur. Ea enim nulla cura, atque vt ita dicam, sicuti sors tulisset culta antea fuerat. Anastasius petitioni eius non grauate consensit, & constitutione promulgata sanxit, vt magnifice ab omnibus conuentus ecclesiasticus in Apostolorum eorum honorem agetetur. Ab eo tempore conuentus eius celebritas magna cepit incrementa, atque ingenti cum læticia est frequétata. Et quòd adhuc in ecclessa Costatinopolitana Macedonius eniteret, per Festum quem diximus, is synodalem epistolam ad episcopum Romanum Anastasium, vt ille magis ac magis synodum Chalcedonésem confirmarer, dare decreuit. Sed id imperator Romanus quum resciuisset, impediit. Et Festus in secreto colloquio imperatori, Anastasium Romanu antistitem se facile adducere posse, ve ZenonisHe notico assentiretur, & manu sua subscriberet, significauit. At vbi Romam rediit, Anastasium epi-Icopum decessisse comperit.Proinde operam de- p dit,vt vel per speciem & simulationem, ea quam pollicitus fuerat, subscriptio perficeretur. Iraque quibusdam pecunia corruptis, præter receptu mo rem effecit, veilli Laurentium quendam Romanum episcopum legerent. Populus autem alium creandum decreuit. Ita seditione orta, eode rempore duo designati sunt antistites. A pluribus nãque Symmachus diaconus, à parte auté altera Lau rétius episcopus destinatus fuerat. Verum seditio ea quæ ad triennium + non sine cædibus, rapinis, aliisque calamitatibus, que in eiusmodi tempora incidere folent,durauit,fopita est. 🖈 Nam Theuderichus qui tum Romam obtinebat, etiasi Aria-

† In dissidio isto potissimum santum in sacerdotes, & virgines Sacras. Bland. Diacon. Trasamendus V adalorum rex in Aphroca C C X X. episcopos catholicos in Sardiniam releganie, quibm Symmachus Romanorum episcopus subsidia eleemosyna suppedi. tanit.Diacon.

Theoderichus rex Roman votis eum iom tambit : mitis affabilis, in plebem liberalis : populo annonam donamit, captinos rede-mit, ciuitatis adificia restituit. In Italia oppida ploraque extruxis & ornanie. Caffied. Blond. Hic est, qui Tetricus V gronensis, son Dietrichus à Berna nominator.

1 dem mex eandem dä-

Symbolii Ni ceniiantiqui tùs femal tan Parafeeves litam in acclesia. T KOTEKRY.

Festus Sena ter Rom.

Celebratio nemoria (au Etorii aposto-& Pauli.

Schisma in ecclesia Ro-

Duo ibi lečli episcopi, Lauretim es Symmachus

Seditie Ro

Malum id fopitum.
Theuderich?
Ariasus a-mafiŭ fuuvo propter defeĉijonë à fide ingulanit.
a wiquunde à gamato të üpers.

Desterius Arianse baptismi ver-borum praparicaler. Miracula aque disparentu. Cũ barbaria B victu Roma wi pacem faciunt. Scenit 4 Atabes: Plin lib.5. cap. 11. . Apad Procop.hic Eza rethas dici sur,alicubi etiam Aze rethu. Alamö lar Saracensa Christiana fit. Alamiidarus acute di-Eto Severia-

00s refellst.

Anaftafius
vinces in Sacro codice expictus, His
vofolymuquo
que anathemati fubiectius.

A nus esset, synodum tamen episcoporum coegit, & Symmacho episcopatum confirmauit.Laurentio autem pulso thronum Nuceriæattribuit. Porrò Laurentius haudquaquam quietus esse voluit, sed episcopatum Romanum affectas populum ad seditionem concitauit. At Symmachus sacerdotali quoque homini abrogata dignitate, in exiliú eum misit: atq ita Romæ seditio quieuit. De Theudericho huiusmodi quiddă historie tradut. Ministru is quendam saniore side sectante, efflictim a amore insano prosequebatur, & ad voluptaté co abutebatur. Et ille, vt quæ grata placitaque ei essent sa ceret, 2b 76 6 consubstantialis fide desciscens, ad Arianismű. Quod vbi Theuderichus coperit, caput illi qué tatopere amauerat resecuit, inquiés. Si Deo fidem sinceram no serualti, quomodo mi hi qui homo sum, coscientiam sana præstabis? Eadem tépestate episcopus quida Arianus, cui nomé Deuterij fuit, in vrbe Costantinopolitana, Barba quendam quu baptizaret, velutiDomini traditionem abolens, præter morem receptú dicere aufus est:Baptizatur Barbas, in nomé patris per filiú, in spiritu sancto. Ecce tibi auté, vnda quæ in sacro la uacro erat, derepente disparuit. Et Barbas inde pfugiens miraculum id omnibus promulgavit. Eodem tépore Scenitæ barbari incursioné in Mesopotamiă fecerunt, Armeniam quog; & vtramque Phæniciá populati sunt.Impetű verð in fines etiá Palæstinæ Alamundarus Saracenorū phylarchus, & + Zarethas præterea persarum dux fecerunt. Qui malè ex parte omni à Romanis ducibus accepti, postea cu Romanis pace facta quieuere. Alamundarus Christianorum quoque sacra suscepit. Seuerus tum Antiochenű administrabat episcopatum, qui ex episcopis suis duos ad Alamundarum, vt contagione sua e u inficeret, misit. Deus autem illu præueniens, fecit, vt ille à recte sentien tibus & Chalcedonense conciliú coprobantibus, per initiationem meliore religione imbueretur. Porrò qui à Sepero submissi fuerat, Phylarchum trasuerium agere, & ad professione veræ doctrinæ cotrariam abducere contenderunt. Atque ille mirifică quandam fabulam, qua dicta corum con uinceret, cofinzit literas se accepisse dicés, in quibus esset, Michaelem archégelű nuper admodum vita defunctú esse. Quűverð illi talem eá rem esse dicerét, que prorlus fieri no posset: subinferés Phy larchus, Et quomodo (inquit) pur Deus more no stro cruce suscepit, si no duaru naturaru suit Chri stus Deus noster, quando quidé ne angelus quidé pati aut mori possit?Porrò Seueri sectatores cum dedecore turpiter inde abscessere. Hic status ecclesiaru vbiq; suit, quadiu Anastasius imperiu obtinuit:quem propterea o synodo Chalcedonensi aduersari quidă iudicarent, ex sacris exemerunt libris.Hierosolymisverò, quu adhuc superstes esset anathemate condemnatus est. Cæterum ab instituto alienu non fuerit, si ea que sub imperio eius gesta esse comperi, & digna memoratu sunt, operi huic annexuero.

CAPPT XXXVI.



Onginus Zenonis frater fuit, vt suprà diximus. Hic ab Anastasio in pa triam relegatus, exercitu quindecim millium ex Isauris collecto, aduersus illum aperto cum eo Marte cogreffurus, bellű mouit. In huius castris quum plu-D rimi alijtum Conon ille Apamez apud Syros epi scopus suit. Is episcopali functione militari munere commutata, Isauris Isaurus in bello przsuit. Postremò verò przsio commisso, quum Isauri internecione czsi essent, Longini & Theodori capita Constantinopolim allata sunt. Quz Imperator hastis przsiongis infixa, in loco eo qui Ficoru nomen obtinet, & aduerso Byzantio est, sublimia collocari iussit, vt gratum Constantinopolitanis essent spectaculu, qui quamplurimis ab Isauris affecti suerant malis. Loginus verò alius quoq; Selinuntius cognominatus, & cum eo Indes quidă, qui diu tyrannidem exercuerant, captiui à + Ioan ne militiz duce, cui Cyrti, hoc est, gibbosi seu incurui cognomen erat ad Apastasum missi sunt

curui cognomen erat, ad Anastasium missi sunt. Periucundum ij imperatori & Byzatiis spectaculum prebuere, quum grauibus catenis vincti ty ranni,in triumphű & maxima hominum frequen tia, per circum maximű & vias publicas traherentur. Vnde in imperatorium ærarium Isaurica, quæ anteavocabatur, pésio illata est. Erat auté ea quin- E que millium minarum, que barbaris istis quotannis pendebantur. Perfarum quoque rex Perozes Nephtalitis Hūnis bello illato, inglorius in regnū suum rediit. In angustiis enim quibusdă, vbi cos persequebatur, agmine corú conferto, circumuen tus,& exitu carum omni prefidio claufo,ab eis ca ptus est. Itaque ad necessitatem eam redactus, pacem ab illis petiir. Nephtalitarü autem dux nõ prius conditiones pacis admisit, g Perozes corpo re inclinato adorationis ei honorem præstitit, & sponsione vnà cum iuramento interposito confir mauit, nunquam se Nephtalitis bellum illaturum esse. Et ille vel innitus rem eam, quæ præter rationem esset, téporis necessitate adactus fecit, & cu dedecore maximo domú reuersus est. Postea verò ignominiam eam non ferens, contra iurifiurandi religionem, cum exercitu contra eos profectus est. Et quum illi rursum insidias ei struxissent propter iusiurandum violatum cæsus est. d Persæ Cabade, minori natu filio eius, regnum tradidere. Quod quum ille administraret, lege lata, vt comu nes omnibus vxores essent, costituit. Quam ob F caulam Perlæregno Cabadæ abrogato, in custodiam insuper eum coniecerunt : & Blasum, alteru Perozæ filium, regem crearut. Cabadæ in carcere vxor eius, quæ debuit officia, præstitit. Et quòd ea venusta forma esser, carceris custos pulchritudine eius victus, & amore captus, inseruire ei, & quod illa vellet facere constituit. Illa autem quoniam casta erat,& virum amabat, custodis amoré ei indicauit.Ille porrò eam volutati amatoris obsequi iussit. Flagitium idvbi peractum est, liberius ad maritum deinde mulier accessit, conneniente ei curam præstans, Erat Cábadæ amicus quidam quam maxime charus, qui per vxorem ei infinuauit, paratos se in loco certo equos & viros habere, cum quibus si fugere vellet, facile regnum recuperare posser. Vbi nox aduenit, Cabades con iugi perfuasit, vt westem illa suam indueret, atque in carcere confideret:iple verò habitu illius fumpto, cam ipsam se esse probè assimulauit, & custo dia egressus est. Id vbi factum, Cabades Sez du-&u(ita enim amicus ille nominabatur) 🛱 celerri mè saluus ad Nephtalitas peruenit. Quoru prin-

Cond Apa menm epifes pm bellator.

Longini & Theoderi 13 Tanporum

Elginm Selinbeim & Indes tyrāmi capti in triūpho Confran sinopoli srahmtur. Ioannes Cyr su dusc. † Hiūc Scyslum fen po tinu Gotthöfuife, ais Eungy, lub. 3. cap. 35.

fio in pfa redecta Nephtalita Himi Pao-ટ્રૉફ્**ફ્રૉ**₽વ્ફ્ર4 in bello ca-Procep. Esthalitas His mes rocat, boc oft albos. Quapropter apud cii qui-dam pro En thalitu Lew calitaslegüt, lib.1.de bell. Perfic. b Vindicle intifiurană wilati. e Cabades Pajari rez Lex de con Blases, See Blafes cons frater. Cabades beneficio vico-TH È CATCETE eradie, & re gnë opeNephtalitaru recoperat.

His Scofes Procepieses minate

Pax Rom BOTHIN (MIN Cabate. Cabades bell ñ adver∫us ∧najtajıü •b denegată sibi pecunism muluam jujupu. 14em oppide Tzendadest cũ maximu opibas,quib\* Acmones incubabăt chri ftiam epojeo. Po opera, po- B

Synaxischri Strana.

† μι Ταχών . Tõr Bisur Åzuspātur, MITAGES TE TOSTEN HOLE 788 CW10811 Millanya. Cabades ex perfecutore p sector Chrifianierii fit-Miraculu Christiani li Zwu en oxcips darèlequati

A ceps illi & filiam matrimonio coniunxit,& exercitum attribuit, quem in Persas, regnum suum recuperaturus, duceret. Cabades vbi Persas præter expectationem subitò aggressus est, regnum nullo propè labore recepit : fratrem Blasum cepir,excæcavir, & carceri inclusit. Et quòd Cabades vir sagax atque industrius esset, tegnű postea quam tutissime tenuit. Et anno administrationis suz vndecimo, pacem primum cum Romanis fecit: deinde verò, vbi mutuam ab Anastasio pecuniam accipere voluit, atque Anastasius ei respondit, cautionis syngrapham cum, si pecuniam recipere vellet, dare debere, absque ea ne vnum quidem obolum accepturum esse : eam ob causam pacis fœdus rupit, & aduersus Romanos bellum suscepit. Inter Persidem & Indiam oppidum fuit, Tzundadaer nomine. In eo Cabades maximam pecuniæ vim, preciosósque & pellucidos lapillos clam asseruari intellexit. Eis vt vnà cum oppido potitetur, nihil intentatum reliquit : sed quo minus quod volebat efficeret,dæmones, qui thesaurum eum custodiebant, obstitere. Et postquam Persicas euocationes & imposturas expertus, dæmonibus videlicet locum eum firmissime obtinentibus, nihil egit, per Iudzos rem expedire aggressuscit: atque vbi per cos quoque optatis votisque suis potitus non est, per Chri stianos tandem se quod conabatur confecturum esse arbitratus est, quos aduersus dæmones potestatem recepisse audiuerat. Itaque Christianorum, qui apud Persas erat, episcopum ad se vocauit. Qui ea de causa synaxi & conventu ecclesiastico popularium suoru coacto, & + diuinis san-&ificationibus perceptis, eisdémque Christianis qui ibi convenerant datis, signo crucis qui locum eum incolebant dæmones exegit,& Cabadæ statim sine labore vllo oppidum tradidit. Quare costernatus Persa, primo subsellio episcopum Christianorum cohonestauit, quum ad id vsq; tempus Iudzi & Manichzi sedes primarias obtinuissent, A tque ab eo tempore, vt deinceps quicunque vel lent, Christianorum sacra colerent potestatem liberam omnibus permisit : quos ille antea excruciauerat, adeò vt etiam multis membra & partes cas per quas vox editur, ademerit : qui tamen illis quoque sic amissis, non minus quam antea, clarè funt loquuti.

CAPPT XXXVII.

Perferb 4dnerfen Rombellum.



Edenim, sicuti diximus, Persz pa ce violata, fines suos transgressi sunt, & primum Armeniz bellum intulerunt: & Theodosiopoli oppido capto, ad Amidam vrbem inde peruenerunt, intra

duos illos amnes sitam: quam etia expugnarunt, & Anastasius postea impensis magnis recuperauit. Si quis autem plenius atque exactius obsidionem expugnationémque eius vrbis cognoscere
velit, is Eustathium Syrum legat, qui sanè quam
luculenter res eas conscripsit, atque vbi historiam
ad id tempus duodecimum scilicet imperij Anastasij annum, produxit, ad locum communem

profectus, cum plurimis esse cœpit. Posteaim-D perator locum quendam Daras nominatum, qui & ipse intra duo flumina in Mesopotamia, ad Ro mani imperij fines, nostræ & Persicæ ditionis ter minus, situs est, firmis mænibus muniuit, & in vrbis formam redegit. Acdificiis variis, templis, ædibus magnificis, imperialibus porticibus, lauacris publicis, aliísque præterea structuris, quibus celebres vrbes lætantur, excitatis. Locum autem eum à Dario nomen accepisse fama est, quòd illum ibi Alexander Philippi filius posteriore pugna deuicerit. Vrbe ea condita, postquam inde discessit, in somnis ei Bartholomæus Apostolus assistens, per oraculum commissam sibi à DEO mænium corum tutelam esse significauit. Anastalius verò visionem eam ad remipsam contulit, nam reliquias illius repertas, ibi reposuit. Sub eiusdem imperio corpus etiam Barnabæ Apostoli in Cypro, sub arbore quæ \* Siliqua dicitur, inuentum est : super cuius pectore sacrum & diuinum Euangelium Matthæi euangelistæ repertum fuit, ipsius Barnabæ manibus scriptum. Hac de E caufa primùm Cyprij metropolim liberi iuris fui habere cœperunt: neque deinceps sub Antiochia, cui antea subiecti fuere, censi sunt. Confirmauit id ius postea magis Iustinianus, propter coningem suam Theodoram, cui Cyprus patria fuit : quemadmodum etiam patriæ ipse suæ Achrido honorem habuit, quam primam Iustinianam vocauit. Eo etiam tempore Immeres, gens bellicosa, sub ditione Persarum, ad extremos No ti fines habitates, Christianismum complexi sunt: & missis ad imperatorem oratoribus, episcopum, & alia quæ eos habere opostuit, acceperunt. Ii vnà cum regina Austri ad Solomonem visendum venisse dicti sunt. Et quum ab origine Iudzi suissent, longo post tempore ethnici & gentiles facti sunt. Tum verò ex Iudzis & Gentibus mixti, ardentibus animis religionem Christianam susceperunt.

Anastasina
sperator Da
sas monyta
er Anastasiam nomimanit.

D. Bartholo
mai offa ap d
Daras reposi
ta.
Corpo fancti
Barnaba inuentum.
Item Euangoium Mat
thai.
Matropolu
Cypri.

\*\* uccarior.

Achrido
prima Instimiana, Iustimiana, Iustimiani patria.
Immereschri
stiani facti.
Regina Austri Solomovem vist.

CAPPT XXXVIII.



Yrannus item alius, natione Thrax, nomine Vitalianus, bellum Anastasio intulit: qui Thra cia ab Vlyssopoli & Anchialo vastata, Imperantem quoque vrbem capere est conatus, va-

gam Hunnorum multitudinem secum ducens. Aduersus quem Hypatius dux, vt impetum progressum que eius moraretur, missus, à suis proditus, & ab illo captus, ingentsque pecunia ab Imperatore redemptus est. Cyrillus deinde copiis militaribus præsuit. Et quum æquo Marte pugnatum esset, & aliquoties nunc hi nunc illi sugissent, & alteri alteros insequuti suissent, per socordiam suorum, quanuis ipse dux hostibus superior esset: tamen & ipse in potestatem illorum peruenit, atque ita tyrannus vsque ad Ficos ipsas, locis omnibus vastatis atque euersis, peruenit: ingenti illa spe concepta, Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quoque vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum, atque Imperantem quo que vrbem se capturum que Imperantem quo que vrbem se capturum que Imperantem que Imperantem quo que vrbem se capturum que Imperantem

Vitaliani ty räni adverf Anaftafiü bellum

> Hypatima Cyrilm Ro maniduces ab oo capti.

MarinsuSy rus dux restè rem aduersus euro gerit.

rigogher@. \* Mohrah

Vitalian<sup>®</sup>ty rannide fuperfedet. HüniCafpij Terramotus Rhodi. rium arrepturum esse. Vbi Vitalianus ad Ficos castra poluit, Marinum Syrum aduersus eum Imperator cum copiis maritimis misit. & quum exercitus vtrique no longe inter se abessent, in aciem non descenderunt, sed leuia tantum prælia commiserunt. Tandem verò ad ea quæ vocantur By. tharia, nauali pugna inter se congressi: Vitalianus \* puppi impulsa, quam maxima potuit celeritate, copiis suis magna ex parte amissis, fugit : cúmque sui tanta velocitate sunt consequuti, vt poste ro die nullus prorsus hostis vel ad vrbem, vel ad ttäsitum appareret. Vitalianus Anchiali paulisper moratus, tyrannidem postca reliquit,& sua sponte quietus fuit. Aliud quoque Hunnorum genus, Calpiis angustiis superatis, Romanorum ditioné ad Orientem vastarunt: & Rhodus eo tempore tertiu etiam intempella noche terræmotu ingenti quassata est.

#### CAPYT XXXIX.

Plin.lib.4.

Machronti chos Ana ftasÿ opus.

Enagr.lib.z.

cap. 29.

Nastasius idem, opus maximum & illustre memoriaque prorsus & im periali magnificentia dignum perse cit, quod marphy rilxos, hoc est, Longum murum appellauit, ad Thra-

ciam exornandam constructum. Constantinopoli ducentis octoginta plurimum stadiis abest,
& ad vtruque pertingit mare, instar freti, ad quadringenta viginti stadia excurrens, & Cherronesum peninsulam in insulæ propè forma redigens.
Facilè etia quosuis traiicere volentes, ab co quod
Os Ponti dicitur, in Propontidem & Thracium
mare deducit: & barbaros effundi atque excurrere ex partibus eis, que supra Euxinum Pontu sunt,
tum autem ex Cholchide, & à palude Mæotide,
præterea ex locis que supra Caucasum sunt, atque
eos etiam qui per Europam sparsi sunt, prohibet.

\* Opm hoc ab wrbe Constantinopoli distat miliaribus fexaginta. Habet in longitudine miliarra quinquaginta, in latitudine pedes ofto. Suid.

CAPVT XL.



Liud insuper operum eius longê præstantissimum,& divinum illud facinus est, quòd ex Romanorū imperio tributū, quod anti quitùs xguaápyugay, id est Aurarge teum di&ū est, omnino sustulit.

Quá ré, p dignitate oratione exequi, Thucydidis lingue atq; eloquentiæ sit. Ego verò eam nó verború vi sed sacto ipso egregio cóssius, exponam. Imperium Romanum, quod tanta amplitudine ex magnificentia exornatum est, antiquitus portorium instituit, absurdum admodum, misetabile, Deoque inuisum: non Romanis tantum illud ex tam egregio illorum Imperio, verumetiam, soc dissimis quibusque barbaris indignum. Quod nescio quo modo ad eius vsque tempora per conniuentiam toleratum, ipse Imperiali omnino animo expugnans, totum aboleuit. Quod quum mul tis aliis, velut id quod citra exceptionem deberetur, qui stipe mendicata vitam tolerabant: tum etiam eis mulierculis impositum erat, que vnde-

† Anastalius portorium Aurargentenus sustulit, quod sub splendida appellatione omnimus fuit sadissimum.

cunque & vbicunque in solarum occultarumque D regionum vrbis lupanaribus prostabát, & slorem ætatis, quibuscunque ex locis venirent, petulantibus viris, propter quæstum prostituebant :adeò, vt non modò naturæ ipsi, verumetiam reipublicæ administrationi iniuria inferretur. Quum enim lege constituta, pensio ea tribueretur, apertè illa potestatem permissam esse cuiuis, vt quæ face re veller, & quæ facere nefas esser, clamitabat. Et detestandum atque impurum vectigal istud,quar to quoque anno, quum quidem non minima tributorum pars esfet, ad principem referebatur ma gistratum: quem qui gerebat, inter præclaros viros censebatur. Eam indignitatem, quæ tanqua execrandum piaculum per res nouas in Romani imperij administratione surrepsit, vbi Anastasius cognouit, exactionis eius libris, vt rem eam omnem quasi quodda holocaustum Deo offerret, in ignem coniectis, flagitium tantű suppressit: & san ctione, ne cui post ipsum imperatori in rerum pu blicarum administrationevetustum probrum renouare liceret, cauit. Postqua id fecit, indignari se E cã ob causam assimulauit: & seipsum stulticiæ arguir, qui inanis glorie captatione, tatuve ctigal antiquitùs institutu perperă abrogasset: neq; in animo secum pericula imminentia, & tot tantaque quæ in milites eroganda effent,ftipendia reputafset. Proinde, consilium suum premens, tributum id, quod diximus, se renouaturum esse pollicitus est: & apud familiares suos, pœnitere se facti,neque habere quo errorem commissum corrigerer, quandoquidem libri in quibus eiuscemodi exactio descripta fuisser, cremati essent, per simulationem finxit. Ibi illi ab eo ita decepti, non vultus fictione, sed relpla, de tributo co & nefandi flagitij mercede perturbati, doluere: neque se consilium, quo iacturæ ei mederentur, habere, præ se tulere.Ille cos ad loca omnia ire iussit, vt si qua comentariorum combustorum exmpla in + catholicis,& vniuersalibus exactionis tabulis extarent, scrutarentur: & sumptibus eam in rem impensis, homines passim qui exempla eiusmodi comportarent, disposuit : videlicet, vt si quis talis inueniretur commentarius, ad ipsum afferretur, quo di- F ligenti & accurata deliberatione res disponi atq; ordinari posset. Postquam autem non paruo interposito tempore, illi quos ad inquirenda exempla talia miserat, reuersi, ea que inuenerant attulere: magnopere Anastasius, & voto suo potitus esset, lætatus est. Et per fraudem aliam, quomodo, & vbi,& apud quos ea inuenissent,& an aliud aut simile quidqua adhuc alicubi reliquum esser, percunctatus est. Illi magno studio se ea comportasse asseucrarunt: & iuramento, nullam reliquam chartam in omni imperij ditione, quæ indicare po torium id posset, extare confirmatunt. Itaque Anastasius rursum chartas illas congestas in slam mam coniecit, & cinerem earum aqua conspersum, in aerem sparsit, vt res ea penitus aboleretur, neque post vstulationem cam vel puluilculus & reliquiarum aliquid,aut vmbra etiam literæ alicuius, de re tam nefaria apud posteros extarer. Verumenimuerò ne , dum factum hoc tantopere efferimus, ignorare videamur, quæ veteres etiam affectibus ducti, hac de re scripserunt, caipla huc afferam, demonstraturus ex ip-

† iµ tās ka. Bido kuktias Tāv ikspopār



A foru verbis falsa esse, que de nefanda hac exactione memoriz mandatunt.

CAPPT XLI.

Defensio Co
flatini impe
ratorie cotra
retiligatores
ipfins.
Zofimus fal
fo fæditatern
talë i autor ë
Constantino
pepuls.

Alia etu/dem
Zofimi in Co
fiantisum ca
lumnia.
† Laia záone
lesopén rótra omnes om
mil fortunae
aliquid exco
giasfe.
Eusgr.

Calum

tatia.

talium refu-

a mplißim ü

Zofimi de e-

gregia Cöftã

& munifice -

tia teftimo-

u libertute

Osimus enim, superstirioni Græ
cæ quàm maximè addictus, in
Constantinum imperatorem, ve
ræ pietatis propugnatorem, &
sidei ducem, quòd isab idolorum cultu ad Christianorum si-

dem, detestanda coru execratione relica, trasijt, malè animatus, per blasphemiam scriptis madauit, eum primum exactionem & xpveappige Aurargentei tributi inuenisse, & vt quarto quoque anno fædissimum id vectigal penderetur constituisse. Verum non hæc ille tantum maledicta in pium, magnisque doribus ornatum Principem coniecit, sed etiam alia plurima intoleranda eundem + contra artes & scientias omnes fecisse,& Crispum filium crudeliter interfecisse. Faustam item coniugem suam balneo ad summum calefacto inclusam enecasse dicit. Et quum tanti flagitij expiationem apud sacerdotes Græcos quæfisset, neque inuenisser, in Acgyptium quendam virum, ex Iberia venientem, eŭ incidisse, & ab co quòd Christianorum sides peccatorum omnium abolitionem inducerer, audiuisse: proindéque animum statim mutauisse, patriam opinionem & idolorum (vt ille inquit) cultum reiecisse, & Chri stianorum sacra suscepisse, refert. Cæterum falsò hæc Zosimum, calumnia imperatorem magnű suggillare volentem, scripsisse, per confutationem veram ostendam. Sed de Aurargenteo ve-&igali primùm dicam.

CAPVT XLII.



N historia, homo exitiose, memoras, quòd ille vrbem aliam Romanæ similem condere volens, primùm inter Troadem & Ilium locum, veluti operi instituto idones, cæperit, fundamenta iecerit, & mu

Byzantium commodius esse comperit, consilio mutato, vibem eam celeriter mænibus sirmis cin xerit, magnisque turribus opere longè latéque producto, & tam pulchris porticibus, aliísque xdisciis ita exornarit, vt Romx re nulla cederet, qux tantorum ornamentorum & amænitatum paulatim annis plurimis incrementa cepit. Refers etiam, publicè eum frumenti tesseras, & auri multum, eis qui se eò contulissent, ad privatarum xdium structuram donasse. Inter alia hæc quoque sic scribis. Constantino mortuo, ad Constantium filium eius, post fratrum eiusdem obitum rerum summa peruenit. Atque vbi Magnentius, & Britanio tyrannidé arripuere, persuasione Con

- Rátius Britanionem in potestatem suam redegit.
   Quum enim ex vtraque patte exercitus coacti es-
- " fent, Constantius pro concione, militibus patris
- « erga eos sui liberalitatem in memoria reuocauit,
- cum quo bella multa gessissent, maximis ab coa dem cohonestati donis. Id verò vbi milites au-
- dem cononcitations. In very volumetes an
- a diuere, detracta Britanioni purpurea veste, in pri-

uati hominis habitu eum ad Constantium abdu- D xere. Atque is nihil se indignű passus, sed à Con 🕳 stantio seruatus est, quum in illum & patrem eius » maledica multa iecisset. Itaque te rogo, quem » liberalitate & munificentia tanta gauilũ esse scri- 🗩 bis, quomodo rursus eundem tam sordidum & a- " uarum fuisse dicis, vt tam detestandum, Deoque ... inuisum portorium, insolito nouóque modo in 🕳 Romani imperij administrationem inuexerit? Ego certè quidem colligere id non possum. Clarilsime etiam tibi ostendam, neque Crispum filium, neque coniugem Faustam, ab eo necatum esse: neque etiam cundem vel cum Aegyptio eo fuisse, vel religionem nostram, postquam eam est complexus, ab eo accepisse. Eusebium Pamphyli audi, qui illorum tempore viguit, & cum eis plurimum fuit, consuetudine & amicitia eorum admodum vius. Tu nanque + audita duntaxat summatim scribis, non veritatem ipsam: qui longo post tempore, sub Honorio & Arcadio, quibus historiam tuam dedicasti, & fortasse post eorum etiam tempora, longius vixeris. Quæ verò E Eusebius, qui cum Constantino & Crispo vixit, in octavo Ecclesiasticæ historiæ suæ libro de ess scribat, audi. Plurimum intercessit temporis & imperator Constantinus, quum vită omnem per fummam erga ciues & fubditos fuos manfuetudi nem & beneuolentiam, & acceptissimam Deo pietatem transegisser, filio suo Constantio, impe- » ratore Augusto, in locum suum substituto, iuxta » communem omnibus naturælegem decessit.

Et post alia. Huius filius Constantius, quampri- 20 mum venit, Imperator summus & Augustus ab ... exercitu,& multo antea ab ipso \* imperatore o- » mnium Deo renunciatus, æmulatore se in doctri- » na & professione nostra paternæ pietatis præsti- » tit. Et ad finem historiæ eius, hæc quoq; dicit. Qui ... verò omni verz in Deum pietatis virtute enituit, » maximus victor Constantinus, cum Deiamantis- » fimo & rebus omnibus patri fimillimo filio Cri- " spo Cælare, in Orientem venit. Quomodo Euse- 🔊 bius, qui post Constantinum superstes fuit, Cri- , spum tátopere laudasset, si à patre is interemptus 🔉 fuisset?Et Theodoritus, qui post Eusebium res ec- 🛥 clesiasticas conscripsit, circa vitæ finem, Constan F tinum Nicomediæ commemorat regenerationé fuscepisse:quam propterea distulerat, vt ea in Iordane amne potiretur. Cuius hæc verba sunt. Tri gesimus imperij eius præterierat annus: & anno inſuper &mĕſibus paucis exactis,Nicomediæ Bi÷ thynoru agens,ægrotare cæpit. Quòd verò probè, quàm incerta humana vita esset sciret, sacri ba ptilmi donum recepit: quem ad id vsque tempus » propterea distulerat, quòd eum in Iordane fluvio » suscipere concupiuerat. Hzc Theodoritus.

Ad hæc, hominum omnium maximè + exectande, detestande, nocentissime, impurissime, scelerosissime, adiicis: Imperium Romanum ab eo tempore quo Christiana religio storuir, prorsus intecidisse atque interiisse. Tu verò vel nihil prorsus eorum quæ per historias memoriæ mandata sunt, legisse: vel tua sponte excæcasse te ipsum, ad veritatem perspiciendam, videris. Quod nanque verbis tuis maximè est cotrarium, per Christianorum videlicet sidem Romani im-

Princeps law datifsim? & liberalifsim? nefariü porta riü instituera non potuit.

THING ductors

Coft antimes Crifpu filid non necauit. Euseby Pãphyli testime nium. \* 20 848661-Aime 918. CoStantinus ante mortens Nicomedia baptizatus. Teftimonia Con Stätinus te sue attu apud Nicomedia bapti zatus eft , no Solum tribus **Ecclesiasticia** scriptoribus, Theodorito Socrate or Sozomene,

remmetiam
Hieronymo
Mieronymo
Theronymo
To, teftan—
tibm.

TuntagaTunffaren,

pungi, wappungi, wappungi, wappungi

( ij

A perij res multis modis maxima cepisse incrementa, facilè quis inuenerit.

CAPVT XIIII.

Cista Zosmū, Romamū imperium vod cum reli gione Chrifriana quàm maximè floguisse. Llud te considerare oportuit, vnà cum aduentu Seruatoris nostri lesu Christi, Macedonum regnum à Romanis omnino sublatum esse: & Albaniam præterea, & Iberiam, Colchos etiam & Arabes seruitu-

tis conditiones à Romanis accepisse: C. insuper Cælarem, post centesimam octagesimamtertiam Olympiadem, Gallos, Germanos & Britanos ingentibus bellis superasse, & iugum illis seruitutis impoluisse, eundémque Romanz ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas vibes adiecisse: quemadmodum illi qui hæc conscripse tunt, ad memoriam posteritatis transmisere. Qui Cælar primus, post Consules, monarcha & princeps vnus declaratus est. ea re veluti prziens & viam sternens, vt Romani imperij ciues & subditi ex plurium deorum cultu, & turbulento reipublicæstatu, ad vnam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem Christi monarchiam adducerentur. Cuius rei gratia & Iudza omnis, & vicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, vt tum primum census actus, & descriptio facta sit, in qua & Christus ipse ascriptus est, vt prophetia de ciuitate Bethleem, aperté exitum suum haberet, quam de ea luctuosus Hieremias hisce verbis prædixit: Et tu Bethleem terra Iuda, haudquaquam minima

Michea.5. Memoria la Plus.

Monarchia

Christi,

es in principibus Iuda. Ex te enim progredietur dux, qui pascet populum meum Israel. Post ineffabilem verò CHRISTI Dei nostri natiuitatem, Aegyptus quoque in potestatem Romano-

rum peruenit, Antonio & Cleopatra, in quam po stremam Ptolemæorum regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus deuictis : sub quo & Dominus noster IESVS CHRIST VS natus est. Antonio Cornelius Gallus ab Augusto in regiones Aegypti missus successit, & primus post Pto-C lemzos Aegyptum prouinciam administrauit, sicuti hoc Historici testatur. Quas verò clades Perfæ acceperint à Ventidio, Corbulone & Neronis ducibus, atque item à Seuero, Traiano, Caro, Cassio, Odznatho Palmyreno, & aliis, & quoties Seleucia & Etesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transiit, capta sit, & quomodo Armenia & aliæ vicinæ prouinciæ in Romanorum peruenerit ditionem, vnà cũ aliis, tu quoque in historiis tuis exponis. Quomodo autem alia dicam, quæ tu scribis sacratissimum Constan tinum præclare gessisse: quum is pietatem nostra professus, rempublicam Romanorum administraret? Atque etiam quas, quantasque clades Iulianus, tuus maxime + choreis ducendis sodalis, & eorundem tecum orgiorum sacerdos, pertulerit? qui sanè innumera atque intoleranda Ro mano imperio vulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num verò quidquam corum, quæ de vniuersitatis huius interitu prædicta sunt, vel initium cœperit, vel finem habiturum sit, maius id profectò est, quàm ve tu de eo iudices. Verum

age, si tibi videtur, qui hæc dicis, consideremus, D quomodo & qui Graca superstitionem sunt professi,& qui Christianorum sacra coluere imperatores quisque vitam aut imperium amiserit. An nő primus monarcha, qui vnus sibi imperiű vsurpauir, C. Inlius Cz far dolo ce fus est? An non Caiú alterum Tiberij nepotem milites quidam ferro necarunt? Quid Nero? num ille à familiari quodam non iugulatus est? Galba sanè & Otto & Vitellius cadem sunt passi: qui tres sedecim tantum menses imperarunt. Titum, frater germanus Domitianus occidit. An non ille rursum à Parthenio & Stephano miserandum in modum trucidatus est: Quid: Commodum à Narcisso peremptu esse negabis?Pertinaci verò & Iuliano non idem acci dit? Antoninus Seueri filius, an fratrem Getam no necauit? No ille à Martiale idem est passus? Macrinus nonne ad \* Byzantium veluti mancipium ra ptus, ab exercitu suo interéptus est? Aurelius Antoninus + Semeæ filius, vnà cum matre iugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris eius Alexadri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus E est. Quid de Maximino dică, quem exercitus suus interemit?aut Gordiano, qui infidiis Philippi fublatus,in \* comune domicilium abijt? Tu verò ipse de Philippo & Decio memora, vt ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo & Volusiano, quibus milites sui vitam ademerunt. Num Aemilianus non eundem exitum habuit? N onne Valerianus, quum in Perfarum potestatem peruenisser, captiuus ab eis ductus est? annon Galienus dolo cesus: & post húc Carinus quoque interemprus, Diocletiano imperium reliquit?qui imperij sibi socium Maximianum asciuir. Ex quibus Ma ximianus Herculius, ac deinde filius eius Maxentius, & postremus omnium Licinius, fædissimam obiere mortem. Ex quo tempore autem, qui gre gi Christi præfuit, celeberrimus Constantinus im perium suscepit, & cognominem sibi vrbem thagnificentissime costructam Christo & matri eius dicauit, ipse dispice, si quis princeps imperialem dignitatem consequutus, longissimo temporevel à familiaribus & domesticis, vel ab externis interemptus elt. Aut si vaquam tyrannis, qu'àm legi- F timum imperium, potentior fuit. Iulianum excipimus, tuum vatem, sacerdotem, canephorum, & imperatorem: & tuum etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optime ea oratione exequutus es, quæ iili Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam vterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio verò ne tu quidé ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basiliscum etiam adda, qui motum aduersus Zenonem concitauit: cui ille nó tyrannidem, modò sed vitam etiam ademit. Hæc quanuis fortasse minus ad historiam Ecclesiasticam pertinere videntur, vtilia tamen admodum,& + instituto operi commoda esse, & loco huic maxime couenire puto: propterea quod historici græcæ superstitionis cultores, consultò & \* maliciosè veritaté oppugnantes, propter Chri stianæ religionis odium, perperam & salso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasij histo-

CAPFT XIIIII.

riam reuertamur.

Idololatrarii imperatorii prope omuii, pracipuevaio tyramorum crueutus exitus.

\* Entrop.apud Arche
laidem.
Chalcedone
Herodianus
† Alÿ bäc
Socnide, alÿ
Semiaminä
ivocaint,
\* † unrivua
Topdysoviwählev,

Alia Chri ftiaverii & pierum prin cipum fertuna fuit.

† escaryed myste i mysech parver.

\* BLAGRES

Digitized by Google

.

GARM As-

zypti prafe-Etas.

† Sweding.

Avast ssim A exactionib plurimu fub તારક ક્રિય ટ્રાવ

† BEALUTĂeint giens. Vindices. Prefetura ania.

Ortorium xpwdppppp, Aurargeteu, ad eum quem diximus mode stasiº aboleuit, & imperiali prorsus animo sustulit. Alia verò contrà, se 🛂 indigna instituit : 🗙 gusorikuur videli-

cet,id est,pésionem auri:& populos suos vectigales, bellicis impensis per nundinationem veditis, supra modu grauauit: exactionémq, † tributoru curialium abrogado, in quibusque ciuitatibus eos qui vocătur Vindices constituit. Marini Syri, sicuti dicunt, suggestione, qui primaria apud eum gessit dignitatem, quam Præfecturam aulæ antiquitùs nominarunt. Quapropter factum, vt vectigalia magna ex parte interciderint, & civitates minus floruerint. Antiquitùs namque, qui nobiles& claro loco nati erant, in earum album referebantur, cosque vrbs quælibet in curiis senatorum lo co habebat atque constituebat.

Anastasius in imperio Romano aristocratiam, hoc est, optimation administrationem instituit, magistratus 🖝 honores vendi-B dit, iminftu hominibus pepercit. Et ad insatiabilem pecunia cupidita tem conner su, proninciae expilanit. Ad insolente nonúmque mo rem, quem induzit, viri boni sunt consternati. Barbaros naug: im-perio imminentes, non armiu propulit, sed pacem auro mercari solitus est. Defunctorum bona curiose inquissun, & publicam passim ommibus concilianis inopiam.Suidas.

#### CAPPT XLY.

Anaftafini julam, Quá mucifixus, @ c. terf48 tto hymnu addıs.ī voluöt Supr.c.35.e.

Macedoniii claufula cine adyciéda an tore no fw∭e

Ітрет. Ана fajim Mace ar persequ



Mnium autem malorum, quoru ipse autor fuit, illud extremű erat, op propter accessioné illam, Qui crucifixus es pro nobis, qua & ipse tersancto hymno addită voluit, ingens exorta est seditio:

perinde atq; religionem christianam euertere ho mines vellet. Eius dogmatis Petrus Cnapheus autor fuit, sicuti dictum est. Seuerus autem in Macedonium, qui paulo antè hierarcha Constantinopoli fuit, & in cleru eius rem eam confert, ad Sote richum scribens, quum nondum in episcoporum ordiné cooptatus esset, sed in aula imperiali eo tépore versaretur, quo cum eis quos antea diximus, monasterio suo est exactus. Coiectura autem est, talium aliarúmque calumniarum gratia, Macedoniu èthrono suo deiectu este. Quòd verò præter causam in vitu eum inuectus métiatur, satis ea quæ dicentur ostendent.Posta enimMacedonius ab imperatore dissentire cœpit, permultű imperator ei insidiatus est. Proinde etia eos qui à Macedonio desciuerát, turbuléter cogregatos, in Archá geli templo tersanci carmé cum adiectione ipsa canere iussit. Idem mox proximo Dominico die in téplo magno ab eis factű, quum illi etiam bacu los eo intulerunt. Populus autem flagranti ardore exitus, turpiter illos ecclesia expulit. Imperator postea apertè monachis desertoribus & transfugis,& principibus etiam viris, vt indignas contumelias in episcopu imprudenter coniicerent, pręcepit. Quorum vnus erat Iulianus Halicarnassi in Caria episcopus, & Seuerus eriá tum monachus: fimul & fidei,& Macedonij, eorúmque qui secu erant, hostes. Quomodo igitur eŭ, quem tyrannico more accessionis eius gratia iniuriis contumeliisq; afficere voluerunt, autoré eius esse dicemus, & ducé confusionis tant z in ecclessa recipiemus?

Porrò qui imperator accessione eam propalam D hymno addere veller, populus impatienter id ferens summopere animi discruciabatur. Et multi magistratus in periculum maximű inciderűt multáq; insignia ædificia incensa sunt. Atq; in Marini Syri ædibus monacho cuida depreheso homines nonulli caput amputarūt, eumq; adiectionis eius fuaforem esse dixerut : & capite conto in sublimè fublato, publice per ludibriŭ exclamarunt, illū ipfum Trinitatis hosté esse asseuerates. Eò verò tumultus iste magnitudinis processit, cossilio remedióq; omni proculcato, vt & imperator ipse tam graus periculo permotus, absq; corona & cosueto imperiali habitu, in Hippodromű procurrerit: & per precones populo denunciarit, paratum se esse imperio cedere. Satis verò se scire, fieri omnino no posse, ve vniuersi dignitate eam, que plurimos minime ferret, capelleret. Vnű auté prorsus opor tere esse, qui sibi succedens, & administrationis ha benas tenens, Imperium gubernaret. Quod vbi populus Cóstantinopolitanus audiuit, subitò veluti divino quodă momento animum mutavit:& E imperatori statim, vt coronă imponeret, seditioné se soluturum, & deinceps quieturu esse pollicitus, suppleauit. Perbreui auté deinde Anastasius tem pore vixit, paulo post + defunctus, quum viginti lepté annos, menles tres, & totidem dies infeliciter,& cum animæ suæ exitio, imperium Romanu administrasset. Continet sedecimus ifte historiæ liber annos quadraginta quatuor, & menses tres: quum à condito mundo sexies \* millesimus trigesimus quartus, à diuina auté Domini natiuitate quingétesimus vigesimus nonus ageretur annus.

Tumple Co stătinopolit**a** nu adnersus imperatorem Anasta (inno propier adie. etionë clausu la, Qui cruci fixm, or. 160 Anaftasius imperin deponere pa-TAINS,

Anaft asy Anzi bu tu libri. † Fulmine afflatus post 88.vita an-

\* Sicuti recentiores volant 4496.

## DE ZENONE IMPERATORE.

🕳 Eno Romanorŭ imperator, no ea à natura, qua Leo Lante en fuit, crudelitate: neque ita irasci solitus est, vt placari semel comotus nequiret, quod Leo facere cosucuerat. Ambitione & liberalitatem in rebus mul tu pra se tulit. Et res plerasq; vt gloria & admiratione hominu sibi pararet, ex ostentatione magu q ex animo fecit.Rerum geredarum experientiam no habuit:neque artes eas,quibus certò ac tutò imperium administratur, tenuit. Lucris & auaricia non itidem, ut Leo, efflictim inhiauit, neque aduersus copiosos & locupletes homines cal umniose crimina cofinxit: non tamé prorsus à cupiditate pecunia vacuus fuit. Sanè quide non mato Prin cipe Romanivst fuissent, nist Sebastianus, qui secundum Zenone potestate plurimum valuit, quocunque vellet, il lum duxisset. Is perinde atque in fore queda venalia ha bebat omnia: neque quidquam in aula esse, de quo non cauponaretur, passus est. Proinde magistratus omnes ven didit, suam sibi , suam etiam imperatori emungens à mancipibus pecunsam. Quod si quispiam aduenires, qui paulo plus precy dinumeraret, u pracipuus habebatur. Neque in palatio imperiali quidquam fuit,quod ille, si emptorem inuenisset, non vendiderit. Zeno ipse si quando honorem dignitatémve alicui familiarium suorum contulisset, Sebastianus tanquam Bodireukanan , hoc est, respublica caupo quidam, eam ab illo parui redemptam, alin pluris vendidit, imperatori aruscatione huiusmodi acceptu ferens. Zenonis huius filius, cui etiam in impery administratione successit, sine Zeno, vt apud Suida est, sine Leo, vt aly scribunt, nominatus, in frem impery natus, adolescerulus admodu ad di-Y iij

A gnitates est eueltm . Hunc in exercity's corporu pater, quo maturins adolesceret, educari atque institui curauit. Quapropter illum inuenem, qui cum potestate in im periali aula fuere, vs affatim reip. bonu perfrui addisce ret, Sybaritica crapula o ingluuiei assuefecerunt, leno cinantes puero, eumque ad illicitos & abominandos con cubitm,quos nominare fas non est, erudientes. Itaque cu visa quotidiana consuetudine summum bonum in voluptatibus & fastu collocaret, & in ipsa impery expe Etatione inflatam arrogantiam vultu gestuque corporu

16 De re mirifica Edessa, supra opinionem & fidem om.

Iesu Christinon manu facta, gesta.

nium, ab imagine Domini Dei & feruatoru nostri

exhiberet, sublimu incedere, cellum altisu sust ellere, 🖝 B (vt semel dicam) homines omnes tanqua mancipia despicere capit. Enimuerò qua omnia respicit dinina Prouidentia, tanta eim, qua vel natura insita, vel institutione es instillata erant vitia cernens, aquum effe res ho minum miserata indicauit, vt ante diem prater fatum decederet. Quod sanè ita est factum: quum ille in profiu nium,quod non sentiret, ventris, diebus aliquot lettum ipse sum percacans, incidisset.

#### DECIMISEPTIMI CAPITA. TOMI

De cruce magni precij, quam Iustinianus Sergiopoli de- 17 De imperio sustini primi : & vt ab eo interfecti sint Amantim eunuchm Theocritus, & Vitalianus. dicanit.Et de miraculo ibi propè incredili edito. De sauissima eius temporu pestilentia & contagione, 18 Qui ea atate sacris administrandis summarum sedium fuerint episcopi . De Seuero , Paulo , & Euphrasio, qua orbem quinquaginta & dues annes incessit. Qua Euagrino historicus de mexplebili pecuniarum cu 19 Antiochia episcopu. 3 Vesterum Antiochia à terramotu sit afflicta, vbi etia piditate Iustiniani scripserit. Descriptio Augusti templi Dei Verbi Sapientia, quod 20 Euphrasius episcopus ruinis obrutus est : cui successie Euphramim. O de aliu vrtibus , quibus damnum Iufinianus Deum fanctisime colens instaurauit. De imperatoris eins dem amore potius quam surore, er- 21 à terramotu est illatum. 4 De sancto Zosima miraculorum editore, & I oanne Chu ga cyaneum seu caruleum colorem. De Barsanuphio monache stem de Simeone propter Chri 22 De altero santto Zosima. De Maria Aegyptiaca, O flum \* fatuo. De Thoma,qui & ipse vitam tacitam extra hominum 23 Theodora Alexandrina. Qua res in ciuitate Negra acciderint,& de sancto Afrepitum est complexus. Vi Magnus Sabbas & Theodofius Canobiarcha fub In- 24 1010, was retha martyre. rest. hu-Vt lustinianus magnus imperio suscepto, professionem Stiniano vitam finierint. De miraculo insigni, quod puero Hebrao à sanctissima 25 cto. & fidem Chalcedonensem defenders: Theodoraverò consunx eius, magu ad partes corum qui vnam natu Deigenitrice accidit. De episcopu magnarum tum temporu vrbium, & de 26 ram Christo tribuunt, fuerit inclinata. Vt Seuerus renocatus sit. De epistolis eins. Et vt Anthidissidio Mena & Vigily episcopi Romani. mo perniciem corruptelamque suam communicane. De sancta magna quinta vniuersali Synodo. rit. Et ve in omnibus ecclefiis quarta fynodus lauda-De blasphemis Origens, & anathematismis, quibm est a synodo mactarus: O de quibus dam ecclesiasti. ta sit, o pradicata. 9 De jonodu, qua contra Anthimum, Petrum, Seuerum, cis caremoniu. Vt Instinianus recta fide excidens, impatibile ante paf- 29 C-Zooram sunt coalta.Vi sancta quarta synodus vbique locoru sit comprobata. De Agapeto, Agathosionem Domini nostri corpus fuisse, professus est. ne, & loanne, Romanis episcopis, vi y Byz antium ve De Anastasia Theopolis episcopo Sinaita. Vt lustinianu mortuus sit & de opinione & fide eim. 31 nerint. 10 De historiu Procopy Casariensis. Qua de Persica pugna De Auxumitis, vt Christianum cultum susceperint: 32 is scribat. De seditione O- tumultu populari Costan-👉 de aliis quibusdam. timopoli moto: qua seditio viua, hoc est, pince, dicta est. De Iustini iunioris imperio moribusque eius dem. II Res Vandaloru. De Honoricho: & eius tep oru martyri-Vt is lustinum cognatum suum,item Aetherium 👉 34 bus. De Cabaone Mauro, & qua p Christianu egerit. 12 Fi Bellisariu Vandalu deuittis, triumphum maximum Addaum, homines impios & perniciosos, occiderit. De editto literis de fide publicato, qued Iustinus ad em- 35 Constantinopoli egerit. Et de sancto martyre Cyprianes vbique misit ecclesia, ne quid in professione fidei no. Item de Maurorum gente, atque origine eius. nouaretur. 13 De rebus in Italia à Bellisario & Narse gestu: Va-De magnarum vrbium episcopis, & Gregorio Theopo. 36 ria Romana vibis per hostes occupatione. De Sylucrio lis antistite. Or Vigilio episcopu item de eu getibus, qua Christia-Vt pacta couenta inter Persas & Romanos soluta sint. 37 nam suscepere fidem . Et de Narsa ducis imperatoris Vt Chofroes incursione in Orientale imperium facta, 5 38 artibus, O erga Deum pietate. castella ceperit, co pradam multam abducerit. 14 Pr Chofices per innidiam pace fratta, Romanum inua Vt lustinus immenso dolore correptus, in morbum phre- 39 serst imperium . Et de Antiochia , alsarumque vrnitidem inciderit, & Tiberisu rempublicam admini ftrauit.Et vt arte quadam Chofroen ag gressus Tibebium hostili occupatione. SI De miraculo, quod Apamea ad Salutiferum erucis sirim,pacem cum eo fecerit. Pt [ustinus Tiberium in imperio sibi substituerit : & 49 gnum accidit.

qua ad eum moriens, de impery administratione ver

ba fecerit.

# ECCLESIASTICAE

NICEPHORI CALLISTI STORIAE XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSSEPTIMVS.

CAPVT

ssy 💇

Supra lib.

16.44.35.



VÆ quidé lab Zenone & Ana stasio ecclesiis accidere, talem Thabuere modú. Vbi verò Anastasius ad infima cocessit iudicia , Panemi mésis, qui apud Romanos Iulius dicitur, die nono, Iustinus ⊠Thraciam pa-

triam habes, purpuram sumpsir, ordinum aulicorum dux, à custodibus corporis Imperatoris, quibus præfuerat, præter spem omnem princeps declaratus. Multi verò tum opibus & copiis, nec no Anastasij cognatione ad magnam processerant gloriam, qui imperium tantum suscipere possent, .quíque id adeò pro rerum omnium licentia ad se pertraherent. Præter alios Amátius Imperialium cubiculariorum prefectus fuir, qui ingentes sibi opes comparanerat. Porrò quum ipsi qui virilibus careret, ad tantum Imperium aspirare minimè liceret, + Theocrito cuidam, quo amico maximè vtebatur, Imperij coronam imponere cona tus est. Et Iustinum hunc accitum pecunia ingenti tentare eos iussir, quicunque Theocrito purpuram circundare vellent & possent. At hic sibi ipsi imperium quærens, statim pecunia populum corrupit, eorumque qui Excubitores dicuntur, beneuolentia auro redemit. Et purpura sumpta, Amã-Cades A- C tium primum & Theocritum è medio sustulit: deinde & alios quoscunque idoneos ad Imperij fasces suscipiendos esse putabat, occidit. Vitalianum autem, qui sub Anastasio ad tyrannidem aspirauerat, in Thracia agentem, cum honore multo ad Imperialem vrbem accersit, opes eius, spe-Catamque militarium artium industriam, & præclaram insuper apud omnes famam suspectam habens: & illud simul maximè per timorem in animo voluens, quòd hominé Imperij amore teneri sciret. Cæterùm cum probè nosset, non aliter illum tolli posse, nisi se ci amicu esse assimularet, personámque haud contemnendam imponerer, ducem ilico maximorum ordinum legit: \* Præfentes lingua Latina ordines eos vocat.Indies por rò illecebra & fraude maiore viens, ad consularem quoque dignitatem eum euexit. Eò amplitudinis vbi peruchisset, quum versari in aula Imperiali necesse haberet, ad quandam in media aula

Popul Proconsuli legatus, id serè Imperatori Prasens suit. Iul. Capitolinus in Aelio Vero. Filio suo Pyrri Prasentis siliam iun-nie, nupriu celebratu excepto prinatorii. I dem in Marc. Philosopho.

ianuam dolo occiditur: dignas opinor, fcelerum pænas luens, quibus antea in Romanum imperium per præcipitem audaciam illuserat.Hęc paulo pòst acta sunt.

> CAPYT II.



Cclesiis eo tempore præfuerunt Romæ, Hormisdas post Laurentium & Symmachum: Hormisdæ autem Agapitus, huic porrò Agathó epilcopus successit. Byza E

tij post Macedoniŭ, Timotheus: post Timotheum, Ioanes Cappadox thronum est fortitus. Alexandriæ post Ioánem Dioscorus ecclesiam rexit. Hierosolymis, post Ioannem qui Heliæ successerat, Petrus adhuc sedem obtinebat. Antiochiæ verò, Seuerus Flauiani successor thronum per tyrannidem tenebat, plurimùm in Chalcedonensem synodum inuehens. Is cum ita animatus esset, quotidie (vt ita dicam) anathemati Synodum eam subiecit: potissimum verò in eis quæ Enthronisticæ sine synodales dicutur epistolis, quas ad loci cuiuslibet patriarchas mittebat. Vnus autem eas Ioannes, qui priori Ioanni Alexandriz successerat, atque item Dioscorus & Timotheus, recipiebant per quos nugaméta multa aduersus Ecclesiam sunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuisus. Sedenim Imperator fidelissimus primo Imperij sui anno, seuerum commeritas petulantis verborum lubricitatis pænas pendere, linguáque eius radicitus exscidere iussit. Rei ei, sicuti de eo fama percrebuit, Irençus præfuit, militarium ordinum An-F tiochiæ dux. Quod sanè verum esse, literis suis Seuerus ipse contrmat, Irenzu videlicet pænam sibi eam tumultus concitati gratia molitum esse. Ad amicos enim quosdam Antiochenos scribés, exilium suum fugamque comemorat, & quam plurima in Irenzum scommata & couicia iacit, propterea quòd diligentius ille custodibus dispositis hominé,ne ex vrbe Antiochena profugeret, setuarit. Noui ego quosdam qui scribūt, à Vitaliano pæna hac Seuerum esse affectum, quum primas adhuc apud Iustinum ferens, linguam illius ab eo petiisset: quòd scilicet in scriptis suis Seuerus, couiciis sæpe illum impetiisset. Verum thronu Antiochenum deseruit Gorpizo mense, quem Septembrem Romani vocat. Eius discessu in sedem eam Paulus conscendir, qui perinde atque ille aduersus quartam Synodum occulté per rabiem latravit. Ac tum quidem ille Synodum eam publicè est professus : paulo post verò sua sponte se ab ecclesiis subduxir,& ad commune deinde locum vita finita abiit. Et post hūč Hierosolymis venies Euphrasius, episcopatum Antiochenum suscepit.

क्रांति

odi Chakes lonenfis op-

Huic lingua, Infi-no inbente, excidi debuis

Enag.lib.49

CAPVT III.

Incondium

or motus

terra An
tiochia



Vo tempore multa simul & frequentia Antiochiz incendia veluti prziere motibus suturis, & procemia suere eorum que illam comprehesura erant malorum. Tempus enim non ita multum

intercessit, quum septimus Iustini imperij ageretur annus, mensis decimus, Artemisio mense, cui apud Romanos Maij nomen est, vigesimonono die,meridie maximè vigente,motus terræ vnà cũ concutiente ebullitione vrbi incumbens, candéque funditus quassans, deformen & horrendam reddidit:& quicquid in ea eximium fuit,in solum coniecir. Ad quam cladem fulmen quoque accessit, ita ve ea mala calamitaté inter se divisisse vide rentur. Bonam enim ciuitatis partem terræmotus & concussio solo æquanit. Si quid verò clades eæ intactú reliquissent, ignis imminens consumpsit, arque in cinerem & puluerem admirando prorsus modo redegit. Porrò quo modo & quanta mala ciuitas, ea sit perpessa, quásue ædes & publicas porticus, aliaque illustria eius opera, incendio simul & terræmotui quali + succisiuum opus confumenda præbuerit:insuper quam admirandæ & orationem omnem excellentes erumnæ divinitùs ad casus eiuscemodi accesserint, Ioannes Rhetor fingulari cum affectu oratione venusta exponit, historiæ suæ calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoque episcopus, edificior u ruinis oppressus interiit: videlicet ne quis ex idoneis, qui curam prouidi in tantis malis vrbis ciº gereret, viris relinqueretur. Sedenim que omnia inspicit diuina Providetia, queque vindictæ gladios miserationis oleo exacuit, atque ante plagas ipsas remedia instruit, atque adeò ab ipsa statim(vt ita dicam) desperatione benignitatem profert, Orientalium copiarum Imperatoris mandato præfectum Euphræmium excitauit, solitudinėmque pro ciuitate omni suam ita declarauit, vt nihil corum quæ opus essent, per ·Euphræmium prorfus prætermitterer. Hunc An-C tiocheni cure & administrationis eius admiratione episcopum diligunt. Atque ille sedem cam, perinde atque præmium aliquod atque remunera tionem tantæ suz procurationis, à Deo reciperet, non repudiauit. Post menses autem triginta, grauissimas rursus à terræmotu pertulit eadem ciuitas crumnas: quum deinde à Iustiniano debitam consequata est curam seu prouisionem,& Theopolis, hoc est, Deiciuitas nominata. V nusquisq; enim ciuium Christi nomen pro foribus inscribes, co modo terræmotum dispulit, quum Deus religioso cuidam homini oraculo hæc verba foribus inscribere præcepisset: Christus nobiscum:state. Eiusdem lustini Imperij tempore Epidamnus e+ tiam, quæ nunc Dirrachium dicitur, plurima à læuis terræmotibus sustinuit damna. Et item Corin thus, quæ in terra Græcia lita est. Idem verò &: Anazarbus, quæ secundæ Cilicum genti præest, pertulit. Quas vibes magna pecunia Iustinus re-

staurauit. Sub codem imperio Edessenoru quo-

que felix ciuitas, quæ maxima simul & populo-

sissima in provincia Osroenorum est, mirifica

Scirti, qui cam præterfluit, amnis exundatione in

tantum est afflicta, vt quum multa ædificia secum D couussa ille abstraxerit, tum infinitam hominum multitudinem abstulerit atq; submerserit. Quos postquam vnda rapuit, confestim instar torretis, per mediam vrbem profluens euanuit. Quod vbi malum conquieuit, tabula marmorea apparuit, = hieroglyphicis literis hæc significans:

Saltabit civi saltum saltator acerbum.

Vila verò cadem tempeltate est+Gigantzi generis mulier quædam, cuiusuis hominis staturam excellens: longitudini ei proportione latitudo e, tiam respondebat. Portò Imperator Antiochenis atque aliis calamitatibus in mœrorem coniecus, capitis diademate polito, & pulla veste sumpta, luctui se dedit:& vrbs vniuersa cum eo pullata,& ipla corum quæ acciderant malorum causa luxit. Imperator verò non solum Antiochiam, sed & Edessenorum ciuitatem, atque Anazarbnm, impensis Imperatoriis splendide restituit. Anazar-bus & Edessa ex fundamentis ipsis tanta magnisicentia sunt restauratz, vt vtraque etiam Imperatoris ipsius appellatione sit cohonestata. Quando E quidem verò tantæ cladis, quæ Antiochæ accepta est, meminimus: cur non alia quoque digna memoratu,quætum accidere,præsenti inserimus historiz, ex rerum gestarū scriptoribus excerpta?

Existos sus The Treathe stisteparentshies, property-† Malieminutes

> Refitatio concessarum terremata vebiom,

CAPPT 1111.

Rattum temporis Zosimas quidam nomine, ex maritima Phænicia oriūdus, Sidam patriam sortitus, quænon minus quàm viginti stadiis ab Tyriorū vrbe distat: qui magnis cer-

taminibus cælestem meditabatur vitam. Hic diuturno iciunio, aliisque studiis, quibus Deum delectari par est, toto illum pectore complexus, non folum ad summum indolentiæ fastigium peruenit:verumetiam donum id, vt futura perinde atq; præsentia viderer, à Deo consequutus est. Fuit autem Cæsarez, quæ caput gentis Palestinorum est, apud virum preclatum, prudentia atque eloquentia insignem, dignitate quoque atque aliis rebus quæ hominis vitá cohonestat præstantem, nec. F non generis nobilitate admodum illustrem, Arcesilaum nomine. Quum igitur cladem Antiochia ex motu terræ acceptura esset, prolixè Zosimas illachrimans, & ex intimo animo ingemiscens, sumpto alicunde in manus + ignis catillo, circumquaque obambulans, locum omnem suffitu impleuit. Deinde humi prouolutus, precibus Dei opé implorauir. Quum verò Arcesilaus adesset, & quidnam sibi res tam turbulenta vellet, interrogaret:propalam ille, + reuereri se Antiochiam fatali tum casu concidentem, fragoremý; eius aures suas circumsonantem, sentire dixit. Arcesilaus autem vnà cum iis qui tum ibi præstò erant, verbis eiuscemodi præter omnem opinione auditis, stupefactus, horam cam notauit: & postea caipla hora, qua hoc Zosimas, divino asslatus numine prædixerat, Antiochenam vrbem in maximas concidisse erumnas comperit. Plura verò & alia quæ opinionem omnem superant, virum hūc fecisse dicunt: quæ singula commemorare, quoniam numerum exuperant, temporis huius non

est. Vnum tamen aut alterum exponere conabor.

Roage, ib.,
4.tap.7,
Zofima via
fanctim cladem Antiochenam
pravidis,

† wordy.

† àidide

Isaan Chu zinta me-

Emphrasij epifcopi inseritus. Providentia divina in

mediic ma

wignê fert.

ן שאינוייף

Raphramio
Orietis prafectus, episco
pus Antio
chemas eligi-

Alim terra motus Antio-

Antiochia Theopolu no minata.

Terramotus in locu aliu.

Edefa elades es: ama no ingenti accordatione

CAPYT V.

Lter verò tũ quoque enituit Zofimas, non ille quidem folitariam degens vitam, fed in quodam Palæstinę cœnobio inter monachos commune certamen persequens.

> Maria As gyptiaca.

Zofimu al-

Miraculum Zosima & Ioanni isti commune.

culis ter

clitellas

ngeftat.

ra babitans

viguit nomine Ioannes, virtuti illi non multum cedes, in casa monastica cui Chuzica nomen erat, ad torrentem in parte Septentrionali viç publice, quæ Hierosolymis egreslos Hiericontem defert, sita. Hic quum dudum antea in ea quam dixi Czsarea Palæstinę episcopatű gessisser, monasticam tum,& rebus mundanis omnibus carentem consectabatur vitam. Cuzicithes igitur iste tum vbi Arcesilai, quem diximus, coniugem, alterum sibi oculum radio textorio excussisse inaudiuit, nulla interpolita mora, fæminam eam vilurus accurrir. Et postquam pupillam illi excidisse, & oculum in modum liquoris diffluere vidit, vnum ex comitibus spongiam quàm celerrimè afferre, & humorem diffluetem in locu suum cogere, spongiamq; ipsam quantum posset fasciola colligare iussit. Aberat autem domo Arcesilaus, & cum Zosima in phrontisterio siue monastico tugurio, quod ad vicum Sida cognomine situm erat, & à Cæsarea stadiis prope quingentis distabat, conuersabatur. Colloquenti verò ci cum Zosima, celeriter domo accurrentes famuli, casum vxoris renúciant. Quo derepenté audito, ille in prolixiorem incidit lu-Aum, & capillos vellens in aerem ia Aitabat, & mœrorem cohibere non poterat. Causam eius conturbationis Arcesilao commemorante, sermonémque suum gemitu frequeti interpolante, Zosim as cognoscit, Arcesilaum ita miserabiliter affectum statim reliquit, & in zdiculam vbi illi mos erat,pro eo atque par est seorsim cum Deo colloqui, currit. Atque paulo post inde egressus, veluti lætus & exultans, vultu subridenti & hilari: Abi (ad Arcesilaum inquit)abi, Chuzicitæ gratia data est,& vxorcula tua modis omnibus valet: quòd nequaquam obesse illi, propter Chuzicitæ præsentiam, casus acerbus potuerit. Neque id falsum fuit. Nam eadem in re vterque miraculu pariter edidit. Nouum preterea Ioannem istum peregisse vitæ genus ferunt, ita vt cuniculatim meatum quenda tortuolum sub terra effoderit: ibiq; turbă frequentem auerlans, quiete colectatus lit. De Zosima autem illud quoque memoriæ pro-C ditum est. Ibat vir sanctus aliquando Cæsaream, asellum secum trahens: cuires quasdam necessarias gestanti, subitò institit leo. Atque is iumento rapto, aufugit. Cosequutus auté eum per syluam est tardiore gradu senex.Leo, quoadusque ad eu Zosimas peruenit, asini carnibus interea exsatiatus, discedere ab eo parabat. Porrò Zosimas hianti ore hilarius leone inspiciens: Atqui, inquit, ô amice, mibi ea vis no est, vt humeris asini clitellas portare valeam, qui eò ætatis peruenerim, & egestate emarcuerim. Subrudum igitur tibi onus est,& naturæ prærogativa reiecta, contrà quam recepta iura ferunt, faciendum, siquidem liberari à me & fera amplius esse vis. Ibi tum leo, perinde atque semel feritaté abiecisser, sensim ad Zosimam accedit, cauda hominem distringit, & in rebus omnibus se illi pariturum ostedit. Senex auté Zosimas imposito humeris leonis fasce, Cxsarea vsq; eŭ duxit:satis apertè declaras, omnia obedire homini ei, qui ex præscripto Dei vitam sibi degedam, constanterq; gratiam & datas cœlitus leges, extra errorem omné conseruandas statuerit: haud aliter quàm olim generis nostri principi Adam.

A Eodem tépore vnà cũ magno hoc viro, vir quidã

Quem sacerdotio fungenté, rem dininam arcanorum mysteriorum Aegyptiacæ illi fecisse aiunt. Illi inquam Aegyptiacz, que tantopere primum carnis voluptate diffluxisse dicitur, vt nihil prorsus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit: coque vitios libidinis peruenerit, vt ea verbis eloqui nemo possit. Deinde verò ad fummam virtutem ita euasisse, vt altera ab altera illustraretur. Sedenim vt illa in Aegypto prognata, & quo vitæ genere vsa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit: & vt divino nutu ad sacrosan & lignum venerandum excita, in viam se dederit, atque inde diuertens lordanis quoque flumen transferit, & in interiorem solitudinem se abdiderit, neque cũ E quopiam homine præterquam vno isto Zosima colloquata sit, ciboque simul & vestitu abstinuerit:denique vt inter precandum in sublime sublata, cum Zosima hoc verba contulerit, vitamý, hác finierit:& de diuina communione participauerit, necnon vt illi leo sepulchrum effossum parauerit, & vitæ ipsa exemplum pænitétiam agere volentibus commodissimum reliquerit: Sophronio, qui olim Hierosolymitanam sedem antistes exornauit, memorandum relinquemus, qui eleganțer sanctæ eius fæminæ & Zosimæ vitam descripsit. Mihi namque ad alia exponenda properanti, his immorari non licet. Cæterùm paulo ante hoc tépus, Theodora illa inter fæminas admiranda, illuftris suit, quam\* ad Alexandrinæ vrbis regionem Nona animo magno monasticæ vitæ certamen pertulisse fama est. Fraude enim quada furtim in stuprum adducta, posteaquam se divinum numé læsisse cognouit, diuitias omnes atq; generis splédorem mandato Dei posthabens, & sub virili habitu muliebria occultans, cam que supra naturam est vitam exegit. Eamque rem ita contexit, vt cri- F men etiam illud subierit, quasi pueri procreati pater fuisset. Quam illa apertam calumnia ita fortiter sustinuit, vt puerum perinde atque ipsius esser, mandra sua monasticáque cella expulsa receperit eundémque coacta tenerum, quoad in virum cuasit, educauerit: quum crimine se, exigua corporis parte exhibita, liberare potuisset. Illa verò ad finem víque sexum, sicuti instituerat, celare perseuerauit. Maximis etiam gratiarum donis est cohonestata, adeò ve & feris imperarit, camque de rebus quibusque precantem Deus exaudierit. ad quem tandem, laborum suorum premia receptura, migravit. Eam porrò migrationem monasterij prefecto ostendit autor ipse & conciliator bonorum,+ascensum videlicer quédam mirificum, & domum longè splédidissimam, per qua Theodora ipsa à comitatu & satellitio illustri produ-

Hierofoly – misanue vi– tam cine descripsis.

Sophronius

Theodora
fub virili ha
bitu in monaftica vita
pænitētiam
egit.
\*\* nark p
viņ dalfaugedagīvavov

Calumniä fibi intentatam patientißime tulik

1 through

· CAPYT YI.

cebatur.

Arethas martyr. Negracinitas Arabia. marty-

rio defuncta.

538

Indam Ho merites Pfen domoyfes,

† zavizalaj

Poer marsyr, qui com matre cremetri maluit, qu'àm in tyranni bl'aditiu acquiescere,

Eleibaan
dux Aesiopum,nusu Du, &
luftini infinctu,
Pfeudomoyfen Dunaan
belle vicifersur & Chrifianum fan
guinem yiudicat.

Adem tempestate & Arethas martyr certamen pro Christo obiit, in ciuitate cui Negre nomen est. Et ille toti à maioribus ipsis Deo dicatæ præfuit. Sita verò est alicubi ad fines

Arabiæ felicis. Hanc rebus plerisque florere, &

quæ Deo grata essent facere, humani generis mi-

micus minimè ferens, sæuam aduersus eam concitauit procellam. Namque in ludzum quendam illapsus, Mosen quidem patrem & legislatorem se habere gloriantem, re autem ipla prorsus à legibus & iure naturæ abhorrentem, atque in finitima Homeritarum regione tyrannidem exercentem, contra eam, quam dixi, consurrexit vrbem. Ac posteaquam illam adortus, omniaque expertus nihil egit, quòd fimul & mœnibus munitifsimis, & militum virtute, quos in vrbo habebant; tyrannum ciues repellerent, ad veterem patris fui + armaturam, mendacium scilicet ipsum, se conuertit:&amici persona sumpta, pace cu illis pepigit, atque vt sibi cum paucis videndæ vibis gratia cam ingredi liceret, petiit, iureiurando per patrij Dei nomen interpolito, nihil se mali aut cogitaturum, aut facturum. Illi verò sunt assensi. At vbi tytannus intra muros acceptus est, non diu moratus, persona & figmenti scena posica, cum Christi ouibus lupus est congressus. Et postquam peri culum ciues à Christo auertédi fecit, atque à scopo concilij sui aberrauit, alios tandem ferro, alios autem igni & tormentis variis, ciuitatem videlicet vniuersam holocaustum Deo obtulit. Inter quos Arethas generolissimus martyrij recepit co zonam. Egregium quoque ibi virilis animi specimen edidit altus quidam, mulierculæ vnius, ex eis quæ ad pyram accensam rapiebantur, filius. Hunc etenim tenerum adhuc, tyrannus retinés, distrahere à matre conabatur, demulcens illu, & quicquid ad animum adolescentuli alliciendum taceret, obiiciens. Ibi verò puer matrem alpiciens, femur tyranni momordit, & ad illam procurrit, atque ita vnà com matre sacrificium suaucolens per litationé ad Deum est transmissus. Ac ciuitas quidem vniuersaad hunc modum ferro & igni Deo C est oblata, & veluti pulchra & irreprehensibilis sponsa immortali coiun ca sponso. Verumenimuerò quum vniuersitatis huius Deus libenter admodum sanguinem illorum reciperet, nó tamen sustinuit, quin debitas tam impiæ & flagitiosæ crudelitatis pænas sumeret. Porrò Dunaan ipse (hoc enim tyranni nomen erat) civitate ita capta, non animaduertit, se inuitum quoque illa ad sem piterpam transmittere, sibiipsi autem cum probto temporaneam hanc adimere vitam, miserandúmque in modum se ad perpetua deiicere supplicia. Postquam enim Iustinus quæcumque Homerites aduerfus vrbem eam fraudulenter instituisset,& contra sanctos facere perrexisset, intellexit, ob facum id vehementer commotus, & ira percitus est. Ilicet ad Elesbaá Aethiopum ducem Christianorum sacra apprimè colentem scribit, ad legitimam illum vindicam de persuro illo & impio amulatione sancta sumendam concitans:vt apparatu belli omni & expeditione militari, que regem deceret, illum quidem contereret, oœnam autem condignam pro cælis Christi ouibus exigeret. Ille porrò sua quoque sponte, pro

suo in Christum amore ad id propensus, auxiliis D ab Imperatore no pœnitendis, ex militaribus quæ in Oriente & Aegypto erant copiis, acceptis, armatura crucis se iustructum munit, & aduersus Hebræum ducit. Atque terra marique cum exercitu hostem, cuius ditio plurima ex parte maritima erat, adortus, fortiter admodum cum eo ligna confert, & virtute maiore in prælio victor euadit, hostémque vnà cum multis aliis genere sibi coniunctis viuum capit, & omnes eos ferto cedit. Et præterea oppidi eius regione omni expugnata, atque prorsus deuastata, gloriam sibi princeps inclytus parit sempiterna. Cæterum quum beatus ille Elesbaan probè sibi conscius esset, belli se socium auxiliatoremque habuisse rerum omnium Deum, cuius ope internecione aduersarium crucis Iudzum concidisset: Quod quide, summe Imperator, inquir, tibi pro eo atque par est, pro subministrato mihi tanto auxilio reddam, no habeo. Quod verò mihi est regnum ( id quod apud omnes habetur charissimum) tua gratia hodie depono. Atque cum hisce verbis purpura diademateque abiecto, sacram ædem ingressus est. Et capite raso, asperaque monachorum lacerna sumpta, in angustam quandam cellam, ita vt per vitam omnem adıtı non posser, se abdidir. Ibique pane solo & oleribus quibuldam pro cibo vius est:& deinde vita sancte finita, ad felicem & sempiternam transit mansionem. Verum, ne talia multa mihi recensenti, ad prolixiorem magnitudinem institutum excrescat opus, ad reliquam historiam exponendam reuertor.

CAPVT VII

Nnum octauum, & præterea menfem nonum, diem que tertium in lm
perio Iustinus agebat, in extrema iá
constitutus senecta, atque ad rerum
publicarum administrationem mi-

nimè idoneus erat, præterquam quòd morbo etiam quodam graui distinebatur. Iustinianum igi tur sororis suæ filium, patricium, ducemque summum, Imperij sociū legit. Iustinianus more soleni Augustus declaratus primo Aprilis mésis die, F auuculum prima deinceps Augusti(tum enim is extremu diem suum obiit) amisit, cum quo menses quatuor imperauit. Integrum autem imperij Iustini tempus annorum novem triumque dieru fuit. Iustinianus porrò vbi Imperio toto solus po titus est, synodus Chalcedonensis Iustini sanctionibus in omnibus vbiq; ecclesiis obtinebat, quéadmodum suprà à me dictum est. Adhuc tamen in quibusdam provinciis res ecclesiasticz propter turbas in statu suo non erant. Potisimum verò id mali in vrbe Imperiali, & Alexandria ipsa obuersabatur: vbi etiam non ita liberè prorfus iactabatur. In vrbe imperante post Epiphanium, qui Ecclesiæ annis sedecim præfuerat, & loanni scolastico ( is autem annum vnum episcopatum gessit) successerat, Anthimus Trapezunte translatus, nulla gloria episcopatum adminıstrabat:Alexandriz verò Dioscori, quem diximus, succesor Theodosius, sacra curabat. V terque vero,& Anthimus & Theodosius, vnam naturam in Christo esse, post vnione opinabantur. Verùm

Zlesbaž me vachatő fefeipit.

> Instinianus Instini in Imperio sus cossor.

Epifcopi Co flaminopol, Epiphanon Ioannes, Anthinan Alexandria, Dirf.o rw., Theodofim.

Instinutura Chalcedoni fem tuetur Synodomo Theolera A Augusta contrà nititor.

Instinianus magno animo Chalcedonensem synodum desendebat, sanctionibusque eius admodum addictus crat. Coniunx autem eius Theodora, eos qui vnam profitebantur naturam, idipsum magis veritati consentaneum esse arbitrata, tuebatur. Si quando enim de fide oboritur controuersia, non modò parentes à liberis, & contrà, sed etiam coniunx à marito suo, & vir à coniuge per seditioné dissentit. Iustinianus sanè & Theodora,nescio quo pacto (fortasse autem ex compo sito) opiniones diuiserant, ita vt ille quidem duas naturas in Christo post vnionem profitetes propugnaret, hæc autem vnam asserentibus naturam adhereret. Neque sibi inuicem quidquam concedere videbatur : Iustinianus scilicet in Chalcedonensibus decretis fortiter admodum persistens, caque defendens: Theodora verò adueríæ maximè parti addicta, quæ eis quæ naturam vnam deprædicabant, multam curam præftabat, neque no strates interim prorsus negligens. Illis verò tum B ingentem impendebat pecuniam, eosque quam maximè adiquabat.

CAPFT FIII.

Severus Cófrantinopolum onocatus

Vius quum ea esset sententia, sepius illa Iustinianum aggressa,
vix tandem ei persuadet, vt Seuerum Constantinopolim euocet. Circunferuntur hodie quoque Seueri ad Theodoram Augultam & lustinianum ipsum epistolæ, per quas ostendit, quum primum quide ille profectionem ad eos suam, ex quo Antiochenam reliquit sede, distulerit, postca autem ad Imperantem peruenerit vrbem: se & Anthimum eadem sensisse, eandémque secum de divino numine opinionem illum obtinere reperisse: seque illi etiam, vt thronu suum telinquetet, persuasisse. Scribit autem hæc quoquead Theodosium Alexandriz episcopum, in quibus literis gloriari etiam videtur, quòd in ea C sententiam eum ipsum Anthimum adduxerit, vt eiulmodi detastada dogmata temporanez etiam isti gloriz supremzque cathedrz przferret. Sed & Anthimi hisce de rebus, atque itidem Theodosij ad Seuerum & ad Anthimum epistolæ extant:quas cam ob causam prætermisi, ne ingentem talium scriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimuerò quòd cum Imperatore nó consentirent, sed contra illius iussiones venirent, & Chalcedonensem Synodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodosius è sedibus suis deturbati sunt Itaq; in Alexádrina Zoilus, in Cóstantinopolitana autem Menas successit. Accidit tum, vt in ecclessis omnibus Synodus Chalcedonensis clarè prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemate vel calumnia expetere auderet. Qui verò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in candem sentétiam irent, in eaque conquiescere cogerentur. Promulgauit quoque constitutionem Iustinianus, in qua Seuerum vnà cum aliis anathemate ferit: & præterea quicunque illi addicti essent, opinionemque alienam complecterentur. Atque coldem etiam grauibus pænis subiicit. Ita factum, vt timore omnes percellerentur, & cunctæ vbique ecclesiæ idé

fentirent, neque postea schisma siue dissidium aliquod in ecclesiis reliquum esset: sed vt omnes omnium ditionu patriarche inter se conuenirent, & locorum quorumque episcopi duces suos sequerentur, propalamá; per orbem vniuersum in ecclesia quatuor tantum Synodi celebrarentur: prima, Nicæna trecentorum decem & octo patrum: secunda Constantinopolitana: tertia, Ephesia prior: quarta, Calcedonensis, Coacta verò est quinta quoque Iustiniani iussu, de qua loco suo dicemus.

l. Reddentes houvrem. G. Suscipiones autom. C.desiiona Trivitate.

#### CAPYT IX.



Llud notare conuenit, eum quem diximus Anthimu Epiphanij successorem, verbo quidem sanctam quartam Synodum recepisse, reuera autem abominatum esse atq; dampasse. En quum comprohare

damnasse. Et quum comprobare că, atq; anathemate eos iugulare, quos illa reiiceret,adigeretur,&id ipsum facere differret,alias ex E aliis causas moræ confingens: interea accidit, vt Agapetus veteris Romæ hierarcha Constantinopolim venirer. Qui quum de Anthimi rebus inquirerer, multos que ab Archimandritis eius vrbis,& ab aliis libellos oblatos acciperet : illi ne in conspectum quidem admisso, episcopatum abrogauit. Cuius calculum monasteria etiam Palæstinæ,& Petrus Hierosolymitanus antistes, necnon reliqui ecclesiarum prefecti comprobarunt. Húc Anthimum post Agapeti obitum synodus Constantinopoli coacta, atque ipse eriam + Agathon, Agapeti in ecclesia Romana successor adhuc'superstes, cohortati sunt, vt pænitentiæ libellum exhiberet,caque quæ in illum dicta essent,falsa es le probaret, atque ita ad prioré epilcopatú luum Trapezütem rediret.Portò quum ille latitaret, & Synodus iterum atque tertiò illum comparere, & causam dicere, obiectaque sibi crimina confutare,& priotem sedem Trapezunte recipere propalàm inberet, atque ipse propter timorem se oc- F cultans, copiam sui non faceret, Synodus sententia contra illum publicata, dignitate facerdotali omni eum priuauit. Post Anthimum autem Menas ad thronű episcopale ascendit, sicuti dicu est: cui Agathon papa, quod antea nunqua factu est, manus imposuit. Quu Agatho adhuc in rebus humanis ester, altera Costantino poli provincialis Synodus coacta est:cui Agathó & Menas præfuir. In hac Seueri Antiochiæ, & Petri Apameæ Syriæ episcoporum, necnó Zoorz monachi Syri res, in quæstionem deductæ sunt. Aduersus quos Palæstinz, vrbis Constantinopolitanz, & secudz prouinciæ Syriæ monasteria libellos obtulerunt. Sed enim postea quam deprehensisunt rebus illicitis inuoluti esse, & quod maximum est, Calcedoné. sem synodum anathemate configere, prætered Anabaptismos, aliaque \* nesandæ obscænitatis plena facinora peragere, & naturam in Christo vnam docere, &ipsi & quicunque cum eis in eade erant sententia explosi sunt atq; reiecti. Lata quoque lex, Seueri scripta cóferuari nó debere: atque sicubi reperirentur, vt igni comburerentur: sin minus, vt capitis supplicio in cum animaduerreretur, qui scripta talia sibi servanda esse statuisset.

Agapetus Ro. anzistes Confiantino poli Antho uni exautorat. Namibi apud Imperatore Infinianum Theodorico fine Thoudor richi legatus fuit.

† Latine di Elsa Bonifa cias. Synodes CV fiatinopolita na proning cialu.

Agathen Rom.pontifex Menan Conftantino polino confeerat, Hunc Latini Boni facium nominare vidê tur, Conflit.42. Novell. Anabapeif a Altera Synodus Co stantinopoli pronincialu. Alla cina adversius Se nerum, Per trum, Zoor Z \* affarent.

Zoilm Theo
dosy Alsmandria successor: Anthimic considtimopo. Memas.
Chalcedonesis fundanti
probatur.
Constit. 42.
Novell.

540

Synod<sup>o</sup> Ro. provincialis.

Euphemiat, Macedono, Flanianus, defutti että, in integram refituti.

Logatio Theodorici Vogis ad Iufinum , pro Ariana \*Alÿ büc etiam Theodatum dicüs

a necession
Prarogatius fedu Romana pra
Confiantino
polstana.
b Fortè legi
dum Theodo
fium.

A Hoc idem Ormisdas quoque, qui ante Agapetum & Agathonem episcopatum gessit, celebrata Rome Synodo decreuit.cuius etiam actorum epistolæ circunferuntur. Ad hæc Synodus sanxit, vt san-&a quatuor œcumenica concilia,& diuus Leo, eiusdémque Tomus per vniuersum orbem prædi carentur. insuper vt Euphemius & Macedonius Constantinopolitani, & Flauianus Antiochenus, epilcopi,in integrum restituerentur, atque in sacrarum tabularum album referrentur:quippe qui egregiè pro veritate decertassent, rebus omnibus quæ aduersus illos cæptæ actæque essent, abolendis. Quæ aliarum quoque prouinciarum atq; ecclesiarum ephori approbantes confirmarunt. Atque equidem quæ in vrbe imperante aduersus Anthimum, Seuerum, Petrum & Zooram, ante fanctam magnam vniuerfalem quintam Synodū gesta sunt, sic habent. Porrò quum episcopatum Epiphanius luperioribus téporibus gereret, loannes quoque Papa Constantinopolim venit, quum eum \* Theuderichus Roma vrbe potitus, legatū ad Iustinum missistet. Arianam namque is roligionem defendens, legationem pro Arianis misit, vt ne desciscere ab opinione sua cogerentur. & legationi minas addidir: quòd si Iustinus id facere nollet,se itidem per Italiam in Nicæni synodi cultores sæuiturum esse. 1bi Ioannes ad parem inuitatus sessionem, vt scilicet Constantinopolitano antistiti assiderer, non prius Apostolicæ sedis prærogatiuam deserere sustinuit, quam supra Epiphanium in throno collocaretur. Idem Ioannes alios omnes, præterquam b Timotheum Alexandrinum, ad communionem admilit. Hæc sic habuere.

\* Ioannis papa collega in logatione ista fuere Agapitus & Patricius coss. Theodorus & Importunus. Sed à Instituo episcoporum harcticorum restitutio denogata est. Blond. Ioannem, caterósque logatos Theuderichus Rauenna post reditum in carcere same occi dit. Idem. Deinde 98. die Theuderichus prosiunio retru diem suum obiit. Idem.

CAPFT X.

C

On intempestiuum verò fuerit, reliquas etiam Iustiniani Imperatoris res gestas memoratu dignas, neque prorsus ab ecclesialiticis rebus abhorrétes, in historia ista recensere, & quoad eius

fieri potest contexere: quæ à Procopio Cæsariensi eleganter admodum & doctè in temporum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit: quorum vnum Persica nominauit, in quatuor partes diuisum opus: Secundum pari diuisione, Gotthica: quæ scripta, bella ab ipso Iustiniano & Bellissario in orbe Romano feliciter gesta coplectuntur. Tertium + Aediscia inscripsit, magniste admodum commemorans, quæ opera Iustinianus construxerit: templa scilicet, oppida & vrbes, regias pontes, atque alia ad publicum vsum spectantia. Quattum opus, \* retractatio est earum orationum, quas apud Iustinianum laudibus eum vehens habuit, quasi quædam palinodia seu recantatio minus rectè ab eo dictorum.

Bellisariis res describens, cuius comes in expedi- D tione bellica illi subseruiens fuit, primum commemorat, quomodo Cabades Persarum rex, Chofroz filiorum suorum natu minimo regnu relinquere volens, in adoptionem eum Romanorum Imperatori dare statuerit, quo iuueni certius firmiúsque regnum esset. Quod vbi illi non successit, Proclo impediente, qui apud Iustinianum quæstoris dignitatem gerebat, inimicitias grauiores contra Řomanos suscepit. Et bellum Procopius inter Romanos Bellissario duce & Persas gestum, elegantia mira optimè exequitur Primum, vt Bellissarius vna cum Hermogene exercitus ductore Persas ad Daras & Nisibim vicecerit, scribit. Et victoriæ eorundem tropæa in Armenia erecta attexit. Item Alamundari Scenitarum barbarorum ducis, bello aduersus Romanos ab co moto, res gestas. Qui Timostratum Rufini fratrem vnà cum plurimis aliis comitibus eius captum, postea ingenti pecunia redemptum, reddidit. Perquam + miserabiliter auté memorat ipsius Alamundari & Azareti aduersus Romano- E rum imperium expeditiones: quemadmodum copiis corum militaribus per vim in regionem suam redire contendentibus, in Euphratis tipa Bellissarius occurrerit, atque cum eis prælium commiserit.Et quomodo Bellissarij milites,quòd consilio eius parêre noluerint, Paschalium seriarum diebus instantibus sint concisi. Quomodo denique Rufinus & Hermogenes perpetuam, quæ dicitur, pacem cum Persis secerint. Deinde seditionem popularem Byzantij ortam subiungit, quæ cognomen sortita est Niua, Vince: quòd tesseram eam in ipso conflictu perduelles habuerint, vt eo signo se earumdem partium se-Catores cognoscerent. Quo tempore Hypatius & Pompeius Anastasium genere contingentes, populo cogente, tyrannidem affectarunt. Sed ij postea plebe , Narsæ & Bellissarij ductu, victa, Iustiniani iussione capita amiserunt. In co tumultu Procopius triginta millia hominum ex plebe concidisse dicit. Per quos, addit, odio Iustiniani incensum esse vetus Sapientiz Dei tem-plum, quod + longiusculum fuit. Id Constantius F olim funditus à Constantino constructum, & à se absolutum, Deo sacrauerat. Quapropter illis tantam impietatem patrare ausis, permissione, vt opinor, Dei, quale id deinceps futurum esset scientis, Iustinianus post victoriam, partim vt illos vlcifceretur, partim vt de eorum coacerua. ta cæde Deum placaret, templum id ab ipsis fundamentis excitatum, ad cam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit.

Vitra Pelafiacum Arabia eft ad rubrum mare partiums, of odoriferam illam ac dinitum, of beata cognomius inclytam. Has Catabanum of Bibenisarum, et Scenicaru Arabum vocatur, fterilis, praturquam vbi Syria confinia attingit, noc nifi Cafio monte nobilis. Plin. lib.5, cap.11.

CAPYT X 1.

Idem

'Res gefia fab lojtima no.

Bellow Par fiction. Bellifarion Harroge wes, duces. Alamidarm Scenites.

Azarab'. zveiz**elős** 

Pax Pafica äxiçàvece. Sedicio Cöfedicio poli tama, vica, h e. vince, ditia. El ypai y er Pompey cades,

Coflogratio templo Sophia. tenpence.

Restituti

Digitized by Google

f eliopella

Procopij Ca Sarionsis Scri

\* Walthuis

Res Bellissa A
ry öttra Vä
dalos gesta.
Vandali,
Gögidsilms,
Gontaris,
Gazanch.

Honorichus perfequetor catholicorumo plus quá 334 epos orthodo-xos folü excili causa ver tore coogit.

Diac.

Christiani B catolici excifis quoque cori lingua distric loque ti,

L.diel a, ve foprà.
Gratia mitaculosi per peccasii fupprimisur.
Cabaones Li
bys infidelis
aa que chrifitanorii fune
taliguse faties, ope Dei
Vädalos demicit.

Dem Procopius res Bellissarij Vandalicas cognitu dignas mirificè admodum exequitur. Arcadio nanque & Honorio imperantibus, sicuti suprà dictum est, Vandali & Alani cu rege suo Gongidisclo His-

Alani cũ rege fuo Gongidifclo Hifpania occupata, inde in Libyam Occidentalem transierunt, eandemq; possederunt. Gongidisclus vbi fatis concessit, Gontaris & Genzerichus filij eius in regno successerunt. Altero porrò ex his, Gontari scilicet, mortuo, ad vnum Genzetichum fumma rerum Vandalicarum peruenit. Hic Carthagine principe Aphrorum vrbe, sedem regiam constituit. Ac deinceps Romam quoque cepit: & mortuus est, quum regnum vnde quadraginta annis obtinuisset. Reliquit autem is filium Honorichum:qui Arianam religionem propugnans, Christianos Niczna decreta fortiter desendentes, in Libya crudeliter tractauit, Ariíque opinionem profiteri coegir. Qui verò mandatis eius pa rêre nollent, cos innumeris affecit suppliciis, igni & aqua & aliis acerbissimis tormentorum generibus è vita tollens. Erant verò, quibus etiam linguas ferro rescidir:quos se Procopius,quum Con stantinopolim venillent, vidille ait, atque per col loquium conuenisse, haud aliter, quam qui nihil tale passi essent, verba facientes. Horum lingue ex iplo vlque gutture excilæ erant : vocem autem tam claram & articulatam edebant, vt miraculum nouum spectantibus atque audientibus exhiberent. Meminit quoque corum in quadam constitutione + lustinus. Ex his, Procopius inquit, aliquanto post duo quod lubricitate lapsi essent, & rem cum fæminis habuissent, vocem prorsus amiscrunt, martyrij gratia amplius apud cos manere nolente, sed propter illorum degenerationem ab eis desciscente. Recenset præterea alind quoque admiratione dignum, quod Deus eo ipío tempore fecit, in hominibus, non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen tum quæ san-Ca essent facere delegissent. Scribit nanque de Cabaone quodam Maurorum, corum qui circa Tripolim sunt, duce. Cabaones igitur iste (illius C enim qui hec perquam luculenter commemorat, verbis vtar ) postquam Vandalos bellum aduerfum se mouere audiuit, hæc fecit. Primum ciuibus subditiso; suis præcepit, vt ab iniquitate omni & cibo qui ad delicias faceret abessent, omniumq; maxime se à congressu mulieru abstinerent: & bi nis castris positis, in alteris quidem ipse cum viris in armis fuit, in alteris autem mulieres inclusit, mortis supplicium minatus, si quis sæminarum vallum ingressus esset. Sub hæc exploratoribus Carthaginem missis mandauit, vbi Vandali in expeditione militari in templum christianorum aliquod per iniuriam contumeliose quidquam facerent, vt ipsi quidem ,ea quæ fierent,

spectarent: postquam autem Vandali ex eo loco decessissent, diuersa & contraria omnia in de-

lubrum id, vnde illi abiissent, facerent, Illud etiam

eum dixisse ferunt, se quidem Deum quem Chri

stiani colerent, ignorare : consentaneum verò &

par esse, siquidem, quod diceretur, fortis poténsque esser, vt quum contemptores numinis sui vl-

cisceretur, tum cultores tueretur. Itaque spe-

culatores, postquam Charthaginem venerunt, D per ocium ibi quieuere, Vandalorum apparatum belli spectantes. Vbi verò exercitus corum Tripolim versus iret, viliori habitu sumpto, subsequu ti sunt. Porrò Vandali die primo in Christianorum templis manserunt : & inductis in ea equis & iumentis aliis, nihil de iniuria contumeliaque aliqua reliqui quidquam fecere. Et lasciuia libidinéque sua vsi, sacerdotibus quos arripuissent, colaphos impegerunt, & plagis multis in tergo affecerunt, subseruiré que eos sibi coegerut. Postquam verò celerrimè inde discesserunt, Cabaonis exploratores, quæ ipsis mandata erant, fece-Templa nanque confestim repurgarunt, & purgamentis aluísque robus, quæ ibi minus sanctè politæ erant, cum cura & diligétia eiectis, ritè omnia disposuere, lucernas omnes incédére, sacerdotes veneratione ingenti coluere: & humanitate alia omni prosequuti sunt . Argentum quoque mendicis, qui circum sacras ædes considebat, dederunt. Hoc pacto illi Vandalorum copias sunt fequuti. Et ab co tempore in profectione & iti- p nere toto Vandali ad hunc ipsum modum peccarunt. Speculatores verò peccatum eorum correxerunt. Sedenim quum Vandali iam non longè ab co quem petebant loco abessent, præuertentes eos exploratores, Cabaoni omnia ea quæ & Vandali & ipsi in Christianoru templis fecissent, retulerunt, at que hostes iam propè adesse renunciarunt. quibus ille rebus cognitis, pugna cum il lis est congressus. In eo certamine multi Vandali, sicut ipse inquit, interfecti sunt: multi ab hostibus capti, pauci sanè ex eo exercitu domum reuer si sunt. Hæc Trasamundo Vandalo à Mauris acciderunt: qui non multo post vitam finiit, quum viginti & leptem annis Vandalorum genti præfuisset:b ante hunc autem Gundamus Honorichi filius, Genzerichi autem nepos, duodecim, Honorichus verò octo annos regnum administravir. Trasamundus iste eximia forma, animique magni vir, ad Theudericum Gorthorum regem legationem, Amalasuntham sororem eius in matrimonium sibi petens, misit.llle verò mille quoque dedit armatos, atque insuper quinque alia virorum millia, que satellitum ordinem implerent. F Hoc autem defuncto, c Hulderichus Honorichi ex Genzericho prognati filius regnauit, vir mitis, & Christianis minime gravis, & qui haudquaqua facile ad bellum mouedum excitaretur. Gelimer autem quidam genere ei propinquus, tyrannidi incumbens, Hulderichum, postquam septem annis regnasser, regno exuit. Is quòd ad res geren-

Vädali in or thodexes & corum tõpla contumelio < sisimi.

den Vädalus ert bodosen 🛱 hostu acerrimus, ĭ Aphri 64 220 epifco posin Sardia niă releganit quibus Symmaches Ro. aptiftes elcemosynä quo tidianä summisit. Diac. b Gandamil alÿ Gandabyvda vocat, crudelë catho licorii perfequatorem.

a Trafamon

c Halderichus, Gelimer hanc V andali regem constituerum: & Halderichum, Amerem, & Enaginem in custodiam incluserum:

das industrius estet, Gotthorum gétem attriuit.

Thrasamendus decessores Finderichum, quem a'y Childesichum appellant, sacramento inrisurendo obstriunit, ne Catholicu ruquam saueret nam propensum um ad ilus complectendos esse animaduerterat. At ipse reguo potitus, episcopos orthodoxos ab exilio renocanit, essque ecclesias resormandas demandanit. Qua res en apud Vandalos Arianos frandissinis. Diacon. CAPPT XII.

Erumenimuerò Iustinianus chri stianos, qui ibi itaasssigebătur, mi seratus, exercitum coegit. Sugge stione verò Ioannis presesti aulæ, consilium expeditionis eius mouendæ mutauit. In somniis

Copias miliBares episcop?
ad mare pdus
cit & precatione prosequitur.
Sanclus Cy
prianus clade
Vādalerum
pradizit.
Cypriana,
dies apud Li
byas festus.
Cypriana ite
tempestas.

Expeditio I w

stiniani ad-

nerfus Van-

dalos.

Victoris de Vandali. Aphrica itra tres men fes subacta. Diaco.

TviñphusBel lissary i que Gelimar est ductus, Spolia Romana àVau dalu recuperata,

porrò mandatum accepit, ne à cœpto desisteret. Vindictam enim Christianorum à Vadalis victoriam reportaturum esse, ei dictum est. Itaque magno animo concepto,circiter æstiuum solstitium Bellissarium ad bellum Carthaginense conficiendum misir. Atq; vbi prætoria nauis ad littus, quod ad imperialem domum est, constitit, & vrbis episcopus Epiphanius, pro co atque par est, preces so lennes dixit, quosdam etiam milites recens baptizauit, atque in prætoriam nauim Bellissarium pduxit, imperatori res de Cypriano martyre, non oratione tantum, sed etiam memoria digna renuciata est, de qua Procopius bæc ad verbum refert. Cyprianum virum sanctum maxime omniŭ Carthaginenses venerantur, cique templum magnifi cum pro vibis mænibus ad littus maris statuerūt. Atque præter cultus alios quos ei exhibent, festú quoque anniuer sarium diem celebrant, quem dié Cypriana nominant. Et eodem, quo festum eum conventum, nomine, tempestatem quadam procellosam appellare solent nautæ : quandoquidem in id tempus incidere consueuit, quo tempore Li byes festum huc diem celebrandum semper lege statuerunt. Hoc templű Vandali sub Honoricho rege catholicis Christianis per vim ademptum euertêre, eiectis inde cum multa contumelia sacerdotibus, & deinceps id vtpote Arianis commodum, restaurarunt. Quum autem vicem eam dolerent atque deplorarent Libyes, persæpe Cyprianum ferunt in somnis quibusdam apparenté dixisse, Christianos minime de se solicitos esse debere: ipsum enim se tempore suo vindicem atque vitorem fore. Eam rem vi auspicatum omen Imperator accepit. Et prædictio hæc oracularis in Bellissarij tempora rectè incidit, quo duce Carthago Romano imperio subiecta est, nonagesimoquinto anno, postquam templum id Christianis est ademptum. Eo bello Vandali omnino funt expugnati,& Arianorum opinio ex Libya ciecta. Christiani autem templa sua recuperarunt, iuxta Cypriani martyris predictionem. Ad hec procopius illa quoque memoriæ posteritatis commendauit.Bellissarium, vbi de Vandalis victis tropza statuisset, Byzantium rediisse cum spoliis & bello captorum hominum multitudine ingenti:in quibus & Gelimer illorum dux fuit. Triumphű egit Bellissarius in Hippodromo: in quo quu alia multa admiratione digna, tum præcipuè donaria ingenti vi pecuniarum æstimata, portata sunt : quæ donaria Genzerichum antea diximus Romæ con uasasse, quum ibi in regiam receptus esset, & templa inualisset. Quo tempore scilicet Eudozia Valentiniani, qui Occidentale gubernauit imperium, coniunx, sub Maximo tyranno, postquă fimul & virum per cædem amilisser, & in castitatem eius illufum esset, eum euocauit, ductum ei atque ingressum in vrbem Romanam pollicita.

1bi verò ille & Romam igni vastauit, & Eudo- D. xiam cum duabus filiabus ad Vandalos abduxit. Eo iplo tempore vnà cum aliis eximiis vrbis ornamentis etiam donatia quæcunque Vespasiani filius Titus, captis Hierofolymis, Romam pertulerat, & Solomon quondam DE O, quem in primis coluit, dicauerat, Genzerichus rapuit . Quz quidem omnia Instinianus CHRISTVM Deum nostrum mirificè honorans, Hierosolyma, vbi prius quoque consecrata fuerant, remisir. Dicit insuper idem Procopius, Gelimerem tum in Hippodromo, vbi imperator præsidens triumphi pompam spectabat, humi proiectum patria lingua illam Solomonis sententiam protulisse : Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Aliud quoque Procopius recenset, quod nemo præter eum ex antiquis scriptoribus memoriæ prodidit miraculi admirationem omnem excedens. Dicit nanque, Mauros Occidentalem Libyæ gentem, antiquitùs Palæstina expulsos, in Occidentali ca Libyæ ora consedisse, eos verò esse, quos Gergeseos sacra literæ, & Izbuszos vocant:aliasque insuper gen- E tes, quas lesus Nauæ filius deuictas domibus suis eiecit. Hanc rem veram maximè esse, vetusta quadam inscriptione confirmat, quam se ille legille testatur, Phonicum compositam literis ad fonte quendam, vbi duz quoque columnz ex candido lapide excitatæ fuerint. Literarum sculptura ed aduenientibus hæc promulgabat: Nos sumus, qui à facie lesu prædonis filij Nauæ profugimus. Ac de his quidem ad hunc ille modum scribit. Libya verò in potestatem Romanorum redacta, annua vectigalia,ficuti &antea,in ærarium intulit.In eadem Libya Iustinianus centum & quinquaginta oppida construxisse dicitur, quæ partim ante id tempus non extiterant, partim vetustate collapsa fuerant. Ea verò magnificentilsime restituit, summoperéque ornauit, privatis simul & publicis stru Auris, monibus, & diversis aliis beneficiis, per

CAPVT XIII.

quæ & vrbes illustrantur, & dininum numen ma

ximè placatur, aquæ ductibus quoque, qui vtilita.

tem simul & amœnitatem abundè civitatibus af-

ferrent. Eorum nonnulli tum primum, quum antea non fuerint, constructi sunt: nonnulli verò

quum aliquando quidem fuerint, sed postea cor-

rucrint, tum temporis ad vetustum reducti sunt



Orrò quæ in Italia quoque gesta sint, reseremus, quæ & ipsa Procopius in historiam retulit. Postquam Theuderichus, sicuti suprà a nobis dictum est, Romam recepit, & Odoacrum tyranni-

dem ibi exercentem sustulit, rerúmque Romanarum potitus decessit, Amalasuntha vxor eius, communis filij Atalarichi tutelam suscepit, +

† Amalafuntham sine Himmelsuicham, alij siliam Theoderici suisse scribunt, et Diacoms Suprà cap. 11 oodern. Amala-suntha sover Theoderici Trasamundo V andalo nupsit.

Sacra donaria Elierofo lyma remiffa.

In Stinianm Galimeri lo ca quadă in Gallia babi tăda tribais, Diac,

Mauri PalaStinorum infidelium (p loni.

Iefus fen Igfue, filius Na wa fen Nuu, Palastinus fedibus fuis einsit,

Libya in po testaten Ro manorii denoò redatta,

Digitized by Google

Thenderic

Administratio regui ma Gebris . Atalarichus Seo Adelrichus immasurè parit. Theodorne re gue cedit. Roma ex Gattherune maribas à Romanis recuperata. Sylverieuepi scopus Rom. Vigilius ci B førrogatus. Heruli chri fiani facti.

† Totilas ita

flämu Romä

rastanis, re

ses po∬ent.

Itaq; ferariö babotaculum

sa predictionë Domini,

Apoc.18. \* Tre difice

wide sign-

Belliffari'de

Vitugi mii-

Roma à To

tila Gottho

ôa.

phas.

capta.

est factajux C

in ea bomines babitare

ester,Oratores ad imperatoré misit. Sedenim filio Atalaricho in tenera adhuc ætate extincto, Theudatus Theuderichum genere attingens, Occidentis imperium sumpsit. Qui postquam Bellissariu imperator in Occidentem misst, regno cedens, literaru doctrinis magis quam rebus administrandis incubuit, ad res bellicas tractadas minimè ido neus. Copiis Occidétalibus tum Vittigis præfuit. Bellissarius, vt Italiam est ingressus, Vittigis quidé Roma relica, inde discessit : Bellissarius verò vrbi appropinquas, à civibus est in cam receptus, fo res omnes & corda insuper ipsa Romanis ei patefacientibus: maxime verò Syluerio throno eius præsidente, eam rem suadente atque procurante. qui ad Bellissarium, Fidelem, qui Atalarichi asselsor & consiliarius fuerat, legaust. Ita absque certamine Roma in ditionem Romanorum, post annum sexagesimum, mése Decembri rediit, vndecimo imperantis Iustiniani anno. Scripsit & illud Procopius, vbi postea Gotthi dennò Romam oppugnarunt, Bellyssarium Syluerium episcopum suspectum susse: quapropter eum in Græciam transtulerit: Vigilio autem antistiti thronum ecclesiæ commiserit. Memoriæ prodidit Procopius idem, eisdem temporibus, quum Anastasius imperium obtineret, Herulos Istrum transisse: atque eos postea vniuersos liberaliter à Iustiniano tractatos, & ingétibus pecuniis allectos, Christianorum religionem suscepisse, & vitam ad humanitaté mutasse. Ad hæc, Bellissarij reditum ex vrbe Romana in vrbem Constantinopolitanam refert. Atque vt ille Vittigim, perinde atque mancipium quoddam inter spolia Roma secum duxe rit: & vt + Totilas imperium Romæ arripuerit, atque vrbs ea rursum in potestatem Gotthorum redierit. Deindevt Bellissarius in Italiam reversus, Romam rursum receperit : atq; inde, Persico bello in Oriente orto, ab imperatore reuocatus sit. Recenset quoque, Abasgos tum Christianismum complexos esse, seque ad humaniore viuendi mo rem composuisse. Et Iustinianu imperatorem eunuchum gentis eorum Ephratam nomine ad eos milisse, qui prohiberet decatero quenquá ea parte + corporis qua viri sumas, apud eos ferro naturz iniuriam inferente priuari. Siquidem plurimi qui in principum cubiculisversantur ministri, \* quos eunuchos sine cubicularios vocare solemus, ex gente ea crant. Tum verò etiam Iustinianus Deigenitrici templum in Abasgorum regione, pulchritudine atque amplitudine præstans ædificauit: sacerdotes ei attribuit,& alia quæ ad cul tum diuinum faciunt, rite constituir. Vnde po-

A & regnum virili animo administrauit. Cæterům

quum prouidè rerum curam gereret, prima Iusti-

nianum ad bellum aduersus Gotthos sumendum

excitauit. Quum nanque insidiis ab eis expetita

\* Procopius de bello Perfice libro fecundo, rbi de Iberum fini bu & monte Caucajo agit: Hic gentes, inquit, quum alia multa, tum Alani & Abafgi babitant. Iufoper Zecchi, & post cos Hunniqui & Saberi distust un Qui fostea populi Hungariam & Boiemiam occuparunt.

pulo ei accidit, vt accuratissime in Christianorum D dogmate exerceretur. Scribit item, quomodo po puli Tanaim amnem accolentes (vocat autem loci eius homines Tanaim, maximz quoque paludis Mæotidis víque ad Euxinum pontum in longum excurrentem tractum)ad Iustinianum legatos miserunt, vt episcopum illis daret, supplicantes: quorum ille precibus reipsa annuerit, & episcopum illis libenter miserit. Admodum verò tersè illud etiam idem receser, quomodo Gotthi Mzotidis accolz, lustiniano imperium administrante, plurimas excursiones in Thraciá fecerint. Præterea, vt sæui terræmotus in Græcia fuerint, & Bœotia, atque Achaia, & sinus Crissaus ad extremum cocustus sit: loca plurima sub numerum minimè caderia, & vrbes similiter in præceps ierint, & solo zquatz sint. Plerisque in locis terra submersa pessum ierit, arq; alicubi quidem chasmata rursum coierint, alicubi verò hiatus perpetui ad hoc vique tempus permanierint. Quale quiddam etiam ciuitati Ciliciæ Pompeiopoli acciderit. Quum enim terra diuisa vrbem eam cum in-E colis omnibus vniuersam absorbuisser, vox ex infima voragine exaudita est, hominum eis qui superstites circum ea loca relicti essent, supplicantium, vt se erumna ea liberarent. Commemorat etiam, vt Narses cunuchus à Iustiniano copia. rum militarium dux electus, expeditionem in Italiam tutceperit, ac Totilam vicerit, deinde verò & I eiam, & vt vrbs Roma quintum capta sit. De Narle, qui familiariter cum eo vixere, illud perhibent : na ipium ex diuino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, & virginem eandémque Deigenitricem ita veneratum esse, ve illa manifesto ei apparens, quando prælium committendum esset, præciperet : neque illum facilè prius in aciem descendisse, quam tempus opportunum ab ea cognouisset. Plares insuper alias & maximas, Narles res gessit, qui Buselinum & Silduandum bello vicerit, & regiones víque ad Oceanu omnes Romano imperio subdiderit, quas res potissimum, post Procopium Agathias rhetor in literas retulit.

CAPYT XIIII.

N historia Procopij illa quoque sunt: Chosroen, vbi Romanorum in Libya & Italia res bello gestas cognouisser, ad ingétem inuidiam commotú esse:

& prætextus contra Romanos fingentem, quod fædera violata & pax perpetua soluta esset, dixisse. Ac primùm quidem Iustinianum oratores ad Chosroen missse, qui significaret, nullam se causam præbuisse, vt quæ pacta esset pax perpetua, frangeretur: neque quidquam detrimenti conventis intulisse, proindéque petiisse, vt de rebus cotrouersis disquisitio sieret: & cause que in mediú prolatæ essen, pacatis cossiliis amicè coponerentur. Chosroes vero, o graué qua in animo suo slagtabat inuidia no serret, nibil qua rationi coueniret, resposisse vero, e graué qua in animo suo slagtabat inuidia no serret, nibil qua rationi coueniret, resposisse vero, e graué qua in animo suo suceniret, resposisse vero exercitu maximo expopulis suis coacto, Romanorú ditioné adortú esse decimotertio sperij sustiniani anno. Describit igitur,

Z ij

† Idem Badiulla dic?\*.
Abafgi chris
flians finns.
Chriftomifmus homines
ad homanisatem compo

Ephratae Abajzu cu-ConStitutio qua enunchif ng phibet na Traffes Ta mais ams Christianifmű suscipit. Getthorű ese cursio i Thra Terr emetus Chasmata. t monielf-Luba Popeiopolis V Cilicia 2010 Je⊕ , biasu terra absorpta. Narfa eunn chi ducu rei gofte i Italia Teia Gottke rom des. Apad Aga-biā ÿ dicustur Bultinas & Sindwal. Aly hone Sijueldum neminant.

Chofrees Per farë rex bellum contra Rom, monet.

Vittigis ad Perfam loga tos mifit, ad bellii Rom, com excians,

Proco.lib.2. bello Perfeci Bellom Pers form.

<sup>†</sup> Emperator multa ad eos adinuandos ey educandos multis dananit, rest itutó sque liberalis er pocunia prosequatus est. Diacom.

apud Proce m Emphe m diriem

. Antiochia. Lucus Daphas.

A pamea ope dei seruata. Thomas A. ратения ері Scopus com Chofree ludos Circenses 71 ci cipita ti sua placaret Spectanie a Thomas piscopi apad Chofroem in tépore liberè

Capit Suri A quomodo Chofroes Surum ad Euphratem situm oppidum, expugnatú ceperit, ciuibus partim per pacta couenta allectis, partim per arma deuictis, quippe qui improbè se gesserit, & pacta minimè servarit, dolo magis quàm belli iure civitate ea po titus. Quomodo etiam Berrhæam incensam igni vastarir.ltem quomodo inde Antiochiam peruenerit, in cuius tum throno Euphræmius enituit: qui, quum ei quod agebat, nihil ex sententia procederet, Ecclesiam reliquit, eamque profugiens vnà cum vicinis ædificiis seruauit, sacris donatiis ordine publicitus propolitis, vt redemptionis efsent ecclesiæ precium. Præterea perquam miserabiliter commemorat, quomodo à Chosroe Antiochia sit capta, qui omnia ibi ferro concidit, & incendio vastauit. Deinde quomodo in suburbanum Daphnælucum,& in vicinam Seleuciam ve nerit: & vt ad Apameam quoque applicuerit, Thoma tum ibi episcopatum administrante,& vi ta & doctrina illustri viro. Quem vnà cum Chosroc, apud quem legatus erat, dicit equorum certa men in Hippodromo, præter receptum morem, sapiéter spectasse: vt illum scilicet tali officio mitem placatum que prorsus redderet. Eum quum facete admodum Chosroes interrogasset, An ille se ad hunc modum in vrbe sua videre vellet : veritatem rebus omnibus preponentem respondisse dicit, quòd non libenter eum visurus esset. Quod dictum quum Chosroes propter veritatem plutimi fecit, tum antistitem eum mirifice est admiratus.

CAPVT XV.

Osteaquamverò ad hunc locum

Pars crucis Dominica. magnitudire cubitali. Procop. Miraculum Apamea in crucio ligno editum.

THE KOTLEGG BEANT THE W. weing Rui-CALS TON ACE exmineray.

Euser.lib.

peruenimus, aliud quiddam recensebo, præsenti historiæ con-Apameni vrbem Antiochenam ueniens quammaximè. Quum iam incensam esse audiuissent, Thomam, quem dixi, episcopum à Chostoe reuersum obsecrarunt, vt præter solitum morem viuificum crucis lignum proferret, atque in medium proponeret, vt postremum intuerentur exoscularentúrque vnicam cam hominum salutem: & quasi viaticum, adorationem illius, ad melioré illam vitam migtaturi, sumerent, Annuit precibus corum Thomas, & lignum vitale protulit, certis productionis eius indictis diebus, vt vicini quoque fluerent, & medicina salutari persrueren tur. Quum autem omnes conuenissent, totis ma nibus Thomas sublato in sublime ligno, maledi-Aionis amulero, sacram ædem circumiit: quod statis tantum supplicationum diebus fieri cosueuit. Porrò Thomam procedentem magna vis resplendentis ignis subsequi visa est, non adurentis quidem ignis, sed qui locum vnde ille iret, comburere putaretur. Neque id semel aut iterum, vetùm [æpenumero accidit, quod antiltes locu omnem circumiret, & multitudo congregata illum, vt idem sæpius saceret, rogaret, quo crebius videlicet divino fulgore frueretur. Ea res futură Apamenis salutem portendit. Et miraculi eius imago atque monumentum ad Basilicæ testudiné summam, omnibus nouitatem rei testificaturum, pro-

politum est. Quod quidem vsque ad Ardaamani

& Perfici belli tempora integrum permansit: quo D tépore vniuersa vrbs, & Ecclesia ipsa, vastata est, & cum ea imago simul conflagrauit. Atque hæc quidem sic acta. Chosroes verò recens initorum pacificationis pactorum rursum oblitus, denuò quoque eadem hostiliter fecit, leuitati quide morum & inconstantiæ eius conuenientia, virum au tem præclatum ac regem præcipuè haudquaqua decentia.

CAPPT XVI.

Nsuper etiam Procopius memorat ea, quæ à veteribus quoque de effi-gie Christi memoriæ sunt prodita, quæ Augaro Edessæ principi est mis sa. Et quomodo Chosroes ea, que de illa fama increbuerant, quòd scilicet

Edessa nunquam in potestate alienigenarum futura esfet (id quod in literis ad Augaru missis non reperitur: quemadmodum ex Eulebij Pamphili historia cognoscere licer, qui epistolam cam legit &ad verbum operi suo inseruit,& nos quoque in E secundo tomo exposuimus) falsa esse conuincere voluerir. Apud fideles quidé ita & canitur, & creditur : res ipsa quoque prædictionis eius fidem, o vera maximè sit,& sibiipsi cosentiens, confirmat. Chosroes nanque maximo imperu vrbem adortus, atque omnia ferè expertus, innumerabilibusque tentatis viis, tandem aggerem tantum excitauit, vt ciuitatis etiam mœnia superaret: aliasq; infi nitas præterea molitus artes & fraudes, cum probro tamen re infecta inde discessit. Quæ verò is contra vrbem eam tentarit, pro co atque potero, exponam. Lignorum multam vim & materiam aliam quæcunque facilè ignem concipit: milites suos, aliis rebus relictis omnibus ad vrbem aggerere iussit. Atque vbi id dicto citius factum, & ma teria circumcirca costructa est, terram deinde ingelsit,& aduerlam aciem contra vrbem duxit : & celeriter propugnaculis in strue lignoru & aggere collocatis, ea oppugnauit. Víque adeò verò vrbem altitudine operis superauit, vt ex munitionibus tela in defensore vrbes coniiceretur. Itaq; quu obsessi aggerem veluti montem aliquem vrbi imminere viderent, & hostes en locis superioribus pedibus quamprimum in vrbem excursuri existimarentur, sole oriente exaduerso aggeri + cuniculos agere instituerunt, & ignem subiicere, vt lignorum materia flamma columpta agger pessum iret, opulque totu corrueret. Cæterum igne immisso, cæptum eos consilium fefellit, quòd flamma exitum non haberet: quam aerem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consueuit, oportebat. Itaque vbi cos cossilium prorsus destituit, in extremam deiecti desperatione, ad supernam anchora, divinitus scilicet acceptă imaginem, confugerunt, qua nulla hominis manus fe cerat : iple verò Christus Deus Augaro videre eu cupienti, facie in linteu impressa, miserat. Hanc iplam imaginem ad cuniculum produxerunt, & aqua colperlam contra pyram miserunt. Et subitò diuina virtute inuisibili quodammodo corum fidei, qui hoc faciebant, luccurrente, facile admodum quod desperatum antea fuerat, est perfe-

ctum. Siquidem confestim ligna ignem concepe-

runt, & qua celercime cobulta imminenti Itatim

Chofrees bel lum cotra pa Ela connenta redintegrat.

Ede∏a ötra wmPerferii oppuguata. er amagin eft ∫ervata.

Defente

Qui aggestă dicitur. T APRE BOA MIXED MUZE. WHE IT Allen ngu fé han ngu ومطهامون فع hoc est , Ag gosti bellica est molicio è lapidibas 💇 lignin & ter Said

Defensers M 11 10 A materiæ eundem ignem immiserunt, carpentem & consumentem omnia.Obsessi ciues postquam fumum exilientem ex aggeris mole viderunt, talia insuper sunt moliti. Vasculis siquidem quibuscunque ficilibus collecis, & sulphure, pice, aliisque rebus ex materia quæ facile flammam corripit, completis, fundis ad cuniculi fossam coiecerunt. Quæ fumum emittentia, igne scilicet iactus impetu accenso, effecerunt, vt fumus qui ex aggere promanabat, prodire inde non existimaretur. Omnes enim fumum omnem ex ollis excitari autumabant. Triduo verò pòst, vbi ignis quæ in medio erant confumplit, flammas eins terra reddidit: & qui in aggere constiterant Perlæ pugnatores, tandem intelligere cœperunt, in quodna discrimen peruenissent. Tum Chosroes, veluti aduersus virtutem diuinam contrariis cœptis eundem sibi esse existimaret, quæ vrbem præterfluit aquam, contra pyram ardentem, extin guere cam volens, immisir. At illa magis magisque accendebatur, aquatum vim omnem perinde atque sulphur, aut oleum, aut liquorem alium ad inflammadam materiam idoneum excipiens, in sublime eò vsque ferebatur, donec agger omnis in fossiz cuniculis considens, in cineres est redactus. Itaque Chosroes rebus ipsis ad desperationé abductus, tádem vim eam quæ vrbem defenderet cognouit: & pudore percullus,in regnu suum rediit, pænitentia ductus, quòd tantos frustrà labores subiisset, per quos ita manus contra Deum tollere voluisset. Atque equidem hæc sic habuere. Dicam verò itidem, quod alibi Chofroe apud Sergiopolim euenit, rem quæ referatur, ac memoriæ posteritatis sempiternæ tradatur, admodum dignam.

CAPVI XVII.

Salatan Sa giopolu epofco B (ACTU CC clefia dovariu redimit.

જે ભાગા

lie Ganges

Nstitit & huic, iugum setuitutis im-ponerecontendens. Et postquá mænia est aggressus, & vibem expugnare coactus: de salute dehinc vibis, vt

ca sernaretur, vtrinque ab obsidentibus simul & obsessis, hinc inde verba sunt facta. Postremò inter vtrosque convenit, vt sacris templorum do nariis ciuitas redimeretur. Quibus & crux, quam Iustinianus & Theodora eò miserant, est annumerata. Et iam ab vrbis eius antistite, alissque qui cum eo missi fuerant, ad Chosroen omnia depor tata fuerant. Atq; ille, num præterea in vrbe quicquam reliquum esser, interroganit. Affuit ibi quidam, verum dicere solitus: & Chosroz, alia quzdam pauca admodum in vrbe à ciuibus occultè asservari renunciavit. Ac auri quidem vel argenti reliqui nihil esse, sed alterius longè præstantioris & DEO dicatæ materiæ in qua ossa Sergij martyris asseruarentur, venam sublongam ex argento fabrefactam restare. Hoc vbi Chosroes au divitallico exercitum omnem ad excidendam vrbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim verò innumerabiles propugnatores supra vr bem apparere, seque ad eandem defendendam parare, atq; per muros vbiq; discurrere visi sunt. Porrò vt hoc, qui ad oppugnandum missi fuerat, vi derunt, cuestigiò ad Chosroé reuersi, quum de-

fensorum ciuitatis multitudinem, tum timorem fuum, qui cos exarmaller, stupefacti commemorarur. Chosroes autem, vbi curiosè omnia scrutatus, valde paucos vel + immaturæ vel exoletæ ætatis homines in vrbe esse, robustis omnibus è medio fublatis comperit, rem eam fublimioris alicuius potestatis, & martyris præcipuè esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianámq; religionem magnopere admiratus, statim obsidionem soluit, atque in ditionem suam reuersus est. Fama verò obtinet, Chostoen istu paulo ante obitum, facris nostris initiatum, atque ad divinum lauacrum admissum esse. Sedenim & pessem cam quæ tum grassata est,ita vt potero prosequar,quæ omnem(vt ita dicam) terrarŭ orbem depasta est, quinquaginta & duos annos, quod auditum nunquam est, in terris sæuiens.

CAPPT XVIII.

🛪 Apta à Persis Antiochia, biennio pòst morbus pestilens obortus E est, aliqua quide ex parte ei que Thucydides describit persimilis: aliquo verò modo multum ab eo dispar. Ortum cepit ex Æ-

thiopia: vniuersum verò propè peruasit orbem, veluti incedens, & sensim transiens, ita vt neminem ferè eius temporis hominem intactum præterierit.Quædam ciuitates adeò sunt à morbo eo occupatæ, vt vacuæprorfus ab incolis fierent. Fuere quas leuius carperet, & statim inde transiret. Nec ille certa quapiam periodo grassatus est: neque vbi grassari exorsus est, eundé cutfum tenuit: verum quibusdam in locis in principio hyemis sænire cæpit, in aliis verno tempore, in nonullis æstate prima. Alicubi autumno iam progresso quibuldam oppidis partem aliquam artigit, à reliqua autem abstinuit. Et videre erat in ciuitatib° peste hac affectis, domos prorsus cmnes confumptas:in aliis vnam atque alteram ad vastitatem redactam, reliquas verò intactas. Fuerunt homines qui certius deprehenderent, quæ ædes nuc immunes à lue ista fuissent, eas proximo de-F inceps anno solas illam sensisse. Illud verò in hoc malo nouum esse visum est, quòd si ciues aliqui carum vrbium quas pestis inualisset, aliò migrassent, soli ipsi ea corriperentur, qui ex infectis scilicet iam vrbibus inter intactos versarentur.

Porrò malum hoc potissimum sæuiit eis cyclorum periodis, quos Epinemeses Graci, hoc est depastiones vocant. Internecione autem propè interiere homines secundo muruaduarugides, hoc est, eius qui annos quindecim complectitur cycli anno. Et variæ erant pestis huius ægritu dines. In quibusdam enim à capite incipiens, ocu los sanguinolentos, & faciem tumente efficiebat. Deinde gutturi incessens, vită adimebat. Quosdă ventris profluviú inuadebat. In aliis bubones etiá extabant, & acres accedebant febres. Moriebatur

\* two luners, depastio. Iliad. 6. Navrance toware zowa lowles. ull re uch lewer, hoc est : omnia qua terram depascunt, qua re pererrant. Depastiones & grassationes huiusmodi postilentia & morbi vici atque populares (Cypriavou mortalitatem vocat) ficuti elu nes escuftion ésque terrarum tempore cetto accidere solent.

† 2 de 100 Th يود الشودو.

Chafres minis adducto, Christianifwi fuscipit.

tord hub. hos est popus larin & con in toto orbe perquàm din tornar.

Trioundle M ÷ wiles på-AISETOUS TE eildig täv ESKADY Ze Tom plets K BAOTIND. Παναλιθεία di guth d-VIBOUVI TÃE keledana la të fûtipp tof the wev. Transcrete

Et tepore eo Dionysi" ab bas nouñ syslum magniñ incheanst.

Ewagt.qu

q; hac peste

Je infectum

fuisse scrib.t

lib.4.ca.39.

intra biduum & triduum, perinde atque nihil paterentur, ratione & valetudine in vigore suo permanentibus. Nonnulli verò mentis impotes moriebantur.Item carbunculi exorti, homines celeriter inflamarunt & extinxerunt. Erant qui semel atque iterum malo eo capti & liberati, postea tan quam postliminio correpti petibant. Diuersa etia fuit contagio, rationem excedens omnem. Nonnulli enim morbum ex conversatione tantum & confuetudine ægrorū contrahebant, alij folo con tactu illorum mortem sibi creabat. Erant qui quu in domum saltem prospexissent, inficiebantur: 2liis id in foro contingebat. Nonnulli qui periculum euaserar, ex pestilétibus vrbibus excedentes, contagionem morbi ad integros & valentes trasmittebant. Quidam verò peste ea correpti pror fus non sunt, quanuis familiariter cum multis ægris vixissent: & non solum eos ipsos zgros, verum etiam ex peste ea defunctos homines cotre-Cassent. Multi nanque erant, qui magno studio ve morerentur agebat, propter liberorum aut totius familiæinternecionem. Quam ob causam ægrotis immixti, cum motbo ipto quodammodo colluctabátur. Nihilo tamen magis, pro eo atque cupiebant, ex hac vita migrabant. Lues ista, sicuti dixi, ad quinquagesimum secundum annum, pestilétias priores omnes longè post se relinquens, grallata est. Philostratus pestem sui temporis, quæ quindecim duravit annos, admiratur. Sed illa hæc multis modis superauit. Ego verò ad reliquam historiam revertor, reliquas Iustiniani res comme-

CAPVT XIX.

Ex Enagr. de Instiniani smmani ana sitia, & immensa pdiga litate. Væ autem de eo Euagrius narret adiiciam, ne ipse in tantum imperatorem inuecus esse videar. Sic enim ad verbu de eo ille loquitur. Iustinianus inexplebilis auariciæ suir, & alieni vsqueaded

auariciæ fuit, & alieni víqueaded appetens, vt ciues subditós que omnes auto venales habuerit : & magistratibus ipsis, vectigaliúm-C que mancipibus, atque aliis insidias nulla de causa aduersus homines fuere solitis, vendiderit. Quàm plurimis autem, quibus essent diuitiæ & posses-« siones, causa aliqua & prætextu præter causam & « prætextum omnem per colorem quempiam con « ficto, bonorum omniŭ mulctam dixit. Ac si qua ... mulier se assimulasset meretricium quastum fa-« cere, & oculum alicui Venerez consuetudinis gra a tia adiicere, illico in leges committebatur. Atque e eavbi lustinianum ad societatem tam turpis lucri alciuisset, opes eius qui per eiusmodi sycophana tiam deceptus esset vniuersas, ipse in domum sua « congerebat . Pecuniz verò prodigus etiam, mul-« tas lacras ædes & templa vbique costruxit, aliásque pietatis causa domos ad affectæ vel imperfe-

ી ફુંહેન્લ્સ ⊤દાસ્ટ્રી સંહ્રેલ્લા

implanuis.

Mostafir

čaµinu,

SÁTQ.

« Áz ztatis, & cum variis morbis conflictantium virotum & mulierum curam, zdificauit: ingentibus, vnde illi fouerentur, eis reditibus attributis.

Alia quoque innumerabilia pietatis opera DEO placetia fecit: siquidem ea ex propriis autoris, qui de suis ipse puris factis fructum ferat, facultatibus procedant. Hzc quidem Euagrius.



Vstinianus porrò multa delubra pas sim in orbe terrarum pulcherrima sexcitauit : potissimùm autem Consexcitauit : potissimùm autem Consexcitauit i præclarissima templa, sexcitauit i forma & magnitudine có siruxit. In quibus ingens illa & in-

comparabilis, neque vnquam antea visa basilica » est, augustu SAPIENTIÆ\* VERBI DEI = templum maximum sanè illud, atque decentissi- = mum, & quod orationis vim omnem longè su- » pergrediatur. Eius structuram ex Procopio hoc lo » co inserere visum est : cuius verba hæc sunt. Ho » mines aliquando gregarij & leue vulgus Chri- » stianorum, ecclesiam incendere ausi sunr.Sophia » Byzantij templum id, commodissimė cognomen hoc DEO tribuentes, vocant. Permisit id ... hominibus nefariis, vt impietatem tantam patra- » rent, quod præuiderit ad quantam pulchritudi- 🕶 nem fanum id aliquando restitutum, peruentu- E rum ester.ltaque ecclesia exusta tota tum iacebat. » Iustinianus autem ita cam aliquando pòst expoli » uit, vt fi antea quispia cognouisset, & descriptio- » nem ædificij nuc extantis ostendisser, in votis ha- » biturus quilibet fuerit, vt ecclesia prorsus disperi- " ret: quo ea forma, in quam est in præsentia reda- » &2, conspiceretur. Artifices nanque imperator ex » puinciis omnibus omnes euocauit, atq; in primis 😹 Anthemium Trallianum + architecturæ & artis , mechanica, qua ingenio & manu fit, no tantum " inter eos qui sua ætate, sed etiam qui superioribus " temporibus ædificiis accurate & commode ex- " truendis præclari fuere, proprerea verò qui futuri " erant, structurarum formas & effigies præscribé- " di peritissimum : & Isidorum Milesium, egregi- , um fabrum. Spectaculum igitur ecclesia multò " pulcherrimum facta est, conspicientibus quidem mirificum, audientibus verò incredibile prorsus. Namaltitudine cœlum propè attingit: & veluti " ab ædificiis aliis abducta, vrbi reliquæ imminet 😞 atque incumbit, exornans quidem illam, quod " scilicet illius sit : spectandam autem seipsam præ- F bens, quod illius cum sit, illamque supergredia- " tur, tantum eminet, vt ex ea perinde atque è spe- " cula vibs tota perlustretur. Ea autem latitudine " atque longitudine quam rectilsime est exornata, " vt nó immeritò & longior & latior dicatur. Tum " autem incredibili pulchritudine est insignis. Moles quoque ipla ornamento illi est,& magnitudinis conueniens & apta ratio & proportio, neque ad nimiam amplitudinem excedens, neque se ad viliorem humilitatem demittens . Nam & folitis ædificiis grandior est, & immoderatis structuris venustior atque decentior. Lumine verò & solis splendore mirifice abundat. Non extrinsecus locum eum sole illustrari, verum intus oriri lucem " dicas. Tata vis lucis in templum hoc diffunditur. Facies eius, pars scilicer Orientem solem respiciens, vbi mysteria & arcana Deo sacra fiunt, ad bunc modum est extructs. Aedificium quodda di " midia ex parte rotundum & turbinatum, quod " artis huius periti hemicylindrum nominans, in " sublimitatem immensam excurrit. Operis huius "

Hoc (faiu de Männe iniquitatu, etc. Luc. 16.) quidă male intelligédo 14 piät res alsenas, & direbm lergin. tar, Opulat praceptii eft. De inftula. borrbus facite eleemojy-Exeo quod recte habetu date. Noli velle electrofynas facere de fe-BOTE OF YOU ru.fidelib'di (e. Eu quib' Christi erezamus dico. Aug.ferm,35 de verb.Do mi.in Euig. fecunda Luc. \*Destrolla Ta temple So phia Cofiai opolitani. Tasheos Trallia man, / fiderus Malejas architells mobi

ď

Sancticas templo facrarinas.



\* is spairag TITE TOMEelev kari

† ly 71 700.

₩λώνου.

dificij artificibus ei impolita eminet, decenti quidem pulchritudine admiranda illa, sed quæ periculosa copositionis coagmentatione horrendum quidda prorsus esse videatur. Videtur naq; in rem presentem venientibus, non satis firmo loco collocata, atque non fine discrimine in sublime sublata esse. Illa verò certa & stabilis maximè constat . In huius templi parte vtraque, columnæ in folo sunt, & apices earum ex ingentibus saxis

constructi, riteque coagmentati. Que columne aliunde aliis artificiose inter se situ ipso respon-« détes, in magnam fublimitatem pertingunt: ſco-" pulis eas, si cernas, præruptis compares. Quatuor « in iis arcus + quadranguli forma extant. Porrò

A altitudo, \* quartam orbicularis figuræ partem e-

" uadit. Desuper structura alia lunata forma, ab z-

arcuum istorum duo, qui ad orientem & occi- dentem solem pertinent, in vacuum aerem perti-« nent. Reliqui autem quo ex inferiori paululum parte,ædificium quoddam & quasdam columnas

« habent. Eisdem verò ex superiore quoque parte B rotunda structura ad turbinata formam vergens, a imminet:vnde semper dies primu illucescens apa paret. Et quum ædificatio ita diuisa sit, commodi a illud habet, quòd affatim lucem templo sufficit.

... Hæc verò ipsa(vt opinor) sieri non potest, vt lin-« gua balbutiens & parum vocalis exponat. Namque propter structuram infractam, non in terra « consistere, sed cœlitùs catena aurea suspensa esse videntur. Et qui hæc cotemplantur, quidnam po-

a tissimum præ aliis admirentur, dicere nequeunt. « Verum cum animo omnia circumspexerint,&supercilia super omnibus contraxerint, structuræ ar a tem assequi non possunt: sed quod oculis perspi-

cere cam non sit, consternati inde discedunt.Por-🔐 rò si quidem auro testudo summa testa est, ampli .. tudinem pulchritudine temperans. Tum autem a lapidum splendor cum auri fulgore concertans, cxcellit.Ex vtraque parte porticus duæ sunt: vtriusque culmen, tholus, & aurum, tectoriu est. Ha-

a rum altera quidem viris orantibus, aftera autem mulieribus idem facientibus cessit:neque prorsus quidqua inter se variant, aut differunt. Quis verò sublimiores gynæconitidis stationes exponat?aut varias enumeret porticus & columnis frequentibus conspicuas aulas, quibus templum hoc cir-

cundatū est?quis columnatū& lapidum enumeret aptam & convenientem speciem, quibus sacra edes exornata est? In pratum se quispiam floribus vernans incidisse existimet. Admiretur namque meritò, aliorum quidem colorem purpureum,aliorum verò viridantem, in quibuldam auté pu-

niceum florere. In nonnullis candidum fulgere videar. Insuper verò in quibusdam obstupescat, quos aduersantibus inter se coloribus, in modum pictoris, natura ipsa variè cohonestarit. Portò tépli eius donaria omnia, quæ vel ad víum facrorú parara, vel ex argento & lapillis magni precij fa-

brefacta sunt, accuratius persequenti, eloqui omnino non est: quæ Imperator duntaxat iste dedicauit.Ex vna autem re tantúm, cóiectura, qui hæc legent, opes ecclesiasticas colligere potuerunt.

Sanctius etenim templi huius sacrarium, quòd so li sacerdotes adeunt, + quadragies mille argenti

libras continet. Ex arcubus, quos loros mechanici vocant, vnus Orienti soli obuersus, nondumá;

sit. quæ pondus tantum non ferentes, derepente » quodammodo difruptæ, non ita multo post pesfum iture videbantur. Et Anthemius atque lsido- " rus ea re perterriti, ad Imperatorem eam retule- » runt:neque quidquam ex arte spei reliqui habue- " runt.Imperator autem divinitùs edoctus,statim 😹 eis arcum absolutũ iri pollicitus est.Ipse etenim, 😠 inquit, in seipso assurgens, inferioribus columna- ... rum basibus non egebit. Ita arcus certa sirmitate 🛥 in sublimi suspensus, experientia ipsa veritatem " inuentionis Iustiniani confirmauit. Atque hoc ... quidem sic hac in parte elaboratum est. In aliis verò arcubus Meridiem & Boream ventum spe- " Cantibus, tale quiddam accidit. Lori qui vocantur, per ædificationem nouam mole magna in sublime tollebatur. Eis verò inferiora ædificia pressa laborabant, & columnæ quæ eò loci erant, lapides paruos perinde arque expolirentur, ex sese iactos reddebant. Rurfum igitur animos despondétes mechanici, propter casum eum Imperatori periculum tale renunciarunt. Tum ille huic malo p remedium illud excogitauit. Laborantium enim ædificiorum partes fummas,&arcus ipfos adimere,atque in præfens quidem seponere, postea verd ruckur humorinduratus cuanuisset, præcepit. Illi imperata fecêre. Aedificatio verò ipía deinceps firma stabilisque constitit Restaurauit quoque Iustinianus sanctorum Apostolorum templum, quod nulli primas vult cocedere. In co Imperatores & antifites recepto more sepeliuntur.

perfectus,magnitudine sua bases columnarŭ pres D

Diserse apostolori ecclesia,

#### CAPPT XXI.



Tque hæc quidem præclara, at- = que præclarorum longè præcla- » rissima sont Iustiniani Imperatoris, opera. Verum in eo, quòd » beluinam feritatem omnem excedit, siue errore, seu ingenij ti- ...

miditate (dicere id enim nequeo) fuit:initium ex » seditione ea quæ Nína id est, vince, dicta erat, ini- ... tium duces. Mirifice nanque alteri populi factio- F ni, Cyanez inquam, addictus fuisse visus est:adeò » fanè, vt non solùm eos interdiu in media vrbe cæ- " des aduersariorum facientes legitima pœna faci- " noris exigenda, non cohibuerit, sed premiis etiam » sinam pimil prosequutus sit. Proinde homicidæ plures sacti, = & impunitas cædium aucta. Audebant illi etiam 😹 domos adueríæ partis ingredi, & preciolas sepo- " sitasque civium res diripere, ita vr illi salutem sua 🐷 auro redimere cogerentur. Si quis verò ex magi- » iniquisimè stratibus non dico cohercere, sed inhibere tátům 🐷 facinora eiusmodi voluisset, ne vita is periclitaba- , tu cedes Cy tur. Quapropter quidam Orientis prefectus, quo-, nia nonnullos scelere tali res nouas molientes có » madueris. prehendisset, & neruis proteruitatem corum ca- " stigasset contumeliosa pompa per mediam vr. " bem tractus,neruis est concisus. Et alium quendă " Callinicum nomine, Cilciz præsidem: quòd in duos percustorum istorum, Paulum & Faustinu, qui interficere eum conati fuerant, animaduertisfer,in crucem egir,pænas ab eo,rette prudenterq; 💂 facti, & legum conservatarum, sumens. Itaque 🕳 qui diuerlæ factionis erar, quad possesiones suas "

factioni p puli Confiãtinopelitan versus Praadduttus. I uftinianus

rgës in të-Lo isto. preidles

Prafini ad latrocinia excercenda quoque funt adatti.

Parlindigno A relinquere coacti essent, & à pemine prorsus reciperentur, sed veluti quædam detestanda piacula « vrbe expulsi essent, prædonicam exercebant: & itineribus obsessis, ex insidiis viatores adorieban-" tur & cædebant, nihilque adeò quòd non com-" mitterent malorum omittebant: & quotidie ad homines interficiendos atque dispoliendos, flagi-« tiáque alia peragenda, audaciores fiebant. Sæpenumero autem ad factionem alteram conversus, « & in iplos lege agere iulsit: supplicits que eos sub-« didit:quos antea vbique facinora impia commit-« tere, & grauissima quæque flagitia de barbarorú

Instinianus tädem Cyaneos quoque afflixit.

> a que hic non recensentur, res coniectura colligena das. Apud Suidam oft , Infinianum imperatorem literas planè ignorafe, krangasuren, hoc est, alphabeti imperitum fuife.

> « more patrare permiserat. Czterum exacte hac

« commemorare, neque temporis huius est, neque

" ipsa satis esse possunt, ad reliquas Imperij huius,

orationis nostre que assequi ea non potest:Et hec

CAPPT XXII.

Săctus Bar Samp bine Aczyptim

Enag.habet

Euptachiü.

Salustim e-

Hierofoly -

Sanctus Si-

C'ent Eptus

vana gloria

ines pro-

pter Christis C

piscopus

R

👣 Vb Iustinianomulti in multis orbis partibus diuini, & vita & miraculis ab eis gestis admirandi viri floruere,in quibus vnus etiam Barsanuphius Ægyptius genere fuit, qui in

carne minus carnalem egit vitam: in phrontisterio quodam, quod in presecura Gazz situm erat. Hic quum prodigia multa edidisse dicitur, tum in tuguriolo scipsum inclusisse, atque ibi vltra quinquaginta annos ita vixisse creditur, ve neque à quopiam visus, neque re quapiam terrena vsus sit. Quæ quum de eo fama vulgata essent, eisque Salustius Hierosolymorum episcopus fidem no haberet, postquam perfodere domunculam, vbi homo Dei habitabat, iussit, ignis alicunde exortus omnes cólumplisset, nisi sibi fuga consuluissent. Alius quidam vir Simeones nomine, apud Emesam, nouam quandam & insolitam vitam egit. Quum enim & sapiétia omni & gratia plenus esfer, dementem se esse assimulauit, & vanam gloriam tanquam veram ignominiam rejecit. San-Aus igitur vir iste diu solitarius vixit, latens prorlus:neque cuipiam, vt cognosceret, quando, aut quomodo precesad Deu funderet, aut quo tépo re,& quibus cibis vel vteretur vel abstineret, aditum ad se permittens. Persæpe verò etiam in plateis versans:mente excidisse, neque quicquá consistetis pectoris, solertiz, & sagacitatis habere visus est. Aliquado incoposite in cauponas insilies, cibis se quos reperisset famelicus implebat. Quòd si quis cósilio eius intellecto, vel obseruatiam vel honorem ei exhiberet, indignatus ille qu'am celerrimè ex eo loco discedebat, ne id quod celatum volebat, deprehenderetur, virtusque eius manifestaretur, veritus. Et ille quidem ita se propalam atque in medio foro gessit. Habuit autem familiares etiam quosdam, quibuscum quandoque fuit, scena & simulatione posita. Cuidam ex iis ancilla crat, que à quopiam per libidinem constuprata, vbi partus institit tempus, ab heris patratore probrosi facinoris eius & patrem pueri indicare coa-Ca est. Illa per calumnia, Simeonem clandestinè secum consueuisse, seque ex eo grauidam esse

Meretricals gravida fivpri Simeone mimalat. Simeones cri men de indu fellie.

dixit, & rem ita se habere iuramento confirmat: D idque si opus esset, in faciem illi se dicuram promisit. Hoc vbi ad aures Simeonis peruenit, factu ipse quoque non negauit, carnem scilicet, se quoque circunferre, & lubricam peccandi procliuita tem insitam sibi esse dicens. Postquam autem co nomine sermones apud omnes de co increbuerūt, & ipse, sicuti videbatur, pudore perculsus est: ilicet per fraudem, sub verecundiæ prætextu seipsum subduxit. Et iam fatalis & constituta pariendi dies aderat, & muliercula sedili solito insidebat, dolorésque vehementes exoriebantur, crucia tum intollerabilem afferentes. Ac misella vltimū discrimen adibat, neque fœtus prodibat: cum in tempore ipso Simeonem aduenientem, vt preces ad Deum profunderer, mulierculæ aliæ rogarunt. lbi ille propalàm non prius fœtum solem aspecu rum este, quam mater patrem clandestinum proderet, prædizit. Quod vbi fæmina professa est,& patré verum nominauit, confestim infans maternis locis exiliit, veritate ipsa quodámodo obstetricis illi officium exhibente. Alio insuper tépore E Simeones iste in zdiculam mulieris impudicz ingressus, foribus clausis, solus cum sola manens, aliquantum temporis extraxit: deinde ostio aperto profugit conspectum omnium, ne quis eum conspiceret, vbique cursu citato vitans. Quo facto, opinionis non bonæ causam de se præbuit. Quapropter qui hoc viderant, mulierem convenerut, diligénterque quid sibi illius ad eam ingressus & tam diuturna mora voluerit, percontati funt. Ibi illa adiurauit, se in tertium vsque diem penuria rerum necessariarum, præter aquam, nihil degustafse. Illum autem, qui hoc cognouisset, cibum ad se, & vini aliquatulum attulisse. Deinde ianuis clausis, mensam apposuisse, cibum capere iussisse, dapibus cam repleuisse: & reliquiis carum receptis, abiisse. Quum terræmotus maximus regionem eam concussurus esfet, (quo tempore, præ civitati bus aliis, vrbes Berytus, Biblus, & Tripolis, cladé ingentem acceperunt) lorum manu circumagés, & quam plurimas in foro statuas diuerberans, ad F alias: State (inquit) vos breui namque saltare debetis. Et cùm viri eius fa&u nullum ociosum aut + frustraneum esse sudicaretur, qui ei rei affuere, animis suis quasnam statuas præteriens non pulsasset, considerarunt. Nam illæ ipsæ terræmotu impetu lummo ingruente corruerunt, conculsionis eius x opus primariu sace. Multa præterea ab eo memoria digna sunt gesta, quæ scripto alio alibi sum prosequutus.

CAPYT XXIII.



N Cœlesyria alius quidă, cui Thomæ nomen fuit, in codé vitæ genere decertauit. Qui Antiochiamveni re solitus (illius enim ecclesiæ censebatur)annuis alimentis receptis, in mansionem suam ibat. Hunc A-

nastasius ecclesiæ eius minister & œconomus, quòd frequenter molestus ei esset, manu in facio verberauit. Eam rem quum illi qui cum eo erant, ægrè ferrent: ipse neque Thomam dixit de cætero quidquam ab ecclesia accepturum, neque Anastalium daturum este. Et verung; iuxta prædictioParter ige C MILL li redarguis. Sufficien THT/STD OCCA fiouen beni nibes fornimuliarela egentißen.e gae attalari de se prabais

Idan taramotam premids. Beryti alia ารชาติ excidia

4 milesol

· inh.

جر،اري majtajso qui melsoje ves ILW | TAR

Mague

Sabba mera

Apud Euegriü Au thimothrone

Conftantino

politano cie-

Thoma ifine sepultura honorifica-

ir iznhidaşı məhmədələ Polyandriü adnenaramı

Suprà Euphraminu.

Camitaria

A nem cam accidit. Anastassus siquidé postridie eius diei vita defunctus est: & Thomas ad tugurium suum reuertens, postquam in Daphnes suburbanum vicum peruenit, in egrotorū hominū diuerforio, ad meliore illa vita migrauit. Cadauer illius, eius loci incole in comuni aduenaru monumento repoluerunt, alio atq; rurlum alio cadauere illi luperingesto. Postquam verò Deo ministrum suum cohonestante, corpus ipsius, identidem ea re tenta ta, semper superiorem tenuir locum, cadaueribus reliquis diuina quadă vi longe admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi eius spectatores, ad Euphemium episcopum rem retulerunt, qua ille ita vti erat cognita, publicam atque honorificam funeris pompam indixit, & corpus magnificè Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmiterio sepeliit. Qua cadaueris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Huius Thomæ anniuersaria memoriam magnificentissime, festum diem agentes, Antiocheni celebrarunt.

CAPPT XXIIII.

Thoodofij Donachi Dors.

Indei duce Inliano in Christianes crudelissimè grassasi.

Robellionis paraes pendis Iulian<sup>2</sup>, Item Sylne was.

Diom Sab bas monachas orator & deprecator Palaftiworum apud Infinianii, a aziliti@. Vstiniano adhuc imperium administrate, & magnus ille Sabbas, & præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erat. Verum prior Theodosius ad Deŭ transiit. Sabbas autem nonagesimum tum a-

gens annum, ab Aeliensi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Iustinianum, in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, prose &us est. Samaritani nanque Iuliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbe iniurias tulerat. Ecclesias per sacrilegium compilatas igni vastauerant:eos qui secundum Deum piè viuendum sibi statuissent, post multa & inenarrabilia supplicia conciderant: & circum vicos discurrentes, atque sanctorum monumenta violantes, in ignem coniiciebant. Ea verò circa Neapolim acciderant maxime, cuius episcopum ense occiderant, & presbyteros quoídam comprehensos, & C deinde in frusta dissectos, vnà cum quibusdam martyrum reliquiis in fartagine frixerant, à nulla prorsus temeritate & contumelia cotra Christianos abstinentes. Que vbi Iustinianus intellexit, multa manu cum illis congressus, quu alios multos, tum Iulianum ipsum occidit. Captus quoque Sylvanus quidam Scytopoli, & igni crematus, per quam acerbam vitæ catastrophen subiit : vir qui plurimum per effrenatam petulantiă in Christianos illusisset, & divina vindicta ad id tempus conscruatus esfet, vt debitas ad eum modum persolueret pænas: quemadmodum & diuinus Sabbas ei prædixerat. Arlenius autem quidam nomine & dignitate illustris, eius quem diximus Iuliani <sup>a</sup> comes, Constantinopoli erat, & calumnias qualdam falso aduersus Palæstinos suebat, perinde atque tyranno multis in rebus adiutores fuissent. Horum gratia Sabbas, sicuti dicum est, orator rursum Constantinoplim venit. Eum verò veluti angelum, & cœlestis Hierusalem ciué, cœlitùs venientem, perquam celebri pompa Imperator excepit: quidquid in vrbe illustrium esset virorum, ipsumque adeò Epiphanium patriarchá

obuiam illi mittens. Porrò vbi longè aduenienté D Imperator agnouit, eximiam capiti eius coronam imminere vidit: quod & ipsum Anastasius olim, quu ad eum venirer, cospexit. Itaque illi occurrit, & benedictione accepta, sanè quam libenter cum eo suit, & facillimè quod is volebat secit. Qui inde reuersus & ipse ad æternam immortalemque vitam, condigna laborum præmia recepturus, transsit.

#### CAPYT XXY.



Nthimo verò, quemadmodum dixi, episcopali throno in vrbe Imperiali deiecto, & Mena pro ipso ab Agathone papa electo atque consecrato, miraculum quoddam Constantinopoli, di-

gnum quod memoretur, accidit. Quòd sanè ita vt potero exponam. Consuetudo à multo tempore Împeranti vrbi fuit, vt quum plusculum de partibus immaculati diuinique corporis Domini & E Dei & seruatoris nostri Iesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros + incorruptos: ex eis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerserent, qui iciuni reliquias cas ederet. Quod quide mihi quoque sepenumero, quum puer admodum essem, & maxime à prima ætate in sacris ædibus verfari studio haberem, contigit . Tale quiddam sub Mena quoque patriarcha euenit. Cum pueris ad id delectis, puer quoque viri religione ludzi vitro conficiendo vitam tolerátis, aggregatus est, Puer is, vbi diutius vltra solitam horam moratus domum venir, & causam tardioris reditus parentibus diligentius cam inquirentibus, quòd scilicet cum aliis pueris in æde sacra divinas partes edisset, renunciauit. Pater re noua audita, furore percitus, fornacem vbi vitrum conformabat, fuccendit, & puerum arreptum, in eum prunis flamma suffocata candentem coniecit, ob factum tale iratus:quamuis filius sciens, nihil admissser. Porrò mater vbi puerum diutius non comparenté quesiuisset,&non inuenisset, vrbem omnem circumiit, perquam acerbe plorans atque lugens: & die F tertio ad officina mariti consistens, ingenti plan-&u seipsam lanians, prolixius que ingemiscens, filium vocauit. Atque ille materna voce agnita, responsum è furno reddidit. Tum mater ostio furni fracto, cum miraculo maximo, in mediis prunis puerum stantem vidit, ita prorsus incolumem, vt ne capillum quidem flamma læserit. Et vbi causa incolumitatis quæsiuit, mulierem quandam illustrem, purpurea amictam stola, frequentius ad eŭ venisse, aquam sibi infudisse, & flammam ea appropinquantem extinxisse, cibum etiam cum efuriisset præbuisse, dixit. Hæc postquam Iustinianus cognouit, puerum cum matre divino regenerationis lauacro adhibuit, Deoque dicauit. Patré autem, qui Christianorum sacra suscipere non sustinuit, veluti parricidam, in + ficu arborem, perinde atque in crucem egit. Verùm hec quidem sic accidere. Nos autem ad institutum orationis curfum reuertamur,

cto, Epiphanium episco
pum creatii,
& Epiphanio Menam
successisse,
scriptum est.
lib. 4, ca.36
† ägbigag.
Reliquia
Eucharistia
puru innocuis Coustă
tiuopoli dari
solita.

Puer ludam, qui re liquias etid Euchariftia perceperat, mirificè in igno & cd denti furno faluns confernatus.

Puer & ma
ter ei? Chriflianifmun
foscipiant.
† iv tradique
we weiche
wiste.
Apud Ficos re parricidam in tru
cem egit.
Euegr,
Pater, qui
puerum un
fornace arde
tem conieceras, parricidy parnas
das,

CAPYT XXYI.

Vigilias Ro A

Maximarii ecclesiarum epifcopi: Episcopi Hierofolimitani.Vigilim Pontofex Rom. Constantiwopoli fuit.

\* ik messiså HEVE THE si via xigá λαια, Vizilim ob eandem,quå dece∬or cius Sylverim, causam,indignatione Augusta Constantinopolim du-Etus,indej; in exiliu Elm ef. Dia. Eucania ecclefia fau-Etorum Apostolorum. Etio factarii reliquierii. T THE NITOR no àpastas C diacovolus -

epi scopus

Conflation

Saulta qu

ta vniver[4

lu fynodus

Conft ating

poli coacta.

Caufa con-

cilÿ talu co-

Theodorus Ascides

Eustochÿ

adversarius

2 mara

Origanis de-



O tempore Romz ecclesiam regebat Vigilius, post Sylverium, qui Agathoni successerat, episcopus creatus. Constantinopoli ve rò synodi tempore Menæ succesfit Eutychius. Menam porrò An-

thimus, hunc autem Epiphanius præcesserat. Alexandriæ post Theodosium throno, sicuti dictú est, deiectum, Zoilus episcopus surrogatus, superstes adhuc erat. Atque vbi is paulo post decessoribus suis est aggregatus, apollinaris cathedram eius accepit. Apud Antiochenos, in locu Euphræmij Domnin' substitutus est. Hierosolymis auté, post Martyrium, & Salustium, & Heliam suo respondentem nomini, Ioannes episcopatum admi nistrauit. Post hunc rursum Petrus ille admirandus,&post Petrum Macarius,cum Imperator nodum episcopatum eius comprobasset. Quapropter etiam ecclesiastica deturbatus est cathedra. Dicebatur enim, quantum alius nemo, Origenis dogmata vulgare. Hoc verò repudiato, Eustochius in facram fedem confeendit. Illud non prætereundum, Roma à Gotthis iterum capta, Vigiliū profugientem Costantinopolim venisse.vbi quu ab Imperatore magnifice effet acceptus, ad vnionem se ecclesiam reducturum esse, ita vt \* tria quoque fidei aduersantia capitula anathemate iugularet, pollicitus est. Eò verò insolentiz progres lus est, vt & Menam à communione quatuor mé sibus excluserit. Idem sane & Menas aduersus illum fecit. Sedenim Iustinianus rebus huiusmodi ad iram commotus, qui eum comprehenderent misir. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergij martyris aram cofugit: & sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus cessit, quàm illas euertit. Erat namque magnus, & corporis statu vastus. Postea verò quum cius rei lustinianum pæniteret, partibus suis interponente imperatrice Theo dora, Vigilium suscepit:atq; ille rursum Menaad communionem admisit. Quo tempore encænia vigesimonono Iunij die templi sanctorum Apostolorum sunt celebrata, & sacra Apostolorum reliquie in curru aureo à Mena circumuecte. Hoc ipso anno Menas decessit: & Eutychius, sicuti diximus, thronum eius recepit, qui monachus & presbyter, necnon + antistitis Amaseni responsorum dandorum minister fuit.

† Sylverius papa, Theodora Augusta inssu, quòd Anthimü Constantinopolitanum episcopum haressi damnatum restituere nomerit, in Pontiam insulam relegatus, ibi oppetiit mortem. Diac.

> CAPVT XXVII.



Taque episcopatum veteris Rome administrate Vigilio, nouz autem primum Mena, deinde Eutychio: Alexandriæ Apollinari, Antiochiæ Dónino, Hiero 10., autem Eustochio: quum eis etiam

adesset Gregorius A grigentinus, vir vitæ sanctitate, eloquentia, & veritatis do crina omnib. propè saperior: Imperator Iustinianus sanctam quintam Oecumenicam lynodum, epilcopis ecclesiarum omnium euocatis, coegit, eiusmodi ob causam. Eustochius Hierosolymorū episcopus, quū permulti in Palestina, qui Origenis dogmata pro-

fiterentur, florerent, potissimumque ibi ea secta D in noua quæ dicebatur Laura, obtineret, magno studio vt eos inde abigeret, egit. Proinde ea ipsa quam dixi noua, Mandra occupata, illos veluti communia & profana piacula ecclesia exegit. Illi autem vndequaque dispersi, multos ad partes suas pertractos, vt auxilium eis ferrent, rogarunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maximè verò cos defendit Theodorus, cognomento Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus, idémque Iustiniani imperatoris assessor, consiliarius gratus illi & fidus maxime visus: quippe qui ob res dextrè ex sententia Principis agendas ei placeret. Hic vbi, quantum potuit, aulam Imperialem commouit, impietatémque que nefanda omnia flagitia excelleret, Eustochij rem in Palæstina actam, vocauit, in vrbem Imperantem cum Eustochio przcipuè euocantur, Rufus magni Theodosij, & Conon magni Sabbæ mansionis præsecus, eremi vterque dux, quum phrontisteriorum quibus præibant causa, tum propter virtutem suam maxime. Venere cum illis alij quoque, non multum E eisgloria cèdentes.Postqua patres ibi in loco vno conuenere, causam in primis Origenis, Didymi & Euagrij, in mediu protulere: videlicet quòd Græcorum opiniones rectis ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent: easque opiniones tollendas esse césuere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, & Theodoriti, & Ibæ Edesseni opiniones produxit, Deo hoc sic quàm sapié tissime disponente, vt hinc & inde noua & profana dogmata longius reiicerentur. Prima confli-Catione facta, quæsitum est, An tum demum iam olim defunctos anathemate ferire liceret. Ibi tum Eutychius, Mena adhuc superstite, vir sacrarum literarum summè peritus, minus tamen celebris, quod episcopo Amaseno, quemadmodum dictu est, à responsis esset, cos qui in conventu congregati erant, + non modò non recta, sed ridenda etiam atque contemnenda sapere videns, disertis verbis, neque consilio, neque deliberatione vlla eam rem egere dixit : propterea quòd & Iosias rex non tantum viuentes demonum facerdotes olim iugularit, sed & corum qui longo antè tem- F pore mortui fuerant, sepulchra effoderit. Quod verbum bene ab eo dictum esse, omnibus videbatur. Iustinianus certè virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in Imperialis vrbis thronum extulit. Porrò Vigilius, etiamsi ei scripto interueniente, cum Eutychio conueniret, assidere tamen illi noluit: sed is Synodo finita, quemadmodum à me dicetur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere fatis concessit. Synodo, sicuti dixi,coacta,Iustinianus,quidnam de rebus Theodori Mopluestiensis, & Theodoriti, eiusdémque scriptis, que aduersus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, & præterea de Ibæ ad Marim Per sam missa epistola dicerent, interrogauit. Atque vbi multa Theodori & Theodoriti dicta lecta,& clarè fatis demonstratum est, non tum folum, verùm antea etiam dudum Theodorum Mopfuestiensem ab ecclesia proscriptum, & ex sacrarum tabularum albo eiectum esfe,hæreticosque etiam post corum mortem damnandos esse:nulla interpolita mora, Theodorú iplum, & præterea quæ-

Enterhia H icrofdini Samu epifer Pan 2004 chos mene Lanepo per Ongeon hereice dogmas ai Ecclefia pro. ·faripfit,

Alta fino di-Prima ∫efsio. I mdim de firi. ptis Origenie, Didymi, & End grā.

An is defunctos andtbema iácere licent. Entichij es de re gravis scotestia. de la groul peri pine, ما نتي خاط катарречі pari Tàs à. AUDVICE LO-Carrie.

Vizilim E

Digitized by Google

cuque Theodoritus cotra duodecim diui Cyrilli

Dannätur impia feripla Theaderi & Theoriti Cyri episcopi, 🖝 I ba Ede∬eni.

Sociila fessio

de Origenia

I ostinianü.

I mdice

zizanine

A capita & rectam fidem scripsisset, atque insuper Ibæ epistolam, anathemati subiecerunt, decreto « in hæc verba composito.Quum magnus Deus & saluator Icsus Christus, iuxta Euangelicam paraw bolam.Et deinceps. Condemnamus verò,& ana-« themate confodimus, præteralios omnes hæreticos, à sanctis quatuor concilijs, & à sancta catho « lica & apostolica ecclesia condemnatos, atque

" anathemate iugulatos, Theodorum etiam, qui Mopsuestiæ episcopus dictus est, impiaque eius « scripta: & quæ impiè quoque Theodoritus aduer « sus rectam fidem, & duodecim capita eius qui in « sanctis est Cyrilli, & contra priorem sanctam sy-

« nodum Epheliam:denique, quzcunq; idé Theo-« doro & Nestorio patrocinatus scripsit. Adhæc aanathemate ferimus impiam etiam epistolam, que

ab Iba ad Marim Persam conscripta esse dicitur. « Et postverba pauca, quatuor decim capitula de rea da &irreprehensibili fide exposuerunt.Hæc qui-

🔐 dem sic acta. In secunda autem sessione, postquá ab Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio, monachis Hierofolymitanis, libelli contra impia O-B rigenis, qui & Adamantius dictus est, dogmata, & contra impietatis & seductionis eius sectatores oblati & lecti sunt: Iustinianus rursum Synodum de eis sententiam dicere iussit, libellis quoque qui

Vigilio papæ de eis rebus (cripti erant, in medium prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisle,vt Græcis nugamentis & Manichæis zizaniis, Apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaq; rem decernédam ad Iustinianum, post exclamationes in Origenem, & qui itidem

vt ille seducti essent, factas retulit. Quarum quædá in hæc concepta erant verba, sicuti ea ex com-V ociferatio-« mentariis Synodi istius excerpsimus. Qui animu pes Synodi obtines cœlestis participem generositatis, Chriedwerfus Oa stianissime Imperator. Et deinde. Effugimus igirigenem,ad

atur, effugimus iltam, quam ignoramus, externam a vocem,& tanquam furem atque predonem eiulmodi hominem anathematis laqueis arctè distri-Aum atque suffocatum, extra sacra ecclesiæ mænia abiecimus. Et post pauca. Actorum verò nostrorum, ex eorum lectione, vim cognoscentis. Hisce coniunxerunt capitula, quæcunque Orige-

nis sectatores professi sunt:quæ capitula consensionem simul & dissensionem corum, acque etia multiplicem errorem ostendunt. Quintum ex iis capitulum est, blasphemiarum certarum quarundam eius quæ noua Laura dicta est, personarum

hisce verbis scriptum. Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Quando nuncapostoli & martyres miracula edunt, & in tantum sunt honorem, si in restitutione & instauratione rerum Christo equa les no fuerint, qualis eorum restitutio futura est?

Iidem monachi perquam diligenter etia Dydimi & Euagrij & Theodori alias plures blasphemias, ex corum perperàm scriptis libris collectas, ad Sy nodum retulerunt:quas omnes anathemate con-

ciderunt, ordineque omnes expoluerunt. Quibus capitalia addiderūt, quæ Origenis studiosi ex scriptis eius excerpta profitetur: in quibus & hæc fu-

riolus ille docet: Ante corpus iplum anima elt, que quidem in cœlis peccata commilerit. Ad hec.

Cœlum, lolem, lunam, stellas, & aquas quæ supra cœlos sunt, animatas, & rationales qualdam vir-" tutes elle. Præterea quod in relurrectione, corpo-

ra hominum rotunda & orbiculati specie excita- D Origmifia buntur. Et quòd omnium impiorum hominum, » iplorúmque etiam dæmonű tormenta, finem ha- " bebunt. Quodque impij & dæmones in priorem » discre incorsuum ordinem & statum restituentur. Insuper 🛥 p quòd pro dæmonibus quoque Christum crucifi- » gi,atque idiplum sæpius seculis futuris pati opor- 20 tebit, à spiritibus malignitatis, qui in cœlestibus » funt. Verum omnes illius blasphemias singillatim 🙍 exponere, longum fuerit. Illud porrò scire oportet,hunc ipsum esse qui insano \* Maneti,& Sabel lio, Ario & Eunomio, atque reliquo malè sentien tium choro, primus in scriptis eoru zizania aspergendi seminandique autor fuerit, ve qui finibus certis terminatam vim Deum habere, filium patre minorem, & rurlum spiritu filio inferiorem: Filium creaturam & germen patris, atque per omnia filium patre minorem, eundémque merum hominem & creaturas coæternas esse Deo, dixerit. Alia denique huius generis absurda prorsus& aliena, impiè per blasphemiam esfutiit, Platonicis opinionibus simplicem Apostolicorum dogmatum sinceritatem miscens atque confundens. Sed E ex iplis anathematilmis, quos in eum Synodus cō torlit, qualis is vir fuerit, manifestò patebit. Qui

Origenes bareticia рторе от erroris præbmi∬e credi-μανίντι,

CAPPT XXVIII.

de verbo ad verbum sic habent.

I quis dicit, aut sentit, hominum ani-mas + veluti prius extantes, intelle- wiee. Auales mentes siue naturas & san- " Anathe

clas virtutes przexistere, contemplatione verò diuina exsatiatas, atq; in dererius prolapías, & quòd in eis charitas Dei refrixerit, inde toxes, id est, animas quasi refrigescentes nominatas, & pœnæ gratia in corpora \* demissas este, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, " animam Domini præextitisse, vnitamý; esse Deo " verbo ante incarnationem & natiuitatem ex virgine, anathema fit. Si quis dicit, aut sentit, prius formatum esse corpus Domini nostri Iesu Chri- " sti in vtero virginis sanctæ,& deinceps vnitū esse 🛰 ei Deum verbu, atque animam, vt quæ prius exti- " terit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentit, omnibº = cœlestibus ordinibus assimilatum esse Dei verbū, 🗪 ita vt ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Se " raphin factus Seraphin, omnibusque adeò supernis virtutibus prorsus esse exæquatum, anathema " sit. Si quis dicit, aut sentit, in resurrectione rotundz & orbicularis figurz hominű corpora exuscitatum, neque confiretur + erectos nos excita- " tum iri, anathema sit. Si quis dicit, cœlum & sole = & lunam & stellas & aquas que supra cælos sunt, = animatas quasdam esse & materiales virtutes, ana » thema sit. Si quis dicit, aut sentit, Dominu Christu » in feculo futuro pro dæmonibus, quemadmodum 🕶 & pro hominibus, crucifixum iri, anathema sir. Si = quis dicit, aut sentit, virtutem Dei terminată esse, » eamque tantum in creatione condidisse, quatum 🛎 complexa sit, anathema sit. Si quis dicit, aut sentir, » temporanea esse dæmonum & impiorum homi. = num tormenta, finemque ea tempore aliquo ha- » bitura, siue restitutionem dæmonum aut impio- » rum hominum futuram, anathema sit. Anathe- =

ma sit Origeni, qui & Adamantius dictus est, & ,

† 3,018g

no composita

b Item Natalis Christi

Festus dies

TĀV ČIBALAN

Ting, bos est,

Domini, pri

mum insti-

sutes. Eft is

idem qui Pu

bum & infaniam incidit:ita vt nibil quicquam earum rerum quæ fierent, intelligeret. Imperium autem à Tiberio administrari cæptum, qui honorem præcipuum Iustino acceptum ferebat, ex Thracia oriundus. Hunc pridem Iustinus cum plurimis militarium copiarum milibus aduerlus Abares milerat:& captus ille statim in prima congressione ab eis fuisser, militibus eius nequaquam barbarorum conspectum sustinentibus, nisi eum diuina Prouidetia inde ereptum, Romanorum imperio manifestò conseruasset. Quod sanè Imperium ad id discrimen peruenerat, metuendum vt esset, ne Iustini præter rationem omnem susceptis actionibus, vnà cum repub. corrueret, & in barbarorum potestarem perueniret. Quum igitur Iustinus tá grauiter morbo affectus effer, neque quidquam earu quæ agerentur reru animaduerteret, Tiberius con E filium commodum, rebusque præsentibus oppor tunum admodum cepit, quo casum & errorem omnem correxit. Traianum enim, virum præclaru ex senatu, canicie & prudentia multos antecellen tem, ad Chosroem mittit: & legationem non Imperij aut reip. sed solius Sophiæ Augustæ Instini coniugis nomine, ad Chosroem instituit. Cuius etiam literæ ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa zrumnam casumque mariti & rempub. principe carentem deplorabat: nequaquam decorum este addens, illum viduæ mulieri, & principi iacenti, reipublice que perturbate insultare. Nam & iplum aliquando ægrotátem non folum in perfimilem calum incidisse, verumetiam præclarisimos quosque medicos ex ditione Romana ad eu missos venisse, qui arte sua & cura debita ægritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chofroes flexus est: & quum in animo habuisset, primo quoque tempore expeditionem in Romanorum terram suscipere, triénales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita vt nihilominus + Armeniam, quæ bellum aduerfus eum parasfer, F nemine res Orientales \* turbante, aggrederetur. Porrò rebus Oriétis in eum statum adductis, Sirmium à barbaris captum est, quod Gepides dudū tenuerant,& Iustino donauerant, sua sponte inde decedentes. Interea Tiberius Sophiæ instincu Cælar à Iustino, qui meliuscule morbo remittente habebat, declaratur.

Farsia du

Ro.in fu

Legatio & litera ad Chofrom, no mine Sophia Augusta, missa,

Inducia trili
males cli Per
fis,
† deptrior
fortheir.
\* waetreghtire.
Simulam à
barbaris cagtum.

CAPYT X L.



Æterum coronam imperatoria ei impoliturus, ea verba diserte ad eu est proloquutus, quæ memoria omnem veterem & noua longè excellunt. Quum namque Iustinus commodè per \* diluci-

dum intetuallum scilicet copos mentis esset, idq; diuina Prouidentia, vt simul & peccata errataque ipse sua proferret, & in remp. ordinem meliorem inferret. Qu'umque omnes, atque ipse etiam Ioanes sacrorum antistes, cuius antea meminimus, cum sacerdotibus suis in hypathro siue subdiali A A iiij

Institute To berium Imperatorem creat, \* in intir \$ ywo plus, 560

Princeps w (cooper coolsliariu juu pa

Pracepta sa-Imperij ad-

Precatio in Imperatoru A Imperialis aulæ palatio, congregati essent, quo loco hæc agi celebrarique fas est, Imperatoriam coronam sustolens, purpureamque vestem, vt ea Tiberio imponeret, qui comes antea excubitorum « fuerat,ita propalàm verba fecit. Ne te vir optime, vmbra ista phátasiæ seu apparatus huius, & vestis hæc decipiat:quibus & iple,præterquam deceret, a transuersim raptus, non sensi meiplum supremis " pænis obnoxium reddere. Tibi verò curæ erit, vt peccata quoque mea corrigas. Corriges autem, si recte & benigne rempub.administrabis, nec omnino istis tibi parendum erit (principes demonstrans)nam &ipsi me in cas quas cernis erumnas coniecerunt. Alia insuper eius generis adduxit, quæ ad consternationem & lachrymas prolixas auditores commouerunt. Postremò verò omniú intulit. Honora Deum & Ecclessam eius,& olim quidem heram & domină, nunc verò matré tuam. Qui facultates & possessiones habet, habeat: quibus eæ desunt, eis tribue. Perinde atq; in teipsum, ita in omnes animum intéde. Nosce verò & quis antea fueris, & quis hodie factus sis. Si peccare non vis, ne arrogans & superbus fueris. Ipse namque vides, quis ego paulo antè fuerim, & quid núc " fim. Pauperes imprimis dilige, & eleemolynz apud te non deficiant. Et quum precatio ab episco po facta esser, Tiberius ad pedes Imperatoris se

" abiecit. Atq; ille subinferens: Si, inquit, volueris,

Pud Dardanos Europaos, qui ad Epi-

sum:si nolueris, no sum. Deus qui fecit cœlum & D terram,omnia quæcuque tibi dicere oblitus sum, » iple in animum tuum lubiiciat, confirmans, atque ... ab iplo nunc initio instituens te sanctissimo timo . re suo: per quem omnia tibi recte atque feliciter ... euenient bona. Iustinus iunior vbi in imperio cu » Tiberio annos tres exegisset, vita excessit. Ipse 🐱 folus annis duodecim, & mensibus decem cum 🗩 dimidio Imperium gubernauit: cum Tiberio annis tribus, mense vnominus: ita vt Imperij eius anni omnes quindecim fint,& menfes noué cum dimidio. Iustinus, quæcunque templa Iustinianus magna vsus liberalitate magnifice construxit, ea accessionib, donariis & sacris vasis pluribus ipse exornavit.Et summă magni tepli testitudine collapsam,& quindecim cubitos sustulit, & decetissimè, ita ve hodie cernitur, restituit. Et quum pietatis esset studiosissimus, in vita quotidiana tamé perquàm dissolutus fuit. Liber hic historiaru decimus septimus, tempus complectitut sexaginta E & quatuor annoru: quum ab orbe condito sexies millesimus + nonagesimus octauus, à divina autem Domini nativitate quingentesimus nonagesimus tertius ageretur annus.

Computatio annorum iftorum cu m aliu Chronicis scriptorii non concordat. Secundum quosdam enim obitus Infini in ann Domini 582 secundum alies in 576 sincidit.

# DE PRIMA ET SECVNDA IVSTINIANA, & item de Iustinopoli.

damni fines accolunt, regio Tauresia ditta fust: Iustiniani qui orbem terra adificise exornauit,patria. Locum eum breui muro circundedit,in quadrangulı formă fruttura redatta, asque in angulo quoque surri una excitata, Tis gawygiap, hoc est, quatuor turres habentem effecit, o ita nominari curaust. Ad hanc, vrbem praclarißimam condidit, quam Iustinianam primam vo-C canit nutricia hac pramia altrici sua tribuens. ibi verò 🖝 aqua dullum, vi cinite lymphis affatim abudaret, fieri fecut. Addidit alia insaper egregia opera, Dei templa plurima, domicilia principum virorum magnifica, porticus amplas, indicum curi as pulchras, fontes, plateas, vicos, balnea, rerum venalium fora. Vrbs ipfa in gens & populosa, & trast m eim totim metroplis: vt qua Illyrici vniuersi archiepiscopum sit sortita, cuique oppida eim gentu reliqua omnia, pro magnitudine sua, debitum exhibuerint honorem Et auxit illa imperatori ei gloriam, qua alumno tanto celebretur. Atque ipse ambitione & liberalitate quadă illi, qui eam ita adificiu excoluerit, gratiam referre contendit. Erat praterea in Dardani oppidum v etus, vlpianum nomine. Huius mænia,quod nulli vsui essent, demolitus, ad cam qua nunc id spestatur, pulchritudinem perduxit. Vrbem hac Secundam Iustinianam appellauit. Non longe ab hac vrbem quoque aliam, qua nulla antea fuerat, condidit: quam de auunculi nomine Iustinopolim vocauit. Procop.lib.4.de adificis Instiniani.

DE BYLGARIS. Tagignes.

- Erbelu Bulgarorum dux, sub Iustiniano Rhinotmeto floruit. Et Instinianus ipse , Costantinusque Heracly filim, vectigales eim fuere. Hic auru 📀 argetum, quo arcas impleuerat, dextra quidem aurum, finistra autem ar gentum promens militibus sun , quòd Abares prorsu bello Bulgari ipsi sustulissent distribuit. Interrogaust ausem quosda Abaru captinos, quanam ob causam princeps eorum vnà cum gente vnsuersa interisset. Cus illi responderunt: Quòd criminum delationes & accusationes inter eos innaluissent, quibm fortis- F simi & prudentißimi quique Abares sublati essent. Ac sic deinceps factum, ve homines iniqui & fraudulenti in societate & decuriam indicum pernenerint. In causa etiam suit ebrietas quum namque vini prouetne exuberaret, ebry omnes fuere. Deinde auarorum iudicum sordes. Confilia praterea fraudulenta, quibus alius alium circumuenit.Omnes enim venales facti, & alter alterum dolu est ag gressus. Ex his ipsis causis internecio finora proceßit . Terbelis hisce verbis auditis, Bulgarisque suis connocatis, leges tulit. Si quis prodiret accusator, vt non prim audiretur, eive assensm praberaur, quàm de crimine probe esset quasitum: Ac si criminator per calumniam mentitus effe coperiretur, ut u morte pænas penderet. Ne quis homini furi & fraudatori alimenta praberet:id verò si quisqua facere ausm fuisset, ot publicatis bonis eius ipse proscriberetur: Furis au tem & fraudatoris crura frangerentur. Porrò vineta o mnia radicitus excindi iußit. Et mendicantibus quidguam dari vetuit, vt scilicet pro se quisque sibi ipse vi-tium quareret, neque ad egestatem del aberetur. Legum talium transgressoribus, bonorum publicatio & proscriptio proposita. Ex Suid.

Zeftini mar

I iberalita

I of ins in a clelias.

Heim t

Neotorici na

4554.

# DECIMIOCTA VI TOMI CAPITA.

1	De Imperatoris Tibery imperio, qua Imperiali digni- tate & magnificentia fuerit.
2	VITiberius magno & forti exercitu coucto, & per lu-
	stinum in Persidem irruptione atque impetu facto, multa castella munitaque loca recuperauerit. Vique
	Chofroes sit mortuue.
3	De terramotu, qui Antiochia, & in luco qui Daphna dicitur fuir
4	dicitur, fuit, De Anatolio mago, & eius aduersus Gregoriu Theo-
5	polis episcopum fraudulentis insidiis. Pt Tiberius ducem Orientis legerst Mauricium, eundeg
_	deinceps moriens Imperatorem crearit.
6	Oratio Tibery Imperatorii in electione & designatione Mauricy, ad populum dicta.
7	De somnio & mort e Tiberij Imperatoris.
8	De Manricy coingio, & coninge et Augusta. Quali,
	quibus moribus, quo genere, & quibus animi affe- Etionibus Mauricius fuerit.
<b>9</b>	'Qua prasagia pracedentia Mauricio imperium porte- derint.
10	De clementia & misericordia Maurici, & de admini-
11	stratione bellica Philippici. De facilitate simplicique apparatu Prisci belli ducu.
	Et vt hunc exercitus reiecerst:Germanuque, vt exer
12	citum duceret legerit. De lite inter Asterium & Gregorium Theopolis epi-
	scopum: ve Gregorius causam obtinuerit.
13	Demaximu granisimique terramotibue er vt An.
	tiochia tantum; ad sexaginta millia hominum rui- nu sint oppressa.
14	Pt milites militarem disciplinam reliquerint : ad quos
	Imperator, vt eos ad officium reducere tentaret, Gre-
15	gorsum msfit.  Oratio Gregory Theopolis epifcopi, ad defectorem exer- citum.
16	VI exercitus Gregorio parens, rur sum Philippicum du-
17	cem legerst. Ve Sittas Martyropolim prodiderst , & de Philippici
18	obsidione. De Varamo Persa , & de insidiis contra Hormisdam
	Persarum regem structu.
19	De tyrannide Yarami, Et ut Hormisdas Persarum rex
, , 29	à Chofroe filso suo fit occisiu. Pt Chofroes iunior ad Romanos profugerit, eorumque
-	auxiliu regnum suum recuperarit.
21	De crucibus à Chofree Gregorie Theopolitane missu, or qua de en ille scripserit.
22	De donis, q ide Chofroes maximo martyri Sergio misit.
23	De Naamano Saracenoru principe, quomodo Christia- nismum sit complexus.
2.	4 De sancto Simeone Thaumastorita, hoc est , mirandum
20	montem incolente. De fancta Golinduch martyre,qua in Perside certamen
	martyrij superstes sibi pernicit.
26	S Quomodo post Gregorium Anastasius Sinaites sedem Suam receperit: & de aliu patriarchu.
2	7 Qua Chofroes de Romanorum imperio pradizeris. Pra
	terea qua idem Probo Chalcedonensi episcopo de Dei-
28	genitrice dixerit. B De rebus in Ruropa inter Romanos & Abares, quoru
	Chaganus dux fuit,geftis.
2	Quomodo Prisis legatus Chagano vetus exemplum ad-

ducens perfuaserit, ot pacem rur sum complecteretur.	,
Expositio logior per digressione m. de Abarum origine,	
vt ex Oriente in Occidentem transierint. Et de mon-	
te Icar.Et de veteribus Persarum moribus & insti-	
tutis item de vrbibus Tangast & Gubdam , qua ab	
Alexandro Macedone condita effe feruntur.	
Qua Mauricius ad tumulum sancta & inclyta mar-	31
tyru Euphemia fecerit.	
De insigni miraculo, qued ad monumetu Glyceria mar-	32
tyris ungueto scaturies, ad Heraclea Perinthi accidit.	
Pt dignas vindicta dinina pænas exegerit ab en qui co-	
tra immaculatam Deimatre , blasphemam ausi sunt	
mouere linguam.	
De santto Ioanne Ieiuno archiepiscopali dignitate Con-	2 1
stantinopoli ornato.	24
Qualia indicia cadem Maurici Imperatoris pracesse-	35
rint: & de quibusdam portentis.	78
De animantibus humana forma, qua in flumine Nilo	
apparuerunt.	30
Quomodo Commentiolus & Priscus, duces regionum	27
Europa, cum Abaribus congressi, supra triginta mil	21
lia hostium ceciderint. Et rursus quadam de Chosroe.	
Quomodo Byz anty plebs contra Mauricium seditionem	z 8
Cumultu excitarit. Et vt Chagan's captinos omnes,	<b>J</b> -
quos Mauricius redimere supersederat, ferro neca-	
werit.	
Quomodo exercitus in Europa Seditione facta, centurio-	2 9
nem Phocam Romanorum Imperatorem declararut.	
Mauricy fuga . Et aduentus tyranni in imperatem vr-	
bem, Mauricy liberorumá eius cades.	7
De nudatione Imperialium cadauerum, & de aliu ty-	41
răni cadibus. Et de pradictione Imperialu cadis A	
lexandria facta.	,
Quomodo Mauricius Deum orauerit, ve ei hic pænas da	. 42
re dinina vindicta liceret: id quod assequutus est . E	
de adificis ab eo confructis.	,
We Cho Proces propler Matrice codem pace Colura Orient	
Vt Chostoes propter Mauricy cadem, pace soluta, Orien tem hostiliter peragrans, ad Chalcedonem vsque ex-	43
currerit. Et de aliu qua Romanoru imperium perua-	
serunt, calamiatibus.	•
De seditione inter Indaos & Christianos Antiochia	. 44
ortavet in co tumultu ctiam Anastasius Sinaites e.	
piscopus casus sit. Et de Cyriaco, Thoma, & Sergio	•
Constantinopolitanis episcopis.	,
De schismatibus, qua post quartam & quintam sanct.	<b>4</b> 4
Synodum in Ecclesiam irrepserunt.	• • .
Praterea de haresi Monophysitaru, quòd ea insidiose ad	_ 40
modum & periculose de Dei verbi incarnatione a	
pinature	<del>.</del>
De philosopho Ioanne Philopono Tritheita.	•
De monacho Leontio, & Georgio Pisida.	: 47
De dinissione & dissidio Tritheitarum, à Seuero profe	48
Etorum.	45
De opinione Agnoctarum.	
De haresi Theopaschitarum.	50
De lacobo Syro, & lacobus.	ςI.
De abominanda Armeniorum haresi.	· 52
De schismate Chatzitz ariorum apud eosdem.	53 54
Phoea abrogatum imperium per Heraclium , Priscun	54 • • •
G Gregoram.	• 55
De fæda cade Phoca , nefandißimi & perniciosißim	i «
syranni.	. J#
-J	

# ^ ECCLESIASTICAE H LD

# STORIAE NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPVLI, TOMVS DECIMVSOCTAVVS.

CAPVT I.



V S CEPT A
Imperiali admi
nistratione Tiberius, ad partes
omnes reipub.
se conuertir, vt
quu disciplinam
rectissime ciuilem restitueret,
tum bellicis expeditionibus co
modissime omne Romani imperij ditionem

recuperaret, & constituerer. Fuit autem Tiberius procera corporis statura, & vultu non solum inter principes viros, verumetiam omnes propè homines decentissimo. Ita vt forma quidem Imperio dignus, animo autem placidus esfet, & qui humanitate & milericordia quàm maximè gauderet:ip so solum aspectu, vt ita dicam, omnes ad se inuitas atque alliciens. Eas autem diuitias & copias amplas sibi esse putabat, si prolixè non solum ad necessitatem, sed etiam ad abundantiam aliis largiretur. Nec ille respiciebat, quid recipere petentem oporteret: sed quid Imperatorem Romanorum dare deceret. Quod si auri quidquam ad eum perueniebat, violenter cum subditorum lachrymis collectă, adulterinum id & venenosum esse existimabar. proinde ciuibus ditionis suz omnibus annuum etiam tributum remilit: & quolcuque agros Adaarmanes expeditione fua vastauerat, immunitate &libertate summa donauit, vltra modū etiam, & detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoque & dignitates gerentibus pensiones illegitimas condonauit, quibus priores principes subditos ipsi suos vendere soliti fuerant.

CAPYT '11.

Copia milltaves eius ad nerfus Perfas cotractas

Statura, we

res & virtu

tes Impera-

toris Tiberij.



Taque pecunias non rectè exactas in víum decentem conuertens, ad bellum hostibus inferendum splen didè se armauit:&exercitu heroico ex subalpinis populis, & Rhenum accolentibus gentibus,præterea ex

Massagetis, Pæonib, Mysis, vnà cu Illyricis & Isau ris, arque etiá ex Scythis, optimis strenuisimis que quibusquevitis delectis, ita vt centu milia & quinquaginta \* turmas fortissimorum equitum haberet, conscripto, expeditionem aduersus Chosroem suscepti. Quu ille statim, post Daras castellu captum, Armeniam ingressus esset, atque inde cir ca messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet: quæ principem locu apud Cappadocum genté sortita, primas inter vrbes reliquas ferebat. Víque adeò verò iam res Romanorum

nerant, in conspectum suum non admitteret, sed ad Cæsaream vrbem eos se sequi iuberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsumque eis re deliberata daturus. Eò autem vbi peruenit, & exercitum Romanorum, qui cu preuenerat (quem Iustinianus ducebat, frater Iustini illius, à Iustino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bollicz &ipse egregiè peritus) conspexit, & iam tubz classicum canebant, signaque militaria sublimia ferebatur, ac dux ipse vnà cum tam splendido apparatu animum magnű spirabat, atque ex aduerso vociferabatur, equitatus que tantus aderat, quan- E tum nemo vnquam Imperatorum in animo saltem est imaginatus:apparatu tanto & re tam subdita atque inopinata consternatus, ex intimo pe-Aore ductis suspiriis, altius indoluit atque eiulauit, neque pugnæ initium facere voluit. At ipso tempus prælij extrahente, atque arte & fraude dilationem texente, Curs Scyta, cuius cure dextrum cornu commissum fuerat, impetum in eum facit. Huius vim confertam quum Persæ sufferre nequirent, ordinesque suos relinquerent, multi ex eis cæduntur. Deinde extremum hostium agmen Curs aggreditur, vbi instrumentű aulicum Chosroæ & exercitus eius apparatus erat. Hic preciosissimas quasque res eius &instrumentum omne, ipso inspiciente & tolerante Chostoe, + quod facilius is impressionem suam quàm ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepente ingentis pecuniæ dominus factus, iumenta quoque vnà cum impedimentis abducit:in quibus etiam, qui ab eis perinde atque Deus colitur, ignis erat. Et Curs Pæana canens, Perlarum aciem circuit, & tandem circiter primam facem ad suos redit : qui p adhuc ordines sos, sicuri acies structa fuerat, seruabant, quòd neque Chosroes aggressus eos esset, nec ipsi initium pugnæ fecissent. Paucis verò velitaribus præliis, vnis tantum aut binis ab vtraque acie congressis,sicuti fieri assolet, commissis, Chostoes frequentes per noctem ignes accendit, nocturnum prelium experturus. Et quum Romanorum exercitus in duas partes divilus esfet, no-Cte intempelta, vigiles earum copiarum quæ Borealem plagă versus excubabăt, inuadit: eisque repentina impressione dissipatis, exercitu vniuerso Melitinem, que in propinquo erat, contendit: qua ab incolis & custodibus vacuam Perse incendunt, seque ad Euphratem traiiciendum instruunt.Porrò quum eos Romanorum copiz à tergo consequerentur, saluti sux timens Chosroes, elephante

coscenso, fluuiu tranar, & multos ex militibus suis

Multos etiam qui ex vndis traiicientes euaserant,

secum abducit, Huiusmodi ille summam pænam

postquá pro iniuriis Romano imperio illaris per-

soluit, viterius in partes Oriétales est progressus,

in amne eo, qui illis pro sepulchro fuit, amittit.

contemnebat, vt etiam oratores qui ad eum ve-

Infinianu Romanu dux.

Curs Seytha
in Romanorii partibus
fecundum (ii
Perfis equefirecertame
committie.
Ignii Perfa
J dos colist.
† circuloricon rivius
rob lungoghv rob tobye spouli-

Chofroe da des & fuga.

Equitatio Tiberij mascimus. \* luλας, alas. Euagr. li.ς. ε4ρ.24. Iufinianen dux rette rë geris. Lex Chofvoa,ne paftes Perfa Ro mann belli infurant. Einfdë mors A Vbi eiuscemodi inducias vt eum nemo aggrederetur, habuit. Iustinianus autem cui exercitu omni Persidem est ingressus: ibique hyeme transacta, qui ei resisteret, inuenit neminem: Atque exercitu non diminuto, circiter æstinum sossitium inde reuersus, cum magna & preclara gloria, circa confinium, æstatis reliquu consumpsit. Exinde Chosroes rebus desperatis, doloreque ingenti confectus, & fortune vicissitudine exanimatus, cum dedecore vitam amissit. & perinde atque sempiterna columnam atque monumentum sugæ suæ, legem illam, ne quis postea Persarum rex aduersus Romanos bellum gereret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormissam silium peruenit, de quo postea dicemus.

CAPVT 111.

Tarametus
Antioche-

24010207

Hermildae

Chofros for-

Ertius iam imperij Tiberij agebatur annus: & Antiochiæ rurfum maximus terræmotus circa meridiem coortus, publicas & priuatas ædes ad ipfa víque fundamenta concussit, minimè ta-

men in terra prostrauit. Ipsa verò vniuersa Daphne, quasi k succisiuum eius opus facta, corruit. Euenere tum alia quoque non solum Theopoli, verumetiam in vrbe ipsa Imperante, memoratu digna, quæ ciuitates eas maximis motibus concitatis conturbarunt atque perterruerunt. Que quum initium ab ardore & æmulatione diuina sumpsissent, legitimum etiam sinem sunt consequuta.

C SPFT 1111.

Anatolim Antiochia din facrifica nit. Enagy.cod. cap.8.



Rat Theopoli Anatolius quidam,ex plebeiis ille quidem & ignauis vnus, fed qui postea multis se & variis negotiis ingesserit, & Theopolitanorum res potissimùm administrarit:

qua ex causa in Gregorij, vrbis eius sacrorum antistitis, amicitiam peruenit. Et quum eo nomine frequentius ad eum iret, potestatem maiorem ex C eius consuetudine est consequutus. Anatolius iste crimine sacrificiorum diis oblatorum accusatus, vnà cum aliis, vt sacer & execrabilis, res graues & absurdas admissise compertus est. Cœterum quu Oriétis præfectum donis expugnasset, parum abfuit quin vnà cum popularibus luis (multi nam q; cum eo piaculi eius participes capti fuerant) euaserit. Multitudo autem motu concitato, consilio tali obuiam iit.Illusit ea antistiti quoque, quasi & ipse detestandorum illorum hominum socius esset. Et dæmó quidam seditiosus & pestilens nonnullis persuaserat, quod Gregorius etiam cum Anatolio sacrificasset. Atque is prope à plebe vehementer infesta & irata interfectus est. Et in tantu fama eius rei increbuit, vt Tiberius quoque Imperator non aliter atque per ipsius Anatolij vocem, criminis eius veritatem inuestigare voluerit. Itaque Anatolium, & qui cum co capti erant, Costantinopolim venire iubet. Quod vbi Anatolius cognouit, ad Deigenitricis imaginem in carcere alicubi ex funiculo dependentem, + versis in terum manibus, procurrit, supplicantis scilicet & deprecantis in morem. At illa impurum & exe-

crandum illum detestans, simul & criminis tanti D arguens, totam se ab eo auertit: miraculo mediusfidius horrendo, & memoria sempiterna digno: quod captiui omnes, qui in cultodia seruabantur, & quibus cura carceris comilla fuerat, oculis ipli Tuis viderunt, & omnibus renunciarut. Imago ipla fidelibus etiam quibuldam conspecta est, eos ad contumeliam luam vindicandam concitare, filio luo ab Anatolio contumeliosè injuriam facta esse dicens. Postquam verò Byzantium Anatolius venit, & flagris quam maxime tortus elt, nihil elt contra episcopum proloquutus. Verum ibi quo. que magnorum malorú & seditionis populo ipse cum popularibus suis causa fuit. Quum namque quoldam, sententiis ferendis, non iugulandos, sed ostracismo mulctados esse, judicatum esset, plebs ardore divino accensa, vniversam vrbem turbulento motu repleuit : sæuiensque & grauiter eam rem ferens, cos qui ad exilium damnati fuerant, raptos, & pilcatoriis nauibus impolitos, igni viuos combusit. Et qu'um populus eius modi senten tiam tulit, tum couicia etiam in Imperatorem iecit,& aduersus episcopum suum Eutychium vociferatus est, perinde atq; illi side abiecissent. Quin multitudo Eutychiú quoque, cosque quibus questio madara fuerat, in locis omnibus inuestigatos interfecisser,nisi que omnia gubernat diuina Prouidentia, illos quidem è medio surripuisset: ferocientis autem multitudinis ardoré paulatim ita restinxisset, vt nihil absurdi committeretur. Porrò Anatolius bestiis primum in amphitheatro obie-Aus, & abunde ab illis dilaniatus, in crucem postea est actus. Verùm ne sic quidem impiorum flagitiorum pæna est defunctus. Siquidem execrandum illius corpus (quod nunquam historiis proditum est)lupi inde detractum deuorarunt. Quidam verò Antiochiæ fuit, qui res cas illi obuenturas divinavit. In somnis enim se vidisse dixit, Ana tolij complicumque eius iudicium plebi, quæ de eis sententiam ferret, commissum esse. Vir preterca magnus Imperialibus ædibus prefectus, quamuis Anatolium defenderet, proloquutus tamé est, conspectam sibi esse Deimatrem vehementer se obiurgantem, & talia ferè dicentem : Quousque F tandem Anatolium propugnas, qui tam impuden ter supra modum in me & filium meum illusit? Sed hæc haæenus.

CAPVI V.

Iberius porrò vbi Iustinianum non eadem fortuna, qua antea, rem aduersus barbaros gerere cognouit, illi quidem præsecturæ Orientalis dignitatem, post Iustini obitum, abro-

gauit: & Imperatoria corona dudum sumpta, ducem alium militarium in Oriente ordinum creauit Mauriciu, qui paulo post successor etiam Tiberij suit. De eo mox, loco suo dicemus. Qualis enim & quantus suerit, ex Imperio eius colligendum, quod virum eum clarius manisestius que ho minibus exibuit, quum illi + summam quodcunque vellet, arbitrio suo faciendi potestarem dedisset. Qua re etiam factum, vt domesticz eius res & arcanz in publicum proferrentur. Hic igitur Mauricius copiis militaribus receptis, vtra proces olas Supplicantis reiicit.

Confiantino
politana ple
bis tumols<sup>2</sup>,
propter lenio
rem in idolo
latras indicu no fententiam,

Anatoly grane suppli cinm.

Vindicatorii gentsliam fa crorum exemplum.

Mauricius
in prafectura Orientus
Inflinianis
fuccessor.
† + deressor
wasenzisa.
Mauricij du
ciu in Orieta
practara res
gesta.

Duna Pinge

Persa. Iià Mauri

cio ricti.

es, Adaat-

Alaman-darno Scens tes rem Rodidie.

\* Hic quo que Gotthi Scythe dicontur.

Res Tiberü Imperatorus

Electio & Mauricÿ Imperatoris.

A Romani imperij fines progressus, & quecuunque erant idoneo commodoque loco Persis castella adortus, ea cepit: tantamque prædam inde egit, vt vrbibus & infulis & agris, quicunque deserti antea fuissent, colonos imponeret, & quæ à multo tempore vacue iacuissent, terre, eas ad fructum vbertim ferendum cultura præpararet.Ex eis colonis strenuas etiam & fortes coscripsit copias, quæ contra alias quoque gentes egregium bello robut ostenderunt. Effecit is etiam, vt domus vniuersæ seruis complerentur: & vt in abundanti rerum omnium copia, leui facile precio omnia vænirent. Conflixit quoque cum fortissimis quibusque inter Persas viris, Imperatoriaque arte celeberrimis: cum Tamichosroe videlicet illo, & Adaarmane, qui cum validissimis exercitibus cum eo sunt con gressi. Sedenim quomodo ille, & quid prelio cum illis commisso gesserit,in præsentia mihi dicere fa cile non est, ad alia quæ instituti nostri sunt properanti. Tum quidem in ipla pugna Tamichosroes non equidem Romani exercitus virtute, sed religione sola, & sincera in Deum fide ipsius ducis cecidit. Adaarmanes autem prælio excedens, habenis omnibus qu'am maxime laxatis fugit, non paucis suorum amissis.quum quidem Alamundarus qui Scenitas barbaros ducebat, victoriam pro didisset:quippe qui Euphratem traiicere, & Mauricio in prælio adesse, contra Scenitas Arabes pugnanti, noluerit. Ea namque Arabum gens innicta maximè, equis celerrimis, ventisque ipsis velocitate simillimis insidens, sicubi concludatur, no ca pitur, & locis ad insidias capiendis hostes facilè præuenit. Sed & Theoderichus \* Scythicorum ordinum dux, in pugna non affuit: verum extra te lorum iactum quam maxime consistens, se cum suis effusæ fugæ commisit. Ab ea victoria cum am plissimis tropæis reuersus, triumphum egit, atque omnium hominum ore celebratus est. Summi ve rò honoris via progressus, etiam ad Imperiale fastigium conscendit : quum Tiberio iam vitz finis adesset, qui illi filiam Augustam, & cum ea loco dotis Imperium ipium dedit. Non ille quidé longo admodum tempore in Imperio transacto, sed monumento tamen sempiterno ad zuum om-C ne relicto, per res quas per vitam bene egit. Eas verò verbis complecti, non ita facile videtur. Maximum autem probe ab eo gestoru, & quasi quædam hæreditas, quam Imperio post se reliquit, illud est, quòd Mauricium, virum admirandum, Im peratorem renunciauit. Quin etiam nomina sua genero & filiæ indidit,Mauricio quidem Tiberij, Augustæ verò Constantinæ nomine imposito.Itaque quum Tiberius videret, ex hac deinceps vita sibi migrandum, naturæque legibus cedendum esse, atra illum bili affligente, Mauricius Imperator dictus, purpura conspicuus honorem & digni tatem meræ lummæque potestatis recepit.Tiberius etenim in hypęthram illam Imperialis palatij aulam progressus, Antistitem sacrorum (Ioannes autem rum adhuc ecclesiæ clauum gubernabar) ed euocauit: atque insuper conuentum sacrarum dignitatum coegit, satellitum que suorum & cotporis custodum, corum quoque qui Imperiali ho nori accensentur. Tum autem quicunque in popu

lo præclari erat, ad se acciuit : vbi nomine eius lo-

annes verba fecit, Orator egregius, & Romana-

rum legum peritus,& propter insignem eloquen D tiam Imperatoris iussa pro concione exponere so litus, & quæstoris dignitatem gerens. Aderat igitur Imperator iple in noui Principis electione, vnà cum filia Constantina, quam Mauricio vitæ simul & fortunz fociam dederat. Prius auté quàm Imperatoris noui renunciario promulgaretur, ad conuentum eum ita verba fecit:

#### CAPVT VI.



Iri Romani , præclarifsimum apud omnes gentes nomen, & " propter amplitudinem gloriç o- » mnibus omnium linguis celeberrimum:Magnæ me nunc cu- =

ræ & solicitudines circumstant. Quarum alteræ, vt quæ me relinquere oportet, 🕶 ca recte constituam, adurgent: alteræ verò, migra = tione ipsa, qua à vobis dissungar, exterret. Ea nanque rationem ace hic vitæ vniuersitatis huius » conditori reddere cogit. Et nunc vsurpata mihi E dudum libertas & securitas, in timiditatem ingé- » tem est conversa. Quibus etenim + prolixior est == faciendi quæ velint potestas, eos peccata plura = consequentur. Sedenim quam de Imperio con- » cepi curam, acrius me vrget, vt videlicet non te- • merè quiduis de republica decernam: sed qui eam » recte administret, substituam. Quandoquidem » nec mihi Imperium ad voluptaté & delicias cor- » poris confectandas commissim fuit.Neque verò 🛥 fortuna tantum animum meum angit, verùm e- 🐱 tiam natura ipsa. Eodem enim & imperium & » coniunx & liberi concurrunt. Nam Imperium fa- so pientem gubernatorem requirit, coniunx viduita » tis curatorem æquissimum:liberi porrò, qui cos " ducat & defendat, tutorem, propter ætatis imbe- 🐱 cillitatem, & naturæ, maximè muliebris, infirmitatem. Cœterum na turæ sæpenumero contem- " no necessitudinem, morbo ingruente: despicio e- " tiam liberos, & conjugem nihili facio, mihique " iam mori videor, & folicitudinis eiufmodi liber- 💂 tatem consequor. Vix autem cogitationes tales depono, quum mihi Imperij cura incessit. Non F solum enim certaminum omnium multo maximum est, creditum sibi sceptrum, p eo atque par est conscruare: verumetiam hæreditatem Imperij, ita vt decet, ad eos quos oportet, transmittere. Equidem æquum esse admodum arbitror, decessoribus principibus successores debere esse præstantiores, vi illorum errata isti corrigant. Quod nili fiat, Imperij iplius ditionë omnem, propterea quòd imbecillibus fundamentis nitatur, labi & corruere necesse est. Talibus curis quum animus meus conficeretur, ea quæ res omnes respicit Pro uidentia, laboribus nostris succurrit, consiliumq; nostrum auspicata, autoritate sua confirmauit: & eum qui post me magnificè imperaturus est, declarauir:Mauricium istum, virū rei Romanæ perquam vtilem & commodum,qui plura & magna certamina pertulit, & quasi quédam artabonem, vt ita dicam, futura sue de ciuibus subditisque curæ & providentiæ apud rempublicam deposuit. " Huncipsum hodie Imperatoré conspicietis. Tanta autem persuasione & fiducia illum maximæ omnium administrationi adhibeo, haudquaquam »

ru decessuri, Surrogatio-Tas iferies

Toop Tri AGIN.

Tibai

Vum igitur Imperator finem o-rationis fecisset, ciues & subditi propter dolorem quo afficiebă-tur, multam vim lachrymarum profuderunt. Deinde sublatam Imperator coronam & purpu-

Imperator

M apricia

ream chlamydem, Cæsari circumdedit. Ibi tum subditorum acclamationes & gratulationes exauditæ, partim tam commodi consilij autorem, partim ipsum renunciatum principem, propter eas quibus se Imperio dignum præstiterat virtutes, admirati. In primis verò laudibus earum rerū omnium conciliatorem, qui vniuersa commodissimè dispensat, extulerunt. Vbi verò ad hunc modum Mauricius Imperatoris ceremoniis princeps est declaratus, Imperator ipse in lecto suo repositus, in somnis viri speciem ea forma, quæ neque verbo, neque scripto exprimi queat, & veste tam candida, vt cubiculum ipsum illustraret, vidit. Vir is manu protensa, talia verba ad eum est profatus. E Hæc tibi Tiberi \* ter sanctum numen renunciat: tyranni impij, Imperij tui temporibus non extabunt.Postquam autem euigilauit, & somnium istud amicis exposuit, legibus deinde naturæ, quãuis Imperator esset, obsequutus, terrenam tunică depoluit, anima eam veluti vmbraculu quoddam relinquente, & ad sedes supernas euolante. Imperio Tiberius cum Iustino tribus, solusautem quatuor annis præfuit : qui posteaquam in Imperatorum sepulchro repositus est, homines omnes ad Mauricium, perinde atque satellites conuersi: & lachrymæ, quibus Tiberij funus psequuti suerant, eo ipso die restinctz sunt. Non enim homi-

Visio noctur va Tiberÿ.

\* Tricázios.

Morseiu[dĕ\_ Paul Diaconse , annos Septem Tibe Tium imperaffe firibits Enagrine fo lum annos quatuor,lib. -5.6ap. 21.lta ve reliquos tres 🛱 Iustino imperaris.

C SPYT VIII.

nes tantum præteritorum meminisse, quantum

præsentia curare & colere, solent.

Bi Mauricius imperium fuscepir, & Tiberium satis eluxit, nuprias primum parat: Augustamáj, quæ & Constantina dicebatur, matri- promoio solenni Imperatorum ritu sibi iungit. Nupriæ magnisice

prorsus Imperiali pompa celebratæ, & epulationes splendidæ publicitus per vrbem omnem populo datæ. Apparatui tanto affuêre, vera in Deum pietas, & Imperatoria Maiestas, satellitio Mau ricium eiusdemque coniugem decentissime stipantes, & dona eis quam honorificentissime offe rentes.Illa nanque canicie veneranda, decétibusque rugis, quod antea memoriz proditum nó est, patris atque matris, nuptias sanctificantium, fratrumque venustorum, coniugalem apparatum exornantium, vicem præstitit. Hæc autem, ex auro contextam vestem, purpura & Indicis margaritis distinctam, necnon coronas auro multo & lapillis pellucidis resplendentes præbuit, atque omnes qui dignitates magistratusque gerebant excitauit, vt splendide, quo dignosci possent, coronati,faces nuptiales accenderent, conuentumque sponsalitium hymnis atque carminibus celebrarent. Ita vr coniicere liceret, nunquam apud homines apparatu eo splendidius quidquam,

Nuptia Mauricÿ cum Con-Cantina Augusta,

> Splendidiff w Imporialium nup batalm.

claudicans, aut errans, vt non modò Imperium ei, verum etiam filiolam credam, pignore tanto naturæ ipsius, bono vos animo este iubens. Id quod veluti consolationis viaticum, mecum mihilaturus ad linguam istam, vnde reuerti non liceat,migrationem videor . Vos ipsi autem idonci & side digni pulcherrimæ huius ordinationis testes mihi estis, ex eo, quòd eoru qui imperium nostrum dudum administrarunt, & huius præcipuè viri periculum fecistis, qui prudentissime nos est + consectatus. Tu vetò Maurici, pulcherrimum mihi epitaphium Imperium tuu facere perge,& sepulchrum meum virtutibus tuis exorna: neque spem eorum qui tibi concrediti sunt, per dedecus fallens, neque virtutes ipse tuas obliuioni tradens, & veluti pristinam animi tui generositatem fugiens. Proinde + potestatis insolentiam ratione fac frenes,& philosophiz attibus sapienter potentiz sca pham gubernes. Imperium nanque res quædam est sublimis & excelsa,in altum qui ei insident sustollens, & rectè cogitata excutiens. Minimè verò opinionem eam, quod prudentia omnibus anteeas, concipe: quamuis fortuna, quæ tibi sublimis contigit, omnes superes. Porrò ciuium & subditorum beneuolentiam potius quam metum fac con secteris: & obiurgationem magis, perinde atque magistrum quendam, quam assentationem, complectare. Potestas nanque res quedam est, que admoneri docerió; nolit, & castigationem ægrè ferat. Ante oculos tuos assidens Iustitia excubet, + quæ vitæ nostræ actionum remunerationem, pro fumma sua potestate constituir. Purpuram perinde atque vtilem pannum tibi iniectum esse, per philosophiæ studium existima. Coronam autem qua caput tuum cinctum est, nihil à lapillis qui cir ca marinu littus fluctibus alluuntur, differre puta. Iple purpuræ flos, quòd subtristior est, exhortari mihi Principes videtur, vt moderationem animi rebus secundis seruare assuescant, neque nimium lætentur, aut luctuosa ista monarchiæstola superbiant. Imperij siquidem sceptrum non immode ratam potestatem, sed splendidam potius seruitutem exercere admoner. Iræ imperet humanitas & C misericordia, arrogantiæ autem timor. Nam & apibus natura ducesdedit:earumque regem aculeo quali quadam spontanea & naturali potestate armauit, vt pungete etiam eum possit, qui legitime non pareat. Sed apis minimè tyrannicum, verùm communi vtilitati commodum & iustum acule-

lfoologe

+ CONTROPS -

MAPTE ÜVT A.

um decedã

tu Principis

Epitaphiü,

bonus fuc-

† Ifecias à-

† mjerestis "

es tiv tān

நடத்தெழியவு

ÀVTIS BOST.

B

zipuzev.

ceffor.

Palcherria

† Antigonia rex filium intuitus subditu violentius vtentem at superbius. ธน จัเมิน,inquit, ฉี รณี ประสมเพลน หุ่นอีก ขึ้งขือรู้อง โเงสเ dandun hoc est Nescu sili, Dominatum nostrum splendidam esse ser uitutem. Pindarus queque, omnem regiam & anlicam phantastam, ficut cam Lucas Alt. 26. rocat, lugaris effe cocinit 2170, hoc off, illustrem miseriam.

um habet. Itaque illius saltem erimus imitatores:

siquidem ratio ipsa, consilia meliora subiicere no

valeat. Equidem ad te hæc, veluti productor tuus

& parens. Consilij autem nostri iudicem habe-

bis + potestatem, ab affectione omni & muneribus incorruptam: simul & virtutes ipsas remune-

rantem,& vicia coercentem.

\* Non constat inter autores, rex nullum ne solus habeat aculeü, aiestate tätum armatus: an dederit eum quidem natura, sed vsuu illi tantum neganerit. I find conftat, imperatorem aculeo no vti, &c. Plin.lib.11.sap.17.

566

† la Welsavre my is and land åpitä ti kää で女がれ、 \* Qualifica , விம் தவு நி via owina-800, TRS 360-61 Béas Bia -בשו בי זמנונעצם PULLED NOW Wielzeist. DA TOTAL x do in dx Led bons. Veri impera toru forma.

Mores & inflituta Mauricÿ Imperatoris.

† † xivetille pa Bibolier
Even for or over deparaev.
† The Equation of the Education of t

imperium

Rom. Mau

ricio pradi-

extitisse. Demophilus sanè res Romanas describens, Plutarchum Chæroneum disertè dixisse refert, propter solam vrbem Romam, + virtutem & fortunam inter le fœdus pepigille : ego autem dixerim, \* veram etiam in Deum pietatem & fe licitatem, in solo Mauricio coniunctione inita conuenisse, quod pietas scilicet felicitatem in potestatem suam redegerit, eandemque errare & labi prorsus non permiserit. Postea etiam Mauricius illud studio habuit, vt non modò corpore, sed animo quoque purpuram atque coronam circumferret. Solus nanque ex prioribus Imperatoribus sibi ipse imperauit, & verus cum summa potestate princeps ochlo cratiam, seu turbulentum affectuum statum ex animo ipse suo eiecit, atque aristocratiam siue optimatium gubernationem in cogitationibus consiliisque suis constituit, viuam feipfum virtutis statuam, vt ciues atque subditos ad imitationem sui erudiret, præbens. Hic nomen & genus vetustius, ex veteri Roma traxit, propinquiorem autem cognationem ex Arabisso patria habuit, quæ gentis Cappadocum est . Fuit autem vir prudens & solers maxime, in vita quotidiana & vicu accuratus admodū. V étri minimè indulsit, necessariis tantū & frugalibus cibis vsus, constantem se & immotu in rebus omnibus prebuit. A multis adiri se & conueniri non facile passus est: neque in hominibus audiendis dissolutus aut remissus fuit. Alterum enim contemptum adfert, alterum autem assentationi aditum prebet. Iraque non frequenter, & tantum de rebus grauibus acturos ad se homines admisit, & aures sermonibus inutilibus & fatuis clausit & obturauit: non cera ille quidem, sicut apud poetas est, sed ratione potius quam commodissime tanquam clauem, sic opportunitatem cum modo coniunctam illis imponens, quæ in colloquiis rectè & tempestiuè sermonem aperiret simul & clauderet.Inscitiam verò,iactantie & ferocitatis parentem, timiditatemque sociam eius & comitem, ita à se reiecit, vt + rerum agendarum aggressio bene coepti confilij,intermissio autem & tarditas certæ securitatis esset. Quum interim fortitudo & prudentia se ad tempus accommodarent, & gubernacula ad res ex viu gerendas converterent : + remifsionemque atque intentionem cœptorum, vt mo deratione quadam & ordine instituerentur, cu-

Ө६०० हिससेन १९८० हिस्सारेस ४००००० हिस्साने रेस्जिट हाइयान १९८० हिस्सान १९८० है।

#### CAPYT IX.

Rodigia quoque divinitùs accidêre, quæ imperium Mauricio portenderunt. In multam enim noctem rem divinam eo faciente, atque incensum offerente, in basilica sacri Deigenitricis tem-

pli, quod à Iustiniano apud Antiochenos nomen haber, velum quo sacrosancta mensa contegitur, igne comprehenso arsit. Ita vt in stuporé & consternationem coniectus Mauricius, ad eam ré expauesceret. Gregorius autem vrbis eius hierarcha, qui ibi præsens astabat, diuinum quiddam id esse, atque res nouas & sublimes denuciare dixit. Quu

verò in Oriente aliquando Mauricius esset, Chri- D stus ei + euidéter & manifesto apparuit: & ab co, vr contumelias fibi illatas vindicaret,petiit . Quæ sanè cerra de Imperio eius diuinatio fuit. A quo nanque Christus vindictam, præterquam ab Imperatore, at que eo tantopere in illum pio, exigendam efflagitaret? Alia præterea memoratu digna, qui eum in lucem produxerunt, de eo renunciarunt.Pater nanque retulit, quum procreaturus eum estet,in somnis se maximam vité vidisse, que ex cubiculo suo orta emerserit, omnisque generis maturos botros circúcirca pendentes protulerit. Mater verò ipsa partus tempore, è terra nouum quendam & variantem suauitatis odorem redditum esse dixit.Illud insuper, quòd anicularum est, & mihi propè incredibile, addens, persæpe e a quæ Empusa vocatur, alius verò Gilo dixerit, infantem ex cubiculo, veluti eum deuoratura, extulisse : nihil tamen detrimenti ei afferre potuisse. Quin & Simeones ille, qui prope Antiochiam stationem in columna habuit, quantum vix alius quisquam, E bonis operibus peragendis commodissimus, & omni virtutu genere clarissimus, non modò multa per divinationem dixit, sed fecit etiam, que Imperium eius designarunt. Sedenim talibus parentibus procreatus, atque ad hunc modum educatus simul & dodus, talis etiam sponsus & princeps, Augusta, quæ & Constantina appellata est, vxore domum ducta facto, Mauricius ad Imperium peruenit. Quas verò etiam res gesserit, historia ipsa, diuino opitulante auxilio, ostendet.

#### CAPVT X.



Llud igitur ei in pri misstudio fuir, vt ne alicuius qui perduellionis & læsæ maiestatis reus ageretur, sanguinem esfunderet. Sic Alamundarum Scenitarum barbarorum ducem, qui rempub. prodiderat, non

interfecit, sed vnà cum vxore & liberis quibusdă in infulam quandá prope Siciliam deportari præcepit.Idé filio eius Naamani fecit, qui nota pror- F sus & probrum ciuilis administrationis fuir, & quamplurima flagitia in vtranque Phœniciam & vtranque Palæstinam ita admisit, vt cohots eius barbara prouincias eas rapinis compilarit atque diripuerit. Quum Alamundarus à Romanis captus esset, & quum Naamanem omnes sententiis fuis ad capitale supplicium condemnarent, Mauricius ipse hominem in libera custodia inclusit, neque grauius quidquam de co constituit, quemadmodum ab eo de aliis plurimis itidem est factú. Orientalium copiarum ducem primum Ioannem Thracem creauit. qui sanè rebus quibusdam perperàm, quibusdam etiam bene peractis, nihil admodum memoria dignum gessit.Post hunc præfectura ea Philippico demandata est, Mauricij necessario. Nam alteram sororum eius Gordiam in legitimo matrimonio habuit. Hic vltra confinium progressus, omnia vasta dedit, & ingentem prædam egit, plurimosque ex nobilitate Nisibena, quasi aliud agens, ferri gladiorumque opus succisiuum fecit. Idem verd & ad Trigidem amnem egit. Conflictu quoque magno cum Persis facto, plurimi ex hostibus, qui aliis præstabant,

† 820g.

Empsfe,

Res Manricÿ.

Manicius in maieftatis violat a reos non scuerus.

Iožnes das.

Philippica dux, Manricy forms, secondam Disconn gaser.

Res elen gefta.

:: 567

Disciplina militaru (öservatio.

† Agds + kéo plov ngà ès tax [ov ,

Motus mi-

litaria adues

Ju Prijai.

Successor ei

A in acie cécideruntino pauci vinicapti sunt. Cohor rem insuper quandam Persarum, quæ opportuno loco in tumulo confederat, cúl capere poffet, nullis affectam malis dimifit. Que le persuasuram regi suo esse receperat, vt primo quoque tempore Oratores ad eum de pace mitteret. Multas præterea tes in præsectura sua egregiè gessit, quum ab exercitu quidquid esset molle atque inutile reiecissee,& omnia quasi quibusdam frenis ad + disciplinam honestam & ordinem bonum apud co pias militares redegisser. De quibus rebus aquum esse duxi, aliis scriptoribus, ve memotent, relinque re: quorum oratio partim ignorantiæ lubricitære olaudicans, partim vel affectione fibi indulgens, vel odio etiam inseruiens, à vero plerunque longius discedire to L. Homania

CAPPT X1.

B COO

Vic autem, præfectura militarium copiarum suscepta, successit Priscus: qui & ipse non facile se conspici patiebatur, & tantum à necessariis & amiois adibatur. Eo demum modo se musta con-

fecturam esse ratus, si in publicum non proditet, neque se communem omnibus preberet:perinde atque ex ea causa, qui potestati eius subditi erant milites, metu adducti, imperata facturi essent. Postquam autem supercilio sublato ad splendorem superbè instructus, ad exercitum est progresfus,& ad milites verba quædam de fortitudine in bello,& accuratiore armatura, tum autem de pre miis quæ ex publico recepturi essent, fecit, quæ illi antea cognita habebant, in apertum ira corum prorupit. Itaque impetu in tentorium cius facto, prædonum aut barbarorum more, quicquid ibi repererunt, diripuerunt: & quascung; habuit splédidè comparatas magnique precij res, eas fustulerunt. Ipfe quoque in eo exercitus tumultu iugulatus fuisset, nisi equo conscenso Edessam profugisset. Quam, missa eò copiarum parte, dedi sibi fugitiuum ducem postulantes, obsidere sunt aggressi. Cœterum vbi Edesseni id non fecere, Priscu quidem illi reliquerunt:Germanum verò,+ militarium in Libanessa Phænices ordinum ducem, multa ei vi adhibita, exercitui præfecere: parumque adeo abfuit, quin eum etiam, quantum in illissitum erat, Imperatorem delegerint. Postquam enim vi hominem aggressi sunt, atque ille eis vehementer restitit, contentio inter vtrosque exorta estillo quidem, ne vi expugnaretur, contendente : his autem, vt quod copissent, perficerent, ita laboran tibus, vt cædem ei quoque, nisi oblatum imperium susciperet, minarentur. Sed enim quum Germanus se ad cædem perferendam potius, quàm ad tyrannidem suscipiendam paratum esse ostenderet, ad contumelias qualdam, & verbera indigna, se milites, minimè illum ea perlaturum esse, quod nec naturam nec ætatem iple suam ita despecturus esset, arbitrati convenerunt. Et iam iniuriis pla gisque virum afficere cœperant, cu religione qua-

† Τον ο λιβουνοία ττε φοινίκης του ες ατιωτικός καταλόγων τέν άς χόν επιτε τη ο μόρος. Νίκερο. Τον ο φοινίκη λιβουνοίας ες ατιωτικόν τος μάτων ύγορος καρουν.

dam parcius de co periculum facientes. Quum au D. tem alacticer etiam tum in sententia sua perseuetaret;iurciurandoxtádem ab eo accepto, ad fidem eis seruandam illum coegeressic ille, pro eo atque milites voluêre, inuitus imperata facere adactus, imperauit. Erpotestati subditus, potestatem gessit:arque in sornitutem tractus, dominationem apud eos exercuis. Quicunque verò erant ordinum ductores, vel præsecti, vel tribuni, vel céturiones, vel decuriones, eis reiectia, quibus ipsi milites yolebant, potestates rales demandarunt, + & manifestò in maiestatem Imperialem deliquerunt. Et mitiores quidemilli in vectigales & tributarios populos, quàm barbari esse solent, suere. A propu gnaroribus verò, aut defensoribus reipub, aut que tandem cos nomine appellem? quàm longissimè zbfuere. Neque enim mensuris aliquibus aut dimensis frumentum sibi sum'ebant, aut votete di-Rributione contenti erant, flationibulue deligna; tis se continebant: sed quod cuique eorum, cunsilium & voluntas sua suggessit, id demum fas modusque & mensura etat. Hitce tebus cognitis, Imperator Philippicum sororium suum, qui eas re- E Ctè constituerer, ad exercitum remisit: quem tantum abest vt milites receperint, vt quicunque inter eos vel genere hominem contingere, vel affe-Aione illi beneuelle viderentur, extremum, nifi se filentio tuerentur, adierint periculum. Veruenimuerò quum se itares haberent, ex vrbe Imperante Gregorius antistes Theopolitanus discessit, cedeberrimo illo certamine per victoria defunctus, quod hoc loco commemorare non intempelliuum fuerit.

Volens noleus prafeflurato Orieusu fufcipis Germamusmilitibus cogetib. Militaria licentia.

† drapadly Le who sace-Marisospisor

Militum ad verfus Philippicum in saftra miff sumulsus.

CAPYT XII.



Sterius quidam ea tempestate Orientem regebat. Et quum contentio ei cum Gregorio intercessisser, Princ cipes ciuitatis Asterio fauentes, hostiles partes sunt secuti. Idem à ma-

gna populi parte, & ab opificibus factum. Pro Ce enim quisque, perinde arque gravissimam iniuriam accepisset, contendit. Et plebi, vt makedictis F. pontificem proscinderet, permissum est: vnoque fumpto cósilio illi omnes in viis publicis & theatris deambulantes, conuiciis que in episcopu coniiciebantur, cum risu lætabantur. A quibus eriam Scenici ipsi non abstinebant. Eaverò de causa magistratus Asterio abrogatur: eumque Ioanes quidam Imperatore iubente init, questionem habere de rebus motis, & causam primatia excitatæ contentionis inuestigate iussivit no ita magnus, nec admodum consideratus, & qui non modò talem & tantam causam minime diiudicare, sed ne paruam quidem litem decidere, aut certius cognoscere postet.Porrò vbi vrbem Antiochenam magnis aduetsus Antistitem turbis impleuit, & edictis propolitis, li quis experiti iure contra illum vel. let, se eum ad agendum admissurum esse promulgauit, non exiguos adversus Antistitem libellos à quibusdam argentariz mensz przefectis accepit:in quibus Gregorius insimulabatur, quòd cum sorore sua, viro alij coniuncta, per incestum consueuisset. Przterea quòd felicem pacatumque vrbis statum persape perturbasset. BB ij

Tumultus
aduerfus
Gregorium
opifcopum
Antiochia
excitatus, au
tore After
rio prafecto.

Ioänes Afterÿ fucceffor.

Is de motu ciuili quarere in∫au.

Gravißima Gregoria crimina intentantan

Gregories Ad . Imperatoris & Cooilÿ indiciii

Sedenim de civitate turbata crimen fibi obiecti, pro eo atque potuit, refellit. De reliquis autem causis, ad iudicium & cognitionem Imperatoris & Synodi prouocauit. Itaque Constantinopolim causam dicturus venit. Affuere ibi iudicio tali patriarchæ omnes, qui vel sua sponte, vel acciti eò se contulerant, nec pauci etiam metropolitanarum ecclesiarum præsides, & sacræ curiæ Senatores multi. A quibus omnibus, questione diligenter & accurate agitata, post multum certamen & contentionem, Antilles ita in causa victor cuasit, vt accusaror ipse nervis bubulis cæsus, & in foro circumactus, tandem ostracismo mulcatus sit. Exinde igitur innocentia sua probata, ad sedem suam Gregorius est reuersus. Quo tempore copiç militares perseditionem imperium quam maximè detrectabant, & frenos Imperiales reiiciebat. Philippicus autem ad Berrœam& Chalcidem vrbes quonam res eualuræ essent prospiciens, morabatur.

CAPVI XIII.

Oft reditum Gregorij, menses quatuor transierant, quum post vnum & sexagesimum à priori+ bus gravioribus terræmotibus annum, circiter tertiam nocis horam, vnà cum sonitu multo,

Terremot in Antiochie, er clades ex es accepta.

B

ingens terræ concussio & ebullitio subitò exorta, vniuersam Antiochenorum vrbem ex fundamen tis iplis conuullit: & quum quz in altum sublata fuerant zdificia deiecir, tum verò quz firmamentis fuis profundius innitebantur, ex inferioribus locis in sublime excutiens proiecit: ita vt structuræ omnes sanctissimæ ecclesiæ præcipites pessum ierint,& ipsum duntaxat hemispherium loco suo permaserir:quod Euphræmius episcopus è Daphnes luci tignis, quum lub Iustino terremotus grafsatus esset, construxerat. Aliis nanque terræ concussionibus in parte septeutrionali labefactatum fuerat, eaque de causa tigna, quæ id sustinebant, ha buerat. Ea tú ingenti vehementiá; motu ita humi C prostrata sunt, vt hemispherium haud aliter quam regula quadam in locum soum restitutu sit. Quin & ædificia multa in regione vrbis quæ Ostracina dicitur, concussa corruerunt: arque id etiam, quod nomini suo respondet, + Psephion dictum : irem ea quæ vernacula lingua Brylia nominata funt:& insuper ædes quoque Dei genitricis vicina, vbi media portibus sola mirifice est coservata. Labefactatz etiam admodum sunt omnes in planicie turres, mænibus aliis, præterquam solis propugna culis, intactis: atque in eis ipsis propugnaculis, saxa quædam in diuersam partem conuersa, non conciderunt.Multæ præterea aliæ sacræædes cladem eam senserunt: & vtrunque publicum lauacrum, ex pulcherrimo statu, ad cam quæ ex diame tro est deformitatem collapsum. Magna verò etiam multitudo ruinis oppressa est, adeò vt nonnulli coniecturam ex annona capientes, circiter sexaginta millia hominum ca calamitate interiisfe putent. Gregorius iple vrbis episcopus, præter spem omnem seruatus est . Nam tectum & habitatio, vbi consederar, omnis paulo pòst concidit: neque periculum id quisquam euastr, preterquam

iple,& qui ei præltò erant:qui iplum vnà cum le- D Aulo sublatum fune demiserunt, quum alius terræmotus locum alium ruinis ad id patefecisser, per quem periculum imminens effugerunt. Alia quoque res salutaris vrbi ei accidit , benigno & misericordi Deo bonitate & lenitate sua minas comprimente, miserationisque & misericordiz virga castigare hominű vitia statuente. Nam nullum exortum est incendium, quum quidem multus vbique in vrbe esset ignis, in focis ipsis scilicet, priuatisque & publicis lucernis, fornacibus, balneis, culinis, & officinis aliis, in quibus opifices artes suas exercent. Multi autem ex claris & insignibus viris eo terremotu interierunt. Quorum vnus etiam fuit, quem paulo antè diximus, Asterius, concussionibus einsmodi & ruina exanimatus.

CAPPT XIIII.



Tque vibis ipsius publicam cladem Imperator pecunia data solatus est . In exercitu verò eadem E erat defectio, atque rebellio: adeò vt finitimi barbari confertim ex-

💆 currere in Romanam ditioné auderent.Persuasum nanque habebant,se,quòd illis nemo obviam venturus esser, ex sententia quæ vellent facturos. Atenim hoc sic illis opinátibus, Germanus cum eis quas secum habebat copiis oc cutrit: & tanta fortitudine victor eos concidit, ve ne nuncius quidé cladis eins Persis relictus fuerir. Imperator vbi eam rem cognouit, ingentem pecuniam exercitui donauit, & ducem ipsum inde cum quibusdam qui cum eo erant euocatum, in iudiciú produxit . Ibi iudices omnes capitali illos fupplicio condemnarunt. Princeps verò non mo dò in illos non animaduertit, sed honoribus etiã & premiis eos dignatus, benignitate que alia liberaliter prosequutus est. Atque quum hoc in statu res Orientis esset, Abares bis in id quod vocatur Macron Tichos expeditione facta, Singidonem & Anchialum, Græciamque omnem, atque vrbes & castella alia expugnarunt, hostiliterque diripue runt, aliis quidé igne consumpt is, aliis autem cru-F delem in modum excisis: propterea quòd illis resisteret nemo, & maxima pars copiarum militarium in Oriente moraretur. Quò Imperator Andream Imperialium satellitum præfectum misit, qui exercitui, vt priores ordinum ductores & præfectos reciperent, persuaderet. Sedenim quum milites mandata ea ne audire quidem sustinerent, Gregorius eam rem expediuit. Erat siquidem vir ad res maximas conficiendas idoneus: & exercitus vniuersus, vt ita dicam, multum ei observantia simul & reverentia exhibuit honorem. Quidam enim pecunia data ab ipso conci liati fuerant, quidam vestem acceperant. Nonnulli potu ciboque, & aliis insuper rebus, quæ hominibus in terra aliena degentibus ad vium & necessitatem commode sunt, abunde ab eo refecti erant. Tum autem, quicunque delectu habito per sacramentum militate in catalogum adscripti etant, per ipsum id consequuti sucrant. Et primum ille ad loca omnia, núciis ad eosmissis qui principem locu in exercitu obtinebant, milites in Litarbis, regione à Theopoli circiter trecéPraclare German de Pafu vi Cloris.

6000

In ea calamitate Gree garius opifica pus fornas?.

A ta stadia distante, congregauit. Ad quos quum ipse quoque deinde venisset, ita ve in lecto decumbebat, eiulmodi verba fecit.

#### CAPYT XY.

caperetis. Idque vetus, quæ mihi vobilcum inter-

Oralio Gre gery Theope si epifcopi ad milites rebelles,qua es ad we sapxian adodra.

Iri & verbis & rebus ipsis Romani: Arbitratus quidem lum auum.

ad me venturos fuisse, vt de eis quæ
acciderunt rebus mecum sententias communicaretis, consiliumque

celsit, beneuolentia pollicita est: quæ quidem officiis erga vos prioribus certo confirmata est, quú nauali vestro 🖈 motui, & qui cum subsequutus est \* tumultui, rebus necessariis præbitis succurri. Sed id hacenus facum non est,quòd fortasse die bus superioribus occasio ad eam rem præbita non sit:scilicet vt Persæ verè Romanorum fortitudinem, ab eis viris qui duce carerent, victi atque profligati, perspicerent: atque vt sincera vestra in rempublicam beneuolentia temporis opportunitate spectata, rerumque ipsarum testimonio com. probata, ex parte omni cognosceretur. Declarafis fiquidem, quum aduerfus duces vestros dolore commoti,malè animati fuistis, nihil vobis esse republica antiquius & præstabilius. Verùm agedum, si vobis videtur, communiter quid facto opus sit, dispiciamus. Vocat vos ad se benignus Imperator vester, amnestiam seu oblivionem atque impunitatem præteritorum delictorum promittens,& egregium veltrum erga rempublicam ani mum, belloque gerendo fortitudinem, pro suppli cantium gratiamque petentium frondibus recipiens. Certo nimirum pignore isto veniam vobis concedens, atque heciple lecum reputans. Quandoquidem qui res vniuersas manu sua continet Deus benignitati plurimum, errata condonando, tribuit,& per fortitudinem vestram, rationem de criminibus reddendam remisit, manifestissimumque gratiæ omnino fa&ę indicium exhibuit:quomodo ego quoque diuinum calculum, qui mihi remittendæ noxæ necessitatem imponit, non sequar?Proinde si parêre mihi voletis,Romani,con festim credetis, neque tatam temporis opportunitatem prætetire patiemini,ne quum illa effugerit, comprehendi postea nequeat. Non facile nanque postquam preteruolauit, capitur: quodammo do, vt aliquis dicat, indigne ferens, quòd neglecta contemptaque sit. Atqui incoprehensibilis prorfus esse non sustinct.Itaque patrum vestrorum obedientiæ hæreditatem cernite, sicuti in fortitudinis corum laudem successistis:vt omni ex parte vos Romanos esse declaretis, neque reprehensio vlla vobis incessat, quæ illegitimam vos & adulte rinam sobolem esse arguat. Qui nanque ita, vt Ro mano genere dignum erat, vos procrearunt maiores, regibus & consulibus subditi, ritè imperata faciendo, & rem pro insita fortitudine præclarè gerendo, vniuerium terrarum orbem Romano Imperio subiugarunt. Manlius certe Torquatus fuum iple filium corona exornatum securi percuti iussit, fortitudine quidem illum plurimum præstantem, Imperio autem minime parére volentem.\* Bono nanque ducum consilio, & ptompra militum obediendi voluntare, plurime & maximæ res prosperè conficiuntur. At si alterum ab altero seiungatur, claudicare partem alteram, & collabi eueriam necesse est, optimo duarum istarum virtutum pari diuifo.Proinde ne amplius cũ- 🦼 & partes meas medius inter Imperatorem& exercitum interpono,parête. Atque ostédite, non tyrannicum morem, led instam indignationem, ad breue tempus, quod aduersus duces vestros minus legitimè imperates egistis, fuisse. Nisi enim quam primum ad Imperatorem vestrum accurreritis, ego quidé fimul & egregiam in rempublicam voluntatem, & lingularem erga vos amorem, pro officio meo, sancte præstiterim. V obis autem etiam atque etiam videndum fuerit, qui ita tyrannidem exerceretis, quæ præpolita sint præmia. Quorsum enim vobis res præsentes euadent? Nam vt in hoc ipso permaneant statu haudquaquam facilè fieri potest. Vnde verò erit victus, & frugum maturarum ex agris, aut carum quæ mare continenti ipsi, pro eo atque par est, opem ferendo suppedirat, rerum E importatio?Bellű ergo popularibus vestris Christianis inferentes, & bellum ab eisdem excipientes, res omnium fædissimas & facieris, & patiemini. Et vbi tandem postremò, hinc & inde dispersi, vitam degetis? Et consequetur à tergo vos vindicta divina, quæ pervicaciam vestram sustinere, aut veniam vobis de cœtero dare minimè poterit.Quaptopter dextras nobis inuicem&reipublicæ iungamus,& rem ipsam,pro eo atque æquum est, consideremus:idque nunc quàm maximè, quum salutiferæ passionis & sanctissimæ refurrectionis Seruatoris nostri Iesu Christi dies festos, qui nobis ad res meliores opem & auxiliü ferunt, agimus.

#### CAPVT XVI.

cum lachrymis...
quodam nutu in momento te...
poris animos omnium in aliam
rentiam traduxit. Itaque vt eis ন্নRegorius hæc atque alia plura fententiam traduxit. Itaque vi eis ex conuentu secedere liceret, \* F

quo seorsim deliberare de co quod æquum esset possent, petierunt: ac paulo pòst reuersi, potestati Antistitis se permiserunt. Atque illi Philippicum nominatim, vt illum videlicet denuo ducem sumerent, alleganti, se & exercitum omnem iurisiurandi religione obstrictum esse, Philippicum posthac ducem à se minime susceptum iri, dixerunt. Adhæc Gregorius nihil cunctatus: Sacerdotem le per divinam gratiam elle, & potestatem foluendi & ligandi in cœlo & in terra habere dixir:diuinamque super ea re iussionem in medium produxit. Tum verò militibus morem ei gerentibus, precationibus divinum numen placavit: + & re arcanorum mysteriorum diuina peracta, imma culatum corpus omnibus communicauit. Dies enim qui sanctam passionem Christi præcedit, tű agebatur. Deinde couiuio eos, quu circitet duûm millium numeră explerent, toris in gramine difpositis, excepit, & postridie inde abiit. Conuenit autem inter ipsos, vt quo vellét loco congregarétur.Gregorius Philippicũ Tarsi Cilicum moranté accersit, qui tu Costatinopolim petere pperabat.

BB iij

und'ten . TOS ZOVÍedper,

Parent autiftitis fan-Eti svasionibus milites.

Absulutio à invamente prastito.

† 1/4 360 TINGES HEsozwylap, To AZPÁVTS FÁµor⊕ äta. OI HITIGHT.

Accipium milites du-

res reclège-

-11/1 4 MET جدب أعلادكانة

las Philippi

ci focceffer.

rarfau à Pre tura Philip-

pico amate

Commenti lam arianti

Preterm li

xit.Ha4

clim autom

prosperatus ın belle Pre

torem Perfe

rom perc

Afartha

१० ज्या हे ह्यार

pto fugu

Paje,

insequen

Diam li

17.

Perja à Ro-

manu foge

ti confilia

adverfus

Hormofdi

regen ca-

Turcicii no

më tuat pri-

mum Afid

Egna, Cimiti

Ochar al

Martyroj

lim capit.

Homifde

regis Perfa

rum cedes.

Rev inia

fine 🕁 cre

مغاعة.

CAPYT XVIII. Hilippico successor datus Commentiolus, genere Thrax, qui

A Et eo Antiochiam euo cato, Imperatorem de rebus hisce, & exercitus de Philippico precibus certiorem facit. Philippicus vbi Theopolim aduenit, exercitus ei obuiam processit, atq; eis sibi, qui ad diuinam regenerationem admissi fuerant, supplicum more adiunctis, ad pedes eius milites procubuerunt. Et dextra ab eo, oblinionisé, preteritarű iniuriarű fide accepta, in expeditionib bellicis eű sunt consecuti. Res hæc inter exercitus ducem, & Antiochenz vrbis przsulem Gregorium, ad hunc modum est acta.

CAPVT XVII.

Sittes docurio Martyro polino Perfis

fita cam per

expuzuatio -

recupe-



O tempore Sittas quidam nomine, inter militares copias decurionis dignitatem obtinens, iniu-ria à quepiam ordinum ductore

uertisset, vrbem eam prodidit. Persicam nanque manum, perinde atque Romana esser, noctu introduxit, atque vrbem cepit:Romanis opportună maximé. Et quæcunque ibi crant ætate florentes fæminæ, eas retinuit: reliquos verò mortales omnes, seruis quibusdam exceptis, inde eiecit. Philip picus igitur statim eò expeditionem couertit, atque cum copiis omnibus vrbem eam obsessam oppugnare cœpit. Et quamuis tormenta ad vrbé expugnandam idonea non haberet, vtcunque tamen potuit, oppugnationem eam est prosequutus. Et cuniculis actis vt turris vnà concideret, effecit: minime tamen vrbem ipsam capere, & ad deditionem cogere potuit. Nam Perse partem ea quæ solo ęquata fuerat, noctu refectam satis munierant. Porrò vbi Romani fortiter expugnationem tentantes, fortius reiecti sunt, (crebra nanque in cos ex superiore loco coniiciebantur tela, ita vt ipsi plus detrimenti ferrent, quam oppidanis inferrent) obsidionem soluerunt: & paululum retrogressi, castra posuerunt : hoc vnum agentes, vt ne auxilia alia Perfis adderentur. Mauricio auc tem iubente, Gregorius rursum ad exercitum venit, eique vt denuò vrbis expugnationem tentaret,persuasit. Verum illi, quòd instrumentis atque tormentis ad muros sternédos necessariis in prasentia destituerentur, nihil amplius efficere potuerunt. Proinde obsidione relicta, exercitus in hyberna concessit, frequentibus præsidiis vicinis castellis impositis, ne Persæ subsidium clam vrbi immitterent . Aestate verò sequenti, copiz funt coaca. Et quòd Perlæ etiam aduenissent, ingens pugna ad Marryropolim cómissa est, ex qua victor enasit Philippicus. Cœterum Persis multis cœsis, & heroë 🖈 vno prostrato, multitudo magna ( id quod illis studio maximè fuerat ) Martyropolim peruenit. Romani exinde vrbem oppugnare destiterunt: quòd vi cam ad deditionem co gi no posse, probè scirent. Septem verò ab ca stadiis, vrbem aliam in tutis montofisque partibus statuerunt: vt inde hostilibus molitionibus atque excursionibus militari arte resisterent, damnumque inferrent. Id quod sic æstiuo tempore ab eis fiebat. Hyeme autem adueniente, in statiua se inde recipiebant.

affectus, quum negligentius cu-ftodiri Martyropolim anımad-

gressus est. In eo certamine Per-larum dux vnà cum equo in ter-ram deiectus interiisset, niss ex fatellitibus,quidam eum in equum, quem fecum ducebat, sublatum è prælio subduxisset. Reliqui verò Persæ quam maximè eriam, ducibus suis relictis, fugerunt, & se Nisibim receperunt, ad regem suum redire veriti. Nam ille capitale supplicium illis minatus fuerat, si ductores suos desererent. Ibi verò congregati tyrannidem aduersus Hormisda meditantur. Consilio ei Varamus Persicorum ordinum dux præfuit, qui à pugna aduer fus Turcos facta cum fuis redierat: ficuti fuo loco de eis à me dicetur. Interea Commentiolus Martyropolim circumsidet. Atque ibi quidem plurimam copiarum partem relinquit, ipse verò vnà cum optimis & delectissimis quibusque, ad Oc- E bas, longè munitissimum castellum, ex aduerso Martyropoli in vlteriore ripa, in prærupto scopulo ita situm, vt inde vrbs tota conspici posset, excurrit, castellum id oppugnat: & nihil intentatum relinquens, partes quasdam munitionum tormen tis saxa iacientibus deiicit:tandemque eis superatis, magna vi id capit. Quapropter ad desperationem Persæ de Martyropoli deciderunt. Hæc quu sic agerentur, iidem Persæ regem suum Hormisdam Chofroe, quem Cabales genuit, filium interemerunt:regum omnium iniustissimum, non solum quod iniquè subditos pecunia mulcarit, verumetiam quòd nulla de causa variis supplicioru eneribus crudelem in modum illos necauerit. Ei Chostoem filium in regno substituerunt. Vt autem hec acciderint, pulchrum esse puto, vt alti-

magna virtute cum Persis con-

Paulus Diaconus, Turcu denicliu Hormislam adeò gloria es-opibus crenisse scribit, re deinceps annus quadraginta unilinus auri tributum à Turcu acceperit, quam summam ipse eu antea quotan-F nu persoluerit.

#### CAPYT XIX.



us repetita exponam.

Romanos experimenta de la filo promenta de la Ormisdas Varamű exercitu iu-

Romanus autem decem tantum fortissimorum lectissimorumque millibus acceptis, cum illo est congressus. Et multis verinque cedibuspatratis, in Albaniç regione, victoria barbarum derestata, penes Romanos fuit. Quam suorum cladem, postquam Persarum rex Hormisdas intellexit, præse. **Á**uræ dignitatem Varamo ademit, eidem que muliebrem stolam misst. Ille ad res nouas animo adiecto, tyrannidem affectare, & conicia ei qui prior iniutiam illi intulisset, pro conviciis reddere, & epistolæ verba hæcinscribere:Hormisde Chosroe filiæ Varamus, nec non exercitum sub signis suis merentem ad defectionem concitare, confictas De reb ne Perferi

à Romania Perfe. рторе Матs yropolim Romani astrumnt. Nome hains fait Marizas Diacen.

Pherochania Perfici ducu cades. † AmīA](p.

Hormifdas captus in co ft odiā conÿ cieur, & excacatur.

Hormisdas per parrici diõi caditur.

Chofrees Va vamü fugit, or ad Mau vicium impavatorem confugit.

Cotique ante ne ou Probuo patricius, qui illic arat, funcioperet.
Diac. Vita huma-va inflabilitas.
Filis full fibi Chofren tege Parai Manricius facies. Diac.

A ferè aducrsus omnes Hormisdæ nomine literas exhibens, crudelitatém que illius & pecuniz insatiabilem cupiditatem in memoriam eis reuocans: vt scilicet ille primarios viros omnes vel ferro oc ciderit, vel in Tigride amne submerserit, tali eos & sepultura & exequiis eiusmodi dignatus. Sermonibus eius generis exerciru seducto, ad maximameum tyranuidem & rebellionem excitauit. Itaque iuramento Varamo, quo tutior esset, præstito, adimendi Hormisdæ regni consilium inierunt.Hormisdas aduersus hunc, cum multitudine magna Pherochanem mittit. Quem & ipsum Varamus + subit, Minimè Persas inter se belligerari oportere, sed eos durum & violentum imperium, & præterca sanguinarium ingenium, & inexplebilem auariciam Hormisdæscire, & beneuolentiam sibi inuicem præstare debere, dices. Quæ vbi vera esse exercitus Pherochanis sensit, ducem suŭ necat,& ad Varami partes accedit. Exinde confer tim & populariter congregati, Hormisdam aggre diuntur : & diademate de capite eius detracto, è regio throno deturbant. Mox in ipsius conspe-&u conjugem & filium voum jugulant: eumque oculis effossis in custodiam coniiciunt, & alterum filium eius Persarum regem promulgant. Hic ad tempus aliquod, benignű se patri præbuit: &inuitum le regnum suscepisse deprecando allegauit, affarimque vicum ei subministrauit. Pater verò contumeliis filium afficere, & proiicere à se quæcunque ille mittebat, non intermisit. Quare commotus Chosroes filius, rusticis fustibus patre interimi iussit. Ea verò indignitas Persis dolorem incussit, & odium aduersus illum no paruum excitauit.

CAPVI XX.

Orrò Chosroes, quando quidem Va ramum aduersus se exercitum ducere cognouit, cum copiis non con temnendis aduersus eum in planiciem quandam, ad Zabam slumen,

est progressus. Sedenim quum suossponte sua cedētes Varamo fauere,& libi inlidias ftruere vidīt, multos occidit:&tumultu in exercitu moto,celeriter ad Circesium profugit, vnà cum coniugibus, & liberis tribus infantibus, & Persis præterea quibuldam nobilitate generis præcellentibus, qui vo luntate sua cum secuti fuerant. Ad cum autem lo · cum,quemadmodum ipse retulit,peruenit,quum Christianorum Deum servatorem & viz ducem inuocasset : eò se equum rectà ire, quò ab illo duceretur, permissurum testatus. Inde ad Mauricium oratores misit:Probo insuper, vt res acta esset, literis eide indicante. Misit sanè & Varamus ad imperatorem legatione, que ab eo, ne opem Chosroæ ferret, petebar. At Mauricius, qui humanarum rerum statum instabilem, & cothurnum prorsus esse sciret, & vicissitudines volubilésque mutationes humanæ & miserabilis huius vitæ nosset, atque hæc recte in animo suo deliberado perpen deret, regem sibi supplicem perhumaniter & libenter suscipit: & pro exule atque fugitiuo, amicum sibi & filium per arrogationem germanum facit, donis regiis & liberalitate benignitatéq, reliqua prolizè inuitatum. Nec ipse modòad eu imperiali munificentia que decebat misit, sed & Au-

gusta ipsa coniugibus eius, & liberi liberis eande D præstiterunt pietatem. Neque officiis iis contentus,Hierapolim quoque ad exercitum vniuerfum & Ducem eius Comentiolum scripsit, qui Chosroen regio prorsus satellitio & comitatu produceret,&quocunq; vellet sequeretur.Atq; vtmaio ré ei honoré haberet, Melitinésem quoq; antistitem Domitianum,cognatum suum,ad eum legauit, virum prudentia métisque solertia multis anteeuntem, verbisque simul & factis præstantem, & ad negocia maxima conficienda commodum. Adiunxit huic Antiochenz sedis przsidem Gregorium. Qui ambo Chofroen verbis, muneribus tempestiuisq; colloquiis & suasionibus ad stuporem & consternationem compulerunt. Chosroes vbi Hierapolim, quæ principem locū in Euphratelia obtinet, peruenit, in regnum inde rediit, quu id è re eius Mauricius esse censeret : qui maiorem gloriæ & laudis suæ partem, ex commodo & vtilitate supplicis regis est metitus. Magna certè pecuniæ vi, quod nunquam à quopiam in literas relatum est, donatum Chosroen, quibusdam etiam E Persis impensis suis in militiam eius conductis,sa nè quàm magnifice in Persidem remisit, cũ vtroque exercitu, Persico simul & Romano. + Narles Romanis copiis præfuit: qui cum Persis prælio cogressus, \* sexaginta millia Persarum manu cepir, cósque ad Chofroen adductos hastilibus co fixit. Ex iis si qui Turci erant, eos Chosroes imperatori Byzantiú milit. Porrò Romanæ copiæ, Varamo qui turpiter ex pugna solus profugit, debellato regnum suum Chosroe in manus tradiderur, cúmque in regiam fuam deduxerunt. Is in trhono suo considens, Romanis audientibus verba hæc proloquitus est. Rex Chofroe, diei huius perpetuò te meminisse, atque hoc in animo tecum con » siderare oportebit, & Romani regnum tibi Per-farum + dono dat. Chosroes ab insidiis sibi Perfarum metuens, mille à Mauricio Romanos milites petiit: quos ei ille benignè attribuit. Sittas exinde à Persis in crucem est actus. Et Martyropolis, atque item Daras castellum, d'ecendentibus ex eo Persis, Romanis redditu. Turcos, quos Chosroes Constantinopolim miserat, stigmaticos li-F quato atramento cruces in frontibus impressas imperator habere videns, interrogauit, quanam gratia quæ non colerent circumferrent signa? Illi grauem ante plures annos in Perside & patria sua pestem coortam esse dixerut, à qua quum mul ti mortales infecti interirent, Christianos quosdam, qui ibi fuere, hominibus, si hoc fecissent, saluti suz consulturos esfe, regionémque cam à luc tali intactam liberámq; fore persuasisse. Idque ita esse ab eis factum. Res Hormisdæ & Chosroz Persarum, eiusmodi habuere exitum.

CAPYT XXI.



Holroes in possessionem regnistui restitutus, Gregorio Theopolitano cruce illam mist, qua Theodora Iustiniani vxor auro musto & lapillis resplédentibus ornatam, in honorem victoris

martyris Sergij Deo dedicauerat, & Chosroes Hormisdæ pater vnà cum aliis donariis variisque BB iiij Reducitur is regnum fuil Chofroes, ope Mauricij.

Domitianus apifcop<sup>o</sup> Hia ropolimitan<sup>o</sup>

† Najes Ro madoù Choj roe opt firts, V at wiecit. \* Sex mille rincta ad Chofroz aildusis Disc. Vers Nerfes reditorus poris Chofroa dixit, Memor fis Chofree, pra featu die Romani tibi om de . regn nant. Diàto. Preditoris Sopplicam. † ngāra xā rilor. Martyropelu & Daras Romanisred Tarci cruce

Chofroes dimo Sergio crm cem auream dedicat.

Cray sures

à Infliniant

itam Sergio

confect444.

preciosis à Sergiopoli, secum abstuleratissicuti antea à me est dictum. Cum ista aliam quoque crucem milit, qua Cholroes iple ex ingenti auri pon dere fieri curauerat, cum eiulmodi Græcarum lite a rarum inscriptione. Crocem hanc Chosroes rex « regum, filius Hormilda, quo tépore propter dia-" bolicum.instin&nm & dolum malum perditisi-« mi Varami, & qui cum co fuere Caballariorum, a in Romaniam concessimus: & quòd perditus Za « depram cum exercitu Nisibim veniret, abducendorum Nisibenæ partis Caballatiorum gratia, ve « nobis refisterent, & oppugnando rebellarer, nos quoque Caballarios cú duce suo in Charchas mi-" simus: & propter sancti Sergij, veneradi illius & celebris viti fortunam, quandoquidem datorem a eum esse votorum atque petitionum audieramus, a primo regni nostri anno, mensis Ianuarij die septimo, votum nuncupauimus: si Caballarij nostri Zadepram occidisfent, aut cepissent, crucem au-" ream nos lapillis distinctam in ædem Sergij, venerandi nominis cius ergô, missuros esse. Porrò quum nono Februarij mésis die caput Zadepram Cafare dine B. ad nos allatu fuerit, voti rei, & optati nosti compotes facti, vt manifestum id certumq; cuiuis sit, in venerandum eius nomen, crucem banc à nobis factam, vnà cum cruce à Iustiniano Romanorum imperatore in templum eius missa, & belli tempo re, quod int er duo hæc regna gestum est, à Chosroe rege regum filio Cabada aui nostri huc delata, & inter the sauros nostros reperta, in ædem venerandi Sergij misimus. Cum hac inscriptione Chostoes cruces misit: quas Gregorius ad se allatas,& de Maurici) sententia acceptas, cum pompa & comitatu multo, observanter simul & religiosè in templo martyris sacrauit & reposuit, nihil prorsus ab ethnicis donariis Ecclesiam derrimen ti capere arbitratus.

CAPVT XXII.

Difatt anrem à Chofroe eide dino Sergio voti C causa inscri-

On longe autem post, Chosroes etiam alia munera fabrefacta,& in sacrum sancti martyris delubrum missa, atque discum etiam non paucarum minarum póde-ris aureum, cui fermone Græco

eiuscemodi inscripsit literas, donauit. Ego Chosroes rex regum, filius Hormildæ, hæc dilco isti inscripsi: no vt ab hominibus spectentur, neque vt verbis meis magnitudo veneradi nominis tui innotescat, sed propter scripti ipsius veritate, & plures gratias, plutáq; benefacta à te in me profecta. Felicitatis enim loco mihi est, vt nomen meum in sacris tuis vasis circumferatur. Quum essem in Be ramis, petij à te vir sancte, vt in auxilium mihi venires, & Sira in vtero conciperer. Et quandoquidé Sira Christiana, ego autem Græcæ superstitionis sectator essem, & leges nostræ nobis libertatem vxorem eam babendi non permitterent, propter meam erga te beneuolétiam, eius gratia leges ipsas despexi, cámque de die in diem inter conjuges vero sinceróque amore habui &habeo. Atque ita mihi visum est, bonitatem tuam vir sancte implo rare, vt hæc in vtero conciperet. Petij hoc à te, & voto constitui, si vierum gestaret Sira, vt crucem quam illa circumfert, venerando templo tuo in-

ferrem. Verum eius rei gratia ego & Sira con- D filium cepimus, vt monumentum nominis tui, » vir sancte, apud nos esset, crucé cam retinere: . statuimusque pro ea, & precio astimationéque » eins ,quater mille & quadringentos stateres mi. 🐱 liarchos non excedente, quinquies mille state- » res mittere. Et ex quo apud me iplum votum ta- » le cocepi, atque hæc in animo volutani, quoadus- 🐱 que Rosochostum peruenimus, non plures qu'àm " decem intercessere dies. Et to vir sancte, no quòd ... ego dignus fuerim, sed o ea tua fit benignitas, in ... fomnis mihi noctu apparuisti, tertiumque ad me, ... quòd Sira ventrem gestatura esset, dixisti. Et ego " in eadem ipfa vifione tertiùm tibi respondi , Re- 💩 cté. proinde quòd præstare vota petitionésque so 🕶 leas,ex eo die Sira, id quod fotminis accidere con 🛥 sueuit, nó vidit. Ego verò mecum ipse de hoc ambigens, si verbis tuis sidem non haberem, & propterea q sanctus sis, datorque votorum, non cre- " derem, quòd posshac Sirz muliebria fluere \* essent desitura, ex eo visionis efficaciam, & verborum tuorum veritatem cognoui. Itaque eam ob E causam, & crucé talem, & precium eius in sacrosanctam zdem tuam misit. Et ex eo precio discu vnum & poculum in rationem diuinorum myste riorum, atque item crucem quæ in sacra mensa figeretur, & thuribulum, autea omnia : & amphithyrum Hunnicum auro ornatum, fieri præcepi. Quæ verò ex eiulmodi æstimatione reliqua essét miliaresia, sancto téplo tuo dicaui : vt per prosperantem fortunam tuam, vir sancte, in rebus omnibus, præcipuè verò in petitione ista, mihi & Siræ auxilium feras : & quod intercessione tua nobis obtigit, vt pro bonitatis tuz misericordia, & pro mea atque Siræ voluntate, ad finem debitum perueniat: vt scilicet & ego & Sira, atq; adeò vniuersi in mundo homines in virtutem tuam speremus, atq; in te credamus. Hæc Chosroæ donaria ita renunciabant, à prophetia Balaam nó dißidentia: Deo Opt. Max.ineffabili quadam ratione, hæc sic dispensante, vt per Græcorum siue ethnicorum linguas tam salutaria & crederétur, & proferrentur verba.

† Amphibyrum El numbum indicio moo, careeres fine can-colli funt, facratiorem ar a menfam rel circundantes, rel populum ab ea arcentes, in quorum parte rtraque i anna sit, & aditus ad eam se rens, operu Hunnici.

CAPVT XXIII.



VumChosroes talia scriberet,& mitteret, Naamanes etiam Sce-Mnitaru barbaroru dux, luxuriolus, lacer, impurus, leu potius omnium impurissimus, ethnicæ superstitioni deditus vir, ita vt

sua ipse manu homines mactaret, atque diis suis ad aras immolaret, præter opinionem divino captus amore, per inopinatam visioné ad Christiaporum sacra transiit. & sacro suscepto lauacro, regenerationem temporalis nativitatis atque reno uationem cœlestem subiit: & secum populares fuos omnes multitudine innumerabili, quæcunq; ad religionem nostram pertinent, edoctos, ad diuinum adduxit baptismum. Posta aute Chosroes

**gulturi**as to ve player TO- dicerer.

REAL ADDRESS.

أبدوسل شا TALESTO.

Eugy.lib.6 64p. 2 L. Que hic di-Chefroes gen eilis tribait, ea chriftia mi Vni Dec, quo spes 💇 opes Juas one mes collocat,

Grego: Theo tefin Severb exterminat.

A. eas quas diximus cruces dedicauit, Gregorius nuru divino solitudine quæ Limetatum nomen habuir, peragráns, & loca ibi omnia circumiens, Seueri dogmata, quæ in eis partibus inualuerant, exterminauit: & sana doctrina ecclesiis proposita, multa castella & vicos populósq; frequentes, clerum simul & monasteria, ad veram orthodoxorum & recte sentietium ecclesiæ disciplinam adduxity and a

> $N_{i}$  can  $m_{i}$  . CAPVT XXIIII.

> > Nterea ei Simeonem illum in ad-

mirado mote lethaliter decumbe-

re & extremum spiritum ducere,

nunciatum est . Itaque pleno cursu fupremis verbis virum fanctum fa-

De Simeone Styldide find. mels.

Aliu bic eft Simeones ab co de qu Suprà est, lib. B 14.cap.51.

Qaid Sime

try Epipha s cogita

Mha

Lib. 6.6.24.

de Eur

lutaturus, ad eum contendit. Minimè verò defiderio suo est potitus. Simeones auté iste admodum ætatis suz homines virtute superauit : quippe qui ab incunte atate vita genus in columnæ stationé transigendæ consectatus sit. Perhibetur sanè primos dentes in colunæ statione mutasse, in quam eiuscemodi ob causam ascen dit.In tenera adhuc valde ætate erat, & ludens atque saliens in sublime ascendit collem, duci que sequeretur commendatus. Et quum belux sæuz, pardum nominăt, occurrisset, zona soluta cam in feræ collum iniech: atque illam ferocitatis oblita, perinde atque loro tractam duxit, & in domicilij locum pertraxit. Quod vbi præceptor, qui & iple vitam in columna agebat, vidit, quidnam id esset, quod adduceret, interrogauit. Et ille, ælurum esse dixit, quem catum de consuetudine nominant. Ex qua coniectura præceptor, quanta illius virtus futura esset colliges, in columnam eum recepit. Atque in eo iplo, & alio item monte, accuratissime viuens, in tali vitæ instituto ad sexaginta & octo annos perstitit. Infinita ei divinitus contigere dona. Nam dæmones fugauit:& morbum ægritudinémque omnem oratione manusque contractatione euestigiò curauit, & fututa perinde atq; prçsentia & vidit & prædixit. Sicuti & Gregorio si-C gnificauit, iplum mortem luam nó vilurum elle, & res postea eius ignoraturum.Et quum Euagri° Epiphaniésis liberorum amissionem ægrè ferrer, secumque ipse ambigeret, quanam de causa Græcis & gentilibus qui multos procrearent liberos, idem nó contingeret, neque tamen cuig absurdas eiusmodi cogitationes crederet: Simeones ad eŭ scripsit, vt rebus eiuscemodi supersederet, minimè enim cogitata talia grata Deo esse. Notarij eiuldem Euagrij vnius coniunx lacte, quod constitetat, destituebatur. Quapropter qui ei erat infan tulus, in virimum venerat vitæ discrimen. Simeones ergo manu dextræ viri eius impolita, papillis fæminæ illam admouere insit. quod vbi fa-&um est, illico quasi ex quodam fonte vbertim lac prorupit, adeò ve vestis mulieris abundè immaduerit. Sed & puerum quendamà comitibus suis in syluis in multa nocte per obliuionem relidum, cum ibi erraret, leo in tergum suum sublatum, ad Simtonis mandram illæsum prorsus pertulit. Deinde Simeonis iussu, qui puero inserviebant, noctu egressi, intra oppidum cum, ita vt fine

discrimine omni à leone seruatus & custoditus fe

rebatur, deduxerunt. Ceterûm multa quoque alia D numerum superatia Simeones egit, quæ sanè tem porologiore, & lingua politiore, tum autem opere peculiari indigent. Ea hucusque sermone omnium celebrantur, à Simeone Magistro (quanuis no ita docte ve magnitudo rerum eius flagitauit) conferipta. In quem librum & nos, abundantem copiam & vim operum sancti viri cum stupore admirati, incidimus. Ex omni nanque no Romanorum tantum, verumetiam omnium (vr ita dicam) barbarorum ditione homines ad eum ventitabant,& ab eo quarum indigebant rerum fructum continuò capiebant. Et rami ei atbustorum in monte exortorum clcas lemper præbuere,cibo omni & potu præstabiliores.

CAPVT XXT.

Vm téporisverò etláGolinduch martyr viués enituit, Magis Persicis pgnata, Asmodoch scilicer patre, & Myzuch matre: quæ p E illorum religione,ignem & alias

Persarum abominationes colés, & ipla execratę Deóque detestarę idolomanię & magiz dedita erat. Primario autem ex senatu viro in matrimonium collocata, duos progenuit filios. Et post triennium per ecstasin extra seipsam rapta, ab angelo diuino dispensationis salutis nostræ mysterio est initiata. Proindéque Magis tradita, multisque verberibus & tormentis, quæ om nia superauit, expetita, miracula infinita & prodigia mirifica edidit : idétidem angelo, qui dux eius fuit, ad eam veniente, & vt leuiter& facile omnia perferret curante. Multas etiam res arcanas indicauit, vtpote prouidentiæ gratiam à Deo colequu ta. Postquam verò per multos annos tormétis excruciata, coronam martyrij ferre concupiuit, qui ei sæpius apparere solitus erat angelus assistens,& iuuenem quendam enliferum producens, deliderio eius satisfecit. Præcipiente naque illo, inuenis ferro caput eius refecuit : & fanguis è iugulo profluens, in interiorem eius lineam vestem femoribus tenus cruentatam, manauit. Quæ vestis innumera visa est edere miracula. arque illa etiam post resectionem capitis deinceps superstes vixit. Et cum in Romanorum finibus ad Circesium & Da ras morata fuisser, etiam ad Hierosolymorū partes petuenit, nouum spectaculum omnibus sidelibus, quippeviuéte adhuc corpore stigmata Chri sti circuferens, vila. Hæc sanè quu grauiter à martyrij erumnis afficeretur vrbes circuibar, angelo duce progrediens, neque quicquam medicinz do loribus adhibuit, natiuis tatum thermarum lauacris vsa. Et quum domesticos suos, & familiares omnes, atque alios præterea ad Christum adduxisser, tadem Hierapoli, seculo hoc relicto, ad immortalem illam vitam concessit. Quz viuens adhuc, ab imperatore in vrbem suam accita, imperio eius non paruit. Eius vitam Stephanus Hieropolitanus episcopus composuit, qui cum illa fuit, & res quasque ex ea didicit : honorifice etiam & splendide, corpore sepeliendo, funus cius prose-

CAPPT XXYI,

- 574

Marlans urbium s4crorum anti-



Vm Gregorius quoque podegri: co morbo, quo affligebatur, con fectus quum pharmacum in po tione, qua hermodactylus vocatur, à medico quodam duta, fumpfiffet, vită finiuit. Mortuus

autem est, Gregorio vereris Romæ throng præsidence, qui Pelagio saccessit. In noua verò Roma Ioanne leiuno ecclesiam gubernante, de quo pau lo post dicemus: Alexandriz tum Eulogius episcopum gessit: Theopoli autem, post Gregorium Anastasius, anno vigesimotertio, in sedem est restitutus . Hierosolymis Ivannes bierarchicam dignitatem obtinuit. cui non ita multo post defendo, Neamus in episcopatuest surrogatus. Quo tempore duodecimus, Tiberij Mauricij imperij annus crat. Sed hæc hactenus.

#### CAPVI XXVII.

B 200 All are so u.e. GOVE Chaldecrii aftro-

Vod verà de Ghofroæ rebus "p-Vod verd de Chofroz rebus po pè omifi, id ita vt potero, historiz mandabo. Magnű illud bellum quod Romanis cum Persis fuit, conquieuit, pacta conuen-ta ex æquo Romanis atque Persis servantibus. Non autem committam, quin ea

exponă, quæ Chostoes in operosa vanitate Chaldzorum astronomię diu multúmą; exercitatus, di uinando prædixit. La verò tum ad Ioannem Atmeniarum copiarum ducem, quum bellum mazimè vigeret, dixisse fertur. Quum nanque Ioannes Chosroen acrius obiurgando reprehenderet, quòd moribus esset sinistris, & animo ad res gerendas alieno & inepro, quodque regem minimè talem esse oporteret: huiulinodi quiddam duci ' « barbarus respondisse dicitur. Nisi quodammoa do tempora ipía nos per tyrannidem suam asflige « rent, haudquaqua tu scommate perstringere ma-« gnom inter homines regem aulus fuisses. quado-« quidem autem te rebus præsentibus magnopere « effere audi quid à diis de réporibus futuris sit con « stitutum.Redundabūt, vt sis sciens, in vos Romanos calamitates, & gens Babylonia Romanæ reipob.crib. in circulum circumactis hebdomadibus dominabituri Postea verò quinta annoru hebdo-

« made Romani Persas in seruitutem redigent. His « ita peractis, dies illa vespera carés hominibus ad-« ueniet,& expectatus imperij finis aderit. Quo téporè corruptio abolebitur,& viuendi ratio ex instituto Dei obtinebit. Quæ verò præter opinione omné. Probo etiá ipli ad epilcopatú Chalcedonésem recens cuecto, quum Ctesiphonrem à Mauticio missus est, responderit, dica. Accinerat hunc meridie flagrante in regiam suam Chosroes. Et quum sudore plurimo difflueret, ab episcopo, vt sibi Deigenitricis imaginem spectandam exhiberet, petiit. Atque ille facram virginis matris effigiem, quam in tabella depictam ferebat, protulit, & ad conspectum eius Persarum regom admisit. Persa adoratione tabulam veneratus, archetypum sive primario exeplar noctu sibi aftitiste, & dixisse retulit, Alexadri Macedonisvi Corias se illi con

cedere. Ibi Probus episcopus in hec verba regi re-

spondit: Dudum id ei contigisse, quum in regnü

restitutus esset, & exitiosos tyrános virtute & ro-

### CALLISTI 1001

bore imperatoris vicifiot Idemque cum auneinta. D. Hine pate do stantem colequuturum esse, si quid adhuc teli: quiarum veterum illorum igni excectorum laterum, ficuri de eis à lacrolance o Mole forippum ell, soperesset. Verumenimuerd quumerchus Qrienris faris din immorati fimus, & bellutto Perficum; legitimum, Deo adiuuante, finem cepetia, ad rea ab imperatore in Europa gestas se stylus cofores; vt & nos ad portum confilij institutique nostri appellamus, & onus sacroru actoru exponamus.

#### CAPVT XXVIII.



Taque income vere, translatis ex O-friente copiis, Mauricius Byzátio sol-ta de vit: & multis impedimentis interueuit: & multis impedimentis interne-

pa gefta, 🖁 nientibus, Anchialum contendit. Eò nang, excurrere velle Abares audierat, post auream illam mensam & elephantis spe-

Caculum, multorumque raletorum auri largitionem: qua illis imperator, pacem sibi complecten dam tatus, petentibus tribuit. Ac primum Perinthum, quamnune Heracleaminominent, quum quidem in terrores plures, & in maximam tempe statis procellam incidisser, venit. In qua vrbe Gly ceriæ martyri, quæ ibi æde facdamagnificè coftru cta honoratur, debitam religionem perioluit. Et grave quiddam à barbarorum excursionibus pasius, exercitus duce in Europa Prisco creato, inde in vrbem imperantem est reuersus. Abarum verò & Slauinorum gentes; littro traic@o. sub Chaga. no Hunno militantes, Thraciamque percurtétes, & omnia passim diripientes, vsque ad Heracleam peruenerune. Quin Prisco duce Turuli se continente, Didymothicum quoque stratagemate ce perunt. Eorum impetum artei& conlio quodam admitado imperator inhibuit, qui se classe instruda in corum sedes expeditionem facturu assimu lauit. Quæ res metum illis ingentem incussit, & vel innitos ad sua redire coegir. Post quorum discessum imperator ad transitu Istri, ne rutsum bar bari facile in Thraciam excurrerent, firma militu præsidia collocauit. Priscus autem Byzantium reuersus, de + monubiis accusatus est: & militariu F copiarum presecure dignitas ei abrogata, Petróque Mauricij fratri data . Verum quum & is nihil præclarum ex sententia imperatoris gereret, adépro illi magistratu, eodémque Prisco reddito, domi ipse consedit. Priscus in Europa pacta cum Chagano inita foluit.Ille fiquidé prior bello repe tito, derepentè cum innumerabili exercitu in Ro manorŭ ditionem excurrerat, plurimague castella cepetat. Templum quoque Alexandri martyris incenderati, eiusque venerandas reliquias homo detellandus ex loculis fuis ciellas, multa nefanda in eis patrans, maxima cotumelia affecerat. Quapropter septem vno die liberos amisit, dignas eiufcemodi contumelię pœnas perfoluena Exinde -idem lítrum,ea parte qua in mare protúpit, traní milit, & grauia damna dedit, Mylorum ptædam -(quod dicitur)omnia faciens. Quanuis Mauricius ex desperatione quadam, Commetiolum ducem, cum plurimis hominum millibus, exercitum con tra illius copias du aurum miserit. Qui se in quodam occidentali castello, nihil agens, periculumque effugions, continuit. Longé verò post missa

Res Man cii in Euro

har historia

Ecclosalica

Abare 👌 Slavin Thracia rafiant.

. Έγλεμ**α**σι **Έ**-Mia.

Charan Hop Ale millillin e meliefen. Impietatis

Probus epi-Scopus Chalcedonenfis. Visio noctur wa emsdem Chosroa.

Chefroe de 7.

perio Roma.

pradsčišo.

A legatione Mauricius Chagano, vt pacatiora consi lia sequeretur, persuasit.

CAPVI XXIX.

Barbarica Chagani fafu & infolenti 4.

Defortuna volubilis imfabilitate ex Orrò quum Chaganus Priscum, quo minus amnem traiicere posset, quo tempore prædam plurimam Deise agehar agebat, impediret: Theodorum is Medicum, virum cordatum, sagaci-

tatéque & prudentia multos excellétem, ad eum misit, Qui quum barbarum frementem maximè, & superbientem, & verborum fastu exultantem (nationum enim omnium dominu se esse, minabundus iactabat) vidit, veteri quadam narratione barbaricum legatusleniit tumorem. Inquit enim. Audi Chagane veterem & vtilem orationem.Sefostris Aegyptiorum rex, illustris admodum & fe lix, plurimas & maximas sibi subiecit nationes. Atq, ex eo luccellu in proteruam arrogantiá lublatus, currum fibi aureum pellucidis preciofisque lapillis exornatum fieri fecit. In quo considens, quatuor ex deuictis regibo currui, qui eum traherent, iugo illis impolito, iunxit. Hoc verò quu læpius fierer,& celebri quodam festóg; die,ex quatuor istis regibus vnus oculis conuersis continuè retrospiceret,& rotæ volubilitaté intueretur : Sesostrisque eu, cuius rei gratia tam frequenter ocu los in rotă coniiceret, percotaretur, respondisse is fertur: Cum stupore admiror rotam, quum eam instabili modo ferri, atq, aliàs aliter volui, & nunc quidem sublimia demittentem, rursus autem demissa sublimantem conspicio. Sesostris porrò vbi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac curru traherent.Barbarus verò subridens, satis se pacem complecti indicauit: & Priscus ei + pro transitu bonam spoliorum partem, maxima quæque concedendo, dedit : & se Romanorum ditione cedere(Romanum nanque id folum esse) significauit. At Barbarus Romanos armis & iure belli id amisisse respondit. Et quum Chaganus ad hunc modu familiarius cum Prisco rixaretur, Priscus ei, quòd ex oriente profugisset, conuicij loco obiecit.

CAPVT XXX.

**Antiquitates** De Cauca-Seu & Bores libus Scythis historia. Chaganu

C

† रेक के रहे

કે પ્રક્રિકેટર છ**ર**.

Abdelarum, sive Ephtha litarii in Oriëte victor.

Itë Abarë. Tangast cini tas Turcorii. Mucriti po-

Vandoquidem autem Caucasiorum atque item Borealium Scytharum mentionem intulimus, age quæ cófecuta sint, perinde atque adiecticias narrationes, quanuis ad historiam non pertineant, exponamus. Ante cos an-

nos Chaganus, qui in Oriente à Turcis laudibus celebratur, Abdelarum, (alius autem, Ephthalitarum dixerit) gentis principe fortitet debellato, po puli eius imperium sibi sumpsit. Ea victoria magnopere elatus: & Stemeischagano socio sibi bel li ascito, Abarum quoq; natione ditioni suz subegit: non corum Abarum qui in Europa & Pannonia sedes ceperunt, falso nanque sibi isti nomé id vsurparunt, quú ante Mauricij tempora eò aduenissent. Vnde verò & ij genus ducăt, paulo post dicam. Itaq; Abaribus à Chagano deuictis, ad eos illi, qui Taugast tenuere, confugerunt . Est autem Taugast ciuitas Turcorum perquam celebris, Indis finitima, cuius populus omniū est fortissimus,

gentem in vniuerso orbe, quæ ei comparetur, no D habés. Inde verò ad vicinam nationem Mucritorum venerunt, cui & ipsi nationi magnum est robur,& continua ad pericula, quæ magnis animis fortiter sustinent, studia. Chaganus porrò getem quoque Sogor aggressus subegit, robustissima & populosissimam. Hæc ad amnem Til accolit, que Turci Nigrum, & antiquissimi principes Ver, in & Cuni nominarunt: à quibus nominibus quædam etiam gétes appellationem sunt sortitæ. Por rò Iustiniano imperante, ex antiquis eius gétis optimatibus pars quedam profugiens,in Europam venit. Hi Abares seipsos nominarunt, ducémque fuum Chagani cognomento exornarut. Sedenim populi Hunnici Barsilt & Vniguri & Saberi, vbi partem gentis Ver & Cuni appropinquare sibi vi derunt, in timorem maximum inciderunt: Abares illos formidatos, in regionem eam venisse rati: cámque ob causam muneribus cos inuitarunt, & per ipsos Albania potiti sunt. Et fugitiui ipsi animaduertentes, commodam sibi cam appellatione esse, Abares deinceps seipsos nominarunt. Inter Scythicas naque nationes ea gens longe bellicosilsima, & ad excursiones faciendas aptissima esse perhibetur. Ad hodiernum sanèvsque diem Pseudabares isti generis ortu diuisi, partim ab Ver, partim à Cuni appellationem habent. Posteaqua autem de rebus Pseudabarum diximus, ad historia contexendam redeamus. Sogor igitur deuica, & Tucoch gentis principe ore gladij à Chagano fublato, vnà cum hoc nationis ciusdem cæsæ sunt triginta myriades, ita vt continuata interemptorum cadauera dierum aliquot inhibuerint iter. Quum verò hæc tam præclara Chagano obtigiffet victoria, ciuile inter Turcos coortum est bellű. Siquidem Turú quidam Chagani conatus, res no uas molitus, copias magnas cotraxit, quibus Chagano congressus superior fuit. At ilse aliis tribus Chaganis in societatem belli vocatis, cotra tyran num progressus est: & pugna ad regionem Icar commissa,inter cædes multas tyrannú interemit, & ditionem suam recuperauit. Victoriæ eius gratulatio cum aliis Principibo, tum Mauricio ipsi est significata. Proæmiú gratulationis eius tale fuit. F Romanorum imperatori magnus Despotes septe 3 gentium, & septem orbis terræ climatum dominus.Enimuero montem aureum Persæ vocat,Orientem versus situm, propterea quòd frugum est feracissimus, pecoribusque & iumentis frequentissimus. Persis autem lex est, vt potétissimo Cha gano aureum hunc motem concedant . Iidé duabus hisce rebusprorsus se gloriantes efferüt, quòd nunquam epidemiam pestilentiæ viderint, & p rati in regione corum sint terræmotus. Terrá autem Caath & Sogdoanem cocussiones & pestilentias experiri dicunt . Turci sanè summopere ignem colunt, aërem & aquam honorant, terram hymnis celebrant,& eam folam adorant. Deúmque, qui cœlum & terram condidit, nominat : cui etiam equis, bobus, & ouibus facrificant. Sacerdo

† Populi qui hic commemorantur prope emnes iu Pannoniu consederunt. De Abaribus sue Saberu, dubium non est, qui Sabaria nomen reliquerunt. Ver Slauorum lingua, etiam nunc Panno sine Hungarm dicitur.Vri & Vrzi Hungari sunt.Vnigri ipfifimi Hungari fant. Canorum nomen & gens ipfa mune quoque Hungarie partem retinet, &c.

Sogar gens. Til flu, idem Niger, Ver, Abares pop. ex oriente in Europá sub Iustiniano renerunt.

Barfilt V niguri Saberi

> Cades trigin ta myriadä barbarerum.

Cinilointer Turcos belli. Tursu. Chazanne.

Cofundi videiur bic Per ∫arë & Turcerii nomina I car mons AUTEM.

Terra cabas. Sogdoane. Tercoram religio.

Abud Mepuli ordines.

Daring Hi

staspu.

A tes quoque habent, qui de rebus futuris diuinare

existimantur: apud Medos verò septem populi or dines, res precipuas expediunt. Et lex antiqua partiri aliter negocia non permittit. Qui enim Arsacidarum ordo dicitur, regnum apud se retinet, & regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præest: alii politia curæ est. Alius controuersias de quopiam, quod arbitrario iudice indigeat, inter ambigétes exortas decidit. Quintus populi or

do equites regit. Qui hunc consequitur, tributum à ciuibus & subditis exigit,&regio zrario przest. Septimus regis equos curat, & vestem militarem seruat. Hasce leges in aula regia Darium qui Hy-

staspis dictus est, sacrasse ferunt. Caterum ea atate Turci ex Ver & Cuni profugientes, in Europam venerunt, & se Abatibus, qui sub Chagano erant, ad decem ipfi millium numerum pertingetes, coniunxere. Turcorum autem Orientalium Chaganus bello ciuili confecto, prosperè res ad-

ministrauit, & missis ad incolas Taugast legatis, fædus cum illislegitimum iniit, regnúmque fuum pacauit. Princeps verò in Taugast, Taisan nomen Taifan prin B

caps in Tanfortitus est, quod lingua nostra Dei filium sonat. gaft. Pacatum & feditionibus vacuum regnum regionis eius princeps obtinet, propterea quòd gens tota administrationem ei deferre solet. Statuas co

lunt, leges apud eos iustæ sunt, vitam sobriè semper degunt. Constitutionem sacrosancham ha-Lex saluber bent, ne quis virorum se auro exornet, quatruis Tima. auro & argento propter commoditatem merci-

moniorum abudent. Disterminat eam ditionem amnis, inter dues maximos inter se dissidétes po-4 d Tilv 124 -Movies The pulos fluens, quorum alteri nigra, alteri coccinea שמים אין אם vettis est. Qui atro amictu gaudent, flumine traie-چين کي اندو. - د د اندو

do rubram gestantibus vestem bellu intulerunt, elais zwa -& fortiter imperium omne obtinuerunt, quo té-EL KATEWAY pore Mauricius Romanu imperium administravezízite. uit. Coniuges ibi regum aureos currus habent,

qui à singulis bobus trahuntur. Boues isti auro & magni precij lapillis splendide sunt ornati. Eisde freni quoque aurei sunt. Et qui regnum in Taugalt suscepillet, cum septingetis fæminis noctem Civitatio totam consumebat. Vxores autem illustrium ibi

C virorum argenteis pilentis vtuntur. Porrò Taugast vrbem condidisse Alexadrum Macedonem, barbari dicunt,cum Ba&rianos scilicet & Sogdoanem subegit, duodecim barbarorum myriadibus in ca combustis. Aliam quoque vrbem non ita multis miliaribus inde dissitam, idem Alexander

statuisse fertur, quam Chubdam vocant. Cuius pretectum mortuum, lege hoc ita iubente, coniuges cius perpetuò lugent, neque vnquam à sepulchro discedunt, pulla veste indutæ, & capite no-

uacula raso. Chubdam duo maximi amnes diuidunt, quorum ripis cupressi frequentes imminét. Multi in ea regione sunt elephantes. Mercimonia autem ciues cum Indis exercent, corpora quàm

maximè candidis. Sunt ibi quoque vermes quàm plurimi,fila Serum nentes, multiplici & vario co lore. Eos barbari magno studio curant. De his hactenus: quæ quidem non frustra exposui. Quum enim de Abarum gente,& eorum duce Chagano

dizerim, vt ille propter Alexandri martyris male tractatas reliquias pænas dederit, & rem maximam mirifice à VERBI matre gestam hic com memoraturus essem, eam ob causam paululum à

propolito digressus, hæc retuli. Sed iam historiam D nostram ad carceres ipsos reuocemus.

CAPVT XXXI.

Oc loco autem, quid Mauricio in celeberrima martyre Epnomia acciderit, dicam. Iners nanque cogitatio imperatori incellerat, vt anxiè nimis de ingentibus eius miraculis inquireret, & arodivia ab ea edita esse pu

fallaciam hominum prodigia ab ea edita esse putaret. Ex aduerso Constantinopoli inclyta Chalcedonésium ciuitas sita est, vbi sanè templú quoque est magnifice constructum. Diximus autem non ita dudum, sacrosancas eius reliquias olim in hoc ipso templo, in vrna marmorea repositas esse. Atque in eiusdem memoria, miraculum insigne, atque eis qui id non viderunt, propè incredibile fieri solere. Ex quo enim illa in martyrij sta dio decurrit, & corpus eius in monumento conditum est, ipso passionis eius die, in conspectu o- E mnium, loci eius episcopus, spongiis quibusdam ex defunctæ corpore sanguints liquorem haurit. Sanguiné sanè veluti ab recens caso corpore vulnerum tabo mistum, & vnguentis quibusdam ex seipsis natis temperatum cernas, quem exiguis vi 🔻 treis vasculis episcopus exceptum atque divisum, turbe aduenienti donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animi quadam væcordia in dubium vocās Mauricius, quum tempus appeteret, argenteum ornatum ex sepulchro detrahit, & imperiali signo monumentum martyris oblignat. It cenim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquam autem tempus ipsum quod debebat, aduenit, curiosè my sterium indagat, accuratiús que experimento solicito miraculum explorat. Ecce tibi verò rurlum, sicuti antea, sanguis vnguento conditus, instar riuuli è monumento promanat, & spongiz sanguine suaueolenti pinguescunt. Et martyr ipla tum, vt prolixius languinis fons proflueret, fecit:atque illa ad hunc modum imperatoris incredulitatem erudiens, castigauit. Ipseautem digitis sanguini admotis, cóque humore delibutis, seipsum sancti- F ficando conspersit: & reipsa, vt id crederet, perfuafus, deinceps cú admiratione laudes fuas clara voce martyri tribuit.

CAPPT XXXII.

Inimè verò abs re fuerit, si celeberrimæ martyris islius pdigio, admirandæ Glyceriæ, & ipsius martyris, miraculum coniunxero. Vir quidam, cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in

bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifeltò in impostorum & malesicorum barathru demersus esse deprehensus est. Incatatori huic & mago argentea fuit peluis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate flagitante argétariis védidit. Qui precio numerato lancem eam receperunt, venalémque & ipsi pro foribus cuiuis prætereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerut. Ac-

Design

Bembyces.

Taugast con

ditor Alexã

da magnu.

Cades duode

cim myriad**i**i

barbarorum.

Ciuitas

Chubdan.

577

† 3ιοβρότων μέρων.

cidit autem, vt Perinthius antistes Byzantij esfet, & peluim eam,ita vt venundabatur, comparatet, Itaque cum vasculo empto se in sedem suam rece pit, & ob reuerentiam vnguenti martyris Glyceriæ, sublato priore vase ænco, argenteum istud reposuit, cultui + diuinitus manatis vnguenti id ma xime convenire arbitratus. Atque ille quidé hoc sic fecit. Riuus autem vnguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam & donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens etiam dicebat, vt mundum immundo con tingeretur. Hoc postquam diebus plurimis sieri cognouit episcopus, oppidò quàm grauiter tulit, variásque curas in animo ipse suo, o ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volu tauit. Proinde ad lachrymas & preces conversus, Deo supplicauit, vt rem tam grauem auferret, & facti eius causam latențem ostenderet. Deus verò rite abominationem cam amoliens, & inscitiam misericordia legitimè proseques, antistiti in somnis lancis piaculum manifestat. Ille statim argen-B team phialam subducit, & priorem illam æream, perinde atque puram & quasi virginem atq; immaculatam ministram cultui religioso restituir.Et ecce tibi, derepente vnguentum rursum scaturit, & miraculorum latex denuò exundat. Piaculú autem execrandum manifestò in apertum producitur, & non aliter quam in publicis columnis incifum proponitur, vrbíq; gloria sua redditur. Ea res vbi ad imperatoris aures, per primariæ sedis episcopum (Ioannes is iciunus erat) relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio perlequendos excitatus est, ( nam is relipiscentia atque pænitétia crimen corrigere voluit) iudiciú igitur maximum cogitur, & maleficoru multitudo ingens producitur. Qui in grauem carceré con ie&i, ad ſupplicia, debitas perſoluturi pœnas, traditi funt. Inter quos Paulinus in \* palum fumma parte hiatem actus, turpiter vita finiit: quum prius cædis filij sui spectator fuisset. Siquidem & hunc abunde impiæimposturæ & malesicij portentis imbuerat. Atq; hoc ita est gestű. Quod verò præter opinionem omnem aliud à Verbi matre eodé tempore est actum,id quoque referam. C

CAPUT XXXIII.

Exemplane
vindicate ha
manis fimal
ey diamitus
in virginem
matram blalibemia.

\* In crucem

scilices.

Reci quidam sine Gentiles in cu instantes, & vino sese inuitantes, post prádium simulátque satis adbiberát, blasphemare & coniciis proscindere
Verbi matré cæpere: postremú

hoc copotationi adhibentes studiu, vt quæcuque aliquis eorum excogitare posset, absurda atq; indigna, per ea ridens œconomiæ & dispensationis sa lutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea posse innotuit, illi quidem condignas petulantis lingue pænas dedere. Aedium auté, in quibus considentes graui blasphemiæ indussera, dominus, à sacris hostris non alienus, tum quidem, o res ita tulerit, periculum essugir. Non musto verò post, noctu ei dormiéti in somnis Deigenitrix astitit, cui diligen tius, Ecquid se, quænam esset, nosset, percuchantis postqua ipse, nosse se am professus est: illa ei con tumeliarum indignitatem in memoria reuocauit.

Tum ille mifer supplex illi este, veniamque delici D petere: & ne tam citò morte mulcaretur, sed tem pus ei pœnitétiæ relinqueretur, orare. Illa, daturá se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pænas luituru, promittere : vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circucircà veluti exarans, circumscribere. Id vbi factum, auolans, ei postea non apparuit. At ille somno discusso, mem bra ea que vimine notata fuerant, statim ab 🖈 reliquo corpore difrupta inuenit, recenti fanguine profluéte. Et in publicum productus, iustum omnibus iudicium promulgauit. Qui verò id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculum, cantarunt. Matrem itidem Dei celebrarut, quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæque nouo quodámodo affectionem erga nos luam, quauis præter naturam eius lit, vt quenqua puniat, vi quadam ada@a ostéderet, vt scilicet religio nobis stabilis & firma esfet.

Ad finem huim libri ex Suida annotatio est de Coustantino Copronymo, imperatore Constantinopolitano, qui longe post imperanit, in rirginem matrem contumeliosus. Resest huis argu- E mento congruent.

#### C APPT XXXIIII.



Vm verò etiam hierarcha vrbis Constantinopolitanæ Ioannes, post episcopatus sui annos tredecim, ex hac vita decessit. Qui gvoluptates expugnarit, animique petturbationes coercuerit,

& imperium in ventrem exercuerit, vusturis, hoc est iciunator, à Byzantiis cognominatus est: vir ex idiotarum quidem ille & opificij non inhonesti ordine progressus, sed qui propter præstatem virtutem ad episcopatus fastigiū sublatus sir. De quo quum multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maximè celebratur, quòd propter suam erga pauperes affectionem & misericordiam, plu ribus ab imperatore talentis mutuò sumptis, syngrapham illi dederit, qua substantiam sua mutuæ pecuniæ tanquá hypothecam opposuit atque im- F pignorauit. At postquam is è vita migrauit, Mauricius antistitis facultates inquirens, paupertatem eum magnopere colectatum fuille coperit: eumque devictute tata admiratus, syngrapham statim discerpsit: & lectulum tantum ligneum, qui in bo nis eius repertus est, & amiculum laneum tenue admodum, necnon penulam quandam deformé (fuerat nanque Ioannes malè vestitus, frugalitate vitæ conspicuus)in aulam imperialem inferri iussit, eáque rebus omnibus pretulit. Et iciunior usolenni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis preciosis concinnatis, sericisque vestibus, & aliis imperialibus deliciis valedicto, ligneo præfulis eius toro no&ibus totis vsus est, gratiam quandam divinam ex eo se consequuturum existimans. Tum quoque Maurorum gens in Libya vifa est, à Germanis ducibus bello locis suis expulsa.

† Inter Ioannem istum & Gregorium episcopum Romanum contentio sui:quòd Ioannes Occumenscum episcopus nominari volue vit,cui propterea Gregorius resititi. Blond. Grog. Epist. lib. 4.ca. 29. # Sinffnjiv-Ta ivide tre induchtus.

Ioannis Icin ni archiepiscopi Costan tinop.mors.

De einselmonia.
Aly toanment Eleemo
synariant.
Cuinselmosin acte
metes in acce
Budenst suete.

Signa Mau

Prodigiofus

t whit

19/14 1x4609

un en verzogs

चळ् व्यमक्ष्येह.

zypti prafe-

Apparitio duorū homi-

Nili.

n aquati Lia. in

Tritones isti

in Nilo fla-

Clivbi Pha

BYNKK!



Odem rempore plurima etiam indi cia apparuere, imperatoris mortem portendentia.Primùm enim cometa maximus visus est plutimis coru Icans diebus. Et alia quæ accidie res,

clarius etiam id ostendit. Nam vir quidam qui g tenuissimè vixetat, & in vita solitaria sese cotemplatione rerum arcanaru exercuerat, vitæque isti mundanæ renunciauerar, strictum gladium in foro(celebris hic vrbis locus est) vsque ad vestibulu aulæ imperialis gerens, processit, & voce magna prædixit, breui imperatorem vnà cum liberis & coniuge ferro calum iri. Æstatis verò tempore, Herodianus etiam quidam, id quod de imperatore futurum ellet, propalàm renunciauit: atq; is no sine divina sorte sibi prædictionem eam manifestatam esse confirmauit. Alia insuper prodigia tum temporis accidere, quæ nunquá antea aliquis vel vidit, vel audiuit. In Thracia siquidem mulier puerum genuit monstrosum prorsus, naturæque ipsius 🛧 piaculum.Oculis nanque,palpebris,&su perciliis caruit, neque reliqua corporis costitutione formam & effigiem iultam habuit : quippe cui neq; man',neq; brachia esset,& cui ad 4 coxedices cauda piscis illis innata depéderet. Quod portentűvbi imperatorvidit, interfici id iulsit, gladiűque statim exosculatus est. Mater auté que monstrum ipsum protulerat, quandoquidem sua culpa ad inopinatum miraculū nihil contulisset, crimine absoluta est. Tum etiam ex imperialibus equis præstantissimus,& aureo ornatu spectatissimus, derepentè concidens, ruptus est. In suburbanis autem imperantis ciuitatis vicis, alia quoque monstra nata sunt: puer videlicet quatuor pedes habens, & biceps alter, vterque verò serro concifus clt.

dam præ se ferens, atque pubetenus quum subin- D de ex vadis subsilirer, spectandum se præbens, reli quo verò corpore sub aqua latés: veluti enim erubesceret, sic arcana naturæ occultauit. Eu vbi dux confpexit, soleniter eum identidem adiurauit, siquidem dæmoniu esser, vt è conspectu abiret, & in solitudinem se reciperet: sin creatrix aliqua vis id protulisset, vt ne prius spectandum se subduceret, quàm omnes inopinato aspectu satiati essent. Itaq; animans id (hominé enim dicere no ausim) diutius constitit adiuratione constrictu, séq; omnibus conspiciendum præbuit. Tertio deinde die, sub auroram, aliud etiam animas muliebri forma (nam id natura satis indicabat) ex yndis emersit. Nam vultus ipsius leuitas, comæ prolixitas, necnő reliqua corporis constitutio, & capilli partim com plicati, partim soluti, formæque splendor, fæmina esse denunciabant: sed coma ei subnigra, facies ca dida, nasus mediocris, & digiti in manibus decentes crant. In ore tenera florebant labia, vbera leniter intumescebant, & papille à pubertate recenti paululum prominere conspicienti videbantur. E Reliquas mulieris partes flumen occultabat, arcana thalami coniugalis mysteria spectatoribus perinde arque eis qui sacris secretioribus initiati, non essent, subducens. Dux igitur ipse & cohors eius víque ad occasum solis spectaculo eo oculos pauere, quo tépore & animalia ea intimos amnis recessus subiere, quum silentio sese videnda exhibuissent. Muta nanque taciturnitate conspectum fui amatoribus præbuerant. Ex omnibus verò infaustis hisce indiciis, imperator gravem reru exitum coniectando colligebat. Et iam tum futuri ca sus metu perturbabatur:propterea p, qui diligenter historias conscripserunt, haudquaquam commoda rebuspubl. eiuscemodi prodigiorū ostenta esse, memoriæ prodiderant.

CAPVT XXXVI.

Menu: Ac. C

Ecimonono imperij Mauricij anno,Mena prefectoÆgyptum gubernante, etiā in flumine Nilo portenta quædam extiterunt. Postquam nanque præsectus in Delta (locus hicapud Aegyptios

præclarus est, ex literæ eius figura nomen adeptus) venit, & ipso diluculo ad amnis ripam iter fecit, subitò ex fluminis alueo vir quidam horrorem fecum afferens, prodiit vultu Giganti fimilis, aspectu graui, capillo subflauo & canis resperso, pectore ingéti, dorso & brachiis heroicum quid-

Autores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem toto corpore absoluta simi litudine ascendere nanigia nocturnin temporibus, statim que degrawari qua infederit partes : & fi diutim permaneat , etiam mergi. Plinim libro nono, cap. ). Volaterransa ante annos plusquam do centos extitisse scribit in Apulia invenem in mari vinere inter beluas assetum, qui cum antea Nicolam, postea hanc ob causem Co Ispescu est nominatm. Actate nostra apud Batanos marinue homo visus est à plurimu, qui etiam supra dues annos ibi detensus est, musus eras & iamincipiebas fari. Verum bu pestrlensia i-chu, in mare est romissus gendens & exciliens. Ludo. Viues lib. 2. de verit.fid.Christian.

CAPVT XXXVII.



On multum intercessit téporis, F quum Priscus & Commentiolus regionum Europæ præfecti, foluta ea, quam arte quadam cu Chagano Abare pepigerant, pace, clam id iubente principe, ra-

tibus Istrum traiecerunt. Atque voi primum in Viminacium (insula ea est in Istro flumine sita) delati, & deinde subitò cum barbaris & quibusdam aliis congressi sunt, vnius mensis spatio plurimis præliis, supra triginta millia Abarum, Gipedum, & Slauinorum interimerunt: eorundémque vltra quindecim millia ceperunt: & victoria tali potiti, qualem vix vnquam aliquis ab hostibo reportalle cognitus est, retrocesserunt. Captiuos porrò Chagano per legationem perenti, Mauricius restituit.Hyberno autem tempore,quum Ro manoru copiz, vi cogente Comentiolo, stratalapidib. Traiani via, Gerotio venustæ nobilitatis viro, qui centu & duodecim annos natus erat, duce transijssent: acerrimo frigore exorto, multi interiere Et Comentiolus quidem Byzantiú est reuer sus:Priscus verò in Thracia remasit, excursionib hostiú si quæ sieret, obaiá iturus. Sed enim primo

Theodofice Mauricy fi-Les Germa in filiam in matrimeniü ducit.

Exemplů ar rogantu & sufolentis legasi & oratoru. Legitim<sup>®</sup> lin gua vsu.

Petrus M40

ricÿ frater,

Europa pra felliu.

Seduio ple-

bu Constan-

tivopelitana

Mauricium

templü Bla-

Nimium le-

niter Mauri

com in fedi-

tiofos ani-

maduertit.

chernarum

confugit.

principem.

alversus

vere quum Costantinopolim venisset, denuò dux declaratus est. Decimonono imperij Mauricij anno nihil magnű à Romanis & barbaris gestű. Tum verò Mauricius Theodosium filium sponsum ingéti cum apparatu fecit, legitimo matrimo nio ei Germani filia coniunca, viri præstátissimi & Senatoris præclarissimi. Sed & Chosroes Ba bylone tum degens, à sociis nostris Syris, & finitimarum eis regionű populis incitatus, rumpere pa cta cumRomanis fœdera cogitabat. Verű vbilimperator legationé ad eu misit, pacta quidé rursus cofirmata funt. Orator autem iple legatione obita, male est acceptus: propterea q imperatori dixerit, Persarum regem verba hac audientibus satrapis in mediá protulisse. Propter oratoris ipsius virtutem bellum intermitto. Eam enim rem vbi imperator audiuit, indignè tulit, & Georgio (id nanque oratoris nomé erat) periculosus legationis eius lapsus fuit. Ita nanque res fert, vt oratio si non ea qua opus est, ratione dispensetur, magnas eis calamitates, qui illa abutuntur, pariat. De his B hactenus.

CAPVT XXXVIII.



Igesimum iam in imperio Maurici-us princeps agebat annu, quum Pe tro fratri præfecturam Europæ de-mandauit. Et pestilentia subitò co-orta, vehementer imperantem vr-

bem afflixit. Postquá verò tempus natalis Christi aduenit (consueuerat quippe princeps vnà cũ populo festú eum diem in templo agere) & tum pro cosuetudine sua, Mauricius multitudini honorem eam habuit, nonnulli ex plebe rebus nouis solicitati, seditionem aduersus eum mouerüt: eundémque saxis petentes, conuiciis insuper prosciderut. Ibi tum ille ægte periculo vitato, in Dei genitricis templű, quod Blachernas populus nominare con sueuit, saluus cofugit. Magna autem religione delubrum id Byzantij colunt.Dicitur nanq;, & creditur, vestes Mariæ virginis, & partem quandam admirandæ eius zonæ, capitisq; etiam amiculum in aurea vrna ibi asseruari, sicuti à me suprà dictu C est. Imperator porrò adeò leniter in seditiosos animaduertit, vt præclatiores ex rebellibus relipiscere, moderatioraque consilia sequi iusserit: reliquos autem se punituru esse assimulauerit. Itaque ira soluta, reuertendi eis in vrbem, potestaté fecit. Porrò Petrus cum Romanis copiis Palastolú profectus, atq; ibi æstate moratus, incunte autumno in Dardaniæ angulum concessit. Ibi nanque congregari Abarum multitudinem, & castra ad Absirh habere audierat. Hortabatur autem Petrum Mauricius, vt quicquid tandé posset aduersus Cha \* ganum faceret, neque exercitum inde exire pateretur, sed arte quadam & callida administratione + proderer.Indignabatur enim, præteritarum iniuriarum memor, militibus seditione atque rebellione gaudentibus. At Chaganus clam progressus Macedoniam percurrit: & infinitam multitudinem hominum secum ducens, propè ad Constan tinopolim accessit, duobúsque aureis virú quen-

+ xalanger Milstes rebel Les Mauricio & ducib.eis. Mauricius captimos pla-

> \* Apud Diaconum est, vuo etiam aureo numo Chaganum fingulorum captiuorii caput Mauricio redimendum obtulisse,iliimque conditionem cam non accepisse.

que redimendum obtulit. Quum autem ea con D ditio Mauricio grauis videretur, & tam vilem redemptionem auaritia vicus reiiceret, furore percitus tyrannus, captiuos multorum milium omnes ense cocidit. Cuius rei gratia Deum infensum ei factum esse, creditur. In somnis etenim ei apparés Christus, Phocæ eum ordinis militaris ductori traditum esse dixit. Et Mauricius à somno excitatus, Philippicum sororium suum acciri è vinculis iussit. Primæ enim nominis eius literæ succes sionem quam maxime suspectam habebat. Atque ob eam causam vinctum eum tenebat, Imperium ad illum deuolutum iri existimans. Philippicu ergo eum, si quem militem Phocam nosset, interro gauit. Atque quum ille respodisset, Phocam eum esse, qui non ita pridem imperio eius impudenter restitisset:Imperator, quibusnam is moribus esset, percuctatus est. Et vbi timidum esse cognouit: Si timidus reuera, inquit, profectò & percussor est. Verumenimuerò Mauricius ob tantæ multitudinis cædem, odium omnium incurrit, conuiciísque ab omnibus est proscissus. F.

rimos vili mercede à Chagane no redimit.

Vilio numi-Die Irati, Mauricio na Etw oblasa.

Ide de Phoca inquirit.

Odium ho. minum erga Mauricium Omnu ho micida timidm.

CAPVT XXXIX.



Vum exercitus diutius in Mysia esset, & milites à Petro quietis gratia, belli finem arque missionem, reditúmq; ad sedes suas peteret : Petrus auté muto persimilis, Principis imperio potius parendū, copiás que vl-

tra Istru continendas esse censeret, mirum est gid multitudo, Imperiú detrectans, zgrè tulerit. Et Pe trus viginti miliaria ab exercitu secessit. Ad quem milites octo viros delectos, inter quos etiam Pho cas perniciosissimus tyranus crat, miserunt. Posta ille in sententia sua perstitit, & imperatoris mandatum este, vt exercitus vltra Istrum permaneret, asseuerauit:multitudo ipsa ira feruens, Centurionem Phocam sibiipsi præfecit, Petro repudiato. Postea etiá Phoca in clypeo sublato, electionem eius cu plurima acclamatione renunciauit. Quod vbi Petrus resciuit, profugit, & ad imperatore rem omnem retulit. Mauricius tribunis plebis euocatis, populi numeru inuestigauit : nihil prorsus de eo, o desertor Phocas præfectus renuciatus esset, solicitus. Idem vrbem ipsam imperantem & suburbanos eius vicos dispositis custodiis muniuit. Deinde etiam ad multitudinem illam rebellem le gationé milit. At tyrannus minimè mandata eius curauit, ratione omni & oratione reieca. Et exercitus Romanus seditione mota, ad Theodosium Mauricij filiū, ad Callicratiam venationibus sese oblectante, epistolam dedit, vr vel imperium susci peret, vel co Germano socero cederet. Decaterò nanq; minimè se passuros esse denunciarut, vt Ro manas copias à Mauricio gubernari cernerét. Hec postgimperatori sunt significata, German', veluti suspicione de se prebuerit, propterea exercitu res nouas molitu esle, vt ipsum ad rei Romanæ summam administrandam legerent, supplex in Deigenitricis templum confugit: a quod Cyrum con struxisse fama est, qui consul sub Theodosio fuit, bonus admodum vir, & eloquentiæ do arinæque omnis perquàm studiosus, quas singulari amore & + sana quadam insania est prosequutus. ČC ij

Rebellio mi litti adversus Petrum pra fellum. Iidem, Petro reiecto, Phocam fibi pra ficient. Hungarici hoc est.

Iide Theodo Sio Mamicij filio imperit desermot.

German' af feltati impery suspection, ad ecclesias confugit. ל בשפיפיו דו vi pavią. & CYTHE COM fularu.

580

Theodolius à patre fultib cedi infin. Hungaricii o hoc.

Tomaltery bu Conflati nopolitana,

Plebs furio-Sa Constanti ni Lardy pa tricij ades incendit.

A Postea verò Germanus etiam ad templum maximum, quod Iustinianus ambitione summa & ma gnificentia, magnis sumptibus rerum vniuersaru Deo costruzit, transiit. Eam sand ob causam Princeps filium Theodosium fustibus cædi iussit, suspectum eum habens, quòd arcano consilio Germano socero, vt ad opem diuina confugeret, subiecerit. Et missis hominibo certis, Germanum inde extrahere tentauit. Plebs autem vrbana vbi id resciuit, tumultum mouit, ius templi defendens: Germanóque, qui eò confugerat, vt se ibi contineret, persuasir. Atque furore tanquam duce eis præeunte, scommata plurima plerique in Principem cotorserunt, cique quòd cum Marcione sentiret, cum conuicio obiecerunt: cuius hæresis cum stulta quadam religione, fatua & cotemptibilis est. Quum igitur ingens tumultus maximè sæuiret, qui vrbis mænia seruabat custodes, hisce rebus auditis, reliquæ se tumultuanti multitudini ipsi quoque immiscet. Et plebs vndequaque con currens,&mali eius tempestate fluctuans,in ædes Constantini, cui Lardy cognomen erat, impetum facit: quem virum Mauricius inter reliquos patricios charum maxime habebat. illustris enim erat, & ex primariis senatoribus vnus ad patriciatus dignitatis sublimitatem euectus, tributis etia Orientalium regionum præpositus: eum Romanis præfectum prætorio appellare mos est. Huius ædibus omniuoro igni traditis, cæptóque eo per audaciam ratione omni carentem furibunde peracto, inde abiere.

CAPYT XL.

Mauricy ex webe Costan tinopolitana fuga. Cyriacus epi Scopus Conflantinep.



Taque Mauricius de rerum fumma desperans, & multitudinem cædis odio ad tyrannum deficientem, ipsúmque etiam Cyriacum (qui post Ioánem dignitatem Hierarchicam susceperat, quum prius presbyter&

œconomus ecclesiæ magnæ fuisset) couiciis proscindentem videns, de media noche imperiali prætexta polita, priuataque velte lumpta, limul cu coniuge & liberis, dromone conscenso, in Orientem profugere conatur, non exiguam secum pecuniæ vim portans. Et postquam in sinum Nicomediæ, ad templű Autonomi martyris (Soræum vernacula lingua nominatur, Costantinopoli autem plurimum centu & quinquaginta stadiis abest) venisset, tempestate sæna circumuenitur: & præterea consueta sibi podagra derepentè correptus impeditur. Cuius morbi sane quam infelix prouentus & vbertas obuenire eis solet, qui continuè imperialem vtbé incolūt. Ex eo loco Theodossum filium ad Chosroé legat, qui opem ab eo peteret : esque in memoriam renocaret, quòd & ipli de lumma regni periclitanti Mauricius id con seruarit. Aequum quippe piùmque esse, vt ille parem sibi referret gratiam, quu eius domus simul omnis in maximum esset adducta discrimen. Sed enim Germanus Theodosij Mauricij filij socer, quum velut in nauigium, sic in imperium Romanum, nullis fulcrisaut fundamentis nizum, incldisser, gubernacula eius regere est aggressus Veru Prasini (ordo hic & factio Romanæ plebis est) spes eius inciderunt. Proinde & ipse per despera-

tionem rerum, se ad beneuolentiam tyranni con- D tulit: eumque, ad quem vt ita dicam fortuna incli nauit, adorauit. Statim nanque Prasinorum factio imperialem regiam occupauit, & tyranno imperatoriis acclamationibus applausit. Phocas Theo doro quodă viro infigni misso, vrbis antistite (patriarcham hunc appellare homines foliti funt) & populi delectos acciuit. Qui quum in templo loannis Baptistę, in ea suburbana ciuitatis parte que Septimum dicitur, conuenissent, coronam imperatoria pestifera beluz imposuerut. Atq; ille euesligiò apparatu præclaro Byzantium ingreditur, aurum ad instar imbris vbique spargens,& Byzan tios ciues ea munificentia in introitu suo exhilarans. Postea verò Leontiam quoque vxorem Augustam renunciat, & splendido triumpho in aulă imperialem deducit. Porrò qui populi factiones grauiter odiis inter se decertaret, + altera carum vulgò dixisse fertur: Vade, præsentem rerum statum cognosce: Mauricius enim nondum mortuus est. Quibus verbis tyrannus exauditis, tu quidem multitudinem oblatrantem compelcuit:po- E stera autem die totus ad cædem Mauricij, veluti furiis quibusdam raptus est. Itaque illum cum po dagræ &chiragræ doloribus conflictantem, ex eo quem diximus sinu, vnà cum coiuge & liberis, inter quos etiá Theodofins ex itinere legationis retractus erat, eregione Constantinopoli, vbi Chal cedonensis ciuitas est, in Eutropij portum traduxit: & primum liberos ipsos in conspectu patris occidit,in quorum cuiusque cæde verba illa pater protulit: Iustus es Domine, & iustum iudicium tuum.Deinde verò &iple Mauricius relectionem capitis sustinés, ferro cæsus occubuit, egregia animi virtute in summa ca calamitate exhibita.Quu nanque liberorum nutrix infante vno imperiali subtracto, puerum ipsa suum + lactentem ad czdem protulisser, Maricium astantem percussoribus arcanum suppressi pueri sui cossilium indicasse ferunt:quòd minimè æquum esse duceret, vt in alium, quum ab ipso Deus pænas expeteret, animaduerteretur. Atque eo infante iugulato, cædes eiulmodi pro languine laceum liquorem profudir.Ad hunc modum imperator, qui naturæ legi- F bus superior esse visus fuerat, vitam finiuit, post 🖣 sexaginta tres ætatis annos transegisset, viginti au tem ex eis in imperio enituisset.

> CAPVI XLI.



Adauera auté imperialia, oppidò g lachrymosum ludicrum, ibi in littore maris iactata sunt, ita vt il lius vndam purpureo sanguinis cruore infecerint: núc quidé fluctibus ipsis in terra leniter appul

sa, nunc verò reciprocante maris impetu reducta. Ex eo deinde loco translata, prouentú lacrymarú eis tulerunt, qui illa nudata, & ad spectaculum exposita conspexerut. Ad cúmque criam modum à tyrannicis militibus spectata, in Tribunali (ita enim dicitur campus qui ad Septimum est) temerè proiecta sunt . Sic enim per eiusmodi spectaculu exercitum ab omni humanitate alienissimu, piaculi quoque parricipem fieri oportebat:vt scilicet \* quod fraudé & maliciam odit, nullisq; corrum pitur donis Dei iudiciú, omnes eos retributionis rator Ro

† Falliobec المفريون كا The Religion GIP.

Mifamile M auricÿ facria

Ziesti io vi

nd adicara eplete.

je Phoce rmittit. Prafinor poli factio.

Germann

Milites a nes defecto-Phoca desci wermut malè

res,qui ad disperierant.

† fipes wápipper.

Cognators & fantorn m cades.

Conflantina Augusta fi-

maili i s

irretiret plagis. Perniciosus nanque & execrabilis exercitus ille, grauissimis maximisque circumuentus erumnis, per varias clades vitam hanc morte commutauit. Postquam enim Persica rutsum expeditio sumendorum armorum libertatem accepit, Chofroe admissum in Mauricio piaculum indignè ferente, bellu scilicet motum est: & exercitus variis modis simul & diuinæ vindictæ pænas, & ipsorū præliorum casus subiit : quū quandoque ipto conflictus tempore, sæuum in modum cœlesti igne peteretur: quandoque autem fame & direptione multimoda, captiuitatéque post victoriam amissam affligeretur. Maxima verò eius pars ore gladij concidit,& + ferri quasi aliud agentis opus facta est. Neque prius à Persis victoria discessit, quam impius iste & tyranni consectator exercitus totus interiit. Quod sane sa tis ex eo quod modò dicetur, coniicere licet. Non enim multo post, nondum quatuordecim annis elaplis, quum Heraclius aduerlus Razatem bellū gereret, & delectum militum haberet, duos tan-B tum ex ea multitudine, quæ tyranno fauerat, reliquos is inuenit. Sedenim vbi tempus ipsum nouas militum copias Romanis tribuit, & exercitus ille vitiolus omnis pessumiit, res secude apudPersas mutatæ sunt, & postquam Babylonius ille dra co Chosroes Hormisdæ filius, nulla misericordia interemptus est, Persicum bellum finem suum ha buit. Verumenimuerò tyrannus impiis flagitiis ebrius, se ad aliorum etiam cædes armauit. Proinde Petrum Mauricij frattem ferro necat. Occiditur præterea, cuius læpe facta mentio est, dux Commentiolus: item Georgius Philippici filius: Prosentinus etiam, cui curas & consilia sua Petrus cre diderat. Postremò verò & Theodosius Mauricij successor, ex itinere, sicut dictum est, retractus. Fa ma autem obtinet, percussorem Theodosio parcentem, alium pro eo admodum illi similem ense iugulasse. Ipsum verd Theodosium profugum, in locis multis multa expertum, postea morbo interiisse. Atque ea quidem fama per omnes Romani imperij ditiones vulgata est. Sed ea barbarus quidam error, perquàm tenui cóiectura id facere au-C sus, protulit : propterea & caput eius solum, vnà cum aliis qui cæsi sunt, exhibitum non sit. Verùm inquisitio ipsa satis solicitudine summa defatiga... ta, Theodolium etiam mortuum elle cognouit. Ipsam imperatricem Constantinam cum tribus fi liabus tyrannus in priuatorum ordinem redegit: & primum quidem eas in vili quadam & exili do muncula inclusir, postremò verò ferro etiam interimi iussit. Eorum autem cæterorumque imperialium corporum (decem autem fuere) reliquiz, longo post tempore in Mamantis martyris templo, propè murum cui Xylocercus nomen est, repolite lunt. Templum autem id Pharalmanes eunuchus construxit, qui sub Iustiniano imperialis cubiculi præsecus suit. Porrò in communis se-

sculptum est: O ego mille modis regum miseranda duorum, Mauricy consunx.filia Tibery:

Edocui regina satis, fæcundaque mater, Quam \* fint multoru commoda sceptra ducu, Militis infidi iaceo, populique furore:

pulchri eorum monumento Epigramma hoc in-

Et mecum coniunx progeniesque iacet.

Na misera Niobes ego sum vitale cadauer: Plurane Cissais, plura l'ocasta tulit? Esto,iurè pater: quur pignora parua necantur? Humani prorsu nescia turba doli. Non iam Roma men carpes à frondibne umbram. Eruta Threycio ftirps Aquilone iacet.

Illud etiam haudquaquam silentio præteribo, dignum in primis quod memoriæ rerumque gestarum tabulis mandetur. Siquidem ea ipsa hora, qua Mauricius interemptus est, res ea omnis, vt ge sta est, Alexandriz, statuis quz in Tychzo celebri vrbis eius regione stabant, & tum basibus suis dilapsæ erant, voce clariore quid imperatori Mau + ricio acciderer, referentibus, viro cuidam præclara vita inligni, noctu ibi deambulăti, indicata est. Quarem Alexandriæ Augustalis, & Petrus Aegyptiæ provinciæ præfectus, accuratius signis certis notatam, veram fuisse, nono die postquam acerbus nuncius iste in Aegyptum peruenit, compererunt. Multa vero eiusmodi, quæ rem futuram portenderunt, accidisse cognouimus. Ea vero si fingula scripto persequi velimus, tépus nos pror-E sus defecerit.

† Interea Calligraphu quidam Alexandria venerabilu vir, ex matutina vigilia domum vadens , media nocle videt france ex metallo aris abstractas, & voce grandi dicentes, interemptü Mauvicium & filies eine. Diac .

#### CAPYT XIII.



Auricius sanè imperatot, aliquo ante cædem tempore metuens propter conscientiam sibi, quod captiuos despexisset, eósque vi-li precio, pecuniæ cupiditate vidus, quos Chaganus furore per-

citus concidit, no redemisser, in celebrioribus orbis terrarum templis, missis ed literis, supplicari pro se vni ex supersubstantiali Trinitate Christo Deo mandasse, & ab hominibus virtute præstantibus, vt deum exorarent, petiisse dicitur: quò scilicer suorum per vitam actorum ipsi remuneratione in mortali hac vita, fatisque obnoxio mun-F do, recipere liceret. Et imaginem quandam Christi clarè & euidenter vocem edidisse ferunt, qua illi fore predictu est, vr desiderij votique sui compos fieret, & in hac vira pænas penderet. Nonnulli eam imaginem esse volunt, quæ in + ærea Palatij: alij vero maxime, que in speciosa porta templi sanctorum quadraginta Christi martyru sita est, & pictura sua quam proxime ad similitudinem vultus Christi accedit. Mauricius imperator summoperè viros eloquentia insignes coluit: liberalis etia erga eos qui pulcherrimis optimisque disciplinis præclaram operam nauassent. Celebria quoque opera in Romani imperij ditione costruxit: quorum vnum est, quadraginta san-&orum delubrum, quod Tiberius antea ædificare aggressus fuerat. Sacram item Apostoli Pauli ædem Tarsi Cilicum, bunc construxisse ferunt. Fertur & illud quoque de co, quòd tertiam partem pensionum vectigalium subditis suis remiserit:quódque liberaliter Byzantiis triginta talenta donauerit, vt aquæductuu meatus renouarent. Idem præclaru illud stema & ornamentu, quod ei CC iij

Mamicy,ca dis ipfiss tepore Alexan

Mauricine Deum, rt in hac vita delá ย์ อานิ โพอานี pænas ineret oravit. Ante aneam Palaty portam. Diaco. τῶν βασιλέιως रहे रा ऋत्यार्थ λ*લાલ,* મુદ્રો જે κα ABHIVH ZEAal. Procop. Mauricy liberasass & opera. † In visione ante encam Palatÿ por-Saluatoru se vidit aßiftere. Diec.

a Leo impe. A Sophia Augusta socrus & coniunx Constantina politanni Co ftantini Copronymi. fil. Mauricio principe Deo dicată nefario capiti Juo imposuit.captus gēmarū 🖝 auri splé dorc. Egnat. b No femela Mauricij të poribm Byzansiñ bofiilicer captum eft, & dire-† Philippicii Diacon etia Mauricÿ ge perum fui∏e feribit. a Adverse B res Rom. im perÿ sub Phoca.

Perfarii ad-

per in Rom,

res prospera.

incursiones.

ambitiose admodum & magnifice elaborauerat, quum id ne semel quidem gestasset, maximo Dei templo intulit, & diuinæ mense consecratum, aurea catella suspendit : quod ipsum ornamentum vsque ad b expugnationem vrbis durauit. Sub ipso quoque + Philippicus, & Perrus frater eius, ille quidem Chrysopoli monasterium, hic verò Cōstantinopoli, cam quæ Areobindi dicitur ædem construxit. Vtrumque autem templum Deigenitrici dicatum. Sed & Cyriacus patriarcha, Mauricio imperante, diaconisse magnificum erexit monasterium. Mauricij imperatoris res eiusmodi finem habuere. CAPVT XLIII.



Bi autem a Pho cas imperiu sulcepit, multorű statim generum mala Romanorum imperio into imperio mése, literas ad Chos roem, quòd consuetudo huius-

modi à multo tempore Romanis & Persis fuerit, per Lilium familiarem suum, qui etiam Mauricij cædem patrauit, misit, quibus literis ad Imperialem dignitatem conscendisse se significabat. Ille verò iræ intemperiis actus, legitimam Mauricio vindictam præstare volens, pacta cum Romanis fædera rupit,& perniciosum illud orbi classicum cecinit. Id nanque Persarum simul & Romanorum felicem tranquillumque statum soluit. Eóque initio Persicum bellum est ortum. Et Persæ Syriam, Palæstinam, Phænice quoque breui subegere. Ditioni quoque sua Armeniam, mox Cap padociam, Galatiam, & Paphlagoniam adiecere. Quin impetu quem cohibere non esset ducti, ad iplam vsque Chalcedonem, quæ ex aduerso Byzantio sita est, aduenere. Parte verò alia, Abares Europam omnia vastantes percurrerunt,&cædes hominu plurima grassata est, qualem haud quisquam vnquam vidit: non tantum ciuibus passim fed ip sis etiam militaribus copiis interemptis. Animantia item occidentia cladem plurimam ac-C cepere, & prouentus omnis generis frugum nullus fuit . A ccessere fames & pestilentiæ . Hyemes item ingentes, naturam iplæsuam superantes, ita vt mare frigore congelatum pisces postea mortuos eiecerit. A etas quoque hominum generis omnis cæsa,& templa atque alia quæcunque ædificia venuste splendidéque costructa, frequentibus Persarum incursionibus pessundata: quòd Chosroes,sicuti dictum est,pacem propter Mauricium videlicet resciderit. Ac ille quidem foris omnia igne vastans,rempulicam affligebat : Phocas verò domi vrbé peius accipiebat. Proinde in equestri quodam ludicro certamine, quòd eum nonnulli scommate perstrinxissent, ebrium esse dicentes, furore flagrans, non paucis ex clarioribus civibus captis, quibus dam membra amputauit, nonnullos in altum mare coniecit, alios verò in carcere inclusit.

\* Circensibus Ludis Prasini conniciis com lacessentes, clamarunt: Iterum Ingabasta bibisti? Iterum sensum perdidifte? Diaco.

CAPPT XLIII.



Ntiochieverò grauis tumultus fuit, D quòd Hebrei rursum aduersus Chri stianos, per res nouas insurrexerint. In ca seditione Iudzi superiores fue re. Ingentem nanque Christiano-

rum multitudinem aut ferro cociderunt, aut igni, quem in ædes eorum coniecerant, exusterut. Eos Phocas, impij & flagitiosi facinoris pænas sumēs, tormentis subdidit, atque vrbe exegit. Illi verò & ciuitatis eius antistitem Anastasium, Gregorij suc Matter Mustaly cessorem, è throno suo deturbatu, funéque pedi-Antioc bus alligato, per vrbem tractum, fæda morte affe epifcopi. \*Tiv Tiç is cerunt. \* Pudendas nanque naturæ partes inter trahendum ense excisas, in os eius iniecere. Post-مانة جودالا ea verò illum perinde atque holocaustum quoddam, igni tradidere : virŭ sapientia & virtute præclarum, primariúmque dogmatű ecclesiæ doctorem: quippe qui lucubrationes multas eidem reli querit. Huius liber est cui nomé Mos, hoc est, vie Anastasy ba dux,& ecclesiæ dogmatű + fines, aliáque præterim scripta. ea multa. Item in sextum Psalmu liber, in ingressu iciuniorum editus. Ego verò orationem etiam E eius quadam legi, ad Antiochenos, in introitu suo scriptă. Et pacificatoriam aliam, quam trigesimotertio anno in thronum suum postliminio reuersus coposuit, Mauricio imperium obtinente: qué etiam in eo scripto, o ab exilio reuo catus sit, laudibus effert. Huic Anastasio, propterea quòd in Synzo monte philosophatus sit, & sensum ibi car nis domucrit, Synaite cognomé inditum est. Atque ille quidem in populi tumultu peremptus, vi tam finiit. Post eum autem quu sex annis à reditu in episcopatu enituisset, pastorale munus Antiochiæ Anastasius alter suscepit. Et ante huc Cyria-

Avaftafin alter, cies Am tiochia succeffor. Cyriad Cm Rantinop di facteffer Thomas, Thoma Se gim. \* le të lare fu<del>v</del>ię.

Ameiarl

eter I ud

Christia-

CAPYT XLY.

Iacobitis generis originem traxit.

cus etiam, Constantinopolitanæ vrbis episcopus,

vndecim annis in sacra functione transactis, sedé

eam Thomæ reliquit : qui diaconi & sacellarij in

ecclesia munus obiens, ad Pontificium thronum

conscendit. Hic verò tribus annis,& duobus non

amplius mensibus sacro munere functus, impio

Sergio fede celsit. Thomas iste domum maximã

in ædibus \* episcopalib extruxit:quæ domus,no

men à conditore suo acceptum, in hodiernum vs-

gius diaconus quidem ecclesiæ fuit : sed à Syris &

que diem retinet, & Thomaitis vocatur. At Ser- F



Vis verò Iacobus fuerit, vnde Iacobitæ nomen acceperút & alia præterea quæ in historia hac o-missa sunt,æquú esse puto vt hic referă. Altius auté narrationé pe tam.Postg Eutycheti & Diosco

ro à san&a quarta Chalcedonensi Synodo dignitas abrogata est, qui illorú dogmata defenderunt, facta ab ecclesia catholica defectione, Jungroulives hoc est, segregatos siue ambigentes, seipsos appel larunt: neque vllo modò, vt quæ rectè in concilio sancto statuta essent, coprobarent, adduci potuere. Ii in duodecim secas dissecti sunt. Ex quibus multa millia hæresum pullularur. Ex quaru sectatoribus quida Eutychianistę vocati, quòd Dioscorum tantum & Eutychetem reciperent:qui Christum docuerunt patri quidem consubstantialem

Acephali.

Mount

Havefis àziper®.

Confervatio Eucharistia ctians apud baretico s.

Multarii ha resum autor Inlian' Ha licarna Jens. Phätasiasta Manichai. Oppugnatio frods Chal cedonenfis.

Alexan Anastasine Antiochen<sup>o</sup>. Singites

A esse, nobis autem minimè: propterea quòd nobis non assentiutur, veram esse in Christo humanam naturam profitentibus. Postquam autem impe rator Leo diem suum obiit, atque Zeng & Anastasius imperij administrationem susceperut, qua maximam libertatem sibi qui quartæ Synodo restiterunt, vsurpauêre. Eodem tépore & Acephali, quorum dux Seuerus Antiochenus fuit, vnam ver bi & carnis naturam malè prædicantes: & præterea Iacobitarum, Theodosianorum, Iulianistarum,&plurimorum aliorum caterux,ecclesix insultarunt, qui Monophysitæ appellati sunt, quòd vnam verbi & carnis naturam, post inessabilem vnionem in CHRISTO esse sentiant & doceant. Acephali henoticum Zenonis imperatoris scriptum, quo scilicet ad vnionem ecclesias perducere voluit, propterea quòd ille sanctam quartam Synodum anathemati non subjecisset, minimè receperunt. Acephali autem ob eam causam dicti sunt, & sub episcopis non fuerint. Proinde episcopis & sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptisimus, iuxta solennem & receptum ecclesia morem apud cos administratus, neque oblatio aut res aliqua diuina facta, ministeriúm ve ecclesiasticum, sicuti mos est, celebratum est. Comunionem verò illi à plurimo tempore asseruatam babentes, feriis paschalibus in minutissimas incisam partes, conuenientibus ad se hominibus dederunt. Quo tempore quam quisque voluisset, placitam sibi sumebar potestatem. Et propterea quod quiliber, quod sibi visum esser, fidei insertu voluit, quamplurima defectorum & hereticorum turba exorta est: Tritheitarum, Agnoctatu, Theopaschitarum, lacobitarum, Armeniorum, Seucritarum, & Aphthartodocitarum, initio à Iuliano Halicarnassæo sumpto: qui creatum quidem Domini corpus esse opinatus est, sed idem ab ipsacoceptione incorruptibile esse docuit. Horum cohortem, qui eis aduersati sunt, Phantasiastas & Manichæos vocarunt: quemadmodum & illi rur fus hos Pthartolatras & Scenolatras nominarunt. Eius generis hæresibus, & Seueritis maximè, ecclesiæ admodum ingruentibus, Chalcedonensis C quoq; Synodi nomine presso, perquá longo tempore sactata ea est, & exagitata. Vnde ingens diu seditio & confusio in ecclesia extitit. Ipsa nanque plebs ad sanctioris altaris concellos assistens, plagis se mulctatură,& cum ignominia ex sactis tem plis sacerdotes eiecturam cominata est, sicubi eius Synodi mentionem inferre, aut eam sacrosan-Ais codicibus inscribere, corúmve nomina diuinorum patrum, qui decreta eius promulgarunt, proferre ausi fuissent. Isti ipsi etiam maximo contenderunt opere, vt sacrum eius, qui in sanctis est, diui Leonisveteris Rome episcopi tomum, quem veræ pietatis studiosi ritè columnam orthodoxiæ rectæque sententiæ nominarunt, tollerent, quòd is Synodum eam firmiter fulciret. Tomum eum diuinissimus Alexandrinus papa Eulogius postea à se enarratum, optime, atque ita prorsus vt opor tuit compositum esse, disertis verbis pronunciauit, qui alia quoque multa scripta lectu digna ecclesiæ Christi reliquit. Post hunc itidem aliquanto tempore post Antiochenus antistes Anastasius Sinaites, qui & ipse sanctam quarta Synodum ppugnans, lucubrationibus suis firmissimis Mono-

physitas & Acephalos refutauit, & argumétis cer- D tissimis probauit, eŭ libru orthodoxia rectissimè plenissimeq; in omnibo docere, dogmataq; eiusve ra pietate refertissima este. Enimuero Dioscor, & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioanes Grammaticus Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere no ita promptum sit, contra Synodum quattam edidit) eam ipsam Synodum oppugnantes, vná quidem naturam, duas autem subsistentias, per summam impietate, in Christo esse scripserunt & docuerunt:potissimum verò Seuerus, qui libru integrum de ea re composuit. Verum & ipsi in libris suis alicubi naturas duas in Christo profitentur. quod sanè multi non ita accurate observantes, recum piumque esse existimauerunt, & alio deinde modo in illoru impietatem sunt abducti. Atq. hæc quide sic obtinuerunt, quoadusque lustinianus est imperator renunciatus. Postquam vetò is sceptra imperialia accepit, quæcuque extitere beluz, in specus & latibula sua contulere conenticula: quum ille sacram quintam Synodu centum sexagintaquinq; sanctoru patru coegisset. Quamuis & ipse lustinianus postea intemperiis fascinatoris cuiuspiă in Aphthartodocitaru hæresim transuersim raptus, à recta aberrauit via:sicuti à me in pximo libro est dictū. Cæterùm plurimarú istarum heresum commixtionem simul &divisioné, deinceps exponam.

Sacta quis !a Greden. Instiniance

Propugnate

Monophysi-

res kærefis

in barelin Aphthar todocitaram delap∫**us.** 

CAPVI XLVI.



Vod verò tandem Monophysi-tarú fuerit dogma, à quibus tan-quam à radice pessima, quas di-ximus, hæreses pullularunt ceu circulus aut catena ex sese depé-dentes, modò dicam. Quum et-

enim couenientes in Christo naturas, quamlibet per seipsam discernunt, duas eas esse necessitate adducti confitentur. Quum verò ytranque in Verbi incarnationevniunt, non duas illi inconfufibili modo convenientes naturas, sed vna com positam naturam statuunt. Nobis enim vna sub- F sistentiam compositam dicentibus, illi vnam potius naturam compositam inferunt. Et rationem sententiæ suæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam esse, aliamg; item corporis, si quis quamlibet per seipsam contempletur. Quum vero illæ coierint, hominem efficere, vnam natura compositam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, sed vnam compositam. Atque ad eundem modum de Seruatore CHRISTO opinantur: illum videlicet ex duabus quidem constitusse naturis, post vnionem autem duas eas naturas in vnam eualisse copolitam, quod sanè ecclesia tanquam piaculum prorfus auerfatur. Quapropter & magnus theologus Gregorius, de duabus naturis tententiam suam exponens, sapientissime simul & subtilissimè dicit, naturam suam eas servare, ex quibus scilicet, & in quibus, & que sint. Nam ex quibus propteres posuit, vt ex divinitate & humanitate natură declararet : in quibus vero, vt naturas post vnionem seruaret, neq; eas proter mutuam CC iiij

Monophysitarii harefis.

Grego. Nazanzenau. 18 lf den noch ly ole nou & . WIL. enterra.

A vnionem confunderet : quæ sint autem, ne quis aliud Christum post naturarum vnionem factum esse existimarer. Dogmaris istius exactiorem ra tionem'inde conderabimus'. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua & terra constitutum esse, in confesso est, in quibus etiam con sistit. Atque in corpore ea ex quibus, & in quibus est, conferuantur. Quæ aurem sint, non itidem. Siquidem post elementorum vnionem corpus nostrum no pure ignis est, neque sincere aer, neque incorrupte aqua, neque germane rerra : sed aliud quiddam, quam quatuor ista ld satis ex sensu ipso pater. Vnaquæq; enim corporis nostri pars aliud quiddam quam elementa est. Verum in divina vnione; non alind quiddam, post duarum naturaru concurfum, factum est: sed idem ipsum est, Christus videlicet, Deus & homo . Porto hæresis ista exquilitior subriliórq; aliis fuit, quòd autores defensorésque habuerit, viros sapientes: & potissimum cum quem diximus, Ioannem Philoponu, qui fub præfenti, de cuius rebus nunc agimus, imperio viguit, & in Aristotelis \* perplexitatibus maxime desudauit : & hæresis insuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

CAPYT XLYII.

Enere fuit Alexandrinus, & philosophus summus: quanuis autem stylo dictionéq; sua no admodum sit laudatus, in disputa-

tionibus tamen, argumetor úm-que & demonstration um probationibus, sanè quàm fuit admirandus: in Platonis & Aristotelis doctrina maximopere versatus. Quaproprer corum, potissimum verò Aristorelis, obscure dictorum luculétissimas reliquit enarrationes: que hodie quoque extant. Hic etiam impio Sergio Costantinopolitane tum ecclesiæ hierarchiæ, admonitus ab eo, vt hæresim eiusmodi constitueret, librum acutissimum composuit, qui Auturns, hoc est arbiter, sive de vnione inscriptus, decem capitulis omnem eam hæresim contexit. C Ad comprobandum autem piaculare suum dogma,omnem prorlus accuratilsimè mouit Philofophiam. Multa præterea alia scripta Philoponus iste edidit, ad Græcos & hæreses reliquas, & ad alios quosdam: in quibus hæc etiam, impium + do gma instituens, refert. Omnia hæc sensui atque oculis subiecta corpora, iuxta materiam & formam, ex eo quod non est, in id quod est, produ-« Ca,à Deo sunt: corruptibiliáque sunt, & corrumpuntur, secundum maseriam & formam . Pro hisce verò corporibus corpora alia visibilibus istis « longè prestantiora, incorruptibilia & sempiterna, à Deo conduntur. Ad hæc, consummationem

ui mundi creationem alteram, asserit. Statuit etia mortuorum resurrectionem esse, rationalium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem vnionem. Quibus sententiis renitens Conon, ipsum iuxtà & lucubrationes eius, sicuti à me dicetur, rejecit : quanuis eas antea receperit. Conon iple corpora dixit no lecundum ma teriam, sed tantum iuxta formam occidere, cáque denud conformari, præstabiliore speciem mate-

« siue interitum visibilis huius mudi, ac rursum no-

ria ipfa recipiente. Mundi ille quoque creationem D. iuxta materiam & formam, interitu autem eiuldem iuxta formam folumodo, non autem secundum materiam, ferre dicit . Resurrectionem verò mortuorum esse corporis istius cum anima rationali vnionem indissolubilem decernit. Enimuerò Philoponus præter ea quæ diximus, hæc quoque + philosophatur : seu potius, vt verius dicā, 🖈 nu gatur. Itaque natura qualibet non simpliciter, id , quod est, dicitur, sed dupliciter. Vno enim modo " quum comunem cuiuslibet naturærationem ip- " sam per seipsam contemplamur, veluti hominis " aut equi naturam,in nullo individuoru extantem. " Allo verò modo, qui cam ipsam communem na " turam in individuis existentem, & particularem , maxime in quolibet coru subsistentiam recipientem, neque cuipiam alij, præterquam illi ipli foli 😞 decaterò conuenienté, consideramus. Quod nã. .. que in me est animal rationale & mortale, nulli , reliquorum homini commune est. Neque quæ in hoc iplo animante est natura, in alio quopiam fuerit. Quòd verò has ipsas notiones de naturis& E subsistentiis ecclesiæ doctrina habeat, ex eo constat, quòd naturam quidem patris & filij & spiritus sancti profitemur, tres autem horu sublistentias siue personas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadam à reliquis discernitur. Quænam etenim sit natura vna diuinitatis, quam com munis diuinæ naturæ ratio, ipla per seipsam consi derata,& nuda contemplatione à proprietate cuiulq; discreta? Et quòd propriè & peculiariter rur sum naturæ nomen cosideremus, dum rationem naturæ in quoliber individuorum siue subsistentiarum communem, propriam atque peculiarem cuiuslibet factă, que nulli deinceps alij, quod sub communem speciem cadat, coaptari possit, contemplamur, ex eo patet, quòd in duabus Christi naturis, vnionem diuinitatis inquam & humanitatis docemus. Non enim communem, quam in sanda Trinitate consideramus diuinitatem,incar 'natam esse dicimus: sic etenim & patris & spiritus sancti incarnationem prædicauerim?: sed neque communem humanæ naturæ rationem vnitam esse Deo verbo opinamur. Eo nanque pacto, & qui ante Verbi aduent i extiterunt, & qui postea futuri erant, hominibus omnibus, vnitum esse Dei verbum recte dicatur. Cæterum satis liquet, nos hic diuinitatis naturam dicere eam, quæ est in subsistentia Verbi, non communis divinitatis ' naturam. Itaque etiam vnam naturam Dei Verbi incarnatam esse profitemur, diserte eam à patre & spiritu sancto secernentes: ita vt hic quoq; comunem naturæ rationem, propriam iam Dei Ver " bi este intelligentes, Verbi naturam incarnată dicamus.Et naturam itidem humanitatis vnitā Ver " bo dicentes, particularem maximè illam subsistetiam, quam sola ex omnibus Verbum assumpsit, "

CAPVT XLVIII.



scatimus.

Ed Philoponus cum sectatorib fuis, communem humana naturam, ipsamque etiam diuinam, quã indiuifibilem dicim<sup>9</sup>, in plu rimas partitur personas, discernés cá, & lingulatim indiuiduis

De leans Philopono. white: B

† soy warl? av

loponi acutè

quidem, sed m recté di-

લેકાંછજ.

Conon a diser farius Philo

Pizhacut.

Farium.

† gartásas Tár oikera-

A TITUS

piep.

Refueatores Philoponi. Gregorius Nazäzen".

Leoutins monachus

Georgius Pissdes. A tribues, & tribus supersubstantialis natura subsistentiis dispertiens. Id verò ipsum à recte sentientibus prorsus estalienum: quemadmodum hoc magnus in theologia vir Gregorius clarissime, in libro ad Euagrium monachum de divinitate scripto,astruit.Quinetiam post illum eruditi quidam homines, ca quæ perperàm à Philopono prolata sunt, resellerunt. Et qu'um plerique alij scriptis suis ea oppugnarunt, tum Leontius monachus omnium maxime egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit, quo simul & hæresim eam prorsus euertit, & piam nostram sententiam valde confirmat. Post hunc & admirandus ille dia conus atq; referendarius Georgius Pisides, aqualis siue coataneus illius, quamuis atate aliquanto iunior, lambis pulcherrimis, quos scribere consueuerat, cum dictalhæreli congressus, rem seriam ludicro temperando, ad hunc modum refert, abfurditatem illius refutans:

ၨၞၜႜၯ႞႞ႄႜႋၹႜၑႝႜႜႜႜၛႝၜႃၣ μίαννε κοၨၟ μίαν u ઝાઝ μίαν τεκοὸ, μίαν λέγης μίαν, γέλως τὸ λεχθὲμ γίγνεται κοὸ παιθίως. Vnam atque mox υnam lapillo c

Vnam atque mox vnam lapillo computat.

At vnam er vnam forte si vnam dixeru,
puni and installe distrum er series.

Pueri vel ipsi tale dictum riserint. Quod autem versiculis hic expressit, sic habet. Profiteris, in quit, Philopone, philosophorum om nium laboriosissime & sapientissime, duas naturas in Verbo vnitas elle: vnam diuinitatis, & vna humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo coue nisse, quomodo duas in vna rursus contrahis? Vna nãq; & vna duæ sunt, non vna. Itaq; si quis in eadem subiecta re, duo quædam predicado indicet, caque ipsa rursum in vnum redigat, ridendum se meritò præbeat. Talis Monophylitarum fuit hæresis, impij Nestorij hæresi prorsus contraria. Nestorius enim, propter duas naturas, duas etiá subsistentias numerat : isti verò propter vnam subsistentiam, vnam quoque substantiam & naturam. Verùm Nestorij heresis, vr de hac rursus agamus, non dicit Deum hominem factum esse, neque de cœlo descendisse, & humanæ naturæ substătia ipsa vnitum esse, sed habitu quodam & affectione. Vnitum namque Deum Verbum sic homini ex Maria prognato refert, vti se amicus amico per affectionem vnit. Et multos Nestorius, vnioné Dei & hominis nominans,latenti quadam fraude fallit:reipsa autem diuisionem, non vnionem apertissime docet. Si namque dicas, non substantia ipsa Deum Verbum homini, sed amica quadam affectione vnitum esse, non vnio certa, sed disiun-Aio vera fuerit. Quapropter cundem & tenuem & sublimem hominem idem Nestorius dixit: tenuem quidem, veluti substantiali Dei vnione destitutum:sublimem verò, tanquam à prima natiui tate virtutibus perfectum. Proinde etiam reuera Deigenitricem, non Deigenitricem homo nefarius nominauit, sed Christigenitricem vocauit:perinde atque diuinum hominem & Deo amicum genuerit, qui vnctionem quampiam à Deo, propheticam videlicet aut regalem & pontificalem dignitatem acceperit, non autem substantia etiam ipsa Deo vnitus per incarnationem fuerit. Atque hæc quidem Nestorius. \* Infelicissimus autem melioribus etiam rebus suis Eutyches, Deum quidem natum esse ex immaculata virgine & Deige-

nitrice profitetur, idque ipsum solum recte pieq; D posuit: + fictam verò carnem eius fuisse opinatus est,& quæ præterea ille alia perperàm docuit. Ipsum namque Deum verbum dixit immutabili 🖈 modo mutatum & carnem factum, in speciem +. finxisse atque assimulasse salutis nostræ œconomiam administrationem. Itaque corporalia omnia in speciem phantasia quadam simulata atque. ficta ei affuille asseruit. Et hoc ipsum, quòd naturailla diuina, quæ circumscribi & comprehendi nequit, cruci affixa sit, in speciem per phantasiam gestum esse statuit. De duabus hisce hæresibus inter se prorsus, sicuti diximus, contrariis, Nestorianorum inquam, & Monophysitaru, quibus postea Ioannes Philoponus Alexandrinus praiit, ha-Aenus sit dictum.

CAPPT XLIX.

Errur sanè, sectæ istius ducé primum Seuerum fuisse, postea autem Ioannem Philoponum eam defendisse. Porrò autem post Se uerú hæresim hanc primùm recepisse Theodosium, qui apud

cepisse Theodosium, qui apud eos Alexandriæ Papa factus est. Deinde & alios: à quibus & qui Agnoetæ dicuntur, & Contobabditæ,à loco quodam nomine hoc sumpto, prodie rűt.quì & Theodosiani,quòd scilicet eum, quem diximus, Theodosium potissimum cosectati sint, funt appellati : sed postea ab illo anathemati subiecti funt.Ita + vt ignorantię hærelis intercidens, ignorantiæ mandara sit. Alij autem, quòd scriptu eius de trinitate compositu non receperint, Contobabditæ à loco, sicuti diximus, nominati sunt. Ij quoque, quòd Seuerum tantum receperint, Seueritarum nomen habuere. Est alia etiam Seucritarum cohors, qui & Theodosiani vocantur: propterea quòd ambos hosce admiserint, terriumque insuper Paulum cognomento Nigru. Terrij præterea Scueritæ sunt, qui & ipsi Theodosiani dicutur, & Angelitæ, & Damianistæ. Ij episcopos suos quoque habent, à quibus congruentia nomina accipiunt. Episcopos soli Contobabditæ non recipiunt.Porrò Seueritæ isti, qui iidem & Theodo- F siani & Angelitæ, necnon & Damianistæ sunt,alium esse dicunt patrem, alium filium, & alium pa racletum, spiritum videlicet sanctum: non esse autem horum quemque per seipsum naturam, sed habere communem Deum siue deitatem in eis existentem: atque de ca deitate indivisibili modo participătes, quemlibet esse Deum. Vnam autem subsistentiam opinantur esse, patrem & filium & spiritum sanctum: communem verd ipsum Deu, substantiam & naturam. Cœterum Angelitæ isti ab aduersariis ita appellati sunt, à quodam Alexan driæ loco, Angelij nomen habete:in quo scilicet, qui primas apud cos ferunt, conuentus cogebant, Hos iidem aduersarij Sabellianistas etiam, & Tetraditas nominarūt. Sunt rur sum alij etiam quatti Seueritæ, iidemque Petritæ, nomen id ab episcopo quodam suo Petro consequuti: qui Seuero & Theodosio recepto, Paulum & Damianum non admiserunt, quippe opinionem vtriusque improbantes:&quòd cum ecclesia catholica communicantes, lynodum quartam approbarunt, cos reii-

Harefis A
guectarum,
& Contobabditarii,
& Theodofianorum,

† dans dy. voice dyvoho perference restorie

Severitarii multipliciil

Angdita.

Tetradua,

Monophyfisarom harefi contraria Nestory barefis.

\* ezitik‡ Tiri fiebloki,

arozisalos ric aptiflora Buruzis. Emtychetis learefis.

\* kwapodá uto iosia.

veritatem & ellentiam & naturam quamque per feipfam:patrem & filium & spiritum fanctum dicentes, no numero, sed per k omnia simili essentia. Eos Paulus & Damianus Tritheitas nominarunt:sicuti illi hosce quandoque Tetraditas, quan doque etiam Sabellianistas , sicuti modò dixi. Insuper alia quoque quinta Seueritarum & Theodossanorum secta est, & Cononitarum, qui Seuerum & Theodosium, & episcopum præterea apud eos quendam Cononem, à quo etiam nominati sunt,probant.Profitentur sanè & isti, reuera Deum quidem esse & naturam & essentiam quáque,patrem videlicet& filium & spiritum san&ű: ad hæc,tres quoque personas dicunt,ipsam nimirum sanctam trinitatem, & subsistetias tres. Tres autem numero substantias & naturas per omnia similes, secundum deitatem dicentes, vnamque substantiam siue naturam, & vnam deitatem siue Deum, santiam & consubstantialem profitentes B trinitatem, non numero, sed per omnia simili deitate, tres deos aut tres deitates omnino dicere tergiuersantur. Isti sanè neque Damianum, neq; Paulum, neg; adeò postremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipsos Damianista & Pauliani & Petritz, Tritheitas primi appellarunt. Discesserüt auté ab eis, propterea quòd illi tres deos, siue tres deitates dicere, patrem & filium & spiritum san-Aum, renuentes, tres quoque dicere numero substantias similes, & nihil prorsus cuariantes detre-Cant. Hi autem tres quidem deos seu tres deitates dicere supersedent, tres autem numero substátias seu naturas qualdam similes profitentur. Sedenim Cononitæ, quum primum Ioannis Philoponi Alexandrini Grammatici scripta, quæ ab ipso contra Grecos seu Ethnicos, & de aliis quibusdam argumentis ab eo composita sunt, comprobassent, postremò omniu & ipsum & lucubrationes eius reiecerunt, & anathemate confixerunt.

Acientes. Profitentur siquidem illi Deum, secudum

CAPVT L.

Themifins Agnoetarum dax.

H erefu

. 5



Oannes iste Philoponus Alexandri nus, ita vt diximus, Tritheitaru hæresis præsectus suit: perinde atque olim Themistius philosophus sub Valente primum Agnoetarum sectæ præsit. Quæ secta tempore qui-

dem ipso extincta fuerat: tum autem sub eis quos diximus Seueritis reninisces, plebem maximè est depasta. Eam Seuerus Acephalus in apertum rursus produxit. Sectatores buius non solum Agnoetæ, sed & Seueritæ cognominati sunt. Hi dicunt, Deum quidem Verbum omnia nosse, humanitate verò fecundum fubfistentiam ei vnitam permulta ignorare. Nescire sanè horam & diem mundi to. tius consummationis, vipore patre minorem: pro pterea quòd in Euangelio secundum Matthæum & Marcum dicat, De die autem illa & hora nemo nouit, neque ipli angeli in cœlis, neque adeò filius, præterquam pater solus. Itaque cum huiusmodi vocibus primum Arius & Actius & Eunomius hæresiarchæ,& deinceps alij progressi, imperitè simul & impiè proloquuti sunt, alterius esse naturæ patrem, alterius filium. Et illum quidem prin cipio carentem:hunc autem creaturam, qui temporale principiú sumplerit, minus per omnia patri æqualem. Id verò per manus acceptum Themi stius philosophus magis etiam confirmauit, & defendit. Liceat autem bæresim hanc riuum quendam Ariani dogmatis dicere. Ac veteres quidem eius autores, quum pietas reluxisset atque inualuisset, vnà cum inuento suo disperierunt. Eo verò ipso tempore Seueritæ malum id magnopere pro pagarūt. Non longè aute post id rursum euanuit, & hæresis ea ignorantiæ prosundo immersa est.

#### CAPVT LI.



Dhæc, eo ipío tépore, Theopafchitarum herefis denuò repullulans, plurimum incrementi quotidie augescens cepit. Paulisper enim sopitam Seuerus eam, & que ex illa prognata est multicipitem

hydram, maxime excitauit. Primus verò eius parens Petrus ille fuit cognomento Cnapheus, qui E terfancto hymno, quemadmodum à me suprà dicu est, appendicem impiè adiicere est ausus, Tersanctum porrò carmen id, vt apparet, & mihi videtur, iam inde ab Apostolis, eu ante Theodosij iunioris & Procli patriarchæ tempora, per manus . ecclesie Christi traditum est:sicuti & cantilena illa, Lux hilaris:pro eo arque ad Amphilochium, in 🛨 triginta capitulis celebris & magnus testatur Basilius.sicuti, Gloria patri & filio & spiritui sancto, à Flausano Antiocheno, adiuuante Chrysostomo, est inuentum. Sub Theodosio sanè iuniore, Proclo patriarcham gerente, quum quidam eo tempore perpessionem divinitati ipsius vnigeniti affingere contenderent, & ingentium terræmotuu gratia publice à populo omni supplicationes sierent, derepenté in conspectu omnium puer in aérem(quemadmodu in decimiquarti Tomi, quadragetimosexto capite dilucide diximus) raptus, auribus iple suis, ita etiam simpliciter, tersanctum eum hymnum absque adiectione, ab angelicis ordinibus concinnè prorsus catari audiuit. Vnde ecclesia omnis hymnum talem ad eundem modum F continenter Deo canere consueuit. Sanè quidem qui carmen hoc primus composuit, ab angelis mu tuatus est: canentibus Sandus, sandus, sandus. Quod verò fequitur , à fuauifsimi concentus lyra & psalmo quadragesimo Dauidis acceptum, venustissime adiecit, vbi dicitur : Sitiuit anima mea ad Deum + fortem viuétem. Et hymni ipsius autor hæc verba, Deus & fortis, integra, neque vlla ex parte mutata , ficuti ea apud Pfalmistam inuenit, conferuauit: & dictionem, Vivum, duntaxat in eiuldem lignificationis nomen Immortalis commutavit.Ille etiam Deo addidit Sanctus, nomen id idolis opponés, quæ abominationis omnis plena, & humanæ manus opera sunt. Sicuri & Fortis

t to be state

. 44760

\* φῶς ἱλορὸν ἀγίας δέξης , ἀθανάτο πατηλς ὸρανίο ἀγίο μέτας ος Ἰνοῦ χρις ἱλλόντες ἐπὶ τὰν ἀλιο δόσιμ, ἰδύντες φῶς ἐασερινο ὑμνῦμεν πατίρα, ηχι νόμ κχι ἄγιον πνεῦμα θείν, ἔξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνῦθαι φωναϊς ἀποίαις νὰ θεῦ, ζαιάν διόλς, διὰ ὁ κόσμος οι δοξάζα.

Lux hilaru sancta gloria, immortalu calestu sancti beati patru. Iesu Christe. Quum ad solu occasum peruenerimus, lucem cerneutes respertinam, laudamus patrem & silium & spiritum saucti Deu. Dignus es tempore quonu celebrari sausti vasib, sili Dui, vità datori quapropter te mundus glorisicat.

Deterfas-

A posuit, propter simulacrorum imbecillitatem atque infirmitatem summam, quæ loco se mouere prorfus non possit. Atque itidem Immortalis: vt statuarum truncos traduceret, qui vita carentes, neque spirare possunt, neque sensu aut mente diriguntur. Verumenimuerò Theopaschitæ, qui à Petro & Seuero originem duxerunt, admirandu hunc maxime hymnum non diuinæ Trinitati accommodare volentes, sed incarnato Verbo accinere saragentes, accessionibus quibusdam corrupere ausi sunt, verbis hisce, Sanctus, Immortalis: clausulam illam, Qui crucifixus est pro nobis, malignè adiicientes. Quod malum primus instituere cœpit Petrus Chapheus, & post eum deinde Seuerus Acephalus, seu potius hydra multiceps. Qua nis sectatores eius calumnia Constantinopolitanum Macedonium expetentes, adiectionem talem illum exorsum esse dicăt. Fuit certe, sicuti videtur, vetus hec heresis: quemadmodum satis clarè, 🖈 qui multa pertulit certamina Athanasius, di-Ais suis declarat. Nisi forte san aus ille pater eam præuiderit atque euerterit, sicuti scilicet & alias plurimas scriptis suis sustulit, tametsi post obitum eius primu exortas. Hæcipsa ergo hæresis à Cnapheo primum producta, deinde à Seueri sodalitate admodum aucta & frequentata, non ita multo pòst ab ecclesia Dei abolita, prorsus euanuit. Que huc vsque apud solos Armenios retinetur, Catho licis traditionibus parêre nolentes, neque pueri illius in acrem raptum approbantes, qui tersancti istius carminis diuinam vocem & doctrinam è su blimi demissus apertè indicauit. Et hymnum eum Chalcedonensis sancta Synodus recepit, simpliciterque ita canendum tradidit. Itaque risus planè & iocus fuerit, si ab angelis & Seraphim ipsis pro ditum atque decantatum carmen, atque à tot san-&is facræ Synodi patribus comprobatum & confirmatum, quod vnam in tribus subsistentiis diuinitatem diserte deprædicat, Cnaphei primum, & Seueri deinde opinione proculcetur, atq; eorum (si Diis placet) arbitrio, perinde atque Cherubim superarent, corrigatur. Sedenim qui hoc ita senserunt, Theopaschitæ vocati sunt, autores primari-C os Cnapheum Petrum & Seuerum, quemadmodum dictum est, & deinde Iacobum, habentes. At que ij sanè exinde vnam in Christo natură astrucre contendunt, ita dicentes: Si duas in Christo demus elle naturas, colequétur cas necessitate quadam omnino duz etiam voluntates. Si verò hoc concessum fuerit, eadem necessitate duz inducétur personæ, & duæ virtutes operatrices inter se

CAPYT LII.

contrariæ prorsus.

Acobus porrò, à quo nunc quoque Iacobitarŭ hærefis denominata celebratur, Syrusgenere fuit, obscurus prossus, & nulla gloria, vir qui etia Zanzalus propter summam tenuitatem est cognominatus. Hic Eu-

tychetis, & Dioscori, Cnapheique præterea Petri atque Seueri dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit. Ecclesia sanc Catho lica Dominum nostrum Iesum Christú subsistentiam vnam è duabus naturis consistentem, Deitatis inquam & humanitatis, profitetur, ita vt vtra- D que harum post vnionem proprietates suas saluas conseruet,& duarum istarum naturaru vnio mixtionem & confusionem, mutatione mque & alterationem nullam admittat. Ipseque idem Deus sit & homo, & voluntates virtutesque operatrices duas, diginam videlicet simul & humanam, habeat . Eutyches autem duas quidem & ipse ante vnionem naturas dixit, deinde vnitas. Post vnioné autem in vnam cas naturam abiisse, confusasque esse, & mixtionem subiisse, opinatus est. Aded vt & diuinitas ea quæ humanitatis fuere passa sit, & contrà. Proinde hæc ita opinantes, Monophysitas & Theopaschitas diui patres nostri cognominarunt. Ea ipla opinione Diolcorus Alexandriæ patriarcha,& Petrus Cnapheus,Seuerusque Acepha lus, episcopi Antiocheni, atque insuper alij transuerlim abducti lunt.Enimuerò eo quem diximus Iacobo Monophysitarum opinionem apud Syros prædicate, magnum exortum est dissidium. Nam qui rectæ opinioni adhæserunt, Melchite appellati funt, quòd sanctam quartam Synodum & im- E peratorem ipsum (Melchi enim Syrisrex est) consectarentur. Qui autem diuersum senserunt, multa variaque habuere nomina. Iacobite tamen maximè sunt cognominati, propterea quòd ei quem dixi Monophylitarū hærelis studioso Iacobo adhærerent. Qui etiam anathemati traditi sunt, vt Monophysitæ scilicet,& Theopaschitæ.

Postea verò aliud etiam hæresum examen ad se pertraxere, quæ trinitatem consubstantialem credentes, vnam naturam post vnionem in Chri-\_fto esse docuerunt,sacram quartam Synodum repudiantes, ac deinceps omnes sanctos patres reiicientes. Et quod maximum est, diuinitati ipsius vnigeniti perpessionem tribuerunt, Tersancto illi hymno appendicem hanc, Qui crucifixus est pro

nobis,annectentes.

#### CSPYT LIII.



Alis Iacobitarum hæresis radix extitit. Iacobus autem Armenio rum quoque sectæ dux fuit .Ea F sane hæresis multiplex est, & vt quispiam dicat, hæresum omni-🖭 um conflués 🕂 fentina. Nam illi

cum Ario aberrant in eo, quòd Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, habétem carnem anima carentem, assumptisse dicunt. Cum Apollinati autem, quod corpus Domini mentem non habere, eidemque divinam natura sufficere, mentisque vim operatricem perficere dicunt. Atque hæreticis multis laudatis, deprauatas ipforum opi niones sibi ipsis arrogat. Magistri horum, illi quos diximus fuere: & Euchanius insuper Mantacunes. Et quandoque illi Deum Verbum, incorruptibile, & increatum, & cœleste, & à perpessione alienum atque subtile, nobisque non consubstantiale corpus recepisse, atque ea quæ carnis sunt, nobis in speciem tantum spectri more exhibuisse, exequutumque esse opinantur. Quandoque autem carnem eius in naturam Deitatis conuersam, eidemque consubstantialé factam esse dicut. Multoties verò etiam Deum Verbum, humanum ex virgine corpus assumptisse negant: sed ipsum imEstrebai M one

apud Syros.

rum harelis. + HIOTOTEL

Mätacu

Zanzalan.

Catholica Ecclefia weei Itair-4x00 X1r'i fantentia.

588 A mutabili modo mutatum, & carnem factum, trásitum tantum per virginem fecisse: & cruci divini tarem, quæ circumscribi & definiri nequeat, vni-

Hoc ex Gracorii & orientalu ecclessa risue Sententia diflum. Quid libi velst in incrmento fa crifice vini

mistio.

В

Buggerisper

videlicet figentes in cru C ce in nomine S.Trinitatu baptizata. Imagines Patru d fpiritus fan-Eti.

geniti affixam, cădemque sepulchro traditam asseuerant. Atque sidem etiam nativitati Christi secundum carnem derogantes, & eam in speciem tantum, phantasmatis instar, factam esse dicentes. Et non sicuti nos, per interualla, particulatim, sed ad quindecimum Ianuarij mensis diem iciunij të pus extendentes. \* Annuciationem simul & natiuitatem, & baptismum Christi celebrant. Quin multa etiam divini Evangelij dicta, svam ipsi opinionem astruere conantes, tollunt atque inducüt. ac veluti Monophylitarum, & Theopaschitarum, & Aphthartodocitarum, & Monothelitarum heresim hæreditate creuerint, Cnaphei Petri accessionem Tersancto hymno annexam valde complectuntur. Ecclesiam Catholicam iam inde ab initio hymnum eum ita decantasse: post pueri autem illius raptum, vt is aliter caneretur, constitutum esse dicentes. Quem quidem raptum, tanqua falsum scilicet omnino, negăt. Neque trium subsistentiarum Deitati, sicuti Diui patres docent, sed vnigenito verbo Christo carmen eiusmodi concini dicunt. lidem ipsi re divina facienda azymo non pane vtuntur, & ad eam vinum aqua non téperatum adhibent : vnam ea re in Christo natura designates, neque sicuti nos, calicem miscent, per quam mistionem duarum naturarum vnionem declaramus. At erga Deum impij illi, Pascha quoque Iudaico more celebrant, boues & oues, iuxta ritum Iudaicum, immolantes, & sanguine agni zdium postes inungunt. Non illi corpus & sanguinem Domini percipientes, sed agnum Iudaicè sacrificantes, atque igni torrentes, de eo participant. Crucem non prius honore debito prosequuntur, quam perinde atque hominem baptizauerint. Atque in media ipla cruce clauum figunt, eumque sanguine victime vngūt. Hoc verò faciūt in Christi nomen, vnam sancte Trinitatis personam crucifixam esse ostendentes: nec interim intelligentes, quòd eo modo simul etiam Patris & Deitatis naturam \* concrucifigunt, que vna est & cadem. Tres verò cruces connectentes, sanctam Trinitaté cognominant:eo pacto fortè insinuantes, sanctam Trinitatem crucifixam esse. Imagines etiam patris & spiritus sancti effigiant, quod perquam est absurdum. Imagines enim corporum corum funt, quæ videri & circumscribi possunt: non eorum quæ inuisibilia sunt, & intelligentia comprehendi nequeŭt. Imagines sacras honorant illi quidem, sed non osculantur. Ac digito tantú eas contingentes, huic osculum figunt. Communionem nostram nihil esse dicunt. Et oblationem oleo subigunt, & vngunt. Dicuntur verò constitutiones habere multifariam diuinorum ministeriorum, præter ecclesiæ traditionem & consuetudinem. Atque vt Monophylitas le esse satis ostendant, digito vno à læua dextra versus seipsos cruce confignát. Et crucem sancam magno Parasceues die sub terra abscondunt, vsque ad magnú Dominicú diem. Tum verò cum lumine per plateas & angulos circumeuntes, hinc & inde eam quærunt, & inuentam proferunt. Tempore autem procedente alias etiam advapoplas, hoc est ritus & caremo-

nias, q pietate salua vel observari vel omitti pos-

funt, complexi sunt, peculiaria iciunia instituen- D tes,& sabbatis atq; diebus Dominicis magne san-Ox quadragefimæ lac, caseum & oua comedentes, & per panem azymum sacrificium peragentes:atque id quod Arziburi dicitur ieiunium, paulo ante eum diem, quo carnium esus interdicitur, servantes.

CAPPT LIIII.

Axime autem hæc retinent, qui apud eos Chazinzarij nominan-tur. Factio autem non minima hæc dogmatis corum est, Staurolatræ scilicet. Chazus namque

crux ab eis dicitur : propterea quòd crucem tantum adorare & colere dicantur. Qui sanè per omnia illis consentientes, re eiuscemodi maxime à sectis talibus, & Iacobitis in primis, dissentire videntur. Quin &isti non vna confuse naturam, sicut illi, in Christo esse opinantur, sed duas:quemadmodum & nos. Cæterùm aliam peregrinam impietatem perperam inducunt, quia E duas personas in vno Christo esse, sabulantiu mo re, nugantur: iuxta Anthropolatram, id est, hominem adorantem Nestorium. Ita vt passionis tempore, alteram personam in cruce passam, alteram autem ab ea legregatam , leorlim ltetille, palsionisque spectatrice fuille dicant. Insuper alia quoque generis eiusdem, impietate omni referta deblaterant. Atque illi quidem nunc ex traditione, que ratione nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum legislatores & doctores, magnæ Armeniæ Gregorium illum antistitem, ritus eiuscemodi eis per manus tradidisse, calumniose iactat: maximè verò oblationem azymam, & abíque aqua poculum, propterea quòd in mystica illa cœna azymum etiam facrificium & + vinum folum fuerit. Quarum rerum nullam Apostolica ecclesia admittit, veterem traditioné legitime servans, Porrò de ieiunio Arziburi interrogati, quandoque propter Adami proscriptionem cam se seruare:quandoque propter Niniuitas, dicunt. Nonnűquam verò cam esse reserunt, qua olim se Armenij à cibis abstinuerunt, quum baptizari à sancto F Gregorio debuerunt. Aliquando etiam celebrari id afferunt, propter Sergium quendam, qui olim apud eos martyrio sit defunctus: veram eius originem & causam comemorare detrecantes, quæ eiusmodi est. Sergius quidam apud eos doctor canem habuit, quo ille à demone agitato, plurimum aduentus sui designatore atque indice vsus. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem lignificat. Quum ergo in oppidis & vicis habitantes discipuli & secatores eius canem præcedentem viderent, obuiam illi magistro suo ibant, cundemque præcuntes producebant.Euenit autem, vt canem lupus deuorauit. Et Sergius post eum diem, quo canem præmiserar, ad eos quò ille missus fuerat, profectus est: & quu, qui ci obuiam prodiret, inueniret neminem, grauiter cam rem tulit. At postquam certior factus est, à lupo canem deuoratum esse, Armeniis mandauit, vt quotannis, diebus statis, ob canis eius 0bitum ieiunarent, lugerent, atque mæretett quòd videlicet tantum bonum è medio sublatum esset. Nomenque canis iciunio ci, Arziburum cogno-

+ Tres pe



CAPVT LYL

A minans, imposuit. Sed hacenus de Monophysitis, & Tritheitis, & Agnoetis, & Theopaschitis, atque Aphthartodocitis, de quibus proximo libro fusius scripsimus: atque item de Iacobitis, Armeniis, & Chazizariis, & aliis. Quorum multi superioribus téporibus duces fuere & doctores, Nestorij quidam, Eutychetes, Dioscori, Cnaphei, Seueri, Theodosij, Iuliani Halicarnassei, Gaini, & alius eiu smodi infelicium mortalium chorus. Quo rum impiorum dogmatum sectator atque restaurator, quem diximus lacobus fuit: à quo maxima ex parte Syrorum gens ad hodiernum víque diem Iacobitæ sunt denominati. Sedenim eius morbi contagione Sergius etiam, qui non ita pridem archiepiscopatus Constantinopolitani gubernacula susceperat, maxime infectus est, per quem Monothelitarum hæresis admodum est propagata. De his satis.nam ad historiam continuandam reuertor, finem quoque decimooctauo huic historiarum libro impositurus.

B

C APVT LV.

Tyrānici in Phoca crudelißime mores.

Sergios pa-

triarcha Co

fantinopoli-

sanus harefi

infeltm.

Confpir stio in cedeno Phoce. 1. Al. He-Heraclim Heraclÿ filiue. Nicetas

Gregora fi-

lim.

Sophia

Heraclio rali pralio Phocas. Crifp Prafettus. + W410 ese pelvars.

Vum Phocas imperium suum, si-cut ei videbatur, confirmasset, si-liam Domentia Prisco trimonio iunxit. Is certis de causis suspicione concepta de vita se periclitari, tyranno ob crudelita-

tem infensus, omnem funem, ve illum Imperio deiiceret, mouit. Mirum verò quanto etiam in illum odio multitudo flagrarit:adeò ebrietati& fçuitiæ deditum, vt effulo hominum languine conrinuè gauderer, & tollere è medio omnes in animo haberet, in quibus nobilitatis aut gloriæ aut prudentiæ indicium aliquod inesset. Narsen equidem, ducem optimum igni combussit. Igitur Priscus gener eius, & quicunque Senatorij ordinis erant, consilio inito, secretò + Heraclio, Heraclij qui post Phocam imperauit, patri, in Occidentali Aphrica & Libya cum militaribus copiis multis rempub. administranti scribunt, vt modis omnibus populum Romanum impia tyrannide liberare contenderet, neque illum ira pereuntem in conspectu suo negligeret. Erat dicto duci Heraclio legatus Gregoras. Hi consilio inter se communicato, filium vterque suum cum fortissimis copiis pedestri naualique apparatu, aduersus tyrānum misit Heraclius Heraclij filius classi præsuit: Nicetas Gregoræ filius pedestres ordines duxit. Enimuerò Heraclius secundis ventis cursu confe-&o,in ★ portum Sophiarű illatus est: Niceta deinde terrestri itinere lentius subsequuto. Atq; Heraclius cum Phoce copiis prælio commisso, fortiter victoriam ex eo prælio reportauit, maximo animo certamen id ingressus; quòd audivisset, vxorem suam genus ex Aphrica ducentem + circumscriptam esse. Non parum certè & Crispus hunc adiquit, præfecti dignitatem obtinens,

Ebus hisce ita actis, tumultus ingés vrbem inualit. Et ex illustribus & præclaris viris, Photinus Phocæ quammaximè infestus (nam vxorem eius ille costupra-rat)cu multitudine magna Im-

perialem regiam ingressus, tyrannum throno suo detraxit, cique, amicis ministrisque cius huc atque illuc dilaplis,purpuream veltem ademit,&pullam iniecit, ac mox vin & um ad Heraclium adduxit.Ille porrò quum perlibenter id vidit, tum conuiciis plurimis coiectis, calcibus ei insultauit. Et statim tyranno manus & pedes resecari, deinde petulanté eius luxuriá veluti publico monimento traducens, propterea quod coniugibus multis vim intulisset, pudibunda exscindi, postremoque omnium caput amputari iussit. Corpus infelicis eius ho minis in bouem æneum, qui pergamo allatus fuerat, coniectum, atque in cineres, pro eo atque par E erat, redactum est: genere eius reliquo vnà cum il lo extincto. Hic tyrannidis malorum Phocz pelsimo finis fuit, qui annis octo Romanorum impe rio infultauit. Res ecclesiasticæ sub huius imperij administratione haudquaquam rebus nouis expetitæ sunt, rebus profanis in Oriéte simul & Occidente erumnarum calamitatibus omni ex parte turbatis atque confusis. Eo tempore Romanam ecclesiam post Gregorium magnum gubernauit Innocentius.In vibe Imperante, post Thomam, ecclesiasticum clauum obtinuitSergius.In Alexa- + drina sede, post Eulogiu, qui ei annos vigintiquin que præfuit, Theodorus Scribo biennio epilcopalem obiit functionem. Cui Ioannes Misericors Cyprius cũ laude successit. At Antiochie post Anastasium, Anastasius alter episcopatum gessit. Hierosolimis autem, Ioannis successor fuit Neamus. Huius autem, lsaac. Deinceps verò ante captam direptamque cam vrbem, Zacharias sacrum ibi antistes administrauit munus. Porrò decimus octauus iste historie liber, triginta duorum annorum tempus continet: quum ab orbe condito se- F xies a millesimus centesimus & trigesimus, à di- \* Chronologos uina autem Domini natiuitate b sexingentisimus & vigesimus quintus ageretur annus.

Photing no illustris.

Cades Pho-Vnii in hoc des quòd Ro Pontificem principe omniŭ iura declararit. Eguat. Š riduf. Genes einfdem om extinctum.

Maria ecclefiaru antifites.

Anni b ine libri. a Secundi neotericos 4688. b 610.

Aly post Gregorium Rom. Pontis qui in Dines rela-tus est, ponunt Sabinianum, qui exclessa Romana prasuit anno 1. mensibus 5. diebus 9. Post hune rursum Bonisacium tertium. Ad cuius petitionem Phocas, antistitem Rom principem episcoporum om nium dixit.Blond.lib.9.

\* Sub Phoca Chofrees Perfa multas in oriente vrbes & vo-giones occupanie, vrbem fanclam diripuit, & crucem Servatoris no-firi inde secum abstulie. Sub codem, ab Imperio descimerant Langobardi, Hispani, Galli, Garmani, 😙 c.

FINIS.

### DE CONSTANTINO COPRONYMO

Imperatore Graco, in virginem matrem contumeliofo, ex Suida.

**6**於 於

🥆 Onstantinus Imperator Romanorum , Leonis imaginum oppugnatoris Isauri filius (Copronymus nomine à stercore sumpto, dictus) fuit . Ex leone verò exorta est ام versicolore pelle & more vario pardalis, ex semine serpentis aspis perniciosa, & coluber volatilis, ex Dan Antichristus. Hic per successionem Imperij, administratione o impietate à patre accepta, lascina luxuria & damonum innocationibus, aliuq pranis studis quibus operam nauauit, delectatus est, egregium atque commodum valde patris & magistri sui diaboli instrumentum. Eò namque dementia & vecordia peruenit, vi publicitus populo sanctionem vniuersalem proposuerit, ne quis omnino ministrorum Dei sanctus diceretur, sed vt reliquia eorum inuenta despuerentur: néue intercessio illorum, quod nihil possent, peteretur. Quin mortalium omnium impurisimus præcipere est ausus, ne quis Maria intercessionem imploraret: Non enim, inquit, opitulari cuiquam potest. Et ne ea Dei genitrix appellaretur, sanxit. Atque acceptis in manus auro refertis loculis, eis q, inultitudini ostensis, quanti eos astimaret, interrogauit. Atque vbi illa, Plurimi dixisset: ex eifdem loculis auro effuso, rursus, quanti illos faceret? quasiuit. Et postquam populus, Nihili, subintuliset : Ad eundem, inquit, modum Maria (neque enim Deigenitricis nomine miser eam est dignatus) quoadusque Christum gestauit in vtero, honore digna suit : eum porro vbi enixa est, nihil feminis aliis dignitate prastitit. O audacem Saracenorum sidei 👉 Iudaica sententià consectatoris blasphemiam . Atqui Venerem ille coluit, 👉 victimas humanas ex aduerso vrbi sacrificans obtulit : vbi diua Maura templum fuit , quod solo aquatum, 🔗 per cades profanatum, Mauram deinde locum ipse appellauit:in quo noctu sacra facere, & pueros mactare solitus fuit. Testatur hoc casus Flauy filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit.

D

QVI OVINOVE LIBRORVM IN HOC VOLV-

mine non extant, Argumenta: ita vt alius aliorum librorum Argumentus, in primi libri capite primo annexa funt, hic in fine adijcere visum est.

XIX

† The ol ca zavei lie. Earte Tis roû tajbs . ومادشترمجا Nicepb. Sexia 70 ver§4lis ∫y-

XX

XXI

N decimonono tomo agetur de ip so Heraclio, liberisque & nepotibus eius, & rebus sub eis gestis. Agetur præterea de Persarum aduerlus Christianos motu. Item de sacrosancto hymno, & Hierosoli-

morum captiuitate. Et vt execrabilis & abominan dus ea ætate + Machometus coortus sit. Item de hæresi Monothelitarum, & qui cam sectati sunt, Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro. item de Maximo, diuino confessore. ité de pio imperio Constát. Po gonati, liue Barbati, item de lancto lexto vniuerla li Concilio, rebusque in co & post id gestis, tempore Iustiniani Rinotmeti, & succedentium Imperatorum, víque ad integrum imperium Anastasij Anthemij, & Theodosij Atramyteni impera-

Vigesimi tomi materia erit: Leo Conon Isaurus, imaginum debellator. vnde etiam hæresis & secta imagines debellantium est exorra. Præterea Constantinus Copronymus, & quæ ab eo impiè sint sacta. In eodem tomo mentio quoque siet Germani, Ioannis Damasceni, & Stephani iunioris, & item reliquorum Deo inuisorum factorum eiusdem Constantini: & vt ipse, filiusque eius Leo, cognomen à Chazara sine secessu adeptus, interierint.Complectetur idem Tomus res gestas pij imperij Constantini & Irenz, & sancta septimæ vniuerfalis Synodi acta, & restitutos sacris imaginibus honores. Agetur quoque de Tarasso & Nicephoro. Ité de Platone, & Theodoro Studito, & quæ horum temporum fuerint schismata & distidia: & quomodo Nicephorus nobilis, Stau ratius,& Michael Raucabæ vitam finierint.

Vigelimus primus tomus impij Leonis Armenij gesta:&quomodo secundum imaginibus bellum sit illatum, quis eius belli autor. Et vt ea de

causa Nicephorus patriarcha, Theodorus Studitus,& complures alij in exilium sint acti, recensebit. Complecterur quoque imperium Michaelis Amorzi,& res Methodij patriarchz.Item res sub imperio Theophili gestas . Item dicendi libertatem sanctorum eo tempore virorum, præcipuè in pictis imaginibus defendendis. Agetur item de san&o Methodio,&Iosepho hymnorum scriptore.Et vt in fine propè vitæ Theophilus sacras ima gines approbarit.

In vigesimo secundo recensebuntur, quæ sub imperio Michaelis,& Theodoræ matris eius, san-&æ fæminæ, Ecclesiæ acciderint. Et restitutio sacrarum imaginum. Dicetur quoque de Ioannicio Magno, de meditationibus Methodij, de impiorum abrogatione sacerdotum: de eius temporis dissidiis & schismatibus, præcipuè verò de Lizicianis & Manichæis, vr gens Bulgarorum Christianismum susceperir: Ignatio & Photio patriarchis,&que medio inter istos tempore acciderint. Item que inter Photium & Nicolaum Papam fint a&a.Et vt Bardas Cælar,& imperator Michael lit

Vigesimi tertij tomi argumentum erit Basilius Macedo, & filij eius, Leo sapiens & Alexander, & que sub his ecclesse euenerint. Et rursum res Photij & Ignatij. Item acta eius quæ dicta est octaua vniuersalis Synodus, Præterea scandala & offendicula, quæ tum per Photium extiterunt. Item yt \* gens Rhutenorum sit Christiana facta. Item de patriarcha Stephano, qui Photio successit, & schis mate propter ipsum Stephanum exorto, Insuper de quatuor coniugiis Imperatoris Leonis sapientis,&schismatibus synodisque ca de causa habitis. Item de Nicolao & Euthymio patriarchis Constantinopolitanis, rebusque sub eis actis. Postremò, vt Leo sapientissimus Imperator sit mortuus.

XXII

XXIII.

يائنام باقت Offana ? niverfalis

## DE CONSTANTINO COPRONYMO

Imperatore Graco, in virginem matrem contumelioso, ex Suida.

**6**於 致**9** 

Onstantinus Imperator Romanorum, Leonis imaginum oppugnatoris Isauri silius (Copronymus nomine à stercore sumpto, dictus) fuit . Ex leone verò exorta est الم versicolore pelle & more vario pardalis, ex semine serpentis aspis perniciosa, & coluber volatilis, ex Dan Antichristus. Hic per successionem Imperij, administratione & impietate à patre accepta , lasciua luxuria 🖙 dæmonum inuocationibus , alius prauis studius quibus operam nauauit, delectatus est , egregium atque commodum valde patris 🖙 magistri sui diaboli instrumentum. Eò namque dementia & vecordia peruenit, ve publicitus populo sanctionem vniuersalem proposuerit, ne quis omnino ministrorum Dei sanctus diceretur, sed vt reliquia eorum inuenta despuerentur: néue intercessio illorum, quod nihil possent, peteretur. Quin mortalium omnium impurisimus præcipere est ausus,ne quis Maria intercessionem imploraret : Non enim, inquit, opitulari cuiquam potest. Et ne ea Dei genitrix appellaretur, sanxit. Atque acceptis in manus auro refertis loculis, eisq, inultitudini ostensis, quanti eos astimaret, interrogauit. Atque vbi illa, Plurimi dixisset: ex eifdem loculis auro effuso, rursus, quanti illos faceret? quasiuit. Et postquam populus . Nihili, subintuliset : Ad eundem, inquit, modum Maria (neque enim Deigenitricis nomine miser eam est dignatus) quoadusque Christum gestauit in vtero, honore digna suit : eum porrò vbi enixa est, nihil feminis aliis dignitate prastitit. O audacem Saracenorum sidei & Iudaica sententià consectatoris blasphemiam. Atqui Venerem ille coluit, & victimas humanas ex aduerso vrbi sacrificans obtulit : vbi diua Maura templum fuit , quod solo aquatum, & per cades profanatum, Mauram deinde locum ipse appellauit:in quo noctu sacra facere, & pueros mactare solitus fuit. Testatur hoc casus Flauy filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit.

D

QVINQVE LIBRORVM QVI IN HOC VOLV-

mine non extant, Argumenta: ita vt aliis aliorum librorum Argumentis, in primi libri capite primo annexa funt, hic in fine adijcere vi fum est.

XIX

† Time of ea paranoi lip... farro Tas Too Tan Tos les puisses. Niceph. Senta Taimerfalu fy-

XX

Septima æcomenica Synodus

XXI

N decimonono tomo agetur de ip fo Heraclio, liberisque & nepotibus eius, & rebus sub eis gestis. Agetur præterea de Persarum aduersus Christianos motu. Item de sacrosancto hymno, & Hierosoli-

morum captiuitate. Et vt execrabilis & abominan dus ea ætate + Machometus coortus sit. Item de hæresi Monothelitarum, & qui eam sectati sunt, Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro. item de Maximo, diuino confessore. ité de pio imperio Constat. Po gonati, siue Barbati, item de sancto sexto vniuersa li Concilio, rebusque in eo & post id gestis, tempore Iustiniani Rinotmeti, & succedentium Imperatorum, vsque ad integrum imperium Anastasij Anthemij, & Theodosij Atramyteni imperatoris.

Vigesimi tomi materia erit: Leo Conon Isaurus,imaginum debellator. vnde etiam hæresis & secta imagines debellantium est exorta. Præterea Constantinus Copronymus, & quæ ab eo impiè sint facta. In codem tomo mentio quoque siet Germani, Ioannis Damasceni, & Stephani iunioris, & item reliquorum Deo inuisorum sactorum eiusdem Constantini: & vt ipse, filiusque eius Leo, cognomen à Chazara siue secessu adeptus, interierint. Completteur idem Tomus res gestas pij imperij Constantini & Irenz, & sancta septimæ vniuersalis Synodi acta, & restitutos sacris imaginibus honores. Agetur quoque de Tarasso & Nicephoro.Ité de Platone, & Theodoro Studito, & quæ horum temporum fuerint schismata & dislidia: & quomodo Nicephorus nobilis, Stau ratius,& Michael Raucabæ vitam finierint.

Vigesimus primus tomus impij Leonis Armenij gesta: & quomodo secundum imaginibus bellum sit illatum, quis eius belli autor. Et vt ea de causa Nicephorus patriarcha, Theodorus Studitus, & complures alij in exilium sint acti, recensebit. Complectetur quoque imperium Michaelis Amorzi, & res Methodij patriarchz. Item res sub imperio Theophili gestas. Item dicendi libertatem sanctorum eo tempore virorum, przcipuè in pictis imaginibus desendendis. Agetur item de sancto Methodio, & Iosepho hymnorum scriptore. Et vt in sine propè vitz Theophilus sacras ima gines approbarit.

In vigesimo secundo recensebuntur, quæ sub imperio Michaelis, & Theodoræ matris eius, san-&æ fæminæ, Ecclesiæ acciderint. Et restitutio sacrarum imaginum. Dicetur quoque de Ioannicio Magno, de meditationibus Methodij, de impiorum abrogatione sacerdotum: de eius temporis dissidiis & schismatibus, præcipuè verò de Lizicianis & Manichæis, vt gens Bulgarorum Christianismum susceperit: Ignatio & Photio patriarchis, & que medio inter istos tempore acciderint. Item que inter Photium & Nicolaum Papam sint aca. Et vt Bardas Cæsar, & imperator Michael sit occisus.

Vigesimi tertij tomi argumentum erit Basilius Macedo, & silij eius, Leo sapiens & Alexander, & que sub his ecclesse euenerint. Et rursum res Photij & Ignatij. Item aca eius quæ dica est octava vniuersalis Synodus. Præterea scandala & offendicula, quæ tum per Photium extiterunt. Item vt & gens Rhutenorum sit Christiana saca. Item de patriarcha Stephano, qui Photio successit, & schis mate propter ipsum Stephanum exorto. Insuper de quatuor coniugiis Imperatoris Leonis sapientis, & schismatibus synodisque ea de causa habitis. Item de Nicolao & Euthymio patriarchis Constantinopolitanis, rebusque sub eis actis. Postremò, vt Leo sapientissimus Imperator sit mortuus.

XXII

XXIII.

\* † ibros. Tõp fiit. Oliana V ninerfalis Jyvodus.

### SIBYLLAE ERYTREAE DE EX-

TREMONTN TERRIS DOMINI ET SERVATORIS
nostri IESV CHRISTI iudicio vaticinium,è
Graco latine à Ioanne Lango

verlum.

Acrostichis, hoc est, prima carminum litera,
IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR. CRVX.

I udicij metuet sudans prasagia tellus,

E t rex aternus magno descendet Olympo,

S ublimis carnem mundum q vt iudicet omnem.

V num suspicient numen prauiq boniq

S ummum, supremo cum sanctis tempore mundi.

C arnifer ille homines iudex inquiret in omnes.

H orrida terra vias cælispinæg tenebunt.

R eijcient simulacra viri, gazamą repostam.

I le domos cacas & Ditis claustra refringet.

S anctior à mortis iam nexu libera lucem

T urba hominum cernet, scelero sos flamma piabit

V ltrix perpetuum:mala qua quis cunque patrauit

S ontica, suppressit q diu, producet in auras:

D eteget & furuis Deus obsita corda tenebris.

E rumna & stridor dentis regnabit vbique.

I psum desiciet Solis decus astra colore

F usco obducentur, argentea luna peribit.

I nsurgent valles, consident ardua montis.

L uxus sublimis mortales deseret auras.

I mmensos colles aquabunt marmora campi.

V eliuago nulli cernentur in aquore nauta,

S uccendet terram fulmen, vaga lympha vapore

S olis arescet ripis, fontes q dehiscent:

E t tuba de cælo tristis clangore sonabit

R aucisono, mundi clades pereuntis acerbas.

V astum terra chaos Stygio monstrabit hiatu,

A tque Dei solio sistetur iudicis omnis T urba ducum, regumą: pluet tum sulphure & igni,

O mnibus extabunt ligni vexilla verendi,

R obur & auxilium populo exoptata fideli:

C erta pio generi vita.ast offensa malignis,

R ore bonos lustrans bisseni fontis ab vnda:

V irgaq,qua pecori dat ferrea iura magister,

C arminis auspicijs qui crimina morte piabit

S eruator rex aternus Deus ipse patescit.

FINIS.



# ECCLESIASTICAE

### QVAM TRIPARTITAM VOCANT

LIBRI XII. NVNC ADHIBITIS ALIQUOT VETV-

STISSIMIS EXEMPLARIBUS, A MENDIS PRO-

PE INFINITIS REPYRGATI, AC PRISTINO

suo nitori non oscitanter restituti.

Cuilibet etiam Historiæ annum à Christo nato margini adiecimus.

DEVTERON. XXXII.

Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.





PARISIIS,

Apud AEgidium Gorbinum, sub ingne spei, prope Collegium Cameracense.

1 5 6 . 2.

AGNVS Aurelius Cassiodorus Rauennas antiqua nobilitatis vir insignis, of suo seculo admodū eruditus, ingenióq singulari ornatus, ob eius doctrina praceptor Theoderico Gothorū Regi primum traditur. A quo deinde per omnes dignitatis gradus subleuatus est. Senator etenim creatur, vir quoque clarissimus or illustrus, at que sacri Palatis Quastor, tum consul ordinarius, tum Magister officiorū, Patricius item Ro manus, qua suprema erat dignitas. Fuit or post hac Prasectus pratorio, ac totius Italia Nomophylacis honorem grauissime sustinuit. Cū itaque per omnes dignitates nullo sastu

trăsiisset, clarisimorumque virorum, Consulum & Senatorum fortunas valde afflictas ob Gothorum intemperiem cospiceret, abiectis muneribus plublicis Christo domino se de-uouit. Factusque monachus & Abbas cænobij R auennatis, ab humanis disciplinis discedens, se totum divinis scripturis & contemplationi dedidit, vitámque felicem ad annos nonaginta amplius traduxit. Vixit autem sub Anastasio imperatore, vsque ad Iustinos, seniorem atque iuniorem scilicet ad annum domini, 575.

Infinita propè monimenta literis mandauit, non indigna ob cognitionem rerum multarum, qua ab omnibus legantur.

Rhetorica nimirum compendium.

Dialectica compendium.

Arithmetica compendium.

Musicæ compendium.

Geometria compendium.

De Etymologiis libii.

Bebeliŭ in quarto, anno domini, 1528. char.6.cum dimid. Deinde Parisis, apud Vascosanum & Vuechellum.

Hæc simul excusasunt Basileæ per Io.

De origine actibusque Gothorum, vt ipse fatetur in proemio libri Epistolarum, quas excerpsit Iornandes lib.12.

De Schematibus & Tropis lib.1 De orthographia lib.1 Chronica-siue Consulum Catalogum lib.1. qui excusus reperitur.

Variarum Epistolarum, in quibus ea notat quæ sub Theoderico & Athalaricho regibus, & Amalusunta regina, in republica gesta sunt, ac multa alia lib.12. Qui excuduntur in folio.

Historiam Tripartitam, quam Sozomenus, Socrates, & Theodoritus Grace scripserunt, & Epiphanius Latinitate donauit, in bonă redegit seriem lib. 12. qui excusi legutur. In vniuer sum Psalterium commentarios scripsit: qui excusi leguntur.

De ratione anima lib.1.Basilea, apud Rob. Vuinter excusum.

De charitate Dei & proximi, ac vera amicitia. In Cantica canticorum lib.1.

Complexiones in Apocalypsim lib.1. In epistolas Canonicas lib.7.

In actus Apostolorum lib.1. Memoriale Scripturarum lib.1.

Introductorium in diuinarum literarum seriem,lib.2. Scripsisse etiam dicitur & alia

pleraque, que nobis videre nondum contigit.

Curauit insuper & alios non paucos de Gracis libros transferri in Latinum sermonem, quemadmodum in introductorio libro idem ipse testatur : in quorum numero viginti libri Antiquitatum Iosephi, prater eam versionem qua hodie Russino tribuitur, à do stissimis viris commemorantur.

## CASSIODORI SENATORIS,

SERVI DEI IN HISTORIAM ECCLESIA-

sticam, quam Tripartitam vocant, ex tribus Græcis autoribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, per Epiphanium Scholasticum versis, excerptam, & in compendium à se redactam,

PRÆFATIO.

Theodoritus
Sozomenus
Socrates
Epophenius
Scholasticus
interpress

TILITER nimis in capite libri præfatio ponitur, vbi futuri operis qualitas indicatur. Quid enim commodius quàm prius per eam aliquid discere, ne dictio possit inopinata confundere?Hanc igitur historiam ecclesiasticam, que cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, à tribus Græcis autoribus mirabiliter costat esse conscriptam: vno scilicet Theodorito, venerahili episcopo, & duobus discrtissimis viris, Sozomeno & Socrate, quos nos per Epiphaniú Scholasticum Latino condentes eloquio, necessarium duximus eorum dictadeflorata in vnius stili tractum (Domino iuuante) perducere, & de tribus auto ribus vnam facere dictionem. Sciendum plane quod prædicti scriptores à temporibus diuę memoriæ principis Constantini, vsque ad Augustæ recor dationis Theodolij iunioris quæ funt gelta, digesferint. Nos autem corum relictis operibus, & vnumquenque cauta métetractantes, cognouimus, no æqualiter omnes de vnaquaq; re luculenter ac subtiliter explanasse, sed mo do hunc, modo alterum aliam parté melius expedisse. Et ideo iudicauimus de singulis dictatoribus deflorata colligere, & cũ autoris sui nomine in ordinem collocare. Legat ergo intrepidus qui ad hæc opulcula (Domino do-

nante) peruenerit, multum vtilitatis atque notitiæ lucraturus, si quæ posita sunt per hos duodecim libros, memoriæ suæ solicita mente codiderit. Præterea ne quempiam res indistincta turbaret, per vniuer sum textum huius operis titulos cognoscat appositos: vt suis locis exigere possit, quod sub nu

mero competenti prædictum esse cognoscit.



<sup>A</sup>Historiæ Ecclesiasticæ, quam Tripartitam <sup>P</sup>

VOCANT, EX TRIBVS GRAECIS AVTOribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, ab Epiphanio Scholastico versis, per Cassiodorum Senatorem in Epitomen redactæ.

LIBER PRIMVS.

SOZOMENI PRÆFATIO AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Allocutio Soz omeni ad Theodosium Imperatorem.

C. A. P. V. T. P. R. I. M. V. M.

In exëplari feripto, erat Salam Hei miz Sozomeni.

Presenta



I V N T antiquis principibo diligentiæ studium fuisse, vt dium fuisse, vt dem ornamentorum, purpura atq; coronam, &his similia ppararét: libroru verò habentes stétioné, cir ca fabulas quas da occupati co-

scriptiones agerent, quæ audientium corda mulcerent. Porrò bella sectantes, vt sagittam opportunè dirigerent, bestiam prosternerent, lanceam bene iacularentur, aut equum decenter ascenderent. + Præstabant enim singuli regalibus eorum studentes rebus, que quisq; gratissima dominanti arbitrabatur. Alius itaque lapides pretiosos difficile compertos offerebat:alter tincturam purpu ræ clariore: plurimi Poëmata aut diuersas conscri ptiones infinuabant: alius bona cingula, aut optimum armorum pandebant víum.Maxima verò& Imperialis putabatur huius popularis virtutis pars illa,ad quam tũc amantis intentio declinabat. De pietate autem(quæ est verus imperij ornatus)nul C li studiose quodammodo sermo fuit. Sed tu potétissime Theodori (vt complexiue dicam) cūctam superasti(Deo iuuante) virtutem. Purpura siquide & corona qua videris propter inspicientes (quia est maiestatis signum) circundari, pietatem tibi & clementiam intrinsecus semper enutriunt. Vnde coscriptores & Præfecti, ac reliqui subiectorum, circa te tuosque laborát actus. Decertator autem positus iudéxque librorum, nó camerato eloquio caperis, aut qualibet figura furtum pateris veritatis, sed perfectè meritis vtrunq;, sermonem proprium aptans causæ, figuram quoque dictionis,& partes, & ordinem, & congruentiam, & eloquiu, & compositionem, & collectiones, & sensum, &

historiam profunde discutiens. Compensas auté recitantibus & tuo iudicio & fauoribus opportu nis:necnon aureis imaginibus, & positione simulachroru, & donis, & honoribus vniuersis. Qualem verò te circa recitantes præbes, tales dudum

fuerut iudices Cretes circa dulciloquum Home-

rum, aut Aleuas circa Simonidem, aut Dionysius

Sicilia tyrannus circa Platonem Socratis discipu

lum, aut Philippus Macedo circa Theopompum

historiographum, aut Seuerus Cæsar circa Oppi-

anum, qui metris pisciù genera & naturas captionémque narrauit. Cretes siquidem mille nomis-

mata carmini compensantes Homerico, & tan-

publica statua munera conscripserunt. Aleuas autem, & Dionysius, & Philippus, nequaquam ani-

niris, largitatibo tuis circa dictiones exhibitis. Sed

mihi videris no incongruè talia facere. Nam cum omnes virtutibus euiceris, studiosè ad incremen-

tum semper quæ tua sunt euchis: quoniam histo-

riam rerum olim gestarum apud Romanos & Gre

cos integerrime cognouisti. Aiunt etenim te per

diem quidé exerceri armis & corpore, subiecto-

rúmque negotia disceptare, iudicare simul & age-

re modo seorsum, modo communiter quæ sunt

agenda consyderare, noctibus libris incumbere.

Fertur autem tibi ad eorum scientiam ministrare

candelabrú arte mechanica factum,& sponte fun

dens oleum in lucernam, vt nullus circa regalia cõ

stitutus, in laboribus tuis cogatur affligi, & naturæ

vim faciat, somno repugnans. Sic equidem cle-

mens & mansuetus circa proximos & circa om-

quam de excellentissima largitate gloriantes, in E

mo parciores fuere Cretélibus, de superba se republica philosophiaque iactatibus, qui velociter illorum statuam imitari potuerant, nisi opere suis sentences in munere. Seuerus autem pro metrico poemate per versum vno aureo donans Oppianum, tantum præbuit de largitate miraculum, vt aurea carmina Oppiani hactenus apud plurimos nominentur. Hæc, dona fuerunt olim amantium literas & doctrinam. Tu verò potentissime principum, nullo priorum excellétia minor inue-

A iij

Theodosij virtates.

Historici

## CASSIODORI SENATORIS,

SERVI DEI IN HISTORIAM ECCLESIA-

sticam, quam Tripartitam vocant, ex tribus Græcis autoribus,
Sozomeno, Socrate, & Theodorito, per Epiphanium
Scholasticum versis, excerptam, & in compendium à se redactam,


PRÆFATIO.

Theodoritus
Sozomenus
Socrates
Epophonius
Scholafticus
interpres.
A Cöftantinovíque ad
Theodofium

T I L I T E R nimis in capite libri præfatio ponitur, vbi futuri operis qualitas indicatur. Quid enim commodius quàm prius per eam aliquid discere, ne dictio possit inopinata confunde-Ire:Hanc igitur historiam ecclesiasticam, que cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, à tribus Græcis autoribus mirabiliter cōstat esse conscriptam: vno scilicet Theodorito, venerahili episcopo, & duobus discrtissimis viris, Sozomeno & Socrate, quos nos per Epiphaniú Scholasticum Latino condentes eloquio, necessarium duximus eorum dictadeflorata in vnius stili tractum (Domino iuuante) perducere, & de tribus auto ribus vnam facere dictionem . Sciendum plane quod prædicti scriptores à temporibus diuę memoriæ principis Constantini, vsque ad Augustæ recor dationis Theodolij iunioris quæ lunt gelta, digesferint. Nos autem corum relictis operibus, & vnumquenque cauta métetractantes, cognouimus, no æqualiter omnes de vnaquaq; re luculenter ac subtiliter explanasse, sed mo do hunc, modo alterum aliam parté melius expedisse. Et ideo iudicauimus de singulis dictatoribus deflorata colligere, & cū autoris sui nomine in or-

dinem collocare. Legat ergo intrepidus qui ad hæc opuscula (Domino donante) peruenerit, multum vtilitatis atque notitiæ lucraturus, si quæ posita sunt per hos duodecim libros, memoriæ suæ solicita mente codiderit. Præterea ne quempiam res indistincta turbaret, per vniuer sum textum huius operis titulos cognoscat appositos: vt suis locis exigere possit, quod sub nu

mero competenti prædictum esse cognoscit.



<sup>A</sup>Historiæ Ecclesiasticæ, quam Tripartitam<sup>sp</sup>

VOCANT, EX TRIBVS GRAECIS AVTOribus, Sozomeno, Socrate, & Theodorito, ab Epiphanio Scholastico versis, per Cassiodorum Senatorem in Epitomen redactæ.

LIBER PRIMVS.

SOZOMENI PRÆFATIO AD THEODOSIVM AVGVSTVM.

Allocutio Sozomeni ad Theodosium Imperatorem. CAPVT PRIMVM.

In exëplari feripto, erat Salam Her mi 2 Sozo meni.



I V N T antiquis principibo diligentiæ studium fuisse, vt cis amatores qdem ornamentorum, purpura atq; coronam, &his similia ppararét: libropararét: libropararét: libropararét: ca fabulas quas da occupatico-

scriptiones agerent, quæ audientium corda mulcerent. Porrò bella sectantes, vt sagittam opportunè dirigerent, bestiam prosternerent, lanceam bene iacularentur, aut equum decenter ascenderent. + Præstabant enim singuli regalibus eorum studentes rebus, quæ quisq; gratissima dominanti arbitrabatur. Alius itaque lapides pretiosos difficile compertos offerebat:alter tincturam purpu ræ clariorë: plurimi Poëmata aut diuersas conscri ptiones infinuabant: alius bona cingula, aut optimum armorum pandebant víum.Maximá verò& Imperialis putabatur huius popularis virtutis pars illa,ad quam túc amantis intentio declinabat. De pietate autem(quæ est verus imperij ornatus)nul C li studiose quodammodo sermo suit. Sed tu potétissime Theodori (vt complexiue dicam) cuctam superasti (Deo iuuante) virtutem. Purpura siquide & corona qua videris propter inspicientes (quia est maiestatis signum) circundari, pietatem tibi & clementiam intrinsecus semper enutriunt. Vnde coscriptores & Præfecti, ac reliqui subiectorum, circa te tuosque laborat actus.Decertator autem positus iudéxque librorum, nó camerato eloquio caperis, aut qualibet figura furtum pateris veritatis, sed perfectè meritis vtrunq;, sermonem proprium aptans causæ, figuram quoque dictionis,& partes, & ordinem, & congruentiam, & eloquiu, & compositionem, & collectiones, & sensum, &

historiam profundè discutiens. Compensas auté recitantibus & tuo iudicio & fauoribus opportu nis:necnon aureis imaginibus, & positione simulachroru, & donis, & honoribus vniuersis. Qualem verò te circa recitantes præbes, tales dudum fuerut iudices Cretes circa dulciloquum Homerum, aut Aleuas circa Simonidem, aut Dionysius Sicilia tyrannus circa Platonem Socratis discipu lum, aut Philippus Macedo circa Theopompum historiographum, aut Seuerus Cæsar circa Oppianum, qui metris pisciu genera & naturas captionémque narrauit. Cretes siquidem mille nomismata carmini compensantes Homerico, & tanquam de excellentissima largitate gloriantes, in E publica statua munera conscripserunt. Aleuas autem, & Dionysius, & Philippus, nequaquam animo parciores fuere Cretélibus, de superba se republica philosophiaque iactatibus, qui velociter illorum statuam imitari potuerant, nisi opere fuis sent minoreș in munere. Seuerus autem pro metrico poemate per versum vno aureo donans Op pianum, tantum præbuit de largitate miraculum, vt aurea carmina Oppiani hactenus apud plurimos nominentur. Hæc, dona fuerunt olim amantium literas & doctrinam. Tu verò potentissime principum, nullo priorum excellétia minor inueniris, largitatib tuis circa dictiones exhibitis. Sed mihi videris no incongruè talia facere. Nam cum omnes virtutibus euiceris, studios è ad incrementum semper quæ tua sunt euchis: quoniam historiam rerum olim gestarum apud Romanos & Grę cos integerrime cognouisti. Aiunt etenim te per diem quidé exerceri armis & corpore, subiectorúmque negotia disceptare, iudicare simul & agere modo seorsum, modo communiter quæ sunt agenda consyderare, noctibus libris incumbere. Fertur autem tibi ad eorum scientiam ministrare candelabrú arte mechanica factum,& sponte fun dens oleum in lucernam, yt nullus circa regalia có stitutus,in laboribus tuis cogatur affligi,& naturæ vim faciat, somno repugnans. Sic equidem clemens & mansuetus circa proximos & circa om-

Liberalitae Theodos ji in doctos.

Oppiani sin gulos versus Seneras Ces. singulu aureu remune-

Theodosij virtates.

Historici

A iij

A nes existis, cœlestem regem tuum imitado patronum, cui gratum est super iustos & iniustos pluere, & solem facere oriri, & alia simul inuidia recedente largiri . Per multam verò doctrinam audio te etiam lapidum scire naturas, potestatésque radicum, effectusque curarum, non minus Salomone Dauid filio, magis autem pollere virtutibus.Ille siquidem factus libidinis seruus, pietatem non custodiuit ad terminum, quæ illi causa fuerat bonorum & sapientię. Tu verò (ô potentissimè) negligentia obiiciens rationem, videris non solum hominibus iustè, sed etiam corporis & animæ pas sionibus imperare. Si autem oportet & hoc dici, audio te eriam totius cibi vel poculi desideria superare, & neque poma dulcia, neque aliud quicq speciosum appetere, nisi quantum ad tactum con ucnit,& solummodo sapori congruerit: primo ta men benedicere omnium creatorem. Sitim verò, æstum, & frigus ferre consuetus, quotidianis exercitationibus iam ipsam continentiæ putaris habere naturam . Dudum siquidem in Ponto ciuitatem Heracleam ab Hercule nominatam videre festinans, & laboratem longo tempore subleuare, in astatis ardore per Bithyniam faciebas iter. Sole verò circa diem medium vehementer vrente, videns te quidam iter agentem sudore multo, simul & puluere squalentem, quasi præstaturus occurrens obtulit tibi poculu valde perspicuum,& velut radiis emicans suauissimű quen dam in id potum mittens, & aquam frigidam fuperfundens. Tu verò ( ô potentissimè) sumens, laudasti quidem pro sua magnanimitate virum,& largitate principali post paululum cumulasti: sed cunctis militibus ad illius poculi claritatem nimis inhiantibus & beatificantibus qui esset bibiturus, id rursus ei poculum reddidisti, præcipiens vt quo vellet vteretur eo. Vnde mihi videtur iustè tuis virtutibus superatum ctiam Alexandrum, de quo narratur ab eis qui opera illius mirantur, quia ei dum per inaquosa loca properaret cum macedonibus, diligens quidam miles aquam inueniens. hausit, & in galea obtulit ei, ille verò non bibit, sed corpus infudit. Vt ergo absolute dicatur, om-C nium priorum principum principiorem (11 dici fas est) te vocare debemus secudum Homerum. Alios etenim reges nihil dignum habuisse com- . perimus: alios autem vnà aut duabus rebus ornasse imperium. Tu autem (ô serenissime) omnes simul virtutes amplectens, vniuersos dinosceris euicisse pietate, clementia, fortitudine, castitate, iustitia, largitate, atque magnanimitate, di gnitati imperiali conueniente. Sine sanguine autem & purum à cæde, super omnium priscorum,

tuum cuncii gloriantur imperium. Res studiosas cum delectatione subiectos pracipis edoceri, fa-

uorémque & reuerentiam circa tuum amorem & communem vtilitatem cunctos ostendere. Qua-

propter horum omnium causa necessarium vide-

tur mihi, ecclesiasticam historiam conscribenti,

te primitus alloqui. Cui nanque hoc potius ad-

scribam, multorum ac venerabilium virtutes vtique narraturus, & ea quæ circa catholicam eccle-

siam prouenerunt, vel per quantas ipsa transiens

tempestates, ad tuos parentúmque tuorum por-

tus accesserit? Age nunc omnia sciens, omnémq;

virtuté habens, & præcipuè pietatem, quam prin

cipium esse sapientiæ sermo diuinus docet, susci- D pe à me hanc îcriptură, & libenter examina, tuæque integritatis adicciones &detractiones adhibens, tuis eam laboribus purga. Indubitanter enim quodcunque tibi placuerit, vtile legentibus clarumquevidebitur: nec quilibet reprehendet, quod tu probaueris. Procedit autem mea conscri ptio à tertio Consulatu Crispi & Constantini Cæ larum víq; ad septimum decimum tuum, visúmque est mihi bene se habere in nouem decisiones opus omne diuidere. Cotinebit autem primus & secundus Tomus ea quæ sub principe Constantino ecclesia prouenerunt. Tertius autem & quartus, ea quæ sub eius filiis. Quintus & sextus, quæ sub Iuliano consobrino filiorum maximi Costantini, & Iouiniano, necnon Valentiniano & Valen te gesta noscutur. Septimus autem & octauus no bis aperiet Tomus, quæ sub Gratiano & Valentiniano fratribus acta funt víque ad tempora impe rij iucundissimi aui tui Theodosij, quando scilicet vester(clemetissime principum)sacratissimus pater Arcadius paterno succedes imperio, vnà cum E piissimo patruo tuo Honorio Romanum orbem gubernare sortitus est. Nonum verò librú Chri-Itiano ac venerabili vestro apici dedicaui, quem Deus sempiterne custodiat magnanimitate incouertibili hostibus præualentem, & habentem sub pedibus, vniuer sos, & ad filiorum filios pium imperium dirigentem, annuente Christo, Ĉum quo Deo patri gloria, vnà cum sancto Spiritu in secula seculorum.Amen.

Cur Gentiles facilius quam Hebrai fidem Christi perceperint. CAPVT 11.

Ogitatio aliquando mihi prouenit, cur putas aliis quidem hominibus velocior fuerit circa Domini verbum fides, Hebræis autem incredibilis, cum ab initio diuina mandata perceperint etiam de Christi præsentia, & quomodo hæc forent implenda, antequam fierent didicerint per Prophetas. Abraham etenim princeps eorum ge neris & circuncisionis existens, inspector & con- F uiua filij Dei esse promeruit. Isaac eius filius, imitatione sacrificij honoratus est, typo crucis à patre vinctus & oblatus altari, sicut contigit & in Christi fieri passione, vt aiut qui scripturas sacras integerrimè collegerunt. Iacob autem expectationem gentium in co nunc existentem, necnon & tempus quo venit, prænuntiauit, vbi ait tunc deficere duces Hebraorum ex genere Iuda principis tribus eius. Significabat auté principat u Herodis, qui cu Idumeus esset genere paterno, Arabs auté à matre, comissa est ci gens Iudeoru à Senatu Romano & Cxfare simul Augusto . Sed quidam ctiam aliorum Prophetarum clarè CHRISTI generationem prædicauerunt,& illú facrum ineffabilémque conceptum, & matrem post partum virginem permanentem & genus & patriam: alij verò passionem, & resurrectionem à mortuis, & ascensionem in calos, & euentum singularum præsignauerunt rerum. Sed hæc quidem eos non ignorasse scire poterit, qui sacris literis incumbit. Iosephus autem Mathatiæ filius atque sacerdos, vir apud Iudxos nobilissimus, necnon & apud

Tamir tita bifio que libr.12,

Hdrei.

Abrahan

Gene. 18.4. Gene. 22 b.

> Iacob Gene. 42.

Herodo

Digitized by Google 1

Alexander

Heracles.

Iosep.antiq. lib.18.cap.6

Graci.

Gentiles

† al.creverit.

† dispensata.

A Romanos, dignissimus erit testis deveritate Chri sti. Vocare nanque eum virum non audet, tanqua factorem infignium operum magistrumque ser-monum veracium: CHRISTVM verò apertè nominat, & pænæ crucis adiudicatum, & tertia die apparuisse viuum, & alia infinita miracula de eo à Prophetis sanctis non ignorat esse prædi-Cta: sed etiam multos tunc extitisse, quos elegit Gracos atque Iudaos, & in eius permanere dilectione: atque gentem ab eo nominatam nequaquam defecisse testatur. Et mihi videtur quonia hac referens, quasi clamare videtur, operibus Deum esseChristum, reru quippe miraculis obstu pescens. Cùm autem hoc dixisset, etiam ipse medius transcurrit, in nullo tamen contradicens credentibus in eum, potiúfque cosentiens. Hæc autem cogitanti miĥi, digne mirabile visum est,He bræos etiam ante alios homines ad Christianitatem non potuisse conuerti . Nam licet Sibylla, & alia responsa apud Gentiles, ea quæ in CHR I-STO erant ventura prædixerint, non tamen ob hocomnes Græci de incredulitate culpandi sunt. Pauci nanque qui videbantur eruditiores, precipuè huiusmodi prophetias intellexerunt ple runque metricas existentes, & disertioribus verbis prolatas ad populum. Erat itaque, sicut mihi videtur, supernæ prouidentiæ, vt ad concordiam futurorum non solum propriis prophetix ventura committerentur, sed etiam ex parte gétilibus: veluti si quis melodiæ compositor, propter vtilitatem peregrini soni alias chordas plectro discurrat, aut super cas quæ sunt, alias adiiciat. Hebræi siquidem pluribus & manifestioribus prophetis vtentes, in præsentia CHRISTI minores sunt inuenti quam Graci. Sed neque hoc extra rationem videbitur, cur ex aliis gentibus tantum eccle sia + crediderit. Primum quidem, quoniam Deo gratum est, ex miraculis nasci mutationes in diuinis maximisque negotiis. Deinde quia no fortuitis virtutibus præsulum cius ab initio + disperata reperitur esse religio . Nam licet linguam ad elocutionem aut pulchritudinem sermonis disertam non habuerint, neque verbis aut probatio-C nibus philosophicis vterentur, ad suadendum tamen non ob hoc minus studium fuit eis, sed exuti substantiis, & bona propria contemnentes atque nudati, & velut in aliis corporibus plurima pelsimaque tormenta suscipientes,&neque ciuitatum populis submissi, neque iudicum blandimentis illecti, neque terroribus fortè deterriti, clarum fecerunt vniuersis, quoniam pro maximis præmiis huiusmodi certamina sustinerent. Quapropter neque suasione verborum opus erat, dum per domos & ciuitates ad credédum res ipsæ compellerent, quæ nequaquá primitus videbantur auditæ.

Qua fuerit intentio Soz omeni historiam conscribendi, & ex quibus priorum gesta collegerit.

#### CAPFT 111.

Anta ergo diuina & mirabili mutatione in orbe facta, ita vt prior religio & leges patriæ spernerentur, crudele nimis erat Calydoniú quidem aprum & Marathonium taurum, & alia similia per prouincias & ciuitates facta, aut fabulis di-

uulgata, tanto nobilitari studio, vt multi Græco- D rum, & probatissimi conscriptores circa talia laborassent, scribendi habentes ingenium: me verò vim meæ non inferre naturæ, & historiæ Ecclesiastica gesta enarrare. Reor enim quoniam argumento rei huius non ab hominibus instituto, conscriptor quoque inopinabiliter apparebit non inops Deo. Nisus sum etenim primo quidem hoc opus ab origine mundi digerere: sed consyderans quoniam & alij id fecerunt vsque ad tempus suum, id est, Clemens & Egesippus viri sapientissimi, successionem sequentes Apostolorum, Aphricanusque conscriptor, & Eusebius cognomine Pamphili, vir in diuinis scripturis & Græcorum poëtis atq; Rhetoribus perscrutator eruditissimus: tunc ego quæcunque in ecclesiis contigerunt post CHRISTI Ascensionem ad cœlos, víque ad Licinij deiectionem colligens, redegi in duobus libris: nunc autem fauente Deo, quæ postea prouenerunt, aperire ten tabo. Quo circa memorabo caussas quibus interfui, & à scientibus aut contemplantibus eas audi- E ui, tam in nostra quàm ante nostram generationem gestas. Caterorum verò explanabo noticiá ex legibus positis, caussa religionis, & ex Conciliis per tempora constitutis, ac nouitatibus factis, & imperialibus & sacerdotum epistolis, quarum alix hactenus in Palatiis ecclesisque custodiuntur, alie verò passim apud diligentes inueniuntur. Quarundam rationem potius complecti, in hoc opere melius approbaui, propter magnitudinem lectionis, vr sensus earum breuiter indicetur,nisi fortè quadam venire possint in dubium, pro quibus est apud multos diuersa sententia. Tunc enim, si quamlibet scripturam inuenire potero, propter probationem veritatis eam ponere non omitto. Vt autem nullus ignoratione rerum accuset mendacem esse conscriptionem, contrarias legendo forsan epistolas, sciendum est quoniam occasione dogmatis Ariani, & eorum qui postea funt exorti, discordantes inter alterutros Præsules ecclesiarum, singuli de quibus studebant suis consectatoribus scribebant, & per consilia congregati, decernebant quæ vellent, & sibi contra- F ria sapientes, per absentiam se sæpe damnabant, & per tempora principes ac proceres eorum qua poterant virtute flectebant, & sibimet vnanimes faciebant, vt eorum consensu rectè colere putarentur. Alij siquidem istis, alij verò fauentes illis, collectionem fecerunt epistolarum pro hxresi propria directarum, & eas sibi contrarias reliquerunt. Porrò nobis difficilè valde fuit, vt inueniremus omnia quæ de talibus prouenerunt. Quia verò præcipua cura veritatis habenda est, propter historiæ puritatem, necessarium mihi visum est etiam literas huiusmodi, vt fuit possibile, perscrutari. Si igitur etiam seditiones ecclesiasticas inter alterutros gestas de præsulatu, vel honore primatus, propria, hæreseos explanauero, non graue aut malæ voluntatis esse videatur. Primo nanque, vt dictum est, conscriptorem omnia decet veritari postponere, deinde do gma Ecclesiæ Catholicæ veracissimè declarare. Quod scilicer inuenitur sepe quidem aduersariorum insidiis impeditum, & tamen tanquam diuinitus roboratu in propria mansisse virtute,&vni-

Clemes Ailexadrinus.
Egesippus
Aphricanus.
Ensebissal
Casariensis:

Alla con-

A uersas ecclesias & populos ad suam traxisse veritatem.Quum itaque vellem(si tamen deceret) ea fola conscribere, qua ad meam notitiam videban tur peruenisse de ecclesia in Romano imperio có stituta, placuit tamen quantum valuero, vt etiam apud Persas & Barbaros quæ sunt gesta de religione, conscribam. Non autem absurdum erit ab historia Ecclesiastica, si in hoc opere etiam illi referantur, qui quondam patres ac præceptores fue rut monachorum, aut qui post eos per successiones viiles visi sunt, sicut audiuimus, atque probauimus. Non enim aut nos ingrati videbimur, taciturnitati tradentes virtutem corum: aut illi exortes crunt huius historix, qui tantx philosophix exempla reliquerunt, quibus vtentes posteri, beatissimo & felicissimo fine potirétur. Sed hæc quidem sermo procedens, vt potuerit, obseruabit. Couertar nunc ad narrationem rerum, cooperatorem inuocans Deum. Hinc enim habebit præsens scriptura principium.

A quo tempore historia fecerit initium. Et quomodo Co stantino signum sit crucis ostensum, 🖝 qui imperatores & Casares per idem tempus fuerint. CAPVT 1111.

Sylnester Alexander Alexadeia, Ma:arius Hierofolymü. Am.do 322. Eustathina Antiochia

Licinius & Constătinus persequütur Christianos.

Signii crucis Constantino C ostensum. An.do.315.

Rispo & Constantino Cxsaribus atq; Confulibus,Romanæ quidem ecclesiæ Syluester præsidebat. Alexandrinæ auté Alexander, & Hierosolymorum Macarius. Antiochiæ verò, quæ est apud Orontem fluuium, post Romanum nondum quisquam fuerat ordinatus, persecutionibus scilicet prohibentibus. Non longo post tempore, hi qui în Nicaa collecti funt, sapietia & eloquiis admirantes Eustathium dignum approbauerunt tedi Apostolica prasidere, & quum esset episcopus vicina Berrhoa, eum in Antiochiam transtulerunt. Tunc ergo Christiani Orientales quidem víque ad terminos Ægypti circa Libyam commorantes, non præsumebant apertè in eccle fias conuenire, quum Licinius fauorem quem in eos habuerat, permutasset . Sed neque per Occidentem Helladici, vel Macedones & Illyrij licen ter in religione durabant propter Constantinum, qui princeps erat in his partibus Romanoru. Huic enim viro & alia quidem plurima postea prouenisse percepimus, quibus slexus est Christianoru dogma venerari, pręcipuè tamen signum quod ei diuinitus est ostensum.

#### SOCK ATES.

Diocletian9 **T** Maximi anus Augg. Maximinus An.do.306.

† xxv. Maxensins An. do.312.

T quoniam ad hæc venimus, paulò latius aliquid referamus. Quum Diocletianus & Maximianus Herculius priuatam elegissent vitam, & Maximinus Galerius, qui cum eis imperauerat, tenens Italiam duos Casares fecisset, Maximinum in Oriente, & Scuerum in Italia, tunc Constantinus in Britannia patre mortuo ordinatur imperator, primo anno cclxxj. Olympiadis, + xxvij. die Iulij mensis. Roma verò a Pratorianis militibus Maxétius Maximiani Herculij filius instituitur im perator. Hinc eius pater imperandi cupidine voluit filium regno priuare, quod facere nequiuit. Post hæc autem Tarso Ciliciæ moritur. Porrò Seuerus Romam contra Maxentium veniens, mili-

tum proditione peremptus est. Maximinus autem D Galerius instituens Licinium Augustum, moritur. Proinde Maxentius Romæ velut tyrannus habebatur, adulteria impudenter exercens, & earū viros occidens. Quem volens Constantinus opprimere, & Romanos à cladibus liberare, cogitabar quem in bello Deum haberet auxilio, sciens nihil prodesse deos quos Diocletianus venerabatur,& quia potius eius pater Paganorum côtempta religione, feliciter aduixisset.

#### SOZOMENYS.

N his ergo follicitudinibus constitutus, in somnio vidit crucis figum cælo fplendidè collocatum : mirantíque visionem, adstiterunt angeli dicentes : O Constantine, in hoc vince. Fertur auté & ipsum Christum apparuisse ei, signúmque mostrasse crucis, ac præcepisse vt figuram similem fa ceret, & in præliis auxilium hoc haberet, quo victoriæ iura conquireret. Eusebius itaque Pamphi li cũ iurciurando ipío Imperatore dicente audisse E fe refert,quia circa meridiem, declinante iam fole,crucis fignum ex lumine factum,& scripturam consertamei dicentem, IN HOC VINCE, vidisset ipse & milites qui cum eo túc essent.Pergente nanque aliquò cum exercitu per iter, hoc, inquit, ei miraculum est ostesum. Dumque cogitaret quid esset, nox superuenit, & dormiéti Chri. stus apparuit cū sīgno quod vidit in cœlo,iussitq; vt fieret eius ligni figuratio, que foret auxilium in præliorum congressionibus.

Quomodo Constantinus Christianum dogma cognouerit, de miraculis crucis, de morte Maxenty. CAPVI V.

Vmque iam non opus esset interprete, sed apertè imperatori mostratum fuisset, quid de Deo credere conuenirer, mox die facta sacerdores Christi conuocans, de dogmate consulebat. At illi sacros libros offerentes, de Christo loquebantur, suaque dicta ex prophetis comprobabat. Signum verò quod apparuerat ei, dicebant tro- F Constăti phæum esse victoriæ aduersus infernum, quam vi ctoriam ascendens in cœlos egit Christus, crucifixus & mortuus, & tertia die resurgens: secundum quod sperandum esse dixerunt, quia post huius vi tæ terminum circa finem seculi præsentis, omnes homines resurget & immortales existent: alij quidem ad præmia rerum quibus bene vixerunt: alij ad supplicia, eò quod ab eis mala sint gesta. Esse ta men etiam in delictis quæ committuntur hic, occasionem salutis purificationémque peccati: nodum initiatis quidé baptismatis adeptionem, secundum ecclesiasticam legem: initiatis autem cu stodiam ne delinquant. Sed quia hoc agere omnino paucorum sanctorumq; virorum est, docebat quoque purificationem secundam ex pænitentia constitutam, clementem enim esse Deum, & veniam tribuere delinquentibus, si pænitentiam agentes, studeant eam operibus roborare. Hac sacerdotibus explanantibus, admiratus imperator prophetias de Christo ita promissas, iussit viros eruditos ex auro & lapidibus preciosis in vexillu crucis transformare fignum, quod Labarum vo-

Appara Christm.

wysteria si dei edoca

adorari id à militibus moris esset. Vnde præcipuè Constantinum reor nobilissimum decus imperij Romani in fignum mutasse crucis, vt frequeti visione arque cura desuescerent à priori more sub-

iecti,& eum folum arbitrarentur Deum,quem co leret imperator, vel quo duce atque auxiliatore vteretur aduersus hostes. Semper enim hoc signű proponebatur ante ordines vniuersos, quod maximè laborantibus aciebus in præliis adesse præ-

cipiebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent:quorum opus erat, vt vicibus hu meris id veherent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim quidă eo quòd aliquando ferens hoc signum, repête hostibus inuadentibus expauisset,

dedisse illud alteri deuehendum: cómque se prælio subtraxisset, & iacula declinasset, subito percussius interiit. Ille verò qui sacrum suscepit trophæum, multis se iaculantibus permansit illæsus.

Mirabiliter enim diuina regente virtute, fagittæ

B hostium figebatur in signo, à signifero autem inter pericula protinus euolabant. Dicitur auté neque alium vnquam huius signi ministrum, vt solet, in bello vulnere mortuum, aut cladem capti-

uit atis perpessum.

SOCR ATES.

† Fulnium Milutus pes

An.do 315.

Signiferi.

Ongressus ergo circa pontem + Miluium vi cit, in flumine necato Maxentio. Erat enim annus septimus imperij Constantini. Inter hæc Diocletianus Salona defunctus est.

SOZOMENYS.

De derogatione Paganorum contra Constantinum. C A PVT VI.

A m. do. 316. Criffus Con ftanımi F.

On autem ignoro quia Graci referunt Con statinum, eo quòd aliquos genere proximos occidisset,& cooperator extitisset in nece filij sui Crispi, pœnitentia ductum, de purificatione confuluisse Philosophum Sopatrum, qui tempore illo præerat in sede Plotini, illúmque respondisse, nullam esse in huiusmodi delictis purgationem. Constantinum verò hac interdictione turbatum, inuenisse episcopos qui pœnitétia seu baptismate promitterent eu ab vniuerso posse purgari delicto: Tunc gauisum in illis qui dixerant quod vo lebat : admiratúmq; dogma, factum deinde Christianum, & ad sui similitudinem deduxisse subiectos. Mihi autem videntur hæc ficta ab eis, qui stu dent religioni Christianæ detrahere. Crispus etenim, propter quem dicunt Costantinum equisse purgatione, vigesimo anno imperij paterni defun ctus est. Qui cùm adhuc viueret, multas cu eo pro Christianis posuit leges, secundo quippe loco ho noratus imperij & Cælar exiltens, sicut etiam nűc principum nomina & tépora legibus subieca testantur.Sopatrum verò non est credibile ad collo quium Constantini venire potuisse, in sola Oceani circa rhenu parte regnantis: propter intentionem verò contra Maxentium habitam degebat. In Italia tunc Romana respub.turbabatur,& non erat facilè vt Britanni & Galli conuenirent cum LIB. I.

illis tunc apud quos constat Christiana religione D Constantinum participatum, nisi dum contra Ma xentium castrometaretur, & transiret ad Romã. Testes autem sunt rursus horum tempora, necno & leges quas pro religione fanxit. Vt autem concedamus facile potuisse principé loqui Sopatro, aut per epistolam suam cosuluisse pro quibus vellet, non est tamen verisimile ignorasse Philosophum, quia Hercules Alcmenæ purgatus Athenis est post filij necem in Cereris sacris: & quia post Iphiti necem, peregrinum & amicum iniustè peremit. Quu igitur Graci in huiusmodi delictis pur gationes annuntient, sufficiant quæ dicta sunt, vt accusent de mendacio eos, qui Sopatrum contraria Constantino respondisse finxerunt. Non enim credo hec ignorasse tunc nobilissimum apud Græcos eruditione literarum.

De legibus quas Constantinus pro Christianis protulit, & de mutatione rituum Paganorum, Christianorúmque profectu. Et de victoria eius, & de veneratione sancta religionis. CAPVT VII.

Gitur ecclesię sub regimine Constantini alacriter agebant,& indies augebantur(fauente &vnanime principe) multis eius beneficiis eleuatæ, quas etiam prius inconcussas dominus à periculis turbisq; seruauit. Nam cum persecutiones diuersas ecclesia in alio terrarum orbe paterentur, solus Constantius Constantini pater licenter Christianis in sua consistere religione cocessit. Denique tale aliquod eum miraculum & memoria dignű egisse cognoui. Is enim probare volés quosdam in suo Palatio Christianos, si boni & solidi essent viri, euocans vniuersos præcepit dicens, vt si quidem venirent ad sacrificandum, & eius cole rent deos, circa eŭ essent, & in + suo cingulo permanerent. Si verò refugeret, egrederentur de Pa latio gratias agentes quo minime punirentur. Quumque in vtroq; apparuissent, alij quidem religionis desertores, alij verò diuina præsentibus præponentes, deliberauit eis amicis & consiliariis vti, qui in melioribus fideles constantésque permanserant. Alios autem velut effœminatos auerfarus, expulit à suo colloquio, credens nunquá eos circa principé deuotos fore, qui fuerint Dei sui sic paratissimi proditores. Et ideo adhuc superstire Constantio no videbatur contra legé quempiam esse Christianum, apud eos qui vitra Italiam Galliasque & Britanniam, & qui circa Pyrenæum habitabant montem vsque ad Oceanum Hesperiū. Quum verò Constantinus in eius successisser imperium, + potiores ecclesiæ effloruerunt. Maxen tio enim Herculij filio perépto, cùm eius pars Có stantino cessisset, iam licenter in religione vigebant, qui circa Tiberim fluuium & Eridanum (qué Padum prouinciales appellant) commorabantur. & qui circa Aquilam commanebant, in quem locum sermo fertur aducctam nauigio Argo, & ad Tyrrhenum pelagus fuisse perductam. Argonautæ enim ventum validum declinantes, nó eodem nauigio in regressione sunt vsi, sed traseuntes ma re quod super Scythas est, per hæc flumina venerunt ad terminos Italorum,& hic hyemantes,con diderunt ciuitaté quæ nuncupatur Æmona. Æstate verò superueniente, cooperatibus eis prouinRemam.

† sua digni-Constanty constium de exploranda Christianovii conftantia.

Cingalum mulitare.

† posimeres.

Argonauta

Coffantinus Cas.degebat in Gallia cit ca Rhesam.

A 2. do. 329.

A cialibus ferè quadringenta stadia arte mechanica trahentes Argo per terram ad fluuiu Aquilam deduxerunt, qui permiscetur Eridano. Eridanus autem fauces habet in Italicum mare. Post prælium itaque, Cibalę, Dardanij, & Macedones, & qui cir ca Histrum tunc morabantur, necnon & Hellas& Illyrioru gens omnis sub Costentinu redacta est.

Quomodo Licinius fugatus & Christianos fuerit perse. cutus, o nouissime victus. ČAPVT VIII.

Au. de 320. far adversus christianos.

An.do. 325.

9997 1

DOrrò Licinius hinc fugatus, cum prius sectator fuisser dogmatis Christiani, mutata volūtate, plurimos sacerdotum in sux partis afflixit im perio, multos quidem & aliorum, pręcipuè tamen de collegio militari. Nimis enim Christianis erat infensus propterCostantini bellum, æstimans eu posse contristari propter calamitaté sux religionis. Simul etiam arbitratus, quia orarét & sluderent redigi sub illius solius imperio. Super hec au B tem pugnaturus denuò contra Constantinu, spem victoriæ habebat per diuinationes & sacrificia,& seductus ab aliquibus promittentibus, quia bello vinceret Constantinum, in paganitatem conuersus est. Denique etiam Graci dicut tunc eum expertum diuinationem apud Miletum Didymei Apollinis, eique cosulenti de bello, respondisse demonium per hos Homeri versus:

Ω γερόμ ¾ μάλα δίκσε νέοι πίροσι μαχαταί En di Bin hihurat xahemop die of yugasonaja.

O senex, valde te iuuenes domant pugnaces Tuáq; vis soluta est, sauáque te senectus impellit.

Ex plurimis ergo rebus visum mihi est dogma christianorum diuina prouidentia constitisse, tan tóque processisse cremeto, maxime tamen ex psecutione Gentilium. Futuro nanq; Licinio persequi ecclesias in suo imperio constitutas, bellum in Bithynia factum est, quo nouissime pugnauerunt inter alterutros iple & Constantinus. Tantóque diuino suffragio adiutus est Constantinus, vt per terram & per mare vinceret inimicos: & amissis Licinius pedestribus & naualibus, semetipsum in Nicomedia traderet, privatúsque Thes-An.do.326. C salonica aliquanto tempore permaneret, ibíque perimeretur. Vir ergo primordiis imperij sui, pręliis, aliisque rebus valde prouectus, & sororis Co stantini nuptiis honoratus, huiusmodi fine defun ctus est.

De dinersis confessoribus, corumque connersatione. CAPYT 1X.

Zichias peri

Onstantinus igitur cum ad eum solum omne Romanorum peruenisset imperium, edictis publicis vsus est, vt Orientales subiecti impauidè religionem colerent Christi,& diligenter diuinitati ministrarent. Diuinitatem quippe sola eam crederent, quæ & reuera esset, & sufficienter haberet omni tempore potestatem: & quoniam qui talibus studeret, omnia bona vberrimè eis accederent: & quæcuque aduersa putarent, cu meliori potius spe fruerentur : qui verò circa Deum delinquerent, communiter & seorsum in bellis& in pace, omnia eis difficilia prouenirent. Gratiásque referens non sibimet arrogans, adiecit in

eam legem dicens: quia ministrum opportunum D eum habere dignatus fuerit Deus sui consilij, & à Britannico mari víque ad loca orientis adduxerit eum, quatonus augeretur christiana religio, & qui propter Dei culturam durabiliter permanserunt in confessionibus martyrij, clariores eius ho noribus apparerent. Hæc igitur concionatus, & alia multa dicés, per quæ credebat subiectos ad cul tum religionis adducere, infirma esse sanciuit, que contra religionem fuerant cogitata vel gesta sub persequutoribus ecclesiaru, remissionémque cun ctos habere decreuit, qui propter confessionem Christi migrare in insulas, aut alibi præter voluntatem propriam commorari iussi sunt, aut in metallis affligi, aut publicis operibus, aut muliebrib?, aut lanificus ministrare, aut dari curiis, quu curiales primitus no fuissent. Eos autem quos infames illi fecerant, ab infamia relaxauit. Militia verò pri uatos, in sua voluntate reliquit, vtrum esse in sche mate quo fuerant, an certè cum honorabili quiete liberam vellent habere vacationem. Cúmque omnes ad priorem libertatem & confuetos hono E res reuocasset, etia substantias + reformauit vniucrsis. Si qui verò morte damnati, substátia quoque nudati sunt, præcepit proximis generi eorum deferendas hareditates: nullo autem horum existente, vnamquăque prouincialem ecclesiam ad ius hæreditatis accedere: & siue apud priuatū siue apud publicum de tali substantia esset aliquid, restitueret. Eis auté qui ex arario publico aliquid comparauerant, aut donationes acceperant, secudum possibilem decentémque modum se prouidere promisit. Hæc igitur, sicuti dictum est, imperatori placuerunt, & lege firmata funt, infignitérque omnia decenti fine completa. Christiani verò tunc omnes Romanorum dignitates administrabant: & de catero cunctis sacrificare negabatur, immolationibusque aut diuinationibus non erat locus. Sed nec idola dedicare, aut celebritates paganas agere iam licebat. Plura verò etiá per ciuitates gentium, de antiqua cosuetudine mutabantur. Ab illo denique tempore apud Ægyptios nequaquam secundum priores solennitates in pa ganorum templa Cubitus, sed in ecclesias magis F offertur, quo significatur crementum aque Niliacx. Apud Romanos autem tunc primum gladiatoru spectacula sunt remota. Apud Phænices verò,qui in Libano & Heliopoli comorantur, phas vlterius non fuit virgines fornicari, antequam le gitimis iungerentur viris, nempe post turpitudinem experimenti primi nephanda permixtionis. Sanctæ verò domus, quæ quidem magnitudinem videbantur habere sufficientem, corrigebantur. Aliæ verò cremento altitudinis & latitudinis augebantur. Alibi autem quum non essent, à fundamentisædificatæ fulgebant:Pecunias verò ex regiis the fauris imperator affluentius impendebat, scribens per singulas ciuitates episcopis atq; prasidibus populorum, vt sacerdotes sicuti vellét iuberent, isti autem iubétibus obedirent, quatenus citò perficeretur opus. L'atanti siquidem eius imperio, etiam religio valde florebat, & in tantum etiam post bellum cotra Licinium gestum felicisfimus fuit in præliis aduerfus alienigenas pręparatis, vt etia Sarmatas vinceret, & qui vocantur Gothi, tunc nouissime causa gratiæ apud eum fædera

Christia

Christiani onori fices zißime ha-† restituit.

Tepla Chris

Sarmat e. Gothi.

A celebrarent. Hæc autem gens habitabat quidem

tunc trans flumen Histrum. Cumque esset in bel-

lis prona, & multitudine atque magnitudine cor-

porum armis semper exercitata, aliis quidem bar-

baris præualebat, folos autem Romanos habebat fibimet repugnates. Fertur enim etia & hoc præ-

lio demonstratų Constantino per signa vel som-

nia, quanta Dei prouidétia regeretur. Qui cum su perasset omnia bella quæ sub eo sunt gesta, velut i

repensans Christo, in eius religionis studio magis

magisque feruebat, hanc solam veram fatendam,

& salutarem existimare subiectos iubens. Ex terra verò subdita sibi, ex vnaquaque ciuitate detrahés

publico, certum vectigal ecclesiis prouincialibus

cleroque distribuit, & donation e validam in per-

petuum esse sanciuit. Assuesces autem milites, vt,

ficut ipfe, Deum colerent, signo crucis eorum ar-

ma fignabat. In regalibus quoque oratoriŭ fabri-

catus, etiam tabernaculum ad instar ecclesiæ cir-

cuferebat, dum aduersus hostes castra metarerur,

quatenus nec in itinere degens vel ipse vel exercitus sacro lumine priuaretur, quo deceret lauda-

re Deum &orationes offerri. Sequebantur autem

pariter sacerdotes & diaconi tabernaculo seruien

tes, qui secundum legem ecclesiasticam sacrorum

ordines adimplebant. Ex illo autem Romanorum

cohortes, quæ nunc Numeri nuncupantur, singu-

læ fecerunt tabernaculum proprium: & facerdotes atque diaconos distributos habebant.Die ve-

rò qui dominicus vocatur, quem Hebræi primum

vocant, Græci autem soli distribuunt, & qui ante septimum est, sanciuit à iudiciis aliisq; causis vni-

uerlos habere vacationem,& in eo tatum orario-

nibus occupari. Honorabat auté dominicu diem, quia in eo Christus resurrexit à mortuis: alium ve

rò, quia in eo fuerat crucifixus. Maximam nanque

culturam sacratissima crucis habebat, tam pro iis

quæ ei prosperè prouenerant eius auxilio, in preliis cotra aduersarios institutis, quam pro indicio

quod ei diuinitus pro ea videbatur ostensum.De-

nique supplicium crucis quod primitus apud Ro-

manos erat in viu, lege prohibuit. In figurationi-

bus autem Solidorum & in imaginibus, hoc si-

gnum iussit inscribi semper & figurari: vt testan-

tur hactenus eius imagines hoc schemate deco-

ratæ. In omnibus siquidem rebus, præcipuè tamé

in legislationibus studebat placare diuinitatem.

Apparet enim luxuriosas & valde fatuas permixtiones ante eum non prohibitas, tunc fuisse cor-

rectas, sicut ex ipsis quas posuit legib' inuenitur.

Sed nunc quæ ad honorem & statum religionis

ab eo sancita sunt, pandere necessarium est, cum

partes esse ecclesiasticæ videantur historiæ. Apud

Romanos dudum fuit lex,à xxv.anno non haben

tes vxores prohibens à priuilegiis habentium co

iuges, sed & alia multa iubens venihil de testa-

mento lucrarentur, licet generis proximitate con

sisterent: qui verò filios non habuissent, medieta-

tem relictorum sibimet amittebant. Posuerut aui tem has leges antiqui, volentes Romam esse po-

pulosam, omnémque subiectam terram, & quia

bellis amiserant. Videns igitur Imperator idcir-

co malè tractari cos, qui propter Deum virgi-

nitati & sine liberis esse studebant, fatuum iudi-

cauit diligentia & studio hominum videri eorum

non multum ante has leges plurimos in ciuilibus

cet condere

Ad epifco

Libertas (ub

### De Spyridione episcopo, qui fures ligatos absoluit. CAPVT X.

Taque persecutionibus iam cessantibus adhuc multi cofessoru superstites, ecclesias ornabant, vt fuit Osius Cordubæ potifex, & Amphion Epiphaneiæ Ciliciæ, & Maximus qui post Macarium Hierosolymorum tenuit Præsulatum,& Paphnutius Ægyptius, per qué aiût plurima miracula ope ratum Deum, dæmonésq, subiecisse, variarumque passionum condonasse ei sanitates. Fuerunt autem Paphnutius & Maximus ex illis confessoribus quos Maximianus Imperator in metallis opera exercere damnauit, oculos eorum dextros euellens,& sinistras suas incidens. Secundum eos autem fuisse percepimus Spyridionem Tremithuntis Cypriorum episcopum, ad cuius virtutem demonstrandam sufficere puto, quæ hactenus de eo seruatur opinio. Quanta per eum diuino presidio gesta sint, plura quidé nouere prouin ciales, ego autem quæ ad nos valuerunt perucnire non tacebo. Fuit enim iste rusticus habens vxorem & filios, sed non propterea in rebus diuinis minor. Aiunt autem aliquando per noctem venisse malignos viros ad caulas ouium eius, & cum rapere niterentur, subitò vinctos nullo ligate fures. Tunc illum die facta venientem inuenifse ligatos eos, & soluisse quidem ab inuisibilibus

Cælibibae L testametum.

Dies yenn is

A w. do. 333.

Supplicium erucu Subla-Symbolum crucis in nu-

Melta car libataa rami∬a.

augeri genus, cum natura semper superna distribu tione diminutionem suscipiat & augmentum. Et lege populo proposuit vniuerso, quatenus æqualibus privilegiis frueretur, qui sinc coniugibus & liberis erant, quibus illi qui ĥæc se habere gaudebant. Sed etiam amplius habere fanciuit eos, qui in continentiæ virginitate degebant, licentiam eis præbens masculis fæminisque licet ætate minoribus, testamentum facere contra communem legé. Omnes enim bene cogitare iudicauit, quorum opus esset Deum placare semper, & philoso phiæ veraci vacare. Huius enim rei causa & antiqui Romanorum licenter testari virgines Vestales etiam sexto atatis curriculo decreuerunt. Indicium itaque maximum reuerentiæ pij principis circa religionem fuit, quia vbique administrantiu sentétias imperfectas esse voluit, & ad episcopos per appellationem refugiendu esse sanciuit, si qui vellent ciuiles iudices refutare: firmam verò illorum iudicans sentétiam potiorémque iudicum aliorum, & tanquam ab Imperatore prolatam, ab omnibus observandam, & inconvertibiles esse terminos fynodales. Illud quoque nos relinquere dignum non est, quod pro vtilitate sancitum E est corum qui in ecclesiis manumittuntur. Cùm propter subtilitatem legum etiam inuiti posseslores difficultatem paterentur circa dationé melioris libertatis, quam ciuilitatem Romanam vocant, tres posuit leges, decernens omnes in ecclesiis manumissos sub testimonio sacerdotum, per hac piam adinuentionem Romana ciuilitate frui: cuius indicium prasens etiam tempus seruat. Nam moris erat de libertate leges scriptas in manumissionibus anteponi. Constantinus igitur hec sanè studens in omnibus honorare religionem. Erat quippe & per semetipsam gloriosa propter virtutem plurimorum tunc in ea pollentium.

LIB. I.

Amphion Paphantine

Spyridion

† dignid

† referrent

A vinculis, culpasse tamen & dixisse: Cur fratres du licuisset qua desiderabatis accipere, elegistis potius ea rapere, & noctem ducere iugiter infelice? Tum miseratus eorum, magis autem ad meliora cos erudiens, ait: Abite hinc, lumentes arietem: la borastis quippe vigiliis, & decet vos sine querimoniis recedere ab ouibus meis. Quod quidem quilibet iustè poterit admirari. Nihilominus ctia illud mirandum. Apud filiam eius virginé Irenem nomine quidam notus eius + speciem aliqua deposucrat: quæ sumens depositu, sub terra recondidit, vbi cautè credidit custodiri. Contigit interca mori puellam nihil confessam patri. Venit homo depolitu repetens, ignorate Spyridione quid loqueretur. Cumq; in tota domo requilisset, nec inucniret,flebat,capillósque vellebat,& morti vi cinus esse videbatur ille qui deposuerat. Hec Spyridion fieri vides, & cursim veniens ad sepulchru, vocauit nomine puellam. Qua respondente, de caussa'depositi requisiuit. Et dum ab ea didicisset, reuersus & inuenies vbi puella significauerat, red didit homini quod petebat. Quoniam quidem ad hunc veni scrmonem, non est incongruum etiam istud adiicere. Mos erat Spyridioni itti ex fructibus qui nascebantur ei, alsos quidem pauperibus erogare, alios auté gratis mutuari volentibus. Sed neque per se dabat, neq; per se recipiebat, sed solum cubiculum demonitrabat, inuitans petentes, vt quantum opus haberent tollerent, & denuò + renocarent quantú se nouerant abstulisse.Quidam verò dum mutuum percepillet, reuersus est post aliquantum quod tulerat redditurus. Quem dum secundű cósuetudinem iussisset reponere in cubiculo quod fuerat exinde mutuatus, ad iniustitiam ille conuerfus & credens latere Spyridione, non reddidit quod debebat, sed auferés debitum quasi reddidisset abscessit. Quod tamé longo tépore non erat ignorandum . Post certum nanque kempus venit, rursum petens ab co mutuum. At il le missit cum ad horreum, data potestate vt ipse sibi metiretur quantum opus haberet. Vacuum verò eundem locum inueniens, & hoc oculata fide cognoscens Spyridioni nuntiauit. Ille respondit C ei: Mirum est o homo quod loqueris. Quomodo tibi soli visum est horreum necessariis defecisse? Sed consydera potius apud temetipsum, ne fortè mutuatus alia vice quod debueras primitus non solueris. Si enim hoc non est, indubitanter no pri uaberis quibus eges, sed rursum accedens inuenies. Sic igitur ille captus, quod ei deliquerat indi cauit.Dignum est igitur huius sacratissimi viri mi

rari puritatem, & ecclesiastici ordinis valde custo

diam.Dicitur itaque quodam tempore pro aliqua

vtilitate in vnum Cyprios episcopos conuenisse, & inter cos fuisse hunc Spyridionem, & Triphyl-

lium Ledrensem episcopum, virum eloquio & fa-

pientia, necnon Beryto legibus eruditu. Cum ita-

que collecta celebraretur, iniunctum est Triphyl lio vt faceret fermonem in populo. Cúmque ille

locus venisset ad medium, tolle lectú tuum & am-

bula, cubile dixit pro lecto mutans nomen . Spy-

ridion autem indignatus in eum, & exiliens de ca

thedra facerdotali: Tu melior es,inquit,eo qui le

Ctum dixit, quia eius verbis vti confunderis? Hoc

autem fecit populo conspiciente, mediocritatem

docens eum qui eloquij supercilio prætumebat.

Erat enim idoneus ad pudorem incutiédum: quu D esser venerandus & operibus gloriosus, simúlque senex xuo atque sacerdotis officio. Qualis autem circa peregrinorum susceptiones fuerit, hinc apparet. Instante iam quadragesima, quidam ex itinere venit ad eum, quibus diebus consueuerat cu suis cotinuare ieiunia, & die certo comedere, medios dies sine cibo consistens. Videns itaque peregrinum valde defectum:Perge(inquit fuæ filiæ) laua peregrini pedes, & cibos appone. Cúmque virgo dixisset, nec panem esse nec αλφιτα (quarum rerum solebat nihil habere reconditum propter ieiunium) orans primum veniám que petens, filiæ iussit vt porcinas carnes quas domi salitas habebat, coqueret. Quibus coctis, sedés cum peregrino positis carnibus comedebat,& rogabat vt vnà cum eo ederet peregrinus. Quo refutante, Christianumo; se profitente: Propterea magis, inquit, refutare no debes. Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit. Hac quidem de Spyridione dicta sufficiant.

Christian bert sa. Tit,1.1

E

medit can

De diuersis monachis, & corum institutione. CAPYI XI.

PRacipuè verò intignissimam ecclesiam demonstrauerunt, & dogma dilatauerunt vitæ virtutibus, qui conuerfatione monachica illo tépore frue bantur. V tilissima nanque res ad homines venit à Deo ista philosophia, quæ multaru do Arinarum & dialecticæ artis studia despicit, tanĝ sit minuta & melioris operis tempus impediat, atque ad rectè viuendum nihil ostendat. Hæc ergo l'hilosophia couersatione miranda, naturali simplicique prudétia docet omnino quæ nequitiam perimant, & operentur vtilia. No enim prædicat virtute, sed magis exercet, nihili pendens humanam gloriam, virilitérque resistens passionibus animæ, & neque naturæ necessitatibus se subdir, nec corporis infirmitati succumbit. Diuinæ virtu tis mentem habens, semper contemplatur omniŭ creatorem,& eum nocte diéque colens,orationibus & lataniis placat indubitanter. Anima verò puritate & bonorum actuum couersatione ad mi F nisteria se diuina componens, purgationes aspersionésque cotemnens, solas verò pollutiones pec cata putans, extrinsecus irruentes casus exuperat, & omnium absolute huiusmodi dominatur. Non per stabilitaté necessitatémque vitæ qualibet vo luntate mutatur:non mala patiens vlciscitur:non languore aut indigentia necessarioru compressa mordetur, sed potius gloriatur in talibus. Patientiam, mansuetudinem, mediocritate, in omni vita meditatur, & quantum natur w human w possibile est, Deo esse vicinum: veluti in trasitu vtens præsentibus, neque circa possessionem rerum occupata constringitur, neque vltra quàm opus est in præsenti prouidere forsan vrgetur. Semper auté simplicitaté & exercitium huius instructionis lau dans, beatitudinem contemplatur æternam & ad fælicem terminum omni viuacitate festinat. Timore diuino sine intermissione suspirans, turpilo quia respuens, & nec vsque ad vocé emittere patiens, quorum actiones suis actibus noscitur exoluere.În breui comprehendens necessaria natu-

ræ,& cogens corpus mediocribus indigere,casti-

Monachari hoc est, ereen itaram pholosophia Dialelica,

Official me

Triphyllim.

christianorii

Digitized by Google

Collect 2 vo

A tati luxuriam subdit:iustitia punit iniustitia, & ve ritate mendacium. Disciplina rerum omniú men furas participatur: cum proximis in vnanimitate & communione confistit: amicorum prouida est atque peregrinoru: quæ propria funt, communia facit egentium, & tuetur vtilia singulorum: neque gaudentibus importuna, & tribulatis remedium consolationis apponens. Ad verű bonum diligen tiam suam semper extédens, sermonibus castis sapientibúsque cosiliis, ornatu ac vano eloquio remotis, erudiens, atque curans veluti quibulda medicaminibus audientes, cum honore & reueretia dispositiones suas celebrans, contentione, certaminibus, iráque priuata. Ná cúm sit rationalis, om nem motum irrationalem fugit, generaliter passiones corporis deuincit & animæ. Huius itaq; elegantissimæ philosophiæ princeps quidem fuit, sicuri quidam dicunt, Helias propheta, & Baptista Ioannes. Philo autem Pythagoricus suis temporibus refert vndique egregios Hebræorum in quodam prædio circa stagnum Mariam in colle posito philosophatos. Habitaculum verò eorum & ci bos & conversationem talem introducit, qualem & nos nunc apud Ægyptiorum monachos esse có spicimus. Scribit enim inchoantes eos ad philoso phiam, cedere omnibus sibi competétibus rebus, cunctisque abrenutiare permixtionibus, & extra muros in solitariis agris & hortis inhabitare. Domos autem eis esse facraria, quæ apud nos monasteria nuncupantur: & in eis conuersatione solitaria honesta celebrare mysteria, diligétérque psalmis & hymnis placare diuinitatem: & ante solis occasum non gustare cibum, alios autem per tres dies & amplius: certisque diebus in pauimento ha bere cubilia, vino semper & sanguinem habentibus abstinere, cibu cum esse panis, & salis, & hyssopi,& potum aquæ: Mulieres eis cohabitare,seniores virgines propter amoré philosophiæ spon tanea voluntate nuptiis abstinétes. Et Philo quidem hoc modo referens, videtur aperire, quia hi qui ex Hebræis secundum eum Christiani sunt fa Ĉi,adhuc Iudaicę viuerent, eorúmque cóstitutiones seruarent. Apud alios enim non inuenitur hu ius vitæ conuersatio. Vnde coniicio ex illo apud Ægyptios hanc philosophiam habuisse principia. Alij verò dicunt huic causam fuisse conuersationi persequutiones, quæ religionis caussa per tempo ra prouenerunt. Et quoniam fugientes in montibus & vallibus desertisque morabantur, ad modú se vitæ huius assucuerunt. Sed siuc Ægyptij siuc alij quidam huic ab initio philosophiæ præfuerűt, illud tamé apud omnes constat, quia ad summam reuerentiam atque perfectionem, moribus exercitationibúsque decentibus, hanc conversationem vsque perduxit Antonius maximus monachorum, quem tunc in desertis Ægypti morantem propter gloriam virtutis eius, Imperator Cóstantinus amicum fecerat, literis honorabat, & vt pro quibus vellet ei rescriberet, expetebat. Fuit autem iste vir Ægyptius genere, ortus insigni vico in loco Heracliæ apud Ægyptios constituto. Is puer relictus orphanus, paternos donauit agros

conuicaneis suis : aliam verò substantiam disponens, pretium pauperibus erogauit, studiosi exi-

stimans philosophi, non solum semetipsum spo-

liare pecuniis, sed eas dispensare proficue. Iunctus D autem studiosis secudum se viris, virtutes zelabatur vniuersorum, probans boná vitam suauem sie ri ipsa consuctudine, licer fuerit primo difficilis. Modos adinueniebat abstinétiæ potioris,& quotidie exercitatione crescebat. Tang semper incipiés aliquid innouabat, afflictionibus corporis pu niédo libidinem, sacre verò sapiétie volutate passionibus anime repugnado. Erat enim eius esca so lus panis & sal, potus aqua, prádisq; tépus solis occalus. Frequeter enim duos & amplius dies sine ci bo manebat. Vigilabat (vt ita dicatur) semper quidem iugi nocte, & orationibus cotingebat quidé diem: li verò somnus incumberet, stando pau-Iulum dormiebat, plerunque pauimento iacens, solamque terram stratum refectionis habens: olei siquidem vnctionem, lauacroru aquæ similium vsum modis omnibus euitabat, quia humectatio-Ene sua in mollitiem robur corporis immutarent. Aiunt enim neque nudum eum aliquando visum. Literas verò neque fciebat, neque mirabatur, fed potius mentem bonam tanquam antiquiorem li- Ex teris: quarum tamen inuent orem iure laudabat. Fuit autem præcipuè clementissimus, castus, fortis, gratus colloquentibus, sine vlla tristitia. Et licet qui cum illo disputarent, certatiue quæstiones inferrent, tamen more solito sapienter & disciplinabiliter crescentem sedabat sæpe contentionem, & ad mensuram debitam protinus transferebat: loquentiúmque sibi strepitum temperabat, eorúmo; mores veluti quadam regula com ponebat. Tantis itaque virtutibus diuinæ prouidentiæ redundans, se futura præscire non æstimabat esse virtutem: & propterea nec laborandum inaniter circa talia suadebat, quando nec ignorantem futura pænæ succumbere, nec scien tem propterea sanctum esse declarabat. Veram namque beatitudinem, in cultura Dei & legum eius observatione dicebat. Si eui autem hæc esset cura, docebat vt purgaret animam quo posset inspicere, & futurorum notitiam possidere, DEO videlicet præscientiam declarante. Vacare autem nec ipse patiebatur, & bene victurum semper operari præcipiebat: ac semetipsum discutere, & secum ponere rationem eorum quæ ges- F sit die noctuque: si quid autem indecens agerer, conscriberet, vt de cætero parceret in delicto, semetipsum scilicet erubescens, si plurima sui delicta comperisset : simul etiam metuens, ne per conscriptionis indicium sieret aliis manifestus. Erat enim laboriosus & maximus pro + solariis oppressorum. Quis etenim alter sic feruentissime fuit studiosus, quorum gratia sæpe veniebat ad ciuitates? Plurimi nanque vi compellen te cogebant eum legatione fungi apud iudices & magistratus, quorum singuli vel videre eum iudicabant nimis egregium, loquentem audire & præcipieti parere gloriosum. Qui cum talis eslet, studebat tamen ignorari & latere per eremum. Si verò necessitate faciéte venisset in ciuitatem, disposito negotio pro quo venerat, ad desertum continuò reuertebatur. Picco naque dicebat per humecta nutriri fubltanțiam Monachis autem or natum ferre solitariam vitam. Et sicut illi terræ ta-

&u tabefiut, sic gloria monachoru ad vrbes acce-

ECCLESIAST.

A dendo fædatur. Obedientem verd se gratumque conspicientibus exhibebat. Studebatque vt neq; haberet tumétem superbamque naturam, nec pu taretur eiusmodi. Sed hæc quidem pauca virtutu Antonij dicere sum copulsus, vt tanti viri per hæc exempla consideremus philosophiam. Plurimos autem atq; probatissimos habuit auditores, quorum alij quidem in Ægypto & Lybia, alij verò in Palæstina & Syria & Arabia claruerunt, & vnusquisque eorum non minus se quàm doctor, apud quos est commoratus, exercuit, multósq; docuit, & ad similem virtutem philosophiamque perduxit:ita vt quorudam hic labor esset circumire per ciuitates & prouincias, vel per agros, & diligéter Antonij discipulos eorumque requirere successo res. Sed quomodo poterát inueniri facile, quibus erat studium diligentissimű sua vita latere,& non sicut plurimi nuc hominum elati per gloriam, semetiplos + expompant & cúclis infinuant?Fuerunt itaque probatilsimi discipuli, quos percepimus Antonij, alij quidem multi, necnon & Paulus appellatione simplex. Húc alunt cùm rusticus esser, bona specie coniugem habuisse, & ea in ipso facinore adulterij deprehensa,tacitè subrissse,& iureiurando firmasse nunquam se cum ca esse miscendum. Tum ad adulterum: Habe inquit, eam. Et repente discessit ad eremum ad Antonium.Di cunt cnim cum mansuetissimum & patiétem valde fuisse. Denique cum iam senex esset ad vitam monachice perdurationis insuetus, omnibus eum Antonius experimentis exercens, in nullo inuenit inferiorem, perfectzque eum philosophiz ef se testatus, seorsum præcepit habitare, tanquam non egentem doctore.Confirmabat autemDeus Antonij testimonium & operibus ostendebat virum esse gloriosum, ipsoque doctore superiore, arque ad affligédos & expellendos damones prçparatum. Circa hoc itaque tempus philosophabatur & Ammon Ægyptius, de quo sermo fertur, quia cogentibus parentibus duxisset vxorem, nec tamen eam fuisset expertus. In principio nanque nuptiarum sponsam tanquam sponsus in thalamo percipiens, & solus cum ea remanens, ait: Nuptiæ quidem(ô mulier)nostræ víque ad hoc celebratæ funt tempus. Et quale bonum sit posse virginem permanere, & sacris edocebat literis, ac seorsum solus manere tentabat. Sed quoniam de virginita te quidem sermones virgo laudauerat, dividi autem ab eo graue iudicabat, in alio cubiculo dormiens, annis decem & octo cum ea mansir, neque tunc à monachica abstinentia se suspendens.Interca mulier viri zelata virtutem, astimauit non esse iustum tantú virum domi calari propter se, sed oportere potius seorium vtrung; philosophari,& ob hoc supplicauit viro . At ille gratias ages Deo p huiusmodi cogitatione mulieris: Tu quidem, inquit, hanc habe domum, ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianam partem delerti stagni Mariæ veniens circa locum + Scyti ad montem qui dicitur Nitriæ, duobus & viginti annis ibi philosophatus est, annis singulis visitas secundo mulierem. Huius itaque sacratissimi princi pis horum monasteriorum, multi fuerunt dignique discipuli, sicut successiones ostedur: plurimaque & veneranda per eum prouencrut, quæ præcipuè apud Ægyptios monachos perfectéque ser

uantur. Nam cum maxima diligentia per succes- D sionem traditionis alterutræ curant virtutes antiquoru memoria tradere monachorum: sed à me illi memorandi sunt, qui ad nos vsque peruenerunt. Contigit igitur huic viro & Theodoro eius discipulo euntibus aliquod transire flumen quod dicunt Lycum. Ne verò alteruter se nudum videret, ius it Ammon vt récederet Theodor?. Cumque etiam semetipsum erubesceret nudu intueri, repente diuina virtute traslatus est ad vlteriorem ripam. Transiens verò Theodorus aquam, & videns nec vestem eius nec pedes infusos, supplicabat seni vt ei causam rei depromeret. Cúmque ille dicere refutaret, ille verò non aliter se properaturum nisi cognosceret, promittente Theodoro nulli se eo viuo rem fore dicturum, confessus est quod euenit. Proximum verò miraculum huic quoque rei contigit quod narrabo. Iniusti parentes alicuius à cane rabido percussum filium & pe nè moriturum obtulerunt ci, & eiulantes deprecabantur vt curaretur. Tum ille ad eos: Non eget, inquit, mea curatione, sedvos si vultis reddere bo E uem quem rapuistis dominis suis, ægrotus repente sanabitur, quod etiam contigit. Nam vt restitu tus est bos, passio mox recessit à puero. Quando autem Ammon iste moriebatur, dicitur Antoniú vidisse animam eius in cœlum ferri, diuinis potestatibus cum psalmodia præcedentibus eam:consulentibúsque eis qui circa eum erant, caussam hu ius miraculi non abscondit. Sciebant enim quoniam aerem intento obtutu respiciens, cum stupore miraculi cuiuspiam respiceretvisioné. Cúmque venientes postea quidam de Scyti nútiassent horam visionis Antonij,& conuenisset cum tran situ illius viri, beatificauerunt ambos: illum quidem, quia ad verissima bona transisset alterum ve rò, quia tantam à longe meruisset cernere visioncm. Multorum enim dierum iter est locorú medio positorum, quo degebat alteruter. Et hec quidem ita relata funt. In hoc itaque præsulatu audiui probatissimè philosophatum Eutychianu, qui in Bithynia circa Olympum morabatur. Erat quip pe gratia diuina repletus, ad curationes passionu, & miracula rerum & operum, ita vt ipii Costantino propter virtutem vitæ amicus esset. Illo siqui F dem tempore vinctus quidam spatarius, qui in su spitione venerat quasi assumpta tyrannide, sugit, & requisitus circa Olympum comprehensus est. Rogatibus autem necessariis eius Eutychianu, vt pro eo ad principem legatione fungeretur: Prius, inquit, prouidendű est, vt is homo liberetur à vin culis, ne crudeliter constrictus intereat. T uc dicitur ad vinculorum direxisse custodes, rogans vt eum ab huiusmodi necessitate releuarent. Qui cũ hoc facere noluissent, sponte ianux claus reseratæ,& vincti catenæ sunt repéte disruptæ. Postea verò ad principem veniens Byzantij tunc agé: tem, paratissimè beneficium promeruit quod poposcit. Non enim poterat Constantinus eius petitionibus denegare, cum ei summi honoris cumulum exhiberet. Hæc itaque breuiter à nobis di cta de monachis qui tuc clarè sunt philosophati, sufficiant. Cui verò de his subtilior cura fuerit, quærens inueniet plurimorum vitas hic non esse 334 conscriptas.

Entyck

† Scythij

Agyptim

#### Quemede contra ecclesiam Arim sit exertm. CAPÝT XII.

E T licet ita per omnia floreret ecclesia, non ta men pertulit inimicus, eleuatam simul atque splendentem valde respiciens, sed maleuola cœpit mouere consilia, cotendens gubernatam à Do mino & vniuersorum creatore submergere. Videbat itaq; Paganorum errorem fuisse nudatum, captaque varia dæmonum machinamenta,&crea tură à plurimis iam non adorari, sed creatori hym nos decenter offerri. Ea gratia iam nó aperte con tra Deum & saluatorem nostrum excitabat bellű, sed viros inueniens Christianos quidem se vocabulo profitentes, sed amore honoris & vanæ glo riæ seductos ad seruitutem, organum eos suæ ma chinationis habuit:per quos plurimos ad pristinum reduxit errorem, non quidem creaturam rur sus adorari præcipiens, sed ipsum creatore & mun di opificem, coæquatum astruens creaturæ. Vbi autem hoc principium, & quemadmodum hæc inimicus zizania seminauerit, enarrabo. Alexandria ciuitas est maxima, & hominum multitudine copiofa,non Ægyptiorum folummodo, sed etiam Thebæorum & Libycorum circa Ægyptum obtinens principatum. In huiumitaque ciuitatis Præsulatu, post Petrum illum inclytum propugnatorem, qui sub impiis tyrannis Diocletiano & Maximiano nouissime imperium sponte deponentibus, martyrij coroná susceperat, successit Achillas. Is enim sub illo egregio Petro Arium ordinatum diaconum, captumque in Melitij nouitatib, & ab ecclesia pulsum, rogatus à fidelibus, denuò eum suscipiens, ministrare præcepit. Post Achillam verò Alexander fortissimus euangelici dogmatis prædicator ordinatur episcopus. Hoc tem pore Arius in ordine quidem presbyterorum erat,& expositionem diuinarum scripturaru videbatur habere commissam. Videns autem Alexandrum Pontificatus gubernacula suscepisse, euentum temporis non portauit, sed & mordacitate compulsus, litis quærebat initium. Porrò laudabi lem videns viri conuersationem, nequaquam ca-C lumnias contexere præualebat:veruntamen quiescere illum prohibebat inuidia. Hunc igitur inueniés inimicus veritatis, per eum nilus elt in ecclesia excitare tempestatem. Apostolicis enim Alexandri doctrinis instabat apertè resistere. Et ille quidem diuina sequés eloquia, aqui honoris cum patre, & eandem substatiam habere cum Deo genitore filiú prædicabat. Arius autem è diuerso ve ritati repugnas, creaturam filium, facturamque di cebat, adiiciens: Erat aliquando, quando non erat: & alia quæ ex illius literis indicantur infana. Hæc ergo non solum in ecclesia persistebat dicens, sed etiam in extraneis couentibus at que conciliis: & domos circumiens, quibuscunque poterat, suade-

#### SOZOMENVS.

Reprehendens autem quidam huiusmodi viros Alexandrum quoque culpabat, tanquam non vtiliter sileret, dum contra dogma fierent nouita tes. At ille arbitratus melius esse de dubiis sermonem ex vtraque parte proponendum, vt no videretur ex necessitate, sed potis ex satisfactione cer

LIB. I.

tamen allatum, iudex cum clero residés, ad alter-D cationem deduxit vtranq; partem. Vt autem euenire solet circa certamina verborum, vtrique superare nitebatur. Arius autem nullatenus adquie- Lvog 2002. scere volebat, quod consubstantialis filius & coæternus esset patri.

#### THEODORITYS.

Alexander autem Apostolicorum dogmatum prædicator, prius quidem eum reuocare admonitionibus & consiliis nitebatur. Cum verò eum su perbire vidisset, & apertè impietatis facinora pre dicare, ex ordine sacerdotali remouit. Audiuerat enim clamante diuina lege: Si oculus tuus dexter scandalizat te, abcide eum, & proiice abs te. Hoc itaque tempore Romanæ quidem ecclefiæ Siluester retinacula gubernabat, Miltiadi succedés, qui post Marcellinu clarificatum in persecutione gen tilium susceperat iura Pontificatus. Antiochiæ ve rò post Tyrannum ecclesse inchoante pace, Vitalis præsul extabat. Qui etiam antiquam ex multis E téporibus destructá à tyrannis ædificauit ecclesiam. Post quem Philogonius Pontificatum sumés, & reliqua ædificij superaddidit, & zelum pietatis Licinij temporibus demostrauit. In Herosolymis autem post Hermonem Macarius ordinatus est, vir nomine suo dignus, & omnibus bonis ornatus. Eodémque rempore Constantinopoli Alexáder Pontificatum sacri ministerij possidebat, Apo stolicis donationibus valde clarus. Tunc igitur Alexander Alexandrinus, videns Arium amoris iudiciarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, cóciliáque propria celebrare, ecclesiarum præsulibus eius blasphemiam suis literis indicauit.

#### SOCR ATES.

Epistola Alexandri Pontificis Alexandrini, ad vniuersas ecclesias aduersus Arium. CAPYT XIII.

#### DILECTISSIMIS ATQUE CHA-F rissimis vbique catholicæ Ecclesiæ com ministris, Alexander in domino falutem.

Vm vnum Catholicæ sit corpus Ecclesiæ, mandato existente in sacris scripturis, vt seruetur vinculum vnitatis & pacis, consequens est debere nostris scribere, & alterutris quæ apud singulos aguntur, insinuare, vt siue patitur, siue gaudet vnum membrum, compatiamur aut congaudeamus adinuicem. In nostra igitur parœcia nunc egressi sunt viri iniqui, & CHRI-STO rebelles, docentes apostasiam, quam re-&è quilibet præcurrere suspicetur Antichristo.Et volui quidem hoc taciturnitati cotradere, si quo modo inter solos apostatas cosumeretur hoc malum, & no loca alia penetrado simpliciu sordidaretur auditus. Sed quonia Eusebius nuc Nicomediæ, putans in se cossistere caussas ecclesiæ, quia cu reliquisset Berytiorum ciuitatem, & concupisset Nicomediésem ecclesiam, no est in eo vitio sub-

Bij

SilveSter.

An. do.314. Vitalu Autiochia. Philogonius.

An.do. 316. Macarine Hierofoly-mis Alexan der Costana tinopoli.

Zafebi\*Ni-

Digitized by Google

Petrus Ale. martyr.

Achilla. A 2.do.310.

Arim A 2,do.322.

ECCLESIAST.

Pfal.109.b

Ican.10. Malac.3.b

leau.104

M41.24.4 et Marila

A secuta: patrocinatur etiam is apostatis, & scribere vbique molitus est, commendans eos, si quomodo trahat aliquos ignorantes ad hanc pessimã haretim & Christo rebellem. Ideoque necessarium iudicaui, sciens quod in lege conscriptū elt, vlterius non tacere, sed vobis omnibus indicare, quatenus etiam vos fciatis apostatas,& corum hæ resis verba nequissima caucatis. Si ergo scripserit vobis Eusebius, ne recipiatis eum, nec eius scripta fuscipiatis. Antiquam enim calliditatem tempore compressam, nunc per istos renouare volens, fingit quidem se quasi pro istis scribere, opere verò demonstrat, quia pro semetipso talibus studere fe stinat. Apostatæ verò sunt isti, Arius, & Achillas. Cum eis autem apostatauerunt hi Æithalus, Carponus, alter Arius, Sarmatus, Euzoius, Lucius, Iulianus, Menas, Helladius, Gaius, Secundus, & Theonas, qui episcopi aliquando sunt dicti. Ea verò quæ opinantes loquuntur, huiusmodi sunt, Non semper, inquiunt, Deus pater fuit: non semper fuit Dei verbum sed fuit quando Deus pater non fuit. Dei autem verbum ex non existentibus factum est. Existens enim Deus, non existentem ex non existente fecit. Quapropter fuit aliquando, quando non fuit. Creatura est enim & factura filius, neque similis est patri secudum substantiam, neque verus est, neque vera sapientia eius est, neque verum naturaliter patris verbum est, sedvnus quidem creaturarum & facturarum est. Abusiue autem dicitur verbum & sapientia factus & ipse, & existens in proprio Dei verbo, & in Dei sapientia, in qua & omnia, & iplum fecit DEVS.Vnde & conuertibilis est & mutabilis per naturam, sicut & vniuersa rationalia. Peregrinum enim & extraneum, & remotu est verbum à paterna substantia, & inuisibilis est filio pater. Nó enim perfecte & integre nouit filius patrem, neque eum perfectè videre potest. Nam nec suam substantiam nouit filius, sicut est. Propter nos enim factus est, vt nos per eum tanquam per instrumentum crearer Deus: & nequaquam substitisser,nisi nos Deus facere voluisset. Requisiuit ergo quidam cos,an possitDei verbum conuerti sicut dia-C bolus est conversus: & nequaquam dicere timuerunt, vtique potest, tanquam naturæ 'conuertibilis existens:factus aiunt,& conuertibilis est. Hæc itaque dicentes, id est, Arius & qui cum co sunt: & in his impudenter instantes ipsos & sequaces eorum, nos quidem cum episcopis Ægypti & Libyarum penè centum conuenientes, anathematizauimus. Qui verò circa Eusebium sunt, eos susceperunt, miscere studentes veritati mendaciu, & impietatem cum pietate sociare: sed non præualebunt. Vincet enimveritas, nec vlla communio est luci cum tenebris, neque concordia Christi cum Belial. Quis etenim talia audiuit aliquando? Aut quis nunc hæc audiens verba, no metuet, aut aures continuò non obturabit, ne sordibus ta lium verborum eius polluatur auditus? Quis audiens, dicente Ioanne: In principio erat verbum, non reprehendat istos dicentes: Fuit aliquando quando non fuit? Aut quis audiens in Euangelio: Vnigenitus filius, &: Per ipsum omnia facta sunt, no odio habebir dicentes, quia vnus creaturarum

est filius? Quomodo ergo potest vnus esse hori,

quæ per eum facta noscuntur? Aut quomodo vni-

2.Cor.6.6

16

Ary doctri

Zean.1.a

genitus, qui omnibus secundum illos connume- D Pfal. 444. ratur? Quomodo etiam ex non existentibus erit, patre dicente: Eructauit cor meum verbum bonum:& iterum:Ex vtero ante luciferum genui te? Aut quomodo dissimilis patri substătia, quum sit imago perfecta & splendor patris, qui dicit: Qui me videt, videt & patrem? Quomodo si verbum & sapientia Dei est filius, fuit aliquando quando non fuit? Simile est enim ac si dicant, sine verbo & sine sapientia fuisse aliquado Deum. Vel quomodo est & conuertibilis & mutabilis, qui dicit per se:Ego in patre,& pater in me:& iterum:Ego &pater vnum sumus.Per Prophetam verò:Videte(inquit) me, videte quia ego sum & non mutabor. Nam licet in eo verbo illud dictum sit Apostoli, quia factus est homo, tamen mutatus no est, fed ficut dixit apostol9:IESVS CHRISTVS heri & hodie, ipse & in secula. Quæ putas caussa suasit eis vt dicerent, quia propter nos est factus, cum Paulus scribat: propter quem omnia, & per quem omnia? Vnde verò blasphemet, quia nescit perfectè filius patrem, mirandum no est. Nam se- E mel habentes propositum rebellandi Christo, repercutiut etiam vocem eius dicentis: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem . Si ergo ex parte pater nouit filium palam est quia & filius non perfecte nouit patrem. Si autem hoc dicere impium est (nouit enim perfecte filium pater) palàm est quia sicut nouit pater suum verbum, sic & ver bum nouit propriû patrem: & aliter non est. Hæc dicétes & reuoluentes sanctas scripturas, frequen ter conuincimus cos: & rurlum tanquam chamæleontes mutantur, studentes ad semetipsos trahere quod scriptum est: Cùm venerit impius in profundum malorum, spernit. Multæ siquidem ante eos hæreses fuerunt, quæ plus quàm decet præsumentes, corruerut in imprudetia sua. Isti verò per omnia verba sua nitentes erigi ad internitionem diuinitatis verbi, per hæc illas hæreses firmare po tius conati sunt, Antichristo facti propinquiores: quapropter & abdicati & anathematizati sunt ab ecclefia. Cotristamur itaque pro coru perditione, & maximè quia & ipsi aliquado que ecclesie sunt audierunt, & nunc ab ea prorsus exiliunt: non ta- F men admiramur. Hoc enim & Hymænæus & Phi letus passi sunt, & ante eos Iudas: qui quum esset sequutus Saluatorem, postea proditor factus est & apostara. Sed de his quidé ipsis, no sumus ignari.Dominus enim prædixit:Videte ne quisvos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicen tes quia ego sum, & tempus prope est, & multos errare facient, ne ergo eatis post cos Disces enim hæc à Saluatore Paulus, dixit: Quia nouissimis téporibus apostatabunt quidam à fide sana, attéden tes ad spiritus erroris, doctrinasque dæmonum, quæ veritatem auerlantur. Domino siquidem & Saluatore nostro IESV CHRISTO per semetipsum pronunciante,& per Apostolum designante de talibus, consequenter nos per nosipsos audictes impietate eoru anathematizauimus eos, ficut prædiximus, ostendentes eos extrancos à hde, Ecclesiáque Catholica. Indicauimus autem hæc vobis dilectissimi atque charissimi comministri, ne quos eorum (si fortè tentauerint etiam ad vosvenire) suscipiatis, neque Eusebio vel cuilibet altorum scribenti pro eis obediatis. Decet,

LIB. I.

·D

Christum loquétes & sapientes, quasi Deo rebelles, & animarum corruptores, totis viribus auersemur: & neque Aue huiusmodi dicamus hominibus, ne fortè etiam peccatis eorum cómunicare videamur, sicut beatus Ioannes ait: Salutate fra tres qui apud vos sunt. Salutant vos qui nobiscú funt.

THEODORITYS.

A enim nos tanquam Christianos, vt omnes contra

Non solum autem hanc, sed etiam ad Alexandrum Costantinopoleos episcopum, missam eius epistolam, huic operi inserere non omittam, quæ clare omnia eius ostédant, ne quis suspicetur hæc me sictè conscribere, & post eam ipsius Arij, & cæ teras quoque epistolas, quibus vtique narratio eget historiæ; quatenus de scripture veritate testetur, & apertè quæ gesta sunt perdoceant. Scripsit enim Alexandrinus hæc Constantinopoleos Alexandro.

Eiusdem ad Alexandrum Constantinopolitanum. CAPVT XIIII.

CHARISSIMO FRATRI ET V-nanimi Alexandro, Alexander in Domino S.

A Ppetitus potentia hominum pessimorum, auaritia que propositum veritati qua creditur esse præcipua, solet insidiari, per varias scilicet occasiones resistentes ecclesiastica pietati.Impul si nanque maleuoli à diabolo in eis operante, ad propositam sibi libidinem, & ab omni reuerentia resilientes conculcant iudicij Dei timoré:De quibus mihi necessarium fuit patienti reuerentiæ vestræ significare, vt ab huiusmodi caueatis, ne quis fortè præsumat eoru in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios. Valent enim Magi ad seducendum figmétis vti, vel literis falsitate com politis, quæ polsint facere præstigium simplicem fide puramque respicientibus. Arius igitur & Achillas coniuratione nuper facta, Coluthi superbiam, & multo deterius illo, secuti sunt. Ille nanq, hos ipsos culpans, pessimę voluntatis suz inuenit occalionem. Îsti verò dignam illius negotiatione respicientes, nequaquam iuri Ecclesiæ subiacere pertulerunt, sed speluncas sibimet latronum ædifi cantes, incessabilia in eis conciliabula celebrant, noctibus & diebus contra Christú agentes & con tra nos, prauisque libidinibus exercentur, qui om nem piam & Apostolicam accusantes gloriam, Iu daico schemate Christo rebellare instituerut sibimet officinam, diuinitatem & æqualitatem cu pa tre Saluatoris nostri Iesu Christi negantes: omnémque eius salutaris dispensationis & humilitatis propter nos habitæ vocem decerpentes, prolatione harum impietatis sux prædicationem exercer e nituntur, quippe diuinitatis eius rationem & ineffabilis gloriæ, quam à principio habuit apud patrem, penitus euitantes, Paganorum & Iudæorum impiam de Christo confirmant sententiam, & laudem propriam (vt assolet) aucupantes, omnia quidem que contra nos possunt derisiones afferre negotiantur, seditionésque nobis quotidie ac persequutiones instituunt, tam iurgia proponentes per aditiones mulierum impudentium

quas seducunt, quàm ipsi communi Christianita-D ti derogantes, dum eorum iuuenculæ omnes circumeunt vicos, insuper + irrumpibilem CHRI STI tunicam quam milites dividere noluerunt, isti scindere præsumunt. Et nos quidem vitam ipforum & nephanda conamina, eo quod laterent tardius cognoscentes, nunc generali decreto ab ecclesia adorante Christi diuinitatem cos expulimus. Conati tamen sunt illi discursionibus vti, & aduersum nos machinari, qui apud vnanimes com ministros nostros figuram pacis & vnitatis dignitatem se exercere fingunt. Quod autem verum est, abripere quosdam eorum ad pestem propriam per boniloquia ficta, festinant, & literas ab eis ma nifestas & indubitatas exigunt, vt relegentes eas seductis à se personis, sine poenitentia eos in delictis suis faciant remanere, tanquam vnanimes habentes eadem secum decernentes episcopos.

Non enim quæ apud nos malè docuerunt & egerunt ea fatentur propter quæ etiam sunt expul li: sed hac aut taciturnitati contradunt, aut sictis ea ratiocinationibus & quibusdam obumbratio- E nibus sepiunt: verisimilibus vero & pomposis corruptibilem doctrinam suam velates eloquiis, attrahunt in deceptionem quemlibet incautum, non abstinentes etiam apud omnes nostræ pictati calumniari. Vnde contigit quosdam eorum literis subscribentes in ecclesiam suscipi, maximo (ficuti reor)imminente periculo, præsumentibus talia comministris, eo quod neq; Apostolica hoc regula patiatur, & effundunt super eos diabolicã efficaciam contra CHRISTVM. Quapropter in nullo fegnis, ô charifsimi, ad infinuandam vobis perfidiam corum, memetipsum erexi. Dicunt enim, quia fuit aliquando, quando non fuit filius Dei, & postea factus est, qui prius non fuerat talis factus, quia & aliquando factus est, qualem & om nem hominé esse contigit. Cuncta enim, inquiut, Deus ex non existentibus fecit, omnium rationalium & irrationalium creaturis miscere volentes & filium Dei. Quibus verbis consequenter aiunt eum mutabilis esle natura, virtutis malitiaque ca pabilem, cum ex non existentibus esse dicatur: di F uinas quippe scripturas quibus ostenditur eu sem per esse, quibusque palàm designatur inconuertibilitas verbi & sapientia atque diuinitas, quæ sunt Christus. Possumus ergo, inquiút isti polluti, & nos fieri filij Dei, sicut & ille. Scriptum est enim: Filios genui & exaltaui. Cúmq; illatum fuerit eis quod sequitur, id est: Ipsi autem spreuerunt me, quod naturale non est Saluatoris, cum na tura sit immutabilis, omni reuerentia spoliantes semetipsos, aiunt: Nec aliquam habet, pprietatem ad Deum, sed cum sit ipse natura mutabilis, sciuit de illo Deus præsciétia & præcontéplatione, quia cum no esset spreturus, eligendus foret ex omnibus. Non enim, inquiunt, natura quasi præcipuum inter alios filios aliquid habet. Ná nec naturalier Dei filius est, nec aliqua habet ad Deum proprietatem, quando etiă ip lum naturę mutabilis existétem, ppter moderationem, diligentiam, & virtutem, non mutatu ad deterius, elegit deus, cum etsi Paulus vel Petrus ad hoc puenisser, nihil Iesus po terat ab horū filiatione differre. Propter reproba tioné igitur huius velanæ doctrinæ, etiam diuinas literas reuoluétes, pposuimus illud quod in Psal.

f irreptam loan.19.0

Ef4.1.4

Coluthus.

Zoan I b.

Tosn.1.6

A mis de Christo dictum est: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo latitia pra confortibus tuis. Quia verò filius Dei neque ex no existentibus factus est, neque fuit aliquando quando non fuit, sufficit nos erudire Ioannes Euangelista, scribens de eo: Vnigenitus filius qui est in sinu patris. Prouidete quip pe Deo, vt ostenderet alterutris indiuisas res, nominauit patrem & filium existetem in sinu patris. Sed quia inter hæc quæ ex non existentibus facta sunt, verbum Dei nequaqua connumeratur: Om-. nia, inquit, per ipsum facta sunt . Propriam nang; eius substantiam designauit, dicens: In principio erat verbum, & verbum crat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factu est nihil, quod factu cst. Si enim per ipsum omnia facta sunt, quomodo qui creaturis vt essent donauit, ipse aliquando non fuit? Non enim vlla ratio est, vt qui facit, eius naturæ sit, cuius illa quæ fiunt. Si ipse quidem erat in principio, omnia verò per eum facta sunt, ex non existentibus fecit: & contrariu videtur his quæ non existetibus facta sunt, hoc quod extat, & valde discretum. Inter patrem siquidem & filium nullum demonstratur esse spatium, nec víque ad aliqua cogitationem hoc animæ phantasia percipiente. Ex non extantibus autem creatus mundus, nouellam habet substantiæ recentémque natiuitatem, à patre per filiu huiusmodi vtique substantialitatem cunctis accipientibus. Altius igitur adhuc contemplatus verbi diuinitatem, & creaturarum vniuersam intelligentiam transcendenté reuerédissimus Ioannes geni turam eius nec facturam dicere voluit, nec pet eleméta fyllabarum factorem ingenitű. V nus enim ingenitus pater. Sed quia excedit Euagelistarum, puto quia & angeloru perceptionem, & transcen dit vniuersa vnigeniti filij inestabilis substantia. Nó ergo reor, quia de pietate cogitantes, de hac aliquid interrogare præsumant, propter quod dictum est: Altiora te ne quæsieris, & disticiliora te noli examinare. Nam ficut aliarum plurimaru, & huius notitia humanæ perceptioni celata est, qua-Efa.64.b. C le est apud Paulum: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua praparauit Deus diligentibus se. Sed etiam stellas, inquit Deus ad Abraham, no potes enumerare, neque arenam maris: & guttas pluuie quis enumerabit?Quis ergo audeat exterius perscrutari subsisté tiam Dei verbi, nisi fortè vesanus sit? De qua propheticus spiritus dicit: Generationem autem eius quis enarrabit? Nam & ipse Saluator noster præstare volens omnibus in hoc mudo columnis, huius notitiam ab eis exonerare festinauit, significas vltra naturam esse omnium rerum hanc animaduersionem, soli verò patri tantum adiacere huius scientia sacramentum: Nullus, inquit, nouit quis est filius, nisi pater: & patrem nemo nouit, nisi filius. Non reor ignorare sapientes, quia væsanum

est sapere, ex non existentibus factum filium, cùm

vtique habeat temporale principium quod osten

ditur ex non existentibus factum. Nam si tempo-

ribus inesse oporteret hoc quod aiunt, crat quan-

do no crat, aut spatio seculi cuiuscunque: & si ve-

rum est, quia omnia p ipsum facta sunt : palàm est

quia omne seculum, & tépus, & spacia, & aliquan-

Gene.15.b

Eccle. 3.c

Ef4.53.6

Matth.11.d Ioan, 1,4

fuit, per ipsum facta sunt. Et quomodo non est incredibile, eum qui & tempora fecit, & secula, & momenta, inter quæ est illud, fuit quando no fuit, dicere aliquando non fuisse. Stultum enim est,& omni peccato plenum, eum qui causa est alicuius, eundem posteriorem dicere illius genitura, cuius causa est. Præcedit enim secundum eos sapientia Dei, quæ creauit vniuersa, illud spatium, in quo di cunt nondum factum filium à patre, métiente secudum cos scriptura, quæ dicit, primogenitu eum esse vniuersa creatura. Consona siquide istis clamat & magniloquus Paulus, dicens de eo: Quém posuit haredem omnium, per quem & secula fecit. Sed etiam in ipso creata sunt omnia que in cœ lis & quæ in terra visibilia & inuisibilia, siue principat, siue potestates, siue dominationes, siue sedes,omnia per ipsum &in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Cùm ergo impia esse monstretur argumentatio, qua dicunt ex non existentibus factum, necesse est patrem semper esse patrem. Est enim pater semper filio præsente, propter quem E appellatur Pater: semper sibi præsente tilio, semper est pater perfectus, & sine defectione consistens, nó temporaliter, neque ex spatio, neque ex nó existentibus generans vnigenitum filiú. Quid autem amplius sit scelestu, quam dicere non fuisse aliquado sapientiam Dei? quæ dicit: Ego eram apud eum coaptans, ego eram cui adgaudebat: aut dicere virtutem Dei aliquando non extitisse? aut verbu eius accepisse principium: aut alia ex quibº filius agnoscitur & figuratur pater? Ná qui splendoré glorix non dicit extare, vna perimit & principale lumen cuius splendor est. Si autem & imago Dei non fuit semper, patet quia nec cuius imago est:sed etiam cùm no est figura subsistetie Dei, vnà perimitur, & ille qui in omnibus ab eo figuratur. Ex quo apparet filietas Saluatoris nostri, nul lam habens communionem ad ceterorum filietatem. Quemadmodum enim ineffabilis eius subsistentia incomparabili excelletia transcendere pbatur vniucria, quibus ipse donauit vt sint: ita & filietas eius naturalis existens paternæ diuinitatis, ineffabili sublimitate differt ab eis qui per eum in F adoptionem adoptati sunt filij. Is enim inconuertibilis existens, natura perfectus est, eo nihil in omnibus egés. Hi verò in vtroq; mutabilitati subditi egent eius auxilio. In quo enim proficere poterit sapientia Dei, aut in quo eius veritas augeatur? Aut Deus verbum quomodo potest meliorari, cùm sit vita verumque lumé? Si autem hoc est, quantò magis væcors est dicere, sapientia aliquan do aut dei virtutem fuisse infirmitatis capabilem, aut irrationabilitatis verbum, & per hoc rationé obscuratam, aut verò luminis tenebras esse permi xtas, Apostolo dicente: Quæ cómunio luci ad tenebras?aut quæ concordia Christi ad Belial? Necnon & Salomone clamate, impossibile est vel vsque ad opinionem inuenire vias serpentis super petram, quæ secundum Paulum Christus est? Porrò creaturæ eius homines & angeli benedictiones acceperunt, virtutibus proficere contendétes mandatisque legitimis quatenus non peccarent. Dominus verò noster naturaliter filius patris existens, ab omnibus adoratur. Illi deponentes spiritum seruitutis, ex bonis operibus & prosectuspi-

ECCLESIAST. do, inter que reperitur quod aiunt, fuit quando no D

Coloff.1.b

Matth. 3.d Marc. I b 9.4 Lus.3.c Pfal. 2.6 P/41.109.b

Rom. 8.f

Gent.6.A Ef4.2 4

Hebion. Paulus Sa mo stenu

Anu. Achillas.

I048.10.f

Psal.35.

TRIPARTITÆ A ritum filiationis accipientes, per naturalem filium adiuti, fiunt & ipsi adoptionis filij. Istius autem ppriam & naturalem præcipuamq; filiationem Pau lus etiam manifestauit de Deo dicens: Qui pprio filio non pepercit, sed pro nobis, id est, qui natura nó sumus filij, tradidit illum. Ad distinctione nanque non propriorum, illum proprium filium esse dixit: In euangelio nanque: Hic est filius, inquit, meus dilectus, in quo bene complacui. In psalmis verò Saluator ait: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Germanitatem naturæ declarans, signisicat no esse eiº naturales quossibet alios filios preter istum. Quid etiam quod ait : Ex vtero ante luciferum genui te? Nónne clarè naturalem demóstrat paterne generationis filiationem, quam non morum diligentia & exercitatione prouectus, sed proprietate naturæ sortitus est? Vnde & intransgressibilem habet filiationem, vnigenitus patris. Rationabilium verò filiationem non eis naturaliter existentem, sed opportunitate morum, & dono Dei etiam mutabilem ratio nouit. Videntes enim, inquit, filij Dei filias hominu, acceperunt sibi vxores ex ipsis. Et iterum: Filios genui, & exaltaui, ipsi verò me spreuerunt, per Esaiam Deum dixisse didicimus. Multa dicturus dilectissimi transeo, onerosum esse putans plurimis verbis vnanimes admonere doctores. Vos enim ipsi estis diuinitus eruditi, non ignorantes quia doctrina quæ nuper contra pietatem surrexit ecclesiasticam, Hebionis est, & Artemonis, & zelus Pauli Samosateni de Antiochia, fynodali omnium episcoporū iudicio ab ecclesia pulsi. Cui succedens Lucianus, extra sy nagogas mansit trium episcoporum plurimo tem pore. Quoru impietatis fecem sorbentes isti, nuc nobis de non existentibus illoru plantationes absconsas pullulare fecerunt Arius & Achillas,& cu illis concilium malignantium: & nescio quomodo in Syria tres ordinati episcopi, eo o consenserint eis, & ad peiora flammati sint. De quibus sentétia in vostra sit probatione reposita, qui salutaris passionis humilitatem & exinanitione, voluntariam paupertaté & voces quas propter nos Saluator suscepit, memoria retinetis. Igitur ad osten C sioné supernæ & antiquæ diuinitatis eius hæc cogruunt, significantius que sermonibus naturalis eius gloria & imperiŭ, & apud patrem mansio clarius explicatur. Quale est illud: Ego & pater vnű sumus, non patrem semetipsum appellans, neque substantialiter duas naturas, quæ est vna, declarás, sed quia paternam seruandi plenitudiné filius habet perfecte naturam, per omnia similitudine patris gerens, & immutabilis imago eius existés, atque principalis causæ expressa figuratio. Vnde etiam tunc Philippo cupienti videre patrem, Dominus sine inuidia se demonstrat. Nam cùm diceret: Ostende nobis patrem, ait: Qui videt me, videt & patrem: tanquam per speculum sine macula,& animatum per diuinam eius imaginem contéplaretur patrem, quem similiter in Psalmis san-&issimi viri canunt, dicentes: In lumine tuo videbimus lumen. Quapropter & qui honorat patré, honorat & filium: & qui honorat filium, honorat & patré, & rectè. Omnis nanque vox impia, qux in filio dici præsumitur, ad patrem quoque refertur. Sed mirum no est, quod scripturus sum ô charissimi, si falsas aduersum me derogationes,&con

tra piissimum nostrum populum delatas insinuo. D Hi enim qui contra deitatem filij Dei castra constituunt, neq; contra nos ingratas calumnias exer cere formidant, quoniam nec priscorum quempiam dignatur sibimet comparare, neque præceptoribus se, à quibus nos ab infantia eruditi sumº æquari patiuntur, neque comministrorum quenquam nunc vbicunque confistentium in mensura Elapientiæ reputant, quali soli sapientes, & nihil ha bentes, atque nouorum dogmatum inuétores: & quibus folis reuelata fint, que à nullo altero fub fo le intellecta noscutur. O scelesta superbia, immen sa væsania, vanæ gloriæ furor, sapientia Satanæ in animas eorum nequissimas veheméter infiliens. Non deterruit eos antiquarum scripturarum Deo amabilium explanatio, non comministrorum con sors reuerentia de Christo ferocitatem eoru man suefecit, quorum scelesta opera nec dæmones fer re pariuntur, quando vocem blasphemam contra filium Dei promere non præsumut. Hæc igitur iacula secundum presentem virtutem dirigatur aduerlus eos,qui inerudita materia contra Christum exacuuntur ad bellum, & aduersus pictatem eius E calumnias inferre cotendunt. Aiunt enim nos aduerlantes fabulas, ex quibus inuentum est dici, ex no extantibus impiam & non scriptá contra Chri stum blasphemiam prædicare, id est duo ingenita: ipsi potius duorum alterum necessario esse oportere dicentes ineruditi, aut ex non extantibus filiu esse sapiendum, aut indubitanter dicere ingenita duo. Ignorantes imperiti, quia multu est inter patrem ingenitum, & ea quæ ab eo ex non extantibus sunt creata rationalia & irrationalia, quorum media existés natura vnigenita, per quam vniueria ex non extantibus fecit pater Dei verbi, ex ipso verò patre natiuitatem habet, sicut & ipse Dominus alicubi testatus est, dices: Qui diligit patre, diligit filium qui ex eo natus est. De quibo nos ita credimus, ficut apostolicæ placet ecclesiæ, in vnű ingenitű patrem, nullam habenté causam vt eslet, incouertibilem & immutabilem, semper idem & limiliter se habentem, nec prouectum, nec imminutionem recipientem, legis, prophetarum, euangeliorumque datorem. Patriarcharum & aposto-F lorum dominű,omniúmque fanctorum,& in vnű dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitu, natum non ex non extante, sed extante patre, no secundum corporu similitudines incisionibus aut diuisionum effluxionibus, sicuti Sabellio & Valen tino placet, sed ineffabiliter & inenarrabiliter secundum eum qui dixit(sicut supra posuimus) Generationem eius quis enarrabit? subsistentia videlicet eius omni creatæ naturæ imperfcrutabili exi stente, sicut & ipse pater imperscrutabilis est, eo quòd non capiat rationalium natura scientia, qua pater genuit Deum. Quod quidem non à me con uenit discere, viros spiritu veritatis impletos. Eru diente quippe nos Christi voce, qua dicit: Nullus nouit quis est pater, nisi filius: & nullus nouit quis est filius, nisi pater: & asserente eum inconuertibi lem &immutabilem,se sicut patrem nihil egenté, perfectum filium, æqualémque patri soli ingenito.Imago enim est integerrima &immutabilis,pa tris,& omninò imaginem conucnit esse plenam, per quam non desit aliquid ab æqualitate eius cuius imago est, sicut ipse Dominus docuit, dicens:

Sabellina Valentinus. **E**∫4.33.¢

Matth.11.d

Heb.1.4

Semper.

A nte fecula.

Erat

Todn. 14.d A Pater meus maior me est: secundum quod semper etiam esse filiú ex patre credimus. Splendor enim est glorix, & figura paternæ substantiæ. Sed nullus hoc, semper, ad suspicionem ingeniti sumat, sicut putant qui sensus anima coccatos habent. Na neque erat, neque semper, neque ante secula, idé est quod ingenitum, sed nec quilibet humanus intellectus ab hominibo nominatus indicare valet hoc quod dicimus ingenitu, sicut & vos æstimare credo, & de omnium vestrorum confido proposito, nullo modo quibuslibet nominibus ingenitu declarantiu. Videntur enim hæc nomina veluti temporum esse pductiua, dignè tamé ipsius vnigeniti diuinitatem, & veluti dicam antiquitatem nequaquam significare valétia, cum sancti videlicet viri lecundum suam vnusquisque virtutem sacramentum hocaperire conati sint, venia poscentes ab auditoribus per satisfactiones rationabiles, dicendo de se: Protulimus quod pertingere præualuimus. Si quid autem vltra hominem expectant, quicunque viri & ad maius innituntur, eloquium illud quod ait: Ex parte cognoscimus, iam putates elle destructum, palàm est quia multu spe sua desi ciunt.Igitur erat, & semper, & ante secula, quodcunque sit, non tamen est ingenitum. Ergo ingenito quidem patri ppria dignitas est seruada, nul lam dicentes causam fuisse vt esset:filio verò con gruus distribuatur honor. Sine principio enim à patre sciamus eius esse natiuitate, culturam ei (licut prædiximus) tribuentes piè, atque cum bona opinione super eo, erat, & semper, & ante secula, pradicantes, divinitatem quippe eius pscrutantes sed imagini & perscrutationi patris prectă aqualitatem per omnia deuouentes. Propriú verò solú dicentes patris, quod ingenitus est, cùm & ipse Sal uator dixerit: Pater maior me est. In hac itaq; pia de patre filióque sententia, sicut nos diuinæscripturæ docent, vnum sanctú spiritum confitemur, qui repleuit & veteris testamenti sanctos homimes,& noui facratissimos præceptores: in vna & solam catholică apostolicamque semp ecclesiam, quæ & inuincibilis est, licer omnis mundus aduer Sus eam pugnet,& victrix totius aduerse impieta-C tis existit, securos nos faciente patrefamilias eius, cùm clamat:Habete fiduciam:Ego vici mundum. Hoc nouimus actum post resurrectionem à mortuis, quoru primitix factus est dominus noster Ie-Esus Christus carne vera indutus,& nó putatiuè ex Dei genitrice Maria, qui in nouissimis téporibus p damnatione peccati ad humanum genus adue niens, crucifixus & mortuus est, sed non ppterea diuinitate sua minor factus.Resurrexit eni à mor tuis, assumptus in cœlū est, sedet ad dexteram maiestatis. Hæc igitur ex parte hac epistola figuraui, onerosum credens singula sub scrupulositate con scribere, eo quòd sciam sanctu studium vestru talia non latere. Hec docemus, hac etiam pradicamus, hec sunt apostolice ecclesse dogmata, p quibus etiam morimur, & destruere ea volentes, nullatenus formidamus. Qui licet verberibus nobis extorqueant, nos tamen spem non auersamur no

stram.Horŭ igitur aduersarij, id est, Arius & Achil

las,& qui cum eis sunt veritaris inimici, ab ecclesia procul sunt expulsi, alieni facti à pia doctrina

nostra, secundu beatum Paulum dicentem: Qui-

cunque vobis annunciauerit preter id quod acce-

Zoan,14.d.

I.Cor.13.d

Galat, i.

manifestos. Epistola Arij ad Eusebium. CAPVI XV. DOMINO desiderabilissimo homini Dei, fideli, orthodoxo Eusebio, Arius qui persecutio-

nem ab Alexandro Papa patitur iniustè, ppter om nia vincentem veritatem, quam tu quoque defen dis, in Domino salutem.

Atre meo Ammonioveniente ad Nicomediã, rationabile iudicaui te salutare per eum, sciés dilectionem pariter & affectum, quem circa fratres ppter Deum habere dignosceris. Vehementer nos vastat atque persequitur, & omnem benignum animu mouet aduerium nos epilcopus, ita vt etiam de ciuitate nos expulerit, veluti homines sine Deo: quoniam non concordamus ei publicè dicenti:Semper Deus, semper filius: Simul pater,

pistis, anathema sit, licet angelum de cœlo esse se D fingat. Sed etiam si quis aliis sermonibus domini nostri Iesu Christi & doctrina qua secundú pietatem est, inflatur, nihil sciens, & reliqua. Hos igitur anathematizatos à fraternitate, nullus vestru susci piar, aut habere patiatur ea que ab eis dicutur vel conscribuntur. Cuncta enimvelut magi homines mentiuntur, quia veritaté loqui non possunt. Circumeunt denique ciuitates, nihil studétes aliud, g vt amicitiaru schemate, & nomine pacis p figmeta & blandimenta literas dent & accipiant, vt errare faciat per hec deceptas à se mulierculas. Hos ergo qui contra Christu tanta presumunt, quique Christianitati tam publice derogauerunt, qui inter iudicia persecutiones nobis, quantum in ipsis est, excitare non cessant, & inestabile sacramentu natiuitatis Christi eneruare moliuntur, auersamini dilectifsimi, & vnanimes atque concertatores nobiscum contra eorum vesanam estote præsum ptionem, ad similitudinem comministrorum noîtroru qui indignati sunt, & aduersus eos mihi scri pserunt, & in Tomo quem etiam vobis direxi per filium meŭ + Archidiaconum subscripserut, tam totius Ægypti & Thebaidis, quam Libyx ac Pentapolis, Syrix, Lycix, Pamphylix, Asix, Cappadociæ sacerdotes, aliarúm que prouinciaru, ad quoru instar etia vos confido eum suscipere. Multis itaque mihi contra nocentes remediis existentibus, etiam hoc inuentú est vtile medicamen, quia con uertuntur seducti ab eis populi, nuc nostris sacerdotibus obedientes, & ad pænitentia per eos accedere festinantes. Salutate ad inuicem fraternitaté quæ apud vos est. Valere vos in domino opto charissimi. Sunt auté qui anathematizati sunt, ex presbyteris quidem Arius, ex diaconibus auté Achillas, Euzoius, Æthalis, Lucius, Sarmatus, Iulianus, Menas, alter Arius, & Helladius.

Confona his direxit & Philogonio Antiochenæ Presuli ciuitatis & Eustathio, qui túc Berrhæensem gubernabat ecclesia, & aliis Apostolicoru dogmatú defensoribus. Sed neque Arius quiescere passus est:scripsit enim & ipse cocordibus suis. Quod verò nihil falsi contra eum scripserit sacratissimus Alexander, ipse Arius literis suis scriptis F ad Nicomediensem Eusebiu protestatus est. Qua Epistolam inferere non omitto, vt communicatores impietatis eius ignorantibus possim facere

t AlianAr-

A simul filius: Coexistit ingenito Deo filius. Séper genitus est. Ab ingenito genitus est. Neque cogitatione, neque atomo aliquo præcedit Deus pater. Semper filius ex ipso Deo est. Et quoniam Eu sebius frater tuus Cæsariensis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Aëtius, & omnes per Oriété dicunt, quia præexistit Deus filio line principio, anathema facti sunt, præter so lum Philogonium, & Hellanicum, & Macariű ho mines hæreticos, ineruditos, quorum alij quidem dicut filium eructuationem, alij verò propositionem, alij coingenitum. Quas impietates nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minétur hæretici. Nos autem quoniam dicimus, & sapimus, & docuimus, & docemus, quia filius no est ingenitus, nec ingeniti pars vllo modo, neque ex aliquo subiecto: sed quoniam voluntate & consilio subsistit ante tempora, & ante secula plenus Deus, vnigenitus, incouertibilis: & antequam generaretur aut crearetur, aut prædestinaretur, aut fundaretur, nó erat: ingenitus enim, nó erat: perse cutionem patimur, quia diximus: Principium habet filius, Deus autem sine principio est: & quia di ximus, Ex nó exstátibus est (sic autem diximus secudu qd nec pars Dei est, nec ex aliquo subiecto) propterea persecutionem patimur. De cætero tu nosti. Valere te in Domino opto, memorem tribu lationum nostrarum Collucianista verè insicie, id est, pie.

Eusebius itaque Cæsaræ erat episcopus, Theodorus Laodicæ, Tyri Paulinus, Athanasius Ana zarbi, & Gregorius Beryti, Aetius autem Lyddæ. Lydda verò est, quæ nunc Diospolis appellatur. Hos ergo Arius cócordes se habere gloriabatur. Philogonius Præsulem vr-Hostes autem vocauit, Philogonius Præsulem vr

#### Epistola Euseby ad Paulinum episcopum Tyri. C APVT XVI.

C

#### DOMINO MEO PAVLINO, Eufebius in Domino falutem.

Eque domini mei Eusebij studium pro veritate verbi tacitum est, sed vsque ad nos peruênit, neque tuum domine super hac causa silentium. Et vt consequens erat, de domino quidem meo Eusebio letati sumus:de te verò tristamur,ar bitrantes taciturnitatem tanti viri nostra elle deuictionem. Quapropter rogo te, scientem quonia indecens est virum sapientem alia sapere, & tacere veritaté, vt spirituali ratione commotus ad coscribendum, de huiusmodi rebus incipias, cùm & tibi sit vtile', & audientibus te: maximè dum per consequentiam scripturæ & vestigia sermonum eius & voluntatis scribere volueris. Quoniam neque duos ingenitos audiuimus aliquando, neque vnum in duos diuisum. Neque corporale aliquid passum esse didicimus, aut credidim, domine meus:sed vnum quidem ingenitum, vnú vero ab eo

#### LIB. I.

vere, & non ex eius substantia factum, & (vniuer- D faliter dicendum) nequaquam cum ingeniti natu ra participantem, aut existentem ex eius substantia, sed factum perfectè, aliud natura atque virtute, quantum attinet ad integram similitudinem, af fectum, potestatémq; factoris, factum scilicer inenarrabiliter: quod etiam cogitationi non lolum humane, sed etiam quæ vltra omnes homines est, incomprehensibile iudicamus & credimus. Et hec quidem no rationibus nostris obstricti, sed ex scri ptura sancta discétes, dicimus creatum esse & fun datum & genitum ſubſtantia,& inconuertibili & inestabili natura, similitudine factoris, sicut ipse Dominus ait: Dominus creauit me initio viarum fuarum, in opera fua, & ante fecula fundauit me, ante omnes colles genuit me. Si autem ex eo, hoc est, ab eo erat, quass pars eius vel ex fluxu substan tiæ, nequaquam creatus aut fundatus esse diceretur. Neq; tu ignoras hoc, domine vere, quia quod ex ingenito cossistit, creatum iam ab alio quam ab eo, aut fundatum no erit: ab initio ingenito eum dicere, ostensionem quandam præbet, quasi ex pa terna substantia sit natus, & habeat ex eo æquali- E tatem naturæ. Scimus enim quia no de eo solo ge nitú dicit scriptura, sed etiá de dissimilibus ei natura per omnia. Nã & de hominibus ait: Filios ge nui & exaltaui, ipsi verò me spreuerut. & iterum: Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris. Et in aliis quidem ait: Qui peperit guttas roris, non naturam ex natura narrans, sed vniuscuiusq; creaturę ex eius volutate natiuitate. Non enim ex eius substantia sunt: sed omnia voluntate eius facta, sicuti facta sunt. Ille siquidem Deus est, hæc autem ad similitudinem eius verbo similia futura, secundum spontaneum motum facta. Lt omnia quidem per eum à Deo facta, cucta tamé ex Deo. Qua percipiens & exponens secun dum datam tibi diuinitus gratiam, scribere domino meo Alexandro festina. Consido enim, quia si scripseris illi, conuertetur. Saluta omnes qui in do mino sunt. Valentem te, & pro nobis oranté gratia Dei custodiat domine.

#### SOCR ATES.

#### De potentia Euseby Nicomediensis. C N PVT XVII.

Alia & isti alterutris scribebant, contra veritatem se armates ad prælium. Et peius siebat malum ad contentionis incendiu, per eos qui hec scripta suscipiebant. Cosentientes igitur Alexan dro etiă in eius tomo subscribebant, alij verò con traria faciebat. Præcipuè verò mouebatur ex aduerso Nicomediensis Eusebius, quoniam in epistola sua grauiter eius memoriam fecerat Alexan der. Poterat autem illo tempore plurimum Eusebius, quia tuc Imperator Nicomediæ morabatur. Nam ibi ante paululum temporis Diocletianus, & qui circa e u crant, Regalia constituerant. Propterea ergo multi episcoporum obediebant Euse bio. Et ille frequenter scribebat, Alexandro quidem, vt descrens quæstione quæ moueret tumultum, susciperet Arium & sequaces eius : per ciuitates autem diuerlis episcopis, ne cosentirent scri ptis Alexandri. Vnde omnia erant valde turbata.

Prover, 8.c

Esa. 1.4 Dent. 32 6 Iob. 38.6

Eusebins Nicomedien sis.

F

Potětia epifeopi,ex loco.

populus diuisus erat. Alij nanque istis, alij verò có sentiebant illis. Et ad tantum caussa venit incendium, vt in publico & in ipsis theatris Christianitati derogaretur. Hi quidem in ipsa Alexádræa po siti, tanquam iam victores de superioribus perse-

quutionibus facti, potius armabatur, legationémque mittebant ad prouinciales episcopos: hi verò in alteram diuisi partem, illorum simili seditioni communicabant.

A Non enim folummodo ecclesia prasules ratioci-

nationibus inter se certare videbantur, sed etiam

De Melitianis, or quomodo sint ab ecclesia segregati, quia nolente Alexandro Arium suscipere, per di uersa loca Ariani concilia celebrabant.

Melitiani. Au,do.315.

Disidian

ecclesiarum.

V triq; vole-

victores.

Melitim.

CAPVI XVIII.

MIscebantur igitur Arianis Melitiani, qui dudum fuerant ab ecclesia segregati.Quiverò sint isti, dicendum est, Sub Petro Alexandrinæ ciuitatis episcopo, qui suscepit Diocletiano imperāte martyrium, Melitius quidam episcopus vnius ciuitatis Ægyptiorū depositus est,& propter mul tas alias caussas, & maxime quia in persequutione fide negata sacrificauerat. Ergo damnatus multos habuit lequaces, & hæresiarches fact est eorum, qui hactenus ab eo in Ægypto Melitiani vocatur, nullam iustitiæ satisfactionem habens, cur reman serit ab ecclesia separatus. Dicebat quidem iniuriam se esse passum, & obloquebatur sepius, dero gabatque Petro. Sed Petrus in persecutione, percepta martyrij palma defunctus est. Iste verò retu lit detractiones in Achillam, qui post Petrum suscepit episcopatum,& rursum in Alexadrum, qui post Achillam noscitur ordinatus. Inter hec igitur superuênit quæstio Ariana, & Melitius vnà cu suis defendebat Arium, cospiratione facta cum eo aduersus episcopum. Quibuscunque enim praua videbatur Arij secta, suscipiebat super Ario Alexan dri sententiam, tanquam iustum contra consentaneos Arij, eius videretur esse decretum. Scribebat autem, & qui circa Eusebium Nicomedia erat, & alij, quibo Arij opinio complacebat, quatenus sol-C ueretur quidem pramissa damnatio, & in ecclesia damnati reducerentur, quasi nihil mali profiterétur. Sic itaque diuersis epistolis ad Alexandrinum episcopum destinatis, secerut harum epistolarum collectiones. Arius quidem earu que pro se erant, Alexander autem contrarium. Et hinc occasio cotentionis oborta est hæresibus, quæ nunc vbique circumuolant, hoc est, Arianorum, Eunomianoru & quicuque nomen habent à Macedonio. Singu li nanque horum ipsis epistolis testibusvsi sunt, in defensionem hæresis suæ.

Quomodo fautores Euseby congregauerint conciliun in CAPVT XIX. Bithynia.

SOZOMENYS.

Alexader Yexerabilis. d Bitby-

Vm verò sæpe supplicantes Alexandro qui circa Eusebium erant, no inclinassent eum, tanquam iniuriam passi malignabatur, & acriores ad roborandum Arij dogma sunt facti: cociliumque in Bithynia colligentes, scripserunt episcopis vniuersis, vt tanquam rectè credentibus communicarent Arianis, & agerent vt Alexader quoque D communicaret eis. Dumque eorum studium defe cisset, Alexandro nequaquam consentiente, legatione fungitur Arius apud Paulinum Tyri episco pum, & Eusebium Pamphili pontificem Casarea Palæstinæ, & Patrophilum Scythopoleos, petens vnà cum suis, vt iuberetur cum populo, qui cu eo erat, solennia sacramenta ecclesiæ celebrare, tanquam ipse prius presbyterorum habuisset officiū. Esse decens cosuctudinem in Alexandria (sicut etiam nunc) vt vno existente super omnes episcopo, presbyteri seorsum ecclesias obtineret, & populus in eis Collectas soleniter celebraret. Tunc îlli vnà cum aliis epifcopis in Palæstina congrega ti, tale decretum super petitione Arij protulerut, iubétes eos Collectas exercere, sicuti prius, esse ta men subditos Alexádro pótifici,& deprecari sem per, vt eius pace & communione frueretur. Cúmque ctiá in Ægypto multis conciliis celebratis hæ resis pullularer, ita vt ad regalia vsque perueniret, nó mediocriter Constantinus Imperator affligebat, eo quod religione nuper inchoate crescere, multos à christianitate dogmatum discordia auocaret.Et propterea culpabat & Arium & Alexandrum, eisque scribens arguebat, quia cum latere potuisset hac questio, eam deduxissent ad mediu, & vehementi studio cotentiones mouissent: quæ nec quærenda erat, nec ab initio cogitada, aut cogitata potius taciturnitati iure tradenda, cum vtique ab alterutris nó feiungi potuiffent,licet ex aliqua parte dogmatis dissonaret. Alexadro siquidem & Ario, aliquando culpans, aliquado suadés, talia scripsi, quarum literaru partem hic poni non est incongruum. Tota enim epistola in libris Euse bij posita est in vita Constantini.

SOCRATES.

Epistola Constantini principis ad Alexandrum pontifi CAP. XX. cem Alexandrinum,

VICTOR CONSTANTINUS MAximus, Pius, Alexandro & Ario.

Idici natam præsentis quæstionis originem, quando tu(ô Alexander)à presbyteris requi rebas, quid vnusquisque eorum de quodam loco in lege conscripto, magis autem pro vanæ cuiusdam questionis parte sentirer. Tuque ô Ari, quod neg; principio cogitari debuerat, aut cogitatu taciturnitati tradi potius competebat, illud improuide protinus obiecisti: vnde discordia inter vos emergente mysteria contemnuntur. Sactus verò populus in vtraq; diuisus, communis corporis cógruentia separatur. Ergo vterque vestrú ex æquo voluntatem præbens, in quo vos confamulus vester iustè monet, obediat. Hoc itaq; neque requirere dignum est, neq; de talibus respondere, quærentibus. Huiusmodi enim quæstiones, quæ non alicuius legis necessitate proponu ntur, inutilisva cationis tempus exquirunt. Et licet caussa cuiuspiam naturalis exercitij fiant, tamen debemus eas intra fenfum claudere, & nó promptè in publica conciliabula deportare, nec omnium auribus incosulte committere.Quantus enim est vnusquisque hominum, vt possit ita magnarum rerum &

LIB. I.

A valde difficilium virtutem, aut ad perfectu inspicere, aut interpretari digne? ac si quis hoc facere, difficile tamen possit, quanta parti populi suadebit? Aut quis tantarum quæstionű subtilitates extra lapsus sui periculum sustinebit Ergo sugienda sunt in talibus multiloquia, ne forte dum infirmitate nostræ naturæ minimè quod proponitur explicatur, mente discentium auditorum pro tardiori intellectu ad perfectam quæstionis perceptionem peruenire non valente, ad necessitatem blasphemiæ aut schismatis populus adducatur. Quapropter & interrogationes incautæ,& respo fiones improuida, aquam alterutris veniam tribuant ex vtroq;. Non enim pro summo legis mãdato, apud vos occasione certaminis inflammata est, neque noua quædam pro Dei religione hære sis introducta, sed vnam eandémque rationem ha betis, sicut etiam vnum communionis signű. Vobis enim inter alterutros p paruulis & valde modicis' contendentibus caussis, tantum Dei populum, quem vestris orationibus & prudentia conuenit gubernari, discordare nec decet, nec omnino phas esse, credibile est. Vt autem paruo quodã exemplo sapientiam vestram commoneam: Nostis etiam ipsos philosophos, quia in vno quidem dogmate cuncti cosentiunt, cum verò in quadam sententiæ parte discordant, licet disciplinæ virtute separentur, tamen ad inuicem corporis vnitate conspirant. Cùm hac ita sint, quanto potius iustum est vos magni Dei ministros in volutate religionis alterutris esse cocordes. Cosideremus itaque ratione maiori, & ampliori intelligentia cogi temus, si rectè se habeat propter parua &vana ser monum certamina fratres fratribus insultare, & honorem concilij per vos impia contentione discerpere, dum adinuicem pro sic paruis & nequaquam necessariis litigatis. Vulgaria sunt hec, &infantű magis fatuitatibus commodanda, quàm facrorum virorum & prudentiŭ intelligentiæ confona. Recedamus ergo volentes à tentationibus diabolicis. Magnus noster Deus Saluator vniuerforum, commune omnibus lumen effulsit, cuius prouidentia hoc meum ministri Dei studium ad perfectionem venire permittite, vt vos illius populú mea adlo cutione, & ministerio, & monitionis instantia, ad synodalem possim reuocare communionem, quia (sicut dixi.) Vna quædam in vobis est fides, & vnus secudum vos hæreseos intellectus, legisque præceptum cum suis partibus in vnius volutaris propositum tédit. Hoc ergo quod vobis inter alia cotentionem excitauit, quoniam no attinet ad totius legis virtutem, separationem quandam & seditionem inter vos non debet effi cere. Dico autem hæc non tanquam cogens vos omnibus modis huic fatis optimæ & qualiscuque sit cosentire quastioni: potest enim & honor Co cilij à vobis integer custodiri, & vna atque eadé omnibus communio conseruari, licet aliqua in vo bis particulariter ad inuicem pro paruo quodam contentio generetur: quoniam no omnes in omnibus idem volumus, neque vna in nobis natura versatut, aut voluntas vna cognoscitur. De diuina siquidem prouidentia vna quædam in vobis sit sides, vna prouidentia, vnus in Deo sensus. Quæ ve rò pro his friuolis quastionibus inter alterutros

disputata sunt, licet no in vnam sententiam colli-

gantur, manere tamen intra sensum debent, men D tis ineffabilitate seruata. Communis autem charitatis pracipuum facramentum, & veritatis fides, & honor circa Deum atque religionem legis apud vos inconcusse permaneat. Reuertimini ergo ad alterutros amicitia atq; gratia, reddite vniuerso populo vestros amplexus, vósque ipsos velut proprias animas expiantes, alterutros rurfus agnoscite. Suauiores en crebro sunt amicitiæ post inimicitiarum caussas ad cocordiam restitute.Red dite ergo mihi tranquillos dies noctésque securas, vt quædam iucūditas puri luminis, & vitæ iam quieta apud me latitia conseruetur, alioquin fue rit necessitas ingemendi & semper lachrymis ingrauari,& neque feculum libenter ferre viuendi. Dei nanque populos, id est, cofamulos meos, sic iniustè & noxia vestri contétione diuisos, congre gari iam tempus est. Vt autem huiusmodi tristitiæ meæ magnitudinem sentiatis, audite: Pridem veniens ad Nicomediensem ciuitatem, repente ad Oriétem pergere festinabam. Cúmque ad vos téderem, & plurima iam parte vobiscum essem, huius rei nuntio sum retentus, ne oculis videre com E pellerer, quæ impossibile iudicabam ad sensum posse aurium peruenire. Quapropter aperire iam mihi per vestram concordiam Orientis vias, quas cotentione clausistis alterutra, velocitérque mihi concedite, vósque ipsos & alios vniuersos populos videre lætos, & pro communi omnium cocor dia ac libertate, debitam gratiarum actionem fauorabilibus eloquiis Deo persoluere.

Quod tam pro Ariana quastione, qu'am pro pascha definienda festiuitate, in Nicaa fecit Constantinus celebrari concilium. CAP. XXI.

A Lexandro fiquidem & Ario, nunc culpando, nuc admonendo hæc fcripfisse dignoscitur. Grauiter autem ferebat, audiens aliquos contra omnium statutú agere Paschæ festiuitatem. Túc etenim in vrbibus Orientis discordantes quidam ob hoc, alterutra quidem societate diuisi no crat, Iudaicè tamen festiuitatem dominicam celebrabant, & (vt assolet) splendorem Collectæ tali di- F scretione fædabat. Propter vtraque igitur quietam reddere ecclesiam festinabat princeps, séque putans hoc malum posse præoccupare, antequam ad plurimos perueniret, misit virum circa se side & vita simul insignem, & cofessionibus priorum temporum pro dogmate coprobatum, qui copacaret Ægyptios ppter dogma tumultuátes,& Orientales propter pascha discordes: fuit autem Osius Cordubæ ciuitatis episcopus. Cúmque preter spem caussa procederet, & hæresis potius quá pax sperata valuisset, nihil impetrans remeauit, qui fuerat pro pace missus ecclesiarum. Túc illud famosissimum in Nicæa concilium feruor princi pis excitauit, publicis asinis atque mulis, & curracibus equis, episcopos, & qui cum eis erant, ad synodum venire præcipiens,

Paschalu di ei observatio un dinersicas

Ossusepifcopus Cordubensis.

# A MATHISTORIAE ECCLESIASTI-D

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SECVNDVS.

SOZOMENYS.

De Prasulibm ecclessarum qui interfuerant Nicano concilio. CAPVT PRIMVM.

An.do.327. Nicenam conciliam.

† flanium E Sua.



O M M V N Icabát igitur Nicano cócilio ex
apostolicis quidem sedib Macarius Hierosolymitanus, Eustathius iam pre
sidés Antioche
næ apud Orontem + & Alexander Alexandriæ, quæ est apud stagnű Ma-

riam. Iulius auté Romanus episcopus propter senectutem desuit, erantque pro eo presentes Vitus
& Vincentius presbyteri eius dem ecclesiæ. Super
hos autem & alij plurimi boni & optimi ex diuer
sis gentibus conuenerunt. Alij quidem ad intelligendum & dicedum valde idonei, scientiáque sacrorum librorum & alia eruditione disciplinati,
vita que virtute præclari. Alij verò in vtroque pbatissimi viri, quorum vtile iudico etiam nomina memorare.

THEODOR IT VS.

Iacobsu epifeopsu Antiochia My gdouica.

† que in hiftorsa Philotheos inferipta, Panlas Neo tefericofis,

PareNica

ma Synodi.

Tanquam stigmata domini Iesu in corpore cir cunferentium secundum sacrum apostolum. Erat enim Iacobus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri & Assyrij Nisibin appellant, qui mortuos resuscitauit, viuos curauit, & alia innumera probatur operatus esse miracula. Sed hac superfluú arbitror huic operi rursus inserere, + quæ in Deo amabili historia latius enarraui. Paulus Neocæsarææ, qd est castrum positum iuxta ripas Euphratis. Is enim Licinij rabie demolitus est. Ambas enim manus li gatas habuerat, ignitóque ferro combustas, quo fucrant nerui articuloru eius à sua mobilitate siccati atque mortificati. Alij verò dextros oculos ef fossos habuerunt, alij dextras suras abscissas. Vnus horum erat Paphnutius Ægyptius. Et absolute videbatur ibi populus athletarum Christi & martyrum in vno loco cógregatorum. De quibus & Eusebius Pamphyli tertio libro in Constantini vita hæc ita dicit.

SOCR ATES, EX EVSEBLO.

Cunctarum igitur ecclesiarum quæ totam Euro pam, Libyámque & Asiam replebant, simul erant ministrorum Dei cógesta cacumina, vnáque orationis domus, tanquam à Deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idé. Syros simul & Cilicas, Phænicásque & Arabes, atque Palæstinos. Inter hos&

Ægyptios, Thebæos, Libyas, necnő & qui ex Mesopotamia oriuntur, sed etiam Persa ad cocilium venit episcopus. Verum nec Scytha defuit ex eorum choro, Pontúsque & Asia, Phrygia & Pamphilia, viros probatissimos præbuerunt. Aderant Thraces & Macedones, Achiui & Epirotæ, & his quoque interius habitantes. Ipse autem Hispanorum valde famosus Osius vnus erat & simul plurimis assidebat. De regia verò ciuitate Præsul Ale xander propter senectutem defuit, presbyteri ve rò præsentes locum eius implebant. Talem itaque solus à seculo vnus Imperator ConstantinusChristo coronam vinculo pacis exornans, suo faluarori de victoria inimicorum & hostium Deo E + docibilem dedicauit, gratiarum actionis imaginem secudum nos apostolica plausione costitues. Tuc igitur ille sermo completus est: Collectos ex omnibus gentibus quæ sub cælo sunt viros religiosos,inter quos erant Parthi, & Medi, & Elamitæ,& qui habitant Mesopotamiam, Judæã & Cap padociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæcirca Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudæi & Proselyti, Cretes & Arabes. Veruntamen hoc illis deerat, quod non (sicut isti)omnes ex Dei ministris vndiq; cosistebant. In præsenti siquidem choro multitudo erat episcoporú numerum trecentorum excedés, sequentibus eos presbyteris ac diaconibus & aco lytis, quorum numerus no poterat comprehendi. Ministrorum verò Dei, alij sapientiæ sermone ful gebant, alij continentia vitæ & parientia coruscabant, alij verò medio modo horum virtutibus ornabatur. Erant igitur inter eos alij temporis honorati longitudine, alij iuuentute & animi robore præmicantes, qui nuper venerant ad huius mini sterij cursum. Quibus videlicet & omnibus Impe rator diebus singulis cibaria largissime ordinarat expendi. Hæc itaque de his qui ibi collecti sunt, Pamphili recitauit Eusebius. Cúmque celebrasset Imperator victricem cotra Licinium festiuitatem & ipfe occurrit ad Nicæam. Clarebant autem inter episcopos, Paphnutius ex superiori Thebaide, & Spyridion Cyprius. Cuius autem rei caussa horum meminerim, postea sum dicturus.

De libellu oblatu imperatori, er ab eo insin incendi, er de disputatione dogmatu Ariani. CAP. 11.

SOZOMENYS.

A Derant itaq; cum episcopis viri disputationis experti, verbi studentes prodesse cócilio. Vt autem assolet fieri, plurimi sacerdotum tang pro caussis propriis decertare collecti, tempus se inuenisse putarunt, quo corrigeretur quod contri stabat eos, & de quibus alium vnusquisque fortè culpabat, libellum offeres principi, qua in eo sue-

OfiwCorle benfis qifapm.

† decerii, vd decebili : fa legitur in va tašto codica,

A4.2.b

Ciferation villä fappoditanit patribus condlü.

lervium Constantini adnerfan Licinium,

Coffanting nolebat indi care de caufisfacerdoiü.

A rant commissa, narrabat. Cúmque hoc quotidie facile accideret, precepit Imperator certo die singulos de quibus alius alium culparer, facere mani testum. Cúmque dies constituta venisset, libellos oblatos suscipiens: Hæ quidem accusationes, inquit, tempus habebunt proprium, id est, diem ma gni iudicij, iudicem verò illum, qui tunc futurus est omnibus iudicare. Mihi ergo homini constitu to, de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, facerdotum scilicet accusantium & simul accusatorum, quos minimè conuenit tales debere mostrari, qui iudicentur ab aliis. Age nunc imitantes diuinam clementiam in alterutrorum veniam accusationes aboleamus alterutras, & de his quæ ad fidem pertinent agere studeamus, cuius huc gratia venimus. Hæc fiquidem Imperator dicens, vniuscuiusque scripturam vt aboleret libellos iussit ardere, diémque diffiniuit, qua solui que erant dubia, conueniret. Ante constitutum verò diem conueniente s apud semetipsos episcopi, euocauerunt Arium, & propositis in commune suis opinionibus disputabant. Cumque, vt assolet, ad diuersas quæstiones caussa traheretur, alij quidem fuadebant nihil innouandum circa antiquam fidei traditionem, & maximè quando morum simplicitas sine perscrutatione traderetur, accedentibus ad fidei sacramentum. Alij verò respondebant, non oportere sine examinatione sequi sententias antiquorum. Plurimi verò tunc couenien tium episcoporum & sequentium eos clericoru, scientes disputare, huiusmodi elocutionum arte exercitati claruerunt, & Imperatori, atque his qui circa eum erant, noti sunt facti. Ex illo enim & Athanasius tunc diaconus existens, dum cum Alexandro esser episcopo, huius studij pars esse maxima videbatur, necnon & quidam Græcorum philosophoru opportune harum disputationu quæ. stione participati sunt.alij quidem quale esset hoc dogma studentes agnoscere: alij verò nuper inchoante Græcorum religione deperire, Christianis infensi, dogmatis sacraméta ad verborum certamina protrahebant, ita vt contra se seditiones exercerent, certaminaque sibimer inferrent, & se c pius ex aduerso contenderent.

#### SOCRATES.

De Laico simplici confessore virum dialectum superante, & de sene simplici, Philosopho Christianum dogma pandente. C & P. 111.

Vmque plurimi disputationis delectatione traherentur, vnus quidam ex confessoribus laicis simplice habens sensum, Dialecticis obuiauit, dicens: Audite igitur, Christus & Apostoli non nobis arté Dialecticam tradiderunt, vanámque verborum fallaciam, sed puram scientiam fide & bonis operibus observandam. Hæc dicente iuuene & animo sene, præsentes quidem mirati sunt, dictumq; probauerut. Dialectici verò satisfa ctione suscepta, cessarunt, rationem videlicet sim plicem veritatis audientes.

SOZOMENYS.

Ferrur enim & aliud: dum quidam eorum ma-

LIB. II.

gnificentia fermonum extolleretur & illuderet D facerdotibus, non pertulit eius fastum quidam senex simplex & innocens ac probatissimus confes sorum, sed accessit aduersus eum proferre sermonem. Hoc itaque factum petulantibus quidem & simplicem scientibus confessorem, risum mouit, maturioribus verò formidinem, prouidétibus, ne à viro verbis artifice deduceretur ad rifum:verūtamen cedentibus vt quod vellet ediceret, resiste re nanque ei cum talis esset nimium verebantur: In nomine, inquit, IESV CHRISTI, ô philo lophe, audi dogmata veritatis: Vnus est Deus cœli & terræ,omniúmque visibilium & inuisibilium creator, qui hæc omnia verbi sui virtute fecit, & spiritus sui sanctitate sirmauit. Hoc itaque verbu quod nos, inquit, filiú Dei nominamus, habita mi-Tericordia super homines, ab errore eos & ferali religione liberauit, passus ex muliere nasci, & cum hominibus conuersari, & mori pro eis, veniétque denuò iudicaturus singulorum vitam. Hæc ita se 1 habere sine perscrutatione credimus.Noli igitur inaniter laborare quærens destruere ea quæ fide E percepim<sup>9</sup>. Noli inuestigare modŭ, quo fieri hęc, aut no fieri poruerint. Si enim credis cofulenti mi hi, ad ista reiponde. Obstupefactus verò Philosophus, credo, inquit. Tunc gratias pro deuictione persoluens, eadem quæ senior æquè sectatus est, ex prioribus cosectatoribus vt vnanimes sibimet essent persuadebat, nó improuidè mutatum se iurans, sed ineffabili quadam virtute ad Christianita tem protinus inuitatum.

Christianus idiosa Phile Sopho Chrifi religiona persuades.

Quomodo in conflictu Alexander Constantinopoleos fecerit philosophum obmutescere Paganorum. CAPYT. 1111.

Icitur autem proximum huic miraculo,quiddam gestum per Alexandrum Constantinopolitanæ ciuitatis epilcopum.Cùm enim venillet Împerator Constantinus Byzantium, adeuntes eŭ quidam philosophi, quærebantur quasi nó Deum coleret vt deceret,& circa facra nouitates exerce ret, nouam in republica introducendo culturam, præter ea quæ eius maioribus visa sunt,&Græco-F rum Romanorumo, principibus quos habuerunt, transacta secula, placuerunt: volebant que cum Alexandro episcopo disputare de dogmate.Ille verò huiusmodi exercitatione verborum inexpertus erat, de vitæ qualitate confidens. Fuit enimvir magnus, & couerlatione mirandus. Cúmque certamen Imperatore præcipiente suscepisset, couenissentque philosophi, omnibus loqui volétibus, vt vnum ex se quem vellet eligerent postulauit sancte memoriæ pater noster Alexander, cæteros verò quicunq; essent, silentium tenere pracepit, & tantúmodo his quæ ab vtroque dicerentur, intendere. Suscipiente auté vno corum disputationis vniuersæ negotiu, ad Philosophu sanctus Ale xader: In nomine, inquit, Ielu Christi impero tibi ne loquaris. Et vnà cũ eius sermone opus impletũ est. Repente nanque ille homo vt sermonem audiuit, obligato ore conticuit. Putasne iustum suit cósyderare, vtrum maius hoc miraculú videretur, vt homo & quidem Philosophus, sic facile officium locutionis amitteret, an certè vt lapis viole,

Alexander melior quã doction.

bilojephe ji

Digitized by Google

Athanalia

disposasor.

Gentiles.

Gracosyecat

tia verbi manu diuideretur? quod quidam aiunt Iulianum fecisse Chaldxum. Et hac quidem sic actareferuntur.

THEODORITYS.

De prima sessione episcoporum in Nicano palatio, 🗢 CAP. V. de abdicatione Ary.

Sessiones in Nicano coci lio & de Arij dogmate.

Nterea facerdotes sape couenientes Arium ad nem de eius propositionibus agitabant. Temere enim in qualibet parte metuebant proferre sententiam. Hæc itaque facra & venerabilis turba,à permixtione aduersariorum non videbatur aliena. Erant enim inter eos quida, pauci quidem, sed callidi, & breuia imitantes, celantésque calliditatem, & Arij blasphemiam no defendentes apertè. Couenientibus igitur vniuersis, maximam domum preparauit in Regalibus Imperator, sedes& subsellia in ca poni præcipiens, quæ sufficeret ordini sacerdotum: ita decentem præparans eis honorem, inuitauit ingredi, & de præsentibus habere concilium.Introluit autem & ipfe princeps vltimus cum paucis, laude dignam sui magnitudiné habens, & mirabilem speciem, mirabiliorémque

Eustathiu.

Conflătinee

Enangelici ₩ Āpofto lici, Prophe-ticią; libri.

Im some powers dring

medium deducebant, subtilémque examinatiogerens dignitatem pudoris in fronte. Minore verò sede quam aliis posita, in medio eorum sedit, primò tamé petens sibi hoc episcoporum iussione concedi. Tum cum eo resedit sacratissimus ille chorus. Primus itaque magnus Eustathius Antiochenæ sortitus ecclesiæ Præsulatum (nam Philogonius, cuius dudum meminimus, ad meliorem iam transierat vitam. Et húc venerabilem virum, etiam nolentem ad regimen eius ecclesiæ decreto communi pótifices ac sacerdotes, & omnis po pulus Christianus venire copulerat.) Is ergo praconiorum floribus caput principis exornauit, & studio eius quod habebat circa sacra, benedictiones exhibuit. Post huc autem Eusebius cognomine Pamphili. Quibus iam reticentibus, celeberrimus Imperator protulit de vnanimitate concordiaque sermones, tyrannorum eis crudelitatem C rememorans, & honorabilem pacem quæ sub eo est collata diuinitus: simul & quia pessimu & valde crudele videretur, vt destructis hostib, nullóque præsumente resistere, sacerdotes alterutros iacularentur atque confunderent, & impiis atque sine Deo personis delectationem risumque praberent:cum vtique de diuinis tractarent rebus,& sancti spiritus doctrinam in scriptis haberent: Euangelici enim libri sunt, inquit, & Apostolici, antiquorumq; prophetarum sanctiones, quæ nos erudiunt quid de sacra lege sapiamus Expellentes igitur hostile certamen ex verbis diuinitus inspiratis, solutionem quæstionum méte percipiamus. Hæc & his similia, tanquam filius amator patris, sacerdotihus veluti patribus offerebat. Apostolicorum doginatum studens conciliare cocordiam. Concilij verò plurima pars his que dicebatur obe diebat, & inter alterutros vnanimitatem & dozmatum salubritatem libenter amplectebatur. Pauci verò quidam, quorum iam meminimus, & Super illos Minophantus Ephesius, & Scythopolites Patrophylus, Theogonius Nicanus episcopus,& Narcissus Neroniadis, quæ est secundæ Ciliciæ vrbs, quam nunc Irenopolim vocant. Et cu D his Theonas Marmaritanus, & Ptolemaidis Ægypti Secudus, Apostolicis resistentes dogmatibus, Arium defendebant: dictantes enim fidei petitionem, cœtui communi dederunt. Quæ cum lecta fuisset ab vniuersis, repente disrupta est, & adultera fraudulentáque pronunciata. Turba siquidé & tumultu contra eos ab omnibus habitis, cunctisque proditionem ab eis factam accufantibus pietatis, formidantes surrexerunt, & primi Arium abdicarunt, excepto Secundo & Theona. Cùm er go fuisset impius ille destructus, concorditer vniuer si fidem gloriamque dictantes, quæ hactenus in ecclesis permanet, & subscriptionibus roborantes soluère concilium. Dolose tamen & nó salubriter prædicti viri in fidei termino consenserunt, vt testantur tam quæ postea ab eis machinata sunt contra pietatis propugnatores, quàm quæ ab ipsis conscripta noscuntur.

Relatio Eustathy Antiocheni de Nicano concilio. CAPVT VI.

E Vstathius itaque Antiochenus episcopus, cuius primitus memini, hæc de eis retulit, doces quæ facta funt, eorúmque redarguens blasphemiam, vbi illud etiam Prouerbiale interpretatur eloquium: Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Pergo itaque iam hinc etiam ad ea quæ gesta sunt. Cum igitur propter hæc fynodus maxima in Niceam venisset vrbem, & quæreretur fidei modus, aperta quidem impudentia Eusebius blasphemiæ scripturam protulit, quæ coram omnibus lecta, repente cladem importabilem caussa divisionis audientibus irrogauit, confusionem tamen incurabilem suo prouidit autori. Cúmque officina capta fuisset, indubitanter Eusebij, disrupta iniquitatis scriptura in co spectu omnium, quidam ex tractatu nomen expo nentes pacis, compescuerunt omnes iustam querimoniam facientes. Ariani autem metuentes, ne congregato in idem tanto concilio pellerentur, exilientes anathematizauerunt interdictum Arij dogma concorditer subscribentes literis, suaque F manu consentientes, & similiter se sicut omnis sy nodus, sapere profitentes. Cúmque præsulibus (vt ita dicam)mala calliditatis arte preualuissent, qui magis debuerant agere pænitentiam, tunc quidem latenter, postea verò clarè damnatas cœperunt allegare sententias, sape ponentes insidias eis quibus videbantur esse conuicti, volentésque zizaniorum germina + radicare. Et tunc timentes declinantésque tanti concilij cognitores, occultè postea pietatis prædicatores de bellare tentabant. Sed non credimus homines fine Deo pofse præualere contra sacram adorandámque legé, euangelicamque doctrinam. Nam licet ad modicum roborentur, rursus fortiter & magnificè deuincuntur, secundum prophetam gloriosæ vocis Esaiam. Hæc itaque magnus Eustathius.

> Relatio Athanasij ad Aphros. CAPYT YII.

Vius autem concertator & veritatis propugnaculi turris Athanasius successor Alexadri

Euftathi

Prescrb.1.c

Ensebiu Ni

netu (ubsti

A celeberrimi præsulis, quando scripsit ad Aphros,

etiam hæc adiecit: Conuenientes enim episcopi

E

studuerūt verba quidem impietatis ab Arianis inuenta perimere, hoc est, ex non existentibus, & quod dicebant, creaturam & facturam filium: &, Hebr.LA Tibellus Pa foru,qui eexiat.

Ex Deo, id

eft,ex substă

† Eruca.

Pfal.45.6

Pfal.35.c

loan.10.f

fuit aliquando, quando non fuit: &, quia mutabilis est naturæ. Scripturarum verò manifestas pofuere dictiones, quia exDeo filius naturaliter vnigenitus est, verbum, virtus, sapientia sola patris, Deus verus, sicut Ioannes ait. Et sicut scripsit Pau lus, splendorem gloriæ, & figuram substantiæ docens esse filium patris. Qui verò circa Eusebium erant, propria tracti væsania loquebantur alterutris, & dicebant: Consentiamus, nam & nos ex DEO sumus. Vnus enim DEVS ex quo omnia: &, Vetera transierunt: ecce omnia noua ex D E O funt facta. Cogitabant auté &illud quod in Pastore conscriptum est: Primum omnium crede, quia vnus est DEVS, qui creauit vniuersa arque perfecit,& costituit ex non extante vt sint.Porro alij episcopi malitiam videntes illorum, & pessimam impietatis artem, apertius &, vt ita dicatur, manifestius dixerunt ex DEO, id est, conscripserunt ex substantia patris esse filium. Vt creature quide, eò quòd non habeant à semetipsis vt sint, sed habeant principium existendi, dicantur à DEO: filius autem solus proprius ex substantia credantur patris. Hoc enim proprium vnigeniti est, & veri verbi patris.Hæc itaq, fuit occasio, vt ex substantia diceretur patris. Rursus autem requirentibus episcopis paucos eorum qui Ariani esse putabantur, an dicerét filium non esse creaturam, sed virtutem & sapientiam solam patris, & imaginem sempiternam, & indissimilem per omnia patri ac DEVM verum, capti sunt qui circa Eusebium innuentes alterutris, quia & hæc veniunt etiam ad nos: Nam & nos, inquiunt, imago & gloria dicimur Dei. De nobis enim & dicitur & dictum est: Semper enim nos qui viuimus, & virtutes multæ funt, & egressa quidem est omnis virtus DEI ex terra Ægypti. + Campa quoque & locusta dicitur virtus magna, & rursus: Dominus virtutu nobiscum. Sed etiam proprij nos Dei sumus. Habemus hoc non simpliciter, quando & fratres vocauit nos. Si autem & verum Deum dicunt filium, non nos contristat. Factus enim verus est. Hec est Arianorum corrupta mens. Sed etiam hic episcopi videntes eorum dolum, collegerunt ex scriptu ris splendorem, fontem, & fluuium, & figuram ad substantiam pertinere. Et illud: In lumine tuo videbimus lumen. Et: Ego & pater vnum sumus. Et clarius iam ac breuiter conscripserunt cosubstan tialem patri filium. Omnia nanque prædicta hanc significationem habet. Murmuratio siquidem eorum, quasi verba hæc nó fuissent ex scripturarum

autoritate prolata, per eos quoque inanis esse có uincitur. Ex non scripto nanque ipsi impiè proferentes, quippe quod nusquam penitus inuenitur, ex non extantibus: &, fuit aliquando, quando no tuit, alios culpant: propterea ex non scriptis sermonibus, piè tamen intellectis damnati sunt. Ipsi nanque veluti de stercore + reperientes, hæc ve † repentes. rè de terra locuti sunt. Verű episcopi non sibimet

adinuenientes verba, sed habétes hæc à patribus,

testimonia conscripserunt. Veteres enim sacerdo

tes ante eos, penè centum triginta magne Romæ

ciuitatisque nostra, accusauerunt omnes qui di- D cút facturam aut creaturam esse filium, & nó con substantialem patri. Et hoc sciebat Eusebius Cæ " fariensis episcopus, qui primum defendebat Aria- ... norum sectam, nouissime verò subscripsit Nicæ- " no concilio. Scripsit autem & ciuibus suis, confir- » mans quia & antiquorum aliquos doctos & illustres episcopos & conscriptores agnouisset, nomi ne cosubstătialitatis vsos în patris & filij deitate. Ilti ergo concilium metuentes, expositæ sidei cosenserunt, secundum Prophetæ increpationem, dicentis: Populus hic labijs me honorat, cor auté eorum longe est à me. Theonas autem & Secundus nolentes adquiescere, condemnati sunt. Postea verò in concilium venientes, viginti conscripserunt de couersatione ecclesiastica sanctiones.

SOCR ATES.

#### De Sabino Macedonianorum episcopo. CAPVI VIII.

S Abino itaque no credamus, qui eos idiotas vo cauit & îperitos. Sabinus enī Heracleiæ Thra censis Macedonianorum episcopus, habita conge stione eorum, quæ per diuersa concilia sacerdotú ex scripto prolata sunt eis qui in Nicæa conuene runt, velut idiotis & simplicibus derogauit, non sentiens quoniam & ipsi Eusebio cum multa probatione profitenti fidem, velut idiotæ noscitur derogare. Et aliqua quidem volens præteriit, aliqua verò mitigauit, cuncta tamen secundú propriam sumpsit intentionem. Et laudat quidem táquam fide dignum testem Eusebium Pamphili, laudat simul & principem, tanquam ea quæ sunt Christianorum dogmatizatem. Culpat autem expositam in Nicæa fidem, tanquam ab idiotis & ni hil scientibus traditam:& quem velut sapientem & line mendacio testem vocare cosueuit, eius voces sponte contemnit. Ait enim Eusebius: Quia ex viris Dei Nicçæ couenientibus, alij quidem sapientiæ sermone micuerunt, alij continentia vitæ laudati funt: & quoniam Imperator præfens omnes ad vnitatem suam concordes & consectatores esse perstruxit. Sic ergo contraria dicta Sabini, F necnon Eusebij atque consortum eorum sibimet agnoscuntur. Et si quidem alicubi opus fuerit, de Sabino memorabimus. Cócordia ergo fidei à magno in Nicæa prolatæ concilio, ab Eusebio clara voce laudata, hacest.

> De side Nicani concily . CAP. IX.

Redimus in vnum DEVM patrem omnipotentem, omnium visibilium inuisibiliumque factorem.Et in vnum dominum I E S V M CHRISTVM filium Dei natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo verò, natum nó factum, consubstantialem patri, per qué omnia facta sunt, & que in cœlo, & que in ter ra. Qui ppter nos homines & propter nostrá salu té descédit, & incarnatus & homo factus est, passus,& resurrexit tertia die,& ascendit in cœlos& venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiri Mat. 15.4 &Mar.7

FulchimC4

fariensis,

Fides Nica ni concilÿ.

Ariani qui

nolebant &-

Models roce

resipere.

A tum fanctum. Dicentes autem: Erat, quando non erat:aut,non erat antequam fieret:aut,quia ex nõ extantibus factus est : aut, ex altera substantia vel essentia dicentes esse: aut, creatum aut couertibilem filium Dei, hos tales anathematizat catholica & Apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidem, trecenti quidem decem & octo & agnouerunt & amplexi funt.Et(ficut ait Eufebius)cofonantes & vnanimes in scriptis explanauerunt. Quinque ve rò folummodo nó receperunt, verbum confubstantialitatis reprehendentes, Euseblus Nicomediæ Præsul, Theogonius Nicenus, Maris Chalcedonensis. Theonas Marmaricenus, Secundus Pto lemaidis, dicetes consubstantiale esse quod ex ali quo est, aut ex partitione, aut ex decursione, aut ex platatione quidem, sicut ex radice germen: ex decursione verò, sicut paterni filij : ex partitione autem, ficut ex massa aurea anuli duo vel tres . Secundum nullum autem horum, inquiunt, & filius Dei.Propterea ergo dicebant in fide nó esse con sentiendum. Plurimum siquidem verbo consubstantialitatis derogantes prædicti viri, in Ariana depositione subscribere nolucrunt. Ideoque synodus Arium, & consectatores eius anathematizauit omnes, adiiciétes neque accedere eu in Ale xandriam. Præceptúmque principis repente eundem Arium & qui circa Eusebiū, & Theogoniū, & qui cum eis, exilio deportauit.

Quomodo Eusebius & Theogonius dato pænitentia libello recepti sunt. CAP. X.

L Vsebius igitur & Theogonius post modicum tempus exilij, libellum pænitentiæ porrigentes, in side Cósubstantialis cósenserunt, quod declarabimus procedentes. Tunc autem in synodo Eusebius cognomine Pamphili & Cæsaræ Palæstinæ sortitus episcopatum, paululum animaduertens atque consyderans, vtrum oporteret suscipiterminum sidei, vnà cum aliis omnibus, hoc est, vniuersa multitudine cósensitatque subscripsit, necnon & populo sub sua diæcesi constituto scripsit terminum sidei, & vbique destinauit, sermonem subtiliter consubstantialis interpretatus, vt nequaquam penitus suspitionem aduersam de eo quisquam habere potuerit. Sunt autem quæ ab ip so Eusebio conscripta sunt huiussmodi verba.

Epistola Euseby Pamphili deside Niceni Concili ad Palestinos. CAP. XI.

Eusebs<sup>9</sup> Ca farien.<sup>3</sup>µ08ols vocabulü subsiliser interprotatur. Matt.28.d A Rbitramur & vos dilectissimi etiam aliunde didicisse, fama consueta præcurrere perfe ctum de his quæ gesta sunt sermonem. Sed ne ex huiusmodi auditu veritas vobis aliter nuntietur, necessariò misimus vobis primu quidem scripturam à nobis de fide "ppositam. Nam & Dominus noster ad prædicandu discipulos suos mittens, ait: Eutes docete omnes gentes, baptizates eos in no mine patris, & filij, & spiritus sancti. De quib & affirmamus ita habere & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse & ita sapuisse, & vsque ad mortem pro hac instare fide, anathematizantes omne sine Deo heresim, hec omnia ex corde sapuisse & anima, ex quo nouimus nosmetipsos, & nunc sapere & dicere coram omnipotente Deo &domi-

no nostro Iesu Christo cu veritate testamur, osté- D suri probationibus & satisfacturi vobis, quia & præteritis temporibus ita credidimus & prædicauimus. Hac autem à nobis exposita side, nulli reli-Aus est resistendi locus. Sed & ipse primus Deo amabilis Imperator noster, rectissime eam habere testatus est,& sic etiam se professus est sapere: & in hac omnes cosentire & subscribere, & in his dogmatibus cocordare præcepit, vno folummodo scripto & inserto cosubstatialis verbo. Quòd etiam ipse interpretabatur, dicens, quia no secundum corporeas passiones cosubstantialis dicitur, neg; secundum divisionem, neque secundu quan dam decisionem ex patre subsistere. No enim pos se naturam sine materia intelligibilem incorporeamq; corporalem aliquam subsistere passione, sed sacris quibusdam ineffabilibusque rationibus magis intelligendam. Et sapiétissimus quidem atque piissimus Imperator ita philosophabatur. Fidei ergoexplanatione dictata, quemadmodum ab eis dictum sit ex substantia patris, & patri consub stantialem nó est sine examinatione derelictum. E Cosultationes enim & responsiones deinde mouebantur, & mens perscrutabatur dictorum sensum. Et hoc ergo quod aiebat de substantia costabat apud eos significatiuumquidem esse ex patre, non tamen tanquam partem esse patris. Propterea nobis quoque videbatur bene se habere', vt mente cosentiremus piæ doctrinę dictanti ex patre filium esse, nó tamen partem eius esse substan tiæ. Quapropter & nos mente consensimus, neq; vocem Colubstantialis refutantes, posita prę ocu lis nostris pacis intentione, & ab intellectu rectif fimo nó cadentes.Secundum hoc etiam natum & nő factum suscepimus:quoniam factum commune esse dicebant opus reliquarum creaturarum fa Carum per filium, quarum nihil simile habere filium contemur & prædicamus. Vnde no eum esse facturam dicimus, quod cogruit his quæ per eum facta noscuntur, sed superius quam facturæ, totius esse substantie, quam ex patre natam diuina docere videntur eloquia, modo quidem generationis inenarrabili & incogitabili existéte vniuersæ naturæ factę. Sic auté & cosubstantialem esse patri fi F lium ratio examinata cognoscit, nó secundú corporum modum, neque mortalibus animalibus, pximum. Nam neque per diuisionem substátie, neque perfectioné aut mutationem paterne substátiæ vel virtutis. His enim omnibus ingenita natu ra patris extranea est. Sed predicandu est esse con substantiale patri filiu, eò o nullam aqualitate ad creaturas factas Dei filius habeat, sed soli patri ge nitori per omnem modum sit similis, & no sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex patris. Quod etiam ipsum hoc modo interpretatum bene se habere visum est ad consentiendum: quoniam &priscorum episcopos aliquos conscriptores eloquentes & nobiles agnouimus in patris & filij Peoderia (id est, diuina ratiocinatione) nomine colubstantialis vios. Hæc itaque de exposita side sint dicta, in qua vniuersi consensimus, no sine animaduersione, sed secundu sensus expositos coram ipso Deo amabili examinatore imperatore& predictis rationibus cocordantes anathematismú post fidem in eis prolatum sine tristitia esse credimus, eò o nó scriptis vti vocibus, phiberet. Vnde

LIB. II.

Melitio pote stas episcopa lu adempta.

Nota anti-

qui morem

A penè omnis facta est confusio & indisciplinatio cunctis ecclesiis. Nulla siquidé scriptura divinitus inspirata dicéte, ex nó extátibus: aut fuit aliquádo quando non fuit, & reliquis quæ proferebat, irrationabile nobis visum est hæc dicere vel docere. Quoniam neque priore tempore huiusmodi con sueuimus vti sermonibus. Hæc vobis necessariò scripsimus dilectissimi, iudicium nostræ examinationis ac confensum vobis significantes. Et quàm rationabiliter tunc quidem, quoniam nos scripta quadam modis aliis offendebant. Postea verò indubitatè ea que erant, sine contristatione suscepimus. Quapropter magnanimiter nobis sensum verborum discutientibus, placuit concordare in his quæ à nobilipsis in sides expositione confessa funt.

Hæc itaque Eusebius Pamphili in Cæsariam Pa læstinæ, literis explanauit. Alexandrinæ verò ecclesix, Ægyptiacis, & Libyx, & Pétapoleos, & que vicinæ sunt, hæc scripsit communi decreto Concilium.

THEODORITYS.

В

Litera Ni-

cena Synodi

ad Alexan-

drines & Ae

Arius cum

fun sectatori

bu dā paru

Zyf tios.

Epistola Nicani concily ad Alexandrinum & Ae. gyptum destinata. CAP. XII.

SANCTÆ MAGNÆQVE DEI GRA tia Alexandrinæ ecclesię, & dilectissimis fratribus per Ægyptum, & Libyam, & Pentapolim constitutis, congregati & magnam sanctamque fynodum Nicax celebrantes episcopi in Domino salutem.

Voniam Dei gratia &Deo amantissimi prin cipis nostri Costant.cogregatis nos in vrbe prædicta ex prouinciis diuersis & ciuitatibus,magna sanctaque synodus celebrata est, omnimodis necessario visum est, ab hoc sacro sanctóque con cilio, etiam ad vos literas destinari, vt noueritis quæ quidem mota & examinata, quæ verò placuerint atque firmata sint. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia & iniqua & sine deo dognata Ārij, atque confentientium, sub præsentia Deo C amantissimi Imperatoris nostri Constantini, & omnium decreto complacuit anathematizari impiam eius sectam, & iniqua & sine Deo verba, simul & nomina quibus vtebatur, filium Dei blafphemans & dicens ex non extantibus esse. Et iterum:Fuit aliquando,quando non fuit.Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? & pro libero arbitrio malitiæ atque virtutis capabilem filium Dei dicentis, & creaturam nominatis eum atque facturam. Hæc igitur omnia fatua & anilia, & blasphema anathematizauit sanctum & vniuersale concilium, & nec vsque ad auditum impie sectæ atq; furoris huius, aut intellectum iniquorum sensum accommodauit. Ea quidem quæ de illis gesta sunt, qualem terminum habuerint, omnia iam aut audistis, aut audietis, ne nos fortè videamur viro obloqui, propter delictum suum improperia digna portanti. Tantum enim valuit eius impietas, vt etiam Theonas Marmaricenus, & Secundus Ptolemaidis ea + potirentur. Idem enim & illi damnati funt . Sed quoniam ineffabilis gratia Dei illas quidé malas fectas, & blasphe-

mias, & discordiam, & audaciam personarum, & D diuisionem prædicta commotione destruens libe rauit Ægyptum, relinquebantur autem quæ per petulantiam Melitij gesta sunt, & eorum qui ab eo sunt ordinati, etiam ex hac parte quæ placuerint synodo, vobis insinuamus charissimi fratres. Placuit ergo Melitium quidem clementi concilio (du subtili veraq; ratione nullam venia mereretur)manere quidé in propria ciuitate, nullá verò omnimodis habere potestatem, neq; eligendi, neque ordinadi, nec in prouincia, nec in qualibet ci uitate videri, purumque nome tantummodò possidere. Eos autem qui ab ipso sunt constituti, my stica ordinatione firmatos habere honorem &mi nisterium, vt tamen sequentes sint modis omnibus vniuersorum in singulis parœciis & ecclesiis à charissimo comministro nostro Alexandro con secratorii: & vt his nulla potestas sit placitos sibi eligere, aut nomina eorum præferre, aut omnino aliquid agere præter voluntatem ecclesiæ catholica Pratulis Alexandri. Gratia nanque Dei & orationibus vestris in nullo schismate repertos, sed E , fine macula in Catholica & Apostolica Ecclesia permanentes, dignum est potestatem habere &c-ligendi quemlibet, & nomine corum dandi, qui clero sint digni.:& absolute facere omnia secundum legem & sanctiones ecclesia. Si quem verò contigerit requiescere in ecclesia, tune prouehi in honoré defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, folummodò si videantur digni, & populus eos elegerit, condecernente simul & designante maxim a Alexandria ciuitatis episcopo. Hoc itaque aliis quidem concessum est omnibus. In persona verò Melitij nequaquam eadem placuerunt propter priorem indisciplinationem eius, & procacitates eius, ac petulantiæ voluntatem, ne vlla daretur autoritas vel potestas homini, qui posset rurfus eafdem indifciplinationes instruere. Hæc funt præcipua & competentia Ægypto, & sanctis simæ Alexandrinorum ecclesiæ. Ši quid autem aliud ordinatum est aut dogmatizatum, præsente domino atque charissimo comministro & fratre nostro Alexadro, ipse præsens vobis poterit subtilius aperire, tanquam autor gestorum, & communicator existens. Euangelizamus autem vobis F & de consonantia sanctissimi paschæ, quia vestris orationibus est correctum etiam hoc opus, ita vt omnes Orientales fratres, qui cum Iudæis primitus celebrabant, consonè cum Romanis & vobiscum,& cum omnibus ab initio Pascha custodien tibus, ex hoc tempore debeant custodire. Exultan tes itaque in his quæ gesta sunt,& in communi pa ce atque concordia,& in eo quod omnis radicitus hæresis est auulsa, cum maiori honore & ampliori charitate suscipite comministrum nostrum, vestrum pontificem Alexandrum, qui nos præsentia sua lætificauit, tantúmque laborem pro pace vestra etiam in hac ætate sustinuit. Orate simul & P nobis omnibus, vt quæ bene placuerunt, firma permaneant per Dominum nostrum I E S V M CHRISTVM, secundum bonam voluntatem facta(ficut credimus)DEI & patris in spiritu sancto, cui est gloria in secula. Amen.

tion: pafiha

De obserua-

viercutor.

A TRINITAS CONSVBSTAN-

SOCR ATES.

Quod Nouatianorum episcopum Acesium euocarit Constantinus ad concilium. CAP. XIII.

X hac igitur epistola synodi manifestum est, quòd non folùm Arium & confortes eius ana thematizauerint, sed etiam verba sectæ ipsius: Et quod de pascha cócordantes, hæresiarcham Melitium susceperint. Mouet autem me feruor im peratoris, etiam ex aliare eius voluntatis habere memoriam,& quemadmodum pro concordia co gitabat. Habens enim prouidentiam pacis ecclesiarum, vocauit ad synodum & Acesium Nouatianorum religionis episcopum. Postquam ergo scripta & subscripta est à concilio fidei definitio, requisiuit imperator Acesium, an & ipse consentiret in fide & Paschalis definitione festiuitatis. At B ille: Nihil, inquit, noui ô Imperator synodus definiuit. Sic enim olim & à temporibus Apostoloru ipse percepi, & terminum fidei, & tempus Paschalis festiuitatis. Porrò denuò Imperatore requiren te: Cur ergo te à communione separas? Ille ca que sub Decio gesta sunt persecutionis tempore, replicauit,& lubtilitatem acerbissimæ regulæ dedu xit ad medium, quòd non oporteat cos, qui post baptisma peccant, peccato quod ad mortem esse scripturæ diuinæ pronuntiant, communicatione facramentorum fieri dignos: sed inuitandos quidem ad pænitentiam, spem verò remissionis non à sacerdotibus, sed à Deo solummodo sustinere, qui potestaté habet peccata remittere. Hæc cùm dixisset Acessus, imperator ait: O Acess, pone scalam, & si potes ascende solus in cœlum. Hac nec Eusebius Pamphili, nec alij dixerūt. Ego verò audiui à viro nequaquam métiente, qui & valde senex erat,& tanquam qui vidisset ca quæ fuerat in Concilio gesta referebat.

SOZOMEN**ys.** 

Quod Canones ecclesiafici in Nicaa conscripti sint, & de Vicennalibus Constantini.

CAPVT X 1111.

Canones Ni cani concilÿ.

C

Synodus autem corrigere volens hominum vitam, & in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas Canones appellamus. In quorum tractatu videbatur aliquis introducere legem, vt episcopi,& presbyteri,diaconi & subdiaconi,cum co iugibus quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, concubitum cum propria coniuge. Suasitque concilio ne talem po nerent legem, grauem asserens esse caussam, quæ aut ipsis, aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nu ptiarum esset inexpertus, exposuit. Synodúsq; lau dauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in vniuscuiusque voluntate, no in necessitate dimisit. His à concilio ita dispositis, con-

tigit Vicennalia Constantini principis prouenire.

De cælibatu Sacerdotum.

Vicennalia Confrantino Aug. An.do.329. ECCLESIAST.

Et est consuetudo Romanorum, vnumquodque D decennium imperatorum, publica deuotione cele brare. Opportunum ergo iudicans Constantinus, inuitauit tunc ad couiuia synodum, & donis competentibus honorauit. Admonitosque de concor dia sidei, & communi inter alterutros pace, petita ab eis oratione, valedixit vniuersis in Nicæa, scribens absentibus quæ fuerint in concilio celebrata, & inuitas vt ab omni discordia recedétes, concordaret in exposita concilij side, quæ nihil aliud nisi Dei sententia videretur ex consonantia tantorum & talium sacerdotum sancto Spiritu costituta, & post inquisitione subtilissima & animaduersionem dubitationum omnium comprobata.

SOCR ATES.

Epistola Constantini de Ario & scriptis eius. CAPVT XV.

VICTOR CONSTANTINVS MAximus Augustus, episcopis & populo. E

Malignos & impios Arius imitatus, dignű est vt illorum quoque fuscipiatyltionem.Sicut ergo Porphyrius, diuina pietatis inimicus, iniqua volumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, per qua in posteru esser opprobrium, & plurima compleretur infamia: & nuc placuit Arium & cosectatores eius vocari Porphyrianos vt quorū mores imi tati sunt, corum vocabulo perfruantur. Super hec autem, si qua conscriptio ab Ario facta reperitur, igni tradatur, vt no solum praua eius doctrina depereat, sed neque vlla eius possint remanere com menta. Hoc etiam præcipio, si quis coscriptiones . Arij cælasse comperitur, & non repentè proferés, igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim vt in hoc fuerit captus, capitalem susci piet vltionem. Deus vos custodiat.

THEODORITYS.

Epistola ad Eusebium Palastina de confectione sacroru F librorum & de repurgatione dominici sepulchri. CAPVI XVI.

VICTOR CONSTANTINVS maximus pius, Eusebio.

√ T in nostri nominis ciuitatecognouim<sup>9</sup>,SaluatorisDei nostri prospiciente solatio, maxima hominum multitudo sanctissimæ se dicauit ec clesiæ, vt hoc cremento valde proficiente, dignű esse videatur etiam ecclesias in ea plures ædificari. Quapropter quod visum est nostræ voluntati, ac decuit nos tuæ notum facere sapientiæ, quatenus quinquaginta mébranaceos codices bene có fectos, & ad vsum habiles, ab artificibus antiquariis,& perfectè artem scientibus scribi præcipias diuinarum videlicet scripturarum, quarum maximè confectionem & vsum necessarium ecclesiis esse nosti. Missæ sunt enim literæ à nostra trăquillitate ad prouinciæ Iudicem, quatenus omnia cofectioni eorum necessaria prebere curet. Vt enim citius codices confcripti conficiantur, erit opus di

Publica ve. A ligentiæ tuæ. Ná & duo publica vehicula ad deferédos eos ex autoritate rescripti nostri te pcipere couenit. Sic enim & maxime bene conscripti vsque ad nostrum perducétur aspectum, vno videlicet tuæ ecclesiæ hoc exequente diacono: qui dū ad nos venerit, experietur nostræ munificentiam pietatis. Deus te custodiat frater charissimè.

Sufficiant quidem hac ad conficiendum, magis autem apertè noscendum, quemadmodú celeber rimus Imperator suum studium circa sacra constituerit: Attamen adiiciam, quæ etiam circa salutare sepulchrum gesserit. Agnoscens enim quoniá elati & circa culturam bacchantes idolorum, sepulchrum domini sordibus operuerat, obliuione tra dere cotendentes memoriam salutarem & desuper templum ædificauerant luxuriosissimæ dæmo nis,id est, Veneris, vt illic virginum cantibus insul taret, præcepit destrui sceleratissimum templum, ipsumque puluerem funestis sacrificiis violatum eiici,& procul à ciuitate dispergi, deinde sacrariu ædificari Deo,maximum atque pulchrű:sicut de-B signatur ex eius epistola ad Macarium ipsius ciuitatis episcopum destinata.

SOCR ATES.

Libellus pænitentia ab Eusebio & Theogonio datus CAPVT XVII.

Víebius igitur & Theogoni<sup>o</sup> pænitétiæ libel lú íummis episcopis mittétes ab exilio reuoca ti sunt Imperiali præcepto, & suas ecclesias receperut expellentes eos, qui in ipsoru locis fuerant ordinati, id est, Eusebius Amphionem, Chrestum verò Theogonius. Cuius libelli exemplar hoc est: Dudum quidem ante iudicium codemnati à reuerentia vestra, patieter ferre, que decreta sunt à san cto vestro cócilio debuimus. Sed quia nimis abfurdum est, cotra nosmetipsos dare calumniatoribus de taciturnitate probationem, propterea referimus, quoniam nos & in fide vnà cucurrimus &sensum examinantes de Cosubstantialitatis ser mone cúcti pacificati sumus, nequaquam sequentes haresim, sed comemorates ad cautelam eccle siarum, que nostræ subueniebant menti. Et satisfa cientes eis, quibus per nos suaderi debuerat, in side subscripsimus. Anathematismo autem no subnotauimus, no tanquam fidem accusantes, sed vt velut no credentes talem esse eum, qui fuerat accusatus, certi de eius missis ad nos epistolis, & inter nos disputationibus habitis. Si igitur satisfactum est sancto vestro concilio, non reluctantes, sed cósentientes decretis vestris, etiam hac cóscri ptione satisfacimus vobis, no exilium grauiter fe rentes, sed suspitionem abiicientes hereseos. Si enim dignamini nunc in vultu vestro nos recipere, habebitis in omnibus cosonantes & vestra sequentes pariter costituta, quando etiam eum qui in his accusatus est, placuit vestræ reuerentiæ clementiam promercri atque reuocari. Absurdu nãque est,si is qui putatur esse reus,reuocatur ad satistaciendum in quibus ei derogabatur, vt nos co tra nosmetipsos præbeamus per taciturnitaté increpationis + iudicium.Dignamini ergo sicut co uenit vestræ venerationi, & Deo amantissimum principem comonere, & preces tractare nostras,

wiss ad episcopos mise- C rent.

Libellus pa nitentiz que Enfebius Ni

comedien(is

Theogo

† indicion.

LIB. II.

& velociter de nobis que vobis coueniunt, cogi- D tare. Hic quide libellus est reuersionis Eusebij & Theogonij. Ex verbis auté eius coniicio, quia isti quidem dictatæ fidei subscripserunt, damnationi verò Arij consentire noluerunt. Ex quo & Arius ante istos reuocatus agnoscitur. Sed licet hoc ita se habere videatur, tamen Alexandriam accedere prohibitus est. Hoc autem ostenditur ex eius cogitationib9 quas postea molitus inuenitur, figméto pœnitentiæ suæ:sicut opportunè patesiet.

De dedicatione & ornamentis ciuitatis, & de cultu Hierofolymorum & ligno crucis , atque claus quibustransfixus est dominus. CAP. XVIII.

Mperator îterea post Cociliu degebat lætus.Ce lebrata ergo festiuitate publica Vicennaliű suorum, mox ad erigendas ecclesias festinus accessit. Hócque faciebat per singulas ciuitates, & in vrbe cognominis sui.

SOZOMENYS.

Nam cùm ei omnia prosperè cederét, ppriam E voluit habitare ciuitaté. Veniénsque ad campum ante Ilium positum iuxta Hellespontum super Aiacis tumulum, vbi Achiui contra Troiam pugnates habuerűt castra, ciuitatem designauit, portásque fecit quæ hacten' videntur a nauigantibus. Hæc agenti, per noctem Deus apparuit, monens vt alium quæreret locum, eúmque monens ad By zantium Thraciæ,illic eum habitare iußit.

SOCR ATES.

Quæ cum prius Byzantium vocaretur, auxit, & maximo eam muro circundedit.Et diuersis ornatam fabricis æquam Imperiali Romæ costituit. Et denominatam Costantinopolim, appellari secun da Romam lege firmauit, sicut lex ipsa in mar morea + platona noscitur esse coscripta, &in Stra tegio iuxta equestrem statuam eius constituta. In hac quoque ciuitate duas quidem edificauit eccle sias, quarum vnam nominauit Irenen, aliam verò appellauit Apostolorum. No solùm autem sicut di F xi, auxit Constantinus Christianorum dogmata, fed iam Paganorum templa destruxit. Simulachra nanque ornata pubicè in Costantinopolitana vrbe proposuit. Et tripodas Delphicos in Circo ad spectaculum dedit, quæ cum ipso videantur aspectu superfluè referuntur.

Interea mater Imperatoris Helena (cui cognominem vicum Drepani princeps ciuitatem dicauit Helenopolim)admonita per somnum ad Hierosolyma pperauit, & quondam Hierusalem, defertă sicut pomorŭ custodiă inueniens, requisiuit sepulchru christi. Quod licet difficillime, taméin uenit. Ita repentè templum illud scelestissimum deiici iussit. Et palam facto domini monumento, apparuerunt circa id suffossæ tres cruces, & claui, fimul & titulus, literis Hebraicis, Græcis Latinisque conscriptus: Iesus Nazarenus rex Iudxorum.

SOZOMENYS.

Dicitur auté quia iam mortuus crucis tactu sur rexerit. De hoc ligno Sibylla dixit apud paganos: O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est.

Sibylla vati Luo cencis.

Byzantium An.do 333. Constantine

Vicennalia

Collantini.

† columna.

Helepopolis Helena vadit Hierofo Tres cruces, Claui. An. do. 325. A Tunc ergo quæ crux esset domini, quæ latronum, dubitare cæperűt. Proinde Macarius, ciuitatis prę sul, huiusmodi tractatu dubitationem soluit: Mulieri nanque nobilitate claræ soga ægritudine sati gatæ vnam illarum crucium cum oratione promptisima adhibens, virtutem saluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem crux attigit, passion é sæuissimæ ægritudinis essugauit, & sæminę salutem restituit.

THEODORITYS.

Helena clanos galea & freno fily sui Constantincludie. Zach.14.d

B

Sic itaque mater Imperatoris quod cupiebat agnoscens, de clauis quidem quibus manus Christi fuerant perforatæ, alios in galeam immisit Impe ratoris, filij capitis, puidentia gerens vt iacula bel lica submoueret: alios freno equino inseruit, & cautelam imperatoris agens, & veterem prophetiam adimplens. Olim enim Zacharias clamauerat propheta, dicens: Et erit quod in freno est, san ctum Domino omnipotenti. Salutaris verò crucis partem quidem aliquam Regalibus distribuit.

SOCR ATES.

Quam Constantinus suscipiens, & credens saluari ciuitatem vbi hæc particula seruaretur, in sua statua (sicut fertur) in foro Costatini posita super columnam Porphyreticam deuotè condidit.

THEODORITYS.

Reliquam verò partem in argentea theca claufam ciuitatis tradidit facerdoti. Et vndique cógre gans artifices maximas illic ornatásque ædificauit ecclesias. His ita gestis cóuiuio exhibito virginibus facris, & ipsa ministerium ancillæ geres, vltra octogesimum annum ætatis ages, & his similia faciens rediit ad filium. Et cum lætitia transiuit à seculo, multa filio pietatis mandata committens, no uissimis benedictionibus adimpleto.

SOCR ATES,

Helena mo C vitur. µovoxlat. Cubitus. vanoµizziop Post hæc igitur Imperator curá maximá Christianorum habés, Paganorum superstitiones aucr sabatur: remouit que \*\*wou\*\*axi\*\*ax\*; & suas imagines in templis poni præcepit, & Cubitum quo mensu ratur Nilus nő iam in templű Serapidis annis singulis, sed in ecclesias portari sanciuit.

SOZOMENYS.

† edificējs

In omnibus itaque volens similem monstrare Romæ Cóstantinopolim, frustratus non est. Nam & + corporibus & diuitiis maior esfecta est. Qd ideo prouenisse credo propter amorem Dei, qué ciuitas gerit & habitatorú circa indigentes auxilium. Intantum náque sidei creuit, vt multi quidem Iudæorum ciuium, Pagani verò penè omnes, christianam illic concrerentur ad sidem. In qua vrbe crescente, quo tempore religio noscitur ampliata, neque aræ, neque Pagana templa, aut sacrificia facta sunt, niss sub Iuliano breui tempore: quod mox probatur extincum. Hanc igitur tanquam nuper conditam Christi ciuitatem, Constantinus suo nomine dedicauit, multis eam & magnis exornans ecclesis. Iuuabat diuinitas Imperatoris vo

ta,& apparitionibus multis indicabatur,quia fanctæ falutarésque essent que illic ædificabantur ecclesiæ

De loco vbi Vesta olim colebatur, & nunc archangeli Basilica stat, & de miraculis qua ibi pro Christi nomine celebrantur. CAP. XIX.

Nignis itaque locus ex illo tempore claruit pe regrinis & vrbicis, vbi olim quidem Vesta colebatur, postea verò ecclesia facta est, qui locus nuc Michaelum nuncupatur, in dextera politus parte nauigantium à Ponto Costantinopolim, distas ab ea nauigio quidem stadijs ferè trigita & quinque: per terram verò circumeuntibus omnem sinum, víque ad septuaginta & amplius tenditur. Sortitus est igitur is locus appellationem nuc vsque seruatam, eo quòd illic manifestè cernitur apparere Mi chael diuinus Archangelus: quod etiam ego iutus eximie verum esse cofirmo. Ostedit igitur hoc ita esse etiam multis alijs virtus diuina per ipsaru retum experimenta. Quidam enim in caussas diffici les aut ineuitabilia pericula, alij verò in láguores E aut ignotas passiones incidentes, illic supplicates Deo, liberari promeruerunt. Sed quæ singulis & quomodo illic miracula cotigerint, narrare longu est. Quæ verò prouenerint Aquilino nobis noto & in caussis forésibus socio, partim ab eo audies, partim ipse cognoscens necessario pandam. Cum cum ardentissima febris rubris choleris mota coprehendisser, æstuanti poculum dederunt medici, quod euomuit: móxque cum vomitu diffusæ cho leræ superficiem vultus eius simili sui colore tinxerunt. Quamobrem quicquid comederet & biberet, euomebat. Cúmque hoc diu pateretur, nec esca ad nutrimenta proficeret, harebat ars medicorum: & dum morti vicinus eslet, iussit suis vt se ad locum hunc ducerent, credens aut illi se mori, aut languore priuari. lacentíque per noctem diuina virtus apparés præcepit, vt quicquid comederet,in huiusmodi potionem tingeret, que esset ex pipere & vino & melle confecta. Quo facto, ab ægritudine liberatus est: quippe cum medicis ratione medicinæ videatur esse contrarium calida pocula cholericis exhibere.

Audiui enim & Probianum virum i palatio ha bentem militiam medicorum, crudeli podagræ passione detentum, ibi doloribus liberatum, eiq; apparuisse sanctam mirabiliter visionem. Cum enim dudum paganus esset, factus postea Christianus, aliquatenus dogma sequebatur. Totius verò salutis caussam, id est sacratissimam crucem nolebat adorare. Hanc habenti sentétiam diuina virtus apparens, signum monstrauit crucis quod erat positum in altario eius ecclesiæ. Et apertè palàm secit, quia ex quo crucifixus est Christus, omnia quæ ad vtilitaté humani generis sacta sunt, quolibet modo præter virtutem adorandæ crucis gesta non essent, neque ab angelis sanctis, neq; à piis hominibus.

De templorum destructione. CAPVI XX.

Vm itaque populi & ciuitates ad cultū Christianitatis accederent, & cæteri pro filiis & vxoribus metuentes (ne quid mali paterentur si

Michaelam locas apud Coustanti = uopolim,

Archangdi Michadu apparitio.

Probiance

AB.do.339. De S.cruce. †inaccossa.

An. do. 335.

Templom Aefculapij Aphaca, A contradiceret) quieti vacaret, nudati solatio multitudinis templorum cultores & sacerdotes, simu lachra apud se reposita preciosissima tradiderut, & quæ Iouis fulmina vocabantur:& per semetipfos hac educebant ex adytis & templorum latentibus locis: quaque prius + inuisa apud cateros erant, & solis sacerdodibus manifesta, facta sunt omnibus valde vilissima. Aliæ verò imagines & statuæ ex preciosa cofectæ materia, igne cremate funt, & pecuniæ publico fociatæ. Quæ verò ex ære mirabiliter facta videbantur, ad Costantinopo lim funt aduecta ornatus caussa,& hactenus in pu blico collocata, & per plateas, & in circo, atq; regalibus:id est, Pythia diuinatoris Apollinis, & Mu Tæ Heliconides, & Delphici tripodes. Spoliatág; sunt ianuis templa, & alia laquearib' sunt nudata, alia verò neglecta ad fordes víque ruinámq; perducta sunt. Tunc itaque perierunt & penitus sunt euersa,id est,in Ægea Cilicię templum Æsculapij, & in Aphacis iuxta mõtem Libanum & Adonem fluuium, Veneris domus : vtraque apud illos insignia:eo quòd Ægeatæ gloriarétur, quasi languentes corpore curarentur apud eos dæmone noctibus apparente atque curante: In Aphacis autem, quod per inuocatione quadam certo die de summitate Libani montis, ignis fulgens veluti sydus in proximum sumé velociter occumbebat, quod dicebant Venerem esse.

#### De connersione Barbarorum, CAP. XXI.

Interea cum multitudo magna ex diuersis gentibus cósus corum barbarorum ex Thracia transisse in Asia, & alij aliúde barbari hoc egissent, có tra Ro. multi sacerdotum Christi capti cum eis erant. Cúmq; languentes curarent & dæmones effugaret. Christum solúmodo nominantes, & siliú inuocantes Dei, insuper & cóuersationem exercentes inculpabilem, & omnem maculam virtutibus euincétes, admirati barbari virorum vitam, & opera simul egregia, bene se sapere crediderút, & Deum habere propitium si meliores imitarentur homines, &, sicut ipsi, colerent Deum. Et constituétes sibimet ex eis bene agendi preceptores, edocebantur, & baptizabátur, & consequenter in ecclesias occurrebant.

#### THEODORITYS.

Quod Eusebius Nicomediensis Constantinopoleos inuaserit episcopatum, & de literu Constantini aduersus eum. CAP. XXII.

Autores igitur Arij nequissima non reliquere cósilia. Huius enim caussa in confessione sidei etia manibus cósenserunt, qui postea imitati sunt gesta luporum. Nam cùm sanctissimus Alexader, qui suis orationibo Ariu suerat iaculatus, id est, Byzantij pontifex (sic enim tunc vocabatur Cóstantinopolis) ad meliore translatus suisset vitam, Eusebius defensor impietatis paruipedens regulas, quas antè paululum cum aliis potificibus ipse con scripserat, repete Nicomediam deserens, Cóstantinopolitanam arripuit sedem, regulis è diuerso clamitantibus, episcopos & presbyteros nó licere ex alia transire ad aliam ciuitatem. Sed mirum nó est, vt qui sic insaniunt aduersus vnigeniti deitate,

LIB. II.

licenter etiam alias transgrediantur leges. Non e- D nim tunc solummodo hanc nouitatem fecit, sed etiam olim aliud simile perpetrauit. Qui du in Be ryto esset episcopus, trasiliuit in Nicomediam,& ex ea denuò post cocilium insania aperte impiera tis exactus est, & cum eo Theogonius Nicænus. Quod Imperator Cóstantinus literis manifestum fecit. Ego verò huic operi finem epistolæ inserere iudicaui. Scripsu enim hæc Nicomediensibus: Quis est qui ita populum docuit innocétem Euse bius vtique tyranica crudelitatis excultor. Quòd enim vbique tyranni noscatur esse cliens, ex mul tis rebus apparet. Hoc nanque veracium episcoporum testatur interitus, hoc etiam Christianoru crudelissima persecutio clamat apertè. Nihil eni de iniuriis mihi factis nunc dico, per quas quado maxime aduersarum partiu insidiæ discurrebant, iste etiam oculos cotra me habebat intentos. Cui hoc defuit solu, quod no & armatum ministeriu tyráno licenter exhibuit. Neq; me quispiam putet ad horum probationem minus instructum.Indicium nanque manifestum est, quia presbyteros & diaconos sequentes Eusebium, apertè constat E à me deprehensos. Sed hæc quidem transeo, quæ nunc no indignationis gratia, sed ad illorum cofu sionem à me probata noscuntur. Hoc solum formido, hoc cogito, quod vos ad comunionem criminis vocari conspicio. Propter Eusebij nanque seductionem & subuersionem, coscientiam percepistis à veritate separatam. Sed erit huius rei no tarda salubritas, si episcopum sidelem & integru nuc sumentes, respiciatis ad Deum. Quod vtique ad præsens in vobis est, & istud dudum oportuerat in vestro pendere iudicio, nisi prædictus Eusebius pessima cosciorum suorum tuitione venisset huc, & ordinem rectitudinis impudentissime cofudisset. Sed quonia de memorato Eusebio apud vestram charitatem nos breuiter loqui decet, audite:Meminit vestra patientia factum in Nicæa ci uitate cocilium: cui & ego ipse conscientiæ meæ cultum deceter exhibui, nihil aliud volens quàm concordiam omnibus fabricari, & præ cunctis arguere & remouere hanc caussam, que principium quidem habuit per Arij Alexadrini superbia, cor- p roborata verò est per Eusebij prauŭ pestiferumq; votum . Sed ipse Eusebius (ô amabiles atque charissimi) cum quanta putatis discursione, quippe coscientia sua victus, cum quanta cofusione men dacio vndique declarato degebat?Immittens mihi quidem diuersos, qui peo deposcerent : perés verò à me quoddam solatium, ne tanto malo con uicto, suo honore priuaretur. Testis est mihi Deus huius rei, qui & in me & in vobis benigno amore consistat. Nam me etiam ille diuertit, & indecenter abripuit, quod vos quoque nostis. Tunc enim omnia gesta sunt sicut ipse desiderabat, quia omne malum in sua coscientia recondebat. Sed vt cæ tera peruerlitatis eius omittam, quid maximècum Theogonio nequitiæ suę participe egerit, audite, deposco: Alexandrinos quosdam à nostra fide recedentes, huc destinari præceperam, quoniam ho rum ministerio mentis slammas vrgebat. Sed isti benigni & optimi nimis episcopi, quos simul cocilij veritas ad pænitentiam reseruabat, non solum receperunt eos & apud se seruauerunt, sed etiam malis eorum voluntatibus comunicare do-

Pars epiftola Constanti ni ad Nicomedienses da Ensebro Ni comediensi.

Theogonists.



Deportatio.

A creuerunt. Quapropter hoc circa istos ingratos decreui peragere, vt abrepti procul deportarétur exilio. Nunc itaque vestrum est, ad Deum illa fide respicere, qua semper & fieri couenit, & esse decet,& agere.Episcopos enim purificatos &ortho doxos atque clementes nos gaudemus habere. Si quis autem ad memoriam illorum pestilentium, aut ad laudem, improuidè præsumit forsitan exci tari, repente in sua præsumptione ministri DEI, hoc est, meo opere comprimetur. Deus vos custo diat fratres charissimi.

Quod rur sus Eusebius apud Constantinum impetrata venia pro Arianu egerit. CAP. XXIII.

Appion Ni comedia. C'hrest us Nuca.

Euf.b. Nico

mease rist-

Constantino

pator fedu

politana.

Vnc igitur isti & damnati, & ciuitatibus sunt expulsi. Et Nicomediæ quidem Appion episcopus ordinatus est, in Nicaa auté Chrestus. Sed rursus cosuetas machinationes exercentes,& imperatoris clementiam accessibilem suis fallaciis inuenientes, restituti sunt, priorémque potétiam receperunt. Eusebius etenim (sicuti iam dixi) etia Costantinopolitanum tenuit tyrannice Præsulatum, & potiorem percepit præsumptionem, frequenter ad Imperatorem veniens, & fiduciam ex crebra collocutione mercatus, contra veritatis propugnatores sæuas contentiones instituit. Et primum quidem cupere se Hierosolymorum loca professus est,&Imperatorem tanquam celebre illud visurus ædificationis opus, puida cogitatione captauit. Quapropter cu multo honore dimissus est, Imperatore ei vehicula & alia distribuente solatia. Profectus igitur est cum eo & Theogonius Nicænus, particeps malignorum cossiliorum eius, sicut iam diximus.

Qua fraude Eustatius Antiochenus sit episcopatu depo situs, or in exilium deportatus, or qui post eum fue rint ordinati. CAP. XXIIII.

/ Enictes autem in Antiocheiam, & amicitia-

titi funt . Veritatis enim ppugnator magnus Eu-

stathius, largam eis hospitalitate fraternitatis ex-

hibuit. Cúmq; ad sacratissima loca peruenissent, & cocordes vidissent suos, hoc est, Eusebium Cæ

se habere accusationis testem, insurandum ei iu-

stissimi iudices intulerunt, lege tamen apertè cla-

mante: In duobus aut tribus testibus credi esse ve

racia quæ dicutur, necnon & Apostolo pręcipien-

rum induti vultū, maxima ministratione po-

Ariani coue ninnt Antiochia.

sariensem. Scythopolitam Patrophilum, & Aetiū Lyddæ, Laodiciæ Theodotum, & alios qui lepram Arij susceperant, nuntiauerut eis quod cogitauerant,& cum eis venerunt in Antiochiam.Et sche ma quidem sub honore præmittebatur aduentus eorum, quod verò propinabatur, erat pietatis bel lum. Mulierem nanque prostantem mercede con Calumnia adulterij ob ducentes, & linguam eius sibi impendi persuaden A rianu ii tes, ad concilium venerunt. Proinde alios omnes foras ire præcipientes, milerrimā introduxere mu lierem. At illa infantulum sub mammilla demonstrans, aiebat ex cocubitu Eustathij illum se &con cepisse & generalle, eumque clamabat sæpius impudentem. Is autem qui calumniæ eius tam manifestę conscius erat, iussit vt hanc rem si qui scirét, deducerentur ad medium.Illa verò dicente nullú

te, vt nullus aduersus presbyterum accusationem D factam extra duos aut tres testes accipiat. Sed isti facras contemnentes leges, cotra talem virum accusationem sine testimonio receperunt. Cum ergo illa mulier iusiurandum præbuisset, adiecit, affirmans quod ille infans ex concubitu esset Eusta thij. Túc itaque tanquam aduersus adulterum isti amatores veritatis protulere decretum. Aliis quip pe Pontificibus (cum vtique multi adessent,&pro Apostolicis dogmatibus repugnaret, & omnimodis quæ fuerant concinnata, nescirent) apertè reclamantibus & magnum Eustathium collaudantibus, decretumque illorum iniquum suscipi prohibentibus. Hoc igitur facto, velociter huius noxæ concinnatores ad Imperatorem profecti funt, eique persuaserunt quod vera fuisset accusatio & depositionis Eustathij iusta sententia, quem tanĝ adulterum atque tyrannum expelli fecerunt exer citatorem pietatis simul & castitatis egregium.Et ille quidem per Thracias ad Illyrici deductus est ciuitatem. Isti verò primo quidem pro eo ordinauerunt Eulalium. Quo, tépore pauco, viuente, Euschium Palestinensem illuc transferre voluerunt: E eóque fugiente mutationem, & simul imperatore prohibente, fecerut Euphronium. Quo etiam, anno & paucis mensibus in episcopatu defuncto, + Placito illius ecclesiæ tradidere Pontificatum. Isti verò omnes pestem Arij habuere celata. Propterea nanque multi piè viuentium & sacerdotum & reliquoru, ecclesiastica relinquetes collegia, apud semetipsos coueniebat. Quos vniuersi Eustathianos appellabat, quia post cgressum illius seorsum congregabantur. Porrò mulier illa miserrima pas sionem crudelissimi languoris incurrens, manifestauit insidias: & illam tragædiæ compositionem pariter enudauit, no duobus vel tribus, sed multis admodum facerdotibus quæ concinnata videban tur insinuas. Ait enim pro pecuniis illam se facere præsumpsisse calumniam. Iusiurandum tamen no omnino fuisse falsum, quia ille infans, de quo iurauerat, filius erat cuiuldam Eustathij nomine, fabri ferrarij.

SOCR ATES, CAP. XXV.

Tunc igitur in Antiocheia grauis seditio in Eustathij depositione commota est, & postea de epi scopatus electione tantus ignis accensus est, vt pe nè ciuitas vniuersa periclitaretur, populo in duas partes dissidente: & alijs quidem Eusebium Palæilinæ transferri cótendentibus in Antiochiam, alijs autem studentibus vt reuerteretur Eustathius. Erat enim in vtraque parte & populus ciuitatis & militaris manus,& tanqua aduerfus hostes ita cun cti mouebantur, vt penè vsque ad gladios peruenirent, nisi Deus & timor principis cohiberet. Nam Imperator fuis epistolis seditionem compescuit. Eusebius autem Palæstinæ repudiauit, quod admiratus Imperator scripsit ei, propositu laudas, eumque beatum vocans, & quod non vnius ciuitatis, sed totius orbis porius digne decerneretur episcopus. Deinde autem per annos octo dicitur Antiochenæ ecclesiæ vacasse sedem. Tandem verò studio inimicorum Nicænæ fidei, ordinatur Eu phronius. His igitur in hoc volumine ritè contex tis, tempus est sequentis libri ordiamur initium.

Emphron Alser codecă Gracorus W ASLLYTIC habebat, alter Wissei-Enstathiani

Seditio A

Eofeb.Pan

nitur En-Itathio. A 10.40.331.

# CAE QUAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER TERTIVS.

SOZOMENYS.

De conuerfione gentis Indorum atque Perfarum. CAPYT PRIMYM.



N temporibus religiosi Principis Costantini, & Indorum gens &Iberorū Christiani dogmatis rudimēta susceptunt. Sed & Armenios tūc primū audiui christianos effectos. Aiunt enim Tiridatem regem

tunc gentis illius ex quodam mirabili signo Dei, quod circa eius domum euenerit, Christianismu fuisse factu, & omnes simul eius ditioni subiectos vna præceptione iussisse, vt similiter DEO colla submitterent. Vnde & ad cæteros confines Christianum dogma trassiuit, & multitudine dilatatum est. Apud Persa autem initium Christianitatis existimo celebratum, dum quidam eorum occasione comercij ad Osroënos & Armenios veniétes (vt sieri solet) sanctis illis colloquerentur viris, & eorum virtutes experirentur.

Quomodo Iudai Christianos accusauerint apud Persas.

Qui vel quanti vel quibus modis passisint apud

Persas. CAPVT 11.

Vmque tempore procedente crescerent, etiam ecclesias & sacerdotes pariter cæterófque ministros habere cœperut. Hoc autem factu non mediocriter contriftabat Magos, qui religionem Persarum veluti quædam sacerdotalis tribus per successionem generis ab initio cómissam habere noscutur. Afficiebátque id etiam Iudæos na turaliter quodammodo Christiani dogmatis inimicos. Quapropter accusauerunt apud Saporem tűc regem, Symeonem archiepiscopum Seleuciæ & Cteliphontis ciuitatú in Perside regalium,tanquam amicus esset Cæsari Romanorum, esq, Perfarum negotia propalaret. Credés autem + derogationibus his Sapores, primum quidem tributis immésis christianos afficiebat, eò quòd plurimos eorum agnosceret, quod paupertatem magis eligeret: crudelibusque viris huiusmodi exactiones iniŭxit, quatenus ex egestate pecuniarŭ & nimietate exactorum vim passi, ppriæreligionis iura contemnerent. Post hæc autem sacerdotes ministrósque Dei gladiis minacibus interemit, ecclesias subuertit, & vasa eorum omnia publicauit. Symeonem verò deduci iussit ad se,tanquam proditorem Persaru regni atque religionis. Magi siquidem auxiliatibus libi Iudæis, cum festinatione san

ctas ecclesias destruebant. Symeon autem copreheníus, ferróque vinctus, ad regem víque deducitur. Quo vir effectus est magnus, & omni fortitudine preciosus. Nam cum eum torquendú Sapores iussisset introduci, neque timuit, neque adorauit.Pro qua re vehementius efferatus rex,inquisi uit cur nó adorasset, quippe quod prius facere có fueuerat. Ad quem Symeon: Prius quide non vin-& ctus adducebar vt negarem veri Dei culturam, nihil in hoc dubitás, quæ sunt solénia regis, imple bam:nunc autem phas mihi non est hocagere.Ve ni nanque pro nostro dogmate & pietate decertaturus. Hæc dicentem præcepit rex adorare Solem,& facienti,plurima se daturum cum maximo E honore munera compromisit: reluctantem verò interminatus est esse moriturum,& omniú Christianorum gentem. Cúmq; nec terroribus potuisser mouere Symeonem, nec mulcere promissionibus, sed fortiter permaneret nunquamque ado raret Solem, ne proditor suz religionis existeret, præcepit,eum in vinculis retincri,credens eŭ pof le longo tempore inflecti. Cúmque ducerentur ad carcerem, vidit eum Vsthazares senior quidá eunuchus,nutritor Saporis,& maior regiæ domus. Et consurgens adorauit eum : sedebat nanq; ante ianuas regis, quem Symeon increpauit iniuriose,& cum furore clamauit, auersatus que despe xit. Is enim dum Christianus esset, non ante multum tempus vim passus adorauit Solem. Quo facto, repente flens eunuchus, cum gemitu quidem vestem claram,qua indutus crat,exutus est,&lugu brem accipiés amictum, ante domum regiam ledebat flens atq; gemens: Heu, inquit, qualem cre dam esse circa me Deum, quem ego negaui, dum pro hac caussa dudum amicissimus Symeon neq; F verbum mihi reddiderit, & sic auersatus cum furore transuerit? Cúmque hæc Sapores audisset, euocans eum,caussam luctus inquisiuit, aut si qua ei circa domum ærumna contigerit.Respondens Vsthazares,ait:Orex,nihil in hui?seculi domo infortunij passus sum. Vtinam pro his que mihi nuc euenerunt, in vniuersas calamitates alias incidisfem.Lugeo nanque curviuo,qui dudum mori debueram? Video Solem quem tibi parere volens, non voto mez volūtatis adoraui. Quapropter "p vtroque me mori iustissimum est, quia & proditor sum Christi,& te quoque decepi.Et ille quidé hæ dicens, iurauit per cæli & terræ creatorem, sua vlterius no se mutare sententiam. Sapores autem admiratus eunuchi costantiam, amplius sæuiebat aduersus Christianos, tanquam maleficiis hoc agere præualerent. Parcens autem seniori, nunc le nitate, nuc minis omni virtute eum se subuertere posse iudicabat. Cúmq; nil ageret Vsthazare psitente nung se fore sic fatuum, vti pre deo creatore cunctorum, illa coletet potius quæ à Deo crea-

ta sunt: tuc ira commotus, iussit gladio caput eius

Symeon ad-Saporem adducitum.

Vsthazares

Au. do. 334
Magi, Per- C
farum facerdotes.
Indai.

Armeny

Sapores ven
Perfarum.
Symeon archiepiscopus
Seleucia &
Ctessphoneis
† delationib\*

36

A abscindi. Cúmq; duceretur ad necem, rogauit spiculatorem, vt paululum sustineret, tanqua aliquid regi madaturus, & vocans quendam fidelium eunuchorum, iussit vt diceret hac Sapori: Pro fauore quem hactenus à iuuentute habui circa vestra domum (ô rex) patri tuo & tibi ministrans studio competenti, tellibus no indigeo, tu nanque bene nosti. Pro omnibus ergo, quæ aliquado vobis impendi, redde mihi compensationem huiuscemodi, ne quis ignoratium putet me supplicium sustinere tanquam infidelem regni, aut malæ cuiuspia voluntatis, sed vt potius manifestum fiat quod agitur, preco clamas denútiet vniuersis quod Vstha zares capite truncatur, no regis inimicus, sed Chri stianum se esse professus, & Deum propriu apud regem negare cotemnens. Hac quide eunuchus regi nuntiauit. Porrò Sapores secundum petitionem Vsthazaris præconé clamare fecit. Existimabat ení alios posse à christianitate reuocare Christianos, si mente perciperent quod nulli parceret Christiano, qui senem nutritorem & deuotu sux B familiaritatis occideret. Vsthazares autem studuit clamari caussam suæ necis, credens quod quu per terrorem adorasset Solem, multos Christianoru deduxerit ad timoré:nunc auté cognoscentes pre ligione morituru, imitatores multos sue virtutis ef ficeret. Hocitaq; modo Vsthazares gloriosissima morte translatus est. Symeon auté id cognoscés in carcere, gratificos p eo hymnos obtulit Deo. Alte ra verò die, quæ crat sexta feria septimanæ maioris, in qua ante resurrectionis festiuitatem annua falutaris passionis memoria celebratur, etiam Symeonem decreuit rex ferro perimere. Deductus enim rursus è carcere ad Palatium regis, valde intrepide loquebatur Sapori de dogmate, & nec illum, nec Solem sustinuit adorare. Eadémq; die similiter interimi iussi sunt & alij centum in carcere constituti. Nouissimè verò Symeonem occidi præceptum est, ita vt mortem videret vniuersorum. Ērant etenim horum alij quidem episcopi, alij presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici. Cúmque omnes ducerentur ad mortem, adueniés fummus princeps Magorum, interrogabat eos an vellent viuere, & regis religionem colere, & Solem pariter adorare. Cúmque hác nullus eligeret vitam, spiculatores circa necem martyrum labora bant. Symeon autem assistens cofortabat vniuer sos,& de resurrectione & pietate loquebatur, atque de sacris scripturis adhibens fidem, dicebat: Vitam quidem veram esse sic mori,mortem verò manifestam, negare Deum: adiicies, quia post pau lulum etiam nullo perimente sponte mors accidat. Hic est enim omnibus natis finis incuitabilis. Post hac autem perpetuitas non omnibus similiter accidit, sed velut ex quodam podere omnem rationem reddent homines huius vitæ, & eorum quæ bene gesserunt retributionem, & pænas ma lorum line dubitatione recipient. Maius auté inter omnia bona nihil est, ac beatius, quàm eligere mori pro Deo. Hac dicente Symeone, & tanqua filios edocente, in certaminibus facris (modo quo docebat) vnusquisque exercitatus alacriter currebat ad necem. Cúmque omnes cétum spiculator trăsisset, nouissime venit ad Symone, & Abedecal

lam,& Anania: ambo nanque senes, cani, sub eius

ecclesia constituti, cum eo fuerant comprehensi,

& erant in vinculis. Tunc itaque Pusicius, qui su- D per omnes artifices regis erat, ibi consistens, & vi dens Ananiam tremétem quum præpararetur ad necem,ait:Paululu(ô senex)claude oculos,& secu rus esto, mox enim Christi videbis aspectú. Cúmque dixisset hoc, repente comprehensus, ductus ad rege, & Christianus esse manifestatur, eo quod pro dogmate fuisset locutus libera intétione mar tyribus. Tunc rex extraneo quodă & crudeli modo eŭ mori præcepit, ita vt perforata ceruice exinde lingua eius elicerent. Hoc itaque facto, quibusdam accusantibus etia filiam eius, virgo sacra tunc coprehensa perépta est. Sequenti verò anno die quo passionis Christi memoria celebrabatur & expectabatur refurrectionis festiuitas, crudelissima Saporis præceptio per omnem Persarum cu currit terră, morte codemnans eos, qui se profite rentur esse Christianos. Quo tempore fertur vltra numeru, multitudinem Christianorum gladio cecidisse: alios nanque per ciuitates & vicos diligenterMagi requirentes, celatos inueniebant: alij verò sponte nullo dicente semetipsos offerebat, ne taciturnitate Christum negare viderentur.Igi- E tur cu omnes Christiani perimerentur, neque vlli parceretur, etiam multi in ipsis Regalibus sunt occisi, cũ quibus & Azanes eunuchus regi maximè gratus. Quod dum Sapores audisset, tristis factus, hanc generalem peremptioné remouit, & so lummodo præceptores religionis iussit occidi.Illo siquidem tépore ægritudinem incurrente regina, Symeonis episcopi soror nomine + Tharbua coprehensa est cum famula suam sequente vitam quas contigit teneri per infidias Iudæorum accusantium, quasi maleficia reginæ fecissent, propter Symeonis mortem. Regina verò (quum soleant languentes huiusmodi spebus aures accomodare) suspicata est veram esse + detractionem, & maxi mè à Iudæis factam: quum & ipsa similia saperet, eósque sine mendacio, & sibi fauentes arbitraretur.Sumétes auté Magi + Tharbuam & alias, mor tis acerbæ perculere supplicio. Stipitibus enim alligatas, serraque findentes per mediu, eas crudeli nece lacerauerunt, & quali expiantes regina, p er medios stipites transire fecerunt. Ferunt auté istà F + Tharbuam speciosam valde fuisse, & à Magis quibusdam adamată, & latenter ad concubitu petitam, promissa mercede salutis suz, & aliorum, si consentiret ad vitium. Quæ nec auditum libidinis passa est sustiner e, sed obiurgatoriis verbis p turpi petitione relatis, alacriter accessit ad morté, ne proderet sanctain virginitatem. Cúmque circuirent Magi & + principes eorű vniuersam prouin ciam secundu Saporis præcepta, vt sacerdotes & doctores tatum dogmatis apprehéderét christiani, puniebat episcopos & presbyteros, & maximè per regione Adiabenorum. Hic nanque locus est Persicus, in vniuersum Christianoru. Hoc enim té pore & Acepsemam episcopum apprehenderunt & multos clericoru eius: tenentésque Præfulem, sufficere sibi crediderunt, alios nudatos substátiis dimittentes.Iacobus auté quidam presbyter Pon ti sequebatur Acepsemam, & supplicans Magis, identidé meruit irretiri. Tunc enim & seni alacriter seruiebat, & eius cladé aliquatenus leniebat, plagasque vt poterat curare non desinebat. Post paululum verò pœnis crudelibus eum Magi tor

† Ibrabala.

† Trabalan

Tharbas fo-

rarSymi

† Trabalan

byter Per

Dies passiomis parasce-

Centu Chrifliani interfecti.

Symeonis ad martares co = fortandes STATIO.

Posiciu.

A serunt, cogétes vt adoraret Solem. Quo respuente, miserunt eum rursus in vincula, Sed & multos alios presbyteros & diaconos habebant in carcere post flagella. Pauco tempore pretereunte, prin ceps Magorum de eis consuluit regem : acceptáque potestate vt ageret quod vellet, si Solem no adorarent, mandauit eis in carcere regiam volun tatem. Quibus apertè respondentibus, nunquam se fore proditores Christi, nec adorare Solem, sic vt nulli parceretur, verberibus eos laniauit. Cum quibus Aceplemas pro confessione dogmatis viriliter est defunctus. Quidam verò Armeniorum quum essent obsides apudPersas, corpus eius aufe rentes latenter, sepulturæ debite tradiderunt. Alij verò licet non minus flagellati, præter spem vixerunt: & non mutantes voluntatem, denuò ad vincula sunt reducti, cum quibus erat Aithales, cu ius, dum nimis tensus cæderetur, humeri sunt disiuncti, ita vt mortuas postea manus portare videretur, alique eius ori cibos offerrent. Sub hoc itaque regno testimonio bonæ vitæ ttanslati sunt presbyteri, diaconi, monachi, & facræ virgines, & in aliis officiis ecclesiæ constituti, ac p dogmate laborantes innumeræ multitudines. Eodémque tempore passus est vnà cumMarea Bichor episcopus, atque clerici circiter ducenti & quinquaginta, qui cum eo capti à Persis fuerant comprehensi. Tunc etiam Milesius nomine, martyrio coronatus est, qui primu quidem militabat apud Persas, postea verò relicta militia conuersationem æmulatus est apostolicam. Dicitur enim quod dum in ciuitate Persica episcopus fuisset ordinat9, mul ta sæpe sit passus, & verberatus atque tractus, virili mente sustinuerit. Cúmque nulli potuisset illic suadere vt Christianus esset, grauiter fer és ma ledixit ciuitati, & exinde discessis. Post paucu verò tempus primatibus eius loci in regem peccantibus superueniens exercitus cum trecentis elephantis ciuitatem subuertit, & velut desolatam regionem arantes seminibus tradiderunt. Milefius autem epilcopus folummodo peram circumferens, que lacrum codicem euangeliorum habebat, perrexit orationem facturus ad Hierosolyma, & inde in Ægyptum, vt videret monachos ibidé conuersantes. Qualis igitur iste sanctus & miracu lorum fuerit operator, Syri sunt testes, qui eius a-Aus vitamque scripserunt. Fertur itaque eorum

THEODOR! TVS.

qui tunc martyrio coronati funt sub regno Saporis virorum ac mulierum fuisse millia quasi sede-

Epistola Constantini an Perfarum regem pro Chriftianu. CAPVT 111.

IN Perside verò fautoribus pietatis Constantinus Augustus sponte prospexit. Agnoscés enim eos ab impiis vehementer affligi, eorúmque regem erroribus sauientem diuersa eis inferre pericula, scripsit ei per legatos, qui tunc aderant, mo nita pietatis, rogans vt cultores Dei apud eum di-

gno honore potirentur. Sed melius studium pij D principis p er eius literas valebit agnosci.

LIB. III.

EPISTOLA CONSTANTINI Imp.ad Saporem, regem Persarum, de prouidentia DE I erga homines.

Sacratissimam custodiens fidem, veritatis luce participatus sum: luminis veritate gubernatus, sacram cognosco fidem. Denique per hec(sicuti res ipíæ confirmant) venerabilem religioné esse con spicio, & doctrinam agnitionis sanctissimi DEI omnibus offerentem, huiusmodi cultum me habere profiteor: quia huius DE I virtutem in auxilio habens, inchoans à finibus Oceani, omnem terrarum orbem firmissima spe salutis obtinui, ita vt vniuersi qui per tot tyrannos cladibus quotidianis fuerant subiugati, & ad obscuritatem vsque perducti, resumentes comunium rerum vin- E dictam, rediuiua quodammodo curatione refurgerent. Hunc DEVM colo, cuius signum Deo dicatus meus exercitus portat in hunteris: & à quo dum iusto sermone aliquid poscitur, impetratur. Ex ipsis autem trophæis insignibus beneficia repente suscipio. Hunc itaque DEVM immortali memoria me honorare profiteor, eumque summa puraque mente super omnia else credo. Hunc inclinatis genibus inuocabo, fugiens cunctum abominabilem sanguinem & odores horribiles ac fugiendos, omnémque terrenam flammam nimis euito. Quibus omnibus nephandus & ineffabilis error multos gentium, ac genera vniuersa pstrauit, & inferno contradidit. Qua enim Deus omnium, ppter hominum proui dentiam sua clementia vtilitatis caussa produxit in mundum, hæc ad vniuscuiusque desiderium tra hi non patitur. Sed puram tantummodo mentem & immaculatam animā, ab hominibus exigit, virtutis &pietatis actus exquirit, masuetudinis & cle mentiæ delectatur operibus, mites amat, habet odio turbulentos, diligit fidem, punit pfidiam, omnémque potentiam cum fastu + despicit, super-F borum punit asperitatem, ad fastum eleuatos interimit, humilibus autem ac patientibus digna retribuit. Sic itaque etiam regnum iustum magnipendens adiutorio suz virtutis expendit, sapientiamque regiam pacis tranquillitate custodit. Non ergo videor mihi errare frater mi, hunc esse confitendo D E V M omnium principem atque patrem, quem multi regnantes apud nos v $oldsymbol{x}$ fanis erroribus feducti, denegare tentarut. Sed illos omnes finis coprehendit exitiosus, ita vt omne genus hominum post eos exurgens clades eorum p maledictionis exemplo præponere videatur. Horű igitur vnum esse reor Valerianű, quem velut quædam virga iracundiæ diuinæ de nostris terris expellens, vestris partibus tradidit puniendum. Qui scilicet verecundiæ suæ nobilissimum apud vos trophæum demonstrasse cognoscitur. Sed hoc quidé in bona parté cotrouersum est, vt in nostro sæculo huiusmodi suppliciú sieret mani festű. Vidi nang; & ego illorű finé, qui nuper ne-

† deÿcit & evertit.

V alerianus

Digitized by Google

Aitbales.

Martyres.

Marcas Bicher.

Milefias.

Milefins cir comfert peram codicis Buangolici.

avi.m.matyrii in Perlis.

ECCLESIAST.

A phandis praceptionibus Deo deuotum populum turbauerunt. Quapropter multas Deo refero gra tias, quoniam integra puidentia omne genus humanum, colens legem diuinam, reddita sibi pace deceter exultat. Vnde etia nobisipsis credo, quoniam optime cautéque vniuersa, pueniunt, quando per illorum puram phabilémque religionem, diuinamque concordia, vniuerfa in se dignantur erigere. Igitur de tali hominu collegio, id est, chri stianorum(p quibus omnis est mihi sermo) me libenter credis audire, quando etiá eminentia loca Persidos per eos amplius 🛱 cupio decorantur? Tu ergo optime gubernaueris, si fueris sicut illi, & habueris comune quod illi. Sic enim habebis omnium dominu, mitem placidumque atque ppitium. Hos igitur, quoniam tatus ac talis existis, commendo tibi, quoniam & pietate pbaris insignis. Hos dilige copetenter, & facito clementiæ tuæ participes, tibi limul & nobis præbiturus gra tiæ immensa iura per sidem.

Hæc igitur optimus Imperator pietate decoraB tus egit, curam non solùm subiector un habens, sed
etiam eorum qui sub alienis gubernaculis regebantur. Quapropter & ipse diuina ptectione po
titus est, & Europam vniuersam atque Africa, sup
has etiam maximam Asiæ partem tenens, subiectos habuit vbique deuotos. Sed etiam Babaror u,
alij quidem spote seruiebant, alij deuicti. Vbique
triumphi videbantur, & victor cernebatur in om
nibus Imperator.

De Alexandri pontificis Alexandrini fine & initio prasulis Athanasy. CAP. 1111.

Athanafi<sup>o</sup> fit epifcopus Alexandria. An.do.328.

Nterea Alexadro mirabili sene, qui Arij pstrauerat blasphemias, defuncto, post meses quinq; Nicæni cocilij, Alexandrinorum ecclesiæ suscepit Athanasius presulatu. Cuius persecutiones, sugas, contumelias, crebraque pericula trasferre distuli, quæ Rufsinus suo nobilitauit eloquio.

SOZO MEN VS.

Qua contra Athanasium gesta sint, & quomodo confugerit ad principem. CAP. V.

Post plurima verò consilia turbis seditionibúsque completa, & clamores accusatorú poscentium vt Athanasius tanquam Magus violentus & indignus sacerdotio damnaretur, missi ab imperatore metuentes, ne eum aliqua inuasione perimerent, latenter eum de concilio subtraxerút. At ille sciens non sibi fore tutum contra tot accusatores agere, iudicibus etiá inimicis, synodum relinques venire sestinauit ad Imperatorem.

#### THEODORITYS.

Arianorii connentus a pud Mareoten, Igitur Athanasius ad principem veniens, omné præsumptionem contra se factam episcoporum edocuit. At illi apud Mareoten coueniétes, quosdam concordantium ipsis sacerdotum miserut ad principem, id est, Theogonium Nicenum, atque Theodorum Perinthium, & Marin Chalcedonen sem, Narcissum Cilicem, & similes horum, menda cia texentes, & quædam comenta singétes, & nu das admodum calumnias quasi veras accusationes

fibimet componentes. Quo facto venerut ad Æ-D liam ciuitaté.Præceperat enim Imperator, vt omne concilium à Tyro veniret ad Æliam, Necnon & alios vndique cogregari præceperat, vt templa ædificata dedicarentur. Misit itaque pariter deuotos Iudicum pietate ac fide clarissimos, omnia lar gissime expendi præcipiens, non solum pontificibus ac sacerdotibus, sed etiam egétibus vniuersis qui vndique concurrebant. Porrò fuerat exornatum etiam sacrum altare palliis regalibus arque vasis, auro & lapidibus preciosis decoratum.

SOZOMENYS.

Quomodo sit Arius ab exilio renocatus & que libellum dederit Constantino, & de fraudibus Arianoru. CAP. VI.

Imperator interea Arium de exilio reuo cauit, iuf sittq; vt quod de Deo crederet scriptura currente pferret. Tunc ille nouitatem nominum quam prius adinuenerat declinans, aliam explanation e cotexuit, simplicibus verbis eam & diuina lectione confirmans, iusiurandum quoque præbuit ita se credere, & hæc eriam mente sapere, nihilq; aliter intelligere. Textus enim eius expositionis huiusmodi est.

PIISSIMO ET DEO AMANTISSImo domino nostro Imperatori Constantino, Arius & Fuzoius presbyteri

Arius & Euzoius presbyteri. Sicut præcepit Deo amabilis pietas tua domine Imperator, exponimus nostram fidem, & scriptis pfitemur coram Deo sic credere & nos &omnes qui nobiscu sunt, sicuti subiectum est. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem,& dominum Iesum Christum filiú eius, qui ex eo ante om nia secula natus est, Deum verbu, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & quæ in terra: qui ve nit,& carnem assumpsit,&passus est,& resurrexit, & ascendit in cœlos, & iterum venturus est iudicare viuos & mortuos: & in spiritum sanctum, & carnis resurrectionem, & vita futuri seculi, & in regnű cœlorum, & in vnam sanctá catholicá Dei ecclesiam, que à finibus vsque ad fines est. Hac autem fidem percepimus ex sanctis Euageliis, dicen te domino discipulis suis: Euntes docete omnes F gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si autem non hæc ita credimus atque suscipimus, vere patrem, & filium, & spiritum fanctum, sicut omnis catholica ecclesia & san ctæ edocent scripture, quas per omnia sequimur, iudex noster erit Deus & nunc & in futuro die. Quapropter tuam pietatem rogam<sup>9</sup>, Deo amabilis Imperator, vt cum ecclesiastici simus, & fidem & sensum ecclesie sanctarumque scripturaru habeamus, vniri nos per pacificam & Dei cultricem pietatem tuam matri nostræ ecclesiæ iubeas, questionibus veique & superfluitatibus inquisitionu sublatis: vt & nos & sancta ecclesia inter nos pacificati, solennes orationes pro pacifico pióque imperio & omni tuo genere omnes communiter celebremus.

Hác fidei expositioné alij quidem dicebát artisiciose compositá, vt videretur princeps placari ser monib, & ita Arij dogmatibus circüferri, vt per expositioné osm ei fiducia preberetur, & vtruque haberet intellectú. Arbitratus auté Imperator A-

Arian reso tatan.

Files Arij quam apol Confentinë Ang. profe[in eft.

Mat. HA

Arij profef fio mittitur fynodo Hie rofelymita – na exami – nanda.

Athanafi<sup>9</sup>
Conftantino
polism reast
ad Constan

A rium & Euzoium similia credere his qui in Nicea couenerant, valde gauisus est. No tamen sibimet persuasit, vt eos in ecclesiæ comunionem suscipe ret ante iudicium & pbationem congruarú perfonarum secundú ecclesiæ legem : sed destinauit eos ad episcopos rúc Hierosolymis congregatos, scribensyt fidé eorum expositionis examinarent, & clementé super eis pferrent sententia, si rectè credentes inuidiæ gratia essent iniustitia passi, seu dum nó haberét vnde iudices suos culpare peterent per pænitentia reuocarentur. Porrò sumpta occalione, fautores Arij p scripta Imperatoris cos in comunionem susceperut. Et hoc cum fecissent ipsi imperatori rescripserunt,& ecclesiæ Alexandrinæ,& in Ægyptű & Thebaida, & Libyá episco pis vniuersis, & clericis, præcipientes, vt eos alacriter susciperent, Imperatore testante rectá eorum esse sidem, quá etiam ppriæ epistolę subiece runt.Hæc quidem in Hierotolymis gesta noscun tur. Athanalius autem fugiens de Tyro, Costantinopolim venit, & quæ passus esser adito Imperatore narrauit: petens vt quæ in Tyro fuerant ge sta, examinarentur sub eius quoq; præsentia. Porrò Constantinus Imperator rationabilem eius pe titionem iudicas, hæc scripsit episcopis qui in Ty ro conuenerant.

SOCRATES. Epistola Constantini euocantis episcopos, vt Athana sy caussas ipse cognosceret. CAP. VII.

Gitur Imperator missa sacra cocilium euocauit, vt in sui præsentia Athanasij examinaret caus-sam, cuius verba sunt hæc:

VICTOR CONSTANTINUS PIUS episcopis in Tyriorum vrbe Collectis.

Ego quidem ignoro quæ vestro cócilio turbu lenter atque cu tempestate decreta sint. Apparet enim o quadá tumultuosa indisciplinatione veritas sit oppressa, vobis videlicet no consyderantibus quæ Deo placent, ppter iurgia quæ cotra pximos vestros habetis: & vota vestra ineuincibilia esse cotenditis. Sed erit opus diuine puidentie C vt & hæc cotentio apertè deprehensa possit euacuari, atque nobis palam fieri, si quid illic conuenientes sine qualibetvel gratia, aut inimicitiarum caussa gessistis. Quapropter cum omni festinatione vos omnes ad meam reuerentiam volo cocurrere, vt gestorum apud vos integritatem per vosipsos possitis ostendere. Verum qua gratia hęc scripserim vobis, vósq; ad me literis euocauerim, p ea quæ sequütur agnoscetis. Pergenti iam mihi ad cognominis nostri fælicissımæ patriæ ciuitate, cum essem conscensurus equum, repente Athana sius episcopus in media platea cum quibusdam sa cerdotibo quos circa se habebat, sic inopinate nos adiit, vt nobis daretur subitò cuius da caussa formi dinis. Testis enim mihi inspector omnium Deus est, quoniam nec cognoscere eum quis esset prima fronte præualui, nisi quidam nostroru, & quis esset, & quam pertulisset iniuriam tunc narrasset. Et ego quidem neque confabulatus cum eo sum illo tempore, nec aliqua locutione participatus. Cúmque ille se audiri deposcerer, ego verò refutarem,& penè repelli eum præciperem, cum maiori fiducia nihil aliud à nobis quam vestrum postulauit aduentum, vt nobis præsentibus quæ pasLIB. III.

sus est necessario posset suis gemitibus explana- D re.Vnde quia mihi rationabile videtur & temporibus opportunu, scribi vobis libentius hæc præcepi, vt omnes quicuque apud Tyrum concilium celebrastis, indesinenter ad expeditu nostrę manfuetudinis locum concurrere festinetis, ipsis operibus ostensuri puritatem & rectitudinem vestri iudicij coram me videlicet, quem Dei ministrum proprium neque vos abnegabitis. Igitur vbique pacificatur Dei nomen, & integrè benedicitur p meam in Deo culturam, etiam apud ipsos Barbaros qui veritatem hactenus ignorabant. Certum nanque est, quòd qui veritatem ignorat, neque Deum scire potest. Veruntamen sicut prædictum est, eriam Barbari per me fidelé ministrum cogno uerunt, & Deum metuere didicerunt, quem vtique protectorem meum vbique ac prouisorem ipsis operibus est ostensum. Vnde præcipuè etiam Deum sciunt. Et illi quidem ppter nostrum timo rem reuerentur Deum. Vos autem qui sancta my steria eius clementia pferre videmini, no dicam custodire, vos inquam, nihil agitis, nisi que ad con tentionem noscuntur & odia pertinere, & (vt abfolutè dicam) quæ ad humani generis tendere vi- E dentur interitum. Sed festinate, sicut dixi, ad nos venire continuò, scientes quòd omni virtute conabor, vt quæ in lege Dei sunt, ea præcipuè sine aliqua titubatione seruentur. Quibus vtique neque vituperatio, neque mala superstitio poterit implicari, dispersis vrique ac palam cotritis & penitus exterminatis sacratissima legis inimicis qui sub schemate sancti nominis blasphemias varias ac diuersas iniiciunt.

Quod venientes episcopi Ario fauentes Athanasio detraxerint, ita vi in exilium mitteretur.

CAPVT VIII. HÆ siquidem literæ ad æstuationem perduxe runt eos qui fuerant in fynodo congregati, quoniam plures quidem ad pprias redicrant ciui tates. Qui verò circa Eusebium, & Theogonium & Marin, Patrophilum & Vrfatium, & Valentem erant, ad Constantinopolitanam venientes vrbe, nequaquam de calice fracto, aut altari subuerso, aut Arsenio perempto, quod in synodo cocinnauerant, quæstionem fieri permiserunt, sed aliam inuenêre detractionem, suggerentes Imperatori, quòd Athanasius interminaretur no se missurum ab Alexádrua fruméta folenniter ad Cóstantinopolitană vrbem.Et hæc audisse dicebant, Athanasio dicete ad Amantium, Anubionem, Arbathionem,& Petrum episcopos.Multum itaque derogatio preualet, quando derogator creditur fide di gnus. Hac subreptione ad furorem perductus Imperator, Athanasium relegauit in exilium, & habi tare eum præcepit in Galliis. Aiunt enim quidam hoc Imperatorem propterea fecisse, vt vnirentur ecclesia, quoniam Athanasius comunicare Arianis euitabat.Et ille quidem degebat in Treuirensi Galliarum ciuitate.

THEODORITYS.

Sed nemo miretur si tătus vir deceptus deliquit sacerdotib falsa loquentibus, cum diuinus quoq; Dauid ppheta, non à potifice, sed à seruo Siba co tra Miphiboset mendacia pferente deceptus sit.

SOZOMENVS.

Dii

In malos epi fropos & fa cerdotes.

Constantini fenioru libe ralitas in pauperes.

At hanasi<sup>a</sup> apud Treviros Metropo lim Galliarom degebas

Marcellas Ancyr.:n abdicatur. Afterius Rhetor.

Gitur episcopi in Costantinopolitana vrbe cōgregati, Marcellum Ancyræ Galatiæ deposuerūt pro huiusmodi caussa. Asterius quida in Cappado cia exercens artem sophisticam, cam relinquens, Christianitatem se promittebat assumere: tentauítq; libros coscribere, qui ferutur hactenus, & p quos Arij dogma firmatu est. Dicebat enim Chri stum sic esse virtute Dei, sicuti dictu est apud Moy sen:Locustam & crucas virtutem Dei: & his multa similia. Coueniebat auté is Asterius frequenter apud episcopos, qui Ariana pracipue no euitabat hæresim. Nam & ad cócilia cócurrebat, episcopatum in aliqua civitate quares. Sed sacerdotio quidem frustratus est, cò o persecutionis tempore sa crificasse pharetur. Cúmq; circumiret Syrix ciuitates, libros quos confecerat, ostendebat. Hæc agnoscens Marcellus, contra cum scribere volens, mensură contrarietatis excessit. Purum nanq, ho mine, sicut Samosaten Paulus, presumpsit, dicere Dominum Christum. Hac agnoscentes qui tunc Hierosolymis couenerant, de Asterio quidé nullum habuere sermonem: quoniá neque erat in or dine sacerdotu. Marcellum verò tang sacerdotio functum rationem exigentes libri sui, cumq; coperientes Samosateni dogmate maculatum, jusserunt vt à tali secta recederet. Qui reprehensus, librű se pmisit exurere. Cúmq; hoc studium deferbuisset, episcopor u collegium, euocante Imperatore, venit ad regia ciuitatem, præsentibúsque Eu sebio, & qui cum co erant episcopis, in vrbe Con stantinopolitana rursus + studiú de Marcello fiebat. Et dum Marcellus, sicut promiserat, illicită co scriptionem nollet incendere, eum ab episcopatu deposucrut.In cuius locu Basilium in Ancyra miferunt. Sed hanc quidem coscriptionem Eusebius tribus destruxit libris, superstitione cius valde redarguens. Postea verò Marcellus in Sardicensi co cilio recepit episcopatum, dicens no intellectum suum librum, & propterea quasi Paulianum fuisse depositum.

Marcellus

C

recipit epifce patum fuß.

† inquisitio

Inquisitie in

Marcellum.

Quemodo Arius dum studet ab Alexandro Constan tinopoleos in communionem suscipi, sit extinctus. CAPVT. X.

Arim venit Conflantino polim,noui cocily cansa.

Terretur Alexäder.

Gitur dum post concilium Hierosolymitanum Arius venisset in Ægyptű, Alexandrina ecclesia eius cuitante comunionem, rursus venit ad Constantinopolitaná vrbem, cocurrentibus illic consectatoribus eius, & obedientibus Eusebio Nico medię episcopo, & concilium celebrari volentibus. Horú studiú sentiens Alexader, tunc Constátinopolitanus episcopus, nisus est soluere tale co namen. Cúmq; hoc non valuisset implere, apertè Arij nisibus interdixit, no licere eum ecclesiasticu esse dicens: nec infirmanda sentetiam episcoporum penè totius terræ secum couenientiu in Nicæna vrbe. Eusebius auté, & qui circa eum erant, dum primò sermonibus flectere nequiuissent Ale xádrum,postea cum terrore minabátur, 9 nisi susciperet Ariu, certa die ipse quidem deportaretur in exiliu, Arius autem in comunionem susciperetur vniuersorū. Et post hæc ab alterutris recesseECCLESIAST.

runt.Illi quidem definită diem expectates, vt suas D minas implerent. Alexader autem orabat, ne ad ef fectű verba Eusebij peruenirent. Maximè autem ei terror ingerebatur, eò quòd Imperatori iá penè persuaserat, vt faceret quod ipsi volebat. Ante vnű verò constituti temporis diem psternens semetipsum sub altari, tota nocte iacuit pnus, rogas Deum vt impediret terminum inimicorum eius.

SOCR ATES.

Hæc igitur Alexader pronus orabat. Imperator auté de Ario experiri volens, cum ad palatiú euocauit, percuetatusq; est, an Nicæni cocilij decreta servaret. Ille verò nihil moratus, repentè subscriplit, decreta fidei per subscriptionem arte callida circuueniens.Et imperator quidé miratus,ei intulit iusiurandu. Qui etiá hoc frauduléter egit, quodamodo iusiurandu arte deludens. Quod aute audiui de hac machinatione scribo. Ferunt enim co scripsisse Arium hæresim suä in charta quam sub ala ferebat:vnde verè se iurare credidit, dicens sic se sapere sieut seripsisser. Hoc eni ita factu audies ego conscripsi: Q verò & iusiurandum præbuerit, E ex epistolis Imperatoris agnoui. Credes igitur im perator, suscipi cum ab episcopo Costantinopolitanæ vrbis Alexádro in cómunionem præcepit. Erat enim tunc sabbatu. Et sequenti die eos comu nicare expectabat alterutris: sed præsumptiones Arij iudicia Dei secuta sunt. Nă dum egressus ex Imperiali fuisset aula, obsequiis honorabatur satellitum Eusebij, & per media tunc ciuitaté perspicuus apparebat. Cúmq; venisset iuxta locu cui cst vocabulum Constantini forum, vbi columna Porphyretica collocata est, terror eum subitò ex quodá conscientia secreto costrinxit, & cum for midine secuta est ventris essuso. Percunctatúsq; an secessus esset in pximo, & agnoscens esse post Costantini foru, perrexit illuc. Quo facto, defea? eum quidă cum effusione corripuit, & vnà cu ster coribus anus quoq; prolapsus est. Tunc ergo con cidit,& sanguinis multitudo cu subtilibus intesti nis subsequéter effluxit: decurrebantq; pariter cu splene etia interna iecoris. Et ita factu est, vt repë tè sequeretur & mors. Secessus verò vbi talia gesta sunt, in Costatinopolitana vrbe mostrabatur, sicuti dixi, post Costantini forum atq; macellu in F porticu costitutu. Omnes traseuntes digito notabant locu, detestabilé Arij recordates interitum.

SOZOMEN*y*s.

Post aliquod tempus quidam fautorum Ariane vesaniæ diues ac potens studium habuit eundem locum à publico comparare. Et destruens quod erat primitus domum ibi constituit, quatenus obli uio facti procederet, & per successiones huiusmo di memoria deperiret. Fama tamen per omnem cucurrit ciuitatem & orbi terrarum mortem Arij declarauit.

Quod prius Ariani cum orthodoxis conueniebant, atque communicabant, & de lege Constantini, qua inßit hareticorum oratoria ecclesias appellari. CAP. XI.

ARij verò dogma licet apud multos disputa-tionibus extolleretur, nondú tamen in proprium discernebatur populum,aut in nomine cō-Stabat autoris, sed omnes simul in ecclesia conue-

Alexader in precibus. Arius fub. scribie decre tu Niceni concily.

Ariasia ii recipitar.

Phryges. Valeria Marcionil a

Novati

H etelicu jeffe Cafaris ecclefia.

Paulianista A niebant atque communicabant, præter Nouatianos,& qui vocantur Phryges, & Valentinianos, & Marcionistas, & Paulianistas, & qui alias hærefes colebant. Contra quos omnes Imperator posita lege sanciuit auferri eorum oratoria, & ecclesiis applicari, & neque in domibus priuatoru eos congregationes, nec publicè celebrare. Melius enim iudicabat in ecclesia catholica communican dum, & in eam cunctis conuenire suadebat. Propter quam legem arbitror hæresium memoriam fuisse destructam. Nam priorum principum temporibus Christi cultores licet sectarum diuersitate differrent, apud Paganos tamen Christiani esse putabantur,& similiter passionibus subiacebant, ac lemetiplos propter communes persecutiones examinare non poterant,&propterea facilè inter se conuenientes missas celebrabat. Et licet essent pauci, non tamen videbantur esse diuisi. Post hác verò legem neque publicè in ecclesias poterant conuenire, neque latenter, dum episcopi ciuitatu & clerici ob seruantes talia prohiberent. Hinc ergo plurimi metuentes, ad ecclesiam se catholicam contulerunt. Alij verò manserunt in sua sententia, non tamen successores haresis reliquerunt.

SOCR ATES.

Quomodo & vbi Constantinus Imperatores tres silios suos ordinarit, o percepto baptismate sit defunctus. CAPVT XII.

Vmq; religiosissimus Imperator poti9 Christianitate gauderet, & verè Dei testimonio fidem Nicæna roborari cognosceret, in his quæ fuerant de Ario gesta, lærabatur. Qui cum tres habuisset filios, eos Casares nuncupauit, & singulos eorum per decennarios annos imperij sui principes esse constituit. Id est, primum quidem filium lui nominis Constantinum Hesperiarum partium in Decennali suo fecit habere principatum: secun

dum verò aui nomine nuncupatum Constantium D in Vicennalibus suis Cæsarem in Oriente constituit:minorem verò Constantem in suis Tricenna libus ordinauit. Anno verò post hæc transacto ingressus quadragesimumquintum atatis annum, egritudine captus, ex vrbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est.

THEODORITYS.

Qui cum Nicomediæ degeret,languore graua tus nec ignorans vitæ huius incertum, gratiam sacri baptilinatis est adeptus:Distulerat enim vsque ad illud tempus, in Iordane fluuio hoc promereri desiderans. Porrò auté tres filios imperij reliquit hæredes, & Athanasium magnum reuerti præcepit in Alexandreiam, licet Eusebius præsens esser, & niteretur contraria suadere.

SOZOMENVS.

Nicomediæ in suburbano sacri baptismatis donis iniatus est.

SOCR ATES.

Ita facto testamento, tribus filiis constitutis hę- E redibus est defunctus. Corpus autem Imperatoris in aureo loculo collocatum, ad Cóstantinopolim est deuectum, & in palatij celso loco repositum. Quod in multis honoribus atq; veneratione quasi viueret habebatur, donec aliquis filiorum eius assisteret. Postea verò ab Oriente Constantio veniente, cum imperialibus exequiis funus eius sepultum est in Apostolorum ecclesia: quá propterea fecerat, ne Imperatores & sacerdotes reliquiis priuarentur Apostolorum. Vixit autem Constantinus Imperator annis sexaginta & quinque, regnauit autem triginta & vno. Defunctus est, Con iulatu Feliciani & Taciani, vicetima fecunda mensis Maij, qui erat annus secundus ducentesimæ octogetima Olympiadis. Aliàs, ducentesima septuagesimæoctauæ.

Conflanting Constans.

C'oft antine Aug.bapib

An.de. 339. Athanasi? redire inbetor Alexandeiam.

C&stantions Augu.m

**MATHISTORIAE** ECCLESIASTI-

CAE QYAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER QUARTYS.

SOZOMENYS.

Quomodo per quendam presbyterum dogma Ary pullulauerit.

CAPYT PRIMYM.

Coftantis Aug. filios

wes Ceff.

fecit.



Gitur sub imperio Constan tini per ecclesias talia accide runt.Quo moriéte rursus ad quæstioné vcnit dogma Nicæni concilij. Ná licet viuen te Costantino nő id omnes fu sciperét, tamé apertè renuere

no audebant. Quo moriente, plurimi ab eo se indubitanter abstinuêre cócilio. Erant enim isti qui etiam primitus videbantur esse suspecti: præcipuè vero Arij sectatores Eusebius & Theogonius, cuius dogma se firmare credebant, si reuerti Athanasium prohiberent, & consectatori suo Ægyptiacæ diœceseos iura contraderent. Et illi quidem hæc agebant, ministrante ipsis presbytero, per quem Constantini temporibus Arius fuerat reuocatus. Erat enim is presbyter Co-: stantio quoque gratus, eò quòd paternum ei seruauerat testamentum, ita vt vsq; ad principé palatisque potentes haberet accessum. Eusebius autem in aula imperiali videbatur ita perspicuus, vt

Buseb. Nicomedinsis. Theorevin Arianorum princi Presbyter teltamenta

ECCLESIAST.

† Agusti A suos consectatores faceret † Augustos ac proceres. Quamobrem de dogmate rursus priuatim & publice disputationes crebrò proferebantur: & simul iniuriæ, inimicitiæ, & plurima quæ ex talib folent sæpius euenire.

> Quomodo Athanasim fanore Costantini minori Ale xandreiam remearit, co eins dem epistola. CAPVT 11.

As.do.341.

Epistola Co

fantini iu-

nioris ad A-

lexandrinos

pro Atha-

Dafie.

B

Interea ab occidentali parte Athanasius in Alexadreiam est reuersus, quem etia Constantinus viuens redire mandauerat. Fertur auté quod etia testamento voluerit hoc conscribere, sed quonia ita defunctus est, eius maior filius Costantinus He speriarum partiu princeps, hoc egit, literasque hu iusmodi ad populum destinauit Alexandrinum.

CONSTANTINVS CÆSAR POpulo ecclesíæ catholicæ, Alexandriæ constituto.

NEQ VE vestram sacratissimă mentem arbi tror ignorare, propterea Athanasiú adorandæ legis prædicatorem, ad tempus in Gallias fuisse milfum, quoniá ferocitas crudelium inimicorú eius in exitium facri eius capitis imminebat:ne forfan per malignorum calliditatem aliquid incógruum fustineret. Vt ergo hoc euitaret, ab imminentibus sibi necessitatibus est ablatus. Et ita me præcipien te habitare iuslus est, vt in ea ciuitate in qua degebat, bona ei necessaria no deessent. Talis enim est eius venerabilisvirtus, diuinis freta solatiis, vt etiä molestias asperioris fortunæ contemnat. Quapro pter licet ad charissimă reuerentiam vestram dominus noster beatæ memoriæ Costantinus Pius, meus pater, eundem episcopum in suum locu restituere proposuisset, tamen quonia humana sorte præuentus, antequam hæc compleret vota, requieuit, consequens arbitratus sum voluntaté diuinæ memoriæ Imperatoris implere. Qui dum ad vos remeauerit, qualem à me venerationé habue rit, agnoscetis. Nó enim mirabile si quid in eo ges C simus quod laudetur. Meam naque animam imago desiderij vestri,& schema tanti viri ad hoc mo uit & inuitauit. Diuina prouidentia vos custodiat fratres dilectissimi.

De infidiis Arianorum aduersus Athanasium. CAPVT 111.

Is literis fretus Athanasius, Alexandreia venit. Libentérque eum plebs Alexandrina suscepit. Ariani verò coniuratione facta aduersus eu frequentes seditiones subinde suscitabant, per quas occasio præbebatur Eusebio, vt derogaret ei apud Imperatorem, quod non decernente comuni cocilio episcoporum, autoritate sua arripuisset ecclesiam. Tantúmque his derogationibus actum est, vt indignante Imperatore de Alexandrina vrbe proiiceretur. Eodem tépore Eusebio moriente episcopo Cæsaraæ Palestinæ cognomento Páphili, + Agapius discipulus eius suscepit episcopatum, qui & alios plurimos ædidit libros, & de vita doctoris sui multa conscripsit.

SOCR ATES,

Demorte Constantini minerie. CAP. 1111. D

On multo post tempore & Costantinus Im perator, Constantini maioris filius, dum nititur inuadere partes iunioris fratris Costantis, cir ca Aquileiam congressione facta perimitur, cosu latu Acindyni & Procli. Quamobre Romani imperij principatus Occidetalium quidem partium peruenit ad Constantem, Orientalis autem ad Costantium.

THEODORITYS.

Quod Athanasim Arianis bella ipsi dennò suscitan tibus, ad partes decessers Italia. CAP. V.

Gitur tempore quo Constantinus ad perenne transiuit imperium, testamento filiis temporale distribuens regnum (nullus enim corum erat presens) presbytero à sorore propria ipsi comendato suum credidit testamentu, præcipiens id Constan tio dari, qui inter alios videbatur esse vicinior, & prius venire posse credebatur. Hinc iste Constan E tio factus notus, tradito tellaméto accepit ad cum ingrediendi fiduciam. Qui videns facilem Constantij voluntatem, & velut calamum ventis acce dentibus agitari, præsumpsit contra Euagelica do gmata bellu assumere, & aduersus ecclesias asperrimam erigere tempestaté. dicebat enim esse culpabiles, qui Cosubstantialitatis vocem, quæ scripta non inueniretur, in fidei doctrina posuissent, quod inter sacerdotes & eos discordiam generaret. Hinc ergo Athanasium & eius sectatores accu sans, insidias instruebat. Huius cooperatores erat Eusebius, & Theogoni9, & Theodorus Perinthi9, qui eloquentior videbatur, & scripsit explanationes Euangeliorum, quem plurimi Heracleioten vocant. Isti nanq; sæpius velut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multoru caussam asserebant esse maloru:& non solum Ægyptum, sed etiam Palastinam & Phænice, vicinasque getes eius gratia dicebant esse turbatas. Proinde hu iusmodi verbis leuissimă obsidentes Imperatoris intentionem, suaserunt vt Athanasium ab ecclesia rursus expelleret. Qui agnoscés eorum consi-F lium, ad partes Hesperias abiit,

Quid de Athanasio Iulius decreuit episcopus. CAPVT VI.

Verum Eusebius, eiúsque consortes, calúnias in Athanasium factas Iulio Romano Pontisici destinauerút. Qui ecclesiasticam sequens legé, etiam ipsos Romam venire precepit, e venerabi lem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuò euocatione suscepta venit, calúniarum verò sarcinatores Romam quidem prose eti non sunt, scientes facilè suum posse capi mendacium. Sed videntes oues pastore desolatas, lupum super eas pro pastore costituerút, id est, Gre gorium, qui sex annis bestiis ferocibus crudelius vsus, pænam maliciæ suæ soluit, ab omnibus amarissimè laniatus.

Qued Costans imperator partes fouerit Athanasy.

CAPVI VII.

A Thanasius autem veniens ad Costante, postquam Costantinus iunior fuerat bello defun An de. 343. Conftătion ionier eciditor.

Accefater Aibanafinu apad (2farens,

Av.do. 341. Athanasi' in Italiam.

Iolisu peeti fex.Rom,

Greg. Ale-

An.do.346. Athan si' queritur de Atiann.

Athanafimopera En fobij iterum Alexadria pelletur. Caf.moritur. Magina fuccedit, LIB. IIII.

A ctus, Arianæ cohortis cum gemitu referebat insidias, & bellum contra Apostolicam sidem gestu, patrisque eius nomen maximique concilij ab illo celebrati métionem faciebat, & quòd comuni lege synodus roborata videretur. Hæc insinuando cum lachrymis, ad paternu zelum excitauit Imperatorem. Mox nanque vt hæc audiuit, mandauit fratri monens vt paterne pietatis inuiolabilé seruaret hæreditatem: cùm & ille pietate gubernando regnum, & Romanorum euicisset tyranos, & gentes positas in circuitu subiugasser.

SOCR ATES.

De morte Alexandri Constantinopolitani Pontificu, & ordinatione apud orthodoxos Pauli, apud
Arianos Macedony. CAP. VIII.

A porrò tépestate Constantinopolim altera, priore superior, turba ex huiusinodi caussa, pcessit. Alexander Costantinopolitanæ Præsul ecclesiæ,post decertationem cum Ario terminatam ex hac vita excessit, episcopatus tricesimotertio, vitæ anno nonagesimo & octauo, nullúmque in fuũ constituit locũ, sed mãdauit vt vnum ex duobus quos ipse nominaret, eligerent: Et si quidem vellent + docibilem simul & vitæ optimæ testimonio decoratu, Paulum à se presbyteru ordinatum, virum quidé ætate iuuenem, sed sapientia senem, episcopú sibimet ordinarent. Si verò ex habitu solumodo reuerentia eligere vellent, Macedonium facerent, tunc diaconum existentem, qui ætate maior videretur. Ex hac caussa maior cóten tio pro episcopi ordinatione surrexit, ecclesiámque turbauit, cum populus vtique in duas diuisus esset partes: alisque defenderent Arianu dogma, alij verò Nicæni decreta cocilij. Igitur donec Ale xander viueret, Homousiani potiores erant Arianis, quia hi quotidie couicti minuebantur. Cũ ve rò Alexander obiisset, cotentio rursus ex vtraque parte comota est. Quapropter Homousiani Paulum ordinauere potificem, Ariani verò Macedonium. Et in ecclesia quidé Irenæ cognomine, quæ est vicina iuxta basilicam Sophiam, Paulus est ordinatus, in quem potius Alexandri sententia prolata videbatur.

Quodremoto Paulo Eufebius Nicomediensis, Constanti nopoleos inuaferit episcopatum, & de Antiocheno concilio, de ordinatione Euseby in Alexandreiam opost eum Gregory, & transformatione Nican; concily.

CAP. 1X.

Post paululum verò temporis Imperator Constantinopolim veniens, indignatur ob ordinationem facta Arianorum. Episcoporu autem constituto concilio Paulum quidem remoueri secit: Eusebiu verò ex Nicomedia transferens Costanti nopolim, episcopu esse decreuit. Quo facto Antiocheiam prectus est Imperator. Eusebius itaq; nullo modo cessare patiebatur, sed omnia comouebat donec suu propositu perduceret ad esse suite tergo vt in Antiochia Syriæ synodus sieret, sub occasione quidem dedicationis ecclesiæ, qua pater Augustorum fabricari cæperat, & posterius obitum Constantius decimo anno ea à tempore fundationis expleuerat: in veritate autem ad sub-

uersionem atque destructionem Nicani concilij. D Ad quam synodum couenerunt ex ciuitatibus diuersis episcopi nonaginta. Maximus tamé Hierosolymitanus Macarij successor no affuit, cogitans quod ipsi posset subripi, vt in damnationem subscriberet Athanasij. Sed neque Iulius interfuit ma ximæ Romæ Præsul, neque in locu suum aliquem destinauit, cum vtique regula ecclesiastica iubeat, non oportere præter sententia Romani Potificis cócilia celebrari. Fit ergo fynodus in Antiochia sub præsentia Constantij principis, Consulatu Marcelli & Probini. Erat autem quintus annus mortis Costantini patris Augustoru. Præsidebatque tunc ecclesia Antiochena Flacillus successor Euphronij. Fautores igitur Eulebij operæpretiu iudicantes Athanasio derogare, primu quidem ca lumniati sunt quasi præter regulam egisset, quá tunc ipsi decreuerant, quoniam non ex sententia comunis concilij episcoporum receperat sacerdo tium, sed sibimet arrogando in ecclesiá fuisset ingressus. Deinde quoniam eius aduentu turba generata,plurimi feditione fint mortui : & quia aliqui ab Athanasio cæsi, Iudicibus dicerentur esse E cotraditi.Hac derogatione tunc habita costituerunt episcopú in Alexádreia, primo quidem Eusebium cognomento Emisenú. Quo ordinato, & in Alexandreiam ire metuente, Gregoriu fecerunt episcopum. His ita gestis, transformauerunt side, nihil quidé culpantes Nicani concilij, sed principiú prebentes vt frequentibus cociliis alia subinde mutantes & recitantes, efficerent vt definitio fidei paulatim in Arianam væsaniam relaberetur.

Epistola Antiocheni concili, & de fide, & bello Francico, & de Antiochia terramotu, CAP. X.

Os neque sequaces Arij suimus, quomodo enim episcopi presbyteru sequeremur>neq; aliam quampiam fidem absque exposita antiquitus suscepimus. Sed etiam nos examinatores &co gnitores eius fidei facti sumus: & iudicauimus potius, quàm sequuti sumus. Didicimus enim ab initio credere in vnum Deum omniu, vniuersorum intelligibilium sensibiliumque creatore & proui forem, & in vnum filium vnigenitu ante omnia fecula existentem,& cum suo genitore manenté, per quem omnia facta sunt visibilia & inuisibilia, & qui in nouissimis temporibus per boná volun tatem patris descendit, & ex sancta virgine Maria carné assumpsit, & omnem voluntatem patris sui impleuit: passus est,& resurrexit, & in cœlos ascendit, in dextera patris sedet, venturus iudicare viuos & mortuos, & rex permanet in æternum &Deus.Credimus & in spiritű sanctum.Si autem adiiciendú est, credimus & de carnis resurrectione,& vita perpetua.Hac in prima scribentes epi stola ciuitatibus mittebant. Sed post paululum aliam in Antiocheia dicauerunt. Eodem tempore etiam rempublicam contigit valde turbari. Gens nanque Francorum circa Gallias constituta, Romanis erat infesta. Tunc etiam terræmotus maximus in Oriente factus est, & precipuè in Antiocheia, quæ anno iugiter est commota.

Quomodo Gregorius Alexandreiam venerit, & inde fugerit Athanasius, & qua mala per Gregorium ge sta sint. CAP. XI. D iiij Ando. 346 Caliū An tiochia 90. opiscoporum.

Antoritae Rom.pont.

Athanafi<sup>o</sup> accufatur ak Ariania

Fides Arianorum Au siochia-

Franci. Terramotus Antiochia.

Alexander
Constantino B
politanus mo
ritur.
An.do 346.

† docendi fa cultate. Paulus.

Macedonina

Fastiones Homonsiaworn & Avianorum.

Irena. Sophia.

Zafeb.Nice

Cost ätimop

li preficitur.

mis.

Digitized by Google

Syrian**s**e.

Vigilia.

Pfalmodia.

A Interea Gregorium deducebat in Alexandriam Syrianus magister militiæ, & cum eo armati milites numero quinque millia quibus etiam ade.

lites, numero quinque millia, quibus etiam aderant Arij sectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanasius ecclesia pulsus, ne caperetur effuge rit, arbitror esse dicendum. Erat enim vespera, & populus in vigiliis observans, sperabaturque sutu ra Collectio.Inter hæc venit Magister militum,& circa ecclesiam per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quæ sierent, cogitauit ne propter se vlla læsio populo proueniret. Et præcipiens diacono vt compleret orationem, rur lus plalmum fecit imponi. Cumque consonantia psalmodiæ celebraretur, per vnam ianuam ecclesiæ egrediebantur omnes. Quo facto milites quidem sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios pfallentium illæfus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est. Porrò

B incendit.

Quod mortuo Eusebio Paulus in ecclesiam rursus introductus sit, & ab Arianus Macedonius constitutus.

CAP. X 11.

Gregorius Alexandrinæ tunc præsedit ecclesiæ, Alexandrinorum verò plebs non ferens quod e-

rat gestum ecclesiam quæ Dionysij nuncupatur,

Inlim potif.
Ro, index in
caussa Athanasy.
Euseby
mors.
Paulus redu
citur Costan
tinopolius.
Visatina
Valens.

Hyfebius autem legationem misit ad Iuliú Romanæ vrbis episcopum, rogans vt contra Athanasium iudex esset. Sed quæ de Athanasio decreuerat Iulius Eusebius non occurrit vt cognosceret, quia dum paucú tempus vixisset post concilium, vita priuatus est. Quapropter Constantinopolitæ Paulum rursus in ecclesiam introduxerunt. Idem & Ariani in ecclesia, quæ nunc dicitur Pauli, ordinauere Macedonium. Et hoc gerebant fautores Eusebij successors (q. præsumptionis, id est, Theodorus Heracliæ, & reliqui. Sed Vrsatius & Valens hæretici, postea libellum pænitentiæ Iulio osserentes episcopo, & consentientes intessis verbo, communicare meruerunt.

Quomodo Hermogenes magister militu, Volens Pau-C lum ecclesia pellere, à populo sit peremptus, qua vindista processerit. Cap. XIII.

Paùlus pellitur Confrantinopoli,

Hermogenes Mag. militum occiditur.

Franci, Germani Confrantino Imp, prinat Confrantino Bolitanos fru

Nterea propter Macedonium ingens præliorű flamma furgebat,& intestinum bellű Christianoru in ciuitate multi sanguinis essusione pullulabat. Quod cum audisset Constantius Antiochie positus Imperator, Hermogeni magistro militum Thraciarum iniunxit, vt Paulu ecclesia pelleret. Qui Constantinopolim veniens, maximas turbas comouit, cogens vt pelleretur episcopus. Facta autem seditione, populus erat paratus ad vltionem. Cumque Hermogenes insisteret vt militari manu expelleret Paulum, accensus populus (vt fieri solet in talibus)irrationabiliter ei resistebat, eiu í que domum incendentes, ip fum que trahentes interemerunt. Hæc gesta sunt consulatu Constantij tertio, & secundo Constantis. Quo tépore Costans quidem Francos Romanorum subiecit imperio Constantius autem de interitu Hermogenis acturus ab Antiochia veredis Constantinopolim venit, & Paulum quidem expulit ciuitate, vrbemverò damno multauit, auferens ei fruECCLESIAST.

menti à suo patre collati vltra quadraginta milia D modiorum, quæ quotidie frangebantur. Nam penè octoginta milia per dies singulos, vrbe Alexan dria mittente, primo ministrabantur. Hoc itaque facto Macedonium distulit statuere vrbis episcopum. Irascebatur enim etiam illi, non solum quia præter ipsius voluntaté suerat ordinatus, sed quia propter seditiones inter eum Paulumque factas, plurimi perierant, simul & magister militum suerat interemptus. Permittens ergo eum Missa facere in ecclesia in qua fuerat ordinatus, denuo est prosectus in Antiochiam.

Quod Gregorius ab Alexandria remotus, & Georgius Arianus illic fuerit euocatus. C APVT XIIII.

A Riani præterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquá odiosum, & quia propter eum factum fuisset incendiú, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem, euocauerunt Geor gium Cappadocem hominem Arianæ væsaniæ.

Gregoriau Alexádri, Goorgiau Cappadox recipitur,

SOZOMENYS.

Athanasio Paulo & aliu orthodoxiu episcopiu Roma positiu quid Orientalibus Iulius Romanus scripserit. CAPVT XV.

Gitur Athanasius relinquens Alexandream,Romam profectus est. Contigit autem eodem tem pore etiam Paulum Constantinopolitanum Põ tificem illuc vnà concurrere,&Marcellű Ancyræ, Asclepamque Gazæ. Qui dum Arianis esser aduer sus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum ecclesia Quintiano committitur. Lucianus autem Hadrianopolites episcopus, ob aliam accusationé ecclesia sua priuatus, degebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Romanus episcopus crimina singulorum, & omnes Niceno concilio concordare com periens eos in communionem suscepit, tanquam omnium curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, singulisque reddidit suas ecclesias, & Orientalibus icripsit episcopis, culpans quod non recte tractassent viros inculpabiles de suis ecclesiis cos expellentes, & quod constitutiones Nicæ ni concilij minime observarent. Quorum paucos ad certam diem sibimet adesse pręcepit, vt coram eis ostenderet iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps non se passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. Et ille quidem hac scripsit. Athanasius aute, & Paulus epistolas Iulij Orietalibus episcopis miserunt,& singuli eorum suas sedes adepti sunt.

Quid Orientales Iulio rescripserint. CAP. XVI.

VErum Pontifices Orientis grauiter hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio referipferunt epistolam, ornato quidem stilo compositam, ironia verò maximè plenam, & non sine interminationis qualitate confectam. Fatebantur enim circa omnes Romanorum ecclesiá esse munificam, veluti que apostolicam haberet curam, & antiquitus mater pietatis existeret, licet ab Oriéte

Atbanafino.

Paules.

Marcellus.

Miclopes.

Quintianes.

Lucianus.

Romana fedis dignotas

Tulino Pét.

Ro.Onesa

libas faribit.

∕sa. **do.** 346.

Romana ecclefia. A ad earn prædicatores dogmatis aduenissent. Se verò non propterea secundo loco habendos existimabant, eo quòd non magnitudine aut multitudi ne abundarét ecclesiarum, cum vite qualitate non cederent:crimenque Iulio imponebant, eo quòd Athanasij sectatoribus communicasse videretur, & tanquam ipsorum concilio contumelias irrogasset, corumque sententiam, destruxisset : & veluti iniustum eius factum, ecclesiasticisque sanctio nibus dissonans arguebant. His ita conscriptis addiderunt, quod si susciperet Iulius damnationem ab ipsis factam, & ordinatos episcopos in damnatorum locum firmaret, pacem cum eo & communionem haberent. Si verò placitis ipsorum resiste ret, contraria celebrarent: quippe cum Orientales episcopi non restitissent, cum Nouatus à Romana pelleretur ecclesia. De his autem quæ præter commune placitum de concilio Nicæno gesse rant, nihil ei rescribere maluerunt.

SOCRATES.

Quid Athanasio Alexandruam remeante prouenorit. CAPYT. XYII.

Ariani quidã apud Alexadriã Suffocati.

**A**tbanasi ii

Macedoni"

berefiarches.

traducit.

Æc itaque Orientales episcopi Iulio Romano Pontifici rescripserunt. Cum verò Athanasius Alexandreiam fuisset ingressus, compressio populi partis Gregorij, qui illic fuerar ordinatus episcopus, vehemens facta est. Et ex hoc dicebant turbas & neces hominű prouenisse,& huiusmodi criminain Athanasium velut autorem sceleris referebant: cum hec in certaminibus frequenter eueniant. Ob quam causam Sabinus Macedonianæ Præsul hæreseos, Athanasium frequenter accusat. Qui si cogitaret quanta mala contra Athanasium & Homousianos Ariani gesserint, aut quanta concilia propter eum celebrata sint, aut quanta contra omnes ecclesias Macedonius hærcharches gesterit, erubescens forte tacuisset.

Quomodo Paulus denuò Constantinopoli sit expulsus, G qua neces introducto in Ecclesiam Macedonio sint · CAP. XVIII. falta.

Panles è Constătino- C poli pellitur.

† Manda**tum** fuum.

Zenxippi. † Ma

vulat.

Onstantius igitur Imperator in Antiochia degens, cum audisset rursus Paulum Constantinopolitanam recepisse sedem, iratus + sacra sua misit ad Philippum, qui tunc habebat maximam inter alios Iudices potestatem, & post principem fecundus appellabatur: vt Paulum ecclesia pelleret, & Macedonium introduceret. Præfectus autem Philippus seditionem populi metuens, arte est vsus aduersus Paulum. Et visionem quidem principis celauit, simulansautem publicum se habiturum esse tractatum, processit ad Thermas vocabulo Zeuxippi:quo etiam cum'honore quasi necessario vocauit Paulum. Cumque venisset, repente Præfectus + sacra mon-Trauit Imperatoris, & episcopus quidem illic iniustam sententiam patienter tulit. Porro Præfe-Ctus metuens multitudinis impetum qua ibi conuencrat, propter timoris famam, vnam fenestram Thermarum iussit aperiri, per quam ad palatium ductus Paulus, & missus ad nauem ad talia parata,

LIB. IIII.

velociter ductus est in exilium. Iussitque Præfe- D ctus vt Thessalonicæ seruaretur, ex qua Paulus fuerat oriúdus, vt illic libere viueret, & in aliis Illyrici ciuitatibus, non tamen vt ad partes Orientis accederet. Hoc itaque modo Paulus inopinato de ecclesia pulsus est. Philippus autem à Thermis ad ecclesiam properabat, cum quo Macedonius, residens in vehiculo cum Præfecto simul & militibus armis indutis. Hoc facto terror populum ap prehendit, & ad ecclesiam concurrerunt vniuersi simul Homousiani & Ariani. Cumq; Prefectus cu Macedonio ad ecclesiam peruenisser, & populum & milites irrationabilis timor inualit. Cumque esset ingens multitudo, nec posset introire Præfe Aus, milites cæperunt populumviolenter impellere, & cùm propter angustiam loci cedere non possent, putantes eos milites sibi velle resistere, euaginatis gladiis in corum necem grassabantur. Tuc ergo (sicuti fertur) perempti sunt circiter tria millia centú & quinquaginta. Alij à militibus interfecti, alij verò compressione sunt mortui hisactis. Hac via Macedonius tanquam nihil mali gerens sed veluti mundus & innocens à Præsecto E magisquam ecclesiasticis regulis, traditum sibi recepit episcopatum:tantisque necibus ipse & Aria ni ecclesia iura tenuerunt. Hoc tempore Imperator maiorem ecclesiam' fabricabat, quæ nunc Sophia vocitatur, & est copulata ecclesia, qua dicitur Irene, quam pater Imperatoris, cum esset prius modica, ad pulchritudinem magnitudinemque perduxerat : quæ modo velut sub vno circuitu contineri noscuntur.

#### Denuo de calumniu contra Athanasium. CAPVT XIX.

Nterca contra Athanasium alia machinatio cõcinnata est. Ecclesiæ nanque Alexandrinorum Augustorum pater erogando pauperibus frumenta donauerat : quæ dixerunt Athanasium vendere,& fuis vtilitatibus applicare . Quod Imperator credens, eum iussit occidi. Hoc sentiens Athanasius, latéter aufugit. Tunc igitur Iulius Romanx vrbis episcopus, cognoscens Arianorum in sidias aduersus Athanasium machinatas, postqua Eusebij susceperat literas, euocauit Athanasium, cum audisset locum ybi erat absconsus. Inter hæc F suscepit etiam literas Ægyptiorum episcoporum, asserentium falsa esse quæ contra Athanasium dicebantur. Quo facto Iulius rescripsit eis qui fuerant in Antiochia congregati, culpans eos primú de iniuriis literarum: deinde cur se ad synodum su am non vocassent canonibus nimirum iubentibus præter Romanum nihil decerni Pontificem: insuper quod latenter corrumperent fidem: & quod Tyri gesta per subreptionem fuerint & arte composita: & quia contra ius ex vna parte confecerint monimenta gestorum, referens id ad falsitatem de Arsenio concinnată. Epistolas ipsas ponere, propter fastidium longæ lectionis omisi. Post modicum verò tempus, Paulus à Thessalonica simulans se hebere iter ad Corinthum, in Italia venit,& vnà cum Athanasio causam suam Imper. Constanti indicauit.

SOZOMENYS.

Macedoni<sup>9</sup> in ecclesiam deducitur.

Supra 3000 interficiütor

Sophia, opus Constanty

Calumnia in Athana

thanasiñ ad

A De legatis Orientalium Episcoporum ad Constantem missi pro his qua gesseunt. C. N. P. XX.

† Neropolis.
Nerciffus
Theodorus,
Marcus,in
Italiam mit
tuntur.

Orientales

con lubitan-

tialitatem negant.

Endoxius.

Martyrius.

Macedons".

Mperator autem fratri suo Constantio scripsit, vt aliquos Orientalium episcoporum satisfacturos de quorundam damnatione mitte ret. Quapropter eligunt tres, Narcissus + Irenopolites Cilix episcopus, Theodor Heraclie Thra ciæ, & Marcus Arethusæ Syriacæ. Qui venientes ad Italiam, facta propria vindicabant, nitentes Im peratori persuadere Orientalis concilij iustam esse sententiam. Cumque sidei sux confessionem exigerentur, fidem quidem Antiochie expositam, celauerunt. Aliam verò conscribentes confessionem obtulerunt, multum tamen à Niceno concilio dissonantem. Videns auté Constas iniuste grauatos homines, nec crimina fuisse vera, pro quibus dicebantur à communione suspensi, sed id factum propter dissonantiam fidei, cum satisfacere nequivissent pro quo venerant, remisit eos ad propria. Post tres autem annos rursus Orientales episcopi Occidentalibus aliam epistola miserunt, quam Multorum versuum nominauere conscriptionem, eò quòd vltra priores prolixo eloquio confecta videretur. In qua de substantia quidem dei nullam fecere mentionem. Eos autem qui dicunt ex non existentibus dei filium, aut ex alia essentia & non ex deo, & quia fuerit aliquando tépus aut seculum, quando non erat, abdicarunt. Porrò Eudoxium Germaniciæ episcopum, Marty rium atque Macedonium baiulos epistolaru, Occidentales noluerunt suscipere sacerdotes, dicentes dogmata Nicana sufficere, & nihil vlterius oportere tractari. Cumque Constans à fratre petens, vt Athanasius suam reciperet ecclesiam, resistentibus harcticis nihil impetrare potuisset, tunc Athanasius & Paulus adeuntes poposcerunt sieri fynodum, eò quòd pro defensione rectorum dog matum expulsi probarentur.

#### THEODORITYS.

Quod Constans fratrem pro side mouerit, es quod C Constantin Sardica concilium conuocari pracepit. C APVT XXI

Vod audiens Constans, scripsit fratti, monens vt paternæ pietatis inuiolatam seruaret hæreditatem, cum & ille imperium gubernando & Romanorum tyrannos euicisset, & in circuitu gentes Barbaras lubiugasset.His literis motus Cõ stantius, præcepit Sardicæ (quæ est ciuitas Illyrici) & Orientales & Occidentales conuenire Pontifices. Multi siquidem etiam alij casus medicinam fynodicam requirebant. Nam & Paulum Constátinopolitanæ vrbis episcopum, pro rectis dogmatibus, Ariani ad periculum mortis víque perduxerant,tanquam seditionis autorem,& alia quædam adiecerant quæ calumniatoribus funt amica. Qué tamen tunc populus Sardicam propter inimicorum insidias abduci non est passus. Paulò post autem defuncto Constante, slectentes Ariani leuissimam principis voluntaté,& à règia ciuitate pellentes l'aulum, eum ad ciuitatulam Cucusenam (quæ tunc erat Cappadociæ, nunc verò secundæ Armeniæ)transtulerunt. Sed non satis est in hoc cuncta turbantibus, vita Pauli mirabilis, licet in fo D litudine constituti. Mittentes enim ministros necis, eum morti violentissimæ tradiderunt. Et hoc beatus Athanasius refert in Apologia propriæ fugæ, ita dicens:

Athanafii relatio de nece Pauli Conftantinopolitani Pontificu. CAP. XXII.

Piscopum nanque Constantinopoleos Pau-'lum persequentes atque inuenientes, palam suffocandum esse censuerunt in Cucuso Cappadocia, autorem habentes Philippum Præfectum. Erat enim eorum hæreseos tunc patronus, & con siliorum minister iniquorum. Huiusmodi enim crudelitates blasphemia Arij protulit. Contra vni genitum nanque infaniunt ministri præsumptionum eius. Hoc itaque modo Paulo defuncto, imò magis ad cœlestia regna perducto, Macedonium statuerunt episcopum quasi consectatorem suum, quoniam proxime sancto spiritui blasphemabat. Sed paulò post expulerunt & eum, dum creatura E non confiteretur eŭ quem filiŭ sacre scriptura dicunt. Quapropter damnatus ab illis, haresis proprie autor apparuit consubstantialem quidem nec iste patri filiŭ esse dicens, similem tamen per omnia genitori docens, creatum verò Spiritum aperte denominans. Hac itaque non multo post (ficuti diximus)acta funt.

#### SOCR ATES,

#### De conuentu episcoporum in Sardicense concilium. CAPVT XXIII.

Ndecimus autem annus erat ab obitu patris duorum Augustorum. COSS. verò tunc fuere Ruffinus & Eusebius, quando celebratum est Sardicense concilium. Ex Hesperiis ergo partibus conuenerunt episcopi quasi trecenti, sicut Athanasius ait. Ex Orientalibus sex & septuaginta tantummodo, sicut Sabinus dicit. Inter quos annumerabatur & Ischyras tanquam Mareotis epifcopus, quem damnatores Athanafij in epifcop $\tilde{\mathbf{u}}_{\mathbf{F}}$ huius prouinciæ prouexerant. Excumuerut se etenim alij per infirmitatem corporis:alij angustas inducias acculantes,& ob hoc Iulium Romanum culpantes episcopum: cum vtique ante annum & sex menses synodus fuerit prædicata, & Athanasius Roma degeret, expectans iudicium synodale. Cum ergo Sardicæ Orientales conuenissent, ad as pectum Occidentalium venire nolebant, dicentes,non aliter se ad verba venturos,nisi suo collegio Athanasiacos & Paulianos expellerent.Cumque Protogenes Sardicensis episcopus , & Osius Ĉordubæ Hiſpaniæ non paterentur à concilio ſe submoueri Pauli defensores & Athanasij, illi repente discesserunt. Et venientes ad Philippopolim Thraciæ,seorsum facere concilium,& aperte iam Consubstantialitatem anathematizauerunt. Et sectam inæqualis substantiæ epistolis subscribentes, vndiquaque miserunt. Qui autem in Sardica conuenerant, primum quidem horum damnauere væsaniam, deinde accusatores Athanasij dignitate priuauerunt. Et + terminű fidei Nicænę corroborantes,& tractatum de diuinæ substantiæ

Philippus Prefollus

Macedoni<sup>o</sup> propellitar.

Orientales

An.do. 350.

FI erefis in equalis (obfessiva.

Definition!

Paulm Cucufum tranf latm,paulò post occiditur.

Sardicam

concilium

indicitur.

- INUKI ZIKA

vi TO faxão

Broos Maggi

TEAIS.

Digitized by GOOGLE

A inæqualitate respuentes, Consubstantialitatem apertius tradiderunt, etiam ipsi vndiquaque scripta propria mittentes. Ex vtraque ergo parte arbitrati sunt recte se facere, Oriétales quidem eò quod à se damnatos illi susciperent, Occidentales autem quoniam ante cognitionem damnatores esfugerant: & quoniam hi quidem Nicænam seruabant sidem, illi verò eam adulterare presumpserant. Reddiderunt ergo locum Paulo & Athanasio, necnon & Marcello Ancyræ Gallatiæ, qui dudum (sicuti iam dictum est) sucreta condemnatus.

THEODORITYS.

Litera Sardicensis concily ad universos episcopos. CAPVI XXIIII.

Væ verò Sardicæ gesta sint, concilij literæ clarius edocebút, quas propter modum explanationis huic scripturæ interponere non omiss.

#### SANCTA SYNODYS DEI GRA-TIA SARDICÆ

congregata ex vrbe Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiris, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bythynia, Hellespoto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Poto, Cilicia, altera Phrygia, Paphylia, Lydia, insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Lybia, Galatia, Palæstina, & Arabia, vniuersis episcopis & comministris S. & Apostolicæ ecclesiæ dilectissimis fratribus in domino S.

MVLTA quidem ac fæpius Arianam vesania fequentes præfumpferunt aduerfus Dei feruos,& rectam fidem custodientes. Adultera nanque do-Arinam proponentes, orthodoxos expellere sunt conati. & in tantum insurrexerunt aduersus side, vt neque auditus deo amabilium lateret Imperatorum. Igitur gratia dei cooperante, etiam ipsi piissimi principes ex diuersis nos prouinciis & ciuitatibus colligentes, sanctum hoc conciliú in Sardicensium celebrari vrbe præceperunt, vt ablata C omni discordia, & omni perfidia procul expulsa, fola Christi pietas apud omnesinuiolata seruetur. Venerunt enim Orientales episcopi à piissimis Imperatoribus inuitati, præcipuè propter famam quæ de charissimis nostris fratribus & comministris fuerat diuulgata,id est, Athanasio Alexandrino, & Marcello Ancyræ Galatiæ, & Asclepa Gazxo, forsan etiam ad vosipsos detractiones huiusmodi peruenerunt, quomodo etiam nostras aures ventilare conati sunt, vt ea quæ contra innocentes referunt, vera esse credantur, & iniqua hæreseos celetur opinio. Sed hæc diutius facere permissi non sunt. Etenim Præsul ecclesiarum dominus est, qui pro his & pro vniuersis mortem sustinuit,& per eas ascensum ad cœlos nobis omnibus condonauit. Pridem itaque Eulebius, & Maris,& Theodorus arque Theogonius, Vrsatius, & Valens, & Minophantus, & Stephanus scripserunt Iulio comministro nostro ecclesia Romana Pon tifici contra prædictos consacerdotes nostros, id est Athanasium episcopum Alexandriæ, & Marcellum episcopum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ. Scripserunt quoque ex aliis partibus episco LIB. IIII.

pi, testimonium perhibentes puritati Athanasij D confacerdotis nostri,& ea quæ ab Eufebio & cósectatoribus eius gesta sunt, nihil aliud quam men daciis & calumniis plena esse affirmantes. Cú vtique euocati à charissimo & consacerdote Iulio, & non occurrentes (ficut scriptis eiusdem episcopi Iulij comprobatur) aperte videantur calumniatores existere. Nam si de gestis contra eos habitis præsumpsissent, non cunctarentur occurrere. Veruntamen etiam ex his quæ fecerunt in hoc sancto magnoque concilio, eorum machinatio euidenter apparet. Venientes enim in Sardicensium ciuitatem, atque videntes fratres nostros, Athana fium, Marcellum, Asclepam, & cæteros ad iudiciú accedere timuerunt.Et non semel, non secundo, fed etiam frequenter citati, vocationibus obedire noluerunt: congregatis videlicet in concilio Osio longæuo (qui propter etatem, atque confessionem, tantumq; laborem omni honore dignus apparuit) & reliquis, sustinentibus & inuitantibus eos ingredi iudicium, vt quæ contra absentes cósacerdotes diffamauerant atque conscripserant, præsentes ostenderent. Sed (sicuti prædiximus) euocati non venerunt, vt etiam in hoc calumniam propriam ostenderent: & quodammodo respuen do iudicium, insidias suas & molimina proclamarent. Nam qui de suis dictis confidunt, etiam ad fa ciem probare non fugiunt. Quia verò non occur rerunt, nullum de eis ignorare confidimus (si forfan rurfus illic quicquam machinari voluerint) p nihil habentes quo possint cosacerdotes nostros arguere,absentibus detrahunt , præsentes effugiunt . Fugerunt enim(charifsimi fratres)nő folum propter calumniam aduersus istos instructam, verum quia fuos pro diuerfis criminibus accufatores occurrisse viderunt. Proferebantur enim vincula & catenæ. Venerant homines ab exilio & consacerdores, necnon cognati pariter & amici eorum, qui propter eos mortui dinoscuntur. Et quod est admirandum, aderant epilcopi, quorum vnus quidem catenas gestabat & vincula, quibus vinctus fuerat propter eos. Alij verò eorum insidiis mortem sibi testabantur inflictam, quia ad tantam superbiam sunt perducti, vt etiam episcopum occidere conarentur: quem nisi fuga liberasset, obierat. Venit enim consacerdos noster beatus Theodûlus, fugies eorum molimina, quibus fuerat iufsus occidi. Alij verò gladiorum vulnera demonstrabant: alij famem se ab eis passos ingemiscebat, & hæc non quilibet homines testabantur, sed om nes ecclesiæ pro quibus hi qui occurrerunt, & qui legatione fungebantur, in sinuabant violentiarum pestes, armatos milites, populos cum fustibus, iudicum terrores, falsarum literarum obiectiones. Lectæ sunt enim literæ Theogonij contra consacerdotes nostros, Athanasium, Marcellű & Asclepam, vt etiam Imperatores mouisse viderentur: Quas literas diaconi Theogonij vulgauerunt, super hæc autem virginum nuditates, ecclesiarum incendia, carceres contra facerdotes nostros adhi bitos. Que omnia prælia non nisi pro detestabili Arianorum hæresi commissise noscuntur. Quisquis enim corum respuisset ordinationem atque communionem, his necessario subdebatur iniuriis.Conspicientes igitur facinorum suorum angustias, confusi recesserunt. Et vlterius hæc non va-

Osian Cordubansis.

Theodolus

Ajaapa.

Athana

Marcellus.

350. Særdicensis

concily lite-

Islim Pöt. Romanu.

Digitized by Google

Inline Pot.

Romanus.

Ischyras.

A lentes abscondere, in Sardicensium venerunt vrbem, vt per aduentum suum quasi talia se nequaquam perpetrasse monstrarent. Vident es autem quibus calumnias irrogauerant, & oppressos à se simul accusatores, & increpationes pre oculis suis habentes, euocati ad iudicium ingredi nequiuerunt. Athanasio quippe, Marcello, & Asclepa, 'nostris cósacerdotibus fiducialiter agentibus, & valde ingemiscentibus, & imminentibus atque prouocantibus eos,& promittentibus, non solum se calumnias euidenter oftendere, sed etiam quæ in eorum ecclesias deliquissent: illi verò tanto conscientiæ terrore constricti sunt vt fugerent,&per fugam suas calumnias aperirent delictaque sua iudicij declinatione faterentur. Et licet non solum ex prioribus, sed etiam ex istis malicia eorum atq; calumniæ patefiant, tamen vt neque per fugam occasionem alterius iniquitatis accipiant, curauimus contra veritatem facta eorum molimina examinare. Et hoc proposito, ex his quæ gesta sunt eos calumniatores inuenimus, & nihil aliud nisi aduersus consacerdotes nostros insidias institutas. Nam Arsenium, quem dicebat ab Athanasio peremptum, hic viuit, & inter viuențes commorari dinoscitur, ex quo etiam alia probantur esse conficta. Quod verò etiam calicem diuulgauerunt fractum à Macario Athanasij presbytero, testati funt qui de Alexandrea & Mareote venerunt, nihil tale fuisse gestum. Sed etiam episcopi Ægypti Iulio consacerdoti nostro scribentes, valde affirmabant, quod neque suspicio fuisset huiusmodi. Proinde dixerunt monumenta aduersus eos confecta, quæ tamen probatum est ex vna parte celebrata: in quibus gestis pagani examinabantur, & Catechumeni: ex quibus vnus catechumenus inquisitus, ait intus se fuisse quando Macarius venerat ad eundem locum. Alter autem interrogatus, dixit illum famosissimum Ischyram tunc egrotasse, & in cellula iacuisse, vt ex hoc appareat nihil gestum ex omnibus sacramentis, eò quòd & catechumeni intus fuissent, & Ischyras non adesset, fed iaceret ægrotus. Is nang; malignifsimus Ifchyras mentitus, quod Athanasius quosdam sacros in cendisser libros, illo tempore ægrotasse declaratus est, quando Macarius ibi fuit. Vnde etiam ex hoc calumniator apparuit. Denique pro huiusmo di calumniæ mercede dederunt Ischyre nomen episcopi, qui neque presbyter fuerat aliquando. Duo nanque presbyteri qui cum Melitio aliquando degebant, & postea à beato Alexandro episcopo ciuitatis Alexandrinæ suscepti sunt, & cum Athanasio constituti, testati sunt nunquam illum presbyterum fuisse Melitij, neque habuisse Melitium in Marcote ecclesiam vel ministrum: & qui penitus nec presbyter fuerat:nunc eum velut epi scopum produxerunt, vt eo nomine in suis calum niis terrereviderentur auditores.Lecte sunt enim & literæ consacerdotis nostri Marcelli,& inuenta est Eusebij similiumque nequitia. Nam ea quæ ve

luti querimoniam faciens Marcellus dixit, hæc

tanquam ipse confirmaret accusauerunt. Hac er-

go sunt lecta, & reliqua, & præcedentes pariter quæstiones rectaque huius viris sides inuenta est.

Non enira à sancta Maria sicut isti confirmabant,

dedit deo verbo principium, neque finem habere

asseruit eius imperium, sed regnum eius & sine

principio & sine termino esse conscripsit. Ascle- D pas autem comminister obtulit moniméta Antiochiæ confecta sub accusatorum præsentia, & Cæsariensis Eusebij, & ex sententia iudicantium episcoporum se ostendit innoxium. Recte siquidem (ô charissimi fratres) euocati frequenter, obedire noluerunt, recte quoque fugerunt. Conscientia nanque sua perterriti per sugas, suas calumnias in dicarunt:& quæ præsentes accusatores super eis dixerant, etiam probauerunt. Ad hec autem etiam eos qui dudum accusati propter Arianam heresim fuerant & proiecti, non solum susceperunt, sed etia in maiori ordine posuerunt, diaconos ad presbyterium promouentes, presbyteros ad episcopatum, non ob aliud nisi vt impietatem seminare &dilatare possent,& fidei corrupere pietaté, sunt autem horum principes, Eusebius, Theodorus He racliæ, Narcissus Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiciæ, Acacius Cæsareiæ Palestina, Minophantus Ephesius, Vrsatius Sigiduni, Valens Mursiæ Pannoniæ. Isti nanque conuenientes, cum Orientalibus no sinebant eos nec in sanctum concilium ingredi, nec omnino acce- E dere ad ecclesiam Dei. Et venientes in Sardicam conciliabula apud semetipsos per loca singula faciebant, & acta quædam cum terroribus concinnabant, vt nihil penitus ad iudicium perueniret, neque sanctum possemus celebrare concilium. Hæc omnia cognoscere potuimus à consacerdotibus nostris, Macario Palæstino, & Asterio Arabiæ, qui cum eis venerant, & ab eorum perfidia recesserant. Hi nanque ad sanctum concilium venientes, violentiam quam passi sunt narrauerunt, nihil dicentes apud eos agi rectum: insuper adiicientes, quod quu essent rectæ fidei, prohibiti fuissent ab eis ad hæc loca venire, & propter intermi nationem vix ab eis discedere potuissent. Ob hac caussam Sardicen venientes, in vna domo cuncti manserunt, neque breui tempore à se recedere patientes. Quia verò tacere non decuit, nec sine vindicta relinquere calumnias, vincula, neces, vul nera, concinnationes falsarum epistolarum, verbera, nuditates virginum, exilia, destructiones ecclesiarum, incendia, migrationes à minoribus ciuitatibus ad maiores ecclesias, & pre omnibus aduersus rectam fidem nunc Arianam vesaniam per eos crudeliter insurgentem, propterea charissimos quidem fratres nostros & comministros Athanasium Alexandrinæ ciuitatis episcopum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ, comministrantes Christo innoxios & puros esse decreuimus, scribétes ad vniuscuiusque parœcia, vt singularum ecclesiarum populi cognoscentes fui episcopi puritatem eum se episcopum & habe re & sperare cognoscant: Eos autem qui in eorum ecclesias luporum instar ingressi sunt, id est, Gregorium in Alexandreia, Balilium in Ancyra, Quin tianum Gazæ, neg episcopos nominandos, nec Christianos, nec quamlibet penitus cum eis habendam esse communionem, nec eorum literas habendas, neque scribendú eis. Theodorum verò Heracliæ Europæ, & Narcissum Neroniadis Ciliciæ, Acacium Čæsareæ Palæstinæ, & Stephanum Antiochiæ, Vrsatium Sigiduni Mysiæ, Valentem ex Mursia Pannoniæ, Menophantum Ephesi, & Georgium Laodiciæ, licet metuentes ab Oriente

A non venerint, tamen eo quod à beatæ memoriæ Alexandro ciuitatis Alexandrinæ Pontifice sunt damnati, & co quod secum Arianos habeant,& propter crimina eis illata, generali eos decreto sanctum concilium episcopatu deposuit:& decre-

uimus non solum episcopos eos non este, sed neque communionem cu fidelibus promereri. Eos enim qui diuidunt à paterna substantia & diuinita te,& alienant verbú à patre, diuidi ab ecclesia catholica conuenit, & esse alienos à nomine Chri-

stiano. Sint igitur à nobis & omnib° anathema, eo quod verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum nanque præceptű est: Si quis vobis annuntiauerit præter quod accepistis, anathema sit. His ergo nullum communicare denuntiate:

nulla enim comunio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus:nulla enim concordia Chri sto ad Belial. Seruate vos, fratres charissimi, vt neque scribatis eis, neque eorum scripta suscipiatis. Studete simul(vos charissimi fratres & commini-

stri)tanqua spiritu presentes nostro concilio consentire, atque subscriptione vestra decernere, que B ab omnibus vbique comministris nostris consonantia vna seruentur. Abdicamus autem illos, & extra terminos ecclesiæ catholicæ procul abiici-

mus, qui affirmant: Quod Deus est Christus, sed verus Deus non est: Quod filius est, sed verus filius non est: Quod genitus est simul & ingenitus. Sic enim se intelligere genitum profitentur, quia sic dixerunt, est, quod genitu est. Et quia cu Chri-

flus ante fecula sit, dederunt ei principium atque finem, quod non in tépore, sed habet ante secula. Proinde dux viperx exaspide Ariana progressa funt, Valens & Vrsatius, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos, profitentes quoniam

verbum,& quoniam spiritus,& vulneratus,& interfectus est,& mortuus est,& resurrexit: quodá; cohors studet hæreticorum diuersas esse substantias patris, & filij, & spiritus sancti pronuntiant, & eas esse diuisas. Nos autem hanc percepimus, &

eruditi sumus, hanc habemus catholicam apostolicamque traditionem,& fidem at que confessionem, vnam esse substantiam patris, & filij, & spiritus sancti. Et si quærant quæ sit filij substantia, pro

fitemur eam esse quæ patris, indubitanter, nunquam patrem fine filio, neque filiŭ fine patre fuif-C se credentes, nec esse posse, vt quod est verbum spiritus sit. Absurdum nanque est dicere, aliquando patrem non fuisse patrem. Patrem enim sine

filio neque nominari, nec esse posse, est iptius filij testimonium.Ego in patre,& pater in me:&,Ego & pater vnum fumus. Nullus nostrum negat geni tum. Sed genitum ante omnia, quæ inuitibilia & visibilia nuncupantur opisicem archangelorum

& angelorum,& mundi,& humani generis, quoniam ait: Omnium artifex sapientia docuit me. Et omnia per ipsum facta sunt. Nó enim semper esse potuisset si sumpsisset exordium: quando quidé verbum quod semper est, non habet initiu. Deus

autem nunquam terminum habet. Non dicimus patrem filium esse, neque rursum filium patrem esse: sed pater, pater est: & filius patrisest filius, Co fitemur virtutem esse patris filium. Confitemur verbum Dei patris esse preter quod aliud non est,

& verbum verum Deum, & sapientiam & virtutem, verumque filium tradimus. Et non sicut cæ-

LIB. IIII. teri filij nominantur, ita filium dicimus: quoniam D illi aut gratia generationis dij erunt, aut eo quod digni fiant filij nuncupantur, neque propter vná

substantiam quæ est patris & filij. Confitemur item & vnigenitum & primogenitum, sed vnigenitum verbum dicimus, quod semper fuit & est in patre: primogenitum autem quantum ad hominem. Sed tamen differt creatura communi, quoniam & primogenitum à mortuis: confitemur vnum esse deum. Confitemur vnam patris filiique

diuinitatem, neque quisquam negat aliquando pa trem filio maiorem, non propter aliam essentiam, non propter differentiam, sed quia ipsum nomen patris maius est filio. Hæc autem illorum blasphe-

mia atque corruptibilis interpretatio est, hac gratia eum dixisse contendunt: Ego & pater vnum fumus, propter concordiam & vnanimitatem. Sed reprobauimus omnes catholici intellectum eo-

rum fatuum & abiectum, sicuti mortalium hominum. Qui quoniam corrumpi cœperunt, offendentes discordare noscuntur, & ad permutationes ascendunt, hoc modo distantiam & discordi-

am inter patrem Deum omnipotentem & filium E esse posse, dicentes: quod absurdum est intelligere & aliquatenus arbitrari. Nos autem & credimus & affirmamus, & sic intelligimus, quoniam sacra scriptura sic loquuta est: Ego & pater vnum

sumus, propter essentiæ vnitatem, quæ est vna & eadem patris & filij,& credimus semper sine prin cipio & line termino hunc regnare cum patre,& non habere nec tempus nec defectum eius imperium, quia semper est: nunquam enim esse cœpit, ideóque nec deficere poterit. Credimus & perci-

pimus paracletum sanctum spiritum, quem nobis ipse dominus promisit & destinauit,& eum credimus missum. Sed is passus non est, sed homo, quo indutus est, quem assumpsit ex Maria virgine, qui pati potuit sicut mortalis. Deus autem immortalis est. Credimus quòd terria die resurrexit, non

Deus in homine, sed homo in Deo resurrexit, quem & obtulit patri suo donum, quem vuique liberauit. Credimus autem quoniam opportuno tempore atque definito omnes & de omnibus ipse iudicabit. Tanta siquidem eorum stultitia, & ita

crassitudine tenebrarum eorum mens excæcata est, vt nequeant lumen cernere veritatis, nec intelligere qua ratione dictum sit, Vt & ipsi in nobis vnum sint. Palam verò est id cur dixerit vnum, quoniam Apostoli spiritum sanctum Dei ac-

ceperunt, sed tamen ipsi non erant spiritus, nec aliquis eorum aut verbum, aut sapientia, aut virtus, aut vnigenitus erat. Sicut ego & tu(inquit) vnű sumus, sic & isti vnum in nobis sint. Certissimè igitur scriptura diuina hoc distinxit: In nobis (in-

quit) vnum sint, non ait, sicut nos vnum sumus ego & pater, sed discipuli in semetipsis coniuncti & copulati vnum sint, side, confessione, in gratia & pietate Dei patris, & domini saluatoris nostri concessione, & charitate vnum esse possint.

Ex his literis cognoscitur & accusatorum calumnia, & priorum iniquitas iudicum, & dogmatum vera sanitas. Non solum enim de diuina nos beati patres docuere natura, sed etiam eruditioné dispensationis explanauerunt.

I048,10. f

Digitized by Google

GAL 1.6

Vrsatim.

Toan.14 b loss.10 f

A De legatis Sardicensium ad Constantium destinatis, & de nephanda machinatione contra eos à Stephano Antiocheno prasule concinnata. CAP. XXV.

Saliann nagister militur Legatio Constantie ad fratrem Costantinu pro Atha-

Euphratam & Vincentium legatos Ariani tra ducunt falfo

Stephanus homo dolo-

Onager nebulo condu-Elition.

Æc Constans cognoscens, doluit quidem, leuitatem fratris inspiciens, & infremuit ■ aduerfus instigatores malorum, & Impera toris facilitatem ita decipientium. Duos autem episcopos ex Sardicensi concilio electos cum lite ris misit ad fratrem, cum quibus & magistrum militum Salianum pietate iustitiaque fulgentem. Literæ verò non solum monitionem habuerunt atque confilium, sed etiam interminationem pio principi condecentem. Primum quidé denuntiauit fratri, vt episcopis præberet auditum & iniqui tates à Stephano aliisque presumptas agnosceret, necnon & Athanasium gregi proprio restitueret, patefacta quidem calumnia, priorumque iudicum iniquitate,& crudelitate reuelata: adiecitá; quòd nisi vellet quod iustum est facere, ipse Alexadreia proficisceretur, & Athanasium ouibus desiderantibus restituerer, inimicorumque cateruas procul expelleret. Hanc autem epistolam Constantius Antiochiæ suscipiens, promitit se facturum quæ turbarum illarum particepspetiisset. Sed cum hoc doleret veritatis impugnatoribus, nephandisimum machinati funt scelus. Diuerterat enim par illud episcoporum quos Cocilium miserat in domum ad montem sitam. Magister autem militum alibi diuerforium acceperat. Porrò Stephanus tuc Antiochenus episcopus, cum aliis tyrannicis cooperatoribus naues naufragio præparabat, cum qui bus affertores rectorum dogmatum variis nitebatur absorbere calumniis. Horum itaque erat dux quidam iuuenis Onager nomine, licenter viuens, & iniqua conuerfatione congaudens, qui non folum in plateis diuersos violentia afficiebar, & fustibus pulsabat, sed etiam domos impudenter inuadens, viros & mulieres honestissimas abstrahebat.Et ne longius eius extendam flagitia, contra optimos viros præparatam narrabo præfumptionem. Is enim Onager ad quandam fornicaria veniens, ait modo quosdam venisse peregrinos, & C noctu habere opus meretrice. Porrò sumés quindecim seditiosos nebulones, & eos in vicino episcoporum diuersorio circa sepé celans, profectus est cum meretrice ad ianuam vbi illi viri quiescebant. Eamque apertam inueniens, persuasit vni puerorum domesticorum, pecunia data, vt mulierem introduceret intra ianuam quam ipfe demon strabat, vbi quidem vterque sacerdotum dormire videbantur, eamque mulierem intrò præcepit accedere: ipse verò vocaturus socios est egressus. Contigerat enim alterum episcoporum Euphratam nomine, in loco exteriore dormire. Vincentius autem (sic enim vocabatur alter) in interiori cubiculo quiescebat. Cumque intra ostium puella venisset, sonum pedum Euphratas sentiens, cum esset obscurum, quis ambularet interrogauit. Illa verò loquente, conturbatus Euphratas, demonem putans elle, mulieris imitatum voce, repente Saluatorem Christum ad suum vocauit auxilium. Onager autem dux iniquitatis huius, hoc facto cũ sociis est ingressus, iniquos clamans eos, & iniqui tatis iudices destinatos. Multo clamore facto concurrerunt & serui, surrexitá; Vincentius, & clau-

dentes ianuam domus, septem quidem calumnia- D torum comprehendere potuerunt. Onager verò cum reliquis fugit. Detenta tamen est cum illis & mulier. Diluculo autem Magistrum militum qui cum illis venerat, excitantes, ad palatium processe runt, & præsumptiones Stephani proclamantes, dicebant iam non egere iudicio, neque verberibus iniquitates eius. Magister verò militum præcipuè clamitabat, rogas vt iuberet Imperator, no synodicè, sed iudicialiter potius iniquam examinari præsumptionem, promittens primum se episcoporum clericos traditurum, & oportere etiam ministros Stephani ita contradi . Cùm autem ille impudenter contenderet, dicens clericos no subdendos esse verberibus, placuit & Imperatori & Iudicibus, vt intra palatium causæ fieret examinatio. Et primum quidem interrogauerunt mulicré, quis eam ad metatum duxisset episcoporum. Que dixit quendam iuuenem ad se venisse, & aduentu indicasse peregrinorum, & quid opus haberent, & quòd vespere veniens duxisset eam ad habitaculum quodda, eamque intra ianuam domus & porticum introire præceperit. Adiecit etiam inquisi- E tionem episcopi, & terrorem factum, & orationem eius, & superuenientium repentinas inuasio nes.Hec iudices cognoscentes, captum inter alios omnium maximè iuuenem in mediu deduxerunt. Qui non expectans necessitatem verberum machinatum confilium patefecit, & Onagrum hæc omnia perpetrasse confessus est. Qui deductus ad medium, Stephanum dixit hæc omnia pręcepisse. Sic itaque Stephani cognoscentes iniquitatem, præsentibus tunc episcopis permiserunt vt eum damnarent,& ab ecclesia procul expulsus est. No omnino tamen ab Ariana peste ecclesia liberata est. Nã Leontius post eu ordinatur genere Phryx, voluntate nequissimus. Verum Constantius ea quæ contra episcopos fuerant machinata, experimento cognoscens, scripsit Athanasio maximo, & semel, & secundo, & tertio, inuitans eum vt à partibus remearet Hesperiis. sicut ipsis literis in-

SOCR ATES.

F.

Epistola Constantij ad Athanasium ut ad se veniret. CAPVT XXVI.

CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

Lurimű te circumferri & fluctuare ferocibus maris vndis, nostræ mansuetudinis clementia no permisit. Patria quippe terra nudatum & priuatum propriis rebus, errantemque per loca inuia bestiarum, defessa nostra pietas non despexit.Igitur diu distuli scriberevoluntatis mee propositum, sperans spontè re ad nos fortè ventu rum, & laborum satisfactionem à nobis exigere. Veruntamen quoniam fortè timor impediuit voluntaris tuæ propositum, literas largitate plenisimas ad tuam beatitudinem destinauimus, vt sine metu nostris aspectibus velociter tuam præsentiam præbere festines, vt desiderio tuo potitus experiaris nostram clementiam propriis restitutus. Hac etenim causa & dominu meu fratremá; Có-

Step

Leon

Succedit.

A stantem Victorem Augustum pro te rogaui, vt tibi pot estatem ad nos tribuat veniendi, vt ambobus no bis annuentibus, restitutus in patriam, habeas maximum gratiæ nostræ pignus.

Alia epifola eiusdem pro eadem re.

CAPVT XXVII.

CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

Icet prioribus literis significauerimus, vt sine sollicitudine ad nostrum debeas venire Comi tatum, eò quòd maximè velimus te ad propria destinare, tamen & nunc has literas ad tuam misimus sanctitatem, per quas inuitamus, vt sine aliqua diffidentia vel metu ascendens, publicis vehiculis ad nos venire festines, vt q desideras possis adipisci.

Tertia Constanty epistola pro codem.

CAPVTXXVIII.

CONSTANTIVS VICTOR AVgustus Athanasio episcopo.

Dym in Edessa degeremus, præsentibus presby teris ad nostrum debuisses sestinare Comitatum, vt videns nostros aspectus, repentè properares ad Alexandraam. Sed quoniam plurimum præteriit temporis, ex quo suscipiens à nobis literas non oc curristi, propterea etiam nunc commonere te sestinauimus, vt vel núc tuam præsentiam nobis velociter præsentare contendas, & ita possis patriæ tuæ restitui, tuaq; securus oratione frui. Ad plená verò cognitionem Achitum diaconum destinauimus, à quo possis cognoscere etiam nostri animi voluntaté, & quòd ea que optas impetrare possis.

Has epistolas ab Aquileia suscipiens Athanasius (illic enim relicta Sardica agebat) Mox recurrit Romam, & ostendens literas episcopo Iulio, in maximo gaudio ecclesiam fecit esse Romanam. Putabatur enim etiam Orientis Imperator ipsorum sidei consentire, eò quòd ad se Athanasium siducialiter euocaret. Iulius autem Alexandriá clericis atque plebi hæc de Athanasio scripta misst.

Epistola Iulij ad Alexandrinos pro Athanasio. CAPVI XXIX.

IVLIVS ARCHIEPISCOPVS presbyteris & diaconis, & plebi, habitantibus Alexandriam, dilectifsimis fratribus in domino Salutem.

Bpistola Io lý pôsi. Ro. de Athana sú redisw. Ongaudeo vobis & ego dilectissimi fratres, quòd fructum vestræ sidei ante oculos iam videtis. Hoc etenim verè gestum, quilibet inspiciet in fratre& coepiscopo nostro Athanasio, qué propter puritatem vitæ suæ & vestras orationes restituit vobis Deus. Ex hoc itaque creditur, puras & charitate plenas orationes vestras ascendisse semper ad Deum. Memores enim estis promissionum cœlessium atque dilectionis, quam ex doctri na prædicti fratris mei Athanasi didicistis, & inte grum cognouistis secundum insitam vobis sidem, quam percepistis: quoniam non vsque ad finem is à vobis possit abduct, cuius orationes in sanctissimis animabus vestris tanquam præsentes semper

LIB. IIII.

habuistis. Ergo non plurimis mihi verbis opus est D vobis scribere. Quæcunque enim vobis à me potuerint dici, hæc iam fides vestra præcessit, & diui na gratia communis orationis vestre vota comple uit. Cogaudeo siquidem vobis: iterum enim dico, congaudeo:quoniàm inexpugnatasanimas in fide seruastis. Sed etiam ipsi fratri meo Athanasio non minus congaudeo quia licet multam fit passus tristitiam, ne vnam tamen horam vestri desiderij & charitatis oblitus est. Nam licet corpore ad tépus à vobis sit abstractus, spiritu tamen vobiscum sem per degere videbatur. Et ego quidem charissimi fratres omnem tentationem contra eum surgenté reor fine gloria non fuisse. Nam & vestra & eius fides cognita est vniuersis & comprobata. Si enim non tanta & talia accidissent, quis crederet quia aut vos tale iudicium,tantamque charitatem circa talem exhibuissetis episcopum, aut ille potuisset tantis circundari virtutibus, per quas spe cœlesti fraudatus non est?Promeruit igitur quolibet modo & nunc & in futuro etiam, cofessionis gloriosum martyrium. Frequenter enim terra marique E plurimum æstuans, omnem prauitaté Arianę conculcauit hæreseos, & crebro per inuidiam vsq; ad periculum impulsus cotempsit mortem, munitus omnipotente Deo & domino Iesu Christo saluatore nostro, sperans & inimicitias declinare, & consolationi vestræ restitui, deferens vobis maiora trophæa ex fortissima conscientia, pro quibus & víque ad terminos terræ totius apparuit glorio fus.Fiduciam itaq; habens fui propoliti,cœlestisq; doctrinæ, clarificatus est immortali iudicio, & ad vos reuertitur. Diligendus igitur apud vos clarior nunc est quàm tunc, quado profectus à vobis est. Nam si materias preciosas, id est, aurum atque argentum purgado ignis probat : quid dignum dici poterit de tali tantoque viro, qui cùm tantas tribu lationes& pericula deuicerit, redditur nunc vobis immaculatus:non à nobis folummodò, fed cópro batus ab omni concilio? Suscipite igitur nunc fratres charissimi cum-omni diuina gratia pastorem vestrum ac præsulem tanquam vere darágioy, cum his qui tantorum laborum eius participes funt effecti: & gaudete fruentes orationibus qui pastoré vestrum, vt ita dicam, esuritis atque sititis, quando etiam ipsi vestram sanctitatem salutaribus scriptu ris cibaltis atque potastis. Nam cum degeret inter peregrinos, vos ei consolatio fuistis, & in persecutione arque periculis refouistis eu fidelissimis veltris animabus & mentibus. Ego siquidem iam exulto consyderans & ratione prospiciés, in eius reuersione vniuscuiusque vestrum gaudiu & plebis votiuas occursiones, & concurrentium gloriosam festiuitatem: & qualis ille vobis erit dies, & quantus, remeante scilicet fratre meo, & quiescentibus priscis malis quorundam machinatione sartis:necno pretiosa ac votiua reuersione, cúctos in quadă plenissimi gaudij letitia copulate. Huiusmodi verò gaudiú víq; ad nos magnitudine sua ptingit:quibus divinitus hoc etia costat esle cocelsum, vt & nos debeamus in laudé tanti viri cosurgere. Sed melius est, vr epistolă oratione claudamus. Deus omnipotés & huius vnigenit° filius do minus & saluator noster Iesus Christ' hoc gaudiú vobis pbeat ineternű, dignű tribuens pmiű admirabili vestrę fidei, qui circa pontifice vestru glori-Eij

Athanafi<sup>a</sup> Alexandrium.

A oso testimonio demostrastis:vt & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possideatis: quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se. Per dominum nostrum Iesum Christu, per qué & cum quo omnipotéti Deo gloria in lecula seculoru, amé. Valere vos opto charissimi fratres.

Quid Conftantius petierit Athanasium, or quid Athanasius à Constantio, & quomodo orthodoxus Pontificibus recipientibus suas ecclesias haretici sint expulsi. CAPVT XXX

An.do.350. Ariani cu-∫altem babere ecclesiã oppidatim.

I dem petit

pro orthodo-

KH.

Athanasim

Principalia Sacta, Sacta litera prinсірія. Marcellan Ancyrana Sede sina potitur. Asclepas Macedoni".

HIs itaque literis confidens Athanasius ad Orientem venit. Quem Constantius Imperator non tunc molesté suscepit, sed eu circuuenire tentabat molitione submissus Arianorum, & dixit ad eum: sedem equidem tuam decreto concilij, nobisque consentientibus recepisti . Sed quia sunt aliqui in Alexandria populi tua declinantes communionem, vnam eos in ciuitate ecclesiá habere permitte. Ad hanc propositionem Athanasi-B us mox occurrit, & air: O Imperator, potestatem habes iubere simul & agere quecunque volueris. Sed etiam ego beneficiú à te deposco, quod mihi concedi precor. Principe verò continuò se daturum esse pronuciante, repente subiunxit Athanasius, idem beneficiū sibi largiri petens, quod quærebat Imperator accipere. Vnam enim & ipse ecclesia postulabat dari per singulas ciuitates, declinatibus Arianoru communionem. Igitur Athanasij sententiam inutilem sibi cognoscentes Ariani, hoc quidé differendum esse dixerunt, & agendu quod placeret Imperatori, quia Imperator Paulo & Athanasio & Marcello, & Asclepe, Gaze & Lucio Adrianopoleos, secundum ea, quæ in concilio Sardiceno placuerant, proprias restituerat sedes. Vnde principalia sacra per singulas ciuitates ad eoru mittebatur ecclesias, quib iubebatur yt eos repentè susciperent. Igitur in Ancyra expulso Bafilio & pro eo introducto Marcello, non fortuita turba prouenit, quæ derogationé contraria sapiétibus irrogauit, Asclepam verò continuò Gazzi susceperunt. In Costantinopolitana ciuitate Macedonius ad modicum tempus Paulo successit,apud semetipsum in ecclesia remota collectiones C agés. Pro Athanasio tamé solo Imperator episcopis,& clericis, atque plebi scripsit, vt eum libéter susciperent. Insuper etiam quæ contra eŭ in iudiciis acta fuerăt, aliis literis aboleri iussit. Quæ verò de vtraquæ re scripta sunt, hec esse noscuntur.

Epistola Constanti, per quam omnia gesta contra A. thanasium habita sunt cassa. CAP. XXXI.

VICTOR CONSTANTIVS, MAximus, Pius, episcopis & presbyteris catholicæ ec-

An. do. 350

REuerendissimus episcopus Athanasius nó est Dei gratia derelictus: nam licet breui tépore humana fuerit probatione summissus, tamé debitű prouidentiæ vniuerfa prospiciétis noscitur suscepisse decretu, recipiens voluntate Dei, nostroque iudicio patriá fuam , pariter & ecclesiam, cuius diuino nutu præsul extabat. Huic enim consequenter oportebat nostram adesse masuetudine, D vt omnia aduersus eos,& eius comunicatores definita, omnisque suspitio &illusio contra eum gesta, deinceps sit inanis & vacua: & relevatio quam dudű clerici eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratiæ adiiciendű esse censulmus, vt omnes ordines + sacri cognoscant, concessum omnibus ipsi coniunctis, vt sine timore sint, siue episcopi, siue sint clerici: Sufficit enim vnicuiq; circa eŭ recte volutatis vnio. Quicunq; enim meliori iudicio atq; parte constituti, huius eligūt comunione, hos omnes precipimus ad instar præcedétis prouidentie, etiam nunc voluntate Dei, nostræ gratiæ largitatem adipisci.

Epistola Constantij ad Alexandrinos, ut reciperet A-CAPVT. XXXII. thanasium.

VICTOR CONSTANTIVS MAXImus, pius, populo Alexand. ecclefiæ catholicæ S.

Nomnibus perhibentes nostrææquitatis intétionem, scientesá; quoniá diu prouidentia ve- E stri contemplatoris estis alienati, id est, Pontificis Athanasij, qui propter insertam rectitudine suorúmque morum prudentiam cuclis innotuit, eum denuò ad vos destinare censuimus. Hunc itaque consuetè & competenter suscipientes, & apud cle mentem Deum adiutorem orationum habentes, vobis congruam simul & nobis placitam concordiamatque pacem secudum ecclesiæ sanctionem vbique probatæ sufficienter festinate seruare. Non enim rationabile est aliquam discordiam inter vos agitari, aut tumultum, nostrorum temporum disciplinæ contrarium: & hoc quidem abesse à vobis omnino volumus.Orationibus auté sufficienter, eo scilicet præsule & adiutore apud Deum, vos instare soléniter admonemus, vt tali proposito ad omnium vota perueniente, etiam Gentiles idolorum errori hactenus feruientes, ad cognitionem sacræ religionis sub alacritate festinent. O charissimi nobis Alexandrini, rursus igitur admonemus, vt in his quæ dicta sunt persistatis,& omnes episcopum decreto superno nostraque sententia destinatum libenter & piè suscipiatis: & toto animo, totaque voluntate amplectendum existimetis. Hoc enim & vos decet, & nostre mansuetudini noscitur conuenire.Vt autem omnis turbæ seditionis occasio perimatur, Iudicibus apud vos habitis, literis nostris præcipimus, vt omnes quos seditiosos agnouerint, legitime vindictæ subiiciant. Vtraque igitur perspiciétes, & nostram cum Deo sententiam & rationem professionis vestræ necnon & supplicium contra seditiosos indictum, competenter & congruè sacræ religionis iura seruate. Prædictúmque Deo amabilem virum omni reuerentia & honore colite: & orationes vnà cum eo pro vobisipsis, & nostræ vitæ sauore omnium saluatori Deo lætanter offerte.

Epistola constanty pro Athanasio, vt aboleretur quidquid pro Athanasio gestumest. CAP. XXXIII.

VICTOR CONSTANTIVS AVGVstus Nestorio S.

Aliasfacta S. Sedupera id oft literas.

Digitized by Google

A Adem verò forma præsidibus Augustæ, Nicææ, Thebaidis, & Libyæ scriptum est. Quicquid pridem ad læsionem & iniuriam Athanasio episcopo communicantium reperitur actū, hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministerium, quo priuati fuerant eius clerici, eosdem rursus volumus obtinere. Hanc itaque præceptione nostram seruari censemus, vt Athanasio episcopo suæ ecclesiæ restituto, communicatores eius habeant ministerium quod semper habuerūt, quod etiam reliqui clerici habere noscūtur, & ipsi gaudio potiantur.

#### Quomodo Athanasius Alexandriam sit reversus CAPVI XXXIIII.

-Antis & talibus epistolis munitus sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus venit in Palestinam, apprehendensque Hierosolyma, & episcopo Maximo significans gesta Sardiceni concilij, & quòd Constantius Imperator illorum decreto iudicioque consensisset, præparauit vt episcoporum in illis regionibus habitantium synodus ageretur: Maximus autem in nullo fegnis de Syria atq; palæstina vniuersos euocauit episcopos.Factoque concilio restituit & ipse bea to Athanasio communionem & dignitatem. Scri psit etiam ipsa synodus Alexandrinis omnibus in Aegypto & Libyis episcopis, clericis, atque plebi, ca quæ de Athanalio gesta atque decreta sunt. Ob quam rem valde Maximo detraxerunt Athanasij derogatores episcopi, quòd primitus deponens eum, rursus ex pœnitentia tanquam nihil fuisser actum, sententiam pro Athanasio protulerit, quæ communionem ei dignitatemque præberet. Hæc cognoscentes Vrsatius & Valens, qui circa Arianum dogma studium primitus ardens habuerant, declinantes à priori voluntate Romam profecti sunt, libellumque pænitentiæ Iulio offerentes epilcopo, & in Consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, seque ei deinceps communicare professi sunt . Sic itaq; tunc Vrsatius & Valens gestis Athanasij superati, conuerli lunt. Athanalius ergo per Pelulium per-gebat Alexandriam. Transiens autem per ciuitates,edocebat vt Arianos vniuersi declinarent, & Consubstantialitatis dogma amplecterentur. In quibuldam ecclesiis & ordinationes fecit. Et hoc fuit initium alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum ecclesiis ordinare præsumpsisset. Hæc itaque de Athanasio prouenerunt.

Quibus occasionibus tunc respubsturbaretur, & de diui fione Antiocheni populi propter sidem.

CAPVT. XXXV

Nterea respublica fortuitis casibus vrgebatur: vnde quæ sunt summaria non est incongruum breuiter explanare. Igitur quod ædisicatore Constantinopolitanæ ciuitatis moriente tres eius filij imperium susceperint, in præcedentibus est narratum. Sciendum autem, quod cum istis imperauit consobrinus eorum nomine Dalma tius, vocabulum patris habens: qui dum aliquantisper imperasset, à militibus interemptus est, non iubente Costantio vt occideretur, nec tamen pro hibente. Cũ verò Constantinus iunior fratris partes inuaderet, & ipse à militibus congressione sacta peremptus est. Hoc autem iam sæpe dictú est. Post mortem verò Constantini iunioris, Persicú contra Romanos motum est bellum, in quo Constantius proficere non valebar: nam cũ nocte prelium circa fines Romanorum atque Persarum suisset gestum, validiores tunc Persæ ad breue tempus inuenti sunt. Quo tempore neque Christiani sub quiete degebant, sed per Athanasium de Consubstantialis verbo circa ecclesias erat pugna.

LIB. IIII.

SOZOMENYS. Denique apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerus & populus, sed per choros, vt est consuetudo, ad hymnos dicendos deo in fine pfalmorum monstrabant propriam voluntatem.Et hi quidem patri & filio , velut æqui honoris gloriam dicebant: hi verò patri in filio, per interpolitionem præpolitionis filium lecundum esse mostrantes. His ita gestis, harens quid ageret Leontius, qui illo tempore ex haresi aduersa sedé Antiochiæ gubernabat, cum prohibere non aude ret eos, qui lecundum traditionem Nicæni conci- E lij pfallerent deo, quia metuebat ne feditio nafceretur in populo, hoc dixisse fertur, tangens caput fuum iam canum: Hac, inquit, niue foluta, lutu cogetur immensum: Per hoc ostendens, quod ipso defuncto seditioné populo generaret illa discordia, quæ in hymnis fiebat, non patietibus suis successoribus cu populi varietate sentire. Athanasius igitur veniens ad Ægyptum, explicauit synodales epist.Iulij Rom.Pot.Insuper & synodale Maximi Hierosolymitani, quæ talia cotinere dignoscutur.

SANCTA SYNODVS HIEROSOlymis congregata, per Ægyptum, Lybiam, & Alexandriá constitutis presbyteris, diaconis, & plebi, fratribus desideratissimis in domino salutem.

Vnctorum deo dignè gratias agere non valemus, fratres charissimi: in quibus enim miracula semper egit, etiam modo cú ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum & dominum consacerdotemque nostrum Athanasium vobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quem núc & nos & vos inspicitis, respicientes que in videre desiderastis? Sed veræ orationes vestræ à deo omniú sunt auditæ, qui cură habet ecclesiæ suæ, & vestras lachry mas atq; gemitus semper inspexit, quapropter ve stras audiuit preces. Eratis enim sicut oues abiecte & fatigatæ, non habentes vtiq; pastore. Propterea visitauit vos cœlitus pastor verus, & de ppriis ouibus cură gerens, restituit vobis que noscimini cocupisse. Ecce enim & nos omnia pro ecclesiasti ca pace facientes vestraque dilectioni conspirantes in eius amplexu precessimus, & comunicantes ei p eŭ vos alloquimur, scriptaq; præsentia destina m<sup>5</sup>.Itaq; secundu gratificavota vestra, scitore nos quoq; cu eo vinculo charitatis obstrictos. Debetis ergo etia p pietate deo amabiliu nostroru Imperatoru incessanter orare: quonia & ipsi cognoscétesvestru desideriu, vobis restituere destinarut,

E iij

. Bellow Per

¥eòsi⊕.

Dinerfitas clori & populs in templo pfallentions.

Leonty eplfeopi Antio chia dellum argutum.

Imp.Conft Z tim & Cöftans.

Dalmatius Cosar.

u impetrat

Palastinorii

Vrlatias 🕁

Valens Ariani refipi-

Albanafi-

n confituit

facerdotes in alienis ecclo-

Confižimu junior,

Digitized by Google

ECCLESIAST.

Omni ergo honore tensis manibus suscipientes illum, gratificas orationes offerte deo, qui vobis talia condonauit. Festinate autem semper in deo gaudere & glorificare dominú, per quem, & cum quo patri gloria in secula seculorum, amen. Veniens igitur Athanasius in Ægyptum, quos quidem agnouit Arij sectatores, deposuit. Quibus à se depositis, ecclesias eorum præcepit sidem tenere Nicæni concilij, eamque summo studio custodiri.

† Betranione

Demagnentio tyranno & + Britannione atque nepotiano. CAPVI XXXVII.

Magnetim
tyrannm.
Mn.do.352
Conftansocciditur à
Magnetile.

Sicitaq; se rebus habentibus Magnentius tyranus circa partes cmersit Hesperias. Qui Constantem Imperatorem occidentalium partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto,

Britannion
tyrannum.

An do.353
Nepotian.

flantem Imperatorem occidentalium partium facto dolo circa Gallias interemit. Quo gesto, intestinum inflammatum est bellum. Magnentius etenim tyrannus totam tenebat Italiam, Aphricamque & Libyam, simul & Gallias. In Illyrico verò & in Syrmio aliud rursus à militibus excitatum est bellum per tyrannu nomine + Britannionem. Sed etiam Romam tumultus no fortuitus detinebat. Fratruelis nanque Constantini Nepotianus nomine imperium assumpserat, gladiatorum virtute suffultus: & Nepotianam quidem Magnentij milites deposuerunt, Magnentius autem procedés vniuersas partes vastabat Hesperiæ. Horum igitur omnium maloru immensa

An. do.353

Deinsidiu contra Athanasium gestis, & de leuitate Constanti, CAPVT XXXVIII.

confluctio breui tempore generata est. Quarto enimanno post Sardicense concilium, hæc acta

noscuntur consulatu Sergij & Nigriani. His itaque nuntiis apparebat, quod ad Constantium so-

lum imperij iura peruenisseut : quo prouectu, co-

tra tyrannos semetipsum(vt poterat)præparabat.

Duersarij verò Athanasij, opportunu se tepus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eum
calunias instruebant. Tunc Imperatori Constantio suggesserunt, quod omnem Aegyptum
subuertisse & Libyam. Inuidiam verò maximè
auxit eius, quod ordinationes in parœciis fecisse
alienis. Athanasius interea cum venisset Alexandriam, synodum Aegyptiorum congregauit episcoporum. qui consona decreuerunt Sardiceno
concilio, atque Hierosolymis celebrato. Costantius igitur Imperator, pridem & ipse Arianorum
secta præoccupatus, omnia quæ paulò ante ei pla-

cuerant, in contrarium demutauit. Et primum qui D dem ecclesiæ Constantinopolitanæ pontificem Paulum deportari iussit in exilium: quem deducentes in Cucusum Armeniæ, suffocarunt . Marcello autem denuò proiecto, ecclesiam Ancyranam Basilius rursus inuasit. Lucius autem Adrianopoleos ferro vinctus, in carcere moritur. Tantumque valuerunt, quæ de Athanasio dicebantur, vt in immensum furoré cadés Imperator , eŭ vbicunque reperiretur, iuberet occidi: cu quo Theodulum & Olympium præsules ecclesiarum Thracensium. Igitur Athanasium voluntas Imperatoris non latuit, sed præsentiens, fuga dilapsus est,& minas principis declinauit. Cuius fugă + dilatauerunt Ariani, præcipue Narcissus Neroniadis episcopus, Gregorius Laodicie, & Leontius tunc Antiochenæ præsul ecclesiæ. Is enim cum presbyter esset dignitate privatus est: quia cum muliere Eustolia nomine, degés, & turpé suspitionem celare volés, genitalia sibimet noscitur abscidisse: & deinceps quidem fiducialiter cum muliere viuebat. Postea verò studio Imperatoris Constantij in An E tiochena ecclesia ordinatur episcopus post Stephanu qui primitus successerat Placito. Hæcigitur de his dicta sufficiant.

> De Macedonio eius gerudelitate. CAPVI XXXIX.

O tempore Constantinopoli Macedonius tenebat ecclesias, Paulo scilicet amputato prædicto modo. Qui de Imperatore præsumens, Christianis comouit bellum, & non minus quam quod Tyranni eo tempore faciebat : suadés enim Imperatori, vt sibi ecclesias vastanti ferret auxilium, egit vt lege firmarentur quæcumque pessime agere nitebatur. Muniens enim semetipsum monasteriis plurimis, quæ ipse propria voluntate in Constantinopolitana vrbe constituit, & pactis cpiscoporum in circuitu positorum, frequeter dicitur afflixisse Pauli dogmata sequentes. Et primum quidem eos ex ecclesiis expulit : deinde verò communicare sibi coëgit, ita vt plurimi plagarum immanitate deficerent:alij vero substantiis, F alij humana ciuilitate priuarentur: aliis in frontibus characteres ponerentur, vt essent huiusmodi signa notati.Hæc itaque faciebat per omnes Orientis vrbes, præcipuè tamen Constantinopoli. Quam persecutionem primo tepetem Macedonius auxit episc. Helladicæ verò ciuitates Illyrici, necnon & Helperiæ partes manebant immotæ.

An.do.353 Confrantiu Athanafili iterum perfequitur.

Paulus Ci-

flam. deports

Marcelu

ei icitar.

Lucian

Loontin et ordine fattdotom jummonst.

Confantins sternm arianiffat.

Athanafi"

nocat Ale-

xandriam.

## \* MHISTORIAE ECCLESIASTI-D

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER QUINTYS.

THEODORITYS.

Qued defuncte Constante, rursus Ariani Constantin aduersus Athanasium incitauerint. CAPVT PRIMVM.



REVI auté tépore elapso, cú
vita functo esser
Occidentis Imperator Cóstans,
Constantiú fautores Arij cópulerunt, Athanasú illi in memoriam reuocátes,
quasi ipse fuisset,
qui ei fratrem se
cerit inimicú, ita
vt penèdisruptis

naturæ vinculis víque ad bella descenderent. His incitationibus Constantius motus, nó solùm expelli, sed etiam perimi sacratissimum Athanasium imperauit. Et mittens quendam Sebastianum ducem, cum maxima militari manu, velut erroneum iussit interimi. Quomodo autem & ille cum exer citu venerit, & iste disfugerit, ipse qui passus, &mi rabiliter liberatus est, melius enarrabit: nam in Apologia suæ suge sic ait.

Quid Athanasius in Apologia suga sua retulerit. CAPVT 11.

/ Eruntamen exquirant modum etiam discessionis, & cognoscant à suis. Erat enim Ariani cum militibus cocurrentes, vt eos accenderet, & ignorantibus nos ostenderent: & licet sine vlla compassione sint, vel audientes tamen confusi quiescant. Erat itaque iam nox, & aliqui populorum ad Vigilias venerant, expectabatur futura die Collectio. Dux auté repente astitit cum militibus plusquam quinquies millibus habentibus scilicct arma, & gladios enudatos, arcus, sagittas & vectes: & ecclesiam quidem ipse circudedit, statuens milites sibimet cohæréres, vt nullus posset egredien tium ab ecclesia eorum manus euadere.Ego verò irrationabile iudicans in tanta confusione populum relinquere, & non magis ante illos pericula sustinere: residens in sede præcepi, vt diaconus psalmum legeret, populi respoderent: Quoniam in seculum misericordia eius: & sic omnes in domos suas abirent. Sed duce postea ingrediente, & militibus sacrarium circudantibus, vt nos capere possent, clerici quide qui sunt inuenti simul & po puli clamabant, poscentes vt & nos discederemus vnà cum populo. Ego verò magis è diuerso dicebá, nó nos discedere, nisi omnes singillatim prius exirent. Surgens itaque oratione facta, sic precepi vniuersos abscedere: melius esse dices, me pericu

lo subiacere, quàm quenquam eorum excipere læ sionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsequentibus, quidam monachi, qui ibi nobiscu fuerant, & aliqui clericorum ascendentes traxerunt nos: & ita, testis est ipsa veritas, militibus aliis sacrarium circundantibus, aliis per ecclessa discur rentibus, per medium eoru domino iter dante arque custodiente pericula cucta transiumus, Deu magnificè glorisicates: quoniam neque populum neci tradidim?, sed etiam vt saluaretur actum est, & manus quarentium nos essugere preualuimus.

SOCR ATES.

Quidrursu Athanasius de gestis Georgy in libro de E fuga sua retulerit. CAP. 111.

Væ etiam Georgius eodem tempore in Ale xandria gesserit ipsius Athanasij qui hęc pas sus est voce narremus. In libro enim, quem de su ga sua scripsit, hæc ait: Igitur in Alexádria surrexe runt denuò nos quærentes occidere.Et facta funt nouissima peiora prioribus. Repente náq; milites circudantes ecclesiam, pro orationibus prælia celebrabat.Ingrediente nanq; quadragesima Georgius ex Cappadocia ex eis missus, auxit mala, quæ illorum calliditate didicerant . Post septimană ita que Paschę, virgines mittebatur in carcerem. Epi scopi vincti à militibus ducebantur, orphanorum & viduarum domus diripiebatur, & inualiones in domibus agebantur,& noctu Christiani deponebantur. Obsignabatur domus, & fratres clericoru pro fratribus pericula sustinebant. Hæc quidem pessima, sed grauiora postea sunt præsumpta. Septimana enim quæ fuit post sanctam Pentecosté, F populus ieiunas est egressus ad cœmiterium orationis caussa, eò quòd omnes comu. onem Geor gij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequisimus ipse cocitauit Sebastianu ducem Manicheu, qui cum multitudine militum arma, gladios cuaginatos, arcus, sagittas que ferentium facto impetu in ipso die Dominico super populum irruit, & paucos orantes inueniens (quum iam plurimi discessissent) talia gessit, qualia ab eis decebat imple ri.Incendio nanque facto statuens virgines secus ignem, cogebat eas, vt se profiterentur Arianas. Cúmo; eas cerneret esse victrices,& de igne nullo modo cogitare, sic earu vultus lacerauit, vt vix agnosci post tempora potuerint. Tenés autem & quadraginta viros torméto + nouiore discerpsit. Sectis nanque de palma virgis & habentibus fuos aculeos, corum dorsa ita verberibus lacerauit, vt quidam eorum sæpius à medicis incisi sint ppter spinas, quæ eorum dorsis inhærebant: alij verò dű non ferrent tormenta, mortui sint. Eos autem qui viuere potuerunt, & quandam virginem in exiliu deportauit in maxima Oasim. Corpora verò mor E iiii

Sebastianus duse Manichaus.

† recentiore.

.

Vigilia chri

Bianarii con

ment sec.

Sobafianu Lux mittisu

ad occidendi

Athavasii

Pfd.117.4

† Thmain.

A tuorum primo quidem reddi nó passus est, sed celauit, insepulta relinqués ea, vt quasi tanta crudelitas latere viderctur. Hoc autem agunt, qui mentis errore desipiunt. Nam cum parentes mortuorum gauderent quidem propter cofessionem, fle rent autem propter corpora defunctorum, maiora eorum impietatis indicia personabat. Post hæc autem ex Ægypto atque Libyis in exilium deportauerunt episcopos, Ammoniu, † Muium, Gaium, Philonem, Hermé, Plenium, Psenosirim, Nilammonem Agathonem, Anagamphum, Ammoniú, Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorú: & presbyteros, Hieracem & Dioscorű: & sic eos acerbissimè per itinera pepulerunt, vt quidă eoru in ipsis itineribus, alij v erò per exilia morerentur. Profligarunt autem episcopos plusquam triginta, habentes studium secundum Achab, vt, si possent, amputarent penitus veritatem.

#### THEODORITYS. .

Super hæc igitur Athanasius etiam consolatorios libros virginibus illis scripsit, quæ crudelisimas pertulerunt passiones, dicens inter hæc:Propterea nemo vestrum sit tristis, licet & sepultură vobis denegent impij & prohibeant vos efferri. Nam víque ad hoc nequitia peruenit Arianorum vt & portas clauderent,& circa sepulturarum loca veluti damones residerent, ne quis sepeliretur fidelium dilectorum. Hæc ergo & his similia Georgius in Alexandreia faciebat. Sanctus autem Athanasius nullum locum munitum cautelæ suæ pu tabat:cum vtique aut viuum eum deduci,aut mor tuum decollari,&caput eius Imperator sibi iussisset afferri. Pro qua re præmium maximum cópromisit huiusmodi aliquid nuntianti.

#### SOCR ATES.

#### Quemadmodum Britannion sit prinatus Imperio. CAPYT 1111.

Mperator interea in Illyricu castrametatus est, cogebat eum publica necessitas, & maximè Bri tannionis, qui per milites Augustus fuerat appella tus. Cúmque venissent in Sirmium, mutuis fæderibus factis Britannionem vidit. Actumque est, vt milites qui eum costituerant, transirent ad fauore Constantij. Quo facto, solum Costantium Imperatorem Augustű voce emissa clamauerunt. Cúmque de Britannione nulla memoria ficret, ille repente sentiens se pditu, ad pedes se pstrauit Imperatoris. Porrò Constantius auferens ei corona simul & purpuram, clementer ei locutus est, monés vt sub schemate priuato quiesceret, quod vtique eius ætati potius conueniret, 🋱 habere nomé 'sollicitudinibus onustu:iussitque ei sumptus vber rimos ex publicis functionibus exhiberi. Cúmque in Prusa Bithyniæ Británio ageret, Constantius scripsit ei, narrans quod multorum bonorum ei caussa fuisset, qué à tantis cogitationibus & ma lis ipsi prouenientibus liberasset. Nec se bene fe-

pendisset. De Gallo Casare,& de signo crucis, quod tunc in cæ CAP. V. in apparent.

cisse, quia que sibi prestare debuerat, illi potius im

Vnc igitur Imperator Gallum confobrinum D suum Casarem fecit. Cui nemen suum impo nens in Syriam Antiochiæ destinauit, vt partes p eum custodirentur Orientales. Quo Antiochiam veniente, circa Orientem signu Saluatoris apparuit. Coluna nanque sub specie crucis in cœlo visa.maximo miraculo cospicientibus fuit. Alios autem suos duces cum multo exercitu contra Maznentium destinauit . Ipse verò in Sirmio morabatur,& rei expectabat euentum. Tunc igitur & Photinus ecclesie presul aperte dogma quod ipse compererat, exponebat.

#### SOZOMENYS.

Dicebat auté: Deus quidem omnipotés vnus, qui proprio verbo condidit vniuersa. Ante secula verð natiuitatem & existentiam filij dicere fugicbat, sed ex Maria natum docebat Christum.

E-

#### SOCR ATES.

#### De Photino haresiarcha, ciúsque damnatione. CAPYT VI.

Vamobrem tumultu furgente, iussit Impe-Vaniobieni tuniona magazi. Couenítque illic ex Orientalibus quidem Marcus Arethusa, & Georgius Alexadrinus, qué remoto Gre gorio ordinauerant Ariani. Venit etia Basilius expulso Marcello Ancyræpræsule, Pancratius Pelunj, Hypatianus Heracliæ. Occidentaliŭ verò Valens Myrsenus, & tunc celeberrimus hominú Osius Cordubæ pontifex, pariter inuitus. Isti siquidem post Cosulatum Sergij & Nigriani (quo anno ppter bellorum turbas nullus Confulum fuerat soleniter ordinatus) couencrunt in Sirmio. Et Photinum(dogma Sabellij Libyensis,& Pauli Samosateni, sæpe cognoscentes) repente damnauerunt.

SOZOMENYS.

#### Fides exposita in Sirmio, cum capitulis subiectis. CAP PII.

Ost hæc de fide propositiones ædiderunt, vná Græcè, alteram Latinè, multum sibimet textu sensúque concordes.

SOCR ATES.

Túc etenim quasi antiqua fidei dogmota reprehendentes, alias, ppositiones de side sanxerunt. Et vná quidem Attica lingua Marcus ædidit Arethufæ, sed cum Romana lingua cocordiam no haben tem, neque sermone neque copositione, sed nec ipsi Græcitati conuenientem. Vnam itaque Latine à Marco compositam hic subiungam:secudam verò, quam in Arimino postea relegerut, loco "pprio ponemus, cu ea que ibi gesta sunt dixerimus, vtraque tamen in Græcam linguam conuería elt. Marcus ergo hoc modo expositionem de fide di-Ctauit. Credimus in vnum Deum patrem, omnipo tentem, creatorem, & factorem vniuer forum, ex quo omnis paternitas in cœlo &in terra nominatur: & in vnigenitum eius filium Dominū nostrū Ielum Christu, qui ante omnia secula ex patre naGalles Caf.

4 m.do.355.

ift & Prof4

Est in Bithy

a Profiae

An.do.353.

Costanty in

Britannio

vese,electi-

и ітрега-

Au.do.354.

fettio.

Pfal. 109.

A tus est, Deum ex Deo, lumé ex lumine, per quem facta sunt omnia in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia: verbum existens,& sapientia, & lumé verum, & vita: qui nouissimis diebus propter nos humanatus est ex sancta virgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus, & resurrexit à mortuis tertia die,& ascédit in cœlum,& sedet in dextera patris: & venturus est in cosummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuiq; secundum opera sua. Cuius imperium sine fine existens in secula pmanet infinita. Erit enim sedens in dex tra patris, non solùm in hoc seculo, sed etiam in fu turo. Et in spiritum sanctum waganzurop, id est, con Iolatorem, que m promittens Apostolis post ascesionem ad cœlos esse mittendum, vt doceret &co memoraret eisvniuerla, transmisit. Per quem etia sanctificantur anima credentium in eo veraciter.

Eos autem qui dicunt ex non existentibus filiú, aut ex altera essentia, & non ex Dei: &, quia erat tempus aut seculum, quando non erat, alienos no uit sancta ecclesia catholica. Rursus igitur dicim<sup>9</sup>.

Si quis patrem & filium duos deos dicit, anathe B ma sit.

Et si quis Deum Christum ante secula filiú Dei, ministratem patri ad creationem yniuersorú, non consitetur, anathema sit.

Si quis ingenitu, aut patrem + eius ex Maria natum dicere prælumit, anathema sit.

Maria geni

Si quis secundum præscietiam ante Mariam dixerit filium esse, & non ante secula ex patre genitum apud Deum esse, & per ipsum omnia sacta, anathema sit.

Si quis substantiam Dei dilatari aut contrahi di xerit, anathema sit.

Si quis dilatatam substantiam Dei filium dixerit facere, aut dilatationem eius substantiæ filium nominauerit, anathema sit.

 Si quis affectiuum aut prolatiuum verbum dixe rit Dei filium, anathema lit.

Si quis hominem folú dixerit filium qui ex Maria est, anathema sit.

Si quis Deum & hominem ex Maria dices, Deu ingenitum eundem intelligit, anathema sit.

Si quis illud quod scriptum est: Ego Deus primus, & ego postea, & præter me nó est deus, cum in destructionem idolorum & deorú non existen tium dictum sit, ad destructionem magis vnigeniti ante secula Dei, Iudaice percipit, anathema sit.

Si quis audiens verbum caro factum est, verbú in carnem mutatum putauerit, aut conuersione fa cta suscepsisse carnem, anathema sit.

Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem aut passionem, aut conuersionem, aut mutationem, aut peremptionem susti nuisse dicit, anathema sit.

Si quis quod scriptum est: Faciamus hominem, non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semetipsum assert dixisse Deum, anathema sit.

Gen. 32. f 14 Si quis contra Iacob non filium taquam hominem luctatu esse, sed ingenitum Deum aut patré eius dixerit, anathema sit.

Si quis illud quod scriptum est: Pluit dominus à domino, non de patre & filio perceperit, sed ippsum à semetipso pluere dixerit, anathema sit.
Pluit enim dominus filius à domino patre.

Si quis audiés dominum patrem, aut filium do-

LIB. V.

minum, & dominum patrem & filium, & domin D à domino dicens, duos asseruerit deos, anathema sit: non enim coaptamus filium patri, sed subditú nouimus. Neque enim descédit in corpus sine vo lútate patris: neque pluit à semetipso, sed à domino, autoritatem videlicet præbente patre. Neque sedet à dextris à semetipso, sed audit dicéte patre: Sede à dextris meis.

Si quis patrem & filiú & spiritum sanctú vnam 17 personam dicit, anathema sit.

Si quis spiritum sanctum paracletum dices, in 18 genitum asserit Deum, anathema sit.

Si quis, sicuti docuit nos, non alium dicit para-19 [047.14.] cletum præter filium. Ait enim: Et alium paracletum mittet vobis pater, qué rogabo ego, anathema sit.

Si quis spiritum dicit partem patris aut filij, ana-20 thema sit.

Si quis patrem & filium & spiritum sanctu tres 21 dicit deos, anathema sit.

Si quis consilio Dei tanquam vnam creaturaru 22 factum asserit filium Dei, anathema sit.

Si quis nolente patre natum filium dixerit, ana thema sit. Non etiam inuitus & vim passus pater necessitate naturali quasi nolens genuit filiu, sed ilico vt voluit, etiam sine tempore & sine passione ex semetipso genuit eum.

Si quis ingenitum & sine principio dicit filium 24 tanquam duos sine principio, & duo ingenita dices, & duos facies deos, anathema sit. Caput enim & principium omnium filius: caput autem Christi Deus. Sic enim ad vnum omnium principiu quod est sine principio, per filium piè omnia referutur. Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus.

Si quis Christum Deum filium Dei ante secula, 25 ministrantem patri ad omnem creationem no dixerit, sed ex quo exMaria natus est, ex eo dicit filiu & Christum esse vocatum, & initium accepisse vt Deus esset, anathema sit, sicuri Samosatenus.

Paulas Samofateums

Alia fides exposita Sirmy Latinè, quam nos ex Graco transtulimus, & de disputatione Photini. CAPVT VIII.

Voniam de fide aliquem placuit fieri tracta-tum, omnia cautè quæsita sunt & exposita Sir mij sub præsentia Valentis, & Vrsatij, atque Germani,& cæterorum.Constat vnum Deum esse pa trem omnipotenté, sicut etia omni orbe terrarum annuntiatur. Et vnűvnigenitum filium eius Iesum Christum dominum & Deum saluatorémque no strum ex eo ante secula genitú: Duos autem doos non oportere dici, quonia &ipse dominus ait: Ibo ad patrem meu & patrem vestru, Deum meum & Deum vestru. Propterea & omniu Deus est, sicut etiā Apostolus docuit:Iudæorum Deus no solum, nonne & Græcorum & Gentilium?vtique. Quoniam circuncisio ex side, & preputium per sidem, & catera quide omnia consonant, & nulla remanere videtur discordia. Quia verò multos mouet dictio Latina substantia, qua Graca lingua dicitur ovoia, vt scrupulosissime cognoscatur opooiosop, hoc est, eiusdem substantiæ, aut i mooimor, id est, similis substantie, no oportet horum vocabulorum aliquam omnino fieri mentionem, neque de his

Fides apud Sırmiü exposita.

Roma.3.d

grogelou grogelou Esa 53.c.

To4n.14.d

A exponiapud ecclesiam: propter hanc caussam ac rationem, quia in sanctis scripturis nihil tale con scriptum est, & quoniam hec vitra humana scien-.tiam & intellectum funt, & quia nullus potest generationem filij enarrare sicut scriptu est: Generationem eius quis enarrabit? Hoc enim sciendu, folum patrem nosse quemadmodum filium generauerit: & rursus filiu, quomodo ipse de patre genitus. Nulli verò dubium est, maiorem esse patré honore & dignitate, at que divinitate, & ipso nomine paterno esse potiorem testificate filio ipso: Qui me, inquit, misit pater, maior me est. Et hoc esse catholicu, nullus ignorat, duas personas esse patris & filij: Et patrem quidem maiorem, filium verò subiectum cum omnibus quæ ei pater subie cit eius: Patrem verò initiu non habere, & inuisibilem,& immortalem,& impalsibilem esse: filiū verò natú ex patre, Deum ex Deo, lumen ex lumi ne,& huius natiuitatem, sicuti prædictű est, nullű nosse nisi solum patrem:Ipsum verò filium dominum & Deum nostrū, carnem seu corpus, hoc est, B hominem assumpsisse, sicut & angelus annunciauit,& omnes scripturæ docent,& maximè ipse Apostolus doctor gentiŭ:hominem assumpsit Chri Rus ex Maria virgine, per quem passus est. Apex autem totius fidei & firmamentu est, vt Trinitas feruetur semper, sicut in Euangelio legimus: Euntes docete oés, baptizates eos in nomine patris & filij,& spiritus sancti. Integer autem atque perfectus est numerus Trinitatis. Paracletus verò spiri tus sanctus per filiu missus, venit secundum promissionem, vt Apostolos & omnes credentes san

Ctificaret. His igitur explanationibus, etiá post dá-

nationem, Photinum consentire & subscribere

suadebant, pmittentes ei reddendum episcopa-

tum, si per pænitentiam anathematizaret dogma

quod ipse compererat, & in ipsoru sententia con-

sonaret. Ille verò eorum quidem propositum no

suscepit, sed prouocauit eos ad disputandu. Qua-

propter definito die, Imperatoris voluntate, con-

uenerunt præsentes episcopi, & Senatorum non

pauci, quos præceperat adesse disputationi prin-

ceps.Inter quos restitit Photino Sabinus ecclesiæ

tunc Ancyræpræsul, exceptoribus voces eorum

coscribentibus. Magnaque certamina sermonum

inter vtranque partem facta noscũtur, victúsque

Photinus damnatus est. Et in fuga cossistens, postea libros vtraque lingua conficiebat, quando ne-

que Latini sermonis videbatur ignarus. Scripsit

quoque cotra omnes hæreses, proprium studens

dogma firmare. Et de Photino quidem hæc dicta

fufficiant. Sciendű tamen quoniam in Sirmio có-

uenientes episcopi pænitétia ducti sunt de expo-

sitione fidei Latina lingua prolatæ. Post editioné

nanque, sibi eam contrariam iudicabant. Quá stu-

duerunt ab episcopis qui că iam descripserant red

di, quonia celabatur à plurimis. Imperator autem

edictis quari precepit aditionem ipsam, suppliciu

minatus, si quis eam celasse coperiretur. Sed neg;

terror destruere potuit quod semel suerat institu

tum, cò q apud multos haberetur. Et de his quidé

Matt. vit.d

Photinm di
fputat, däna
turij, & libros cöscribit
Sabinm an- C
tagonistes
Photini
Exceptores
notary.

Pænitet Sir mienfem fywedom foa definitionie de fide.

Ofias Cordubifismi adi gitur m Sir mienfi fynodo fubkribat ista dixisse sufficiat.

De Osio Hispano. C A P. 1X.

Via verò & de Osio Hispano inuito illuc ve niéte fecimus mentioné, breuiter etiá de eo dicendumest. A nte paululu temporis iste vir moli D mine Arianorum fuerat missus in exiliu. Tunc autem studio coru qui Sirmij conuenerunt, eu euocauit Imperator, volens eum aut suasione aut necessitate concordare cum presentibus. Hoc enim si sieret, maximu sidei corum putabatur esse testimoniu. Quapropter (sicuti dixi) ex necessitate venit. Et cum eis consentire respueret, tormenta sogatus plagasque perpessus est, vnde etia necessitate vehementi expositionibus tunc aditis cosen sit atque subscripsit. Hunc ergo terminum habuerunt, qua tunc Sirmij gesta noscuntur. Imperator aute Constantius agebat Sirmij, & belli quod gerebatur contra Magnentium, expectabat euentu.

#### De Magnentio tyranno, & de tyrannide Sylvani. CAPVIX.

Nterea Magnentius ad antiquam perueniens Romá, multos peremit Senatorum ac populi. Et cognoscens vicinos esse contra se Constantij milites, abícessit ad Gallias partis Occidétalis. Cúmque illic bellum sæpius inter se exercerent, modo E isti,modo illi victores esse videbantur. Nouissimè autem deuictus Magnétius, fugit in Mirsam, quod est Galliæ castru : vidénsque suos milites quasi de perditione tristes, stans celsiore loco, eos nitebatur allocutionis confuetudine cofortare. Tunc illi fauorem solitum Magnentio exhibere preparati, è diuerso nolentes, clamauerunt omnes, Costáti Auguste, tu vincas. Hoc augurium Magnentius traxit ad semetipsum, tang ei non diuinitus concederctur Imperium. Et propterea relinquens castrum ad vlteriora tendebat. Sequentibus autem Constantij militibus circa + montem Seleucu fa-Cta cogressione, solus fugiens venit in Lugdunen sem vrbem, coperiénsque suam matrem & fratré quem Casarem constituerat interfectos, nouisimè interfecit & semetipsum, Consulatu Constan tij sexto,& Constantij Galli secundo, Augusti die quintodecimo. Non post multum verò temporis etia Decentius alter eius frater, semetipsum stran gulauit.Sed neque sic ad rempublică quies venit. Nam post paululu apud Gallias Occidentales Syluanus quidă tyrannus est exortus, quem duces Có F stantij velociter peremerunt.

De insultatione Iudaorum, es de tyrannide Galli Ca saru atque peremptione. C NP. XI.

Porrò Iudæi in Diocæsaræa Palæstinæ resisten tes, vicina loca turbabant: & sumentes arma, tentabant insultare Romanis. Post hæc itaq; Gallus Cæsar cùm Antiochiæ degeret, exercitu destinato eos apprehendit, ciuitatémq; vastauit. Cúmque videretur sibi pspere gessisse, felicitaté non ferés, accessit ad tyrannidem. Et nó insinuans Imperatori suam intentionem, Quæstorem vocabulo Magnum, & Domitianum Presectum Orientis occidit. Ob quá rem Constantius indignatus, euo cauit eum. Qui cùm contemnere non posset, veniebat ad principem. Cúmque contra insulá Phla uonensem venisset, eum illic Constantius præcepit interimi.

De Iuliano Casare, er quod Iulio successerit Liberino. CAP. XII. Magnetica Rome facit Fugit in Gallian

Mitsa.

Selencus miss
Am.do.355.
† locii Mute
felencum,
Confesses fibi Magneutius mortem,

Decention. Sylvanou ty 144000.

An.do. 3'95
Indes tumol
tuantur.
Gallus CafIndeos compefeit.
Atontion
Quafter.

Domitianus Prafelius Orientis. An.do. 356

An.do.357. A Galleas mit titur.

Iulian na fit Cafari

Post paululum verò temporis Iulianú Galli fratrem Casaré constituens, contra Barbaros mi sit in Gallias. Gallus verò, qui & Costantius, septimo Costantij Consulatu, & sui tertio, ita perimitur. Iulianus sequenti Cosulatu Arbitionis & Lolliani, constituitur Cæsar, die septimo mensis Nouembris.

SOZOMENVS.

Conftantises Iulius pont. Romoritur. Liberius suc cedit. An.de.3)1.

Sublatis itaque tyrannis, requiem à malis videbatur habere Constantius, & deserens Sirmium, veniebat ad antiquamRomam, illic volens triumphum de tyrannicis exercere manubiis. Credens autem ea occasione posse vtriusque partis episcopos in dogmate concordare, rurlus lynodu in Italia celebrandam constituit. Interea Iulius papa cũ ferè quindecim annis Romanam rexisser ecclesiá, moritur, cui successit Liberius.

SOCR ATES.

An.do. 358. Actine ha resiarches.

Actius An ziochenna à Leontio dia consus ordina tur. Arifloteles. in quë vsum scripserie So phistics.

Actin fo-Phista.

Origents

Actim

De Actio haretico. CAP. XIII. DOrrò in Antiochia Syriæ alter hæresiarches emersit Actius, cognomento 2000, id est, sine Deo. Is enim eadé quæ Arius sapiebat, sed ab Arianis se segregabat, eò quòd Arium in suam comu-. nionem recepissent. Qui, sicuti predictum est, aliud mente gerens, aliud voce confessus est, cùm terminű synodi Nicænæ suscipiens subscripsslet, volens circumuenire tunc principem: propterea ergo Arianos Aetius declinabat. Erat nanq; is Aëtius prius hæreticus, & feruentissime defendere Arij dogma videbatur. Eruditus enim aliquantulū Alexandreia reuersus est. Et veniens Antiochiam Syrix, vnde oriundus erat, à Leontio tunc Antiocheno præsule diaconus ordinatur. Tunc ergo venictes ad se, disputationibus sophisticis eludebat. Hoc enim facicbat sequens Categorias Aristotelis, disputans & quædam comenta cocinnans quæ non intelligebat, neque ab eruditis intentionem Aristotelis cognouerat.Ille nanque ppter Sophistas tunc deridentes philosophiam, hoc opus iuue nibus exercitationis caussa conscribens, dialectica Sophistis per huiusmodi contentiones opposuit. Contemplatiui autem philosophi, libros Platonis & Plotini declarantes, ea quæ artificiolè ab Arilto tele sunt conscripta, redarguunt . Sed Actius contemplatiuum doctorem no habens, in commenta tionibus sophisticis perdurauit. Quamobrem nec intelligere potuit, quomodo sit ingeniti generatio:& quemadmodum quod nascitur, coxternum sit generanti. Parum ergo eruditus erat Aëtius,& diuinarŭ literarum ignarus,tantummodo ad contentiones paratus, quod etiam quilibet rusticus fa cere potest. Et qui nec veteres qui eloquia Christiana fuerăt interpretati legislet, allerebat se multum gaudere libris Clementis, & Aphricani, necnon Origenis, cum vtique fuerint illi viri totius sa pientiæ virtutibus eruditi. Fecit igitur is epistolas ad Imperatorem Costantium, & alios quosdá, con tentiones inuoluens, & quædam comenta conficiens.Quamobrem etiamathes, id est, sine Deo vo cabatur. Et licet eadem, quæ Arius, vindicaret, tamen à suis no valétibus intelligere perplexiones

LIB. V.

fyllogismorum eius, cum eadem, quæ ille, saperet, D putabatur hæreticus. Et ppterea eoru pulsus eccle sia credebatur, cum ipse illis poti9 comunicare noluisser. Hactenus enim ex illo sunt, qui tunc quidé Aëtiani, nunc autem Eunomiani vocatur. Postea nanq; Eunomius notarius eius, eruditus ab èo ædi tionem eius hæreticam diuulgauit. Sed de Eunomio locis conuenientibus explanabimus.

qui post Ennomiani.

SOZOMENVS.

De inimicis Athanasij. CAP. XIIII.

Nimici quidem fidei, putantes se tempus inuenisse cotra defensores eius, valde apud principem laborabant, vt de ecclesiis pellerétur omnes, qui ab eis videbantur esse depositi tanquă alterius fidei, vel quia viuo Costante, imperatori Constan tio restitissent, ita vt fuisset penè ad bella peruentum.Præcipuè tamen Athanasium accusabant, ob nimiam inuidiam, neque Costante viuo & Costan tio eum se diligere psitente, ab eius molestia rece E debăt:sed Antiochiæ congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicænus, PatrophilusScythopoleos,Minophátus Ephesius,& alij circiter triginta, scripserunt omnes vniuersis episcopis, quod cotra sanctiones ecclesiasticas Alexandreia rediisset, nec in cocilio sine culpa fuislet inuentus: & iubebant vt neque comunicarent ei, neque scripta mitterét, sed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Verú Athanasio nullus hinc sermo fuit.

Athanafi' Cemper odio habitus Arianis. Arianorib conventus 4 pud Antio chiam.

De synodo apud Mediolanum facts. CAP. XV.

Gitar deuicto Magnétio,quum folus Constantius Romanorum tenuisset imperium, omni stu dio laborabat, vt Occidentales episcopi consentirent eis, qui cosubstantiale esse patri filiu denegabát. Et hoc faciebat, nolens à primordio apertè vim facere, sed eis callidè suadere, vt decreto con tra Athanasium ab Orientalibus episcopis habito contentirent. Sperabat enim quod si comuni decreto damnaretur Athanasius, facilius suam volū-

tatem in religione compleret.

Tuc igitur in Italiam couenerunt episcopi Orientalium no multi, quoniam plurimos eorum aut senectus aut irineris lógitudo prohibuit. Occiden talium verò vltra trecentos, vt præcepto principis cocilium Mediolani celebraretur: vbi conuenientes Oriétales, ante omnia cotra Athanasium decretum fieri commune poscebat, vt hoc facto penitus ei aditus Alexandreiæ clauderetur. Quod cum sensissent Paulinus Gallicane + pi Bipus, Dionysius Albæ metropolis Italoru, & Eusebius Vercellésis, episcopi, quòd ad destructionem sidei Orientales cotra Athanasium agere molirentur; sur gentes magna voce clamabant, dolum & circumuentionem per ea quæ gerebantur, Christianitatis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanasium culpas esse dicebant, cum ad retracta tionem fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur, epi scoporum.

Constantine cupit efficere ve Occideta les subscribãs Arianu.

An.do.359. Cocilin Mediolans. Orientales. hos est, aria ni adversios Athonasii. Paulinus Trewerenfis Dionysius Albanus. Ensebius Vercellenfis.

THEODORITYS.

Esa 53.c.

1047.14.d

A exponi apud ecclesiam: propter hanc caussam ac rationem, quia in sanctis scripturis nihil tale con scriptum est, & quoniam hec vitra humana scien-.tiam & intellectum funt, & quia nullus potest generationem filij enarrare sicut scriptu est: Generationem eius quis enarrabit, Hoc enim sciendu, soluni patrem nosse quemadmodum filium generauerit: & rursus filiu, quomodo ipse de patre genkus. Nulli verò dubium est, maiorem esse patré honore & dignitate, at que divinitate, & ipso nomine paterno esse potiorem testificate filio ipso: Qui me, inquit, misit pater, maior me est. Et hoc esse catholicu, nullus ignorat, duas personas esse patris & filij: Et patrem quidem maiorem, filium verò subiectum cum omnibus qua ei pater subie cit eius: Patrem verò initiú non habere, & inuisibilem,& immortalem,& impassibilem esse : filiŭ verè natū ex patre, Deum ex Deo, lumen ex lumi ne,& huius natiuitatem, sicuti prædictű est, nullű nosse nisi solum patrem: Ipsum verò filium dominum & Deum nostrū, carnem seu corpus, hoc est, B hominem assumpsisse, sicut & angelus annunciauit,& omnes scripturæ docent,& maximè ipse Apostolus doctor gentiü:hominem assumpsit Chri Rus ex Maria virgine, per quem passus est. Apex autem totius fidei & firmamentu est, vt Trinitas feruetur semper, sicut in Euangelio legimus: Euntes docete oés, baptizátes eos in nomine patris & filij,& spiritus sancti. Integer autem atque perfectus est numerus Trinitatis. Paracletus verò spiri tus sanctus per filiu missus, venit secundum promissionem, vt Apostolos & omnes credentes san Ctificaret.His igitur explanationibus, etiá post dánationem, Photinum consentire & subscribere suadebant, pmittentes ei reddendum episcopatum, si per pænitentiam anathematizaret dogma quod ipse compererat, & in ipsoru sententia consonaret. Ille verò eorum quidem propositum no suscepit, sed prouocauit eos ad disputandu. Quapropter definito die, Imperatoris voluntate, conuenerunt præsentes episcopi, & Senatorum non

Photinus di fputat,däna turqi, & libros cöfcribit Sabinus an- C tagoniftes

Exceptores

motary.

Matt. rlt.d

Pænitet Sir miensem synodum sua desinitionis de side.

Ofice Cordubifismi adi gitur me Sir uniensi synodo subscribat De Osio Hispano. CAP. IX.

ista dixisse sufficiat.

pauci, quos præceperat adesse disputationi prin-

ceps.Inter quos restitit Photino Sabinus ecclesiæ

tunc Ancyræ præsul, exceptoribus voces eorum

coscribentibus. Magnaque certamina sermonum

inter vtranque partem facta noscutur, victusque

Photinus damnatus est. Et in fuga cossistens, postea libros vtraque lingua conficiebat, quando ne-

que Latini sermonis videbatur ignarus. Scripsit

quoque cotra omnes hæreses, proprium studens

dogma firmare. Et de Photino quidem hæc dicta

fufficiant. Sciendű tamen quoniam in Sirmio có-

uenientes episcopi pænitétia ducti sunt de expo-

sitione fidei Latina lingua prolatæ. Post editioné

nanque, sibi eam contrariam iudicabant. Quá stu-

duerunt ab episcopis qui că iam descripserant red

di, quonia celabatur à plurimis . Imperator autem

edictis quari precepit aditionem ipsam, suppliciú

minatus, si quis eam celasse coperiretur. Sed neg;

terror destruere potuit quod semel fuerat institu

tum, eò q apud multos haberetur. Et de his quidé

Via verò & de Osio Hispano inuito illuc ve niéte fecimus mentioné,breuiter etiá de eo dicendumest. A nte paululu temporis iste vir moli D mine Arianorum suerat missus in exiliu. Tunc autem studio coru qui Sirmij conuenerunt, eu euocauit Imperator, volens eum aut suasione aut necesitate concordare cum presentibus. Hoc enim si sieret, maximu sidei eorum putabatur esse testimoniu. Quapropter (sicuti dixi) ex necessitate venit. Et cum eis consentire respueret, tormenta sogatus plagasque perpessus est, vnde etia necessitate vehementi expositionibus tunc aditis cosen sit atque subscripsit. Hunc ergo terminum habuerunt, qua tunc Sirmij gesta noscuntur. Imperator aute Constantius agebat Sirmij, & belli quod gerebatur contra Magnentium, expectabat euentu.

#### De Magnentio tyranno, & de tyrannide Syluani. CAPVIX.

Nterea Magnentius ad antiquam perueniens Romá, multos peremit Senatorum ac populi. Et cognoscens vicinos esse contra se Constantij milites, abícessit ad Gallias partis Occidétalis. Cúmque illic bellum sæpius inter se exercerent, modo E isti, modo illi victores esse videbantur. Nouissimè autem deuictus Magnétius, fugit in Mirsam, quod est Galliæ castrū: vidénsque suos milites quasi de perditione tristes, stans celsiore loco, eos nitebatur allocutionis confuetudine cófortare. Tunc illi fauorem solitum Magnentio exhibere preparati, è diuerso nolentes, clamauerunt omnes, Costáti Auguste, tù vincas. Hoc augurium Magnentius traxit ad semetipsum, tanq ei non diuinitus concederetur Imperium. Et propterea relinquens castrum ad viteriora tendebat. Sequentibus autem Constantij militibus circa + montem Seleucu fa-Eta cogressione, solus fugiens venit in Lugdunen sem vrbem, coperiénsque suam matrem & fratré quem Cæsarem constituerat interfectos, nouissimè interfecit & semetipsum, Consulatu Constan tij sexto,& Constantij Galli secundo, Augusti die quintodecimo. Non post multum verò temporis etia Decentius alter eius frater, semetipsum stran gulauit.Sed neque sic ad rempublică quies venit. Nam post paululu apud Gallias Occidentales Syluanus quida tyrannus est exortus, quem duces Co F stantij velociter peremerunt.

De insultatione Iudaorum, de detyrannide Galli Ca Saris atque peremptione. C A P. X !.

Porrò Iudai in Diocasaraa Palastina resisten tes, vicina loca turbabant: & sumentes arma, tentabant insultare Romanis. Post hac itaq; Gallus Casar cùm Antiochia degeret, exercitu destinato eos apprehendit, ciuitatémq; vastauit. Cúmque videretur sibi pspere gessisse, felicitaté non ferés, accessit ad tyrannidem. Et no insinuans Imperatori suam intentionem, Quastorem vocabulo Magnum, & Domitianum Presectum Orientis occidit. Ob qua rem Constantius indignatus, euo cauit eum. Qui cùm contemnere non posset, veniebat ad principem. Cúmque contra insula Phla uonensem venisset, eum illic Constantius pracepit interimi.

De Iuliano Casare, o quod Iulio successeris Liberius. C A.P. XII. Magnitius Rome fenis Fugit in Galliam.

Mirfa.

Selencau měs An.do.355. † locă Mute felencum, Confesfeit fibi Magueutiau mortem.

Decention. Sylvanom ty

An.do. 3'95
Indei tumol
tuantur.
Gallus Cef.
Indes conpefeit.
Atontion
Quefer.

Domitiaum Prafelim Orientis. An.do. 356

An.do.357. A Iulianus in Gallsas mit

Inlian m fil Cafat.

Post paululum verò temporis Iulianu Galli fratrem Cxfaré constituens, contra Barbaros mi sit in Gallias. Gallus verò, qui & Costantius, septimo Cóstantij Consulatu, & sui tertio, ita perimirur. Iulianus sequenti Cosulatu Arbitionis & Lolliani, constituitur Cæsar, die septimo mensis Nouembris.

SOZOMENVS.

Conftantises Romž venit Iulius pont. Ro.moritur. Liberius suc cedie. An.de.3)1.

Sublatis itaque tyrannis, requiem à malis videbatur habere Constantius, & deserens Sirmium, veniebat ad antiquamRomam, illic volens triumphum de tyrannicis exercere manubiis. Credens autem ea occasione posse vtriusque partis episcopos in dogmate concordare, rurlus lynodu in Italia celebrandam constituit.Interea Iulius papa cú ferè quindecim annis Romanam rexisset ecclesiá, moritur, cui successit Liberius.

SOCR ATES.

An.do. 358. Active ha resiarches.

Actius An ziochennu à Leontio dia consus ordina tur. Ariftoteles in que vsum scripserit So phistica.

Actius so-Phista.

hricanu ĕ9ŧ⊕.

De Aetio haretico. CAP. XIII. Orrò in Antiochia Syriæ alter hæresiarches emersit Aëtius, cognomento au, idest, sine Deo.Is enim eadé quæ Arius sapiebat, sed ab Arianis se segregabat, eò quòd Arium in suam comu-. nionem recepissent . Qui, sicuti predictum est, aliud mente gerens, aliud voce confessus est, cùm terminű synodi Nicænæ suscipiens subscripsisset, volens circumuenire tunc principem: propterea ergo Arianos Aëtius declinabat. Erat nanq; is Aëtius prius hæreticus, & feruentissime defendere Arij dogma videbatur. Eruditus enim aliquantulŭ Alexandreia reuersus est. Et veniens Antiochiam Syrix, vnde oriundus erat, à Leontio tunc Antiocheno præsule diaconus ordinatur. Tunc ergo venictes ad se, disputationibus sophisticis eludebat. Hoc enim faciebat sequens Categorias Aristotelis, disputans & quadam comenta cocinnans qua non intelligebat, neque ab eruditis intentionem Aristotelis cognouerat. Ille nanque ppter Sophistas tunc deridentes philosophiam, hoc opus iuue nibus exercitationis caussa conscribens, dialectică Sophistis per huiusinodi contentiones opposuit. Contemplatiui autem philosophi, libros Platonis & Plotini declarantes, ea quæ artificiose ab Aristo tele sunt conscripta, redarguunt . Sed Actius contemplatiuum doctorem no habens, in commenta tionibus sophisticis perdurauit. Quamobrem nec intelligere potuit, quomodo sit ingeniti generatio: & quemadinodum quod nascitur, coæternum sit generanti. Parum ergo eruditus erat Aëtius,& diuinaru literarum ignarus, tantummodo ad contentiones paratus, quod etiam quilibet rusticus fa cere potest. Et qui nec veteres qui eloquia Christiana fuerat interpretati legisset, asserebat se multum gaudere libris Clementis, & Aphricani, necnon Origenis, cum vtique fuerint illi viri totius sa pientiæ virtutibus eruditi. Fecit igitur is epistolas ad Imperatorem Cóstantium,& alios quosdá,con tentiones inuoluens, & quædam comenta conficiens. Quamobrem etiamathes, id est, sine Deo vo cabatur. Et licet eadem, quæ Arius, vindicaret, tamen à suis no valétibus intelligere perplexiones

fyllogifmorum eius, cum eadem, quæ ille, faperet, D putabatur hæreticus. Et ppterea eoru pulsus eccle ha credebatur, cùm ipfe illis poti<sup>9</sup> cómunicare noluisset. Hactenus enim ex illo sunt, qui tunc quidé Aëtiani, nunc autem Eunomiani vocătur . Postea nanq; Eunomius notarius eius, eruditus ab eo ædi tionem eius hæreticam diuulgauit. Sed de Eunomio locis conuenientibus explanabimus.

SOZOMENVS.

De inimicis Athanasij. CAP. XIIII.

Nimici quidem fidei, putantes se tempus inuenisse cotra defensores eius, valde apud principem laborabant, vt de ecclesiis pellerétur omnes, qui ab eis videbantur esse depositi tanquă alterius tidei, vel quia viuo Costante, imperatori Constan tio restitissent, ita vt fuisset penè ad bella peruentum.Præcipuè tamen Athanasium accusabant, ob nimiam inuidiam, neque Costante viuo & Costan tio eum se diligere psitente, ab eius molestia rece E debăt:sed Antiochiæ congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicænus, Patrophilus Scythopoleos, Minophátus Ephesius, & alij circiter triginta, scripserunt omnes vniuersis epilcopis, quod cotra sanctiones ecclesiasticas Alexandreia rediisset, nec in cocilio sine culpa fuisset inuentus: & iubebant vt neque comunicarent ei,neque scripta mitterét, sed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Verű Athanasio nullus hinc sermo fuit.

De synodo apud Mediolanum facts. CAP. XV.

Gitur deuicto Magnétio, quum solus Constan-Tius Romanorum tenuisset imperium, omni stu dio laborabat, vt Occidentales episcopi consentirent eis, qui colubstantiale esse patri filiu denegabat. Et hoc faciebat, nolens à primordio apertè vim facere, sed eis callidè suadere, vt decreto con tra Athanasium ab Orientalibus episcopis habito consentirent. Sperabat enim quod si comuni decreto damnaretur Athanasius, facilius suam volūtatem in religione compleret.

Túc igitur in Italiam couenerunt episcopi Orientalium no multi, quoniam plurimos eorum aut Ienectus aut itineris lógitudo prohibuit. Occiden talium verò vltra trecentos, vt præcepto principis cocilium Mediolani celebraretur: vbi conuenientes Oriétales, ante omnia cotra Athanasium decretum fieri commune poscebát, vt hoc facto penitus ei aditus Alexandreiæ clauderetur. Quod cum sensissent Paulinus Gallicane +91 Bigus, Dionysius Alba metropolis Italoru, & Eusebius Vercellésis, episcopi, quòd ad destructionem sidei Orientales cotra Athanasium agere molirentur; sur gentes magna voce clamabant, dolum & circumuentionem per ea quæ gerebantur, Christianitatis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanasium culpas esse dicebant, cum ad retracta tionem fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tunc soluitur, epi scoporum.

THEODORITYS.

Athanasi' Cember odia hebitus Ariani. Arianori conventua 4pud Antio

chiam.

qui post En.

Constanting empit efficere ve Occideta les subscribat Arianu.

An.do.359. Cociliù Mea diolans. Orientales. hoc est, aria ni adversus Athonasii. Paulin**u**s Trewerenfis Dionysius Albanus. Ensebius Vercellenfis.

A De exilio episcoporu or thodoxoru, quod Athanasim in fuga sua satisfactione descripsit. CAP. XVI.

Ariani in exilië acti.

Eposito deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinam. Sed neutrum horum perduci potuit ad esfectum, cu præsente principe clamaretur, quod iniustè ageretur & impiè. Quo facto & ipsi ecclesiis sunt expulsi, & ī vltimis terræ finibus habitare iussi. Quod rur fus mirabilis Athanasius hoc modo in illa Apolo-

Quis tátum poterit memorare, quátum illi gel-

serunt ? Túc enim ecclesiis pacem habentibus, &

populis per Collectas orantibus, Pótifex quidem

Am.de. 360. Paulium Tremirenfis. Orthodoxi exulant.

Osias Cor- B

dubensis.

Romæ Liberius, & Paulinus Galliarum metropolitanus episcop<sup>9</sup>,& Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus infularum Sardiniæ, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni & predicatores verita tis, abripiuntur & tradutur exilio, nullam habétes culpam, nisi quod in Arianam noluerint cosentire vesaniam, neque in calumniis subscripserint no stris. De maximo auté & optimo sene & verè cofessore Osio, etiam loqui credo superfluum. Omnibus enim notum est, quod etiam hūc in exilium deportari fecerunt. No enim ignobilis, sed omnibus noscitur esse notissimus. Cui nanque no præfuit synodo, aut rectè loquens non satisfecit vniuersis? Quæ ecclesia huius patrocinij memoriam nó habet? Quis aliquando dolens cum veniret ad eum, no discessit sanus? Quis indigens quu petil-

SOCR ATES,

set, nó meruit quod popolcit. Et tamen etiam có-

tra hunc talia præsumpserunt, quòd impia eorum

molimina cognoscens, noluerit propria subscri-

ptione firmare.

Au, de. 361.

Concilius Ariminele pro Occiden talibus. Concelie Ni C comedia pro Orientalib?

Igitur Imperator illos quidem mittit in exiliű. Generale verò cocilium fieri cogitabat, vtomnes Orientales episcopos veniétes ad Occidentem, si posset, cocordes esficeret. Quod cum propter itineris spacia difficile videretur, duplicem tractauit fynodű celebrari, vt in Arimino quidem Itali qui tunc aderant couenirent: Orientales autem in Ni comedia Bithyniæ ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractante, effectus no euenit vt voluit. Neutru enim concilium sibimet concordauit, sed vtrumque divisum est. Ná neque in Arimino couenientes inter se cosonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Isauriæ cogregati, aliud schisma sunt pas si: quod suo loco narrabitur.

### THEODORITYS.

Dialogus inter Liberium & Constantium habitus, o quomodo Liberius in exilium fuerit missus. C SPYT XYII.

Dialog' Co flanty & Li

Go quidem Liberij per omnia celeberrimi ha bitum p veritate dialogum cum Constantio volo referre, quadoquidem à fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Syluestri successorem, Romanam gubernauit ecclesia. Cóstantius Imperator dixit: Nos, & eò quòd christianus sis, & episcopus nostræ ciuitatis, dignű hoc iudicauimus, vt euocates te, moneremus vt comu nionem scelestissimi Athanasij & inessabili supbia detenti, abnegare non differas. Hoc enim ter- D rarum orbis bene fieri comprobauit, & synodali sententia alienum ecclesiastica communione, decreuit.Liberius episcopus dixit:O Imperator, Iudi cia ccclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. Quapropter si videtur pietati tue, disceptationem iube costitui: & si apparuerit Athanasius codemnatione dignus, tunc secundum ecclesiasticæ consequentiæ formam proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est codemnare virum, de quo nihil examinatum est. Constantius Imperator dixit: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus eludit. Liberius episcopus dixit : Quicunq; subscri pserunt no ipsi viderunt quæ gesta sunt, sed propter gloriam & timorem, & ne à te contumelias paterétur, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria & timor & cotumelia? Liberius dixit: Quicunque gloriam Dei non diligunt, tua magis dona præponűt. Quem ergo isti non viderunt, nó examinantes adiudicauerūt, quod est à Christianitate alienum. Imperator dixit: In facie vtique condemnatus est in concilio Tyri, & in concilio E cotra eum pariter decreuerunt omnes totius orbis episcopi. Liberius dixit: Nunquam in præsentia sua homo ille adiudicatus est. Quicunque enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio sententiam protu lerunt. Eusebius eunuchus dixit: In Nicano co cilio alienus à catholica fide probatus est. Libe rius dixit: Quinque soli iudicauerut ex his qui cu eo nauigio venerunt in Mareoten, quos milerunt ad acculationem eius, vt cotra eum gesta confice rent. Horum itaque qui destinati sunt, duo sunt mortui, Theogonius, & Theodorus, reliqui verò tres viuut, hoc est, Maris, Vales, & Vrsatius. Ab his qui missi sunt Sardică, propter hác caussam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex vna parte cotra Athanasium ge sta confecerint. Libellos corum nunc præ manibus habemus. Cui horum nos credere & commu nicare conuenit Imperator? his qui primitus damnauerūt, & veniam postea poposcerunt, an eis qui adhuc hæc accusare contendunt? Epictetus episcopus dixit: O Imperator, non fidei caussa ho die F neque iudiciorum ecclesiasticorum sermonem fa cit, sed vt apud Senatores in Romana constitutos vrbe glorietur quasi superauerit principem. Im perator ad Liberium dixit : Quota pars es totius orbis? quoniam tu folus hominem vindicas nephādissimum, & orbis terrarum pacem ecclesiæque dissoluis? Liberius dixit:No eò quòd ego Ium Iolus, fidei caussa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistetes precepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor fecisti? Liberius dixit: Non. Sed ita irrationabiliter adiudicatus est homo, qui no est examinatus. Sed & ego peto primitus gene ralem proferri subscriptionem, cotirmatem sidé in Nicæa prolatam, vt ita reuocatis ab exilio fra-

tribus nostris, & in loca propria restitutis, si hi qui

núc turbas pariunt eccleliis, visi fuerint Apostoli-

cæ fidei consentire, túc apud Alexandreiam coue

nientes omnes, vbi & accusatus, & accusatores

funt & defensor eoru, examinata caussa possimus

Enférin el

politus cabi

coli.

Digitized by Google

,pterre

Sed cursus publicus no sufficit subuectui episco-

porum. Liberius dixit: Ecclesiasticæ causse publi

co cursu no egent. Ecclesiæ nanque sufficiunt vs-

A proferre sententiam. Epictetus episcopus dixit: Curfus publi cus l'ude Curiofus, cur for publici prajentalu, & Cariofi per omnes p= mincias, qui erant jub di-Spossione wiri illestria Magistri of Vide librum de im eginib magiftratuü

que ad mare perducere suos episcopos. Imperator dixit: Quæ dudu susceperunt forma, solui no possunt.Plurimoru naq; episcoporu debet valere sen tétia. Tu solus es qui amicitias illiº scelerati defen Liberius dixit:Imperator, nunquam audiuidis. mus, absente accusato, sudicem eius scelera profe rentem, nisi quia propria videntur hac odia. Im perator dixit: Omnibus quidem nocuit in comuni, nulli tamen ita sicuti mihi. Cui cùm no sufficeret interitus frattis mei maioris, ne beate quidem memoriæ Constantem cessauit in mei inimicitias frequenter impellere, nisi nos maiori mansuetudine detenti, impellentis momenta temperassemus. Nulla itaque mihi victoria est, neque contra Magnentium vel Syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero. Liberius dixit: Noli per episcopos tuas vindicare inimicitias.Ma nus enim ecclesiasticorum ad + sanctificadum va care debent. Quapropter si tibi videtur, iube vocari ad loca propria sacerdotes, & si cocordes apparuerint ei quem nos in presenti defendimus secũdum fidem orthodoxam in Nicena fynodo cóstitutam, tunc couenientes prouidebunt pro mun di pace, vt homo qui no peccauit, no reprobetur, iniustè. Imperator dixit: Vnum est quod quæritur. Volo enim te amplectentem ecclesiasticam communionem Romam denuò destinare: & propterea cocorda paci, & subscribens Roma reuertere. Liberius dixit: Rome iam fratribus vale di xi. Maiores enim sunt ecclesiasticæ sanctiones, g Romane habitatio ciuitatis. Imperator dixit: Er go trium dieru spatium ad deliberationem habes, an velis subscribens Romam reuertere, aut cogitare in quem velis deportari locum. Liberius di xit: Spatium trium dierum rationem nequaquam mutare potest. Quapropter quò voles mitte me. Imperator autem post duos dies examinato Li berio, & nequaquam à suo proposito reuocato, iussit eum in Berœam Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expensas quingentos solidos destinauit. Tunc Liberius deferéti dixit: Vade da eos Imperatori: opus enim habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori: opus enim habet his ad expésas militum fuorum. Si autem Imperator his non habet opus, det eos Auxentio & Epicteto. Illi enim his opus habent. Cúmque ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios folidos. Cui Liberius ait: Totius orbis ecclesias desolasti, & tanquam damnato mihi hæc affers? vade prius disce esse Christianus. His ita gestis, post tres dies nihil accipies,

Quomodo Liberius per aditionem Romanarum matro. narum ab exilio sit reductus. CAP. XVIII.

V Eritatis itaque ppugnator & victor in Thra Berea Thre ciá (sicuti iussum fuerat) vsq; peruenit. Duobúsque transactis annis Constantius Romam venit. Procerum verò Senatorumque coniuges rogabant viros suos, vt Cóstantio supplicarent, vt pa

misfus in exilium est.

LIB. V.

storem gregibus restitueret. Aiebant enim, p nisi D flecterent animu principis, eos ipse relinquerent, & ad pastorem illum maximum pperarent. At illi dixerut: Nos furorem principis formidamus, nec forte aliquam veniam pmeremur. Sed vobis, inquiunt, magis rogantibus forsitan parcet, & alterum è duobus fiet, aut preces fuscipiet, aut si flecti nequiuerit, sine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc cőfilium mulieres illæ laudibus maximis efferédæ percipientes, cum ornatu folito adierunt Imperatorem, vt ex veste sublimi insignes eas & nobiles arbitratus, reuerentiam ipsis exhiberet & parceret. Adeuntes verò principem tali voce clamabat: Miserere tante ciuitatis pastoris puidentiam no habentis, quæ luporű patet insidiis. A tille respon dit, non egere pastore alio ciuitatem. Esse nanque potificem, qui eorum curam haberet. Post magnu nanque Liberium quidam diaconorum eius Felix nomine, fuerat ordinatus. Is expositam in Nicea fi dem incocusse servauit, sed corruptoribus eius sine discretione communicabat. Nullus tamen Ro mæ habitantium in basilicam ingressus est, cùm il le intus astaret. Hoc autem etiam matron x ille Im E peratori dixerunt: Qua gratia flexus,præcepit illű inter omnes egregium reuocari,& vtruque eccle siam gubernare comuniter. His ergo literis in Cir censi spectaculo relectis, populus clamabat, iustá principis elle fententiam:ticut enim dupliciter co loribus diuisi sunt spectatores, sic oportere alterú bis, alterú aliis præsidere. Cùm ergo primitus prin cipis literis sic fauissent, postea commoti commu ni voce clamauerunt · Vnus Deus, vnus Christus, vnus episcopus. Ipsas enim voces & ego iustú ponere iudicaui. Post has verò Christo amabilis populi pias & iustitia exornatas voces sanctissimus quidem Liberius est reuersus. Fælix autem recedens habitauit in alia ciuitate.

SOCK ATES.

Quomodo Eudoxius Antiochenum vsurpauerit epi-CAP. XIX. scopatum.

A tempestate Leotio moriente, qui hareticu 'Actium diaconú ordinauerat, Eudoxius Ger- F manicię episcopus, quæ est ciuitas Syrię, cùm esset tűc Romę presens, finxit sibi caussam necessitatis incubere, & Imperatori callidè locutus, quasi ciuitas Germanicianoru iplius puidetia atq; custodia indigeret, petiit vt remearet ad ppria. Qué princeps nihil pspicies, abire pmisit. At ille cubicularios cooperates habens, relicta ciuitate sua Antiochenű vsurpauit episcopatű. Fouere nang; studebat Aëtium. Ob qua rein nisus est cocilium facere sacerdotum, & ordinationem ei restituere diaconatus. Quod nequag factum est, eò o magis valeret odium cotra Aëtium, quam Eudoxij desideriu. Et de his quidem tantum nosse sufficiat.

De Ariminensi Concilio & contentionibus ibi factis. CAPVT XX.

E Orum igitur qui in Arimino couenerut, orié-tales ea que de Athanasio gesta sunt, silétio tra dentes, ad cocilium se occurrisse dicebant. Quoru studio cohærebát Vrsatius & Valens, qui ab initio

Matrona Roro Sollicita de redism Lıbağ.

Felix loco Libery ponti fek ordinat

Endoxica Germaniciensium epifcopus, vier nat Antiochenã ∫edem.

Eudoxina ná titur Aetiü restituere.

Au. do. 361. Synodus A. imensis. Vifstim. Valens.

Digitized by Google

Ap.do.361.

Am.do. 363.

ECCLESIAST.

quidem Arianum dogma tenuerant, in medio autem Homousianis consenserant, dato libello Romano potifici, sicut iam dictum est. Isti năque sem per ad partes pro tempore Valentiu declinabant. Quorum adiutores erant Germinius, Auxentius, Demophilus, & Gaius. Dum ergo in cocilio prafentium alter aliud proponere conaretur, tuc Vrsatius & Valens dicebant, omnia que de fide dicta sunt, debere suspendi: & suscipiendam nouellam expositionem, quam paulò ante Sirmij couenientes adiderant. Hac dicentes & chartulam pra ma nibus habentes legi secerunt secundu expositionem sidei Sirmij prolatam, quam ibi quidem (sicu ti pradixi) celauerunt. Arimini autem ostensa est: Cuius exemplum hoc est:

się, quæ etiam nunc siunt, excitarit, atque seditiones, toto orbi terrarum valde notum est. Hæc ergo propositio dum ab Vrsatio & Valente & reliquis suscepta non suisset ad plenum, diuisit ecclesiam. Alij nanque his quæ Arimini sunt lecta, con senserunt: alij verò Nicenam denuò roborauer ut sidem. Deriserunt autem coscriptionem illius lectionis, & maximè Athanasius Alexandrinæ ciuitatis episcopus in epistola quam suis familiaribus destinauit: quam qui legit, inueniet quam forti di chione sit plena.

Schifma.

Ariani da-

mati.

THEODORITYS.

Dicebant autem Ariani couenientes in Arimino, volentes Hesperiis suadere simplicibus, quod non oporteret propter duo verba, quæ nec inuenirentur scripta, separari corpus ecclesiæ, sed simi lem per omnia profiteri filium genitori, substantiæ verò tacere nomen. Sed fallaciá sentientes ho rum Homousiani potifices, eos abdicauerunt. Atque literis insinuauerut Imperatori propriam voluntatem, dicentes filios se esse patrum Niceni co cilij, pariter & hæredes.

SOCR ATES,

Hoc tamen sciendum, quoniam synodus quidé Vrsatium, & Valentem, Auxentium & Germiniú, Gaium & Demophilum, eorúmque socios códem nauit, Arianum dogma anathematizare sugientes. Qui propter hanc damnationem indignati, ad principem celeriter venerút, portantes lectam in concilio sidem.

THEODORITYS.

Apertius autem integram fidei regulam eorum epistola ad Constantium scripta monstrauit: Cuius verba sunt hæc:

Epistola concily Ariminensis Orthodoxorum episcoporum, ad Imperatore Costantium. C A P. XXI.

Iuina iussione, & pręcepto pietatis tuz olim dogmatizata credimus. În Ariminum năque ex vniuersis Occidentalibus ciuitatibus omnes có uenimus simul episcopi, vt & fides catholica cognosceretur ecclesiæ, & qui cotraria sapiunt, panderétur. Multū năque disceptătibus nobis inueni- F mus optimű esse, statutam fidem antiquitus permanere, quam etiam Prophete, Euangelia, necno Apostoli per Iesum Christum dominum nostrum prædicasse noscuntur (qui & tui regni protector, tuæque salutis auxiliator est) vt hanc tenentes cu stodiamus, & custodiétes ad finé vsque seruemus. Incogruu enim nephariumq; videtur, ex his quæ rectè iustéque definita sunt, aliquid immutare, id est, horum quæ Nicææ communiter cum gloriosissimo Constantino tuo patre & Imperatore, deliberara arque defixa sunt. Quorum doctrina atque sensus discurrit & prædicatus est in omnium hominum auditus atque mentes. Hec fides fola Arianam heresim expugnauit & perdidit, per quam nó illa fola , fed etiam reliquæ hærefes funt damnatæ: Cui verè addere quicquam incautum est, & auferre periculosum. Et siquidem horum alterum fiat, erit inimicis facultas agendi que vo-

EXPOSITA FIDES APVD SIRmium præsente D.N. Constantio Aug. COSS.Euschio & Hypatio XI.kalend.Iunias.

Fides Sirmi B ensis synodi, lecta Arimini.

Germinius. Auxentina

Demophil,

Gains.

Credimus in vnű & verum Deum, patrem om nipotentem, creatorem & opificem omnium. Et in vnum vnigenitum filium Dei ante omnia secu la, & ante omne principium, & ante omne quod cogitari potest tempus, & ante omnem perceptibilem cogitationem, natú impassibiliter ex Deo, per quem & secula perfecta & omnia facta sunt. Natum autem vnigenitum folum ex folo patre, Deum ex Deo, similem generanti patri secundum scripturas: cuius generationem nullus nouit, nisi solus, qui genuit eum, pater. Hunc nouimus vnigenitum eius filium nutu paterno venisse de cœlis ad destructionem peccati,& natú ex Maria virgine,& cum discipulis couersatum, & omnem co plesse dispensationem secundum paternam volutatem:crucifixú & mortuum, & ad inferos descen disse, & quæ ibi erant dispensasse: quem ianitores inferni videntes expauerunt:& tertia diè refurrexisse,& cum discipulis couersatum:& quadraginta diebus expletis, in cœlos ascendisse, & sedere à dextris patris: & venturum nouissima die in gloria patris, ad reddendum vnicuique secundu opera sua. Et in spiritum sanctum, quem ipse vnigenitus Dei filius Iesus Christus mittere compromisit generi hominum consolatorem, secundum quod icriptum est: Vado ad patrem meum, & rogabo pa trem meum, & alium cosolatorem mittet vobis, fpiritum veritatis,ille ex meo accipiet,& docebit, & comemorabit vobis omnia. Nomen verò substantiæ eò o simpliciter à patribus positum, à populis ignoretur, & scandalū faciat, & quia nec scri pturæ hoc cotinent, placuit abrogari, & omnino nullam memoriam substantiæ in Deo esse deinceps, eò quòd diuinæ scripturæ nusquam de patris substantia filiique meminerint. Similem verò dicimus filium patri per omnia, sicut sanctæ scriptu ræ dicunt & docent. His itaque lectis, cosurgen tes quibus hæc displicebant, aiunt: No fide egentes huc venimus (integram nanque seruamus, qua percepimo ab initio) sed magis vt si qua circa hæc nouitas sit, omnino phibeamus. Si ergo hæc quæ lecta sunt, nullam faciunt nouitatem, apertè iam anathematizate hæresim Arianam, sicut & alias he reses regula ecclesia taquam blasphemas abiecit. Quot enim blasphemu Arij dogma turbas eccle-

Ioan . 14.6

Nomen substantia.

Digitized by Google

A lunt. Quapropter Vrsatius & Valens quoniá participes & concordes Ariani dogmatis erant, à nostra sunt communione segregati. Quam vt recipe rent cognoscentes delicta quibus peccauerut, pœ nitentiam atque veniam impetrare poscebant:& rescripta eorum hæc ita habere se testantur, per quæ criminum veniam consecuti sunt. Erat enim tempus quo hæc gesta noscutur, quando Mediolani synodus celebrata est, præsentibus ecclesiæ Romanæ presbyteris. Cognoscentes verò simul etiam post mortem dignum memoria Constantinum, cum omni integritate & examinatione con scriptam exposuisse fidem, qui cùm ab hac luce ba ptismate percepto discesserit, & ad præmia debitæ pacis abierit, incógruum esse iudicamus post illum aliquid nouitatis admittere, tátós que sanctos cofessores & martyres, & huius dogmatis conscri ptores, inuentorésq; despicere, qui secundum antiquam ecclesiæ sanctioné per omnia sapuisse noscurur. Quoru fide Deus in tepora imperij tui trasmisit, per dominum nostru lesum Christum, per quem tibi imperium tale concessum est, vt etiam nostri orbis terminos obtineres. Rursus ergo infe lices isti, & sapientia vilissimi, prælumptione nepharia impiæ cogitationis predicatores semetip-Tos annuntiarunt, & veritatis terminum mutare contendunt. Dum enim secundum tuum præceprum concilij iura celebrarentur, illi cosilium suę fallaciæ nudauerunt. Nitebantur enim calliditate quadam atque seditione aliquid nouitatis inferre. Huiusimodi enim malitiæ captos inuenim Ger manum quendam & Auxentium atque Gaium, he resim contentionémque facientes. Quorum doctrina vna quidem existens vniuersam molem bla sphemiarum transcendere coprobatur. Qui cum viderent nos neque ipsorum voluntatis esse neque concordes his, quæ malè sapere videbantur, à nostro se concilio mutauerunt, vt quasi aliud co scribere viderétur. Erat verò tempus breue, quod etiam eorum aperuit voluntates. Sed vt non sem per ecclesiasticæ causse in easdem incurrant concussiones(nam turba atque seditio repetita, vni-C uersa confundit) firmum nobis visum est, vt quæ dudum decreta sunt, legaliter immutabilitérque seruentur. Prædictos autem viros à nostra communione secreuimus. Qua de caussa legatos ad tuam mansuetudinem mitimus, concilij sententiam per nostram denuntiaturos epistolam.Legatis autem præ omnibus ista præcipimus, vt veritatem affirment ex priscis & iustis rationibus exponentes, qui etiam tuam religionem instruant: quoniă non (sicut ait Vrsatius & Valens) erit pax, si quid iustarum sanctionum fuerit immutatum. Quomodo enim pax esse credenda est apud eos, qui pacis iura subuertunt? Contentio enim & seditio per hæc inter reliquas ciuitates & ecclesiam Romanam potius orietur. Quapropter tuæ manfuerudini supplicamus, vt placidis auribus nostros Legatos audias & oculo tranquillo respicias : neque ad iniuriam defunctorum noui aliquid immu tari permittas, sed permanere nos sinas in his, que progenitoribus definita atque fancita funt, quippe quos omnia cum deliberatione atque sapientia & spiritu sancto celebrasse considimus. Ea enim que ab illis nuc innouantur, credentibus quiLIB. V.

rò credulitaté.Supplicamus itaq; yt pręcipias eos, D qui per diuersa loca detinétur, quos & ætatis grauamen & angustia paupertatis affligit, ad propria remeare, ne desolate sublatis episcopis videantur ecclesiæ permanere. Super hæc autem etiá hoc ro gam9, vt nihil his, quæ iam terminata funt, aut addatur, aut adimatur: sed omnia inuiolata permaneant, que & à pietate tui patris, & tuis quoque sunt conseruata temporibus: neque deinceps nos fatigari, & à propriis parœciis alienos esse permittas, quatenus episcopi cum pprio populo in pace orare, & diuino cultui vacare polsint, supplicantes Deo pro pace tui imperij pariter & salutis, quam tibi diuinitas in perpetuum largiatur. Nostri verd legati episcoporum subscriptiones & nomina deferut, qui etiam lectione divinæ scripture religionem tuam poterunt edocere.

SOZOMENVS.

Hæc itag; fynodus scripsit,&per episcopos destinauit. Vrsatius auté & Valens eorum preuenien tes aduentum, derogauerunt cócilio: ostendentes imperatori expositione sidei qua portabant. Impe rator Ariano dogmati faues, indignatus aduersus fynodum, Vrsatium atq; Valetem potius honorauit.Quamobrem qui à concilio fuerant destinati, tardaucrunt, non valentes impetrare responsum. Serò tamen ad Synodum Costantius per præsentes episcopos huiusmodi scripta misit.

Epistola Constanty ad Ariminense concilium. CAP. XXII.

CONSTANTIVS VICTOR AC triumphator Augustus, vniuersis episcopis Arimini congregatis salutem.

SEmper equidé & pre omnibus cogitare nos de facra & adoranda lege nó ignorat vestra benignitas.Núc auté viginti, quos vestra sapientia destinauit, Episcopos, Legationis suę caussa interim videre nequiuimus, cum sit nobis necessariu circa Barbaros iter, & (sicut nostis) deceat animo puro ab omni cogitatione vtilitatem diuinę legis examinare. Iulsimus igitur episcopos in Adrianopoli nostrá expectare regressionem , vr cúm vniuersa respublica fuerit bene disposita, tunc quæ gesterint audice possimus. Vestre autem sanctitati non videatur onerosum eoru expectare regressum, vt dum redeunt nostrū vobis referentes responsum, perducere possitis ad terminum, quæ ecclesiæ catholicę vtilia esse noscuntur.

Has literas suscipientes episcopi, talia rescripserunt: Bpistola Ariminensis concily ad imperatorem Con-CAP. XXIII.

Iteras clemétiæ tuæ suscepimus domine, deo amabilis Imperator:in quib° cotinetur, quod ppter necessitaté publică interim no potuisti noîtros videre legatos:nósq; iubes vt eorű expectemus aduétú donec ea que à nobis decreta funt,& nostris pgenitorib° cosonare noscutur, ab eis pietas tua cognoscat. Quãobrem & núc p has literas pfitemur atq; firmam<sup>9</sup> nequaq nos à ppolito no stro recedere. Hoc etiam nostris Legatis iniunximus. Supplicamus igitur, yt animo tranquillo &

Fij

Litera Synodi Sirawesis.

Viginti epi

Scopi legati.

Digitized by Google

dem incredulitatem inferunt, no credentibus ve-

Episcopi exm

præsentes nostræ mediocritatis literas relegi iubeas, & illa quæ per legatos nostros madauimus, libenter accipias. Illud itaque nobiscum considerare tua mansuetudo debet, quanta sit modò tristi tia, quatus que mœror, vt felicissimis temporibus, tuis, tantæ ecclesię priuatæ videantur episcopis. Et propterea rursus tuam clementiam deprecamur domine Deo amabilis Imperator, vt ante asperita tem hyemis(si tamen tue placet pietati)nos ad no stras ecclesias remeare præcipias, vt etiam núc pos simus omnipotenti Deo,& domino saluatori nostro Christo, eius filio vnigenito pro tuo imperio

Quod discedentibus episcopis fuerit Constantius indi CAPVT XXIIII. gnatus.

folennes orationes celebrare cum populo

Vm hæc scripsissent, & modicum expectasfent tempus, Imperatore nullú dante respon fum,ad ciuitates proprias redierunt. Princeps autem cum &prius cotenderet Arianam sectam per ecclesias seminare, occasionem iniuriæ suæ illoru B habuit discessione, dicens se cotemptum, eò quòd præter iussionem ipsius consilium videretur esse folutum.QuapropterVrsatio,& his qui circa eum erant, permissionem dedit contra ecclesias agendi cofidenter quodcunque placuisset. Explanationem verò lectæ in Arimino fidei iussit per ecclesias Italiæ destinari, præcipiens vt nolentes ei subscribere pellerentur ecclesiis, & in eorum locum alij subrogarentur episcopi.

#### SOCR ATES.

De Snodo in Nicaa Thracia celebrata. C A.X XV.

Ríatius autem eíque confentientes ab Italia discedentes, venerunt ad ciuitatem Thraciæ nomine Niczam: vbi breui tempore comorantes aliud fecere concilium. Et lectam in Arimino expositionem sidei Graco interpretates eloquio publicatam cófirmauerunt: & postea diuulgabant eam esse fidem, quæ ab vniuersali concilio & dictata esset & edita Nicææ, vt similitudine nominis Nicæni simpliciores hac subreptione deciperent. Putabăt enim in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem. Sed nihil profuit eis tale commétum. Paulò post nanque confusi atque derisi sunt.

SOZOMENVS.

Quomodo Athanasius furore Constantij denuò declina. CAPVT XXVI. nerit.

Nterea sentiens Athanasius sibi insidias parari, nequaqua ad Imperatorem venire præfumpfit: neque hoc vtile iudicauit, sed electos ex Ægypto quinq; episcopos, inter quos Serapioné Thmuiésem virum præcipua vita sanctum, & ad loquendum valde copiosum, mittit ad Principem túc in Occidente degentem (cum quibus etia tres presbyteros)per quos sibi placaret Imperatorem,&,p derogationibus satisfaceret inimicorum, aliaque facerent, quæ ei, vel ecclesiis expedirent. Quibus nauigantibus, paulò post literæ venerunt Imperatoris euocantes eum. Ob quam rem & Athana.

ECCLESIAST.

sius & populus est turbatus, cum neque haretico D Imperatori obedire consultum esset, neque reluctari periculo vacaret. Veruntamen ire distulit, & literarum baiulus sine effectu reuersus est . Superueniente autem æstate veniens alius ab Imperatore nuntius cum prouinciæ iudicibus, cogebat eum, cleróque nimis erat infestus. Porrò populum paratum videns ad bellum etiam iste reuerfus est. Non multo post tempore congregantur ex Ægypto & Libya Legiones. Et cum núciatum fuisset celari Athanasium in ecclesia quæ vocatur Theonæ,assumés milites dux eorum, & Hilarium ab Imperatore denuò destinatum, inopinato fractis ianuis in ecclesiam introiuit, & ybique requirens Athanasium non inuenit. Fertur enim, quod sapius diuino nuntio pericula multa effugerit, sicut etiam Deo prouidente hoc discrimen euasit.

Ecclefia

Quomodo Paganis insultantibus, futuram triftitiam predixerit. CAP. XX VII.

X his & huiusmodi factis, ei à Deo prænuntiatis, à paganis & hæreticis appellabatur Ma- E gus. Sermo nanque fertur, quod aliquando eo pcedente per ciuitatem, contigerit auolantem corniculam clamitare. Quo facto astans multitudo pa ganorum, velut Mago derogantes, petebant vt eis aperiret quid cornicula illa fignificaret . Ille verò fertur silentio dixisse subridens: Cras Latina lingua dies ventura fignificatur. Hoc ergo clamans, tristem vobis crastinum significat diem, per Imperatoris Romani iussionem. Et ita contigit, vt Athanasij sermo licet derisus fuerit, venerit ad effectum. Altera nanq; die principis literæ venerút ad iudices, iubentes vt pagani sua ingredi no permitterentur templa, neque solennes superstitiones festiuitatésque celebrarent. Tuc ergo festiuitas eorum venerabilis, generaliso, destructa est.

Qua mala per Georgium in Alexandria gesta sint, CAPYT XXYIII.

Vm igitur frequenter(sicuti dictű est) Athanasius pericula declinasset, clerus & populus ei fauens tenebat ecclesias, donec Prefectus (vt di ctum est) Ægypti, & dux militum + eiicientibus F eos & sustinentibus, Georgio eas contraderent. Qui no multo post venit, & ecclesias suo iure pos sedit.Qui dum præter schema & mores sacerdotij violentus existeret, & maximè circa Athanasij laudatores, quibus vtique vincula & plagas viris & fæminis velut tyrannus inferebat, accensus po pulus penè peremerat eum, nisi vix ereptus sugisset ad principem. Quo facto rursus sequaces Athanasij ecclesias multo tépore tenuerut . Quas iterum veniens dux Ægypti, Georgij noscitur tradidisse fautoribus. Post hæc auté Exceptore principis veniente, multi Alexandrinorum supplicio traditi funt. Post quem etiam ipse Georgius terribilior superuenit,& priori tempore magis exosus tanquam qui mouerit principem ad multoru necem. Cui viique derogabant Ægyptij monachi, quorum gloriam multitudo vniuería sequebatur, & vera eorum testimonia iudicabát: quia in summæ philosophiæ virtute degebant.

THEODORITYS.

infimulat magia.

Forte fic erat verti di. † eÿcientes eos, & interim tenente

Garries fo द्वराह राष्ट्रांडकः

Costantiñ .

NiceaThra C

Nicas Bi .

tbynia.

A Quod autem expositam sidem in Nicæa Thraciæ omnes accusent milites veritatis, & præcipuè inhabitantes Hesperiä, testătur litere ab eis ad Illy ricū destinate. Quarū literarū autor fuit episcopus ecclesiæ Romanæ tunc Damasus, qui post Liberium potificatus iura susceperat multis virtutum ornatus insignibus. Habuitque in his literis nonaginta consortes ex Italia, atque Galliis in Romana vrbe couenientes. Quorum nomina propter multitudinem ponere distuli. Textus autem epistolæ talis est.

Litera Damasi & caterorum ad Illyricum, contra concilium in Nicaa Thracia factum. C A PVI XXIX.

DAMASVS, ET VALERIANVS, ET cateri episcopi, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in domino salutem.

Litera è sy- B wodo Rom. mossa in Illy victum. † locus mem dossa. & Graci.

Redimus sanctam fidem nostram in Aposto lorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hác populis vniuersis exponere, quæ videlicet à costitutionibus patrum nulla ratione dissentiat, per quos iustum est cateros erudiri. Sed relatione + Gallicanorú & Venetorú fratrum, quosdam heresibus fauere cognouimus. Quod malum no solum cauere debent episcopi, sed etiam reluctari cotra ea, quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorundam, prauis interpretationibus deceptorum. Variis ergo doctrinis no decet labefactari, sed magis patrum nostroru roborari senten tiam.Auxétium igitur Mediolani præcipuè in hac caussa damnatum esse prescriptum est. Vnde iustu est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis,ea quæ legis funt sapere,& no fidem doctrinis variis maculare. Itaque cum primum hæreticorű cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nűc blasphemia nephandorum patet Arianorum, tűc patres nostri trecenti decem & octo electi, habito tractatu in vrbe Nicæna, hunc murum firmisi-C mum cotra arma diabolica statuerunt: & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt pater & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniusq; magnitudinis debeat credi, vniúsq; essentiæ siue sub stantiæ simul & spiritussanctus. Aliter verò sapien tes alienos esse à nostra comunione iudicauerut. Quem terminum salutarem, adorabilém que deliberationem, corrumpere quidam aliis cogitationibus atque temerare voluerunt. Sed in ipso prin cipio ab his ipsis qui in Arimino renouare atque retractare copellebatur vique ad hoc caussa correcta est, vt conterentur alia sibi circumuentione subreptum: aut certè quia non intellexerint patrū sententia, in Nica a costituta, hoc esse cotrarium. Neque enim preiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini cogregatum, quando constat neque Romanum episcopu, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincétium, qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custo diuit:neque alios talibus præbuisse cosensum, ma ximè cum(sicut prædiximus) isti ipsi, qui per conuentione declinasse videbantur, ipsi denuò vtentes meliori cossilio, hæc sibi displicere testati sint. Perspicit itaq; vestra integritas hac solam fidem, quæ Niceæ apostolorú autoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandam: & simul Oriétales D hoc facere nobiscum qui se catholicos esse agno scut, Occidentales etiam gloriari. Credimus auté languentes in isto conamine, nó multo post à nostra separandos esse comunione, & ab eis episcopatus nomen auferri, vt populi eorum liberati errore respirét. Nullo enim modo à deceptione po terut corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Cocordet igitur cum omnibus Dei sa cerdotibus etiá charitatis vestræ sententia, in qua vos stabiles ac sirmos existere iudicamus. Sic ergo etiam nos vobiscum rectè credere debemus. Vestræ nos charitatis lætisicate reciprocis literis. Valete fratres charissimi.

Sed & maximus Athanasius in epistola quam scripsit ad Aphros, taliter de Ariminensi concilio disputauit.

Ex literis Athanasy de Ariminensi concilio. CAP. XXX.

HIs itaque platis, quis recipiat eos qui Arimi-E nense aut aliud conciliŭ preter Nicenŭ nomi nare presiumunt, aut quis no habeat eos odio, qui respuunt quidem cossitutiones patrum, & ea que nuper Arimini contentiolè atque violenter compolita sunt, præponunt? quis istis cocordabit hominibus ne propria quidem recipientibus? Nam in suis decem & amplius (sicuti prædixi) conciliis also tempore aliud coscribentes, manifesti sunt, quia singula eorum accusare noscuntur. Et hoc pa tiuntur, quod tunc Iudzi pditores perpessi sunt, Nam licut illi relinquentes solum sontem aquæ viuentis, lacus sibimet foderunt, qui aquam conti nere non possunt, quod scriptum est apud Hieremiam prophetam: lic & isti reluctantes vniuersali cócilio, foderunt sibi multa cócilia, quæ apud eos inania & virtutem non habere constat.

Non igitur patiamur eos qui præter Nicænum Ariminense præsumunt, vel aliud nominare concilium: quu & ipsi qui Ariminense suscipiut, igno rasse quæ in eo gesta sunt noscantur, ná tacere po tuerant. Nostis enim charilsimi, cognoscentes & vos à vestris qui tunc adfuerut Arimini, quod Vr- F satius & Valens, Eudoxius & Auxentius, simúlque Demophilus condemnati sint, volentes aliud qua statutum est Nicax, conscribere, quado compulsi anathematizare Ariana hæresim respuerut, cui po ti" patrocinari conati sunt: Episcopi verò, verè integri domini scrui rectéque credentes, ferè ducen ti coscripserunt sufficere Nicænam solummodo fidem,& nihil amplius nihilque minus præter illa quærere velle seu sapere.Hæc enim etiam Costan tio significauerut, qui iusserat celebrari cocilium.

SOCR ATES.

Quamsla Macedonius in Constantino Politana vrbe commiserit or quod post hac offenderit Imperatorem. CAPVA XXI.

Nterea Macedonius vicinas Costantinopolitanæ vrbi prouincias ciuitatésq; turbabat, excitás ministros proprij languoris aduersus ecclesias, & in Cyzico quidem Eleusium fecit episcopum, in Nicomedia Marathonium, qui primum diaconus

Macedony tumult<sup>2</sup>, & fautia & odium. Eleufus Marathoni<sup>2</sup>

X.concilia Arianorum.

Hiege. L.

Ć C.epifcopi Ariminēfis Ignodi aduer Ji Arianu.

Autoritas Rom.pont. A fuerat, habés studium constituendi monasteria vi rorum ac fæminarum. Is itaque Macedonius episcopatu potitus, affligebat cos qui ipsi consentire fugiebant, & no solum orthodoxos, sed etiamNo uatianos, sciens eos quoque Consubstantialitatis nomen suscipere. Quorum episcopus Agelius pse cutione faciente fugit. Plurimi verò insignes viri detenti, nolétés que ei communicare, puniti sunt. Qui post tormentaviolenter communionem ore suo suscipere & tenere compellebantur. Ligno nanque ora hominum aperientes, eis sacramenta inscrebant . Porrò mulieres & paruulos arripientes, cómunicare cogebant. Si quis verò cótradice ret, mox plaga, vincula & tormenta sequebatur, ita vt etiam fæminarum communicare nolétium mammillas in arca comprimentes abscinderent. Aliarum verò aut ferro aut ouis ardétibus eadem membra coburerent. Quod ego ab Auxonio sene,qui eadem supplicia est passus,audiui.

Auxonius

Hæ igitur Macedonij pro Christianitate ortæ sunt actiones, cades, pugna, sollicitationes, intesti na bella.Quæ nó folúm apud eos qui lædebantur, sed etiam apud familiares ei odium vehementer excitauerut. Offendit autem etiam ipsum Impera torem, & phoc, & pro alia huiusmodi caussa. Do mus in qua erat arca Costantini principis corpus habens, ruinam minabatur. Ideoque custodes eius & qui ad orationem intrabant, erant positi sub timore. Macedonius ergo cogitauit Imperatoris ossa transferre, ne arcam ruinæ casus comprimeret. Hoc cognoscétes populi phibebant dicétes, nó oportere principis ossa transferri,ne quasi exsopiri videretur. Ob quam rem in duas partes po pulus est divisus, aliis dicetibus nullam elle translato mortuo læsionem, aliis asserentibus esse nephas. Cum quibus etiam erant 6 4000000 defensores. Macedonius autem paruipendens verba cotradicentium, transtulit corpus Imperatoris in ecclesiam, vbi corpus iacet martyris Acacij. Quo facto, cocursus discordantium populorum ad illam venit ecclesiam, & ad manus vsque peruentum est, ita vt multi hominum morerentur; & vestibulum ecclesiæ ac vicina porticus sanguine compleretur. Hoc cognoscens Imperator, irascitur Macedo nio, ppter eos qui mortui sunt, & quia corpus pa tris eius absque ipsius cosilio transferre prasumpserit. Relinquens ergo gubernatorem Hesperiarum partium Cæsarem Iulianum, ipse proficiscebatur ad Orientem.

THE ODORITYS.

De Leontio Antiocheno episcopo, Aetio qui magister suit Eunomy. CAP. XXXII.

Lestins Antrochenne.

wg.juccë•

Eontius autem Antiochenus episcopus, cùm esset Arianus, languorem suum celare nitebatur. Vidénsque diuisos sacerdotes, & populum, & alios dicétes, Gloria patri & filio: alios, Gloria patri per filium & spiritui sancto, ipse sub silentio di cebat orationem, & nihil aliud audiebant adstantes, nisi cum diceret, in secula seculorum. Et si quidem hoc no malo animo fecisset, diceretur quod pro cocordia populi sieret. Sed quia etiam contra milites veritatis acuebatur, & non nisi sareticos prouehebat, ostedebatur celare pestem, modo amore populi, modo formidine pressus Imperato-

ris, qui filium dissimilem prohibuerat dici. Ea tem D pestate Aëtius magister Eunomij, qui Arij blasphe miam suis opinionibus auxerat, in Diaconatus or dine ministrabat. Sed Flauianus & Diodorus monachicam quidem amplectentes vitam, clare autem papostolicis dogmatibus laborantes, episco pi Antiocheni Leontij redarguerunt quas contra pictatem gerebat insidias, dicentes, eum elegisse virum studiis malis imbutum, qui impietatis caussa culmen sumpsisser potentiæ, atque ad ecclesiæ cladem diaconatus haberet nomen. Minabantur autem etiam ab Apostolica eum communione suspendi,& ad Hesperiam venientes,ea quæ callide gerebantur aperire.Hoc metuens Leõtius,ab offi cio suspendit Aetium, aliis tamen rebus fouebat eum.Porrò mirabilis illa societas, id est, Flauianus & Diodorus, sacerdotali ministerio nodum potiti, populis tamen admodum placentes, noctibus ac diebus cunctos ad zelum pietatis armabant. Ilti nanque primi in duas partes choros plallentium diuidentes, ex luccelsione Dauidicam melodiam catare docuerut. Et hoc in Antiochia primitus fieri cœpit:& dilperlum ad terminos totius orbis ví E 9; puenit.Ilti divinos amatores ad sepulchra martyrum puocantes, Vigilias celebrabant, cum illis laudantes Deum. Hæc Leótius intuens, prohibere quidem iudicauit incosultum, cum videret mul titudinem valde viris illis optimis adhærere. Sed vtens mansuetudine verborum, poscebat ab eis vt has festiuitates in ecclesiis potius celebrarent, Cuius quidem calliditatem integre cognoscétes, quod iubebatur egerunt, & amatores fuos ad ecclesias congregarunt, vt alacriter Deum concordi voce laudarent. Sed Leontius flexus non est, vt à sua malitia temperaret. Vultum nanque masuetudinis gerés, Stephani& + Laciti celauit iniquitatem. Hos enim aduerlarios dogmatis recti susci piens, licet turpem habentes vitam, ad presbyteratus tamé ordinem & diaconatus euexit. Eos autem qui vniuersis virtutibus ornabantur, & apostolica dogmata defendebant, absque honore deseruit. Hac gratia clerus quidem multos habebat hæreticos: populus verò maximè pro dogmatum rectitudine decertabat, ita vt neque doctores illorum blasphemiam suam nudare præsumerent. Quid autem + Lacitus & Stephanus atque Leon tius impietatis atque iniustitiæ Antiochiæ gesserint, opus propriæ coscriptionis requirit. Nos autem ad reliqua veniamus.

De Eudoxio,qui Antiochenum inuafit episcopatum,& terramotu in Nicaa Bithynia facto. CAPVT XXXIII.

GErmanicia ciuitas est in termino Ciliciæ, Syriæ, & Cappadociæ constituta. Huius vrbis ecclesiæ præsidebat Eudoxius, qui moriente Leontio, arripuit Antiochiæ sedem, & cæpit sua ferocitate vineam vastare dominicam. Neque iam celabat (sicut Leontius) malitiam suam, sed apertè apostolicis dogmatibus repugnabat, & orthodoxos multis cladibus affligebat. Eo tépore Ancyranæ ecclesiæ post Marcellum Basilius præsidebat. Eustathius verò Sebastiæ Armeniæ: qui iniquitatem Eudoxij & rabiem cognoscentes, Constantio in Occidente posito literis suis indi-

Actio itadicitar vii of ficio diacon, Flamana Diodorni Institucio psalmedia,

Vigilia a) ( Sepulchra.

Stephanas Zacitus. † Placini.

† Placitus.

Evdozim at cufatur apod Cöftantina Conciliü alserü in Nisaa Bishy-

An.do 364.

tarjail.

Arfatim

TATALIA.

cauerunt. Erant enim Imperatori noti, & propter claritatem vitæ eius fauore potiebantur. Quod cum cognouisser Constantius, scripsit quod non ipse Eudoxio ecclesiæ concesserit Præsulatum, sicut ille vulgabat:ipsumque Eudoxium expelli, & pænas gestorum suorum in Nicæa Bithyniæ dare præcepit, iubens ibi celebrari conciliú. Ipse enim Eudoxius egerat apud potentes Palatij, vt in Nicæa synodus ageretur. Sed omniú præscius Deus, cognoscens futura ac si iam fuerint gesta, quodă terræmotu terribili prohibuit conciliu celebrari. Plurimam nanque ciuitatis partem terremotus ille destruxit, & multos habitatium interemit. Hoc cognoscentes qui conuenerant, ad suas reuertuntur ecclesias. Arbitror enim hoc Dei sapientia fa-Ctum in illa nanque ciuitate aduersus Arium à san ctis patribus apostolicæ sidei doctrina prolata est. Et forte secunda congregatio potuit illic sancire contraria, vt Arianis occasio eo nomine præberetur, quo magis simpliciorescapere possent, tanqua illam veterem fynodum proferentes.Sed ecclesia B rum prospector citius soluit tale concilium.

#### SOZOM ENVS.

In momento sanè temporis ciuitate concussa, ne fugere quidem potuerunt, sed primo experimento periculi sunt perempti. Fertur autem antequam fieret ea clades, quendam + Vrsatium militë præuidisse genere Persam, qui sub Licinio Cofessor esfectus, relictaque militia, in turri ciuitatis diuinam philosophiam exercebat. Cui superna vi sitatio aperte præcepit exire de ciuitate passura, quæ paulò post fierent manifesta. Quo facto, cum velocitate ad ecclesiam currens, nuntiauit clericis vt domino supplicarent, qui eos ab imminenti pe riculo liberaret. Quibus cum videretur esse ridiculum, reuerfus ad turrim, pronus lachrymas cœpit effundere. Interea terræmotu superueniente plurimi perierunt, reliqui verò per agros & montana dispersi sunt. + Vrsatius autem in illa turri repertus est mortuus, pronus iacens, sicut solebat orare. Sermo tamen elt, quod antequam morere-C tur, rogauerit deum, vt prius ipsius finiret vitam, quàm cladé inspicerer ciuitatis, in qua prius Christum cognouerat, & ecclesiasticam videbatur par ticipatus esse philosophiam. Is enim conuersatione digna etiam dæmones effugabat. Quodam nan que tempore cum quidam dæmonio vexaretur,euaginato gladio cœpit per totam discurrere ciuita tem:cunctisque fugientibus,occurrensei solus,& nominans Christum, verbo mundauit virū, & fecit ab illo furore quiescere. Inter cuius diuersa vir tutum ornamenta, etiam hoc meminisse conueniet Erat draco ante Nicomediam, qui transeuntes suo flatu perimebat, habebatque cubile circa quandam vallem. Quò veniens + Vrsatius, orauit. Tum sponte egrediens ille serpens, ac secundo ca put percutiens, interemptus est. Quod hi mihi retulerunt, qui eundem + Vrsatium viderunt.

Tu

1 Arjain.

SOCR AT ES.

De concilio Seleucia celebrato.

CAPVT XXXIIII.

LIB. V.

Vnc igitur de alia fynodo,quam instar A- D riminensis concilij in Oriente Constantius Imperator fieri iusserat, pauca narrabo. Egerat enim primitus, vt in Nicæa Bithyniæ congregarentur episcopi. Quorum conuentum prohibuit maximus terræmotus. Hoc enim contigit Consulatu Tatiani & Cerealis, octaua die meniis Augusti. Tractabant ergo transponere synodum in vicinam Nicææ ciuitatem. Quod cum displicuisset, rursus volebant in Tarso Ciliciæ conuenire.Deinde placuit apud Seleucia Isauria, qua vocatur Aspera, celebrare concilium. Quod actu est Consulatu Eusebij & Hypatij. Fuerunt que qui co uenerut, numero centum sexaginta. Cum quibus aderat vnus in Palatio clar, nomine Leonas. Quo præsente, quæstionem fidei proponendam Imperatoris iubebat oraculum, simulque præceptum fuerat adesse Lauritium militem Isaurię ducem, vt in quo opus esset, episcopis ministraret. Conuene runt ergo vicelimaseptima die Septembris mensis,& sub gestorum confectione disputabant.Aderant etiam Exceptores, vtriusque partis verbasi- E gnantes: quæ simul apud Sabinum collecta reperiuntur. Nos autem capitulatim ista describimus. Primo siquidé die Leonas iussit, vt quæ viderentur vnicuique, proponerent. Porrò qui præsentes erant, non prius dixerunt aliqua mouendam esse quxstionem, nisi reliqui conuenirent. Erant enim absentes episcopi, Macedonius Constantinopolitanus, Batilius Ancyræ, & alij quidam accusari timentes. Et Macedonius quidem languorem finxit. Patrophilus oculorum dolorem, & alij similes adinuenerunt occationes absentiç. Cumque Leonas etiam illis absentibus proponendam diceret quastionem, rurius aiebant episcopi, non aliter quicquam lieri, nili impetitorum vita discuteretur. Acculati nanque iam fuerant, Cyrillus Hierofolymorum, Eustathius Sebastiæ Armeniæ, & alij quidam. Ob quam rem contentio inter presentes exorta est. Alij nanque dicebant vitas accusatoru discutiendas: alij verò ante fidem nihil esse quærendum. Mouebatque quæstionem Imperatoris diuersa sententia: cuius literis nunc de fide prius agendum, nunc de accusatorum conversatione, le F gebatur. Hæc causa præsentes ad schisma perduxit, & in duas partes synodi multitudo diuisa est. Vnius enim partis dux erat Acacius Cæfareæ Pale stinæ, Georgius Alexandriæ, Vrsatius Tyri, Eudoxius Antiochie, quos alij trigintaduo sequuti sunt. In altera parte fuit Georgius Laodiciæ Syriæ, Sophronius Pompeiopoleos Paphlagonix, Eleusius Cyzici, quos plurimi sequebantur. Cumque placuillet vt prius de fide quæstio moueretur, hi quidem qui erant partis Acacij, Nicænam fidem aper te negauerunt: aliamq; fidem dictare nitebantur. Alterius verò partis numero plures, omnia quidé Nicani concilij receperunt: de verbo Cosubstantialitatis tantummodo querebatur. Multis igitur inter se contentionibus vsque ad vesperam generatis, nouissime Syluanus Tarsensis præsul ecclesix, voce magna clamauit, dicens no oportere nouam dictari fidem, sed pridem in Antiochia expositam tempore dedicationis debere seruari. Quo dicto lequaces sunt egressi. Alterius verò partis protulerunt fidem Antiochie recitatam, quam relegentes soluerunt illo die Conciliü. Altero verò

An.do.360. Concilium apud Seleuciā Isauria.

An.do. 361.

Leonas Comes, Vicaro<sup>n</sup> Augusti, Lauritimo dux Isauria

Sabinus c8ciliorii acta describit.

Litera Conftantÿ,

Schifma Nicaa

Fides Antiochema fynodi. Cafarienfis.

A die convenientes in oratorium Seleuciæ ianualq; claudentes, relectæ fidei subscripserunt. Subscribebant autem etiam pro absentibus presentes lectores atque Diaconi, per quos ratam se ferre hác definitionem absentes profitebantur. Acacius auté & alij partis eius querebătur, eo quod ecclesia clausa subscriberetur, dicentes: Ea que occulté geruntur, improbitatis suspicione plenissima sunt. Hæc autem faciebant, cupientes aliam fidei expla nationem. Ipse quoque eam quam præparata habebat legit, ibi quidem Iudicibus, Lauritio & Leo næ, studens ei robur acquirere. Hæc ergo die secundo sunt gesta. Tertio verò die Leonas rursus congregare partes festinabat episcoporum: quo die nec Macedonius defuit Constantinopolitanus, nec Basilius Ancyræ. Cumque ambo in vna parte conuenissent, denuò qui circa Acacium erant, occurrere noluerunt, dicentes oportere prius de concilio eiici cos qui pridem fuerant condemnati, & qui accusabantur in præsenti. Cumq; contentio cresceret, egressis eis qui positi in accu satione videbantur, etiam qui circa Acacium erat funt ingressi. Tunc itaque Leonas ait, libellum sibi datum ab eis qui cum Acacio erant, celans dogmatis esse dictationem. Et cum præsentes episcopi tacuissent, aliud quiddam non expositionem sidei libellű continere iudicantes, mox fidei Acacij scriptum cum proæmio hoc modo relectum est.

Fides Aca cy Cafariepfis. An.do.361.

Emmas Co- C mes Ir. C. Laurities Dux Ifantia.V.C.

Col. 1.c

Nos qui congregati sumus in Seleucia Isauria, secundum Imperatoris voluntatem hesterno die quinto Calend. Octobrium, omne studium habui mus cum disciplina ecclesiasticam seruare pacem, & de fide cogitare costanter, sicuti præcepit Deo amabilis Imperator noster Constantius secundu propheticas euangelicasque voces,&nihil preter Îcriptucas adducere in ecclesiastica fide. Quia verò quidam in concilio alios nostrum iniuriis affecerunt, alios loqui prohibuerunt, alios recluserut inuitos, & damnatos secum ex diuersis prouinciis habuerunt, necnon & cos qui contra regulas ordinati sunt, introduxerunt secum, ita vt vndique tumultu synodus repleretur, sicuti & vir clarisimus Comes Leonas, & vir clarissimus Dux prouinciæ Lauritius inspexerut: propterea hec interloquimur, quod non declinamus expositam cum autoritate fidem in Antiochena dedicatione, proferentes eam: licet patres nostri illo tempore ad subiectam concurrerint quæstionem, quod multos turbaret Consubstantialitatis nomen, preterito tempore, & víque ad præsens. Nunc verò quia dicitur innouatum à quibusdam de dissimilitudine filij apud patre, hac ergo gratia ¿μονοίο & ¿μοιvois, id est, eiusdem substantiæ & similis substantie nomen abiicimus tanquam scripturis extraneum, ลังคมต่อ, id est, dissimilitudinis verbum anathematizamus. Et omnes huiusmodi existentes ab ecclesia alienos existimamus. Similem verò filium apud patrem aperte profitemur, secundum Apostolum dicentem de filio: Qui est imago dei inuisibilis. Confitemur autem & credimus in vnum deű patrem omnipotentem, factorem cœli & terre, visibilium omnium & inuisibilium. Credimus autem & in vnum Iclum Christum filium eius, ex eo natum impassibiliter ante omnia secula, deum verbum ex deo vnigenitum, lumen, vitam, veritaté, sapientiam, voluntatem: per quem omnia facta

funt in cœlis & in terra siue visibilia siue inuisibi- D lia. Hunc credimus in consummatione seculorum pro destructione peccati assumpsisse carnem ex lancta virgine Maria,& hominem factum,passum pro peccatis nostris, ac resurrexisse, & assumptum in cœlos,federe in dextera patris , & iterum venturum in gloria iudicare viuos & mortuos. Credimus & in Ipiritum fanctu,quem mapantmup,id eft, consolatorem nominauit Saluator dominus noster, promittens postquam iret, discipulis eum esse mittendum, quem etiam destinauit, per quem & sanctificat credentes in ecclesia, & baptizatos In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Eos auté qui preter istam fidem aliud quicquam predicant, à catholica ecclesia decernimus alienos existere. Hæc est Acacij de eius fide prolatio. Cui subscripsit & ipse,& consentientes ei, numero quem paulò ante prædiximus. Hac fide lecta, Sophronius Pompeiopoleos Paphlagonia hac verba proclamauit: Si per singulos dies propriam ædere licuerit fidem, veritatis integritas non manebit. Hac quidem Sophronius air. Ego autem dico, quod si ab initio hæc verba de Nicæna fide dixissent qui E ante eos & post illos fuerunt, omnis potuisset ces sare contentio. Tuc ergo plurima inter se ob hoc, & propter eos qui fuerant accusati verba dicentes & audientes, abierunt. Quarto verò die conue nientes omnes, rursus mouebant cum contentione sermones. Inter quos Acacius his verbis suam sententiam patefecit: Si semel Nicæna fides muta ta est, nihil prohibet etiam nunc aliam dictare sidem. Ad hæc Eleusius Cyzici hæc verba respondit: Præsens concilium celebratú est, non vt anathema discat, neque ve fidei explanationem suscipiat, tanquam non habens eam, sed possidens patrum fidem, hanc víque ad vitam mortemque custodiet. His ergo verbis Eleusius sententie occurrit Acacij, fidem patrum vocans, Antiochię declaratam. Cui recte quiliber poterit obuiare, dicens: Quomodo patres hos nominas, ô Eleufi, cum illo rum non recipias patres? Hi nanque qui in Nicæa conuenerunt concordantes in Consubstantialitatis verbo pro fide sancito, proprie dicutur patres, eò quòd & tempore præcesserunt: & qui postea Antiochiæ conuenerunt, ab illis sacerdotij iura su sceperunt. Si autem hi qui Antiochiæ congregati funt, patres proprios negauerut, consequenter istorum posteri patrum destructores secuti sunt. Quomodo ergo & quorum illi fidem velut improbam respuerunt, isti quasi probabilem susceperunt? Si autem illi non habuerunt Spiritum san cum, qui per officium manus impolitionis accipitur, neque isti sacerdotium perceperunt. Quomodo enim acciperent à non habentibus quod dabatur?Hæc obiicere ergo responsa poterit quilibet Eleusio. Cùm hæc ita gererentur, ad aliam ve nêre questionem. Quod enim Acacius in fide que lecta est, similem dixit filium patri, cosulebant alter alterum, secundum quid esset similis filius patri.Et qui circa Acacium erant, dicebant, secundu voluntatem folummodo, non fecundum substantiam patri similem filium esse. Alij verò omnes etiam secundum substantiam declarabat. In hac ergo contentique toto manserunt die. Et Acacium arguerunt, qui in suis sermonibus quos coscripsit, similem per omnia patri filium dixit, nunc autem

Acaci Zicenfis. A secundum substantiam similem denegauit. Qui-

bus multum contendentibus, & ad nullam con-

cordiam venientibus, surgens Leonas concilium

soluit. Et iste fuit terminus synodi Seleuciæ con-

LIB. V.

Cyrilli Hie rofolymitami canfa difcutitur Seleucia. Libellus appellationu.

Zpistopi

Excommowicati.

Anianu

Alla com edy SelenImperatori.

scopi ad CV-

gregatæ. Altera nanque die rogatus vt interesler, noluit, dicens: Missus sum ad concordiam cocilij:vobis discordantibus adesse no possum. Quo facto, nec qui circa Acacium erant, ad synodum concurrere voluerunt. Altera verò pars in ecclesiam veniens, Acacium & qui erant cum eo vocauit, vt de Cyrillo Hierosolymorum episcopo haberetur examinatio. Sciendum itaque quod Cyrillus iam pridem fuerat accusatus atque damnatus, quoniam sape euocatus ad iudicium, duobus annis iugiter declinauerat, metuens accusantes. Condemnatus autem, appellationis libellum con demnatoribus destinauit, iudicium maius appellans. Cui appellationi consensit etiam Constantius Imperator. Hoc itaque solus & primus præter ecclesiasticam cosuerudinem atque regulam Cyrillus fecit episcopus, vt sicut in publicis iudiciis, libellis vteretur appellatoriis. Tunc ergo in Seleu B cia adfuit iudicandus. Et ob hoc episcopi Acacium eiusque consentaneos euocabant, vt de accusatio nibus cognoscentes decretum commune proferrent.Euocabant etiam alios quosdam qui fuerant accusati, & semetipsos contulerant ad Acacium. Quos post crebram citationem nolentes occurrere,damnauerunt.Et ipsum Acacium,Georgium Alexandrinum, Vranium Tyri, Theodulum Cherapenum Phrygiæ, Theodosium Philadelphiæ Ly diæ, Euagrium insulæ Mitylenæ, Leontium Tripo leos Lydix,& Eudoxium, qui primò quidem Germaniciæ fuit, postea verò Antiochiæ Syriæ inuasit episcopatum, damnauerunt pariter & Patrophilum, quia & ipse à Dorotheo presbytero accusatus, euocatus noluerat obedire. Hos itaque damnauerunt. Excommunicauerunt autem Asterium, Eusebium, Abgarum, Basilium, Phæbu, Fidelem, Eutychium, Magnum & Eustathium, sic eos mane re decernentes, donec habita satisfactione, accufationibus semetipsos exuerent. His actis, damnationem celebratam corum parœciis indicarunt. Inque locum Eudoxij Anianum constituerunt epi scopum. Quem comprehendentes qui circa Acacium erant,Leonæ & Lauritio tradiderunt, à qui-C bus in exilium destinatus est. Quo facto episcopi qui ordinauerant Anianum contestationem obtu lerunt Leonæ & Lauritio contra Acacium & cosentaneos eius, dicentes synodi iudiciú fuisse violatum. Cumque nihil agerent, Constantinopolim sunt profecti, vti quæ gesta suerant, panderentur

SOZOMENTS.

De legatic concily Seleucia, & de exammatione Aety, O gestis Ariminensium. CAP. XXXV.

Vnc terminum habuit fynodus in Seleucia constituta. Qui vero voluerit subtiliter v-I niuerla cognoscere, Exceptorum debet Acta relegere. Post hac ergo talia gesta sunt. Consentientes quidem Acacio, ad Imperatorem quam propere peruenerunt. Alterius verò partis episco pi singuli ad propria sunt reuersi. Decem tantum-

modo corum communi decreto missi, venientes D stantiu mitad principem, inuenerunt missos decem ab Arimi nensi concilio. Porrò sequaces Acacij iam agebat, vt potentes Palatij ipforum tuerentur partes: & per eos fauor illis arridebat Imperatoris. Dicebat enim alios quidem ipsis consentire, alios aurem ecclesiasticis pecuniis esse corruptos, alios incongruis falli seductionibus. Hæc agebat Acacius natura versutus, & paratus ad intelligendum arque dicendum, cum etiam insignem haberet ecclesia, id est, Eusebij Pamphili, post quem eius tenebat epilcopatum , & gloriabatur eum le habuille do-Ctoré. Et cum talis esset, persuadebat facile quod volebat. Cum igitur Constantinopoli ex vtroque cócilio essent episcopi viginti,& alij qui casu pręsentes erant, primò quidem iubentur vt de Aëtij quæstione iudicarét præsentibus maximis proceribus & honorato, quem non ante multum temporis Imperator ab vrbe Roma reuertens , primū Præfectum vrbis Constantinopolitanæ constitue rat. Postea verò etiam ipso Constantio cum Iudicibus audiente, deprehenditur circa fidem Aëtius ægrotare, ita vt etiam Imperator & alij quasi cir- E ca blasphema eius verba commouerentur.Fertur autem Acacium eique consentientes primum se hanc hæresim ignorare finxisse,& sub velamento quodam egisse cum Principe, vt ipse cũ suis Proceribus iudicaret, credens Actium no posse vinci verbis, & magis necessario capi iudicatis auditus, ac sine contentione præualere conamen hæreseos. Cumque hoc perfici nequivisser, proferri scripturam prolatam ab Arimino, & à Seleuciæ synodo missos hác suscipere, deposcebát. Et cum quastio esset de substantiæ nomine, iureiurando firmabant, quod nullatenus dissimilem secundum substantiam filium faterentur, seque paratos hanc hæresim abdicare dicebant. Et quoniam inopinate Occidentales nomé substantia in Arimino reliquerant, necessariam huiusmodi scripturam esse fatebantur.Dicebant autem, quod si nomen substantiæ taceatur, cum nomine substantiæ etiam illud quod de Consubstantialitate decretum est, sine dubitatione tacebitur: quod plurimi Occidentalium sacerdorum pro reuerentia Nicæni concilij valde amplectebantur. Hanc autem etiam Imperator inductus est vt laudaret conscriptionem, F consyderans multitudinem Arimini congregată: & quia non peccaret, qui similem patri filium diceret, idem esse virtute credens, Consubstantiale, & similis substantiæ professionem:nihilque intel lectu differens,nisi nominibus,quæ scriptura diui na nesciret. Hanc ergo sententiam habens, episco pos concordare præcepit in Ariminensis fide con cilij.Cumque se altero die pararet ad Consulatum (quod prima die mensis Ianuarij Romanoru more celebrabatur) totam diem & maximam noctis partem impendit, inter epilcopos certamen habens, donec scripturæ ex Ārimino allatæ subscri-

Quomodo affirmauerint fidem Ariminensis Concily, O Letium deposuerint simu! O alios. CAPVT XXXVI.

berent episcopi ex Seleucia venientes.

Cacius autem & qui cum eo erant aliquantú Atemporis Constătinopoli commorantes, equam legati concily. Acaciani. Acarino Cafartenfis.

H onor at # Prafectua Why Const antinope= litanz.

Similie fo's-Stantia.

Nous Co-Sulatus inisur Calento I anvary.

-11/200

SOZOMENYS.

Acacine e- A
psscopes è Bi
shynia enocat.
Viphilas
episcopus
Gothornuo.

uocauerunt episcopos ex Bithynia, inter quos erat & Macarius Macedonensis, & Vlphilas Gotho rum episcopus. Qui omnes numero quinquaginta conuenientes confirmauerunt Arimini lectam conscriptionem, adiicientes vt deinceps nequaquam substantia vel essentia nominaretur in deo. Et præter hanc scripturam omnes alias aut factas aut faciendas penitus abdicari. Quo facto Aëtium de Diaconatus ordine deposuerunt, tanquam hæretice sapientem, & qui contra ecclesiastică confuetudinem, quædam humanæ fapientiæ facta coscriberet,& dialogos plenos blasphemia dictaret, atque turbarum ecclesiasticarum & seditionis autor extaret. Fertur autem à quibusdam, quod non eum integro corde deposuerint, sed volentes se principi commendare, eo quod dicerentur similia sapere. Videntes autem Imperatoris indignationem quam circa Macedonium tunc habebat, etiam eum deposuerunt, & Eleusium Cyzici, & Basilium Ancyra, & Ortasium Sardicorum, Dracontium Pergami. Et cum in dogmate viderentur habere discordiam, tamen tempore depositionis memoriam eorum fidei non fecerunt, led culpas eis omnibus inferebant singulariter, per quas eos asserebant in ecclesiasticis regulis deliquisse.

Pro qua caussa sit Cyrillus Hierosolymorum depositus. CAPVI XXXVII.

Cyrillm vë didit fuppellestilem ecclesiasticam donatam à Constantio.

Nter quos Cyrillum quoque Hierosolymorū deposuerunt, tanquam Eustathio Elpidioque communicantem. Hi enim contraria sapuerat eis qui in Militene fuerant congregati. Inter quos etiam ipse conuenerat, & tanquam post depositionem in Palæstina factam, communione partici patus fuerat cum Basilio & Georgio Laodiciæ ciuitatis episcopis. Cum enim Cyrillus Hierosolymorum suscepisset episcopatum, de iure Metropolitæ contendebat cum Acacio Cæsareæ Palæsti næ,tanquam sedis Apostolicæ pontifex. Hinc ergo in Antiochia constituti, derogabant alterutris tanquam nó saperent recte de deo. Nam & prius vterque sibimet in suspitione esse videbatur. Al-C ter quidem Arij dogma laudabat, Cyrillus autem prædicantes Consubstantialem patri filium, seque batur. Inueniens ergo tempus Acacius cum confentientibus ipfi episcopis, Cyrillum pro huiusmo di caussa deposuit. Cum fames Hierosolymorum prouinciam occupasset, tanquam in episcopum necessitate ciborum turba respiciebat egentium. Cumque pecuniæ ad consulendum penuriæ non essent, vasa sacrataque vela distraxit, & populi necessitati subuenit.

#### THEODORITYS.

Imperatoris igitur animum hoc commouit, & maxime quod Acacius contra Cyrillum noscitur machinatus. Sacram nanque vestem quam inclytus Imperator Costantinusad honorem Hierosolymorum ecclesiæ dederat Macario illius ciuitatis pontifici, vt ea circumamictus, ministerium sacri baptismatis adimpleret, quonia erat auro sericos; contexta, Cyrillum asseruit vendidisse, eamque vestem emisse quendam Thymelicum saltatorem. & dum ea fuisse indutus, in ipsa saltatione cecidisse, atque contritum morti contraditum.

Hanc ergo causationem Acacius habens, Cyril lum episcopatu deposuit. Damnatos igitur episco pos ex vrbe Constantinopolitana fugauerunt se-Ctatores Acacij. Ipsis autem consentientes, in depositionibus tamen illorum nolentes subscribere, cùm essent numero decé, apud semetipsos interim habitare præceperunt, & neque ministerio fungi, neque ecclesias gubernare, donec subscriberent. Et si non agerent pænitentiam intra men fes fex,& omnibus placitis arque gestis in illo cocilio præberent scripto consensum, etiam ipsi deponerentur, quo facto consentientes ipsis episcopi per singulas prouincias alios ordinarent. Cumque talia cogitassent, cunctis episcopis atque clericis scripserunt, vt hæc observarent atque persicerent. Ex hoc ergo non post multum temporis Macedonio succedit Eudoxius, Basilio Athanasius Eleusio Eunomius, qui postea Eunomianæ princeps fuit hareseos. Porrò pro Eustathio Melitius ecclesiæ Sebastenæ suscepit episcopatum.

SOCR ATES.

Lecta est etiam in Constantinopolitana vrbe cum adiectione expositio sidei. Sed nos labyrinthum expositionum vix aliquando reperientes, eorum numerum quoque digerimus.

Enumeratio expositionum hareticarum post Nicanum concilium. CAPVT XXXVIII.

Ost Nicænum nanque concilium in dedica tione Antiochena, expositionem geminam dictauerunt. Tertia verò est, qua à Narcisso apud Gallias Constantio Imperatori oblata dinoscitur. Quarta Eudoxij, quæ in Italiam destinata est. In Sirmio tres dictatæ sunt, quarum vna in Arimino cum Consulatu relicta est. Porrò octaua in Seleucia ab Acacij sociis ædita est, vltima Constan tinopoli cui adiectione recitata est. Erat enim additum, vt neque substantia neque subsistentia diceretur in Deo. In hac Vlphilas Gothorum episcopus tunc primum consensit. Nam tépore præcedenti Nicænam amplectebatur fidem, sequens Theophilum Gothorum episcopum, qui præsens in Concilio Nicæno subscripserat. Acacius igitur & Eudoxius cum suis Constantinopoli de quibus dam alterius partis episcopis condemnandis certamen habebant. Videntes indignari contra Macedonium principem, primum condemnauerunt eum, táquam plurimorum necis autorem, & quia diaconum in fornicatione captum in communionem susceperat.

Quòd Endoxim Arianm post Antiochenum Constantinopoleos inuaserit episcopasum, or de praua Aety do-Etrina. CAPVI XXXIX.

Xpulso siquidé Macedonio, Eudoxius spernés Antiochiæ sedem, Costantinopolitaná inualit ecclesiam, studio iutus Acacij, qui obliti suorum, suis iudiciis contraria sanciuerunt. Nam cum prius Dracontium deposuissent, eò quex Galatia transsisset in Pergamum, non cogitates Epifcopi didemoati pel luntur ex ro be Conflăt.

D

Epifcopi Sobfinati

Nonem expositiones sidei.

Plphila Gotsborom apifropes. Theophil's

Macedoni<sup>o</sup> condenatur. An.do, 363.

Endozina Confrantino politanam fedem vjarpets

Gurgius. Alexandri

Templa Ge

tiliü fpolian

Hereniu.

Heracline.

Hilarias.

tur opera Georgij. Cyrillus.

Sophia templum Conplum Conplum Conplum deditaumu deditaumu deditaumu deditaumu deditaumu deditaumu deditaumu deditaumu delit

A quod actum fuerat, Eudoxium ad sedem aliam trástulerunt. Quo facto, lectam fidem Arimini cum augmento quod ipsi in Constantinopolitana vrbe adiecerant, vndiquaque miserunt, mandantes vt qui non subscriberent, iussione Imperatoris in exilium mitterentur. Aperuerunt que sua gesta & aliis Orientalibus sibi concordibus, & Patrophilo Scythopoleos episcopo, qui de Seleucia ad pro priam mox redierat ciuitatem. Eudoxio porrò cóstituto Constantinopoli, tunc etiam maior ecclesia, quæ dicitur Sophia, dedicatur Consulatu Constantij decimo, & Iuliani Cæsaris tertio, quintadecima die Februarij mensis. Eudoxius autem cum sedisset in sedem, illam prius vocem, quæ vbique vulgata est, protulit, dices: Pater de Bis, filius ive Bis. Ista duo Græca verba, diuersos habent apud Græcos intellectus. des Bis enim dicitur & impius & sine cultu: wor Bis dicitur & pius & bene colens. Cuque dixisset hæc verba, turba generatur in populo', quasi patrem dixisset impium, filium verò pium. Quo facto, Nolite, inquit, turbari ad ea quæ B dixi:Pater enim as shi est, quia nullum colit: filius autem wer Bis, quia colit patrem. Hac cùm dixisset Eudoxius, turba quidem sedata est: multus verò ri fus compleuit ecclesiam. Et hactenus illud dictum cum deritione permansit. His enim Hæresiarchæ seductionibus sermonibusque vacantes, ecclesiá lacerarunt. Huiusmodi ergo termino etiam synodus Constantinopolitana conclusa est.

#### SOZOMENYS.

Igitur Acacius & eius socij non cessabant, sed congregati apud Antiochiam quæ ipsis dudű placuerant, destruebant: & ex conscriptione, quæ Arimini & Constantinopoli fuerat lecta, nomen similitudinis abscindere nitebantur, & per omnia substantiam atque voluntatem dissimilem esse patri apud filium, & ex non existentibus factum introducebant, sicut Ario primò placuerat, quibus Actiani cosentiebant. Is enim Actius post Arium primus aptè his nominibus vti præsumpsit. Quapropter etiam and, id est, sine Deo, vocabatur: e-C iusque sequaces propterea Dissimiles & Non existentiales sunt dicti ab his, qui Antiochiæ Consubstantialitati consentiebant. Hos ergo cùm requirerent cultores Nicæni concilij, cur in expositione fidei suz Deum ex Deo filium dicentes Dissimilem, & ex non extantibus nominare præsume rent, his verbis respondebant: Sic dictum est Deum ex Deo, sicut habetur apud Apostolum: Omnia autem ex Deo, vnus ergo omnium etiam filius Dei: & propterea positum est in expositionibus, Secundum scripturas.

# SOCR ATES.

Gregoriae Laodicensu

Dissiles,

Stentiales.

Huius verbi princeps fuit Gregorius Laodicenus episcopus: qui cum talia doceret, ignorauit quemadmodum Apostoli proprietates superiori tempore Origenes latius examinarit, at que interpretatus sit.

SOZOMENYS.

De crudelitate Georgy apud Alexadriam. & qui post Cyrillum Hierosolymorum tenuit episcopatum. CAPVT X L.

Nterea dum adhuc Athanasius celaretur, Geor D gius Alexandria crudeliter Paganos afficiebat, & aduersantes ipsi Christianos:vtrosque enim cogebat ad ipsius venire sententiam, & respuentes afficiebat. Erat enim apud sapientes exosus, quasi despiciens eos, & Iudicibus imperans. Apud populum verò quasi tyrannus, & vitra potentes elatus:præcipuè tamé Paganos opprimebat,quos sacrificare & paternas festiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites & Ægypti ducem, armatos in ciuitatem introduxit, imagines & ornamenta templorum abstulit: quod ei postea causam necis adduxit. Cyrillo verò deposito (sicut prædictum est) occupauit Hierosolymorum ecclesiam Herénius,& post illum Heraclius, post quem Hilarius. Hos enim tunc illam ecclesiam gubernasse percepimus víque ad imperium Theodosij principis, quando rursus Cyrillus ad proprium reuersus est episcopatum.

SOCR ATES.

# De Macedonio & Macedoniania. CAP. XLI.

Gitur Macedonius Constantinopolitana pulsus ecclesia, damnationem non ferens, quie-🗸 scere respuebat . Declinauit enim ad eorum partem, qui apud Seleuciam Acacium cum sociis depoluerant. Militque legationem ad Sophronium & Eleusium, vt defenderent expositam prius in Antiochia fidem, & postea Seleuciæ roboratá, & similis substantia fidem diuulgandam esse cõmonuit.Ad quem concurrunt multi familiarium, qui nunc ab eo Macedoniani vocantur. Quicunque enim in Seleuceno concilio Acacium declina uerunt, apertè verbum sunilis substantiæ sancierunt, cùm prius hoc non manifesto iudicio declarassent. Est enim opinio apud multos, quòd nó inuentum sit Macedonij, sed magis Maratonij Nico mediensis episcopi:vnde etiam Maratonij vocitantur:ad quos Eustathius expulsus de Sebastia co fugit. Cumque Macedonius sanctum spiritum coprehendere in tractatu diuinæ trinitatis declinaret, tunc & Eustathius: Ego, inquit, neque Deum nominare spiritum sanctum patior, neque creatu- F ram vocare præsumo. Propter hanc ergo causam spiritui repugnantes appellant huiusmodi personas, hi qui in Consubstantialitati expositione cocordant.

# SOZOMENYS.

Cum itaque Macedonius de ecclesia Constantinopolitana suisset expulsus, non ea que Acacius atque Eudoxius sapiebat, sed tradebat magis filis Deum, per omnia & secundum substantiam similem esse patri. Sanctum verò spiritum non earum rerum esse participem, sed ministrum, & exhibentem officium, & quæcunque de sanctis angelis dici possunt.

### SOCR ATES.

De his qua rursum ab Arianis contra ipsos Arianos gesta sunt, & quomodo Eustathim nequitiam patefecerit Eudoxy. Et epistola Costantinopolitani cocily ad Georgium Alexandrinum condemnantu Actium cu striptus eim. CAPVT. XIII. An.do.363.

fimilio fob-

stantia ad-

fertor.

M acedonia

Maratoni<sup>9</sup>. Maratonij.

TVLUMBTS-PAXOL

Digitized by Google

An.do.363. A Acaciani Antiochia convenient.

Actine in

exclum.

I Gitur sequaces Acacij in Antiochiam magno studio conuenerunt, acti pænitentia quòd simi-

lem dixerant filium patri. Et consulatu sequenti id est, Tauri & Florentij, cùm Euzoius eam guber naret ecclesiam, Imperatore ibidem constituto, pauci quidem rursus mouebant ea, quæ dudum placuerant, dicentes, oportere sermonem similis substantiæ auferri ab expositione sidei traditæ, tä in Arin ino quàm Constantinopoli: non celantes, sed apertè dicentes, quòd per omnia dissimilis silius est patri: non solùm secundum substantiam, sed etiam secundum voluntatem, & ex non extan tibus esset, sicuti prædicauerat Arius. Cum quibus erant sectatores Aëtij.

#### THEODORITYS.

Ea quidem tempestate, cum persidia accusaretur Eudoxij, inter alios Eustathius, quoniam de side, inquit, examinationem vis sieri ô Imperator, Eudoxij consydera blasphemias. Obtulitque ei expositionem inter alia sic habentem.

Quæ dissimiliter proferuntur, dissimilia secundum substantiam sunt.

Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia.

Dissimile autem est, ex quo, & per quem: dissimilis igitur filius Deo & patri. Hac lectione commotus Imperator requissuit Eudoxium, an fateretur suam. At ille negauit, dicens, esse Aëtij. Quem dum iussisset Imperator adduci, requisitus, licet eius non fuerit, suam esse professus est: & ideo in exilium missus. Eustathius tamen etiam Eudoxium ita sapere proclamabat, exigens vt scripturam ana thematizaret Actij. Quod licet tardè, fecit tamen: & damnauit quod prius & postea prædicabat.De inde etiam ipte exigebat, vt ille 6 μοθυσιομ anathema tizaret, quod scripturæ non haberent. Tunc Sylua nus, & Ex non existentibus, inquit, & Creatura, & Alterius substantia, scripta nusquam sunt. Iustum ergo est hac abrogari. Quod Imperator quoque decreuit vt fieret:quod(licet cum difficultate)fecerunt. Quo facto, exigebat vt ipli & i pio voi o p abrogarent. Tunc disputatiuè atque veraciter Sylua nus ait: Si ex non existentibus non est, neque crea tura nec ex alia substantia Deus verbu, igitur con-C substantialis est genitori patri: sicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandémque habet cum genitore naturam. Tunc Imperator iratus, exilium interminatus est eis. At illi: Potestatem, inquiunt, ha bes puniendi, non tamen nos patrum statuta destruimus. Tunc Imperator illos pelli iussit ecclesiis, & pro eis alios ordinari. Tunc Eudoxius cum tyrannicè Constantinopoleos teneret ecclesiam, pulso Eleusio Cyzici, Eunomiu ordinauit episcopum.Et Aetium in scriptis abdicauerunt: cuius videbantur elle consortes: scripserutque Georgio, quod fuerat gestum.

SANCTA SYNODVS CONSTANtinopoli congregata, domino honorabili Alexandrina: ciuitatis episcopo Georgio S.

Synodo reprehendente Aetium propter nephandas eius & plenas scandalis scripturas, secun-

dum consequentiam ecclesiasticarum sanctionu D super eo ab episcopis actu est quod decebat. Diaconatu nanque depositus est, & ab ecclesia factus extraneus. Et à nobis hæc monita processerunt, vt neque ad lectionem cuiuspiam veniant nephandæ eius epistolæ, sed abiiciantur, eò quòd vehementer inutiles sunt. His adiicimus etiam anathematizandum eum, si permaneat in eo proposito, cum sequacibus suis. Consequens enim erat, vt omnes in synodo conuenientes episcopi deponerent autorem scandalorum & schismatum in omni terrarum orbe factorum inter ecclesias,& concordarent in sententia contra eum iustè prolata. Sed præter vota spemque nostram, Serras & Stephanus, Heliodorus & Theophilus, in nostra sententia concordare noluerunt, neque in eius depositione subscribere, cùm scilicet Serras etiam alia væfanam arrogátiam eiufdem accufaret Aëtij.Dicebat enim eu asperiora præsumere atque dixisse: quoniam ea quæ Deus hactenus celasset Apostolis, reuelata sibimet affirmaret. Post huiusmodi ve sanos superbosque sermones à memorato Serra de Aetio protestatos secti precibus nequiuerunt, E vt in nostra fierent determinatione concordes. Veruntamen nos longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos, nunc indignantes, nunc rogantes, nunc interminantes, nunc iterum supplicantes vt conuenirent nobiscum, & consona omni cocilio definirent. Sustine bamus ergo si for sitan audirent, si forsitan intelligeret, si forte prospicerent. Cumque multo tempore nobis perdurantibus non flecterentur, sequi sententiam super pradicto viro prolatam, ecclesie honorabilius esle, quàm horum virorum amicitias iudicantes, finiuimus contra eos excommunicationem, tempus sex mensium ad agendum pænitentiam eis dantes inducias, vt si intra hoc tempus conuerterentur & cosentirent definitionibus fratrum suorum, susciperentur in ecclesiam & propriam sidutiam charitatem que repararent. Si verò sine pœnitentia permanerent, amicitia sque hominum regulis ecclesiæ & concordiæ nostræ præponerent, tunc eos episcopatus dignitate esse iudicamus extraneos. Quibus depositis, necessarium erit vt in eorum locis alij constituantur episcopi, vt legalis ecclesia competentem sumens ordinem, sibiipsi F concordet, episcopis videlicet vniuersis seruantibus vinculum charitatis, eadémque cum perfectione dicedo in vno intellectu vnáque essentia. Vt ergo cognoscas quæ concilio placuerint, hæc tux reuerentix scripta transmissmus, orantes vt gratia Christi ista custodiens, pacificè & legitimè regas sub te constitutas ecclesias.

De Eunomio, & quomodo in Cyzico fuerit ordinatus, or inde rursus expulsus hareseos autor extiterit.

CAPVI XLIII.

Vnc porrò Aëtiú Eunomius in suis libris extollit, & hominem Dei vocat, multissi, fauoribus honorat. Sed tunc & abdicantium eum numero interfuit, & ab illis episcopale ordinationem ipse suscept. Eudoxius igitur & Acacius cum suis præbentes consensum his quæ in Nicæa Thraciæ gesta sunt, pro Basilio & Eleusio alios constituerunt episcopos: de quibus superuacancum

Acty roz Superba.

Emonius
episcopus
Cyzicenus
Endoxius
Conflantinopolitanus
quid confalucrit Enuo
mio.

Digitized by Google

Rhetor.

TRIPARTIT A. caneum loqui nunc censeo. De Eunomio solum habito sermone narrabo. Igitur cum Eleusio viuo Cyzicenam ecclesiam accepisset Eunomius, & populi sanitatem videret Eudoxius, atque Imperatorem conspiceret squientem contra eos, qui creatum profitebantur vnigenitum Dei filium,eu compulit vt celaret hunc sensum, nec eum aperiret inuestigantibus accusatoribus: dicens Eunomio quoque, quoniá opportuno tempore prædicabimus quæ modò celamus & ignorantes docebimus, & contradicentes aut flectemus, aut cogemus, aut puniemus. His promissionibus persualus Eunomius, obumbratam proferebat impietatem. Sed qui divinis sunt innutriti literis, videntes di-&orum calliditatem moleste quidem ferebant. Apertè verò contradicere temeritatis opus esse & non sapientiæ iudicabant. Circumponentes ergo fpeciem fibimet hæreticæ prauitatis, & hoc fe efse fingentes, accesserunt ad domum eius, rogantes vt eis exponeret aperte dogmatis veritatem: nec patererur huc & illuc eos diuersisque ferri do Arinis. Tum ille factus audacior sensum quem ce-B labat, aperuit. Quibus dicentibus valde esse iniquu, vt non omnes sub eo constituti veritate frue rentur, his & huiusmodi seductus verbis, in conuentu ecclesiæ suá blasphemiá reuelauit. At illi ze lo suas animas accendétes, Constátinopolim profecti funt.Et primum quidem apud Eudoxium accusarunt Eunomium: quo eos non suscipiente adeuntes principem pestem illius cum gemitu panderunt. Dicebat enim magis istius dicta impia esfe, quam Arij. Pro his indignatus Imperator, præcepit Eudoxio, vt deduceretur Eunomius, & conuictus sacerdotio priuaretur. Cumque frequenter ab accusatoribus importunitatem passus Eudoxius declinaret, adiecunt rurlum Imperatorem, inge miscentes, quòd nihil eorum qua praceperat, tecisset Eudoxius, sed tantam contemneret ciuitaté blasphemiis Eunomij pereuntem. Tunc Constantius expulsurum se interminatus Eudoxiu est, nisi Eunomium iudicandum deduceret,& conuictum in accusatione puniret. Hoc metuens Eudoxius scripsit Eunomio, vt de Cyzico fugeret, sibique id imputaret, qui nequaquam ipsius monitionibus obedisser. Verű Eunomius metuens abscessit quidem:sed contumeliam non ferens, proditionis ac cusabat Eudoxium, læsumque se & Aëtium assere bat, ac deinde gregem propriæ cohortis instituit. Quicunque enim eius dogmatis concordiam sequebantur ab Eudoxio recesserunt: proditionem accusantes eius, sociantes semetipsos Eunomio, qui hactenus ab illo nomen habere noscuntur. Hinc ergo hæresiarches factus Eunomius, impietatis cumulo auxit Arij blasphemias. Quod verò ambitionis seruiens passioni, proprium probetur fecisse collegium, ipla quæ sunt gesta clamant. Ná cum abdicatus Aëtius fuisset & expulsus, cum eo regressus non est, licet doctorem eum & Dei hominem nominaret, sed mansit coniunctus Eudo-

SOCRATES.

priuatus.

xio. Cùm autem impietatis pœnas exigeretur, ra-

tum non habuit concilij decretum, sed ordinauit

episcopos arque presbyteros episcopali dignitate

De Spollinare patre simul & filio & corum baresi.

Er idem tempus in Laodicia Syriæ duo erant viri, eodem nomine nuncupati, pater &filius:vterque dicebatur Apollinaris.Pater presbyteri dignitate fungebatur, filius autem habebat Lectoris officium, Gracarum ambo do-&ores literarum. Pater Grammaricus, filius erat Rhetorl. Pater sanè cùm fuisset Alexandrinus genere, & prius docuisset Beryti, postea venit Laodi ciam: & veniens duxit vxorem, & filiú habuit Apollinarem. Tú igitur ambo exercebantur cum Epiphanio Sophista: & cum essent eius amici, valde fouebant eu. Hoc metuens Theodotus Laodicen sis episcopus, ne frequenti confabulatione Sophi stæ laberentur in Paganismum,prohibuit ne ad eius scholas accederet. Qui paruipendetes episcopū, Epiphanij amicitia magis amplectebantur. Postea Georgius Theodoti successor, cú eos phibere non potuisser, ambos comunione priuauit. Tu Apollinaris filius putans elle iniuria, & fretus eloquij tumore Sophistici, nouitaté & ipse introduxit hareseos, qua nunc fertur nomen ab inuétore E gerens. Aiunt enim quidă excitatos eos aduersus Georgiŭ,non tantŭ propter prædictá caufam , fed quòd viderent eŭ varia dogmata proferentem:& nunc quidé profitenté similé patri filiu, sicut erat Seleuciæ constitutú: nunc autem in Ariana declinare sentétia. Quapropter velut opportuna sumé tes occasioné, abicedunt. Cúmq; nullus de eis curaret, sub schemate religionis pesté hæreseos introducunt.Et primu quidé dicebant, anima à Deo verbo in dispensatione incarnationis non assumptam. Deinde quasi pœnitentia ducti, corrigentes semetipsos adiecerunt: Animá quidem assumptá, quæ tamen non haberet mentem, sed Deum verbum esse pro mente in homine assumptum. Circa hoc itaque solum dicuntur esse corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nam trinitatem consubstantialem esse profitentur.

THEODORITYS.

Quomodo Iacobi episcopi orationibm, Persarum rex non valuerit praualere Romanis. CAP. XLV.

Vm íter hec Sapores rex Persarú cótra Ro F manos expeditioné mouisset. Constantius 🥒 cũ magno exercitu veniens Antiochiã, fugauit hostes. Quod non militia Romanorú egit, sed Deusqui colitur à Romanis. Modu auté enarrabo victoriæ. Nisibis qua quida Antiochia Mygdonia vocat, in cofinio polita est Persicarji Roma naruq; terraru. Huius erat episcopus atq; rector& dux Iacobus Apostolicæ gratiæ radiis illustratus. Cuius admirabilia notaque miracula alibi prosecu tus hic rurlum enumerare superuacaneum iudicaui. Sed vnum tantummodo eius opus, istius causa narrationis exponam. Huius igitur ciuitatem Romanis subditam Persarum exercitus obsidebat.Et cum septuaginta dies iugiter observaret, & multas quidem cepisset ciuitates, plurimaque circa hanc molimina posuisset, & vallos atque fossas pro capienda vrbe fecisset, cam nequaquam valuit obtinere.Postea verò Persæ imperű Mygdonij fluminis ciuitatem media diuidentis à longè retinentes & vtrasque ripas eius faciétes celsiores, vt aqua in

A0.do.357.

Nifibis qua

tenuisset episcopatum, Antiochena ecclesia pasto D Confi re priuata videbatur. Tunc ergo conuenientes episcopi cum essent plurimi & vndique congregati, dicebant Imperatori, oportere primo paltorem constitui, & ita cum illo de dogmatibus cogitari.

ECCLESIAST.

De translatione sancti Melity ad Antiochenum episcopatum, & de eim expositione de vnitate Trinitatis. CAPPT XLVII.

Llo tempore sanctissimus Melitius ciuitatem quandam Armeniæ regens & Barbaros edocens quietem habere videbatur. Quem putan tes Ariani ipsis consentire, petierunt à Constantio, vt Antiochenæ costitueretur præsul ecclesiæ. Cum quibus etiam orthodoxi propter claritatem eius vitæ & sanitatem rectorum dogmatum, in eius subscripsere decreto, ipsumque decretum vtra que pars Eusebio Samosateno commendauit episcopo. Veniente verò Magno Melitio, occurrit ei populus veriusque partis. Cum quibus Iudzi pariter & Pagani desiderates celebratissimum illum videre Melitiú.-Tunc Imperator & ei & aliis qui E exponere poterant, iussit, vt populis explanarent locum illum: Dominus creauit me in initio viaru fuarum in opera fua:præcipiens vt exceptores eorum verba conscriberent. Et primu quidem Geor gius Laodiciæ fœtorem hæreticæ pestis euomuit. Post quem Acacius Cæsarcæ quandam nisus mediam proferre doctrinam, multum ab illorū blasphemia recessit, non tamen summum apostolicæ întegritatis dogma seruauit. Tertius aute magnus furrexit Melitius, & rectitudinem regulæ in facra disputatione monstrauit. Nam veluti quoda pondere veritatis vtens, & quod plus, & quod minus erat, euitauit. Cumque turba vniuersa faueret, rogans vt breuem eis doctrinæ daret imaginem, tres ostendens digitos, deinde colligens duos, & vnű tendens, illam laudabilé protulit vocem: Tria sunt quæ intelliguntur, sed tanqua de vno disputamus.

SOZOMENYS.

Quod expulso Melitio Euzoine Arranus Antiochia F ordinatus fit episcopus. CAPPT XLYIII.

O tempore fertur Archidiaconus eius ec-🔫 clesiæ,adhuc eo loquente, extensa manu eius osobstruxisse. At ille suam sententia manu clarius quam voce signauit. Tribus enim apertis digitis & denuò clausis, & vno tantu digito rursus exteso populo figura diuulgabat, quod tres vnum sint. Deinde Archidiacono eius manum ore omisso tenente, libera voce clamabat, Nicænum seruari debere concilium.

THEODORITYS.

Contra hanc do Arinam Ariani caluniz linguas exacuerunt, Sabellian u asserentes Sanct u esse Melitiu.Ob qua rem principi suaserunt, vt in propria prouinciam in exilium mitteretur. Et supradictus Euzoius aperte Arianú dogma laudauit . Hunc enim cu Ario Magnus Alexander diaconatu priuauerat. Hoc itaq; facto, sanus populus ab hareticis diuilus in Apoltolică eccleliă polită, loco, qui diçi-

A se collecta concresceret, quò vi maiori possetirruere, cum vidissent iam etiam illas quas fecerant sublimes ripas impleri, subitò auferentes quas fecerant cataractas, emiserunt impetum fluminis co tra murum: qui vehementis aquæ pondus non f rens, est inclinatus, & cecidit. Quo facto, ingrediens aqua cum magno impetu, etiam aliam partem muri, vnde fluuius solebat exire, cum magna ruina deposuit. Hoc Sapores inspiciens, sperauit se sine pugna capere ciuitatem. Et illo quidem die quieuit, vt & fundus fluminis purgaretur, & posset ambulari per fluuium. Altero verò die cum omni militia credens per loca ruinosa murorum ciuitatem intrare, vidit murum ex vtraque parte fabricatum. Ille nanque sanctissimus homo orationibus milites coarmauit & alios vrbis habitatores. Quo facto & murum restituit, & propugnacu la fecit, quibus repelleret accedentes. Et hoc non ad murum veniens egit, sed intra templum sacratum domino supplicans adimpleuit. Porrò Saporem non solum muri fabrica terruit, sed etiam al-B tera visio perturbauit. Vidit enim stantem supra murum quendam Imperiali schemate circumami ctum, & tam purpura quam diademate resplendere. Arbitratus autem esse Romanorum Imperatorem, morté minatus est eis, qui nunciauerant non illic eum esse presentem. Quibus affirmantibus se vera dixisse, & Constantium Antiochiæ commorari, ex vultu quem videbat agnouit eorum verba esse veracia, & ait:Deum bella gerere pro Romanis. Cumque hoc illum malè haberet, infelix sagit tam emilit in aerem. Et cum vidisset quod in corpore eum iaculari non potuisset, tamen à vesaniæ ໃux imperu non recelsit. Tunc igitur Ephrem vir mirabilis, & scriptor egregius apud Syros, sacratissimo Iacobo supplicabat, vt veniret ad murum, & videns Barbaros, maledictionis iacula contra eos emitteret. Flexus ergo venerabilis homo, aícédit in quandam turrim: & cum millia milliu videret exercitus, aliam maledictionem eis non imprecatus est:nisi cinyphes & culices, vt per parua animalia supernam virtutem potuissent agnoscere. Orationem verò sequutæ sunt nebulæ cinyphum & culicum. Et elephantorum quidem proboscidas cum sint concaue, equorum verò alioruque iumentorum aures simul & nares impleuerunt. At illi ferre vim paruorum animaliū non valentes, sessores suos ductorésque excussos dorsis proiecerunt, & disruptas acies confuderunt: exercitumque relinquentes summo impetu fugiebat. Hoc modo miserrimus Imperator paruá clementémque correptionem in se cognoscens factam, à Deo habente prouidentiam animaru ipsum pie

> De concilio denuò apud Antiochiam congregato. CAPVI XLVI.

colentium, sui inde reduxit exercitum, confusio-

nem non victoriam ex illa obsidione percipiens.

Oc itaque tépore Constantius Antiochiæ morabatur. Et Parthico bello quiescente I rursus colligebat episcopos, cogés omnes negare verbum & vnius substantie & alterius substantiæ. Verum cum Eudoxius post Leontium Antiochenam arripuisset sedem, deinde pulsus post multa concilia, cum Constantinopolitanu inique

Exception 14

કેહ્યક હેલા જુન

Digitized by Google

A tur Verus, conuenie bat. Annis nanq; trigintà post quàm magnus Eustathius fuerat expulsus, orthodoxi Arianorum onera sunt perpessi, rerum muta tionem villem sustinentes.

#### SOZOMENVS.

Schifma.

Sequacibus enim Melitij communicare noluerunt hi qui ab initio Nicænum dogma seruauerant, dicentes, quod ex Ariano decreto Melitius fuisser ordinatus, & sequaces eius ab illo essent baptizati: ob quam rem Antiochena ecclesia in aliam diuiditur partem.

#### THEODORITYS.

Ariani tri

Gen.19.6 Met.5.6

Mat.5.s

Cumque viderent orthodoxi, hæreticorum cre scere magis impietatem, & Apostolici dogmatis desensores aperte debellari, sanctumque Melitium pulsum, & Euzoium hæreticum ordinatum, verborum meminerunt, quæ dicta sunt Loth: Salua (inquit) salua animam tuam. Ad hæc etia Euangelici verbi dicentis: Si oculus tuus dexter scandalizat te, auser eum & projice abs te. Idem & de ma nu & pede domino sanciente, qui etiam adiecit, dicens: Melius est ensm tibi, vt pereat vnú membrum tuum, quàm totum corpus in gehennam mittatur.

# De constantia Eusebij propter Melitium. CAPVT XLIX.

Decretom
Melity repe
twat ab &uJebio SamoJatenfi.
Ariani.

Zafebý có 🛎

Orrò mirabilis Eusebius, cui modo memini decretum fuille commendatum, videns præ uaricationem pactorum circa Melitium me ditatam, ad suam reuersus est ciuitatem. Ariani verò scriptum testimonium metuentes Constantio suaserunt, vt mitteret qui decretum de Melitio fa ctum, ab Eusebio reuocaret. Tunc missus est veredarius, qui hæc velociter adimpleret. Quumque venisset, & Imperatoris verba nuntiasset, tuc Eusebius admirandus, commune, inquit, depositum non restituam, nisi omnes qui tradiderunt, dicant. C Quod du qui fuerat missus renunciasset, indignatus Imperator, denuo misit vt redderer quod accepit, adiiciens scripto, vt si reddere nollet, dexteram manum eius abicinderet: verbo tamen iubes illi quem misit, ne faceret quod habebatur in literis. Quumque epistolam legisset Eusebius, & inuenisset pænam ab Imperatore dictatam, cu dextera manu obtulit & sinistram, ambas incidi petens. Nam decretum, inquit, non dabo clarum Arianæ pestis indicium. Hanc eius firmitatem Constantius videns, laudauit egregie. Mirantur enim & impij resistentium sibi laudes, cum gestorum magnitudine superantur.

SOZOMENYS.

Quomodo Iulianus negata Christiana religione bellum D contra Constantium parabat, & de morte Constanty. CAPVT L.

Æc igitur apud Orientales agebantur ecclesias. Interea Iulianus Cæsar bello deuincens Barbaros apud Rhenum fluuium residétes, alios quidem peremit, alios cepit: claraque victoria decoratus, cum mediocritate vitæ at que masuetudine militibus gratus esset, ab eis appellatur Augustus. Hoc facto, nihil de Constantio cogitans, Iudices ab illo factos honoribus mulcebat: & ad illius inuidiam literas proferebat, quibus ostenderer eum propter bellum contra Magnentium gestum, in Italiam Barbaros induxisse. Repente verò religione mutata, cum prius Christianus esse putaretur, semeripsum Pontificem no minauit:& veniens ad templa Paganorum, facrificabat, subiectisque talia colere suadebat . Cumý; Constantius propter bellum Persicum apud Antiochiam moraretur, sperans ille quod sinc bello posset Illyricum occupare, ad eos agebat iter, di- E cens se velle Constantio satisfacere, tanquam nó fponte fed voluntate militum infulas imperij fuscepisset. Fertur itaq; cùm ad hos terminos accessisset, vindemia iă collecta, circa occasum Pleiadū vuas denuò fuisse prolatas . Insuper etiá imbre ex aëre descendente, in eius veste simul & cateroru guttas singulas crucis formasse signacula. Hoc facto, videbatur & ipsi & aliis, quod botris extra tépus illatis, bonum rei panderetur indicium: imber autem cadens vestem supra quam ceciderat, robo raret. Alij verò dicebant, vuarum fignum, quod præter tempus sit, significare perditionem Imperatoris instar huiusmodi botrorum, & parui temporis fore eius imperium. Porrò de cruce dicebat prænunciare hoc lignym, quod sit cæleste dogma Christianorum, & oporteat signari cunctos crucis indicio. Vnde cognoscitur quod + diuersius inter pretati quam dixerat Imperator, veritate fraudati non sunt: vtruque enim opportune dictu seques tempus ostendit. Cum audiret itaque Constantius contra se venire Iulianum, instructione belli Parthici omissa, Constantinopolim veniebat.

# SOCR ATES.

Et apud Mopsucrenem inter Cilicas atque Cap padocas, nimia cogitatione, apoplexiæ passione defunctus est. Consulatu Tauri & Florentij, tertio die Nouembris mensis, anno vite sue quadragesimo & quinto: ex quibus tredecim regnauit, via gintiquinque post illum.

#### SOZOMENYS.

Quo defuncto, Iulianus quidem iam Thracias obtinebat. Et non post multum Constantinopoi lim veniens, appellatus est Imperator.

G ij.

An.do.363.
Victoria 10
liani aduerJum Alemanuos circa Argento
vatum.
Iulianus appellatur
Angofim.

Vocat fe Pb Vificem Gen tilium.

Prodigia.

Note crucio in reftibut.

† Dinerfa.

Mopfi fons

Conftanting

Aug. mo-

An. do.363.

Inliance Imperator fit.
A a. do. 364.

# HISTORIAE ECCLESIASTI-D

# CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SEXTVS.

SOCR ATES.

De I uliani genere ac disciplinu, & quomodo. peruenerit ad imperium.

CAPVI PRIMVM.



liano pauca dicé da sunt, eiusque genere, ac erudi tionc,&quomo dovenerit ad im perium.Constátinus, qui Byzātium suo nomine Constantino polim appellauit, duos habuit ex codem patre, non ex eadé ma

Dalmatina Confranting Gallee I nisawa

Galles Ephesi instiggitur, Iulia nu Constătinopoli. Mardonia Nicocles Ecebolus.

Sophista.

Maxim 👊 philosophus.

tre, germanos, quorum vnus Dalmatius, alter Costantius vocabatur. Et Dalmatius quidem habuit sui nominis filium: Constantius auté duos habuit natos, Gallum, & Iulianum. Post mortem Constătini conditoris Constantinopolitanæ ciuitatis, quum milites iuniorem Dalmatium peremissent, tum & isti, defuncto iam patre, penè mortis periculum cum Dalmatio sustinuerant, nisi Gallu quidem agritudo, qua putabatur ineuitabilis, liberasset: Iulianum verò ætas infantilis:erat enim annorum octo. Cumque ab eis feruor Imperatoris quieuisser, Gallus circa Ephesum apud doctores erat, vbi etiam à progenitoribus possessiones habe bat. Porrò Iulianus crescens, in auditoriis Costantinopolitanæ vrbis exercebatur in Basilica vbi do ctores erant, habitu priuato procedens. Habebatque pædagogum eunuchum nomine Mardoniu, Grammaticum Nicoclem Laconem.Rhetoricam C verò legebat apud Ecebolum Sophista tunc Christianum. Quod prouidentia sanè Constantij factú est, ne apud Paganum Sophistam legés, ad eius superstirionis dogma declinaret. Erat enim Iulianus ab initio Christianus. Cumque lectione proficeret, fama per populum volitabat, quod posset etia Romanam gubernare rempublicam. Quod dum latius panderetur, estuationem induxit Imperatori Constantio. Quamobrem amouit eum ab vrbe regia, & misit Nicomediam, præcipiens ne accederet Libanium Sophistam, Syrum. Tunc enim Li hanius à pædagogis Constantinopolitanis expulsus, Nicomedia degebat. Prohibebatur autem Iulianus apud Libaniū legere, eo quod Paganus efset:veruntamen librorum eius lectionibus vtebatur. Cumque proficeret in Rhetorica, superuenit Nicomediam Maximus philosophus, non ille Byzantius pater Euclidis, sed Ephesius, quem postea quasi artes Magicas exercentem, Valentinianus Imperator præcepit occidi. Tum igitur non ob aliam caussam Nicomediam venerat, nisi Iuliani fa ma pertractus. Apud quem Iulianus cum studia philosophica prægustasset, cæpit etiam doctoris imitari religionem. Is enim etiam imperij cupidinem animo eius immiserat. Quum hæc non laterent aures Imperatoris, inter spem metumque co stitutus, suspitionem celare volens (quia qui dudu integer fuerat Christianus, postea proditor est effectus)toníus monachicam fimulabat vitam:& la tenter exercebatur in philosophia, in manifesto autem sacros Christianorum legebat libros. Denique in ecclesia Nicomedia Lector est constitutus:& fub hoc habitu furorem declinauit Imperatoris.Hxc equidem ex timore faciebat, nequaquá E à spe recedens quam mente conceperat. Dicebatque plurimis amicorum suorum felicia fore tempora, quibus ipse rerum potiretur imperio. Dum hacitaque contra eum sic agerentur, Gallus germanus eius Casar constitutus venit Nicomediam visurus ipsum, cum proficisceretur ad Orientem. Paulò post verò perempto Gallo, repéte Iulianus quoque fit suspectus Imperatori, qui ctiam eum custodiri præcepit:& cum fuga elapsus fuisset,diuersa loca circumeundo, seruatus est. Vixque tandem vxor Imperatoris Eusebia cælatum inueniens, supplicauit Imperatori vt nihil mali pateretur, sed vt potius ad philosophandum mitteretur. Athenas.

# THEODORITYS.

Cœpir igitur Iulianus Imperialia sceptra desiderare. Quamobrem discurrens per vniuersam Hellada, vates quærebat responsa reddentes, consulens an ad suum imperium perueniret: inuenitque virum qui illi desiderata se dicere fateretur.Is eum perducens ad quendam idolorum locum,& introducens in adytum, seductores dæmones euo F cauit. Quibus solenniter apparentibus, terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formare signaculum. Tunc dæmones trophæi dominici siguram respicientes, & suæ recordati deuictionis, repente disparuerunt. Quod cognoscens Magus, cœpit inculpare Iulianum. At ille & terrorem significauit, & de crucis se dixit obstupuisse virtute, co quod videntes hoc signu dæmones euanuissent. Porrò Magus: Non hoc suspiceris, inquit, & bone vir, eos timuisse sicut ais, sed abominati hoc fignum potius abscesserunt. Et ita capiens miseru, odio repleuit Christiani signaculi Iulianum.

# SOCR ATES.

Post hæc igitur Imperator euocauit Iulianu & constituit Cesarem:dansq; ei coniugem Helenam fororé suam, cotra Barbaros cu destinauit ad Gallias. Hi nanq; Barbari, quoru Imperator ConstanInliana fa sit se Chri-

Miracell

. An.b.360.

rofligati à

A tius contra Magnentium auxilia petierat, cum nihil profuissent contra tyrannum, Romanorum va stabant vrbes. Quum esser ergo adolescens Iulianus, iussit Imperatoryt pręter consiliú Ducú nihil moliri præsumeret. Quique illi accepta potestate negligentius agerent, & propterea Barbari superarent, tunc Iulianus Duces quidem delitiis vacare permisit. Sumens autem milites, eisque spolia peremptorum hostium compromittens, initium, vincendi Barbaros fecit, & amorem sui militibus inferuit.Fertur itaque cum in quandam ciuitatem fuisser ingressus, quod corona laurea, quibus solét ciuitates ornari, inter colunas pendens, rupto fune super eius caput deciderit, eumque aptissime coronauerit. Quo facto, cuncti clamauerunt id ei signum fore imperij. Aiunt verò quida, Constantium propterea eum contra Barbaros milisle, vt ibi interirer. Sed nescio an vera suspitio sit: na qui ei germanam dedit vxorem, si hoc cogitasset, con tra se magis insidias excitaret. Quum igitur Iulianus apud Imperatorem de Ducu negligentia quereretur, alter mittitur magister armorum, eius alacritati conueniens. Cuius ministerio cum Barbaris confidenter est congressus: & quum illi per Le gatos literas Imperatoris eos ad prouincias inuitantis oftenderent, tunc ille Legatos eorum coniecit in vincula:factaque congressione vicit, ita vt etiam captum regem Constantio mitteret. Hac fe licitate prouectus, à militibus appellatur Augustus. Quumque corona deesset Imperialis, vnus iigniferorum torquem quem habebat in collo sumens, Iuliani capiti circumposuit. Hoc ergo modo Iulianus Imperator est factus. Que verò postea gesserit ille Philosophus, iudicent audientes. In ip so nanque principio non missa Legatione ad Costantium, nec animum benefactoris placans, quicquid sibi visum esset, agebat, modo sudices immu tando Prouinciales, modo derogando Cóstantio, & per vrbes fingulas publicè relegedo ab illis Bar baris definitas epistolas. Quamobrem plurimi eu sequebantur, à Constantio recedentes. I uc igitur etiam figmentum Christianismi quod habebat, abiecit. Ét quum circumiret diuersas vr bes aperi-C ens templa idolis offerebat, & seipsum Paganorú Pontificem nominabat. Cumque talia gereret, intestinum bellum contra Constantium quæsita occasione parabat: & quatum ad eum perfici potuit. Non enim line multo sanguine studium eius philosophiæ poterat adimpleri, nisi Deus consilioru iudex, alterum sine alterius cocertatione sustulisset. Nam cum venisset Iulianus ad Thracias, nuntiatum est mortuum esse Constantium. Et hoc mo do intestino bello Romanum liberatur imperiú. Veniens autem Iulianus Constantinopolim, cogi tare cœpit quemadmodum sibi populum compla caret, & illius fauorem decéter acquireret. Quod hac arte fecit. Bene nanque sciebat Constantium ab omnibus populis nomen Consubstantialitatis amplectentibus odio haberi: ob quam rem ab ecclesiis videbantur exclusi, & episcopi confiscati, inque exilium relegati. Simul etiá nouerat & Paganos fuisse cotristatos prohibitione sacrificioru, & deliderare adipisci tépus quo ipsorum aperirétur templa, & haberét idolis immoládi potestaté. Sic igitur vtrunque populú mæroribus exulceratum a defuncto cognolcens,& comuniter omnes

de Eunuchorum violentia, & præcipuè Eusebij ra D Eosebino pinis ingemiscentes, apud omnes scipsum artificioso velamine commendauit: & aliis quidem fin gebat, aliis autem per vanam gloriam largus erat. Omnibus tamen in communi qualis esser religione monstrabat. Et primu quidem crudelitati Cóstantij circa subiectos derogás,& eum coram populo vniuerso redarguens, iubet episcoposin exilium deportatos reuocari,& confiscatas eorú reddi substantias. Templa quoque Paganorum velociter suos necessarios præcepit aperire. Eos autem qui fuerant ab Eunuchis oppressi, recipere quæ male ab eis fuerant abrepta sanciuit. Eusebiu verò præsidentem Imperiali cubiculo morte damna uit, non solum quia multos oppresserat, sed quia Gallum quoque fratrem suu eius accusatione audierat interemptum. Et corpus quidem Constantij regio honore sepeliuit. Expulit que palatio Eunuchos, tosores, & cocos. Eunuchos quidem, quia eius vxor obierat, postquam non duxit aliam. Cocos autem, eo quod cibis simplicibus vteretur. Tó fores autem, vnus (inquit) sufficit multis. Scriptorum autem plurimos fortuna antiqua restituens, E reliquis suam mercedem scripturæ dari præcepit. Abscidit quoque etiam Publicum cursum mularum & caballoru, quos publicis iussit vtilitatibus ministrari. Hac eius opera laudant pauci, plurimi vituperant, quod remoto fastu Palatij contemptibile videretur Imperium. Is etiam noctu vigilans conscribebat libros. Et descendens in Senatu publice recitabat. Solus enim Imperatorum à Iulio Cæsare in curia Senatus recitauit orationes. Honorabat quoque disciplinarum cultores, maxime philosophantes. Quamobrem vndique fama cogregabat huiusmodi viros confluentes circa Palatia, qui circuamicti palliis magis habitu quàm magisterio agnoscebantur. Erantque graues vniueriis Christianis, seductores viri, & Imperatoris sem per religioni fauentes. Habens itaque Iulianus im modicum vanæ gloriæ vitiu, cunctos ante se principes lacerauit in libro quem de Cæsaribus scripsit.Hac ergo arrogantia motus, etiam contra Chri stianos conscripsit libros. Vt ergo cocos atque tofores expelleret, opus philosophi, non tamen Im- F peratoris fecit. vt autem detraheret atque laceraret, neque Philosophi, neque principis fuit.

SOZOMENYS.

Quomodo Iulianus ad ritum deuenerit Paganorum, de sacrificiis Idolorum. CAPYT 11.

👡 Erunt itaque mox in ipfo principio Iulianŭ adeo apertè& impudenter negasse Christia nam fidem, vt quibusdam sacrificiis & inuo cationibus, quas expeditiones Pagani vocant,& fanguine immolationu, nostrum baptisma studeret ablui, & abrenutiare ecclesiastica professioni. Ex illo enim tempore tam secretè quam publicè & in templis, licéter Pagani sacrificia celebrabat. Fertur verò, quod cùm aliquando sacrificaretur, ostensum sit ei in visceribus pecoris immolati, signaculum crucis corona circundatum. Quo viso, alios quidé sacrificij ministros fuisse perterritos, reputantes videlicet huiusmodi religionis virtuté,& Christiani dogmatis æternitaté:eo quod co-

Sta & Seri-

Iolianu

Aw.do.363.

ECCLESIAST.

A rona quæ circundabat crucem, victoriæ esset indi cium: & quia ambitus circuli à suo principio nusquam terminaretur, sed magis reuerteretur in semetipsum. Cumque cæteri mirarentur, princeps huius scientie confortauit eos, dicens, prospera & vtilia sibi indicia fuisse monstrata, & quod magis signum dogmatis Christiani coerceretur, nec ei quò vellet dilatari, liceret, termino circuli circumsepto.

THEODORITYS.

Iuliannı le-Etor eft ordina:m ob mo tum. Iulianus enim metuens Constantium, quod genere proximos tyrannidis formidine perimeret, Lectorum sociatus est choro, & diuinos codices in ecclesia populo audiente legebat. Nam & Basilicam martyrum ædisicauit, quam diuina prouidétia non suscepit.

SOZOM ENVS.

Quomodo etiam ante Imperiŭ latenter fuerit Paganus. CAPVT III.

Iolianus & Gallus tem plum Mama erigendio locant, Prodigium,

Vm adhuc pucri Gallus & Iulianus in Cap padocia agerent, aiunt habuisse eos tunc ftudium,vt maximam Basilicam ad sepultu ram martyris Mamæ extruerent: & inter se diuiserunt opus. Cumque ambo certarent in edificio, vt alter alterum superaret, fertur quoddam proue nisse miraculum: & nisi hactenus superessent, qui hæc se audiuisse ab inspicientibus narrarent, vide retur forsitan incredibile. Galli nanque pars augebatur & omnino crescebat: Iuliani verò labores, alij quidem fodiebantur, alij terra ipsa vomente ruderibus implebantur. Aliquando deposita fundamenta terræ copulari non poterant, perinde ac si quædam violéta virtus ex loco inferiore ea repercutiendo depelleret. Quæ causa cunctis apparebat esse prodigiosa. Ex illo nanque colligebant, non esse virum illú in religione Christiana sanú,

> Quam fuerit Iulianus Christianis infensus. CAPVT 1111.

An.do.364.

Vm igitur solus tenuisset imperium, templaque reserasset, & alia repararet, omnem deuotionem etiam ministris templorum af fluentius impendebat. Sæpe verò ciuibus in commune rescripsit, vt ad paganosaccederent ritus,& eius donatione fruerentur, Christianis se inimicu aperte designans, ita vt neque venire ad se eos vel let, neque Legationes eorum susciperet. Denique cum Persæ mouissent bellum, Legatione mittentibus Nisibinis tanquam omnibus Christianis, & neque templa reserantibus, neque ad eorum sacra venire volentibus, interminatus est, non se auxilium præbiturum, nec legationem quasi pollutæ ciuitatis esse suscepturum, neque ad eos prius accessurum, nisi cognosceret in Paganismu esse mutatos. Hoc etiam apud Palæstinam questus de Cóstantiensibus, delegauit. Hic enim locus cum esset Gazæ portus, & Maioma vocaretur, essetq; Christianis plenus, à Constantino dignitatem meruit ciuitatis, & ex filij eius nomine Constantia nuncupata est. Iniustum enim arbitratus est Constantinus, vt Paganis subdita videretur esse Gazensibus. Tunc ergo Iuliano regnate, litem Gazzi Co- D stantiensibus intulerunt. Quo Iudice residente, Constantiam rursum eis subdidit, distantem propemodum stadiis viginti. Et ex illo, sublato priori nomine Gazæ Maritimæ vocabulo nuncupatur. Habebat enim communes Iudices atque Duces: sola verò iura ecclesiæ duas videntur ostendere ciuitates:vtraque enim suum episcopum habet & clerum. Et Vigiliæ martyrum arque Collectarum apud eos seorsum fiunt, & termini vtriusque episcopatus ecclesieque constituti sunt. Quodam tépore defuncto Maiomeno pontifice, quidam prefulum ecclesiæ Gazæorum studuit vtrunque clerú suæ ditioni submittere, phas non esse dicens, vt vni ciuitati duo episcopi præsiderent. Resistéribus Maiomenis, deliberauit prouinciæ fynodus, vt eis proprium ordinaret episcopum, oportere credés cos qui sub Constantino pro pietatis religione ci uitatis habere priuilegia meruissét,& Pagani Prin cipis iudicio hæc amilissent, in sacerdotiis & ordine ecclesiarum nequaquam dato antiquitus hono re priuari. Ea quoque tempestate Carsaream Cap- E padociæ maximam ac felicissimam ciuitatem ita vocari prohibuit, eiq; appellationé antiquá Cæfaris abrogauit, quá à Claudio Cæsare promeruerat. Nam prius Mazaca vocabatur. Habebat enim odium eius antiquitus, eò quòd omnis eius esset po pulus Christianus, & templum apud se Iouis & pa trij destruxisset Apollinis. Nam cum etiam eo regnante, Fortunæ sacellum quod solum remanserat, à Christianis fuisset euersum, ciuitati crudeliter erat infestus: & Paganorum populos illic habi tantes, valde culpabat, qui semetipsos vlti non esfent,& quidlibet pro Fortuna sustinuissent. Omnes verò possessiones atque pecunias Cæsariésiú ecclesiarum cum verberibus exquirens, in mediú iussit afferri. Moxque ex eis trecentas auri libras in ærario publico collocauit. Clericos autem vniuersos aggregari inter milites iussit, Duci prouinciæ seruituros, quod est nimis graue & vehementer iniuriosum. Populum verò Christianorum cũ vxoribus ac filiis inscribi præcepit,& tanquam vicaneos tributa persoluere, cum interminatione iu rans, quod nisi templum rursus festinanter ædisi- F carent,& ciuitatem valde affligeret,& ne quidem capita sua Galilæos habere permitteret. Sic enim solebat vocare Christianos. Quod fortè euenis-

Quod initio Imperij sui magu pepercerit Christiania. C N PVI V.

set, nisi fine celeri defecisset.

Nitio nanque parcens Christianis, clementior visus est, sciens priores persecutores nihil pro fecisse ad augmentum Paganismi, quod punisissent Christianos: qui magis hinc creuerint, & facti sint gloriosi pro vero dogmate morientes. Inuidens igitur illorum gloriæ, à tormétis abstinuit, iudicans esse necessarium, vt sermone potius & admonitione Paganismum colendum populo sua deret, credens etiam hinc se monstrare clementé.

Quomodo Mares episcopus Chalcedonis in faciem redargueris Iulianum.

CAPYT YI.

Mazeca. Templa idolerii à Chrifianis dofiructia. Thefsurus occlefiaficus Ceferienfibus adéptus. Clevici cosii

fes à Confiă

Goza Ma-

Digitized by Google

Maioma, Conflantia Inlianus ob jurgatur à Mareto.

Marciu refponjum. Ertur enim, quum Costantinopoli apud Fortunam sacrificaret vrbis, accessisse ad eu Mares episcopus Chalcedonis, & publicè impiù & Map, id est, sine Deo, apostatamque vocitasse: illum ve rò solam ei improperasse excitatem: erat enim senex, & propter imbecillitatem oculoru manu alterius agebatur. Super hæc volés etiá lacerare Deu, consuete dixit: Neque Galileus Deus tuus curare te potest. Respondens verò Mares dixit. Ego, inquit, Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideò factum est, ne te videam pietate nudatu. Imperator autem nihil respodens abscessit. Sic enim putabat potius roborari Paganismum, si se patien tem ac mitem Christiano populo demonstrasset.

Qued ees qui fuerant deportati à Constantie, renocarit. C A P. VII.

Subdola Inliano in Chri frianos cleme tia.

Clericorum
prinilegia (g'
bonores.
Virgines (g'
vidua paupercula ex
publico alebantur.

HEc itaque faciens, eos qui fuerant à Constan tio fugati ppter religionem, reuocauit, & có fiscatis patrimonia sua restituir, præcipiens populo vt nullum læderent Christianum, neque nolen tem sacrificare copellerent: sponte verò acceden tes ad aras, prius expiari apud dæmones, purgariq; solitis eorum sacrificiis præparabat. Clericis autem omnia priuilegia, honores, cosuetudinésque subtraxit, & leges positas pro eis soluit, ipsósque Curiæ tradidit: limul & à virginibus & viduis que pro penuria inter clericos alebatur, iussit exigi ea quæ pridem à publico accepisse videbantur. Constantinus enim Imperator disponens res ecclesiarum vnicuique ciuitati pspexit, vt clerus sufficietia emolumenta perciperet, & hoc lege firmauit: quod hactenus mòrtuo Iuliano feruatur . Hác exactionem aiunt valde fuisse crudelem. Auferebat enim subinde pecunias, & ornamenta sacra teniplaque sub Costantino & Constantio fundata destruebátur: datæ ad ædificia pecuniæ rursus exigebantur. Hac occasione sacerdotes, & clerici, & po pulus Christianus crudeliter vexabantur.

SOCR ATES.

De seditione apud Alexandriam orta contra paganos. CAP. VIII.

Pugna inter Gentiles & Christianos apud Alemandriam.

C

PEr idem tempus in Alexandrinorum maxima ciuitate contigit ex huiusmodi causta seditio. Erat locus quidam in ciuitate antiquis temporibus desolatus arque neglectus, multaque sorde copletus:hic Pagani olim Deo Mithræ sacrificantes, homines immolabant: quem locum Constantius quasi vacantem ecclesiæ Alexandrinæ cocesferat. Hic Georgius volens oratoriú extruere, locum repurgari faciebat. Quod dum fieret inuentum est illic adytum in multa profunditate costru Aum, in quo paganorum mysteria celebrabantur. Erant enim ibi caluariæ hominű plurimę, maiorű pariter &infantium qui perhibebantur illic extin cti, vt ex eorum visceribus artes Magicas exercerent. Hæc igitur Christiani reperientes in adyto Mithræ, studuerunt ad irrisionem paganorū vniuersis hæc facinora reserare, diuulgabantq; capita hominum quæ copererant. Hæc Alexandreiæ pagani videntes, & opprobrium nó ferentes, ira succensi sunt, & omne quod ad præsens inuenerunt LIB. VI.

arma indicantes, impetu cotra Christianos facto, D multos interemerunt, alios gladiis, alios sustibus aut lapidibus, alios sunibus strangulantes, quosda etiam crucifigentes ad sacræ crucis iniuriam, pluri mos diuersis vulneribus astligentes. Et ita factum est, vt neq; proximis parceretur, sed philosophus philosophum percussit, & frater fratrem, paretes silios: & inuice in mutua nece grassati sunt. Quáobrem Christiani eundem locum purgare quie-

SOZOMENVS.

Quamodo Alexandrinus Georgius sit extinctus. C.A.P. IX.

Nterea cum Iudices denuntiassent mortuu fuisle Costantium, & imperare Iulianum, seditione fecit in Alexandreia populus paganorum,& impe tu facto contra Georgium, vinculis eum alligauerunt. Quem paulò postvenientes ad carceré peremerűt,eiúsque cadauer imponentes camelo, à ma ne vsque ad vesperam per totam traduxerut ciuitatem,& circa ferum diei concremauerunt. Multi ferunt Arianorum, quod à fautoribus Athanasij id factum sit: sed ego reor indubitanter hoc fecisse Gentiles, cum vtique & querelas haberent aduerfus eum propter idola & templorum iniurias, prohibitionémque solennitatu. Quod etiam Iulianus sic se habuisse testatur per literas ad Alexandrinos missas, in quib culpat eos, pænámo; relaxat, quasi propter reuerentiam Serapis, quem ciuitatis conleruatorem dicit, & Alexandri códitoris eius,nec non Iuliani auŭculi sui, qui în paganismo strenuus fuit, & Christianos supra modum oderat.

Quomodo Iulianus ecclesias clauserit, e ecclesia ornamenta diripuerit. CAP. X.

Icitur enim is studium habuisse, vt in thesauros Imperatorios plurima &preciofa ecclefie Antiochenæ vala recoderer,& clausisse ecclesias, & vniuersos clericos esfugasse, & solum tuc Theodoritum stetisse presbyteru. Quem cum tanqua vasorum custodem coprehensum crudeliter sau- F ciasser, nouissime gladio præcepit occidi. Qui for titer îter vniuerla torméta respodit, & p dogmatis cofessione deuicit. Quumque vniuersa Deo di cata vasa & pallia collegisset, proiiciens hec in ter ram, cotumeliis & iniuriis vt voluit afficiens Chri stum, super ea etiam sedit, & cumulum auxit iniuriarum. Móxque verenda eius & loca fœmoribus circumposita feruntur esse percussa, & ad tantam peruenit putredinem, vt vermes procrearentur, medicis laborantibus nec valentibus vincere affe &ionem.Conciebantur enim omnimoda pretiosaque medicamina ex pinguibus volatilib<sup>9</sup>, vt eorum pinguedine corrupta & putria membra linirentur. Hoc facto, vermes ad superficiem prouocabant, quia in profundo ebulientes, per viuas ser pebant carnes. Et donec moreretur, non fuit ab hac affectione securus. Hoc itaque claruit diuina indignatione factum, cum etiam custodes Imperialium thesaurorum, & alij plurimi aduersus ecclesias insurgentes, inopinata & miscranda morte defuncti fint, quasi superna indignatione dam

xaudrinas occiditur.

Inliance anoncolor In liani Anz. templa Ch.i fianorii spoliat.

Pana

G iiij

A De Eusebio, Nectario & Zenone martyribm.

Enfebius Nectarius Zenon.

Coci publici.

pu Gaza.

Nester.

Is dictis tempus est vt mentionem faciamus Eusebij, Nectarij & Zenonis fratrum Christianorum, contra quos odium exercentes populi Gazzorum, domi celaros, & cópreheníos, vinculísque traditos, atque flagellatos postea couenien: tes in Theatrum, aduer sus eos clamare coperunt, quasi eorum templa destruxissent, & in iniuriam. paganorum præterito tempore multa gessissent. Cúmque le mutuo(vt vulgus folet) excitarent có currentes ad carcerem, & educentes eos crudeliter occiderunt, nunc in terra pronos, núc supinos trahentes, atque percutiétes, & vulneratos lignis, lapidibus, atque fustibus. Audiui nanque eria mulieres egressas, & cum radiis telarum eoru corpora vulnerasse: & cocos publicos, alios aquam, alios. feruentes ollas fudisse super eos, alios subulis eorum membra perforasse. Cúmque eos dilaceras-: sent, capitaque fregissent, ita ve cerebru in terra ia ceret, deduxerunt extra vrbé, quo solebát mortua iuméta proiicere:ibíq; corú corpora cócremátes, ossa quæ remanserant, inter cadauera camelorum & alinoru permiscuerunt, ne possent facile reperiri:quod non diu latuit.Quædam nanque mulier Christiana, non tamen de Gaza, divino præcepto per noctem ea colligens, & in vrnam recondens, Zenoni eorum consobrino seruanda contradidit. Deus enim per visionem mulieri reuelauit hunc viru: ei nanque erat ignotus, & nuper habita persecutione celabatur. Hoc ergo modo per muliere. reliquias eoru accepit, & interim domi seruabat. Qu'imque is eiuldem ecclesiæ suscepisset episcopatú, imperante Theodosio fabricata Basilica ante ciuitatem, & altari fixo ossa martyrum collocauit iuxta confessorem Nestorem. Qui dum in vita fua cum istis suis proximis habitaret, cum martyribus comprehensus à populo, vinculis eorum fla gellisque participatus est. Is enim cum traheretur habens pulcherrimum corpus, ad miserationem C persequentes adduxit. Quem extra portas semiuiuum, morti tamen proximum proiecerunt. Hunc colligeres quidam, ad Zenonem adduxer ut. Apud quem dum curaretur, defunctus est.

De Hilarione monacho, & crudelitate Heliopolitanoru
& Arethusiorum contra Christianos, & de Marco
episcopo, eiusque martyrio. CAPVT XII.

Hilarien.

Nter hæc autem dum Hilarionem monachű Ga zæi requirerent, fugit in Siciliam, vbi ligna de montibus colligens, & in ciuitate vendens, sic vi-&um quotidianum parabat. Cúmque eius illicvirtus suisset patesacta per damones, venit in Dalmatias:ibíque virtute diuina plurima miracula faciebat, ita vt etiā mare, quod quædam occupaucrat loca, sua oratione repelleret. Sed etia hinc rur fus abscessit: quia vbi laudabatur, habitare declinabat: demutando loca cúctis esse studebat incertus, vt opinioné suam crebra migratione destrueret. Nouissime verò quum nauigaret in Cyprum, venit in Paphum: inuitatúsq; ab episcopo Paphi, amabat locum,& circa prædium ( harybdim nun cupatum, philosophatus est: quem vt martyr non ellet, fuga prohibuit. Fugiebat enim, quia præceprum diuinum est, non expectare persecutores. D Nam qui in perfecutione coprehenduntur, fortiter ferre inbentur. Gazzi itaq; & Alexandrini co-, tra Christianos talia gessisse noscutur. Sed Heliopolitani & Arethusij Syriam habitantes, ad tanta venere crudelitarem (ficut illorum temporum ho mines explanauerunt) vt (acras virgines insolitas à populo videri, publice nudatas stare cogeret in Theatro. Quas primo irriferunt, postea totonderunt, nouissime per medium sectas, porcos vt eas deuorarent prouocabant . Vt ergo reor Heliopoliras ad crudelitatem sacrarum virginu resilla perduxit, eo quòd paterna consuetudo qua fornicabantur eorú virgines antequam nuberent, prohibita videretur. Costantinus enim destructo in ea ciuitate Veneris templo, prius apud eos costruxit ecclesiam, & consueras fornicationes lege prohibuit exerceri. Arethusij verò Marcum luæ ciuitatis episcopum, senem, vita & conuersatione reuerendum, mirabili morte peremerunt. Hunc enim etiam prius habuerunt exofum, eò quòd Constan tij temporibus vt paganos ad Christianismu addu ceret, templum illorum ornatissimum pretiosisimúmque destruxisser. Cúmque Iulianus imperaret, motus in eum est, & præcepit, vt aut æstima- E tionem templi redderet, aut id rursus ædificaret. Et cum vtrūq; impossibile foret christianis simul &sacerdoti, primo fugit secundu Euangelicam legem: postea verò cum multi propter eum periculis & necessitatibus subderentur, de fuga reuersus est,& sponte semetipsum populo, vt quod vellét, in se exercerent, cotradidit. Qui dum laudare phi losophum debuissent, credétes potius contéptorem, irruentes in eum, & per singulas plateas trahentes, eius capillos & membra dilacerabant viri simul & fæminæ, ita vt tenuibus restibus eius aures abscinderent. Ac pueri apud magistros positi, illudebant ei, alapis cædentes, & graphiis sine aliqua miseratione pungentes. Quem etiá in cunicu los deposuere fœtentes. Cúmque adhuc respiraret,eŭ melle & liquamine perungentes,& in ipor tam immittentes suspenderunt in aere. Fertur ergo tunc velpis & apibus iplum contingentibus, & carne eius vescentibus dixisse Arethusiis, quod ipse quidé esset excelsus, illos verò videret in humili costitutos, sed postea etia ipsos fore passuros.

# THEODORITYS.

Hoc igitur agentes, cogebăt eum vt templum reædificaret, aut daret impensas. Quod dum non faceret, putantes pauperem, vel medietatem petebăt pecuniarum: nouissime vel paucum aliquid exigebant. Quibus ait: Nec vnum obolum pro omnibus dabo. Sic igitur superati, ab eius supersedere suppliciis.

# SOZOMENYS.

Sermo fertur, quòd túc præfectus præcipuè pa ganus fuerit admiratus Marci constantiam, & ad principem veniens quereretur, dicens esse puden dum, vt in vno sene tanta tormenta peragerétur: Et Christianos cum talia paterentur, fieri gloriosos, se verò magis esse opprobrio. Marcus ergo ta li est sine coronatus. Heliopolita norū crudelitas i factas virgines,

Aretholy Matco epi-Jeofi Jeofi

Marcas epo feopus Are thusiorum. A De Macedonio, Theodulo & Tatiano martyribus.

CAPVI XIII.

Theodulus, Tatianus. †Mijos

Antiu,

I wdex,

Bolyria

Bostaka.

Odem tempore Macedonius quoque, Theodulus, & Tatianus Phryges martyrij pignora consecuti sunt. Nam quum in + Meroë ciuitate Phrygiæ templum aperuisset prouinciæ Iudex, & longo tempore plenu ruderibus emudaret, ingredientes isti per nocté, idola contriuerunt. Quumque propter hoc multi comprehensi ad suppliciú ducerentur, illi semetipsos exhibuerunt. Quos du Iudex quasi habita satisfactione delictorum, nollet occidere, populis clamantibus vario tormétorum genere castigauit. Nouissime verò in craticu la superpositos ardere præcepit. Cúmque cremarentur, Si assis, inquiút, carnibus ô Amati delectaris(sic enim vocabatur Iudex) altera latera ignib9 obiice, ne cûm comedere cœperis, carnes semicru das inuenias. Et isti ergo fortissimo certamine deuicerunt. Aiunt autem Busyrim in Ancyra Galatiæ, clarissimam fortissimamq; habuisse cófessionem, cum fuisset in hæresi quæ vocatur Mingan-🖚,id est,abstinentium. Hűc enim cùm Iudex cóprehendisset quasi paganis insultantem, torquere volebat in publico, iussitque vt appederetur in li gno. Túc Busyris extensis citò manibus supra caput, nudauit latera, dicens no opus esse vt ministri appendendo se deponendóque laborarent, quum eslet ipse paratus ad pænam quam vellent exerce re, & latera sua tortorib præpararet. Miratusque eius promissionem Iudex, rei experimento magis obstupuit. Nam cum vngulæ ferreæ vehementius latera eius exararent: quandiu iudici placuisset, sustinuit manus extensas,& plagas cum alacritate su scepit. Post hac autem reductus in vincula quiefcebat. Porrò paulò post morte nútiata Iuliani vsque ad Theodosij principatum vixit, & in ecclesia catholica acta pœnitentia prioris hæreseos,co uersatus est.

> De Basilio martyre, & Eupsychio. C N P. XIIII.

Bafiline An cyranne. Enpfychine Cafarinnfis.

Nillo porrò tempore ferunt vitam finisse martyrio Basilium ecclesię Ancyranę presbyterum, & Eupsychium Cæsariensem Coppadociæ ducta nuper vxore, cùm adhuc sponsus esse videretur. Eupsychius enim peremptus est propter Fortunę remplum, quod (sicuti iam diximus) dirutum fuerat, & in communi Cæsariéses iram principis sunt experti, & alij quidé morte, alij fuga mulctati funt. Basilius auté studiosus vir, circa dogma probatus, dum vixit Costantius, restitit Arianis. Et propterea Eudoxij decreto ab ordine est remotus ecclesiastico. Cum verd Iulianus tenuisset Imperium, Christianos publicè commonebat, vt propriú do gma seruarent, nec paganorum superstitione macularétur, honorésque collatos à Principe pro nihilo iudicarent, temporales vtiq; & perpetuæ dánationis authores. Propterea ergo in suspitionem & odium veniens paganorum, quoniam publicè facrificates inspiciens stabat, & ingemiscens orabat atq, clamabat, ne vllus Christianorum huiusmodi errore teneretur obnoxius, comprehensus & traditus prouinciæ Iudici, multaque tormenta fortiter sustinens, martyrio coronatus est. Hec col LIB. VI.

ligés in vnum retuli, licet diuersi anni vel dies co- D rum videantur esse martyrij.

THEODORITYS.

Qua in Gaz a contra Christianos crudeliter sint commissa, atque Sebastia, necnon & in Phænice. CAPVT XV.

Væ enim idolorű seductionibus subditi tem pore illo commiferint, multa quidem funt& propriis libris egéria: sed ego ex multis pauca nar rabo.In Ascalone siquidem & Gaza, virorű sacerdotio dignorum, & mulierum virginitatis conuer satione pollentium, dividentes vteros, & hordeo cumulátes expoluerunt deuorationi porcorú. In Sebastia verò quæ est eiusdem prouinciæ ciuitas, Ioannis Baptista loculum aperuerunt, ignique tra diderunt olla, ac puluerem disperserut. Porrò scelus quod in Phænice comiserunt, quis poterit vel dicere sine lachrymis, vel audire? In Heliopoli enim quæ est circa Libanum, erat quidam diaconus nomine Cyrillus. Is imperante Constantio, succésus zelo diuino, multa idola quæ ibi adorabantur E cotriuit, & igni cremauit. Cuius facti memoresviri nephandi, non solum peremerunt eum, sed etia secantes ventrem, ex eius iecore comederut. Qui tamen omnium inspectorem oculum non potuerunt effugere, sed dignas dederunt sua temeritate pœnas. Quicunque enim illo scelere participati sunt, dentibus omnibus priuati sunt. Sed & ipsæ linguæ pariter defluxerunt, cosumptæ putredine. Perdiderut etiam visum, & affectionibus suis virtutem prædicauerunt omnibus pietatis.

Desimulachro dedserview dpaganis in ecclesia constuuto. CAP. XVI.

IN Emesa verò, quæ est in eius confinio ciuitatis, Dionysio wid, id est, Baccho muliebri, ecclesiam que Deo nuper fuerat ædificata, dedicaue runt, ad derisionem simulachrum istud statuentes and provov, id est, quod virum monstraret ac fæminam. In Dorostolo verò insigni Thraciæ ciuitate, Æmilianus inuictissimus decertator, à Capitolino vniuersæ Thraciæ iudice igni traditus est. Porrò F Marci Arethusij episcopi gesta vel passio, Æschili & Sophoclis magniloquentia noscitur indigere, vt dignè actus illius Tragædiæ ordine recitentur.

De legibus,quai Iulianus contra Christianos posuit. C APPT XVII.

Inumera quoque alia in omni terra & mari ab impiis contra pios illo tempore sunt commissa. Tunc igitur apertè Deo exosus Imperator, contra pietatem ponebat leges: & primu quidem interdixit Galileorum filiis (sic enim Saluato ris nostri cultores nominabat) Poetarum & Rhetorum atque philosophorum legere disciplinas. Propriis, inquit, pennis, sècundum prouerbium, vulneramur. Ex nostris enim armati conscriptionibus contra nos bella suscipiunt: πίς είκινες καλ φασιών, βαλλώμια in καλ του ματισμό συγγραμμάτων καθοπλίζομενοι τὸν καθ κμών ἀναλίχοντη του καθομένου τὸν καθ κμών ἀναλίχοντη του καθομένου. Post hanc aliam posuit legem, præcipiens Galilæos expelli militiis.

Cyrilm dia coun Hiero folymitanno martyr.

شوري في المناسطة المناسطة

Amilian<sup>\*</sup> martyr.

Properbiü, Nostva ipso rom pennu impetimor.

Bafilim ecci dicur. SOCR ATES,

Dereditu Athanasij ad Alexandriam. CAPVT XVIII.

An.do.360. Ashanafi<sup>2</sup> redu Alexãdriam. I Gitur Athanasium de fuga remeantem, Alexan drinoru populus libéter excepit. Expulerunte; ecclesiis Arianos, & Athanasio sceptra venerabilia tradiderunt. Verum Ariani in domibus ignobi libus se colligentes, loco Georgij Luciu habuerut.

De Lucifero & Enfebio. C & P. XIX.

A siquidem tempestate Lucifer Calarésis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Imperatoris iussione ab exilio reuocantur. Vtrique enim vltra Thebaidos terminos ab exilio remeantes, tractabant, quemadmodum corruptam ecclesiæ regulá repararent. Placuit igitur vt Lucifer quidé ad Antiochiam Syriæ perueniret, Eusebius Alexadriam, vt vnà cum Athanasio facto concilio ecclesiæ do gmata roborarent. Lucifer tamen misit in locum luum diaconum, per quem professus est ratum se habiturum, quod esset cócilio ordinante constitu tum. Ipse autem veniens Antiochiam, fluctuatem inuenit ecclesiam: erat enim inter se turba diuisa, & non tantŭ heresis Ariana, quæ erat sub Euzoio, dividebat ecclesiam: sed etjam Melitij sequaces, studium habentes circa suum præsulem, à suis con fortibus recesserunt. Tunc ergo Lucifer ordinans ei Paulinum episcopum, ruršum abscessit. Eusebius autem veniens Alexandriam cum Athanasio concilium celebrauit.

De concilio apud Alexandriam cum Athanasio ce lebrato. C A PVT XX.

Onuenérunt que ex diuer sis ciuitatibus episcopi, & de maximis necessariis que rebus ha buere tractatum. Vbi etiam de sancti spiritusdiuinitate tractantes, eŭ in cosubstantiali trinitate coprehenderunt. Et verbű humanatű nő folùm carne, sed etiam anima declararunt: sicut olim viris ecclesiasticis complacuerar. Non enim nouam re ligionem in ecclesiam introduxerut, sed quam ab initio ecclesiastica traditio docuit Christianos. Sic enim omnes antiqui ex hoc habita huius disputatione sermonis, scripturam nobis probatissimam reliquerunt.Nam Irenæus,& Clemens,&Apollinarius Hierapolites, & Serapio Antiochenæ præful ecclesia, animatum eum qui humanatus est, in suis sermonibus sunt professi. Necnon per Beryl lum episcopum Philadelphiæ in Arabia constitutæ facta fynodus, scribens ad eundem Beryllū hęc ipsa contradidit. Sed etiam Origenes vbiq; in suis libris animatu nouit eum, qui est humanatus:propriè tamen nonus Tomus eius in Genesim hoc sa cramentum congruenter exponit, vbi Adam quidem Christum, Euam verò ecclesiam latius explanauit. Horum itaque dictoru digni sunt testes san &us Pamphilus,& qui ex eo habebat cognomen, Eusebius. Ambo náque & communiter Origenis vitam commendantes, & eius aduersariis resisten tes, intignibúsque libris satisfactionem pro eo co ponentes: non primum Origenem ad hanc dispu tationem venisse dicut, sed mysticam ecclesiæ in-

ECCLESIAST.

terpretatum fuisse traditionem. At illi qui Alexan D driæ conuenerunt, non sine subtili inuestigatione quæstionem de ¿wiæ, id est, substantia, & væséæ, id est, subsistentia reliquerunt. Osius nanque Cordu be Hispanie præsul (de quo iam sermo prelat° est) præmissus ab Imperatore Costantino, vt slammá tunc ab Ario excitatam extingueret, etiam Sabellij Libyensis dogma destruxit, de substatia ac subsistentia habuit quæstionem.

Ofice Con

Libyan

Trimital

E

SOZOMENYS.

Interea plurimi episcopi in Alexandria congre gati cu. Athanasio & Eusebio Nicæni concilij decreta roborauerunt: & consubstantialem patri ac silio spiritum sanctum sunt professi, Trinitatémque nominauerunt. Et quoniam de substantia & subsistentia quæstio turbabat ecclessa, sapienter decretum est, vt his nominibus cotra Sabellianos solos vtamur, ne vocabulorum inopia idem putetur esse substantia quod subsistentia.

SOCR ATES.

De differentia substantia & subsistentia. CAPVT XXI.

Æc quidem nunc synodus. Nos autem de ousie id est, substantia: & unosése, id est, subsi Itentia, si quid nouimus, absurdum no est breuiter indicare. Igitur qui Grecanicam explanauere prudentiam dissa, id est, substantiam quidem diuerso modo definierut, omosáscus, id est, subsisten tiæ verò ne sermonem quidem fecerunt vllum. Irenæus autem Grammaticus in libro, vbi verba secundum ordinem elementorum colligit: etiam Barbarum vocat hocverbum, neque apud aliquos antiquorum vsurpatum: quod etiamsi alicubi sit inuentu, nó tamen hoc indicare quod núc intelli gitur. Nam apud Sophoclem in Phænicia locum infidiarum fignificare v mos doty, id est, subsistentiam meminit. Apud Menandrum veluti feces quæ ex vino colliguntur in dolio, varsatur, id est, subsisten tiam designare dicit. Sciendum tamen, plicet antiqui philosophi hoc modo loquuti non fuerint: F tamen iuniores philosophi pro wein, id est, substan tia, vmoságums, id est subsistentiæ vocabulo sunt vsi. Subtisfétiæ verò definitionem diuersis modis explanauerunt. Si ergo definitione substantia circuscribitur, quomodo in Deo qui non potest copre hendi propriè hoc vti sermone poterimus? Verū Euagrius in monachico libro temerè quidé & inconsiderate de Deo disputandum esse prohibuit. Definire verò diuinitatem modis omnibus interdicit. Ait enim rerum copositarum esse definitiones. Is itaque sic air: Omnis, inquit, propositio aut genus habet quod prædicatur, aut speciem, aut dif ferentiam, aut ppriu, aut accidens, aut ex his com politam orationem. Sed nihil in lancta Trinitate horum quæ dicta funt, poterit comprehendi : igitur quod ineffabile est, ratione silentij adoretur. Hæc quidem Euagrius. Nos autem licet facta digressione hæc dixisse videamur, tamen tang vtil**é** historiæ caussam nos retulisse non pænitet.

Pars libri Athanasij de satisfactione fuga.

Lucifer. Eulebins.

Mditiani.

Philadelphi Ba.

Bayllu.

Apologia p Organe.

- Digitized by Google

Escufat fügans suä Lshanssus.

Hdia

Achab.

Hiezabd.

2 . Cov. 11.g

Alt.g.c.

A VErùm Athanasius librum de satisfactione fugæ olim à se conscriptum tunc eis præsentibus legit: cuius partes vtiles, & que profint hic intexens, totum librum multorum versuum querere & legere studiosos admoneo. Ait ení: Ecce huiusmodi sunt præsumptiones impiorum hæc agétes, nec erubescétes. In quibus primum cotra nos mala sunt machinati, hactenus accusant quòd manus eoru paratas ad necem declinare potuerimus, & amarissime potius ingemiscunt, quod nos peni tus extinguere nequiuerut: & impropérant timoris caussam, ignorates quòd dum hoc submurmurant, in semetipsos magis retorquent culpa. Nam si fugere malum est, persequi multò deterius. Hic quidem ne moriatur, absconditur: hic autem persequitur, vt occidat. Et vt fugiatur quidem, scriptu est: qui autem querit occidere, prauaricatur lege, & magis ipse fugiendi præbet occasionem. Si ergo fugam improperant persequentes, pudeat cos potius fui ipforu . Quiefcant infidiari,& quiefcut continuò fugientes. Sed à malitia nó desinunt sua B & comprehendere omni virtute festinant, scientes quia fuga persequutionem patientium, indicium est maximum persequentium. Nullus enim mitem atque clementem fugit aliquando, sed ma gis ferocem simul & callidu. Omnis enim qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat adDauid.Sed isti propterea eos qui absconsi sunt, interimere student, ne ipsorum malitiam videantur arguere. Qui etiam in hac parte cæcantur. Na quantò fuga manifestior est, tatò amplius corum insidiis, neces, exiliaque commissa omnibus sunt aperta. Nam siue perimant, mors contra eos semper exclamat: siue rursus exilia minentur, vndiquaque ipsi contra se mali memoria destinare no 'scuntur. Et si quidem sanam haberent mentem, vi derent, semeripsos in his esse costrictos, séque in confiliis suis offendere. Sed quonia mentem amiferunt, propterea persequutione decipiuntur: & quærentes occidere, sua non contemplantur im-C pietatem. Nam si derogant eis qui fugiunt queren tes occidere, quid faciant cum vident Iacob fugientem Esau fratrem suum, & Mosen in Madian descendisse propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfacient fugienti Dauid Saul, qui in domű milit, vt interimeret eum, dum ablcolus eslet in spelunca, & mutasset vultum suum donec decli naret ab Abimelech? ob quam caussam inimicorum euasit insidias. Quid dicant isti, qui omnia pferunt temerè, vidétes maximum Heliam in oratione quidem mortuum suscitasse, tamen abscon sum propter Achab, & fugisse ppter insidias Hiezabel?Tunc etiam quæsiti filij prophetarum celati sunt latentes in speluncis apud Abdiá. Sed si hęc tanquam vetera non legerunt, saltem memoriam habeant euangeliorum. Nam & discipuli propter metum Iudxorum recesserunt, celantes semetipsos: & Paulus in Damasco à principe gentis quesitus, de muro in sporta demissus est, & manus quærentis effugit. Hæc igitur de sanctis viris scriptura dicente, quá putas exculationem suæ petulátiæ po terunt inuenire? Siue ergo timorem improperet, contra semetipsos tanquam væsani loquuntur: siue contra voluntaté Dei hoc dicant fieri, scripturarum diuinaru videntur penitus expertes. Nam in lege præceptum fuit, vt deputarentur etiam ci-

uitates ad fugam, vt hi qui quærebantur ad mor-D tem, quoquo modo liberari possent. In nouissimo verò tempore seculoru veniens ipsum, quod Mo si loquutum est,patrisverbű,rursus hoc dedit mádatu, dicens: Cùm perfecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Et post pauca dicit: Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ di cta est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudxa sunt, fugiant in montana: qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua: qui in agro, non reuertatur tollere vestes suas. Hæc enim scientes sancti, huiusmodi habuerunt conuersationis modum. Quæ enim tunc præcepit dominus, hæc etiá ante incarnatam sui præsentiam in sanctis loquutus est. Et hic est hominű terminus ad perfectionem ducens, vt quod Deus iubet, hoc faciat. Propterea & ipsum Verbum propter nos humanatú, cum quereretur (sicut nos ipis) abscodi dignatum est: & iterum cum persequutionem pateretur, fugit & infidias declinauit. Decebat enim eum ficuti famem & sitim, ita etiam hoc pati, & hoc modo ostendere seipsum humanatu. Ab initio siquidem mox vt homo factus est, cum esser paruulus ipse per angelum mandauit Ioseph:Surgens sume E puerum & matré eius, & fuge in Ægyptű. Futurű est enim, vt Herodes quærat animam pueri. Mortuo quoque Herode videtur propter Archelaum filium eius in Nazareth fugisse: & quando iam etiam Deum seipsum ostendebat, & manum arida restituerat sanam, Pharisai quidem egredientes concilium fecerunt aduersus eum vt eum occiderent : Ielus autem sciens discessit inde. Nam & quando Lazarum suscitauit à mortuis: Ab illo, inquit, die cogitauerunt vt occiderent eum. Iesus er go iam no pala ambulabat inter Iudæos, sed abiit inde in regionem iuxta desertum. Deinde Saluatore dicente: Antequam Abrahá fieret, ego sum, Iudzi quidem tulerunt lapides, vt mitterent super eum. lesus auté absconsus est, & exit de templo. Et transiens per medium corum ibat, & ita disces sit. Putas hæc vidétes, magis autem audiétes, cum non videant, quomodo secundum quod scriptu est, non debeant igne comburi: quonia contraria his quæ domin' facit & docet, cogitant & loquűtur? Nam quando Ioannes martyriū sustinuit, eiús que corpus sepelière discipuli, audiens I E S V S di scessit inde in nauem ad deserti locu seorsum. Do F minus itaque hæc faciens, ita docebar. Sedvtinam isti vel sic erubescerent, & vsque ad homines sua petulantiam declararent, & no magis ac magis inlanientes viderentur etia ipsum arguere Saluatorem, contra eum vtique blasphemias meditantes. Sed neque væsanoru quisquam eos poterit sustinere, cum arguatur ne Euangelia quidé ipsa nosse. Est enim occasio nostræ discessionis & fugæ rationabilis atque vera, quam in Saluatore quidem Euangelistæ positam memorarunt. Nos autem etiam in sanctis viris oportet talia cogitare. Nam ea quæ de Saluatore humano modo conscripta funt, eadé comuniter humano generi deputatur. Quæ nostra, sunt ille suscepit,& passiones nostræ inhrmitatis ostendit. Quod Ioanes ita coscripsit: Quærebant ergo eum tenere, & nullus misit in eu manus, quia nondum venerat hora eius. Nam antequam hæc veniret, dicebat ipse mari: Nondum

Matth. 10. Christen in Energelie.

Christus.; Ioan.8.g. Ioan.12.f

Mat.2.s Matth.2.d

Math.12.a Marci.3.a Luc.6.b Matt.26.a Ioan.11 g

Ices, 8 g Luc. 4.c

Ioannes Ba prista. Matt.14.b

104n.7.d

84

Mast, 27.6.

A venit hora mea. Et eis qui fratres eius appellaban tur ait: Meum tempus nondum venit. Rursus autem tépore passionis discipulis dicebat: Dormite iam & requiescite: Ecce enim appropinquabit ho ra, & filius hominis tradetur in manus peccatorú. Sed neque antequá veniret tempus, teneri se passus est:neque cum venisser tempus, absconsus est, sed etiam semetipsum tradidit aduersariis. Sic & beati martyres in persequutionibus temporalibus custodiebant semetipsos, & dum quærerentur per latibula fugiebant: cu verò inuenirentur, martyrio se subdebant. Hac de Athanasio retulisle sufficiat.

> Quòd Eusebius veniens Antiochiam propter Paulinum, & diussum videns populum fugerit indi-gnatus. C. APPT XX 111.

Víebius interea Vercelleníis episcopus repé-

& inueniens Paulinum à Lucifero consecratum,

plebémque divisam, Melitisque sequaces missas

facientes seorsum, valde commotus est, quòd fa-

& ordinationi non vniuerli consensissent:repre

henditque apud semetipsum quod actum erat, &

pro reuerentia Luciferi, habito filentio discessit,

promittens in conuentu episcoporum, quæ gesta

fuerant emendanda: habens tamen curam maxi-

mam, eos vnire non potuit. Inter hæc etiam Me-

litius ab exilio rediit, inucniénsque seorsum cele-

brare collectas socios suos præsidebat eis, sed ec-

clesias quidem obtinebat Euzoius Ariani dogma-

tis præful. Porrò Paulinus vna tantummodò paruam intra ciuitatem tenebat ecclesiam, ex qua eŭ

Euzoius pro sui reuerentia non eiccit. Melitius autem extra ciuitatis portas folennia celebra-

bat. Tunc igitur hoc modo de Antiochia discessit

Eusebius. Verum Lucifer sentiens non suscipere Eusebium ipsius ordinationem, hoc putauit iniu-

riosum, ac vehementer irascebatur, & communi-

care declinabat Eusebio. Sed etiá quæ synodo pla-

cuerant, per contentionem reprobare nitebatur.

Hæc cũ inter eos tristitiæ tépore gererentur, mul-

tos ab ecclesia remouerunt, & denuò altera Luci-

ferianorum hæresis est exorta. Sed Lucifer iram

fuam nequaquam complere præualuit. Erat enim

confessionibus suis obstrictus, dum per suum dia-

conum promisisset ratu se habituru, quod fuisset

à concilio definitum. Quapropter ipse quidem ec

clesiæ tenens sidem, in Sardiniam ad propriūre-

meauit thronum. Hi verò qui prius cum eo cotri-

'stati fuerant, hactenus ab ecclesia segregantur. Ve

rum Eusebius instar optimi medici iter faciés per

Orientem, infirmos fide recreabat, imbuens atq; docens prædicationibus ecclesiasticis vniuersos.

Hinc transiens venit in Illyricum, & inde rursus

tè postmodum ab Alexadria venit Antiochia,

An.de.364. Eofeb.Var-

Mditias de exilio rener-

titer.

Zacifariani

De Hilario Pictawiensi. C AP. XX 1111.

Italiam peragrans, hæc ipfa pronunciabat.

Ando 364.

Erum Hilarius Pictauiensis secundæ Aquitaniæ pontifex, rectè fidei dogmata pridé præseminauerat tam Italis quam Gallicanis episcopis, quippè cum primus ab exilio remeasser. Vtrique ergo fortiter in fide laborauerunt. Sed Hilarius tanquam disertus, suis libris satisfactioné de TriECCLESIAST.

nitatis consubstantialitate coscripsit. Quibus hoc D sufficienter exposuit, & vehementer Arianorum dogma destruxit. Hæc itaque post breue eorú exilij tempus celebrata noscuntur.

De Macedonianis. CAP. XXV.

A porrò tempestate Macedonij sectatores,& Eleulij, Eustathij, atque Sophronij, omnes ab vno Macedonio nuncupati sunt, conciliaque frequentia faciebant. Et conuocantes eos qui in Seleucia ipsos sequuti fuerant, anathematizauerunt alterius partis episcopos, id est, cosentientes Acacio, fidémque Ariminensis concilij respuentes, ea magis quæ fuerát recitata Seleuciæ & Antiochiæ expolita, firmauerunt. Qui dum requiliti fuissent à quibusdă dicentibus: Vos qui nunc Macedoniani vocamini, si aliud sapitis quam sectatores Acacij, cur eorum hactenus tanquam eadem sapientium estis communione participati? Ita venenose responderunt per Sophronium Pompeiopoleos Paphlagonensem episcopum. Occidentales, inquit, in consubstantialitate languebant. Aëtius au tem per Orientem secudum substantiam dissimi- E litudinem prædicabat: & crát vtraque praua,cúm hi quidem inordinate diuisas substantias patris & filij consubstantialitatis nomine copularent: ille verò à natura patris naturam filij apertè diuideret, credens semetipsum piè predicare dissimilem esse patri filium per substantiam. His ergo ita cen sentibus, media via nobis veritaté pietatis habere complacuit. Hoc itaque mo do quærentibus satisfacere nitebantur.

SOZOMENTS.

Quòd Inlianm quoque persequusus sit Athanasium. CAPVT XXVI.

Gitur Imperator audiens Athanasium in Alexadrinorŭ ecclesia constitutum,licitè populo prędicare, multosque paganorum ad Christianismu fuisse couersos, eum iussit exire de ciuitate. Quòd si maneret, damna maxima eum sustinere præcepir,occasionem criminis in eum inueniens, quòd dum prioris principis tépore fuisset fuga mulca-F tus, non eius iussione Episcopalem recepisset sedem. Quamobrem secundum Imperatoris præce pta cum se pararet ad fugam, videns circa se Chri stianorum populum lachrymatem: Habetote,inquit, filioli fiduciam: nubes est, & citò pertransiet. Hoc dicto valefecit: & degentibus illic amicis comendauit ecclesiam, atque ab Alexandrina ciuitate discessit.

Quomodo Iulianm fouerit Cyzicum, propter paga. ni (mi cultum. CAP. XXVII.

Nterea Cyzicenis legatione fungétibus apud principem Iulianum de propriis rebus, & paganorum restitutione templorum, lau das eos propter sacrorum curam, quæ postulauerant, vniuersa concessit. Eleusium autem eius ciuitatis remouit episcopum, veluti vastatorem templorum: & quia viduarum pabula, facrarúmque virginum monasteria constituerat, Paganisque sualerat vt paternam religionem relinquentes, ad Christia-

Monetarij Cyzicii tranf lati a Iulia-

† Gracus co dex sta legit: Sciebat enim & macessia-tem & coa-Clionem aliquado adim plere ea qua ad conueuti B faciendo ano pouta mem pouta mem requi-runt.

An.do. 365.
Iulianın Ti
tum Boftren
fem epifcopü
eycit.

ઉલ્સાળવા. જુ

Pantheon.

Hilario mo

A na dogmata se conferrent. Interdixit etiam Christianis peregrinis, ne venirent Cyzicum, credens quòd religionis caussa excitarent seditiones, eósque alij eius ciuitatis Christiani fouerent. Et publici simul opifices artificésq; monete, qui in duas erant diuisi partes principum præcepto priorum, cum vxoribus atq, liberis Cyzicum habitare sunt iussi. Hi enim singulis annis certam oblationem publico conferebant : alij quidem militum chlamydes, alij verò pecunias nouas. Cum igitur modis omnibus placuisset Iuliano ritum constituere Paganorum, vim quidem inferre, atque tormenta populis sacrificare nolentibus fatuum iudicauit. Sed hoc tantummodo præcepit, vt per fingulas ci uitates numerus corum conscriberetur: quos tamen nequaquam aut adorare prohibuit. + Sciebat enim, quia non posset vlla necessitas suspendere, quod voluntas spontanea suggessisset. Porrò clericos & ecclesiarum præsules, à ciuitatibus submouere festinabat:studens vt eorum absentia paulatim solueretur ecclesia, neque sacrorum ministri, nec qui docerent, vel qui ministeriis partici parétur, existerent: & per hoc longo tempore paterentur, propriæ religionis obliuionem.

De Tito Bostrensi episcopo. C AP. XXVIII.

BOstrensibus itaque publica voce præcepit,vt Titum suæ tunc ciuitatis episcopu procul expellerent. Cúmque iussisset hoc, clericisque mina retur quasi ipsi facerent turbas in populo, tunc Ti tus libellum destinauir imperatori, cotestans eum ac dicens, quod inimica inter se esset turba Paganorum atque Christianorum:& sua suasione Chri stiani magis à seditione quiescerent. Quo facto nisus est Imperator ex huiusmodi verbis Tito inimicitias populi cócitare, scribens Bostrensibus, Ti tum eorum accusatorem fuisse, dicédo ipsius monitis, non sua voluntate populum à seditione cessasse: eumque velut hostem, populo suadebat expellere. Non enim quod iustum erat, aut legitimum iubebat agi, sed odio religionis, verbis quidem culpare, operibus autem mala perficere contendebat. Quapropter per ciuitates & prouincias Christiani diffugiebant. Huius participes plurimi meorum fuere progenitorum . Simul & auus,qui de patre Pagano natus,iple cum tota domo,&qui erant ex genereAlaphionis,Christiani primo sunt facti in Bethelea vico Gazésium valde populoso, habentíque templa antiqua: ædificiaque pulcherrima, & maxime Pantheon in ciuitatis arce locatum, eminens super omnem vicum. Quem locum arbitror ex voce Syra & Græca, deorum habitacu lum nominatum. Fertur autem his omnibus fuisse Christianismi autorem Hilarionem monachum. Cùm enim dæmonio vexaretur Alaphion, diu Pa gani atque Iudzi incatationibus & lustrationibus apud eum vsi, nihil illi prodesse potuerut. Verum Hilarion solummodo CHRISTI nomen inuo cans, demonium effugauit, eumque in religionem Christianam repente transportauit. Floruit itaque meus auus in expositionibus &interpretationibus scripturarum nostrarum: quoniam erat ingeniosus, scientiaque fultus, ita ve nec Arithmetica artis esset expers, ac propterea Ascalonitis & Gazensibus, & in circuitu Christianis valde graLIB. VI.

tus, tanquam religioni necessarius, & ad soluendas dubitationes scripturæ diuinæ vtilis. Primi stquidem isti in eo loco ecclesias & monasteria cóstruxerunt, easq, honestate atq, hospitalitate peregrinorum & indigentium pariter ornauerunt. Ex quo genere vsque ad nostra ætatem suerut viri optimi, quos grandæuos inuenis ipse perspexi.

Quod Iulianus praceperit, vt secundum Christianorum ritum, etiam Pagani orationes & electrosynus facerent, & decimas templu offerrent, & ca tera qua Christianis facere moris est, adimplerent. C APVT XXIX.

Gitur Imperator iam pridem dans operá, vt Paganifmum in omni fua ditione dilataret, graviter ferebat, videns Christianos magis approbari. Et templa quidem erant aperta, sacrificiaque Paganorum per ciuitates secundum voluntatem illius procedebant. Ipse autem sollicitus erat, ne feruor ipsius ob Christianoru multitudinem frustraretur. Et maximè angebatur quod multorum E facerdotum fuorum Christianas audiret esse vxores, & filios, atque seruos. Consyderans autem Christianismu ex vita bona & conversatione con fistere, studuit vbique templa Paganorum costructione & ordine Christianæ religionis ornare, sedibus atq; processionibus, Paganorumq; dogmatibus atque monitionibus. Lectores suæ superstitionis instituit instar clericorum, vt & horas cer tas, & dies orationum solenniter observarent, præcipiens pariter habere curam virorum, atque mulieres philosophari scientes, habitaculis peregrinorum, & pauperum, aliáque prouidentia circa egenos exhibita, Paganorum religionem componere, & pietatis habere nomen. Si quis autem sponte vel inuitè peccaret, secudum traditionem Christianorum instituit, vt post pænitétiam, mediocrem sustineret correctionem. Præcipuè verò imitatus dicitur notas literarū Episcopalium, quibus solent alter alteri scribentes commendare pe regrinos, & quò proficifcatur, & à quibus veniat, modis omnibus indicare: & solatia promereri, tãquam noti & amici sint testimonio missi signacu F li.Hæc consyderans dabat operá: vt Pagani Christianorum assuescerent officiis. Sed quoniam mul tis incredibile est eum studia Christianorum sequi voluisse, non aliunde quàm ex ipsius Imperatoris sermonibus est probandu. Huiusmodi enim Arsacio pontifici Galatiæ scripta misit.

Paganorum ritus nondum agitur secundu sententiam nostră, propter cultores eius in negligen tia positos. Nam deorum claritas, magnitudo atque sublimitas, omni oratione, omníque spe maior est. Sed propitij sint nostris mentibus dij propter negligetiam quam habemus, cum illoru proudétia in paruo tempore tanta mutatio sacta sit, quantam ne petere quidem quisquam ausus suisfet. Cur ergo credimus hoc posse sufficere, neque respicimus quemadmodu superstitione Christianoru auxerit cura peregrinoru, & circa sepulturas & mortuos multa officia, honestaq; couersationis studia, non vera sed sicta? Quas res arbitror apud nos debere subveritate geri. No itaq; satisest te ta lem esse, sed omnes absolute circa Galatiam sacer-

An.de. 365.

De bainsmo di litera extat Canon Nicani concilij, ipsi formatas vocāt.

Iuliani Aug. epistola ad Arfacium pont.

Christianorum hospotalicas & officia erga mor tuos. † quadrs-

Hinc cöüce -

re potes qua officiosi fue-

wit alim chri

fed etiam in

gentiles 🕁 Indeos.

Fungue

Homaicm

Presides in

stiani, non so lum in suos B

Mers.

Arbitrabatur enim quod si hoc volentibus impocoronam dedit. Quum venisset enim tempus, quo rum quod acceperant,& forti voce polcebant,vt reciperet quod dedisset, & illos occiderer. Se ení pœnitentiam agere fatebantur, eo quòd improui-

Biani rest.

THEODORITYS.

de eoru dextera peccasset:&studere propter Chri

stum totum corpus pænæ contradere.

Hæc igitur furorem mouerunt Imperatoris. Et primo quidem corum capita iussit amputari. Quumque deducerentur ad mortem, sequente populo mirantéque virtutem eorum pro pietate susceptam, venerunt ad locum vbi rei puniri solent. Tunc spiculatorem rogauit senior omnium, vt primo cuiusdam caput nomine Romani adhuc adolescentis abscinderet: ne dum alios respiceret, trageretur. Quúmq; ille genua fixisset in terra,& gladiú spiculator euaginallet, venit repéte nútius, clamore prohibens necem. Porrò iuuenis ille ait, morte frustratus: Non fuit Romanus dignus, vt

Milites chri

A dotes: quos aut deprecare, aut ratione flecte, aut certè festinanter à sacerdotali ministerio remoue, nisi diis cum coiugibus & filiis arque seruis col la submiserint: non ferentes viterius suos seruos aut filios, hoc facere contemnentes, aut Galilæos impiè contra deos agentes, & impietatem pietati præponentes. Deinde cunctos admone, vt sacerdos neque ad spectacula procedat, neque in taber nis bibat, aut cuiqua arti, operibus ve turpibus aut pudendis præsit. Qui obediunt, honorentur: inobedientes expelle. Xenodochia constitue per singulas ciuitates, vt nostra peregrini elementia perfruantur: non tantum nostri, sed etiam extranei pecuniis indigentes. Et vt habeasvnde fiat, interim decreui singulis annis triginta millia modiorum tritici per vniuersam dari Galatiam,& + sexaginta millia sextariorum vini. Horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi, reliqua peregrinis egentibus distribui: Tur pe nanque est, vt Iudæos quidem non abiiciant, sed potius nutriant impij Galilæi & suos pariter, necnon etiam nostros: nostri verò nostrorum so latio deseratur. Quapropter doce etiam collaționes facere Paganos ad talia ministeria, paganoruque vicos offerre diis primitias frugu eosque huiusmodi benefactis institue, docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat, introducens Eumæum talia facientem. Nos ergo ne bona quidem nostrorum imitamur, sed aliis permittimus negligentia non confuii, magis autem deorum reuerentiam respuentes. Si igitur hæc te facientem ego cognouero, lætitia plenus ero. Præsides prouinciarum rarius in domum suscipe: frequenter eis scripta transmitte. Ingredientibus eis ciuitatem sacerdotum nullus occurrat: Cúmque ad templa venerint deorum, intra ia nuas eos nemo præcedat militum fortè aut præce dentium Officiorum: sed qui voluerit, subsequatur. Cum ad ipsum limen templi peruenerit, priuatus existat. Tu enim, sicuti nosti, intus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio videtur exigere. Obedientes igitur pro veritate pij sunt: reluctan tes vanæ gloriæ comprobantur. Quid enim patiatur, aut quod mereatur auxilium, qui matrem C Deorú propitiam habere noluerit? Qui ergo cam neglexerint, non solum sine querela non erunt, sed etiam nostræ indignationis impetum sustinebunt. Neq; enim phas est vt illi parcatur, qui deos habuerit inimicos. Suade igitur eis, vt si mea volunt frui tuitione, omnes Matri deorum studeant offerre culturam.

> Quibus modu conatus sit Paganismum extollere, o milites ad cultum idolorum inclinare. CAPVT XXX.

Ac itaque faciés Imperator ad abolitionem Christianorum, persuadere hoc subditis non potuit, & apertè vim inferre erubuit. Inter hæc vt ad Paganismum milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signum illud sublimio Romanorum, quod Constantinus (sicut prædictű cst) in crucis formam mutauerat. Verum in publicis imaginibus depingebat Iouem, quasi de cœlo illi coronam & purpuram deferentem: Mercurium & Martem in se respicientes, velut pro testi-

monio sapientis & fortis. Et hoc agebat imagini-D Injun ; bus, vt sub occasione imperij latenter adorarétur Dij: & hoc modo subditi clanculum fallerentur. neret, postea quæ vellet impleret. Si verò respuentes agnosceret, venia adempta torqueret, tan-Jquam circa Romanorum solennia reluctantes & in rempublicam arque ipfum imperiú delinquentes. Pauci venò etiam pœnis subditi cognouerut dolum: quia sicut moris erat, adorare noluerant. Turba verò (vt fieri soler) per ignorantiam simpli citer imagines adorabat. Quod ramen imperatori nil profuit. Cúmque multa excogitaret quibus Paganorum ritus extolleret, inuenit modum qui -compluribus militibus Christianis claræ virtutis imperialia milites solent dona accipere (hoc enim agitur plerunque die kalendarum Ianuariaru, & natali principum, & vrbium regiarum) exquisinit vt eos simpliciter & ex prisca consuerudine fallere posset, iussit que vt vnusquisque ad manum imperatoris accedentium, admonitus ab officiis, primo incensum offerret. Erat enim ante eum positum thus & ara, secudum antiquam Romanorum folennitatem. Tunc quidem alij libere suam fortitudinem ostenderunt, & neque incensum offer re, neque donum accipere ab Imperatore sustinuerunt. Alij verò occasione legis & antiquitatis, ne mente quidem perceperunt quod commifere peccatum. Alij propter lucrum capti, aut timore turbati, seu iussione repentina conclusi, licet intellexerint, tamen Paganismu declinare nequiuerunt. Plurimi siquidem per ignorantiam decepti cum inter cibos, (vt fieri solet) & pocula inuocarent interse CHRISTVM, respondens quidam dixit: Quid patimini inuocantes CHR I-STVM, quem paulò ante denegastis, cùm donú ab Imperatore percipientes thus in ignem mitteretis? Cúmque hoc milites audissent, & quod gesserant agnouissent, statim exiliétes per publicum currebant, atque impetu facto proclamabant Deŭ suum,& cuctis hominibus testabantur se esse chri stianos, & in eo nomine permanere, atq, per igno rantiam se fecisse, & (si dici posset) solam manum Paganam esse: conscientia verò nihil simul egisse. Quúmque venissent ad principem, proiecerút au F

Milites chri fitani in essi linno mitton sor. Christi martyr appellaretur. Et licet sanguine sceleratus Imperator fundi prohibuisset, ductus inul dia, non tamen eos in ciuitatibus habitare permisit, sed ad yltima Romanoru loca in exilium misit.

#### SOZOMENYS.

Postea verò precepit, vt qui sacrificare nollent, in palatium non intrarent, & neque collegio, neque foro eos, neque arbitrio, neque vlla dignitate, nec aliqua administratione participare iussit.

THEOD OR ITYS.

De corpore martyris Babyla, & de fimulachro Apollinis, fulmine concremato. C A PVI XXXI.

An.do. 365.
Pyshiw Apollo incufat
Babyla adempta virtu
tiu fatidica.

Vm igitur Iulianus apud Pythium Daphnæu peteret responsa de Parthici belli victoria, & ille viciniam corporis Babylæmartyris accusarer,iussit eius corpus auferri. Ob quam rem cum Christiani festiuitatem deducto corpore psallentes agerent, & indignatione principis quida Theodorus iuuenis multa passionum tormenta pertu lisset, hoc quidem facto, fallax dæmon martyris gloriam auxit, suum verò mendacium clarius dete xit. Fulmen nanque cœlitus missum, omne templum accendit, & ipsum Pythij Apollinis simulacrum redegit in puluerem. Erat enim ligneum, sed foris deauratum. Quod noctu Præfectus Orientis tunc nomine Iulianus Iuliani vies, id est, auunculus, cognoscens, festinanter venit Daphnen, vo lens succurrere Deo, qui ibi colebatur: vidéns que eum redactum in cinerem, พมพ์ รูซร, id est, ædituos verberibus affligebat, credens hoc ab aliquo Chri stiano fuisse commissum. Qui licet torquerentur, tamen mentiri noluerunt, clamantes incendium non ex infernis, sed è supernis habuisse principiu. Adhec etiam rustici vicinorum venientes locorú, dixerut se vidisse fulmen cœlitus fuisse delapsum.

C De publicatione vaforum ecclefiasticorum, & quomodo Iulianus prafectus & Felix violantes ecclefiam diuinitus fint puniti. C N PVT XXXII.

**a m.do** 365. Vaja ecclesiarum confi scaueur. Templii chri phanaiur. Iulian<sup>a</sup> Pra fellus Orientis. Felix. laxifi@-fi 7 ลีง idlus 78 Basinius XII MATON TAV nge trasporate wrstoping. ZÁLISTA SL me Bárus te **7010**070p are a abole of a Lidton (n. pāiei,

Nterea iubentur vasa ecclesiarum sacra sisci æratio deputari.Sublatisque ianuis ecclesiæ maio ris, quam Costantinus ædificauerat, fit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediente siquidem Iuliano Præfecto Orientis ecclesiam, Felix Præpofitus regalium the faurorum pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerum priuataru. Aiunt enim & Felicem & Elpidium prius Christianos, tunc à pietate recessisse, impio Principi parere cupientes. Iulianus itaque Præfectus impudenter contra sacrum altare minxit. Quem cum Euzoius prohibere tentaret, eum ille percussit in capite. Fertur autem dixisse, Christianorum inuentiones cœlestium cura non vacare. Porrò Felix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus & Costantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inquit, va sis Mariæ filio ministratur? Sed pro his impietatibus væsanisque præsumptionibus non post multum pænas exacti sunt. Nam repente Iulianus sæLIB. VI.

uo morbo correptus visceribus putrefactis inte-D riit. Et excrementa non per meatus egestiuos emittebat, sed scelestum os, quod blasphemiis ministrauerat, organum huius excretionis est factu. Aiút autem illius vxorem fide fuisse clarissimam, eamque dixisse: Decet te marite laudare saluatorem CHRISTVM: quoniam tibi per hác correptionem magnitudinem propriæ virtutis often dit. Non enim agnoueras contra quem pugnare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo verbis & pasfionibus imminentibus caussam languoris cogno scens, rogabat Imperatorem, vt ecclesia quibus fuerat ablata, redderetur. Sed nec illum flexit, & ipse terminum vitæ suscepit. Porrò Felix & ipse repente slagellum virtute divina suscipiens sanguine toto die simul & nocte ex ore suscipiens. vænis corporis vndique vacuatis, omníque virtute simul expensa, & ipse celeriter est extinctus, æternæque morti contraditus.

# Quomodo apud Antiochiam sacerdotis filius sit conuersus. CAP. XXXIII.

Is ita gestis, adolescens quidam, sacerdotis fi lius, in Paganismo nutritus ea tempestate ad Christianorum translatus est chorum. Erat enim tunc quædam insignis reuerentiæ mulier, & diaconissa honore fulgebat. Hæc cum huius matre habuit amicitiam, quæ sæpius cum huius mater ad ipsam veniret, hunc infantem amplectebatur, & ad cultú Christiani nominis inuitabat. Porrò matre defuncta veniebat adolescens ad eam , & doctrina consueta fruebatur. Cúmque firmissime eius consilium percepisset, interrogauit Doctricem, quo posset argumento, & patris superstitionem declinare, & prædicationem veritatis adipisci. Quæ dixit, vt patrem fugeret, & creatorem suum atque illius potius sequeretur, atque ad aliam iret vrbem, in qua latenter Imperatoris impij manus effugeret, iplam se eius curam habere promittens. Ad quam adolescens: Reuertar, inquit, postea, & animam meam tibi contradam. Quum verò pauci transissent dies, Iulianus venit <sub>F</sub> ad Daphnen, celebraturus publica sacrificia. Cum quo etiam huius pater. Erat enim sacerdos, & sequi solitus Imperatorem. Cum quo erat & iste puer, eiúsque frater, habentes officium, vt cibos imperatori apponerent.Solebant enim fepté diebus in Daphne festa celebrari. Primo siquidé die, quum staret iste ante Imperatoris accubitum,&epulas solenniter aspersisset, repletus horrore, cum celeritate Antiochenam venit ad ciuitatem, ad illam mirandam mulierem. Quo facto ego, inquit, nequaquam tibi de promissione métitus: tu verò vtriusq; saluti cosules, promissa comple. At illa repente surgensad Dei virum Melitium perduxit adolescentem: verùm ille in superiori habitaculo interim eum habitare præcepit. Pater interea filium requirens, & Daphnen circuibar omnem: & ad vrbem veniens, plateas cunctas perambulabat, & vicos oculis vndiquaque currentibus, & eum inuestigari desiderantibus. Cúmque peruenisset ad locum vbi habitaculum sanctus Melitius habebat, suspiciens, vidit illum de fenestra prospi cientem. Et currens traxit ac deposuit, atque doHac verba
Theodoriti
idcirco appo
fio ve intelli
gas quid fis
Comes rerii
prinatarum,
er quid prinata, qua di
clione etiano
Graci venu
tur, ve Iulia
nus Ang, ad
Ecebolum,

ndirk nrī µa
ra rāc úµc [i
ca caroscānvai nriāk [ine
De chriftianorū possēsio
nibueloquēs.

Filimfacerdoen Ethnici,adChristii connersuo.

An.do. 365.

Meliti**n** 

H ij

ECCLESIAST.

A mum víque perduxit. Primúmque eum multis fla gellis afficiens: deinde calefaciens obolos, mani-·bus ac pedib? & dorso eius imposuit.Post hec vin &u in cubiculo clausis ianuis dereliquit, & ita pfectus est ad Daphnem. Hæc ego à viro iam sene, quú narraret, audiui. Qui etiam hæc adiecit, quod spiritu diuino gratiaque repletus, contriuerit omnia patris idola, & corum infirmitati cœperit irrogare blasphemias. Quo facto mente percipiens quod egisset, formidauit præsentiam patris, rogauitque dominu Christum, vt ipsi ferret auxilium, claustraque confringeret, & ianuas aperiret: Propter te,inquit,talia domine ptuli,& hæc agere nó expaui. Cum hæc,inquam,dixisset,ceciderunt repente claustra, aperteque sunt ianue. At ille rursus ad magistram venit, quæ continuò eum induens schemate mulieris, & in camera residere iubens, post paululum obtulit rursus sancto Melitio. Qui eum episcopo Cyrillo Hierosolymitano contradi dit, & ita venerunt noctu in Palæstinam. Verùm post Iuliani morté etiam patrem iste duxit ad veritatem Christianam: quod inter alia quoque no-B bis expoluit.

> Quemodo Iulianus aquis immolaticiis vniuerfa pol luerit,eique restiterint Iunentius & Maximus. CAPVT XXXIIII.

Inlianno pu blucos funtes Autiochia & cibaria facrificiis pphanavit.

I Nterea Iulianus cotra fidei pietatem impudentius armabatur,& vultu quidem fe fimulabat mi tem: porrò laqueos instruebat, quibus deciperet innocentes. Et primu quidem fontes vrbis, & qui erant in Daphne, sacrificiis violauit, vt vnusquisq; aquam bibétium eius horrore potiretur. Quúmq, etiam in publico venales cibos illo scelere copleuisset (aspergebatur eni ex eis, & panes, & carnes, & poma simul, & olera, & cuncta quæ comeduntur)hæc videntes qui nomen salutare perceperat, ingemiscebant quidem, atque mugiebant videntes abominationem tantam. Veruntamen comedebant, legi obedientes Apostoli: Omnia, inquit, quæ in macello venduntur comedite, nihil diiudi cantes propter conscientiam. Verum duo quidam militia clari, erat enim Scrutarij principis, in quo-C dam conuiuio, hoc horrore vehementius sunt accensi, atque admirabilium illorum adolescentű in Babylone corufcantium verbis vsi sunt, dicentes:Tradidisti enim nos regi iniquo, qui recessit à te vltrà omnes gentes quæ sunt in terra. Hæc quidam conuiuarum nuntiauit Imperatori: qui repen te illos ad se fortissimos viros adducens, requirebat quid loquuti fuissent. At illi occasionem fiduciæ de interrogatione sumentes Imperatoris, laudabilémque sui firmantes zelum, dixerut hæc pietatis more nutriti: O Princeps laudandis legibus hactenus seruientes, quas Constantinus & eius filij posuerunt, ingemiscimus, nunc abominatione omnia videntes esse completa, & nephádis sacrifi ciis cibos potúsque violari. Hæc & domi defleuimus,& te præsente nihilominus eiulamus.Hoc enim in tuo displicet nobis imperio. Hæc audiens ille mitis atque Philosophus à sui similibus nominatus, mansuetudinis quidem exhibuit vultum,& impietatis faciem protinus enudauit, præcipiens amarissimas eis plagas inferri. Quos etiá luce priuauit, magis autem (vr verius est) illius téporis infelicitate liberauit, victricés que eis coronas proui dit offerri: fingebat enim se in eis quasi caussam defendere Imperialis iniurie, & hec diuulgari iussit inuidens decertaroribus veritatis in appellatione martyrij pariter & honoris. Nomina suerut ho rum Iuuétius & Maximus, quos Antiochena ciuitas tanqua pietatis propugnatores venerata, precioso monumento recondidit: & vsque ad diem hunc festis annalibus honorantur. Sed & plurimi nobilium & dignitate sulgentium vtentes tali siducia, coronas aquales sunt adepti.

Quomodo Valentinianm, qui post eum imperauit, propter aspersionem immolaticia aqua ministru percusserit templi. CAP. XXXV.

🖊 Alentinianus etiã qui paulò post sumpsit Imperiú, tunc Millenarius erat circa Palatia con stitutus dux Lancearioru. Is zelum quem pro pietate habuit, non celauit. Eo nanque tempore cum fulminandus ille fortunæ templum ingrederetur saltans,& ex vtraque parte ianuarum astarent mi- E nistri tépli, qui aspersione (sicut ipsi dicebant) pur garent ingredientes, Valétinianus precedens prin cipem, aspersionis guttam sua vidit in chlamyde. Et indignatus, pugno percussit templi ministrum, dicens le maculatu potius quam purgatum. Quod respiciens Imperator, iussit cum in custodiam túc redigi,& ad erèmum destinari.Sed ille cum annus & pauci transissent menses, pro mercede confessionis recepit imperiu. Non solum enim in illa vita diligentes se Deus honorat, sed aliquando etiá in præsenti bonorum operum retributiones impendit, & præsentibus præmiis illic sperata con-

De Artemio martyre, & Publia Abbatisfa. CAPVI XXXVI.

Rtemium verò qui temporibus Constantij dux fuit Ægypti, quia illius téporis idola mul ta cofregerat, non solum facultate nudum reddidit, sed etia capitis sectione mulcauit. Hæc & huiusmodi gessit ille mansuetus & ab iracundia re- F motus, sicut ab impiis vocabatur. Adiiciam super hæc etiam miraculum fæminæ, quæzelo diuino huius contemplit impietatem. Publia quadam fuit eo tempore nominatissima & preciosis virtutibus exornata. Hæc cum nuptiale iugum ad tempus paulisper suscepisset, fructum dignissimum obtulit creatori. Ioannes enim Antiochiæ presbyter multo tempore constitutus, & sæpe Apostolici præsulatus decreta refugiens, de terra illius fæminæ admirabilis germinauit. Hæc habens apud se chorú conuersatione digna virginitatem seruatium, semper cum eis laudabat sactorem Saluatorémque Deum. Transeunte verò Imperatore, clarius in commune psallebant, cotemptibilem & deridendum iudicantes erroneum, illaque maximè cantica personantes, que idolorum vidétur traducere debilitatem: dicebántq; cu Da uid: Simulacra gentium argentű & aurum, opera manuum hominű. Et iterum: Similes illis fiant qui faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis. Hec audiés Iulianus, & vehementer accélus, eas cum trá-

De bis extas fermo divi Chryfoftomi

V aleti

z Wierz G

TÕI ADYXI -

منلاه

Isanes Anthischerons F.Publics

Pfd.112.b

Pfal.67.4

deogien.

A siret tacere præcepit. Quæ eius legem paruipendentes, chorum maiori ordine copleuerunt. Rursusque illo transeunte psallebant: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Tunc ille sæuiens, magistram chori præcepit adduci. Quam cùm videret senectute maceratam, nec corporis caniciem miseratus est, nec animi studuit honorare virtutes: sed quibusdam Spatariorum iussit vt eam alapis cæderent. Quæ veluti summum honorem cotumelias illas excipiens, domum reuersa est, eúmque solitis melodiis spiritalibus notabat. Sicut autor illius Cantici malignum spiritum essuguerat à Saul. Nam & Iulianus erroneos dæmones sibimet applicans, contra donum pietatis insaniebat.

SOZOMENYS.

De Basilio atque Gregorio. C AP. XXXVII.

An.do. 366. Apollinarin Basiliun, I Gregorius.

.

a pollinarii Syruu.

Ontristabat porrò eum non mediocriter Apollinaris Syrus, omni scientia infigniter instructus, simulque Basilius & Gregorius, Cappado ces, illius temporis Rhetores Christiani, alique plurimi eloquentes viri.Quorum alij quidé æmu– lati funt veram gloriam, alij Arianæ hæreseos habuere væsaniam. Quamobrem arbitratus hinc armari Christianos, prohibuit eos Græcorū doctrinis imbui, & eorum lectionibus erudiri. Tunc Apollinaris cùm esser doctus & simul ingeniosus, pro Homeri Poëmate versibus Heroicis Hebraicam conscripsit antiquitatem vsque ad imperium Saul, & vigintiquatuor libris opus omne diuisit, vnicuique libro nomen literæ ponens, secundum Homericam lectionem. Fecit autem & aliud opus fecundum Menandri fabulas, Comædiæ fimilitudine comparatas, imitatus etiam Euripidis Tragœ dias,&Lyram Pindari.Et(vt absolute dicam)ex di uinis scriptutis argumenta sumens, omnes Encyclias lectiones tempore paruo composuit, numero, virtute, moribus, conscriptione, charactère, & dispositione,Gracis valde pares . Et nisi vetustaté C homines honorarent, & que sunt in vsu grata cre derent, vt ego reor, æqua veteribus Apollinaris opuscula decrenissent. Fecit etiam non ignobilem ad iplum Imperatorem, liue contra Paganos Philosophos librum cui titulum posuit, PRO VE-RITATE: In quo de sacris testimoniis tacens, probaut illos quidé fuisse deceptos, se auté sapere vera de Deo.Hec autem consyderans Imperator, claris tanc episcopis scripsit: Legi, & reprehendi. Cui rescripserut. Ersi legisti, non tamen cognouisti. Si enim cognouisses, nequaquam reprehendis ses. Quidam dicunt hanc epistolam Presulis eccle fix Cappadocenz fuisse Basilij, quod incredibile non est. Siue autem eius, siue sit alterius, iustu est virtutis laudare doctrinam.

SOCK ATES.

Dohis qui amore pecunia à fide declinauerunt...

more proving

PLurimi verò non recta mente Christianum ha bentes nomen, quippe qui pecunias & honorem puz sentem selicinati verz sidei preponerent, ad sacrificiorum sectera descenderunt. Quorum vnus suit sophista Constantinopolitanus EceboLIB. VI

lus. Is enim mores Imperatoru fequens, sub Con-D stantio quidem feruentissimum se finxit Christianum, sub Iuliano Paganus celeriter est este cus, & rursus post Iulianu volebat esse Christianus. Prosternens etenim semetipsum ante ianuas ecclesia pronum, magna voce clamabat: Conculcate me

Quomodo pecunias Iulianus abstulerit christianis.

C. APVT XXXIX.

Gitur cum Iulianus iret ad Persas, volens in eis vlcisci, eò quòd sub Constantio Romanorú ter minos inualissent, & sciens in præliis euenire frequéter aduersa, & plurimis pecuniis opus esse, adinuenit modum vt auferret pecunias Christianorum. Nolentibus ergo sacrificare, pecuniam multam imposuit, exigebătúrq; verè Christiani. Singuli nanque eorum pro fua fubstantia offerebant, & Imperator ex iniusta collectione, iniustè factus idoneus est. Vbi enim no erat, illuc hanc mittebat lege: vbi erat, vtebatur ipse. Túc ergo pagani chri stianos grauiter oppresserunt, interdum etiam tor mentis corporalibus affligebant eos. Quod Impe rator audies, Christianis videlicet adeuntibus eu, E defendere contemnebat, dicens: Vestru est vt patientes mala sustineatis, hoc enim est præceptum vestri Dei.

SOZOMENTS.

Quomodo ab Antio chenis irrifus fit. C A P. X L.

I Gitur Imperator pugnaturus contra Persas venit Antiochiam. Cúmque populus quereretur venalia quidem abundare, sed carius vendi, volens magnitudinem sua largitatis ostendere, minora quàm debuit precia in soro rerum, venalium constituit. Et cum sugissent tabernarij negotiatorésque diuersi, res necessaria desecrut. Antiocheni verò grauiter hoc serentes, contumelias irrogarunt Imperatori.

SOCR ATES.

Querebantur enim aduerfus eum, facetias de il lius barba proferentes: crat enim eius barba valde promissa. Dicebant ergo: Tondatur, yt ad funes en ius proficiat barba. Et quoniam supendigienis sur F caussa Taurum idolis frequentius immolabat, ară vel taurū in solido suo formari præcepit, Ob quá rem proscindétes eum dicebant : Iste taurys euer ter mundum. His iniuriis prouocatus adiram, im, terminatus est se Autiochenam afflicturum ciuira tem. Quamobrem Tarlum Cilicia reuerti volgs, iulsit necellaria præparati. A spio propolipo sum Sophista Libanius audcauit, scribes pro Antioche nis intercessionis librum, & ruesus ad Antiochenos de principis les quos tamendibros non adidir. Verum Imperator respunts so operibus vindi care, reciprocistiniuriis iram fuzzindignationis a inasi ang pháng an Ampulos mitte mutalis. Librum lepidum & latis vrbanu, quem pariochicum pominauit.Verum contra Christianos multa malas bus finulation of the palitiment of the final statement of the statement o shetiam) firzatóque data suo tro 🖅

CFT (T TEARGRADES Gires - CLES

An.de. 3 650

Christiani Spoleantor à Inliano

Iuliani of
Antioche norii contentiones.
Symbolum
in nomifmatis.
Libanius
Sophifta pro
Antiochem
fibut.

Au.do. 365.

minuit pre-

tia rerum

nalinm.

Digitized by Google

An.do.366. Ecebolus Sophista.

· Lakerich - 1

A De simulachro Christi qued deposust Iulianus.

C A PVT XLI.

Statud Chri fti fufilë Iulianus deiscit.

Lege En febü Ub. 8. cap. 4.

Llud quoque quod fub Iuliano accidit, non filebo . Fuit enim signum quidem virtutis Christi, & indicium cotra principem iræ Dei. Cum enim cognouisset in Cæsarea Philippi, ciuitate Phæniciæ, quam Paneada vocabant, insigne Christi esse simulachrum, quod mulier illa sanguinis liberata profluuio constituerat, eo deposito suam ibi statuam collocauit. Quæ violento igne de cœlo cadente, circa eius pectus diuisa est, & caput cum cer uice vna parte deiectum atque in terra fixum:reli qua verò pars hactenus superfuit, & fulminis indicium reseruauit. Statuam verò Christi tunc quidem pagani trahentes confregerunt. Postea verò Christiani colligentes in ecclesiam recondiderut, vbi hactenus reseruatur. Hocitaque simulachru (sicuti refert Eusebius) omnium passionum & zgritudinu noscitur esse medicamentu. Iuxta quod quædam herba germinauit, cuius speciem nullus nostræ terræ medicus licet expertus cognouit.

De beneficio herba qua nascebatur iuxta simulachrum Christi, & de miraculio, qua per loca diuersa pro nomine Christi siebant. C & P. XLII.

MIhi sanè videtur, quod adueniente Deo nullum miraculum, nullúmque beneficium debeat non credi. Nam & alia plurima miracula per ciuitates & vicos plerunque apud multos prouinciales antiquitus tradita sunt, habentia veritatem: quod statim monstrabo. Est itaque ciuitas Palestinæ Nicopolis nomine, hanc cu adhuc vicus esfet, Emaus facer Euangeliorum liber appellat. Quam Romani post vastationem Hierosolymorum Iudaicamque victoriam, Nicopolim ex euentu vtique victoria vocauerunt. Ante hanc vrbem in tri uio vbi Christus cum Cleopa post resurrectionem noscitur ambulasse, tanquam ad alium vicum iturus fons quidam est salutaris, in quo morbi hominum abluutur, & alia pariter animalia diuersis detenta languoribus emundantur. Quod vt ita contingat, traditur ex quodă itinere visum esse Chrifrum apud foncem cum discipulis suis & lauisse pe des, ex quo aqua facta est diuersarum curatrix pas fionum! Ferrur cria quod in Hermopoli Thebaidos, arbordia vocatur Perfeis, multoru morbos ábegerit, li fructus, aut folium, aut pars eius corticis collo agrotantium ligaretur. De hac enun arbore ferunt, quod cum apud Ægyptum loseph cu Christo & Matia virgine sancta fugisted Herodes venisserque ad Hermopolim ciuitate, mon voin. grediebatur vrbom, non ferenshædarbof maximum Christi salutaris aduentum, inclinara est vie que ad terram de euch Supplica er udorahic. Hço ego de ista arboro à mistris audits autrani. Reor aut rem hoc figitum faithe factions duibus divine pres Yenria: aut ceret quia ritu paganopun hacarbor propreting nitudinem arque pulchritadinem co Tebarurinota est, nonferens Christidiuinitarem, destendbus verque contremiscentibus, cum vide rene retum ralium destructorem (necnon omnibus simulacris Ægyptiorum secundum Esaiz prophetiam) fugatoque damonio pro testimonio CHRISTI Victiam remandisse. Igitur apud A-

gyptios & Palæstinos gestorum testimonia con-Ds

THEODORITYS. Quomodo Iulianus Indaos armanerit contra Christianos, & de templo Hierofolymorum. CAPYT XLIII.

I Gitur Iulianus etiam Iudeos contra Christianos armauit. Primumque couocans requisiuit, quur cum ipsis præcipiat lex sacrificare, nequaquam im molationibus yterentur. Cumque respondissent, yno tantummodo loc o sibi offerre sacrificiu fuisse permissum, repente iussit Deo exosus destructum + reparari templum, credens infelix dominicum verbum se posse destruere: cuius per hoc veritatem magis ostendit. Hæcitaque verba Iudei libenter accipientes, cunctis per diuersum terrarum orbem mandauere Iudæis. Qui vndique con currentes, pecunias ad ædificium alacriter offerebant: ministrauítque plurimum etiam Imperator, no largitatis gratia, sed yt veritatem oppugnaret. Mistique pariter presidem impioru executorem

rum orbem mandauere Iudzis. Qui vndique con currentes, pecunias ad ædificium alacriter offerebant: ministrauitque plurimum etiam Imperator, nő largitatis gratia, sed vt veritatem oppugnaret. dignissimum præceptorum. Aiunt enim, quod ad E repurgationem facienda argenteos hamos & cophinos, & scaphas habuerint. Cúmq; fodere iam cœpissent, statuto quidem die hoc multitudo plurima faciebat: nocte verò, spontanea terra de val le crescebat. Solutis itaque prioris etia fundamen ti reliquiis, noua omnia præparabant. Cúmque gy psi & calcis multa modioru millia cogregassent, vis magna ventoru repente respirans, tempestates atque procellæ subito facte, quicquid congregatum fuerat, disperserunt. Adhuc autem infaniétibus eis, & nequaqua diuina longanimitate correptis, maximus primo terramotus est factus. Er quisquis non fuerat mysteriis diuinis imbutus, vehementer attritus est. Quum verò neque hoc ter rerentur indicio, ignis ex fundamentis quæ suffodiebantur egrediens: plurimos fodientium concremauit, aliorum membra dissoluit. Nocte quoque plurimis in vicina porticu dormientibus, cadens subito cum tecto ipsa porticus, dormientes oppressit. Alio verò die in cœlo fignu splendens crucis salutaris apparuit. Sod etiam Iudeorum ve- F stes crucis signaculo sunt impleta, no tamé splendenti, sed nigro colore signata. Hacitaque Deo rebelles confyderantes, & diuina flagella expauescentes, ad propria sunt reuersi, confitentes esse Deum, qui ab illorum progenitoribus ligno fuerit adfixus. Quod audiens Iulianus, quu veique caneretur ab omnibus, tanquam Pharao induraro corde don timuit. 1. 1 -4.5 ti

I Gitur cum Perfermortuum cognouissent Constantium, sumpta siducia venerunt ad terminos
Romanorum denuntiates bellum. Ob quam rem
collecto exercitu Iulian misit in Belphos, & Delum, atque Dodonen, ad percipienda responsa, an
expedirer ipsi bella suscipere. Tuc vniuersi Vatos
& pugnandi, siduciam dabant, & victoria promittebant. Vnú y erò responsum pro exeplo mendaoij ac seductionis inserere non pigebit: estenim
huiusmodin Nunc omnesaggia dimur dij, victorie

An, do, 363; Inliance an tor Indainst tepli Hiero folymitani reparent, 7 escitari,

Nicopolu Emam.

.

Fons apid Nicopolim morborum dephilor.

Digitized by Google

An. 4.364.

Quomodo Iulianus monachus, eins mortem antequam D audiret pranuntianit. C.A.P. X.L.P.

LIB. VI.

 O porrò tempore religiosissimus Iulianus cognomento Saba, qui angelorum incorporalium vitam corporali conuersatione videbatur imitari, cuius etiam vită confcripfimus, prolixiores offerebat Deo preces, cum illius impij minas audisser. Et ea hora qua ille percussus est orans,mortem eius iste cognouit,licet plusquam vi ginti mutationes ab eo loco víque ad illius exerci tum esse videretur. Aiunt enim cùm continuè ingemisceret,& clementi domino supplicaret, subitò lachrymarum eius fluuium restitisse, fuisseque alacritate repletum, & eius vultum exhilaratum. Hanc animi perturbationem eius ministri respicientes, rogauerunt vt eis causam repentini gaudij patefaceret. Tunc ille dixit: Ferus sacræ vineæ deuastator pænas exactus est vastationis suæ, iacetá; mortuus, terroribus minisque frustratus. Hæc cognoscentes exultauerut omnes, Deóque hymnos gratificos obtulerunt. Postea verò à nuntiis est co E pertum, eundem fuisse diem simul & horam necis Iuliani, quam ille sacratissimus senex cognoue rat atque prædixerat.

> De inconsulto Iuliani ducatu. C NPVT XLVI.

Llum itaque semper inconsulté egisse, mortis demonstrauit euentus. Transiés enim cum exercitu fluuium qui Persarum Romanorumque regna diuidit,repentè naues incendit, non su adens rebus aut verbis, sed cogens milites prælia--ri.Porrò duces alacritate repleri, animabant milites, & eos spe varia confortabant, quam Imperator absciderat, cum eorum reuersionem incensis nauibus abnegisser. Super hæc autem cum debuisset cibos militibus congregare, neque de propri is finibus præcepit afferri, neque de inimicorum abundantia iussit aliquid deprædari. Relinquens ergo habitabilem viam, pergebat per solitudinis loca, vbi & cibo & potu milites defraudati, & duces itineris non habentes, sed errantes in deserta F prouincia, sapientissimi principis cognouere imprudentiam.

SOCR ATES.

Multos itaque vicos castraque detinens,iam etiam ciuitates capiebat. Cumque venisser Ctesiphotem, intantum obsedit regem, vt crebris Legationibus vteretur, offerens dare suæ patriæ partem, si solutus bello discedere posser. Quod ille noluit, neque supplicantium est misertus: neque mente percepit, quod vincere quidem bonu est, superuincere nimis inuidiosum: credens pręcipuè magicis artibus, quas ei Maximus philosophus exhibebat, & arbitratus Alexadri Macedonis se gloriam percepturum, aut etiam maiorem. Putabat enim secundum Pythagoraam Platonisque sententiam, ex mutatione corporum Alexandri animam se possidere, aut esse potius in alio corpore alter Alexander. Ob hanc itaque causam Persaru regis noluit preces admittere.

> SOZOMENPS. H iiij

μοτώσω θες Θ πολιμώκλου Θ άρες . Horum itaque carminum ridiculum eos conuenit diuulgare, qui fa-

A trophæa referentes circa fluuium Thiren. Horum

ego dux ero belligerator Mars. Nip mérres inquitaquep

त्रिको, गांत्रात प्राचित द्वारा है के विष्य हिका हिका सामा मार्थ में कि में

pientem deum Musarumque principem Pythiū

vocant. Ego autem mendacium seductionis eius

inueniens ingemisco. Thiren nanque fluuium Ti

grim voluit appellare, quoniam Thiris eius nomi-

ni fimilis est. Is enim fluuius ex Armeniæ redundans montibus,& per Afsyriorum arua discyrrés,

sinum descendit in Persicu. Per hæc ergo respon-

sa deceptus infelix, & victoriam mente somnia-

bat, & post Parthicum prælium pugnam Galilæis

inferre parabat: sic enim vocabat Christianos, có-

tumeliam nominis se eis inferre putans, quú ma-

gis debuisset eorum consyderare virtutem. Non

enim Socrates etiam si Critias fuerit appellatus:

& Pythagoras, Phalaris, exmutatione nominis a-

liquam labem contraxerint:neque Nireus, Ther-

sites vocatus, pulchritudinem quam habebat, ami

latione aliquid læsionis se nobis putauit inferre.

Et fallaci responso credens, interminabatur per

ecclesias dæmonű se statuere simulachra. Post has

igitur minas, ab vno viro in Berœa debellatus est. Is enim nobilis erat, eiusque ciuitatis Curie presi-

debat, quem zelus Christi reddidit clariorem. Vi-

dens nanque filium in impietatem, quæ tunc vige

bat, fuisse demersum, expulit sua domo, & co-

ram omnibus abdicauit. Qui in vicinæ ciuitatis i-

tinere aggressus Imperatorem, suam voluntatem

& abdicationem patris aperuit. At ille quiescere iuuenem imperauit, placandum promittens pa-

trem. Quumque venisset in Berceam, nobiles &

honoratos conuocauit ad prandium:inter quos e-

rat & huius pater, quem cum filio in suo prandere

iussit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad

patrem: Non mihi videtur iustum vim facere voluntati ad aliud declinanti, & animum ad alia mu-

tare quæ no vult. Noli itaque esse filio violentus,

sequi tua dogmata respuenti. Neq; enim ego tibi

vim facio vt mea sequaris,licet cogere valde pos-

ens:De isto, inquit, ô Imperator, erroneo dicis, & deo exoso, & veritati præponente mendacium?

Tum ille rursus mansuetudinis induens vultum:

Cessa, inquit, detrahere. Et declinans ab eo vultú, adolescéri dixit: Ego tui curam habebo, quoniam

patri tuo vt hoc faciat suadere non possum. Hæc

itaque non frustra retuli, sed volens ostendere nó

folu illius admirabilis viri fiducia, sed quod conté-

pta Iuliani à plurimis sit potestas. In Antiochia au-

té vir quidá optimus pædagogus adolescentiú ha-

bitabat. Eratque illic nobilis ille Sophista Libani-

us, impius, expectaníque Iuliani victoria, habens

præ oculis eius minas. Ergo interrogauit pædago-

gum, quasi nostram deridendo religionem: Nunc,

inquit,fabri filius quid putas agit?At ille quod pau

lò post contigit, repletus gratia diuina prædixit.

Respondit enim: O Sophista, creator omnium,

quem tu fabri filium nominasti, loculum Iuliano

concinnat. Post paucos verò dies mors illius nuntiatur erronei, & in loculo positus aduectus est, mi

narumque tumor euacuatus est.

C sim.Ille caussam diuinæ religionis mente percipi-

B serit. Horum nihil mente percipiens, ex hac appel

Tigris.

Galilai.

Profes Boreconfis fittion ob christianif mi abdicat.

Žib**anim** Sopbifta.

An.do.365.

Saba

ŻAGGOOM I

Lizogi sas-

μãρ.

Digitized by Google

Iulianus ob Jidet regem

Perfarum

pheatem.

Maximu

phs!osophus. Iulianus pa

tabet je alte

apud Ctels-

B

Callifia.

Inliani Ang.mas, An.do.366.

A Quum igitur in deserti loca primò captiuorum habuisset ducatum, postea quidam senex sub sche mate proditoris se ei compendiosum iter ostendere compromissit. Cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem venissent, illum quidem sustibus occiderunt, consitentem hoc se fecisse pro patrix liberatione, & libenter tormen ta omnia sustinere. Exercitus interea Persarum, ex itinere satigato exercitui Romanorum, comotus occurrit, seque ad congressionem prælij parauit.

# SOCR ATES.

Querebantur enim Romani de principe, cur noluerit bellum cum lucri promissione finire. Veruntamen Persis instantibus resistebant, ita vt frequenter verterentur hostes in fugam. Porrò Iulia nus erat præsens in equo, & exercitum confortabat, inermis quidem, spe felicitatis suæ audacior factus.

# THEODORITYS.

De peremptione Iuliani. CAPPT XLVII.

Ontra quem iaculum repentè delatum, dif currens per brachium, in eius latus immerfum est. Ex hoc vulnere suscepit sinem vitæ. Quis verò iustissimum intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Sed alij quendam inuisibilium hoc intulisse ferunt: alij verò vnum pastorum Ismahelitarum, alij militem same & itinere satigatū. Sed siue homo siue angelus suerit, palàm est quòd diuinæ iussioni ministrauit. Aiunt autem quòd cum sussioni ministrauit. Aiunt autem quòd cum sussioni ministrauit. Aiunt autem quòd cum sussioni maerem proiecerit, dicens: Galilee vicisti. Et in eo ipso confessus est cum blasphemia victoriam.

# SOCRATES.

Callistus autem qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, & Heroico versu eius conscri-

psit historiam, air eum à damone vulneratu, suisse D desunctum. Iulianus ergo quarto Consulatu suo quem adiderat cum Salustio, sexto die Iunij mensis, in Persica regione defunctus est, anno tertio imperij sui, septimo verò ex quo Casar à Costantio suerat ordinatus, vita anno. x x x 1.

ECCLESIAST.

#### Qua magia post mortem eius inuenta sint. CAPVT XLVIII.

Ost cuius mortem eius Magiæ compertæ Int.Carre nanque ciuitas est, hactenus impietatis eius reliquias habens. Per hanc iter agens, quoniá per Edessam propter piæ religionis cultum transire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, est ingressus. Vbi cum quædam cum luis consortibus sacrilegia celebrasset, ianuas & claustra disposuit, & quosdam ibi milites obserua re præcepit, vt intra hoc nullus accederet donec iple rediret. Cumque mortuus fuisset, & impio pium successisset imperium, ingredientes in templum inuenerunt mira principis simulacra, eiusque sapientiam & famosissimam pietatem. Vide- E runt enim mulierem à capillis appensam, extensas habentem manus, cuius vterum aperuerat, vt Perfarum victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inuentum est. Verùm in Antio chia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse repertas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorum. In qua vrbe cum eius nuntiatus fuisset interitus, publicam cuncti ha buêre festiuitatem, & non solum in ecclesiis & se pulturis martyrum saltabant, sed etiam in Theatris Crucis victoriam prędicabant, illius Magię infultantes. Ego autem etiam clamorem fauoris eorum hic ponere necessarium iudicaui, vt etiam apud posteros hæc memoria reseruetur. Communiter enim calmabant omnes: Maxime fatue, vbi funt tua vaticinia? Vicit Deus, & Christus eius. Hic ergo libri terminus est habendus, ne pio Imperio impietatis potentia copuletur.

Cate.

Magicaque dans pertessa Carris tropersa.

Antiechen
finen publich
gandinn de
morte Julioni-

# AMHISTORIAE ECCLESIASTI."

CAE QUAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SEPTIMVS.

SOCR ATES.

De Ioniani Imperatoris aufficis , er quemadmodum à Persidis finibus sit egressus.

CAPVI PRIMVM.

Ionianus
Luguft.
An.do.366.
Tribunus
militum.
Cingulum
militure.



ILITES igitur in maxima
follicitudine co
uenietes, omiffa omni dilatione, altero die Io
uiano ifulas Im
peratoris impo
nunt. Erat enim
vir fortis& nobilis, & illo tepore xiliapxo,
id est, Millenarius, quo Iulia-

nus electionem militibus lege proposuit, vt aut sa crificarent, aut militia cederent. Qui cingulum ma gis elegit amittere, quàm Imperatoris præceptis impiis obedire. Hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitatem inter viros militares habebat. Qui cùm violenter à militibus ad imperium trahe retur, clamabat, dicens, non se velle Paganis homi nibus imperare, cùm ipse Christianus existeret. Cumque vox omniú communiter proclamasset, dicentium, se quoq; Christianos, suscept imperiú.

# THEODORITYS.

Cogitabat itaque Iouianus de communi salute, & quomodo posset de medio hostium illæsum exercitum liberare. Nec indiguit magno consilio, sed seminibus pietatis vtilissimum vindemiauit fructum. Repente nanque suam providentia Decus ostendit, & sluctuationem eius ad portum tranquillitatis adduxit. Dum enim huius angustia Persarum rex agnouisset, missa Legatione petivit pacem, deinde cibaria militibus destinavit, & forum venalium eis præparari in deserto præcepit. Celebratisque sæderibus, exercitú reduxit incolumé.

# SOCRATES.

Fadus Romanorii com Perfu. Quæ pacta, quantum ad gloriam quidem pertinebat Romanorú, turpia erant, sed tempori cógruebant. Amissa nanque Syria, & tradita Persis Nisibi Mesopotamiæ ciuitate discessit. Hæc itaque nunciata Christianos confortauerunt, Paganis intulerunt luctum. Porrò milites incautum suliani feruorem valde culpabant, causamque damni finium Romanorú ei potius imputabant, quòd à Persarum veluti proditore seductus, naues quæ per sluuium frumenta deueherent incendisset, & famem militibus accersisset.

Quid Sophista Libanim cotra Christianos scripscrit, es quomodo Socrates historiographm eim dista confutarit. CAPVI 11.

Vm itaque Sophista Libanius Lamentationis librum in Iulianum conscripsit, quem Iulianti denominauit, fascinatum sanè laudibus illius:in quo etiam meminit librorum quos contra Christianos ædiderat Iulianus.Et si quidem laudes Imperatoris Sophista dixisset, ego quiescerem, vestigia historiæ sequens. Sed quia tanquam callidus Khetor mentione Iuliani Librorum Christianam videtur lacerare religionem, propterea cotra eum positis primum verbis ipsius, pauca dicenda sunt. Hyemis, inquit, noctes amplius Imperator extendens, incumbendo libris, Palæstinensem homine Deum, Deique filium referentibus, preliabatur enixius,& redarguendo præualuit,vt risum & quadam inanitatem ostenderet eorum quæ coluntur à talibus. In quibus laboribus fene Tyrio fapientior est inuentus. Propitius autem sit iste Tyrius, & placidè verba mea suscipiat, tanquam à filio victus est. Hac quidé Sophiste Libanij sunt. Verum ego Sophistam eum optimum fuisse noui: quanquam fi non eius religionis fuisser cuius Imperator erat, omnia quæ de Iuliano Christiani dicunt, etiam iste tunc diceret, & forsitan tanquam Rhetor augeret. Nam & viuo Constantio laudes, & eo defuncto iniurias plenas criminibus eius effudit. Et si senex Porphyrius fuisset Imperator, libros eius Iuliani preposuisset operibus. Sed & Iulianus, si Sophista fuisset, dixisset forsitan etia ipsum malum, licut Ecebolum. Quia ergo ille tanquam eius sectæ, & tanquam Sophista & amicus Imperatoris, quæ ei sunt visa dixit, ei nos vt possumus obuiemus. Primum itaque dixit, quòd libris incumberet, hyemis noctes extendens. Incumbere nan-F que significat, quòd intentionem habuerit, vt vituperationem conscriberet, sicut consuetudo Sophistis est. Nam olim hos libros scierat, sed tuc incumbebat,& maximo prælio contendebat.Vnde palàm est quòd non (sicuti Libanius putat) redarguendo præualuerit, sed infirmitate suæ veritatis æstuabat, & quæ benè illic cauteque sunt posita, tanquam detractor lacerare laborabat. Omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur aduersus eum cotra quem litigat. Et qui infensus alicui est,omnia sicuti hostis non solum agit, sed etiam loqui contendit. Quòd verò Iulianus atque Porphyrius,quem Tyrium senem vocat, detractores ambo fuerint, suis ipforum fermonibus arguuntur. Nam Porphyrius fummi philosophorum Socratis vitam + lacerauit in historia Philosophica, quam ipse conscripsir:& talia de eo retulit, qualia foliti derogationibus occupati. Et hæc de illo Socrate, qui apud Græcos mirabilis castitate, iustitia aliisque virtutibus ha-

Libanğ opur de morre Inliani.

Libanius
viuum CTfrantiii laudauit, vituperanit
mortuum

Perphysia

† dilaceranie

Xivoqap, Affick pi\_ Aific izwoo\_ weeppivoo. B

Callift m.

Isliani Ang.mas.

A Quum igitur in deserti loca primo captinorum habuisset ducatum, postea quidam senex sub sche mate proditoris se ei compendiosum iter ostendere compromissit. Cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem venissent, illum quidem fustibus occiderunt, consitentem hoc se fecisse pro patrix liberatione, & libenter tormen ta omnia sustinere. Exercitus interea Persarum, ex itinere fatigato exercitui Romanorum, comotus occurrit, seque ad congressionem prælij parauit.

# SOCR ATES.

Querebantur enim Romani de principe, cur noluerit bellum cum lucri promissione finire. Veruntamen Persis instantibus resistebant, ita vt frequenter verterentur hostes in sugam. Porrò Iulia nus erat præsens in equo, & exercitum confortabat, inermis quidem, spe felicitatis suæ audacior factus.

# THEODORITYS.

De peremptione Iuliani. CAPFI XLVII.

Ontra quem iaculum repentè delatum, dif currens per brachium, in eius latus immerfum est. Ex hoc vulnere suscepit sinem vitæ. Quis verò iustissimum intulerit vulnus, hactenus ignoratur. Sed alij quendam inuisibilium hoc
intulisse ferunt: alij verò vnum pastorum Ismahelitarum, alij militem same & itinere satigatū. Sed
siue homo siue angelus suerit, palàm est quòd diuinæ iussioni ministrauit. Aiunt autem quòd cum
fuisser vulneratus, mox manum sanguine suo copleuerit, & in aerem proiecerit, dicens: Galilee vicisti. Et in eo ipso confessus est cum blasphemia
victoriam.

# SOCRATES.

Callistus autem qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, & Heroico versu eius conscri-

psit historiam, aix eum à damone vulneratu, suisse D defunctum : Iulianus ergo quarto Consulatu suo quem adiderat cum Salustio, sexto die Iunij mensis, in Persica regione defunctus est, anno tertio imperij sui, septimo verò ex quo Casar à Costantio suerat ordinatus, vita anno. x x x 1.

ECCLESIAST.

# Qua magia post mortem eius inuenta sint. CAPVT XLV 111.

Ost cuius mortem eius Magiæ compertæ Iunt.Carre nanque ciuitas est, hactenus impietatis eius reliquias habens. Per hanc iter agens, quoniá per Edellam propter piz religionis cultum transire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, est ingressus. Vbi cum quædam cum luis consortibus sacrilegia celebrasset, ianuas & claustra disposuit, & quosdam ibi milites obserua re præcepit, vt intra hoc nullus accederet donec iple rediret. Cumque mortuus fuisset, & impio pium successisset imperium, ingredientes in templum inuenerunt mira principis simulacra, eiusque sapientiam & famosissimam pietarem. Vide- E runt enim mulierem à capillis appenfam, extenfas habentem manus, cuius vterum aperuerat, vt Perfarum victoriam in iecore eius inspiceret. Hoc ergo scelus in Carris inuentum est. Verùm in Antio chia plurimas arcas in Palatio humanis aiunt capitibus plenas fuisse repertas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorum. In qua vrbe cum eius nuntiatus fuisset interitus, publicam cuncti ha buêre festiuitatem, & non solum in ecclesiis & se pulturis martyrum saltabant, sed etiam in Theatris Crucis victoriam prędicabant, illius Magię infultantes. Ego autem etiam clamorem fauoris eorum hic ponere necessarium iudicaui, vt etiam apud posteros hæc memoria reseruetur. Communiter enim calmabant omnes: Maxime fatue, vbi funt tua vaticinia? Vicit Deus, & Christus eius. Hic ergo libri terminus est habendus, ne pio Imperio impietatis potentia copuletur.

Care.

Magicaque dain perinta Carrii reperta.

Autiochen fines publică gendium de morte Iuliani-

# MHISTORIAE ECCLESIASTI.

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER SEPTIMVS.

SOCR ATES.

De Ioniani Imperatoris aufficiis, co quemadmodum à Persidis sinibus sit egressus.

CAPVI PRIMVM.

Ionianu
Angof.
An.do.366.
Tribunus
militum.
Gingulum
militane.



ILITES igitur in maxima follicitudine co uenictes, omifa omni dilatione, altero die Io uiano ifulas Imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis& nobilis, & illo tepore xiliarxo, id est, Millenarius, quo Iulia-

nus electionem militibus lege proposuit, vt aut sa crificarent, aut militia cederent. Qui cingulum ma gis elegit amittere, quàm Imperatoris præceptis impiis obedire. Hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitatem inter viros militares habebat. Qui cùm violenter à militibus ad imperium trahe retur, clamabat, dicens, non se velle Paganis homi nibus imperare, cùm ipse Christianus existeret. Cumque vox omniú communiter proclamasset, dicentium, se quoq; Christianos, suscept imperiú.

# THEODORITYS.

Cogitabat itaque Iouianus de communi salute, & quomodo posset de medio hostium illæsum exercitum liberare. Nec indiguit magno consilio, sed seminibus pietatis vtilissimum vindemiauit fructum. Repente nanque suam providentia Decus ostendir, & sluctuationem eius ad portum tranquillitatis adduxit. Dum enim huius angustia Persarum rex agnouisset, missa Legatione petivit pacem, deinde cibaria militibus destinavit, & forum venalium eis præparari in deserto præcepit. Celebratisque sæderibus, exercitu reduxit incolumé.

# SOCRATES.

Fadus Romanorilann Parfis. Quæ pacta, quantum ad gloriam quidem pertinebat Romanorú, turpia erant, sed tempori cógruebant. Amissa nanque Syria, & tradita Persis Nisibi Mesopotamiæ ciuitate discessit. Hæc itaque nunciata Christianos confortauerunt, Paganis intulerunt luctum. Porrò milites incautum suliani feruorem valde culpabant, causamque damni finium Romanorú ei potius imputabant, quòd à Persarum veluti proditore seductus, naues quæ per sluuium frumenta deueherent incendisset, & famem militibus accersisset.

Quid Sophista Libanim cotra Christianos scripscrit, en quomodo Socrates historiographm eim dista confutarit. CAPVI 11.

Ym itaque Sophista Libanius Lamentationis librum in Iulianum conscripsit, quem Iulianu denominauit, fascinatum sanè laudibus illius:in quo etiam meminit librorum quos contra Christianos ædiderat Iulianus.Et si quidem laudes Imperatoris Sophista dixisset, ego quiescerem, vestigia historiæsequens. Sed quia tanquam callidus Khetor mentione Iuliani Librorum Christianam videtur lacerare religionem, propterea cotra eum E politis primum verbis iplius, pauca dicenda lunt. Hyemis, inquit, noctes amplius Imperator extendens, incumbendo libris, Palæstinensem hominé Deum, Deique filium referentibus, preliabatur enixius,& redarguendo præualuit,vt risum & quadam inanitatem ostenderet eorum quæ coluntur à talibus. In quibus laboribus sene Tyrio sapientior est inuentus. Propitius autem sit iste Tyrius, & placidè verba mea suscipiat, tanquam à filio victus est. Hxc quide Sophiste Libanij sunt. Verum ego Sophistam eum oprimum fuissé noui : quanquam si non eius religionis fuisset cuius Imperator erat, omnia quæ de Iuliano Christiani dicunt. etiam iste tunc diceret, & forsitan tanquam Rhetor augeret. Nam & viuo Constantio laudes, & eo defuncto iniurias plenas criminibus eius effudit. Et si senex Porphyrius fuisset Imperator, libros eius Iuliani prepotuisset operibus. Sed & Iulianus, si Sophista fuisset, dixisset forsitan etia ipsum malum, sicut Ecebolum. Quia ergo ille tanquam eius sectæ, & tanquam Sophista & amicus Imperatoris, quæ ei sunt visa dixit, ei nos vt possumus obuiemus. Primum itaque dixit, quòd libris incumberet, hyemis noctes extendens. Incumbere nan-F que fignificat, quòd intentionem habuerit, vt vituperationem conscriberet, sicut consuetudo Sophistis est. Nam olim hos libros scierat, sed túc incumbebat, & maximo prælio contendebat. Vnde palàm est quòd non (sicuti Libanius putat) redarguendo præualuerit, sed infirmitate suæ veritatis æstuabat, & quæ benè illic cauteque sunt posita, tanquam detractor lacerare laborabat. Omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur aduer sus eum cotra quem litigat. Et qui infensus alicui est, omnia sicuti hostis non solum agit, sed etiam loqui contendit. Quòd verò Iulianus atque Porphyrius, quem Tyrium senem vocat, detractores ambo fuerint, suis iplorum lermonibus arguuntur. Nam Porphyrius fummi philosophorum Socratis vitam + lacerauit in historia Philosophica, quam ipse conscripsir:& talia de eo retulit, qualia foliti derogationibus occupati. Et hæc de illo Socrate, qui apud Græcos mirabilis castitate, iustitia aliisque virtutibus ha-

Libang opus de mosse Inliani.

Libanias vicum CVflanció laudanie, vicuperanie mortunas

Perphysia

† dilaceranit

Xivoqaq, affici pidific teoropatipingi, bebatur. Quem Plato mirabilis eorum philoso-

primu feripfit ritas philosophorii

†animi sui affelione.

Gregorius Nazanzenus de Inliano,

Depingit In lianum Nazauzenau.

phus,&Xenophon,alter philosophorum Thiasus lices, non solum tanquam Deo amabilem honorant, sed etiam vltra hominem sapuisse pronunciant. Porrò Iulianus emulatus patrem, + passionem propriam in Cesaribus denudauit, & omnium ante se regnantiŭ vitas carpens, ne philosopho quidem Marco pepercit. Igitur ambo detractores fue runt. Non opus habeo pluribus vti sermonibus. Ego nanque ex vtrorunque verbis mores eorum coniiciens, hæc dixi. Quid autem de Iuliano Gregorius Nazanzenus retulerit audiamus. Ait enim in secundo libro contra Paganos hæc verba post alia:Hæc equidem de Iuliano aliis ipsa experimen ta tradiderunt, & assumpta potestas imperij: mihi autem eius mores comperti sunt, cum huc virum Athenis clarius agnouissem. Venerat enim illuc, cum frater eius Imperatori videretur inimicus. Fuitque aduentus eius ratio duplex :'vna quidem quasi decentior, qua dicebat se venisse vt viseret Hellada atque doceretur : altera verò fecretior & B non nota plurimis, vt immolatores damonum & viros fallaces inquireret, quia nondum habebat impietatis suæ licentiam. Tunc igitur non frustra consideraui viru. Non enim fortuitò ista conspexi, sed faciebat me cautum incostantia morum eius,& excessus vberior. Vates siquidem egregius est, qui bene considerat. Nullum enim signum in eo mihi vtile videbatur. Ceruix inflexibilis, hume ri iactabiles, oculi currentes, huc illucque directi, & furios respicientes. Pedes impatientes, nares spirantes iniurias atque contemptus, schemata risibilia,& hoc ipsum semper habentia.Risus incon tinens, & quasi subbulliens. Consensus & negatio simul, ratio nulla ratione consistens, interrogatio inordinata, atque responsso nulla congruentia sibi conueniens. Sed quid per vniuersa discurro? Hunc ante opera vidi, & operibus ipsis agnoui. Et siquidem essent mihi presentes, qui tunc aderant, testarentur quòd cùm hæc vidissem, repentè dixi: O quale malum nutrit Respublica Romanorum? Et cum hæc prædixissem, optaui me inueniri debe re mendacem. Melius enim fuerat hoc, quàm vt C tantis terra sceleribus impleretur. Nunquam arbitror talia fuisse prodigia, cum multa diluuia, multa incendia, multæ pestes, & hiatus terræ prouenerint, licet homines inhumani & feroces, compositique dissimilibus naturis fuisse referantur. Ob quam rem digno sua superbia fine conclusus est. Hæc Gregorius de Iuliano narrauit. Quia verò co tra Christianos multa proferentes, nisi sunt vim facere veritati, quedam ex sacris literis peruerten tes, alia permutantes, omnia tamen secundum sua sumentes intentionem, multi eis obuiantes ista patefecerunt, destruentes & redarguentes eorum vana sophismata, & ante omnes Origenes, licet ante multa fuisset tempora Iuliani. Is enim quæ vi debantur turbare legétes sacratissimas lectiones, obiiciens sibiipsi & interpretatus ea, detractorum sophisticas adinuentiones exclusit. Quæ si sæpius legissent Iulianus atque Porphyrius, ea libenter accipientes, in aliud fortè sua verba mutassent, & non ad blasphemiæ sophismata verterétur. Quod verò lacerare studuerit Imperator, apud idiotas & simplices verba faciens, & non apud eos, qui scripturarum divinaru obtinent veritatem, ex his paECCLESIAST.

làm est: sumens enim ea verba, quæ dispensationis D caula humanius polita lunt, cum multa huiulmodi collegisset exempla, hæc nouissimè dicit: Horū igitur singula si non aliquam habent inessabilem contemplationem, maxima de Deo blasphemia funt plena. Hæc ergo Iulianus in tertio cótra Chri stianos libro dixit. In libro auté suo quem de Cynismo scripsit, docens quomodo sacras fabulas de ceat fingi, dicit oportere harum veritatem abscódi.Sic enim ait:Amat enim natura celari,& abdita Deorum substantia non patitur nudis verbis in au res introire pollutas. Apparet ergo per hec Imperatorem suspitionem habuisse de diuinis scripturis, quòd essent verba mystica inessabilem quendam modum contemplationis habentia. Sed indignatur quòd non omnes eandem sententiam habuerint, & incessit hos qui inter Christianos diui na simpliciter suscipere videntur eloquia. Non igitur oportebat eum contra simplices insurgere, nec propter illos contra sacras literas intumescere, neque odio habere, aut auersari quæ magis bene intellexerant: quod non omnes tunc ita senti- E rent, sicut ipse voluerat. Similis ergo Porphyrio factus est. Ille nanque in Casarea Palastina à quibusdam Christianis cassus, iram non ferens, Christianismum deseruit per furorem: & odio inimico rum scribendo blasphemias Christianismo priuatus est: sicut eum Eusebius Pamphili redarguit,& eius verba destruxit. Imperator autem apud idiotas superbus inter Christianos extitit, ea passione in blasphemias Porphyrij declinauit. Ambo siquidem sponte deliquerunt, & scienter peccando dignissima pæna mulctati sunt. Cum igitur sophista Libanius velut irridens dixisset, hominem ex Palæstina Deum & Dei filium faciunt, oblitus suoru videtur esse verborum:ad finem nanque eius libri Iulianum deificauit sic inter alia dicens: Primum nanque nuncium eius mortis penè peremerant, quòd putaretur de Deo mentitus. Deinde paululum descendens, ait: O dæmonum alumne, dæmonumque discipule,& damonum observator. Qui licet hoc aliter intelligeret, veruntamen hæc eadem de Iuliano dixit, quæ Christiani approbantes affirmant.Si ergo eum laudare cogitabat,oporte- F bat eum hoc nomen effugere: nec eum deditum dæmonibus indicare: sicut sermonem alium declinauit, qué cùm reprehenderetur, de suis libris abscidit. Quomodo enim homo Christi deisicetur, & quemadmodum in aperto homo fuerit, inuisibiliter autem Deus,& quemadmodum vtraq; fint vera, Christianorum ratio sacra nouit: Pagani verò antequàm credant, intelligere nequeunt. Dicit enim sermo divinus: Nisi credideritis, non intelligetis. Quapropter non erubescunt multos homines deificando: & vtinam bonis moribus institutos, aut iustos, aut castos, & non potius lubricos, iniquos,& ebriosos, id est, Hercules, Dionysos, & Asclepios, sicuti frequenter in suis libris Iulianum iurare non pudet. Quorum masculos sœminasque Cupidines si enumerare voluero longa digressio generatur. Sed sufficit hæc scire volentibus Aristotelis Pallium, & Corona Dionysij, & liber Rhe gini multe memorie, turbaque Poëtarum, qui de talibus scribentes, verè ridiculum & inanitatem Theologiæ ostendêre Paganoru. Quod verò proprium Paganorum sit, homines summa facilitate

phyrium mo ware, ve aduerfus Chriframes feriberet.

E[4.6.4

Arifotelio pallione, Corona Dio

Digitized by Google

Origenes

Auto Rbo (A deificare, monstremus. Rhodiis quadam calamitadỳ in Dos

te detentis, responsum est datum, vt Phrygium At tin sacerdotem vesanæ Phrygum celebritatis placarent. Tale nanque responsum est: Attin placate Deum magnum, purum Adonem, bonz vite, diuitiarum datorem, comatumque Dionysum. Hocitaque responso Attin qui amore vesano semetipsum occidit, eundem Adonem Dionysumque nominauit. Cumque Alexander Macedonű rex tran sisset in Asiam, Amphictyones Alexandro fauentes, carmina ista finxerunt, Iouem deorum Consulem,& Mineruam tritogenită honorate, qui corpore mortali supernum abscondis regem, quem Iupiter Heroum seminauit gentibus adiutorem, bonælegis lætitiæ Alexandru statuere regë. Hæc in Pythia pronunciauit dæmon: qui cum potentibus adularetur, deificabat eos. Quid enim dicamus cum etiam Cleomedem athletam deificauerint, ita dicentes. Vltimus Heroum Cleomedes Astypalæus, quem sacrificiis honorate, quia mortalis iam non est. Propter hoc ergo responsum Dio genes Cynicus & OEnomaus philosophus Pythi um reprehenderunt Apollinem. Cyziceni verò tertiumdecimum deum Adrianum appellauerunt.

Cleamedes athleta

Adrianus Amasi w

THEODORITYS.

De rectieudine fidei touiani, o quid Athavassus Alexandrinus scripserit. CAP. 111.

Zoniana Ang. opifeopos exules rejtskuit. Jouis nu Ang. ab Mihanafio copit orthodoxanə reliceri,

Ouianus ergo Imperator, mox vt imperij sui terras ingressus est, primum scripsit legem, vt episcopi de exilio redirent, & ecclesias eis red dendas esse professus est, qui expositam in Nicæa fide inuiolabiliter seruassent. Scripsit etia Athanasio, qui pcipuus crat horū dogmatū propugnator, petens vt ei rescriberet perfectam diuinoru dogmatum disciplinam. Qui eloquentiores episcopos congregans rescripsit, rogans vt fidem Nicææ expositam custodiret, tanquam Apostolicis dogmatibus congruenté. Cuius epistolæ verba sunt hæc:

PIISSIMO ATQVE CLEMENTISsimo victori Augusto Iouiano Athanasius, & reliqui episcopi, conuenientes ex persona omnium episcoporum Ægyptiorum, Thebaidos, & Libyæ.

DECET Deo amabilem principem discendi habere voluntaté, desiderium que cœlestium. Sic enim verè & cor habes in manu Dei, & imperium cum pace multis annorum currriculis gubernabis. Volente igitur à nobis tua discere pietate catholicæ ecclesiæ fidem, gratias ob hoc domino referentes, curauimus vt prolatam ab omnibus parribus in Nicæa tuæ pietati insinuaremus fidem. Hác enim repudiantes quidam, nobis quidem frequen ter insidiati sunt, eò quòd Arianæ non consentiremus infaniæ. Autores verò facti funt hærelis & schismatum vniuersalis ecclesiæ. Vera ergo & pia in dominum nostrum Iesum Christű fides est omnibus manifesta, & ex diuinis literis agnita atque lecta.In hac enim etiam sancti martyrio consum-

LIB. VIL mati funt, & requiescentes in domino nunc con- D sistut. Manserat itaque semper sides illæsa, nisi calliditas quorundam hæreticorum eam violare prę-Sed etiam ipse Adrianus amatum suum Antinoum deificauit. Et hæc ridiculam inanitatem non dicit esse Libanius? Hæc ergo à nobis propter eius detractionem, per digressionem dicta sufficiant.

sumeret. Arius enim quidam, eiusque sectatores erumpere & impietatem aduersus eam introducere tentauerunt, dicentes, ex non extantibus : & creaturam, atque facturam, convertibilem que esse filium Dei.Plurimosque per talia seduxerunt,ita vt etiam qui aliquid esse videbantur, blasphemia huiusmodi traherentur. Verum sancti patres nostri olim conuenientes (ficuti prædiximus) in Niceno concilio, Arianam quidem sectam anathe matizauerunt, catholicæ verò ecclesie sidem (scriptura teste) professi sunt. Eaque prædicatione hæresis extincta est, quæ vbique videbatur accensa. Hec itaque fides per omnes ecclesias legebatur & prædicabatur. Sed quoniam Arianam hæresim quidam renouare volētes, ipsam fidem à patribus in Nicæa prolatam anathematizare præfumplerunt:aliqui verò fingunt se eá profiteri, sed ipsam veritatem negare noscuntur, aliter interpretantes Consubstantialitatem, & sancto spiritui blasphemantes, cum dicunt eum creaturam esse, atque fa- E cturam per filium celebratam: necessario conside rantes lesionem ex huiusmodi causa contra populum generatam offerre tuæ pietati confessionem concilij Nicæni curauimus, vt pia religio tua cognolcat, cum quanta scrupulositate conscripta sit: & quantum errent, qui extra eam volunt aliquid edocere. Cognosce Deo amabilis Imperator, quo niam hæc quidé prædicatur à seculo, & hanc professi sunt patres in Nicæa couenientes. In hac quo que fide concordant omnes ecclesiæ in Hispania, & Británia, necnon in Galliis, Italiis, & in Dalmatiis constitutæ.in Cappadocia, Mysia, & Macedonia & vniuersa simul Ĥellade, sed etiam in vniuer sa Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia,Isauria,& in omni Ægypto & Lybia,Ponto & Cappadocia, partibusque vicinis, & Orientales ec clesia preter paucos Arij sectatores. Omnium náque prædictoru sententiam experimento cognouimus,literas habemus,eolque nouimus Deo ama bilis Imperator, quia cum pauci quidam huic fidei contradicant, preiudicium facere non poterunt in F toto orbe terrarum. Multo enim tempore ab hæresi Ariana pulsati, nunc etiam pietati contentione maxima contradicunt. Vt verò hæc pietas tua cognoscat, licet sciat, tamen studuimus sidem Nicano concilio professam ab episcopis trecentis decem & octo, lubiungere. Est autem hæc Nicæni concilij fides: CREDIMVS in vnum Deum patrem om-

nipotentem, omnium visibilium, inuisibilium que factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei,natum ex patre, vnigenitu: hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deovero: natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qua in cœlo, & qua in terra. Qui propter nos homines,&propter nostram salutem descédit de cœlis, incarnatus, humanatus, passus est, & die tertia resurrexit. Ascendit in cœlos, venturus iudicare viuos & mortuos, Et in spiritum san-Aum. Eos autem qui dicunt, Erat, quando no erat: & antequam nasceretur non erat: & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel

rofeßio fi-

ECCLESIAS,T.

subsistentia dicentes esse, aut creatum, aut conuer tibilem, aut mutabilem filium dei, hos anathematizat sancta catholica & Apostolica ecclesia. In hac fide deo amabilis Imperator nos confistere necesfarium est, tanquam facra & Apostolica: nullaque mouere eam seductione verborum atque conten tione:quodab initio Ariani fecerunt, ex non extantibus filium dicentes. Et, quia erat, quando no erat,& creatus,& factus,& convertibilis est: Propterea(sicuti prædiximus) & Nicæna synodus hęresim anathematizauit huiusmodi, side verò professa est veritatis. Non enim simpliciter similem dixerunt filium patri,ne simpliciter similis deo, deus verus esse crederetur, sed etiam consubstantialem scripserunt, quod proprium est geniti verique filij, ex vero & naturali patre nascentis. Sed neque Spiritum sanctum alienauerunt à patre & filio led potius glorificauerunt eum cum patre & filio in vna sanctæ Trinitatis fide, eo quòd vna sit in sancta Trinitate diuinitas.

Has literas Imperator legens, confirmauit quá habuerat de sacris scientiam & affectum: aliamq; conscripsit legem, vt frumentorum consuetudo redderetur ecclesiis, quam Maximus distribuerat Costantinus, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniam propter illius impietatem orta sames, non sinebat totam tunc summam quam Constantinus constituerat, erogari, tertiam partem Iouianus ad præsens impendi promisit, ita vt cessante same, frumenta integra præberentur.

SOCRATES.

Quomodo Ioniani teporibus orthodoxi floruerint, & haretici sint oppress. CAP. 1111.

An.do.366.
Exules epifcopos renocat.
Pudet facerdoses Gentiles preprij
cultus Masedoniani apud Ioninia
num Mg.

Framentors

reditus resti

twit ecclesiis

louismu.

 Vocauit igitur Imperator à Constantio in 🛶 exilium milfos epifcopos, qui non occurrerant Iuliani redire temporibus. Tunc autem etiam templa Paganorum omnia claudebantur,& ipsi sacerdotes vbique fugiebant:indutique palliis,ipsa pallia reponebant,& ad schema commune reuertebantur. Quieuit etiam pollutio sanguinis, quam publice insatiabiliter sub Iuliano celebrauerant.Porrò Christiani non quiescebant:Præsules enim religionum adibant crebro Principem, C credentes eius obtinere se voluntatem aduersus proprios inimicos. Et primum quidé Macedoniani libellum Principi porrexerunt, postulantes vt expellerentur ecclesiis, qui dissimilem filium predicarent, & ipsi introducerentur in eas. Erant qui libellű obtulerant, Basilius Ancyræ, Syluanus Tarsi, Sophronius Popeiopoleos, Pasinicus Zilenus, Leontius Comanus, Callicrates Claudiopolites, Theophilus Castabalenus . Horum libellū Imperator accipiens, eos sine responso dimisit, hoc tátummodo dicens:Ego contentiones odi,eos auté qui ad concordiam festinant, diligo, pariter & honoro. Quod audientes, qui ad contentioné se parabant, quieuerunt. Hoc ergo pro voto Imperatoris est factum. Nam tunc intentio sectatorum Acacij reuelata est, & (sicuti solebant) ad vota se principis contulerunt. Conuenientes enim in Antiochia Syrix, habuerunt verba cum Melitio, qui paulò ante diuisus ab eis, Consubstantialitatem ita defendere videbatur. Hoc itaque fecerunt, quoni am eum honorari conspiciebant, Principe tunc i- D bi agente. Communi ergo concilio libellum com ponentes, Consubstantialitatem professi sunt, & Nicænam roborantes sidem obtulerunt Imperatori, Cuius libelli verba sunt hæc:

PIISSIMO ET DEO AMABILI DOmino nostro, Iouiano, Victori, Augusto, synodus præsentium Episcoporum ex diuersis prouincis in Antiochena vrbe conuenientium.

Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam

Au.do.366.
Acarianorum epifiola
ez fynodo
Antiochona ad Ionia
umm Ang.

tua primum studuerit pietas celebrare, bene nouimus etiam nos deo amabilis Imperator. Quod verò verticem huiusmodi veræ vnitatis & orthodoxæ fidei bene sumpseris, neque hoc ignoramus. Sed ne cum his qui adulterat veritatis dogma adnumeremur tue pietati suggerimus, quoniam san-&i concilij in Nicæa olim & ab initio celebrati fidem & suscepimus & tenemus.Quando etia Con substantialitatis nomen, quod aliter se quibusdam habere videtur, dicimuscautam interpretationem E à patribus excepisse, quippe significantibus quod ex substantia patris natus sit filius: & quia similis per substantiam patri est. Non enim velut aliqua passio circa ineffabilem natiuitatem creditur. Neque secundum aliquem Paganorum vsum percipitur à Patribus substantiæ nomen dictum, sed ad destructionem Arianorum, qui præsumpserunt ex non extantibus de Christo aliquid impie predicare. Quod eriam isti, qui nunc inæqualitarem asserunt, asperius & audacius ad vastandam ecclesiæ concordiam imprudentes ausi sunt perpetrare. Quamobrem huic nostræ relationi subiunximus exemplar fidei Nicæni concilij, quam etiam decenter amplectimur. Est enim huiusmodi: Credimus in vnum deum patrem omnipotentem,&reliqua. Et subscriptio: Melitius episcopus Antiochiæ obtuli in suprascriptis consentiens, Eusebius Samosatenus, Euagrius Siculus, Vranius Apamia, Zoil<sup>9</sup> Larissenus, Acaci<sup>9</sup> Cesarie, Antipater Rhosi, Abramius Yrimenus, Aristonicus Seleucobeli, + Barbabentus Pergami, Vranius Meletenæ, Magn Calcidis, Eutychius Eleutheropoleos, Isacius Armeniæ maioris, Titus Bostrensis, Petrus Sippanius, Pelagius Laodicia, Arabianus Adrensis, Pilo A. F danenus per Lamirionem presbyteru, Sabinianus Zeugmatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum & Aretiu presbyteros, Iræneus Gaze, Pilo Augusta, Patricius Palti per Lamirionem presbyterū, Anatolius Beroææ, Theothimus Aramenus, Lucianus Arcenus. Hunc itaque libellum in collectione Synodalium Sabini conscriptum inuenimus. Verum Imperator propositum hoc habebat, vt blandimentis & suasione verborum discordantium cotentiones abscinderer, dicens, Nulli quidé se quo--modocunque credentium fore molestum: eos tamen diligere,& valde honorare, qui principium ecclesiasticæ vnitati præberent . Quod verò hoc egerit, etiam Themistius Philosophus ait in laude quam in eius protulit Consulatu. vbi miratur Imperatorem, quod permiserit vnumquenque colere sicut vellet, atque deuicerit blandientium mores, quos valde deridens, air eos non deu, sed purpuram magis colere.

SOZOMENYS.

Igitur

•

S abini [ynodalia,

Digitized by Google

Acaciani
connenunt
apud An-

SOZOMEN PS.

De non docendu facris virginibus, Iomani less. Igitur Imperator tunc etiam Secundo nomine Præfecturam gubernanti Prętorianam legem dedit, vt capitali sententia plecterentur, qui vel sacram virgine nuptiali thoro violare auderet, vel impudico aspectu aspiceret, ne dica abripere forte tentaret. Quam legem ideo posuit, eò quòd suliani temporibus quidam huiusmodi virgines vaores ducere ausi fuerant.

Quod Athanasine venerit ad tonianum, & ab eo de center sit honoratus. CAP. V.

Athmafi\* Ionianum adit,

Enzoim Antoches?. Lucim B Mexandri mus accufet Athanafiñ

Probatian<sup>o</sup> Ennachi.

†Moles Antonÿ monachi fomnium,

Isaisum In lianë Tarfi fepelit. Dadoftana Themifium philofophum Isaisum moritur.

†Oppilationis. Varronis-

Nter hæc Athanasius Alexandrinæ sedis episcopus, cum paucis suorum comunicato conl silio necessarium iudicauit, vt Christianum videret Imperatorem. Veniensque Antiochia, Principem, de quibus oportebat, edocuit. Quidam aiunt, quod eum ipse magis euocauerit Imperator, vt quæ necessaria pro religione & recta fide viderentur, exponeret: disponensque, vt decebat, causas ecclesia de reditu cogitabar. Verum Euzoius Arianæ sectæ Antiochenæ ciuitatis episcopus,studebat vt Probatianus quidam Eunuchus, in Alexandrina vrbe ordinaretur episcopus. Cumý, hoc ageretur, Lucius Alexandrinus à Georgio presbyter ordinatus, adiit Imperatorem, & maledicés Athanasio, quasi temporibus episcopatus illius fuisset accusatus, & plurima exilia sub precedentibus sustinuisset Imperatoribus, esset; circa sacra per eum causa discordie, supplicabat vt alius in Alexádrina ciuitate ordinaretur episcopus. Verum Imperator sciens, quantæ Athanasio inimicorum insidiæ factæ fuissent, detractiones huiusmodi non respexit, sed Lucium quidem cum multa interminatione tacere iussit, Probatianum verò eiusque sequaces Eunuchos, autores huiusmodi scelerum arque turbarum castigandos esse præcepit. Porrò Athanasium amicum sibi maximum factum destinauit in Ægyptum, vt sicut ei videretur causas ecclesiarum populosque disponeret. Fertur enim, quod eum pro maxima virtute conuersationis sapientizque laudauerit. Aiunt quidem antequam sub Constantio Imperatore Ariani tenerent eccle C sias, somnium vidisse Antonium monachum quasi + burdones altare sacrú calcibus euertissent, experrectumque dixisse: Ab adulteris & permixtis hominibus ecclesiam calcari. Que non fuisse médacia posterior monstrauit euentus.

SOCRATES.

Deconfulate & fine loniani, CAP. VI.

Nacigitur Imperator impetű retinens hæreticoru discelsit ab Antiochia, & venit ad Tarsum Cilicie, ibique corpus Iuliani sepeliuit.Et cum cuncta solénia funeri eius exibuisset, Cos.est designatus. Cumque Constantinopolim festinaret, venit ad prædiú nomine Dadastana inter Galatiam & Bithyniam vbi philosophus Themistius cum aliis Senatoribus occurrés, Consularem recitauit orationem. Feliciter tunc agi poterant res Romanæ publicæ, & simul ecclesiasticæ sub principe benigno dispositæ, nisi repentina mors talé virú ab hominibus abtulisset.In prædi-&o nanq; prędio hyemis tépore in + phraxis languore costrictus est mortuus. Cosulatu suo &Varroniani filij, septimodecimo die Februarij mésis, q regnauit mésibus septé, vixit annis trigintatribus. De ortu principiu Valentiniani, & quemadmodum fratrem Valentem spse fecerit Imperatorem. CAPVT VII.

Vmque in Nicæa Bithyniæ venisset exercitus, Valétinianum ordinauit imperatoré, viru optimum, & principali dignissimum.

SOCRATES.

Valentinianus igitur ordinatur vicesimoquinto die eiusdem Februarij mensis, Panonius genere, de Cibala ciuitate: cui tunc erat militium cura commissa quoniam probatissime militare nouerat disciplina. Fuit etiam vir magnanimus, & semper præsenti fortuna melior apparebat.

THEODORITYS.

Is enim no modo fortitudine, sed etiam prudétia, temperantia atque iustitia & corporis magnitudine presulgebat. Adeo enim suit regalis pariter & vrbanus, vt quum exercitus tentasset ei aliú sociare consortem, ille responderit, quod cátatur ab omnibus: Vestrú, inquit, suit ô milites Imperatore non existente mihi dare regimen Imperij. Verum vbi hoc ego suscepi, meum 12m & no vestrum est de rebus cogitare cómunibus. Cuius verba admirati milites, eius sequuti sunt volútaté. At ille fratrem de Pannonia vocans, quod certe no debuit, socium secit Imperij.

SOCR AT ES.

Post triginta dies auspicij sui.

THEODORITYS.

Cui Asiæ sceptra contradens pariter & Aegypti, Europá sibi distribuit. Et veniens ad Hesperiá, omnem ilico docuit equitatem, à predicationibus pietatis incipiens.

De Ambrosij Mediolanensis episcopatu atque liber-F tate loquendi. CAPVI VIII.

Vxentio nanque defuncto, qui Mediolanen-A sem præsulatum tenuerat, multisque fuerat conciliis abdicatus,euocans Episcopos Impe rator,huiulmodi apud eos verba loquutus est:No stis aperte, eruditi vtique diuiniseloquiis,qualem oporteat esse Pontificem, & quod non deceat eu verbo solum, sed etiam vita gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostende re, testemque doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in Pontificali cossitiuite sede, cui & nos qui gubernamus Imperium syncere nostra capita submittamus, & eius monita dum táquam homines deliquerimus necessario, veluti cu rantis medicamenta suspiciamus. Hæc quum dixis set Imperator, petiit synodus vt magis ipse decerneret, sapiés & pius existens. At ille: supra nos est, inquit,talis ele tio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo spledore fulgéres, melius poteritis eligere. Tuc sacerdotes egressi, de episcopali sede tractabat. Verű ciuitatis habitatores (vt fieri assolet) tuAnda.367. Valentinianu.

Ausentius
episcopus mo
ritur.
Obtestatio
Valitiuiani
Aug. ad en
piscopos, do
prasiciendo
Mediolani
sibus episco-

ECCLESIAST.

An.do.377.

Ambrofius
Prafes tumultum com
positi.

Ambrofius
mondum bap
tiz atus eligi
tur in episcopum.
Baptizatur.

Fit episcop?.

Andreiam & libertatë 1 loquendi.

An.do.377.
Synodus in
Illyrico celebratur in fin
Valentiniani Ang.

Mat. 22.b

Mar.12.b

Luca. 20,6

A multus faciebat, alij hūc, alij illū ordinare petetes. Qui enim erat de Ariani Auxentij secta similé sibi fieri concertabant. Rursum orthodoxi, sui dogma tis nitebantur habere episcopum. Hanc seditione Ambrosius, cui tunc Præsidialis fuerat cura commissa, vbi cognouisset, metuens ne quid turbe cofurgeret, ad ecclesiam festinus accessit. At illi cesfante feditione communem dederunt vocem,petétes vt paltor gregis ordinaretur Ambrolius,qui nondu fuerat baptizatus. Hoc Imperator cognoscens, repente iussit & baptizari, & tanquam dignum virum ordinari pontificem. Nouerat enim cius rectiorem omni libra sententiam, & omni reregula certiora luffragia. Arbitratus etiam diuinű in eo esse decretum, quum in cius electione etiam pars contraria confonaret:Is ergo facri baptifmatis dono potitus, gratiă quoque simul suscepit Episcopatus. Quo facto hunc hymnű optimus Imperator Saluatori & domino obtulisse fertur (his enim quæ gerebantur intererat) Gratias, inquit, ago tibi Domine omnipotens & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commisi corpora tu autem animas, & meam electionem ostendisti tux iustitix conuenire. Cumque post paucos dies fanctus Ambrosius cum multa fidutia apud Imperatorem quereretur, quod male à Iudicibus agere tur, tunc Imperator ait: Hanc, inquit, † magensian tua pridem noui, & aperte probans non solum non restiti, sed etiam in electione ordinationis tuæ socius fui. Festina itaque sanare, sicut diuina lege præcipitur, animarum delicta nostrarum. Hæc igitur Imperator Mediolani & dixit & fecit. Cognoscens autem quosdam in Asia & Phrygia de diuinis dubitare dogmatibus, in Illyrico quidem præcepit synodum celebrari, & quæ de illis decreta at que firmata sunt, dubitantibus destinauit. Porrò qui illic conuenerant, decreuerunt fidem expositam in Nicana vrbe seruandam. Scripsit autem & ipse, socium adhibens in suis literis fratrem, vt in his quæ placuerant, duraretur. Nunc ergo etiam legem ipsam ponere necessarium est, quæ aperte & eius pietatem prædicat, & Valentis tunc synceritatem fine dubitatione demonstrat.

Edictum Valentiniani & Valentis de Consubstantiali Trinitate. CAP. IX.

IMP. MAXIMI, PII, VICTORES, Augusti, Valentinianus, Valens, & Gratianus, epifcopis diœceseos Asix, Phrygię, Carophrygię, Pacatianæ, in Domino S.

Anto concilio in Illyrico celebrato, & sub tiliter habita quæstione de salutari Verbo, ostenderunt beatissimi Pontifices Trinitatem consubstantialem Patris & silij & Spiritus sancti. Quam nequaquam declinantes, iuxta ministeria religionis magni regis exercent. Hanc ergo prædicare decreuit nostra quoque potentia: ita ta men vt non dicant aliqui: Sequimur religioné Imperatoris hanc patriam gubernantis, & non illi po tius obedientes, qui nobis salutis mandata contra didit, Euangelium năque Christi nostri sic habet: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & que sunt Dei Deo. Quid ergo dicitis vos Episcopi & Præsules salutaris Verbi: Si ita se habet vestra probatio, di-

ligentes alterutros Imperiali abuti dignitate quie- D . scite: & nolite persequi eos, qui deo perfecte ministrant: quorum orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium à deo angelorum repellútur incursus: quique omnes damones corruptores precum assiduitate confundunt:tributa secundum leges inferre non respuunt, potestatique regix non resistunt: sed syncera voluntate & superni mandata dei custodiunt, & nostris legibus subiugantur. Vos autem inobedientes esse monstramini. Et nos quidem subiicimur ei, qui primus est &nouissimus:vos autem vobismet arrogatis. Nos itaque puros nosipsos à vobis esse desideramus. Et sicut Pilatus in examinatione nostri Christi, quum nollet eum perimere, conuersusque ad Orientis partes & petens aquam, abluit manus suas dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti: Sic etia nostra maiestas semper madauit persequutionem non fieri, neque fluctuationes inferri, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neque dispenlatores magni regis expellere: vt non ad præsens & sub Imperio nostro crescere videamini, & postea restamentum domini subdere passioni, sicut E in sanguine Zachariæ. Sed illi post aduentű superni regis nostri Christi Iesu disrupti sunt, contraditi morti cu adiutore suo demone corruptore. Hoc præcepimus in Megetio, & Ciceronio, & Damaico,& Lápone,& Brintilio, qui auditores fuerunt. Sed etiam ipsa vobis Acta misimus, vt cognoscatis ea, qua in eximio sunt concilio celebrata. His ergo literis subdidit etiam dogmata concilij, hæc summatim habentia: Profitemur sequentes magnum orthodoxumque concilium, consubstantia lem esse patri Filium: & non sic intelligimus consubstantialem, sicuti pridem quidam exposuerut, non vero subscribentes, & nunc alij illos vocantes patres, virtutem sermonis respuunt, & sequun tur eos, qui per consubstantialitatem similitudinem significată esse conscripserunt, eo quod nulli reliquarum creaturarum per eum factarum similis sit filius, nisi tantummodo patri. Sed qui hæc expo nunt, creaturam præcipuam Dei filium impie dog F matizant. Nos itaque sapimus (sicut etiam concilia nuper Romæ & in Galliis celebrata) vnam esse eandemque substantiam patris & filij & spiritus sancti, in tribus personis, quod est in tribus persoctis subsistentiis. Confitemur autem secundu Nicænam expositionem, & incarnatum filiú dei cósubstantialem ex virgine sancta Maria,& in homi nibus habitasse, & complesse dispensationem pro nobis omnem in natiuitate, & passione, & resurrectione, & in cœlos ascensione: & iterum venturum vt reddat nobis similitudinem diuinam:à semetipso, deum existentem carnigerum, & hominem deiferum. His ergo quæ prædicta sunt contraria sapientes anathematizamus, & eos simul qui non vere anathematizant, eum qui dixit, Antequam nasceretur, no fuit filius: sed scripsir, quod & antequam opere nasceretur, virtute erat in patre. Hoc enim & in omnibus creaturis est, quæ non semper existunt, sicuti deus. Filius enim semper cum patre est, sempiterna natiuitate proge-

Hæc igitur Imperator summatim significauit, ego verò etiam ipsas concilij literas ponendas existimo.

M48.27.6

Interpres să intellexit, ri de Graca.

Epistola Illyricianorum episcoporum ad Orientales episcopos prositentium Consubstantialem Trinitatem. CAPVT X.

PISCOPI ILLYRICI, EPISCOis Ecclesiarum Dei, Diœceseos Asianz, Phrygiz, Carophrygiz, Pacatianz in Domino S.

1.Cor.1.b

Onuenientibus nobis in vnum, & habita maxima quæstione de salutari Verbo, probauimus consubstantialem esse patri Trinitatem patris & filij & spiritus sancti. Quamobrem iustum fuit vobis literas destinare, non quibusdam argumentationibus religionem Trinitatis scribentes, sed in humilitate rogantes. Has nostras literas destinauimus per dulcissimum fratré & confacerdotem nostrum Elpidium presbyterum. In præsentibus itaque nostris literis quasi illud refertur, quod in saluatoris nostri Iesu Christi libris ascriptum est, Ego quidem sum Pauli, ego au tem Apollo, ego verò Cephæ. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Et hec quidem sufficiebant humilitati nostræ, etiá si non vobis vniuersales literas mitteremus, propter timorem tantum, quem ibi predicatis cuncte vestre prouincie, à patre &filio spiritum sanctum diuidentes. Quamobrem necessarium habuimus ad vos destinare dominum nostrū & comministrum Elpidiú à regio principatu Romanorum has literas deferentem, vt si forte talis est prædicatio vestra, cognoscat: qui enim consub stantialem Trinitatem non prædicant, anathema sint. Et si quis his communicas inuenitur, anathema sit. His autem qui consubstantialem predicant Trinitatem, præparata sunt regna cœlorum. Rogamus ergo vos fratres, vt non aliud doceatis, nó aliud innouetis, sed consubstantialem semper & vbique prædicantes trinitatem, possidebitis regnum dei. Ob hoc scribentes & commemorantes, has literas destinauimus. De episcopis autem constituendis vel comministris iam constitutis, si permanserint vsque ad finem sani, bene: alioquin ex ipso presbyterio repellantur. Similiter presbyteros arque diaconos in sacerdotali ordine definiuimus, vt sint irreprehensibiles vndique, & à Curia, & ab officio militari. Propterea ergo hoc no-C luimus pluribus verbis scribere, eò quòd miserimus vnum ex omnibus dominum nostrum, & coministrum Elpidium, studiose prædicationem vestram cognituru an ita se habeat, sicut audiuimus à domino nostro & consacerdote Eustathio. Posthac licet aliquando in errore fueritis, deponentes veterem hominem, induimini nouo. Nam & ipse frater & comminister Elpidius docebit vosveram prædicare fidem:quia sancta Trinitas consubstantialis deo & patri & filio cum spiritu sancto sancti ficata, glorificata, manifestata est: pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu in secula. Hoc itaque declarato, aperte poterimus sanctam Trinitatem confiteri consubstantialem esse secundum sidem olim in Nicæa expositam, quam patres confirmauerunt. Qua fide prædicata, poterimus erroneum dæmonem declinare. Quo extincto, pacificos nosmetipsos literis degentes in pace salutabimus. Scripsimus itaq; vobis, vt noueritis Arianos esse condénatos, nolentes confiteri ex patris substantia filium & spiritum sanctum, quorum nomi-D na sunt subiecta. Polychronius, Telemachus, Fausus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Hæc ergo ita se habent, in gloria patris & silij & spiritus sancti, in secula seculorum, Amen. Valere vos optamus patri & silio Saluatori Christo, cum sancto spiritu, multis annorum curriculis.

# Deharest Audaanorum. C AP. X1.

Nclytus igitur Imperator tanquam Apostolicis dogmatibus cum omni cura vacabat. Interea Syrus quidam & genere & lingua, Audæus nomine, illo tempore fuit dogmatum nouoru repertor: qui pridem quidem malignos habere conceptus cœperat, tunc autem cognitus est. Prius nã que stulte intelligens quod scriptum est:Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostră, humanam formam putauit habere diuinitatem & corporis circumiacere partes coniecit, diuinæ scri pturæ nequaqua sensum perspiciens, quæ sæpe diuinis operationibus humanorum membroru no- E mina circumponit: quandoquidem qui facile subtiliora intelligere nequeunt, per hac dei prouidétiam magis agnoscunt. Adiecit autem huic impietati & alia his vicina. Ex væsania nanque Manetis aspersus, neque ignis, neque tenebrarum deu asseruit creatorem. Sed hæc quidem, & quæcuque his similia celant Manetis væsaniæ participes, & iste prædicabat. Aiunt autem hos ab ecclesiastico seiunctos esse conuentu, quando hic reperiátur quidam, qui vsuras execrandas exigant, nec desint qui absque legitimis nuptiis mulieribus cohabitantes indecentem agant vitam. Atque horum causa aiunt seorsum se viuere, celantes dogmatum blasphemia. Est tamen hic prætextus arrogantiæ plenus,& Pharifaicæ propago doctrinæ. Nam & illi animarum & corporum medicum accusabant in templo, dicentes Apostolis: Vt quid cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Et per Prophetam de talibus dicit Deus: Qui dicunt, mundus fum,noli me tangere, isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Sed horum stultitiam redarguere præsentis téporis non est: quapropter ad narrationem reliquam procedamus. Ea tempestate Messalianorum, quos ivxirus id est, F Orantes appellant, hæresis est exorta. Vocatur au tem & alia appellatione in Desiasal, id est, sacrificatores. Hi enim cuius da demonis operation é expe-Cant, & hác sancti spiritus præsentiá arbitrantur. Qui verò integro huiusrei languore participatur, auersantur operationem manuum velut malam, fomnoq; semetipsos tradunt, & somnior u phatasias, Prophetias appellant. Huius hæreseos fuerūt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas,&Symeones,&alij,qui ab ecclesiastica quidé nequaquam comunione recesserur, diceres divinu cibu nihil nec prodesse nec lædere, de quo Dominus dixit Christus: Qui comedit carnem meam,& bibit sanguinem meu, viuit in æternum. Cumque voluerint celare hunc languore, etia conuicti impudenter negat, & alios hæc sapiétes quæ ipsi animo retinent, prorsus abdicat. Letoius itaq; Præsul Melitinésis ecclesiæ, diuino zelo deceter ornatus, videns eo gahic languor multa monasteria, magis auté latronű (vt ita dixerim) speluncas inuaderet,

Andens bereien

Gasef. L. 63

Luc. g.f

E[4.45.

Messaliani An.do.371. lvtoslocat, id est, atstati Or diume.

Isan. 6.f Error Enchet arom.

Letoius Melissous.

l ij

ECCLESIAST.

A eas incendit, & lupos ab ouibus segregauit. Simili ter etiam Amphilochius famigeratus ille Lycaonensis Antistes, dum hæc pestis illic crescerer, eam valde repressit,&oues que tali cotagione vexabatur, eripuit. Porrò Flauianus vbiq; laudabilis Præful Antiochenus, audiens hos in Edesla degere & venenum propriú vrbibus vicinis aspergere, turbam monachorum deduxit Antiochia, & negantes eam pestem, hoc modo redarguit: accusatores quidem dixit calumniosos esse, testes verò menda ces. Adelphium autem valde senem cum mansuetudine vocans, & iuxta se sedere præcipiens, ait: Nos ô senex, qui iam magnam partem vitæ transiuimus, humanam quidem didicimus diligenter na turam, & aduersariorum dæmoniorum machinamenta cognouimus, iplo experimento gratiæ ministrationes edocti sumus, isti verò cum sint iuuenes, nihil horum perfectius cognoscentes, spiritalia audire verba non ferunt. Quapropter dicito mihi, quomodo creditis spiritum contrarium recedere, & gratia sancti spiritus aduenire? His verbis senex ille delinitus, omne venenum quod celabat euomuit atque dixit:Nullam quidem vtilita tem ex sancto baptismate baptizatis accedere, sed folam studiosam orationem inhabitantem demonem effugare dicebat. Insuper vnumquenque nascentium à progenitore suo sicuti naturam, sic etiam dæmonum trahere famulatum. Et his expulsis per illam orarionem studiosam sanctum spiritum aduenire,& sensibiliter ac visibiliter suam de signare præsentiam, at que corpus passionibus mo tus cuiuslibet cripere, & animam à mala voluntate penitus liberare, ita vt nequaquam deinceps egeat, neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenante, & progredi ordinate edocente. No folum autem qui hoc impetrauerit, corporis, inquit, exultationibus liberatur, sed aperte etiam futura præuider,& sanctam Trinitatem oculis cer nit. Hunc itaque Flauianus fætidissimum fodiens fontem, & eius pocula cunctis examinanda produces, infælicissimo ait seni: Vetustissime maloru dierum,increpauit te os tuum & non ego:labia enim tua testantur aduersum te. Quumque hic lan guor cunctis innotuisset, de Syria quidam expulsi, & ad Pamphiliam sunt progressi, eamque huius-

SOZOMENVS.

modi peste repleuerunt.

De Lampsaceno concilio. CAPVI XII.

Ad Valen tinianum Ang.legatio eposcoporum.

Harefis me-

u**ă in ba**pti (

conferri.

Gitur Valentinianus cum ita saperet sicut Nicæni patres, similia prositentibus proderat, aliter verò sapientibus nó erat importunus. Qui cum initio regni de vrbe Cóstantinopolitana per Thracias properaret Romam, episcopi Hellespóti, Bithynie, & quicunque consubstantialem patré ac filium prædicabant, Legatum miserunt Hypatianum Heracleæ Perinthi præsulé, vt dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. Is cú adisfet Imperatorem, & episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus, ait: Mihi quidé cum vnus de populo sim, phas nó est talia perscrutari. Verum sacerdotes quibus hec cura est, apud seipsos cógregentur vbi voluerint. Cum hec itaque respondisset princeps, in Lampsacum con-

uenerunt episcopi. Cuque duos tractassent men- D ses, nouissime decreuerunt vt ea qua Constantinopoli gesta fuerant studio Eudoxij & Acacij,abo lerentur. Similiter autem vt irritaretur etiam expositio fidei, quam velut Occidentalium episcoporum proferentes, quosda subscribere in ea, sub ea promissione fecerunt, vt quod fuerat constitutum de dissimilis substătiæ nomine, penitus abdicarent, quod etiam sunt mentiti. Similem verò patri filium per substantiam asserebant, dicentes necessariam similis adiectionem propter significationem substantiarum. Fidé verò illam esse præcipiendam per omnes ecclesias, que Seleucie fuerat promulgata, & exposita in dedicatione Antiochenæ probatur ecclesiæ. Depositos autem ab eis qui dissimilem patri filium asserebant, sedes proprias recipere decreuerunt. Si quis autem eos accusare veller, æquo hoc periculo sanciuerunt, iudi ces elle decernentes episcopos recte sapientes,& de vicinis prouinciis in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singuloru qui dicerentur oppressi. Hæc decernentes, cum euocassent Eudoxium, & qui cum eo erant, locu eis poenitentia tribuerunt. E Quibus obedire nolentibus, quæ fucrant placita cunctis ecclesiis intimarunt. Cúmq; crederent stu dere Eudoxium, vt vniuersa regalia suz partis faceret, & istis sine dubio derogaret, necessariu putauerunt vt precurrerent, & que fuissent Lampsaci gesta, nuntiarent. Remeantem itaque Valenté Imperatorem de Thracia, in Heracleia adierunt. Fuerat enim cũ fratre suo digressus vsque ad quédam locum. Tunc enim Eudoxius tam apud principem quam apud proceres pręcipuus habebatur. Adeuntibus ergo Legatis à Lampsaco missis, iussit Imperator ne scipsos ab Eudoxio separarent. Qui cûm resisterent, & de gestis Constantinopolitanis apud Seleucenum concilium habitis aduer sus Eudoxium quererentur, comotus ad ira Princeps, illos quidem deputauit exilio, ecclesias auté tradi iussit Eudoxio.

THEODORITYS.
Quemadmodum Valens faltus fuerit Arianus.
CAPVT XIII.

գ Empore quo Valens suscepit Imperiŭ, Apostolicis dogmatibus ornabatur. Cú verò Gothi transissent Histrum, & Thracia peragrarent, collecta militia pugnare cogitabat aduersus eos. Cui placuit vr non nudus sacra gratia pugnaret, sed sancti baptismatis munitus armis & hoc quidé bene placuit & valde sapiéter. Quod vero pollea gelsit magna animi mollitié, & prodi tione lignificat veritatis. Ea nanque infelix passus est, quæ progenitor Adá. Coningis enim est sedu-Aus alloquio, & muliebribus verbis illaqueatus. Illa nanq, primitus Arianę fallacię captionibus irretita eria istu secu corruere in blasphemix fouea psuasit: cuius seditionis autor fuit Eudoxius. Is eni adhuc Costatinopolitane gubernacula tenebat ec clesiæ, no reges, sed sua porius merges naue. Tunc ergo in baptismatis tépore, iureiurado miserrimi obligauit, & vt in impletate dogmatis pmaneret, & vndiq; cotraria sapietes expelleret. Sic itaq; ille doctrina Apostolica derelinqués, corrarias partes lumplit, & paulò post qua iurauerat adimpleuit.

pud Lampfacum,

Endozias gratiofus in anla Valitus

An.do.378.
Valous baptizatur pugnaturus cistra Golden

Au.do.378.
Valens ad
Arianas
partes trabitur veceno
blandiloquentia.

SOZOMENYS.

Qua crudelitate Valens sit v sus aduer sus orthodoxos. C A P. X I I I I.

† Syriam

Melitias in esolium. Nterea venit in + Eurχ: metuebat enim ne fortè Perse pacta sub Iouiano triginta annorú facta, soluerent. Qui cum nihil mouerent, degebat in Antiochia. Quo tempore Melitium quidem episcopum destinauit in exilium, Paulinum verò reueritus, illius vitæ pepercu. Eos autem qui Eudoxio communicare nolebát, ecclesiis expulit, pecuniis condemnauit, verberibus & aliis rebus afflixit.

SOCRATES.

Fertur enim etiam multos in Oronte flumine suffocasse.

THEODORITYS.

Zufobius Samofaten<sup>9</sup> Pologius, [ Laodicenus. De Samosata autem sanctum Eusebium expulit, Pelagium admirabilem pastorem Laodicensiú, vrbe priuauit: qui quum in iuuentute duxisset v-xorem, in ipso thalamo primo die nuptiarú sponte persuasit, vt puritatem comuni voluptati præponeret, at que vt charitatem fraternam adipisceretur pro copulis nuptialibus, erudiuit.

SOCR ATES.

De tyrannide & perditione Procopy.

CAPVT XV.

Anda 367. Procepius tyranum.

Tarametu

An.do.368.
Pugna inter
Valentem
& Procopinm.

Agelso Gomarius, Procopij Soppliciom. Vm hec autem in Syria fierent, exortus est Constantinopoli tyrannus nomine Proco pius: qui paruo tempore multam sibi militiam coaceruans, se destinabat aduersus Imperatorem. Quod cum nuntiatum fuisset, conturbatus Valens paululum suum impetum remoratur. Cuque belli euentus interea parturiret, terræmotus factus multas diruit ciuitates. Sed etiam mare terminos proprios mutauit, &in quibus dam locis intantum influxit, vt loca que pridem ambulari poterant remigarentur: ab aliis verò locis tatum recessit, vt arida tellus inueniretur. Hoc ergo factu est primo duorum principum Consulatu.

Sequenti autem anno, Gratiani & Dagalaiphi Consulatu, bella parabantur. Cumque tyrannus Procopius de Cóstatinopoli digressus, castra moueret aduersus Imperatorem, & hoc audisset Valens, venit ab Antiochia, & cum eo congressus est circa ciuitatem Phrygiæ Nacoliam. Et prima quidem pugna deuictus est. Post paululum verò Procopium cepit, tradentibus eum Agelone Gomarioq; militibus, quos etiam postea inopinatis quibus fuppliciis iussit expendi. Contemnens enim iusiurandum quod eis præbuerat, serris diuisos crudeliter interemit. Tyrannum verò duabus vicinis arboribus flexis, singulos in eis pedes eius ligari fecit, que dimissa aërem repetentes, Procopium diuiserunt. Et hoc modo tyrannus interiit.

# THEODORITYS.

De exilio sancti Rusebij Samosateni Pontificis, or quod cines eine, amore fidei, alij episcopo se subdere noluerint. CAPVI XVI. LIB. VIL

Vsebius interea Samosatenus episcopus in D ◀ Thraciam in exilium deportatus, Apostoli- cis laboribus desudabat. Is enim multas ecclesias desolatas pastoribus esse conspiciens, habitu militari sumpto, mágu caput operiens, Syriá perag rabat, & Phænicen, pariter & Palæstinam, presbyteros ordinans atque diaconos, aliaq, ecclesiæ peragebat officia. Sicubi autem inueniret sibi cocordes episcopos, eos Præsules indigentibus constituebat ecclessis. Quantam verò fortitudinem sapientiamque monstrarit, Imperialem suscipiens iussionem, qua eum præcipiebat in Thraciis habitare, necessarium arbitror nescientes cognoscere. Venerat enim baiulus huius præceptionis circa velperam,qué Eulebius lilentiú habere,& aduentum suum celare iussit, dicens: Si cognouerit hoc turba sacri zeli amore inflammata, te quidem interimet: ego autem pro tua morte apud Deu pœnas cogar exoluere. Quum hæc dixisset vespertino consuero ministerio celebrato, circa ipsa somni primordia vni famulorum secretum pandens, solus egressus est senex:sequebatur famulus, pul- E uillum tantummodo & codicem gerens, Cumque venisset ad Euphratis fluminis ripā, iuxta ipsos mu ros ciuitatis exposită, ascendit in nauem, vt Zeugma nauigaret, iussitá; nautis vt remigarent. Et fa-&o die ille quidem peruenit ad Zeugmatis locu: Samosateni verò gemitibus & lamentatione repleti sunt. Nam cum ille seruus eius proximis, que iussa fuerant, indicasset, & qui cum eo proficiscerentur, & quos codices detulisser, ingemiscebant vniuersi, pastore videlicet priuati. Fluuiusque nauigantibus atque sequentibus est impletus. Cuq; venissent & desideratum pastorem cernerent,am plius eiulabant:ac suspirantes fundentesq; lachry marum fontes, eum retinere nitebantur, ne in lupos oues eius inciderent. Quem cum flectere non valuissent, audierunt eo legente Apostolicam legem, quæ aperte iubet nos Principibus & potestatibus esse subiectos. Quo facto, alij quidem ei obtulerunt aurum, alij argentum, alij veites, alij fa mulos, tanquam ad peregrinam & exteram prope ranti terram. At ille pauca quæda à valde notis accipiens, doctrinisque cunctos & orationibus ar- F mas, & pro Apostolicis dogmatibus pugnare precipiens, ad Histru profectus est. Illi verò advrbem propriam remeantes, & mutuo se exhortantes, luporum circumípiciebant prudenter insidias. Núc verò narrandus est horum fidei calor & puritas. Puto enim me delinquere, nisi per hanc relationé illi semper memorabiles habeantur. Quum ergo Arianorum participes egregio pastore priuaisent gregem, aliumque pro eo Eunomium nomine fecissent episcopum, nullus illic habitantium, non pauper, no diues, no famulus, non opifex, no agricola,nó hortulanus,nó vir,nó mulier,nó iuuenis, no senex, ad ecclesiastică accessit consuete colle**gium.**Solus itaque degebat epilcopus,tŭ nullo eŭ neque vidéte, neq; penitus appellante, licet feratur cum multa vixisse mansuetudine: cuius rei hoc probatur indicium. Cum enim voluisset lauare, & eius famuli balnei ianuas obserassent, volentesq; ingredi prohiberet, ipse populu ante ianuas vides, eas aperire præcepit, & libenter secu omnes lauacro participari. Hoc idé etiá in balnei solio fecit. Nă quum lauanti sibi quosdă videret astare, iussit I iij

Enfebine Sa
mofatenes
in exilio
quid egerit,
†Calamato,
id est, arcto
mitra genere.ita habent vninerfa, & vetustiff exemplaria.

Eufebine na wigat Zeugma Syri e.

Roma. 13.4

Eusebisu ad Histrum.

Samofateni. Eunomius Ariasusius Eufebij loco obtrujus.

Eunomy Sa mofateni hu

ECCLESIAT.

vt cum ipso communiter aqua calida fruerentur, ce & Ægypto, necnon Thebaide, quas gétes cum D qui tacentes astabant. At ille honoris caussa hoc maximo virtutis suæ splendore trasserat, primum fieri putans, velociter ascendens egressus est. Illi quidem Valens infulam Aradon habitare præceverò nequissimæ hæreseos immunditia, etiam apit. Cúmque cognouisset innumeros ad eum concurrere populos (quia cum plenus esset gratia, ver quam iudicantes esse pollutam, eam repente cuniculorum egestionibus tradiderunt, & aliud fecebo ægritudines effugabat)in Oxyrynchum Ægyp runt solium temperari. Quod ille cognoscens, reti vrbem eum in exilium destinauit. Cumque etilicta ciuitate discessit, inimicam habitare ciuitate, am illic eius gloria omnes accenderet, in quod-&horrorem habentem aduersum se communem, dam castrum extremum Barbaris vicinum, cui noarbitratus esse stultum. Quo de Samosata abeunmen est Pheno, senex dignus cælesti vrbe dedute, Lucium pro eo aperte lupum, & ouibus inimictus est. Aiunt quidam in Arado hactenus eius excum constituerunt. Sed oues licet desolatæ pastotare lectum eximia celebritate dignu: multi enim re,tamen quæ sunt pastoris operabantur. Perman ægrotantium, cùm in illo collocantur, salutem fiserunt enim doctrinam apostolicam inuiolabilide percipiunt. ter observantes. Quomodo enim etiam Lucium

SOZOMENTS.

Item de crudelitate Valent is quam gesit aduersus orthodoxos extincto Procopio. CAPYT XVIII.

Gitur Imperator extincto Procopio, felicitate prouectus, denuò contra Christianos bella commouebat, omnem religionem in Ariano E dogmare cupiens concordare. Præcipuè tamen eum ad furorem prouocabat synodus in Lampsaco celebrața, non folum quia Arianorum abdicaret episcopos, sed quòd promulgationem fidei Ariminensis anathematizauerat. Veniens igitur Nicomediam Bithyniæ, conuocauit Eleusium Cyzici, is estim sectam Macedonij magis sequebatur, ficut iam dixi. Et faciens concilium Arianorum episcoporum, cogebat Eleusium vt illorum dogma ti consentiret. Qui primum quidem negauit. Postea verò cùm ei minaretur exilium, formidans in Arianum dogma consensit. Quo perpetrato, mox pænitentia tractus veniens Cyzicum, coram omni populo de violentia querebatur, dicens consen sum violentia non voluntate factum. Et vt quererent sibi alium episcopum hortabatur, quoniam ipse per necessitatem dogma proprium denegalset.Porrò Cyziceni propter amicitiam eius alijepiscopo subdi noluerunt, manseruntque sub eo, F non tamen à propria hæresi abducti sunt. Hoc audiens Constantinopolitanus episcopus, Eunomium in Cyzico ordinauit episcopum, tanquam qui posset populum calliditate verborum ad suum cir cumuenire consensum. Descendente vero Euromio, Sacris præceptionibus expelli iubetur Eleusius, & in sede Eunomius collocari. Quo facto amatores Eleusij extra vrbem oratorium fabricantes, Collectas ibi faciebant. Hæc ergo de Eleusio dicta sufficiant. Nunc de Eunomio referendu est.

SOCR ATES.

De Eunomio haresiarcha. CAP. XIX.

Vnomius notarius fuit Aëtij, qui 200, id est, sine Deo, vocabatur: cuius mentionem fecimus. Cum quo dum esser, modum eius sophisticum imitatus est, & sermonibus quibusda vacans, faciensá; sibi sophismara, nó sentiebat, ex his inflat, in blasphemias se incidere: quippè qui dogma imitaretur Arij, & multis modis repugnaret dogmatib veritatis. Enimuerò parú edoct ex literis sacris, & eas minime intelligere valés circa

iofula.

discodit Sa**m**ofata.

truditur.

Purzatio per iznem

Enoleius in exilium.

Enfebias in exilium Eusebine martyrio coronatm. Antiochus mepos succe-Ionianu Pazau

Celta.

Barfes Edef

Arfen quoque, cuius eriamnú maxima gloria est, non solum in Edessa quam regubat vicinisque prouinciis, sed etiam in Phœni-

Digitized by Google

runt, arbitrati sphæram pollutione repletam. At il le hoc intelligens, præcepit cuidam sequétium vt expectaret,& quod gereretur,cognosceret.Pueri verò accedentes ignem,&spheram iaculantes per mediam flammam, hoc modo eam arbitrati sunt

omnes habuerint odio, aliis narrationibus expla-

nabo. Adolescentes in platea spharam alter alteri porrigentes, lusu delectabantur. Isto autem tran-

seunte, contigit vt sphæra cadens, per asini eius

transiret pedes: tum pueri vehementer eiulaue-

expiatam. Et hoc quidem esse noui iuuenile,& có suctudinis antiquæ reliquias. Veruntamen indicium est, quo possit ostendi quale odium circa Arianam væsaniam ciuitas habuerit vniuersa. At Lucius mansuetudine non est imitatus Eunomium, sed

multos quidem sacerdotum fecit per Iudices in exilium deportari, eos præcipue qui viriliter pro sa cris dogmatibus dimicabant, víque ad nouissimos Romani fines imperij, Euolcium Diaconij ministerio functum in erémum Oasin, Antiochum verò Eusebij maximi generatione decoratum(e-

rat enim cofobrinus eius) & multis virtutibus coruscantem, necnon sacerdotij dignitate fulgëtem, in Armeniæ terminos mitti suasit, cuius opera pro diuinis dogmatibus celebrata quis explanare sufficiat? Quum itaque vir sanctus Eusebius post multa certamina, innumeralque victorias etiam coronam martyrij suscepisset, conuenit solenni modo prouincie synodus pariter & Iouianus Pergenæ tunc ciuitatis episcopus, qui pauco tempore Arianorum fuerar communione maculatus. Quumque vniuersi Antiochum elegissent, auunculo proprio successorem, & ad sacrum perduxissent altare, & genua ad ordinationem inclinare

compellerent, conuerfus & videns Iouianum suo capiti dexteram imponentem, manum eius repulit, dicens, non esse ferendam dexteram, quæ aliquando sacramenta blasphemiis celebrata suscepisset. Sed hæc quidem non post multum temporis euenerunt. Tunc enim in interiorem est (vt dixi) ductus Armeniam. Qua tempestate vir sanctus

Eusebius morabatur apud Histrum, Celtis Thraciam deuastantibus & obsidétibus ciuitates, sicut eius scripta commemorant.

> De exilio Barsa episcopi. CAP. XVII.

Sacre litera in Cyzicii.

semp no poterat intentionis suæ propositu adimplere: sicut septem eius demostrant Tomi in quibus vanissimė laborauit, quos in epistola Apostoli ad Romanos fecit: multa enim illic verba pfun dens, intentionem epistolæ non potuit inuenire. Sút etiam alij eius similes libri, quos qui legere vo luerit, eorum contemptum experimentis cognofcet. Hunc igitur Eunomium Eudoxius in Cyzico fecit episcopum, expellere nisus Eleusium. Cúmq illuc venisser, vtens more solito Dialectica, quali peregrinum aliquid auditorib' inferebat. Quaniobrem Cyzici tumultus exortus est, eumque vrbe pepulerunt, non ferentes eius verborum fastum. Qui Costantinopolim veniens cum Eudoxio mo rabatur, episcopatu vacans. Sed ne detrahere videamur, audi voce ipsius Eunomij, quæ tentat con

A verba frequenter occupabatur, eaque couertens

tra Deum sophismatibus loqui. Sic enim ait:
Deus de substantia sua nihil nouir amplius quàm
nos, neq; est illi magis, nobis autem agnita minus,
sed quodcunque de illa nouimus nos, hoc modis
omnibus etiam ille nouit. Quod autem rursus ille,
hoc inuenies immutabiliter in nobis. Hæc quide
aliaque similia Eunomius sophismata, id est, circuuentiones faciens, non sentiebat occubere. Quomodo autem ab Arianis paulò post segregatus itt,
proprio loco narrabimus.

SOZOMENYS.

De sanitia Valentis contra Constantinopolitanos orthodoxos. CAPVIXX.

Novatiani apud Conftantinopolim,

taria (ub

Agelius No watianorum episcopus.

Agelian re nocator de exilie.

Anastasia Carosia filia Valen-

Exabantur enim etiam Constantinopoli habitantes, qui Nicænum dogma protitebatur, quos omnes Imperator expelli ciuitate præcepit, Nouatianorum verò etiam ecclesias claudi, alioru verò hæreticorum quod clauderet non inuenit. Pridem enim sub Constantio principe probantur ablatæ.Sed etiam Agelium Nouatianorum epilco pum ecclesiæ Constantinopoli constitutæ, exilij deportatione damnauit. Dicebatur enim mirabiliter viuere secundum ecclesiasticas sanctiones, cu ius vita erat philosophica,&à pecuniarum possessione segregata. Quod etiam conuersationis eius modus ostendebat. Vna enim tunica vtebatur, & femper ambulabat excalciatus. Qui nó longo post tempore reuocatus est, ecclesiasque recepit. Cuius rei fuit autor quidam Martianus, vita, icientiaque admirabilis, pridem quidem in Regalibus milităs:tūc autem presbyter Nouatianus, arté Gram maticam Imperatoris filias edocebat Anastasiam arque Carosam. Ex quarum nominibus hactenus Anastasianæ & Carolianæ Thermæ publicæ Constantinopoli nuncupantur.

SOCR ATES.

De destructione murorum Chalcedonen sium. CAPVI XXI.

Vales Aug. muros Chalcedonis dornie. I Gitur Imperator Valens Chalcedonensis vrbis contra Byzantium positæ muros destrui iussic. Iurauerat enim hoc se facturum tyranno victo, que Chalcedonenses fauore tyranni ei turpes contumelias intulissent, & portas clausissent ciuitatis.

Murus autem iussione destruebatur Imperatoris, D & saxaad ædificium Thermarum, quæ Constantianæ vocantur, Cóstantinopolim vehebátur. Inter quæ faxa vnum inuentum est, in quo resposum habebatur inscriptum, olim quidem absconsum, tunc verò manifestum . Significabat enim, p cùm proueniret aquarum abundantia ciuitati, tunc mu rus quidem lauacro seruiret, innumera verò Barbarorum nationes, Romanorum fines incurrétes, cùm crudelia multa cómitterent, nouissimè etiam ipsæ perirent. Post aliquantú itaque temporis eue nit, vt Valens Aquæductű ædificaret, & abundantiam Constantinopoli præberet aquarum, tunc etiam Barbaræ motæ funt nationes.Responsum ta men etiam alio modo contigit adimpleri. Cùm enim Aquæductus in ciuitaté fuisset inductus, Pręfectus vrbis tunc Clearchus Nympheum maximű ædificauit in platea, quæ Theodosij núc vocatur, vbi aquæ affluentia elt emissa : in quo maximá festiuitatem ciuitas habuit. Sed hoc responsum paulò post est impletu. Porrò cùm solueretur murus, Principem Constantinopolitani roganerunt, vt à E muri destructione cessaret. Cum quibus etiam sup plicabant possessores Bithyniæ, Nicomedienses, atque Nicanii Verùm Imperator furore plenus, vix quidem supplicatium suscepit preces. Volens tamen iusurandum implere, murum destruebat, eúmque subinde minoribus lapidibus rursus ædificabat. Quod núc etiam in quibusdam muri partibus inuenitur, vbi maximis mirabilibusque lapidibus, vilis nunc fabrica superposita demostratur.

De nativitate Valentiniani minorus & de immenfitate grandinis, & de ortu principis Gratiani. C APVT XXII.

HOc itaque tempore talia gerebantur. Sciendum tamen quòd bellum cotra Procopium tyrannum gestum est Consulatu Gratiani & Daga laiphi,circa finem Maij mensis. Post paululum ve rò temporis eodem Cosulatu, Valentiniano principi in Occidentis partibus constituto, natus est fi lius nomen referens patris. Verum Gratianus ante eius fuerat natus imperium. Et sequenti Consu F latu Lupicini & Iouiniani grandinis multitudo in Constantinopolitana vrbe secundo Iunij mensis die, saxorum gerens similitudiné vehementer effunditur. Quod multi dicebant propter motu Imperatoris accidere, qui plurimos facerdotú in exilium deportauerat, Eudoxio communicare fugien tes. Post paululum verò temporis eodem Costulatu Valentinianus Princeps filium Gratianum Imperatorem constituit, vicesimo quarto die mensis Augusti. Sequenti verò Cósulatu Valentiniani secundo, & Valentis item secundo, terremotus circa Bithyniam maximus Nicæam subuertit vrbem, vndecimo die mensis Octobris. Agebatur autem annus duodecimus post Nicomedia casum. Post modicum verò tempus alio terræmotu multe partes Germæ ciuitatis in Hellesponto costitutæ, destructæ sunt. His ergo ita proueniétibus, nulla reuerentia terruit, neque Eudoxium Arianorum epi scopum, neque Valentem Imperatorem. Non enim à persecutione cessabant. Porrò terræmotus, turbarum ecclesiasticarum indicium esse videbatur. Cum ergo multi sacerdotu in exilium depor-

Therme Co

Epigramma futura pradi cens.

Vales aque ductum ex-

Clearchae Nympha**ë** adificat

An.do. 365.

Grādo Low frantinopolis An,do.369,

An.do.370

Germa.

Macedonia

mi cofugiunt ad Valenti-

berium

nianü & Li B

An.do. 367.

Sauromata.

A tarentur, foli diuina prouidentia propter eminentem sui reuerentiam exiliu non sunt passi Basilius atque Gregorius. Quorum alter quidem Cæsareæ Cappadocia fuit epilcopus, Gregorius autem Na zianzenæ ciuitatis omnino vilissimæ, quæ est posi ta vicina Cæsareæ. De Basilio arque Gregorio pcedenti sermone narrabimus.

> Quomodo Ariani Macedonianos fuerint persecuti or illi se contulerint ad Liberium. CAPYT XXIII.

·Vmque eo tempore Cõsubstantialitatis dogma profitences vehementer affligerentur, rursus psecutores cotra Macedonianos insurrexe runt; qui terrore magis violentiaque coîtricti, per fingulas ciuitatesLegationibus fungebantur apud alterutros, iudicantes optimum, si per necessitaté confugerent ad fratrem Imperatoris, & ad Liberium Romanæ vrbis episcopum, cuius fidem amplectebantur potius quam comunionem Eudoxij. Miserunt ergo Eustathium Sebastiæ, qui fuerat sæ pe depositus: Syluanu Tarsi Ciliciæ atque Theophilum, mandantes, ne declinarent fidei caussa Li berium, sed Romanæ comunicarent ecclesiæ,& fi dem de consubstantialitate roborarent. Itaque cu his literis in Seleucia dispositis, ad Italiam peruenerunt. Et Imperatorem quidem videre no potue runt: erat enim occupatus in Galliis, & cotra Sauromatas pugnabat. Liberio tamen epistolas obtulerunt: qui cos suscipere nullatenus voluit, dicens cos Arianos esse: nec ab ecclesia suscipi posse, qui Nicænam non susciperent fidem. At illi respoderunt, per pœnitentiam se cognouisse veritaté, & dudum abnegasse Dissimilitudinis fidem,&similem professos per omnia filium patri, nihilque dif ferre à consubstantiali per omnia similem. Hæc di centes exegit Liberius scriptam sux sentétix dare professionem. At illi libellum porrexerunt, in quo etiam proposuerunt verba fidei Nicæni concilij. Epistolas auté à Smyrna in Asia constituta, & Pisidia Isauria, atque Pamphylia, necno Lycia mis sas, hîc propter prolixitatem non subscripsi. Verba verò libelli ab Eustathio & reliquis Liberio da ti hæc esse noscuntur.

Libellus Macedonianerum, Liberio Romano datus CAPPT XXIIII.

DOMINO FRATRI ET CONSAcerdoti Liberio, Eustathius, Theophilus, & Syluanus, in domino S.

PRopter hæreticorum væsanas suspiciones qui nó cessant catholicis ecclesiis scandala generare, ea gratia omnem occasioné eorum perimentes, profitemur synodum Lampsaci celebratam, & Smyrnæ, aliisq; diuersis locis orthodoxorum episcoporum. Pro qua synodo legatione fungentes apud tuam paternitatem, & vniuersos Italiæ cunctósq; Occidentis episcopos, literas deportamus, catholicam fidem tenere atque seruare, que in san cto Nicano cócilio sub beata memorie Constan tino à trecentis decem & octo episcopis costrmato perfecto & immobili statu hactenus & in perpetuum permanebit, in qua Cosubstantialitas san-

ctè piéque definita est contra Arij prauitatem. D Similitérque nos cum predictis eandem fidem tenuisse atque tenere,& vsque ad terminum vite cu stodire manu propria profitemur, condemnantes Arium impiamque doctrinam eius cum discipulis ipsius, esque similia sapienti bus, necnon omnem haresim, Sabellianos, Patripassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, simul etiam Paulosamosatenos, eorúmque doctrina, omnésq, his similia sapientes, & vniuersas hæreses sanctæ fidei prædicte cotrarias, quæ piè catholicé que est in Ni cea à fanctis patribus explanata, anathematizantes præcipuè explanationem lectá in Ariminensi con cilio, tanquá contrariam prædicæ fidei sancti con cilij in Nicæa vrbe celebrati, cuius lectione prolata in vrbe Thraciæ Nicæa dolo atque periurio capti, Constantinopoli subscripserunt. Est autem fides nostra & corum pro quibus legatione fungimur, hæc: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem,omnium visibilium inuisibiliumque factorem,& in vnum vnigenitum Deum dominű Iesum Christum silium Dei, natum ex patre, hoc est, ex substătia patris, Deum ex Deo, lumen ex lu E mine, Deum verű ex Deo vero, natum, non factű, cosubstantiale patri, per que omnia facta sunt que in cœlo &que in terra. Qui ppter nos homines& ppter nostra saluté descédit de cœlis,& incarnatº est,& homo factus,passus, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctu. Eos autem qui dicunt: Fuit, quando non fuit, & ante quam nasceretur non fuit, & quòd ex no existentibus factus est, aut ex altera essentia vel substantia dicentes esse, aut conuertibilem aut mutabilem filium Dei, ana thematizat catholica & apostolica ecclesia.

Eustathius episcopus Sebastiæ ciuitatis,&Theo philus & Syluanus Legari conciliorum Lampsaci, Smyrnæ, & reliquorum, hác professionem manibus nostris & propria voluntate subscripsimus.

Si quis autem præter expositam à nobis fidem contra nos vel eos à quibus missi sumus, aliquod crimen 11: ferre voluerit, cum literis ad nos tuę fan ctitatis ad quos probaueris orthodoxos episcopos mitte, & apud eos nobifcum caussam dicant. Et si quid criminis fuerit approbatum, in autore proculdubio vindicetur. Hoc itaque libello Legatos F obligas Liberius, eos in communionem suscepit. Quibus dans Auiusmodi literas, abire præcepit.

Epistola Libery & Siciliensis concily ad Macedo. nianos episcopos post pænitentiam CAPVT XXV.

Ilectissimis fratribus & cosacerdotibus, Eustathio, Cyrillo, Hypericio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eufebio, Eucarpio, & Ortafio, Neoni, Eu mathio, Faustino, Proclo, Passinico, Arsenio, Seuero, Didymioni, Britanio, Callicrati, Damabio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexádro, Adolio, Martiano, Sthenelo, Ioanni, Maceri, Carisio, Syluano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Seueriano, Eusebio, Eumolphio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrysampelo, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arlenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leo-



A tio, Philagrio, Lucio & vniuersis Orientalibus orthodoxis, Liberius episcopus, & Occidentales episcopi in domino salutem.

Ptabile nobis pacis arque concordiæ gaudiū vestræ literæ attulerunt, sidei lumine resplen dentes, fratres charissimi, oblatæ nobis per charissimos fratres & coepiscopos, Eustathium, Syluanum atque Theophilum, & maxime quiavestră sententiam vestrósque sensus concordare & con fonare cum mea humilitate,& Italis, atque Occidentalibus vniuersis affirmauerunt atque demőstrauerunt. Et hanc esse cognoscimus catholicam & apostolicam fidem, quæ vsque ad Nicenum cócilium integra immobilisque seruata est: & hanc ipli retinere professi sunt, gaudióq; repleti, & om ne vestigium ac nebulas ineptæsulpicionis abiicientes, nó solum sermone eam, sed etiam scriptu ra curréte professi sunt. Cuius exemplar his literis fubdere necessarium iudicauimus, ne vllam occasionem hæreticis ad exercendas insidias denuò re linquamus: quibus iterum flammas propriæ ma-B litiæ comouentes, incendia discordiarum consuetè resuscitent. Hæc insuper sunt professi charissimi fratres nostri, Eustathius, Syluanus, atque Theophilus, vestram charitatem semper hac tidem ha buisse, & hac vsque ad terminum custodire, id est, in Nicæna vrbe à trecentis decem & octo episcopis orthodoxis approbatam, quæ perfectam conti net veritatem, & os totius hæreticæ multitudinis obstruit arque dissoluit. Nó enim spontaneo motu, sed nutu diuino tatoru episcoporu numerus ag gregatus est cotra vesaniam Arij, quanto numero beatus Abraam tot hostium millia fide destruxit. Qua fides dum in subsistentia & nomine Cosubstantialitatis continetur, velut quoddam munitisfimum & inexpugnabile castrum omnia iacula & molitiones Arianæ incredulitatis decenter euitat. Cùm igitur omnes Occidentales episcopi in Arimino congregati, quando eos Arianorum collegit væsania, quadam suasione, aut (vt verius dicā) mundana potentia, hoc quod cautius erat in fide positu, auferre, aut oblique denegare conati sunt: tamèn nihil eorū calliditas profuit. Nam penè om nes couenientes Arimini tunc terrore permoti atque decepti, nunc resipiscentes atque anathematizantes eos qui ibi conuenerunt, aut subscribentes catholicæ fidei quæ í Nicæna vrbe sancita est, nobisque communicantes, feruentius contra Arij dogma eiúsque discipulos inflammatur. Cuius rei indiciú etiam ipli legati veltræ ciuitatis agnolcen tes, voliplos in sua subscriptione iunxersit, anathe matizantes Arium, & quæ ab eius sequacibus Arimini gesta noscuntur contra fidem in Nicana vrbe sancitam. In quibus etiá vos capti periurio subscripsistis. Vnde cosequens nobis visum est scribere charitati vestræ, & adiuuare iusta poscentes, maximè quia per professionem vestrorum Legatorum resipiscentes Orientales cum orthodoxis Occidentalibus cocordare cognouimus, & significamus, vt noueritis blasphemos Ariminéses qui tunc videbantur per surreptionem maculati, nunc anathematizatos, & vniuer fos ad Nicænam respirasse fidem. Quod oportet per vos omnibus indicari, vt possint qui violenter læsi sunt, aliquado ab hæreticis tenebris ad diuinum lumen catholicæ li

LIB. VII.

bertatis accedere. Qui post hanc synodum nisi vo D luerint respuere venenú persidiæ, & blasphemias Arij vniuersas abiicere, easque anathematizare co gnoscunt se cum Ario eiúsque discipulis cæterisque serpentibus siue Sabellianis vel Patripassianis, aut cuiuslibet alterius hærescos socios esse, & comunione priuatos ab ecclesiastica synodo, quæ ad se filios adulterij non admittit. Deus vos incolumes custodiat fratres charissimi. Has literas Eustathius cæterique percipientes, rursus ad Siciliam deuenerunt, ibique facientes synodum Siculorum episcoporum coramipsis Consubstantialitatis sidem professi sunt. Cúmque Nicenam fidem robo rassent, consonas ab eis quoque percipientes epistolas, ad eos à quib° fuerat destinati reuersi sunt. Qui Liberij precepta suscipietes, Legationes mittebant per ciuitates ad Præsules,&consubstantialitatem fidei prædicabant, inuitantes eos vt in Tar fum Ciliciæ pariter conuenirent, vt Nicænam roborantes fidem, deinceps foluerent omnem contentionem. Quæ fieri potuerunt, nisi Eudoxius Arianæ religionis Præsul, tunc apud Imperatorem eminens valde, prohibuisser. Qui amplius propter E. indictum iter ad Tarfum accensus, plus illis malorum intulit. Quòd verò Macedoniani perLegatos quos miserant communicantes Liberio, Nicana confirmauerint fidem, ipse Sabinus in collectione synodalium est attestatus.

# Cur Eunomius ab Eudoxio segregatus sit. C APVT XXVI.

Irca hæc itaque tempora Eunomius ab Eudo xio separatus, seorsum agebat missas, ppterea quod cum sæpe rogasset vt susciperetur præceptor ipsius Aëtius, Eudoxius non exaudisset. Hoc autem nó ideo refutauit, quòd sectam declinaret Aëtij, cum earn scilicet prædicaret: sed quonia om nes vnanimes illius, eum sectæ alterius fatebatur. Ista ergo caussa fuit, vt ab Eudoxio separaretur Eu nomius. Hæc igitur Constantinopoli gerebatur.

Entromina cur ab Ende wie separat?

# Delatebris Athanasij. CAP. XXVII.

Einde Alexádriæ præceptum Præfectorum, ftudio Eudoxij destinatum, conturbauit ecclesiam. Verùm Athanasius irrationabilem suroré populi metuens, atque timens ne malorum facien dorum ipse caussa esse videretur, quatuor mensibus seipsum in sepulchro patris abscondit. Cúmque propter eius absentiam seditionem desiderio ipsius populus excitasset, cognoscens Imperator propter hocAlexandriam esse turbatam, literis indicauit vt Athanass licitè teneret ecclesias. Et hec suit caussa vt vsque ad Athanass mortem Alexandrina non turbaretur ecclesia. Quod verò post eius mortem rursus Ariani eas ecclesias inuaserint, paulò post narrabo.

Alexandria fedicio, cuim autor Eudonime. A n. do. 3714

#### SOZOMENTS.

De concilio Tyanensi vbi litera Libery & Occidentalium sunt recepta. CAP. XXVIII.

Illo siquidem tempore celebrabatur concilium in Tyanis ab Eusebio episcopo Cesaree Cappa-

Synod apud Tyanam,

ECCLESIAT.

mero, quibus preerat Vrbasus, Theodorus, & Me-D nedemus, in Nicomedia peruenissent, preces obtulerunt Imperatori, violentiam proclamantes,& ca quæ videbantur esse perpessi.

Quod offuaginta orthodoxorum à Valente in nane cremati sunt. CAPVI XXX.

Ndignatus igitur Imperator, ad presens celauit iram,latenter autéModesto Præfecto præcepit, vt eos comprehensos occiderer. Modus auté mor tis erat quodamodo peregrinus: quapropter memoriæ contraditus. Metuens enim Pretectus ne seditio nasceretur in populo, si eos palam perimeret, simulauit se eos viros in exilium destinare. Illis auté simpliciter acquiescétibus, iussit eos Præfectus mitti in nauem, velut in exilium deuehendos, præcipiens nautis vt cum ad mare mediū peruenissent, eos demergerent, & hoc modo morerentur. Quo facto perductis eis in medium sinum qui vocatur A stacenus, quod iusserat prefectus im peratoris impletum est, & in alia sequenti nauicu la nautæ transeuntes cocremauerunt nauem. Con E tigit autem ventum Subsolanum valde flare,&ita nauis velociter est accensa. Cuius reliquiæ peruenerunt ad locum qui Acidiza nuncupatur, vbi ad plenú cum viris religiosis absumpte sunt. Quod ta men aiunt non sine vltione transisse. Fames nanque repente secuta est circa Phrygias gétes, ita vt necessitatem haberent habitatores patriam relinquere, & ad Constantinopolim diuersasque prouincias properare.

SOZOMENYS.

Quid Valens gesserit in Cappadocia & Antiochia. CAPVT XXXI.

An.do.378.

Alens itaque Nicomedia relicta proficifcebatur Antiochiam. Interea cum venisset ad Cappadociam, more suo eius loci turbabat ecclesias, Arianis eas tradere volens. Quod se sperabat citò effecturum, eò quòd pro quibusdam inimicitiis Basilius Eusebio, qui tunc Cæsariensem regebat ecclesiam, videretur infensus, & abscedens in Pótum, cum monachis habitaret ibi philosophan tibus. Porrò populus, & maximè nobilium ac sapientium, Eusebium in suspicione habebant, quasi iple fuillet autor fugę viri philolophi, vita verbóque perfecti. Volebantque eum deserere, & apud seiptos missarum celebrare solennia. Sed Basilius quidem ne turba nasceretur in populo per seditiones hæreticorum, agebat in Poto silentium cu suis episcopis, qui semper aderant illi. Contigit er go vt in Eusebium odiu populi nasceretur. Cumque Basilio fuisset nuntiatum quod Valens veniret in Cappadociam, relicto Ponto Cæsaream vonit, & pactis cum Eusebio celebratis, ecclesiá pro tempore suis adhortationibus roborabat. Valens autem cum suam intentionem no valuisset implore, cum episcopis secum profectis tunc abscessit.

SOCR ATES.

Igitur Imperator Valens paruipēdens famis inualionem, venit Antiochia Syriæ. Cúmq; ibi mo-

A docia, Athanasio Ancyra, Pelagio Laodicia, Zenone Tarsi, Paulo Emeseno, Ostresio Melitinense, & Gregorio Nazianzeno, aliisque mukis, qui verbum Cosubstantialitatis seruandum esse apud Antiochiam Iouiano imperante decreuerant. Releguntur ibi Liberij & Occidentalium literæ sacerdotum. Quamobrem gaudio repleti scripserut vniuersis ecclesiis vt legerent decreta episcoporum apud Asiam celebrata, & Liberij literas, Italorúmque, Aphrorum, atque Gallicanorum, necnon Siculorum. Attulerat enim horum literas Legati de Lampfaco destinati, vt considerarent omnium numerum ipsiscocordantium.Plurima nanque multitudo cocilium Ariminense vincebat: pa ritérque scripserunt vt in Tarsum Ciliciæ conuenirent certo die: & illi quidem hoc modo se inuitabant. Cúmque synodus pararetur in Tarsum, co uenientes in Antiochia Cariæ, fermè X X X I I I I. Asiani pontifices studium concordie ecclesiastice collaudabant.Cósubstantialitatis verò nomen respuentes, fidem in Antiochia & Seleucia prolatam roborare nitebatur, tanqua Luciani martyris existem, & multorum sudoribus à progenitoribus iploru approbatam. Verum Imperator studio Eudoxij synodum in Cilicia celebrari prohibuit.

SOCR ATES.

De Eudoxio Ariano qui fuerat Constantinopolitanus episcopus, e de persecutione Valentu propier E-

An.do. 372.

Digitized by Google

wagrium orthodoxum epifcopum. CAPVT XXIX.

Gitur Imperator Valens festinans Antiochiam,

diam,& illic huiusmodi de caussa moratus est. Eu-

doxius enim Arianæ religionis, mox post egres-

sum Imperatoris defunctus est Consulatu Valentiniani & Valentis tertio, cùm vndecim annis se-

dem Costantinopolitanæ tenuisset ecclesiæ. Quá-

obrem Ariani in locum eius ordinauerut Demo-

philum. Verum prædicatores consubstantialitatis

grium quendam sux fidei costituerunt episcopu.

Quem ordinarat Eustathius pridem Antiochenus

episcopus, qui prius quidem à Iouiano fuerat de

exilio reuocatus: tunc autem aderat in vrbe Con-

stantinopoli latenter degens, vt Consubstantiali-

tatis prædicatores fua præfentia roboraret.Hoc fa

cto, ex alio rursus initio persecutionem Ariani mo

uebat.Hæc gesta cum peruenissent ad principem,

metuens ne seditione ciuitas turbaretur, militaré

manum à Nicomedia Constantinopolim destina-

uit, præcipiens vt teneretur & ordinator & ordi-

natus, & alius aliò mitteretur in exiliu. Eustathius

igitur in Bisam Thraciæ ciuitatem mittitur, Eua-

grius in locu alium destinatur. His ita gestis Ariani

xos,cædentes,contumeliis affligentes, carceribus

recludentes, pecuniisque sepe spoliantes, & om-

nia contra eos facientes no ferendis modis. Quæ

cum illi ferre no possent, vt deprecaretur principem veniebant, si quo modo mererentur violen-

tias euitare. Sed hoe cogitates valde frustrati sunt, ab iniusto se arbitrati iustitiam promereri. Cúmq;

viri electi ex ecclesiastico collegio octoginta nu-

amplius efferati, vexabant vehementer orthodo-

C opportunum iudicantes inuenisse se tempus, Eua-

đe Costantinopoli digressus, venit in Nicome-

A raretur, nolentes Arianis consentire affligebat, ve hemétérque sé prædicatoribus imminebat. Quos cum ecclesiis penè omnium ciuitatu Orien talium expulisser, no ei hoc suffecit, sed etiam eos diuersis suppliciis subdidit: multosq, diuersa mor te contraditos interemit, plurimos etiam necabat in slumine.

Quomodo in Edessamulier cum filio suo currens ad martyrium, & Prafectum & imperatorem stupore facti à crudelitate remonerit. CAPVI XXXII.

An.do. 378. Valës apud Edossamsaun in orshodoxos.

Ortho

imerepidi.

Constantia

mulieru or-

thodoxa.

Icendum quoque est, quod in Edessa Mesopotamiæ gestum esse dinoscitur. In hac vrbe est Thome apostoli basilica, clara valde pariter & ornata. In qua ppter loci reuerentia Collectæ sepius celebratur. Quam volens Imperator inspicere, & cognoscens sibi omnes exosos ibidem co uenire, fertur manu percussisse Præfectum, quod inde orthodoxos no expulisset vniuersos. Cúmq; præfectus iniuria passus, inuitus indignationi prin cipis ministrare contenderet (non enim volebat tot hominibus cædem inferre)latenter mandauit, vt nullus in illa Basilica remaneret. Sed nemo respexit, neque cossilium, neque terrorem eius. Omnes enim altero die ad locum orationis pariter có fluxerunt. Cúmque Prefectus cum multa militum manu ad basilicam festinaret, vr Imperatoris persi ceret iussionem, quædam muliercula in paupertate degens, suum filium manu trahens, cur suque ad illam basilicam properans, Præfecti interrupit officium. Indignatus verò Prefectus, muliere sibi iuſsit adduci,dixítq; ad eam:O infelix mulier,quð sic indeceter curris? At illa: Quò & alij, inquit, ire festinant. Tunc ille: No audisti quod Præfectus illic occidurus est vniuersos quoscunque repererit? Et mulier: Audiui, inquit, ideoque festino, vt illic inueniar inter eos. Et quò hunc paruulu trahis infantem? Tum mulier ait: vt & iste martyrium susci pere mercatur.Hæc cum audisset vir ille,consyde rauit cocurrentium animum. Et mox recurrés ad principé, suggessit ei, quod essent omnes mortem P sua fide suscipere parati, irrationabile dicés bre ui tempore tátam multitudinem occidere. Quo di &o abira auocauit imperatorem. Hoc ergo modo

THEODORITYS.

Edesseni furorem Imperatoris effugiunt.

De examinatione & exilio plurimorum orthodoxorum. CAP. XXXIII.

An.do.379.
Vales Aug.
cogare orthodexes conatur apud Edestam.

T hæc quidem cum Prefectus imperatori dixisset populum quidem quod expectabat, nó pertulit experiri. Verum duces eorum, id est, presbyteros atque diaconos interrogari præceptú est, vt vnum è duobus eligerér, aut communicare Lupo, aut vrbe pelli, & in quassam extremas partes destinari. Cúmque cógregasset vniuersos, mitibus vtebatur verbis, persuadere nitens vt leges sequerentur Imperatoris, indicium væsaniæ dicens esse, quod tanto imperatori pauci homines repugnarent. Cúmque cuncti tacerent, ad horum ducé Eulogium virum valde laudádum Præfectus ait: Cur non respondes his quæ dicuntur à nobis? At ille: LIB. VII.

Non, inquit, oportet nihil interrogatum respode- D re. Tunc Præfectus: Multa itaque verba locurus sum, monens vos quæ satis expediunt. Porrò Eulogius vniuersis hæc dicta fuisse respondit, & incongruum esse vt solus alios contemnens respon deret. Si verò me solum, inquit, interrogas, meam declarabo sententiam.Præfectus air:Communica possidenti regnum. At ille pacifice & valde benigne ait: Et mihi regni quoque sacerdotisque con-sortium est. Tunc Præsectus irrisione sentiens sæuiebar,& iniuriis cotra senem vsus, etiam hec adie cit: Non hoc locutus sum fulminande, sed quibus communicat Imperator, comunicare vos monui. Cúmque dixisset senex pastorem se habere, & illius nutibus obedire, octoginta eodem tempore comprehendens destinauit in Thraciam: qui cum ducerentur, plurimo pariter apparatu fruebantur. Ciuitates enim occurrebat & vici, victores athletas honorantes. Sed hostes armauit inuidia, yt imperatori dicerent, plurimum honorem viris illis decretam exilij contumeliam afferre.Hæc cognoscens imperator, iussit vt bini & bini separaretur, E & alios quidem in Thracias, alios in extrema Arabiá, alios verò in Thebaidos dispersit vrbes. Aiút enim quod etia fratres quos natura iunxit, crudelissimus corpore separarit. Porrò Eulogium Presu lem illorum, & Protogenem qui post eum suit,in Antinoum vsque transmisit. Quorum virtutem nó patior oblinioni contradere. Quum enim con cordé viderent ciuitatis episcopu, ecclesiasticóq; collegio qui comunicarent viderent paucos esse, ad ecclesias concurrebant. De qua consulentes co gnouerunt habitatores ciuitatis esse Paganos, vnde dolentes de eorú incredulitate lamentati funt: nő tamen esse diu lugédum arbitrati sunt, sed omni virtute de medicina curauerunt.

De miraculis confessorum. CAP. XXXIIII.

Acratissimus igitur Eulogius in habitaculo suo colistens, toto die totaque nocte omnium deprecabatur Deum. Protogenes auté valde dignifsimus, Eunomij literis eruditus, ad scribendum velociter promptus, inueniens opportunum locum, eumque sibi segregans ad docendum, adolescentium magister esfectus est, quos & scribere velo- F citer edocebat,&diuina erudiebat eloquia.Dictabat eis Dauidicas melodias: & apostolice doctrine cogruas lectiones meditari præcipiebat. Cúmque vnus adolescentium incidisset in morbum, venit ad domum eius, & tenens ægroti dexteram, morbum orationibus effugauit. Hoc cognoscentes aliorum parentes infantium, deduxerut eum ad do mos suas, & ægrotis auxiliari precabantur. At ille nó ante se dixit. Deum vr expellerentur morbi ro gaturum, nisi prius ægroti sacri baptismatis munere potirentur: quod illi cum gaudio impleuerunt. Cogebat enim eos salutis desiderium, & simul ani mæ corporísque sanitate fruebantur. Si quado ve rò alicui sualisset ve sacçam gratia mereretur acci pere, ducebat eum ad Eulogium, & concuttens ianuam,rogabat vt aperiret,ac fignum Dominicum ei qui fuerat renatus, imponeret. Cumq; ille difficilius aperiret, ne intercideret orationem, dicebat potius esse necessariam salutem errantium. Mirabantur igitur vniuersi videntes Protogenem ta-

Eulogius

Modestus Prafectus

P sorogene:

Ludimagifter faltus Protogenes,

Mos inician di Christian nos.

ECCLESIAST.

A lia facere, qui licet tot hominibus lumen divina cognitionis impartiret, tamen Eulogio primatum per omnia reservaret, vt eos quos lucrabatur, illi magis offerret. Vnde coniiciebat multomagis virtutem illius eminere. Quum igitur fluctuatio quieuisset, tranquillitate facta, remeare iussos deduxe runt omnes, ingemiscetes & lachrymantes, maximè verò præsul ecclesia eorum, primatus affectu. Cúmque ad propria remeassent, sanctus quidem Eulogius Barse maximo ad vitam felicissima transeunte, eius suscepit regimen ecclesie. Porrò mirabilis Protogenes colere iussus est vrbem Carrensium desolatam, & spinis gentilium plenam, qua vtique pluribus laboribus indigebat.

Rodeüt Enlogo' & Pro togenes de exilio.

SOCR ATES.

De responso damonis qui post Valentem imperaturui essei, & quod ob boc Valens multos occiderit. CAPVT XXXV.

Codem tempore damon quida erroneus crudelitate Valentis abulus ei persuasit vt scrutaretur quisnă post eum suscepturus esset imperiu. Quamobrem necromantiam fecit. Quibus artibus adimpletis, plurimos ille dæmon non quidem aperta, sed obliqua solite responsa proferens interemit. Nam quum de imperio coluleretur, quatuor literas demõstrauit, 🌓 5,0,1, dicens hoc nomé post Valenté imperij culmen accipere. Quod cum ad aures peruenisset imperatoris, zelo ductus, mul tos peremit quos tyránidem ambire iudicauit.Oc cidebantur itaque Theodori, Theodoti, Theoduli,& quicuque has literas in capite sui nominis ha buissent.Inter quos etiam Theodosius, quidamvir fortis ex Hispania prouincia genus ducens, occisus est. Hoc ergo timore plurimi sua nomina mutauerunt, negantes quæ prius habuissent cum iuramento, vt pericula declinarent.

THEODORITYS.

De Basilio episcopo Cappadocia, & quomodo exilij minas cuascrit. CAP. XXXVI.

Bafilim.

Prefettes

ad Balilina

Theodofine.

🗸 Alens igitur Imperator cùm vniuerfas (vt ita dicam) ecclesias pastore nudasser, in Cæsarea Cappadociæ venit, cuius tunc præsul erat Basilius, lumen totius orbis. Premisitque Præsectum, precipiens, vt aut flecteret Basiliu, vt dogmati comu nicarer Eudoxij, authoc facere nolés expelleretur. Audiés enim gloriam tanti viri, noluit ei prius inferre certamen, ne cum fortiter Basilius eius iacula deuitaret, fieret cateris clarior imago virtutis. Huius machinameta velut tela aranza facta sunt: suffecerunt enim cæteris sacerdotibus ad vtilitatem lui antiquæ patrum narrationes,& velut quędam turres murum fidei indeclinabilem seruauerunt.Porrò Præfectus Cæsaream veniens, & euocans magnum Basilium, honorauit, & másuetis apud eum sermonibus vsus est, monens vt tempori pareret,& no tot ecclesias propter prauam dogmatum subtilitatem vexari pateretur. Promittebat etiam imperatoriam amicitiam, multáque beneficia propter hæc plurimis offerenda. Verum il le vir sacratissimus ait adolescentibus hæc verba congruere: illi, inquit, & illorum similes talia promissa respiciunt. Nam qui diuinis innutriti sunt D eloquiis, corrupere de diuinis dogmatibus ne vna quidem syllabam patiuntur, sed pro his (si contingat) etiá omnes mortis species amplectuntur. Ami citiam autem imperatoris magnam quidem cum pietate iudico, sine qua perniciem potius hanc ap pello.Cúmque Prefectus sæuirer in eum, stultumque vocaret, sanctus Basilius ait: Hanc stultitiam semper habere exopto. Quem cum egredi tuc iu beret, vt quid deberet facere cogitaret, sententiaque suam altero die depromeret, fertur vir ille inclytus hoc dixisse: Ego quidem etiá cras ipse regre diar, dummodo tu sententiam non permutes, sed vtere minis tuis. Post hæc verba Prefectus occurrens,imperatori quæ dicta fuerat, & virtutem viri huius, animeque fortitudine & fiduciam nuntiauit. Túc ergo tacens imperator ingressus est. Posthæc contigit, vt diuinitus sibi plagas videret immissas. Filius enim eius ægrotans, circa ipsius mor tis metas agebatur. Sed & coiugem diuerlæ occupauerat palsiones. Cognoscens ergo caussam suz tristitiæ, virum sacratissimű quem punire minabatur, venire ad palatium deprecatus est. Duces au- E tem præceptis imperialibus ministrabat. Tum itaque magnus Batilius veniens ad Palatiu, vidénsq; principis filium circa morte, advitam eum remeaturum esse promisit, si per pios viros sacro baptismate potiretur.Hec quum dixisset egressus est.At ille iurifiurandi quod baptifmatis tempore promi scrat memor, secundum stultum errorem præsen tibus Arianis filium baptizare precepit. Quo gesto, mox infans smem vite sortitus est. Pænitentia verò ductus Valens, & noxiá iurifiurandi iudicans veritatem, in sacrū templum ingressus, magni Basi lij magisterio fretus est, & altari obtulit dona solennia. Quem intra aulea vbi ipse residebat, venire præcipiens, multa apud eum de diuinis dogmatibus verba locutus est, & docentem libenter audiuit. Vbi tunc aderat quidam nomine Demosthe nes super Imperiales epulas constitutus, qui cum doctorem mundi culparer, Barbarismű fecit. Tum fanctus Basilius subridens: Vidimus, inquit, sine literis Demosthene. Quum verò magis ille minare tur, sanctus ait Basilius: Tuum est de pulmentariis cogitare,nó dogmata diuina decoquere.Posthæc 🗜 imperator ita dilexit virum, vt etiam optima prædia quæ illic habebat, pauperibus qui ab eo guber nabătur offerret, ex quibus leprosis præcipue necessaria ministrantur. Primum ergo Valentis impetű hoc modo magnus Basilius declinauit. Quű verò postea reuersus illuc fuisset, prioru oblitus, quoniam à seductoribus eius voluntas obsidebatur, rursum eum mouebat, vt ad partes inclinaretur hæreticas. Cui no perfuadens, legé de eius scribi pręcepit exilio, quam volens manus suę subscri ptione roborare, nullum apicem coplere valuit: calamus enim cotritus est. Cumque secudus & ter tius calamus hoc pertulisset, & adhuc legé impia firmare contenderet, comota est eius dextra eamque subito tremor inuasit. Túc eius animo terrore impleto, ambabus manibus charță rupit. Osten ditque prouisor omnium Deus, quod & alios ipse permiserit pati, & hunc ab insidiis liberarit: & per ea quæ in isto contigere, signum proprie virtutis ostendens,&per alia dispensationis fortitudinem virorum prædicans optimorum.

Socrates.

Vales Imp. Bafiliom as: susst.

Filim Valen tis ab Aria nu baptizatur.

SOCR ATES.

Sciendum verò quod cùm viueret Athanasius Alexandrinus episcopus, diuina quidem prouiden tia Alexandriam vel Egyptum distulit commouere, audiens Athanasium à cuncta diligi plebe, & metuens ne fortè seditione facta respublica vexaretur. Verùm Athanasius Consulatu Gratiani secundo, & Probi, post crebra pro ecclesiæ statu cer tamina hac priuatus est vita, quum quadraginta & sex annis per multa pericula sedem rexisset episco palem.

THEODORITYS.

De fine Athanasij Alexandrini, & successione petri, & seditione contra eum facta, & quod Ro mam prosectus sit. CAP. XXXVII.

Petr<sup>o</sup> Atha wafio fuccedit. Amdo.374.

Vm igitur in Alexandria victor Athanasius post multa certamina innumerásq; coronas, vitæ finem suscepisset, & ad laborum suorū præmia demigrasset, suscepit Petrus vir optimus Pręsularum, quem dudum ille beatus elegerat, cuctis consentientibus & sacerdotibus, & nobilibus, cu-Ctaque plebe, & fauore suo propriam ostendentibus voluntatem. Is enim Athanasij sudorum parti ceps fuit, & quum esset in ciuitate, & cum diuersa latibula peragraret: multifariaque pericula cum eo sustinuit. Quapropter cuncti sacerdotum concurrentes, dignum hæredem Petrú Athanasij clamauerunt. Cúmque eum in Pontificali sede costituissent, repente Iudex prouinciæ, Paganorum po pulum congregans,& pariter Iudæorum,eccleliæ septa circumdedit, Petrum exire præcipiens, nolentémque interminatus est abstrahere. Faciebat hoc Imperatori placerevolens, quum ei contraria sapiétes calamitati submitteret. Quod autem verum est, impietatis ira completur: idolis potius pla cere nitebatur,&tempestatem ecclesiæ claram pu tabat esse festiuitaté. Petrus itaque vir admiradus, insperatum respiciens bellu, latenter egressus est, & conscendens nauem, profectus est Romam.

Petrus Roman radis.

Zypti adver-

im Petrom.

Qua crudelitate Lucius Alexandruam fuerit introductus. CAP. XXX VIII.

Encim ob truditur ale mandrivis

Ransactis verò dieb<sup>9</sup> paucis, Euzoius ab Antiochia venit cum Lucio & ecclesias ei contradidit: cuius etiam impietatem Samolata noscitur experta. Populus autem doctrinis primum Athanalij satiatus, deinde fastidiens cibum sibi offerri contrarium, ab ecclesiasticis collegiis se subtraxit. Porrò Lucius armigeris vtens cultoribus idolorum, alios verberauit, alios suspedebat, alios cogebat effugere, aliorum verò instar Barbarorú vastabat domos. Sed hæc melius vir mirabilis Petrus in sua narrabit epistola. Ego tamen vnum è sceleribus Lucij prius referes, epistolam Petri ponam. Viri quidam in Ægypto couersationem imitantes angelorum, & ciuitatis euitantes turbas, vitam agere in erémo potius elegerunt, arenolamque terram & sterilem frugiferam reddiderut, fru Etum videlicet Deo suauissimum virtutis eorum & optimum referétem. Cuius vitæ multi quidem videntur esse autores. Sed à puero ille creuit Antonius ille celeberrimus, monachis virtute luctaminis spiritualis ostendens.

Qua miracula gesserint eremita in exilium à Lucio D destinati. CAPVT XXXIX.

Vius ergo loci tunc incolas sequaces Anto-'nij infelix Lucius expulit, eorúmque fanctifsimos Presules, Macarium venerabilem, aliúmque Macarium, Isidorum, & cateros speluncis suis eiiciens, in quandam insulam quæ ab impiis inhabitabatur hominibus destinauit : quippe quæ nung magistrum susceperat pietatis. Cúm que nauis ad littus insulæ peruenisset, dæmon qui ab illis hono rabatur, relinquens idolú vbi dudum habitare colueuerat, filiam sui sacerdotis inuasit, & bacchantem illuc víque perduxit, vbi nauis aduenerat mo nachorum. Tunc dæmon vtens lingua puelle clamabat, sicut in Philippis per Pythonissam. Audiebantque cuncti viri simul & mulieres dæmone proclamante: O potentiam vestram, ô ministri Christi:vndiq, à vobis expellmur, à ciuitatibus atque vicis, à montibus simul atque collibus, ab erémo quæ priuata + probatur hominibus. Sperabamus in hac infula commorantes, à vestris iaculis li berari, qua spe noscimur esse frustrati. Huc vos E persecutores miserunt, no vt vos vexarent, sed vt nos per vos expelleret. Ecce recedimus ab hac infula: virtutis enim vestræ radiis iaculamur. Hæc di centes & his similia, puellamq; in terram prosternentes, ipsi quoque omnino disparuerunt. Tunc ille sacratissimus chorus oratione facta suscitauit puellam, & suo patri sanam valétémque restituit. Verum illi qui miraculum conspexerant, ad san-Aorum prouoluti pedes, salutis viaticum se percipere supplicabant. Et templum quidem dæmonű destruxerūt : doctrinæ verð radiis illuminati, sacri baptismatis gratia sunt potiti. His in vrbe nuntiatis, omnes populi congregati, Lucio detrahebant, dicentes iram sibi imminere diuinitus, nisi sanctorum reuerteretur chorus. Sic itaque metuens tumultű Lucius ciuitatis, sacratissimos viros ad suas fpeluncas redire præcepit . Et hæc quidem funt di gna quæ abomination eillius impietatis aperiant.

Litera Petri Alexandrini Pontificio, in quibus Lucij mala referentur. CAPPT XL.

VEruntamen temeritatis eius scelera literæ Pe tri illius admirabilis edocebunt: Quarum ego prolixitatem sugiés, quæ in medio posita sunt, po nere non omittam.

Prouincie, inquit, iudex Palladius cum esset reli gione Paganus,&idola semp adoraret,cótra Chri stum sæpius pugnare conabatur, & colligens predictum populu, impetum fecit aduersus ecclesia, perinde acli Barbaros subdere niteretur. Tuc itaque multa crudelia gesta sunt, quæ solum dictare volens,ipsa rei memoria dolore maximo sum cómotus, & fluxum protuli lachrymaru, diuque hoc potueram pati, nisi diuina ratione animum releuassem. In ecclesia enim, quæ Theone vocatur, ingressa multitudo pro verbis honorabilibus idolorum fauoribus exultabant. Pro sacrarum lectione scripturarum turpes manuum plausus agebantur. Infractæque cum turpitudine voces contra CHRISTI virgines cotumelias dicut, quas lingua hominum proferre no patitur. Audiens enim vnulquilq; lapientiŭ talia, claudebat aures: & ma-. Lucius Ma carios & Ifi dorū in exiliü relegas.

Dame queritur de fau-Etu viria.

† putabatus

ECCLESIAST.

A gis optabat esse surdus, ne huiusmodi verba audire cogeretur. Sed viinam verbis peccando quieuissent,& non actu verborum turpitudinem supe rarent. Tolerabilis nanque detractio est huiusmo di, apud quos Christi sapientiæ & doctrinę cultus inhabitat.Hi siquidem iræ vasa ad perditionem fa Cta, subsannantes & horribilem sonum de naribus emittentes,& vt ita dicam,fœtoré veluti de quodam cuniculo profundentes, vestes sanctarú Chri sti virginum dirumpebant, quarum continentia formam sanctorum imitabatur angelorum. Et sicut habet natura, nudas per totam circunferentes vrbem, sicuti volebăt eis cum turpitudine illudebant. Si quis autem eos tunc compatiendo prohibuisser, vulnerib maceratus agebatur. Væillis cla dibus. Multæ siquidé violentia corporis sustinuere corruptionem: plurimæ virginum vectibus in capite cælæ, sine voce manserunt: quarum etia funera solenni sepulture tradi prohibita sunt. Multa denique corpora hactenus à parentibus ingemiscentibus inquisita reperiti non possunt. Sed quur parua de magnis loquor? Quur in istis + moror, & non potius ad necessaria iam recurro:in quibus bene noui, quod mirabitur quilibet nobiscu obstupescens patientiam domini, eò quòd no repen te vniuersa cocluserit. Qua enim nunquam facta funt, neque per scripturas patrum nostrorum diebus audita, hæc super ipsum altare impij committebant. Velut enim in scena turpi consterent, pue rum quendă naturam masculi denegătem,& vten tem veste fæminea, inunctis oculis & vultu serico colore depicto, & vt apud prophetam scriptū est, idolum fæminei schematis super ipsum altare, vbi aduentum fancti spiritus inuocamus, circuitus huc & illuc agere, & manibus saltatione celebrare fecerunt, ridentes, nephadasque mittentes voces. Qui rursus hoc paruum iudicates, & præterita decora quam turpia magis existimantes, quendam ex suis turpitudine notissimu, veste genitalibúsque nudatum in sede ponentes ecclesiæ concionatorem turpem contra Christum impudéter eleuaucrut. Pro facris enim verbis, ille scelera pferebat, pro honestis laudabat luxuriam, pro pieta te impietatem, pro continentia fornicationem & C adulterium, masculorum concubitum, furtum, cibos, potu, vitæ huic vtilia proclamabat. His ita gestis, & me ab ecclesia recedente: quippe quum illic stare non possem, vbi militum inuasiones, vbi populus pro seditione redemptus largitate pecuniarum, & gentiliu multitudo magnis promissionibus aderat : noster quidem successor missus est, episcopatum velut mundanam comparans dignitatem quidam Lucius lupi nequitiam & actus habere festinans, no orthodoxorum episcopor u con cilio, non decreto veracium clericorum, non petitione populorum electus, sicuti cocionantur ecclesiastica sanctiones. Non quisquam episcoporum, non presbyterorum, no diaconorum, no populi multitudo, non præcedebant eum monachi hymnos decantantes scripturarum, sed Euzoius erat cum eo pridem quidem damnatus cum Ario in fancto Niceno maximóque concilio:nunc autem per patrocinia Antiochensium vastator ecclesiæ, & comes largitionum ac militu Dux in omni impietate notissimus, nomine Magnus, qui Iuliani temporibus Berytiorum incendens ecclesia, bea-

tæ memorię Iouiani temporibus ex propriis facul D tatibus eam reparare coactus est, ita vt penè caput tunc amitteret, nisi multorum labore imperialem clementiam meruisset. Consyderare quidem hæc vestrum zelum, & ad vindictam excitari deposco, quanta & qualia sint commissa contra Dei ecclesiam, cum talis aduersum nos fuerit Tyrannus excitatus. Is enim Lucius, qui per vestram religioné & omnes orthodoxos episcopos frequenter abdi catus est pro rationabilibus caussis, nuc adstitit ciuitati:& non solum sicut blasphemus &insipiens, dicir in psalmis: non est Deus verus Christus, sed etia in opportunitatibus est corruptus, atque corrupit, gaudens in blasphemiis contra eos, qui saluatorem colere comprobantur. Quum enim Paganorum sensibus sit vicinus, recentem præsumit erroneus colere Deum. Nam alij coram eo laudes huiusmodi proclamabant: Bene venisti episcope, + qui filium nó defendis. Alij dicebant: Te Serapis amat, & huc introduxit: simulacrum vtique Pa ganorum nominantes. Inter hæc eodem momento prædictus Magnus impietatis eius socius indiui E sus, armiger amarissimus, & minister crudelitatis eius collecta multitudine populoru, presbyteros arque diaconos decem & noué numero comprehendens, quorum quidam octogesimum transcéderant annum, tanquam captos in quodam scelere & Romanorú inimicos, legibus coartabat, nesciens virtutem Christianorum legis, & apostolorum fidem per patres traditam nobis: hæc etiam clementissimum principem Valétem grata habere pronuntians:Flectimini,inquit miserrimi,& Arianorum concordate dogmatibus. Flectimini, ignoscet enim vobis diuinitas, licet veræreligioni cultu exhibeatis, non sponte, sed violenter hoc facientes. Necessitati nanque + satisfactio adest: spontaneam verò voluntaté accusatio digna subsequitur. Quapropter huiusmodi rationes præ oculis habentes, promptè sequimini, & dogmati Ariano subscribite, quod nunc predicat Lucius: be ne scientes, quod si obediatis, pecunias, quæstus, honores ab Imperatore percipietis. Resistentes verò, carceres, supplicia, tormenta, flagella, vincula sustinebitis. Pecuniis simul, possessionibusque priuati, & postea pulsi, loca crudelia inhabitare danabimini. Sic iste fortissimus seductor minas sedu F ctioni contéperans, inuitabat arq; cogebat vt omnes à pia sententia deuiarent : At illi nhil amarius existimantes, g pietatis proditionem, huiusmodi responderunt verbis, virtute fortique sensu seductionem minasq; subdentes. Quiesce iam quiesce his nos terrere sermonibus, cessa verba vana proferre. Nos neq; nouum, neque recentem colimus Deum. Et licet inaniter furias, téq; concutias ficut vehemens ventus, in dogmatibus pictatis ad mortem víque cólistimus: non impotentem, non insipienté, non sine veritate aliquando fatentes Deu: non aliquando quidem existentem, sicut impietas Arij temporalem prædicat filium. Si enim creatura est secundum eius vesaniam Filius non existens cum Patre, etiam Pater aliquando non fuit, quippe filio non extante secundum eos aliquando. Si vero semper est pater, existente videlicet ex co verò Filio, & non secundum generationis fluxum (Deus enim impassibilis est) quomodo non est insipiens arque væsanus, qui hoc de filio profi-

Magune comes facrarii l argitionam militii Dan.

LIB. VII.

TRIPARTITÆ A tetur, dicens: Erat quando nó erat, per quem omnia vt sint, per gratia constituta sunt? Nostri siquidem patres (a quibus isti cadentes, iustè sine patre funt facti)in Nicæá venientes,& anathematizátes Arij sectă, cuius nunc iste iuuenis patronus existit, no alterius substantie, quod tu fateri nos cogis, ex natura patris esse dixerut, sed ex ei essentia. Quod bene & cum pia mente intelligentes, ex plurima sacroru verborum collectione consubstantialem esse professi sunt. Talia autem & his similia dicon tes, per multos dies coërcuit, putans à pia eos sententia posse mutari. Qui magis velut in stadio for tiores effecti, terrorémq; conculcantes, & seipsos patru rationibus coarmantes, validiorem habuerunt de pietate lensum, virtutis exercitiu sua pericula iudicantes. Sic igitur illis decertatibus & spectaculu factis, sicut beatus scribit Apostolus, ange lis & hominibus, vniuersa ciuitas cocurrebat, athletas contemplatura Christi, suáque costantia verbera Iudicis & flagella superantes, triuphumq, piè cotra Arianos per patientia possidentes, quos ille B vtique credebat se vincere, & illoru impietati co cotradere. Cum ergo defecisset eos tormentis afficere, cuctis flentibus atq; lugentibus, ruríus collecta incopolita multitudine ad iudicium eos, imò magis ad damnationem circa portam fecit adduci. Et cum illic cosuete contra eos clamores emitterentur à Paganis atq, Iudzis,& illi nollét Arianorum impietatibus colentire, sententiam protu lit vniuersis ante tribunal eius ingemiscétibus, vt ab Alexadria sublati in Heliopolim Phæniciæ ducerentur:cuius habitatores ne nomen quidé Chri sti audire sustinent, sunt nanq; Pagani. Quo facto iubens eos nauem coscendere, ipse stabat in portu, nudu gladium vibrans, & hoc modo illos terreri putans, qui bis acuto gladio hostiles dæmones crebrius vulnerauerant. Sic ergo dimilit eos ablq; sumptibus, & absq; aliquo solatio, nauigare preci piens mari spumante,&(vt ita dicam) nolente per lusceptionem viroru inique iussioni comunicare. Ingemuit eni ciuitas vniuersa, & hactenus lamentatur: & alij quidem suis manibus pectora percutiebāt, alij verò manus & oculos tendebant ad cœ lum, violétiam protestantes, & veluti dicetes: Audi cœlum,& auribus percipe terra, quoniam iniusta sunt que geruntur. Cúctaque simul gemitu cóplebatur,& veluti cantus quida erat in ciuitate lu ctificus, currebatque fluuius lachrymarum. Cum igitur iudex ille præcepisset, vt vela nauis tolleren tur, tunc gemitus ingens vniuersoru virginum & mulierum, seniorum & iunenu permixtus lachrymis est emissus. Quum illi ergo Heliopolim nauigarét, vbi diabolica superstitio celebratur, omnes in media ciuitate communiter & singuli ingemiscentes, atque lugentes agebatur. Quibus tamen nec apertè licebat flere iussione vrbis prefecti Pal ladij:erat enim & ipse Paganus.Multi deniq; flen tium arrepti, & in carcere ducti, deinde castigati, lacerati, verberati, nouissimè in metalla sunt tradi ti:viri vtiq; ecclesiæ,& propter diuinū zelum valde pugnantes. Erant enim plurimi eoru monachi, erémű incolentes, & deuotè in illo conuersantes, numero viginti tres:cum quibus paulòpost Diaco nus à dilectissimo fratre nostro Damaso, Romane ciuitatis episcopo deferens nobis cosolatorias co municationis epistolas, manibus post tergum vin-

ctis, publice ab ipsis spiculatoribus ducebatur: ve- D luti aliquis reus infignis, & homicidarum verberibus coæquadus, lapidibusque simul & plubo eius ceruicibus laceratis, ad mare ductus est: & sicut illi fine fumptibus, fine vllo folatio in metallicum deportatus exiliú. Cúmque Iudex ille multos quoq; infantium cruciasser, quidam eoru morientes, neque parentú, neque fratrum exequiis folennibus funt potiti. O multă inhumanitatem iudicătis, ma gis verò condemnantis. Qui enim propter pietatem decertarunt, homicidis coparari potuerunt, quorumvtiq; corpora infepulta relicta funt:piè la borátes escis bestiarű volatiliúmq; proiecti sunt. Quíque patribus necatorum naturalium coscientia copati voluerut, veluti iniqui capite secti sunt. Quæ lex Romanorum, quæ Barbarorum sentétia, quoslibet patribus códolentes punit? quádo quispiam veterum huiulmodi gelsit iniquitatem?Iufsit itaque Pharao, vt masculi interficerentur Hebræorum, sed inuidia & timor tunc protulit hoc pręceptú. Quanto tamen illa quæ tunc gesta sunt, humaniora modernis existut, quanto desiderabi-E liora ad discretioné iniquitatis huius? Et licet malitia nequaquam separentur alterutris, sunt tamen incredibilia quæ dicuntur, inhumana, crudelia, ſæua, barbara, amara, sine misericordia, in quibus exultabant Ariani, choros agétes, quum vniuersa ciuitas ingemisceret. Non fuit enim domus, in qua nó esfet mortuus, sicut in Exodo scribitur. Et quũ hæc ita sint gesta (non enim quieuerunt iniquitatis autores, sed ad peiora profecti) víque ad episco pos prouinciarum venena propria dispersa sunt, habentes iniquitatis suæ solatium Comitem largi tionum, quem prædiximus Magnu: Alios etenim episcoporu Curiæ tradiderunt, alios diuersis machinationibus affecerunt, volentes vniuersos impietatibus obligari, & secundum patrem ipsorum diabolum querentes, quem sua rabie deuorarent. Super hec autem vndecim Ægyptiorű episcopos, viros penè ab infantia víq; ad senectutem erémű incolentes,verbóque superantes & actu libidiné, piamque fidem sine cofusione prædicantes,& do gma pietatis edocétes, multásque victorias de demonibus exercentes, & Arianam sectam sapientis- F sima ratione denotantes, in exilium miserut in ciuitatem Iudzorum, nomine Dioczsaream. Et velut infernus crudelissimus nunquam morte satiati fratrum, suz szuitiz memoriam relinquere voluerunt. Nuper enim ecclesiæ carholicæ clericos, degentes in Antiochia cum fidelibus monachis, volentés que corum scelera denotare, aures impe ratorias inflamantes in Neocæsaream Ponti mittendos elle subornarunt. Qui puto propter inclementiam locorum, etiam vita priuati sunt . Tales itaque tempus illud tragædias exercuit, silentio quidé & obliuione dignas, sed literis memorádas ad obiurgationem corum, qui contravnigenitum linguas suas exacuerunt. Hi nanque rabie coarma ti blasphemiæ, non solum dominum omnium iaculari nituntur, sed etiam contra eius famulos bel lum sine vllo fædere susceperunt. K ij

Magn<sup>2</sup>, Co mes largitio-

# \*\*\*HISTORIAE ECCLESIASTI-\*

# CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER OCTAVVS.

SOCR ATES.

De connersatione, miraculu & responsionibus, vel scriptu dinersoru monachorum, necnon episcoporu.

CAPVI PRIMVM.

† Arfeniau An.do.374. Arfinu. † Arfeniau

B



O tépore fuit + Arsius Mona sterij præsul. Is delinquétes iuuenes nó excó municabat, sed magis ætate puectos: dicebat enim: Iuuenis excómunicatus spernit, prouectiver o velociter excómunicationis dolore

† Prior.

Ifidorus.

Pfal.38.

corrigitur. Aliº noie + Pior ambulás comedebat. Cósultus auté cur ita comederet:non,inquit,volo veluti necessariè vti cibo, sed tāg extraneŭ aliquid agere. Pro qua re etiá ab alio rogatus ait:vt ne dū comedo, animavoluptaté sentiat corporalé. Isidorus dicebat quadragesimum se annum habere, ex quo sentiret quidem mente peccatum, no tamen consentiret vel cocupiscentia vel furori. Pambus autem cum sine literis esset, accessit ad quenda vt doceretur psalmum: Qui cum audisset primu versum tricesimioctaui psalmi: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Secudum versum no passus est audire, dicens: Si potuero opere hoc implere: hic versus tantumodo mihi sufficiet.Cúmq; doctor qui ei tradiderat versum culparet quur per sex menses ad se minimè venisset, respondit: Quia versum illum adhuc opere non impleui. Postea verò quum multos superuixisset annos, à quodam noto rogatus an didicisset versum: Quadraginta & nouem, inquit, annis vix eu implere valui. Huic itaque quodam aurum dante ad cibaria pauperum, & dicente: numera. Ille refpondit: Quod dedisti non eget numero, sed bono affectu. Is Pambus Athanasio episcopo precante, ab erémo descendit in Alexandriam. Cúmque vidisset ibi mulierem Theatralem, fleuit: & à præsentibus rogatus quare ploraret: Duæ, inquit, me res mouerunt: vna, quæ est illius perditio: altera verò, quod ego non tantum studeo placere DEO, quantum hac vt turpibus placerepossit hominibus. Alter quidam dicebat: Monachus nisi operatus fuerit, violento iudicatur æqualis. Piterius multas expositiones naturales adhibebat, & frequenter aliis alia requirentibus enarrabat. Per singulas autem explanationes orabat. Id temporis inter monachos fuerunt duo viri DEO amabiles, nomine vterque Macarius: vnus ex Ægypto superiore, alter Ālexandrinus.

Ambo de multis rebus insignes, propter abstinen tiá, conuersationem, mores atq; miracula, que eorum manibus agebantur. Ægyptius itaque Macarius tantum morborum depulit, & tantum dæmonum effugauit, vt ex eius operibus liber proprius expleatur. Erat autem reuerendus, & circa delinquenteș seuerus. Porrò Macarius Alexandrinus quum similis esset Ægyptio per omnia, in hoc variabat, quod circa consulentes hilarior apparebat, & vultu lætifico ad conuersionem iuuenes inducebat. Horum discipulus Euagrius philosophiam opere rebusque possedir, prius sermone solummodo philosophatus, & in vrbe Constantinopoli à Gregorio Nazianzeno Diaconus E ordinatus: deinde cum eo descendens in Ægyptum, & prædictos viros inspiciens, conuersationem eorum amulatus est: tantáque miracula in eius manibus facta sunt, quanta in praceptorum eius. Conscripsitque libros valde necessarios, quorum vnus quidem uven xinòs inscribitur: & est de Actuali. Alius cognitionalis, secundum quod quispiam cognitione sit dignus: huic + capita sunt quinquaginta. Alius verò Contradictorius, ex diuinis scripturis collectus, contra damones tentatores: partibus octo diuisus est, secundú numerum octo cogitationum. Et sexcentæ propositiones ad contemplationem pertinentes, quas างพระหล่ การอธิมม์ผลาล, id est, Cognitionales propositiones denominauit. Insuper & versuum opera duo: vnum quidem ad monachos in cœnobiis vel itineribus constitutos: & vnum ad virgines, quæ quàm mira, quámque necessaria sint, legentes intelligunt. Sed opportunum est, sicut arbitror, pauca eius dicta de monachis ac scriptura referri. Sic enim ait: Necessarium est enim vias inquirere rectè præcedentium mona- F chorum, & secundum eas exerceri. Multa enim inueniuntur ab eis dicta bene simul & acta. Inter quos etiam hoc ait quidam: Quòd sicca & no inæqualis diæta charitati coiuncta, citò perducit mo nachum ad impassibilem portu. Is autem cum vidisset quendam fratrem phantasiis nocte turberi, hoc modo curauit eum, præcipiens, vt languentibus cibos ieiunans ministraret. Vnde interrogatus: Nihil, inquit, sicuti misericordia huiusmodi passiones extinguit. Quidam tunc philosophorum accessit ad iustum Antonium, dicens: Quomodo sufficiis, ô pater, codicum consolatione prinatus? Ad quem Antonius: O, inquit, Philosophe, meus codex natura creaturaru est, & adest cum voluero, verbaque mihi relegit Dei. Interrogauit me vas electionis Macari? senex:Ægyprius, dicens: Quare mali memoriam aduersus ho mines retinentes, memorabilem virtutem animæ dissipamus? Cotra dæmones autem habentes mali memoriam, innoxij permanemus? Cúmque in quæstione huius interrogationis hæsissem, ro-

Piterius.

A gaui eum explanare sermonem. At ille: Prima, inquit, passio furoris cotra naturam est, cosequens verò secundum naturam. In ipso feruenti meridie perueni ad sanctum patrem Macarium, & siti vehementer accensus, aquam vt bibereni postu laui. At ille: Vmbra, inquit, tibi sufficiat, multi nanque nunc iter agentium aut nauigantiu etiam hac releuatione priuantur. Deinde cum apud eum ver ba de abstinentia exerceré, confide, inquit, fili: per viginti annos neque pane, neque aqua, neq; fomno sum satiatus, Panem nanque meum in pondere comedebam, aquam verò bibebam cum menfur, parietibus autem inclinatus somni paululum capiebam. Cuidam monachor un nunciata mors pa tris est:at ille nucianti, cessa, inquit, & blasphemare noli: meus enim pater immortalis existit. Quidam fratrum Euagelium solummodo possidebat, quod vendens pauperibus erogauit, dignum proferens memorand imque sermoné: Ipsum, inquit, verbum vendidi, quod mihi semper dicit: Vende omnia tua & da pauperibus.Est quædam insula cir B ca Alexandriam trans paludem Mariæ, in qua habi tabat monachus contemplantibus approbatissimus, qui dixit: Omnia quæ geruntur à monachis, agi propter caussas quinque, id est, propter Deum, propter naturam, propter coluetudinem, propter necessitatem, propter opus manuum. Idem dicebat vnam quidem naturæ esse virtutem, sed eam diuersas species sumere per animæ qualitates. Nã & lumen, inquit, solis cum sine specie sit diuersa, fenestris tamé per quas ingreditur, schema quoddam variú facere videtur. Alius porrò monachus, propterea, inquit, abscindo libidines, vt auferam furoris occasiones. Noui enim furoré semper pro libidinibus litigare, mentem meam turbare, scien tiam persequentem. Quidam senum dicebat: charitas depolitum ciborum aut pecuniarum seruare non nouit. Idem dicebat: Nescio me in eadem re à dæmonibus fuisse deceptú. Hæc igitur Euagrius in libro suo Actuali commemorauit. In contemplatiuo autem hæc dicit: Quatuor virtutes & contemplationes earum à Gregorio iusto esse didicimus, prudétiam, fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam. Prudétiæ quidem opus esse dicebat, contemplari intellectuales sanctasque potestates absque sermonibus, quippe quos sapientia signifi cari cotradidit . Fortitudinis auté, perdurare in ve ritate, licet quispiam debelletur, & non accedere ad ea quæ nihil funt. Temperátiæ verò proprium hoc esse respondit, suscipere premia agricolæ semina, & ea plantare conuenienter. Porrò Iustitiæ opus, vt pro merito singula cuique verba reddantur:alia quidem obscure pronutiata, alia ænigmatibus indicata, quædam verò propter vtilitatem simplicium apette disposita. Columna itaque veritatis Cappadox Basilius ait: Humanam scietiam reddit crebra meditatio & exercitatio meliorem: eam verò quæ gratia Dei conceditur, iustitia, patientia, atque misericordia. Et humanam quidem etiam passibiles suscipere poterunt, diuinæ impas sibiles tantummodo sunt capaces: qui etiam orationis tempore proprio mentis lumine resplendentes seipsos inspiciunt. Ægyptiorű verd sacratissima lux Athanasius ait: Præcepit Moyses men LIB. VIII.

ret,& omnem tentatione forti mente sustineant, D & cũ alacritate ad se accedentes enutriat. Thmuitanorum ecclesiæ Angelus Serapion dicebat: Més quidem spirituali intellectu potita, perfectè purgatur. Charitas auté curat membra furore tumentia:iniquitas concupiscentias & influentias continentia retinet. Maximus contemplationű doctor Didymus ait: De prouidentia atque iudicio apud temetipsum semper exerce sermones, & studioru materia memoria retine. Penè enim omnes in his peccamus:rationémque iudicij in corporum diffe rentia, in qua etia est mundus, inuenies: prouidentiæ verò, in modis quibus à malitia vel ignorantia ad virtutes atque scientiæ culmen euchitur. Hæc itaque ex Euagrij dictis retulimus. Fuit autem & alius vir mirabilis inter monachos, cui nomé Ammonius, qui adeò sine vlla curiositate fuit, vt cum Athanasio Romam veniens, nullum opus ciuitatis inspiceret, nisi tantum vt videret Petri & Pauli ba filicas. Is Ammonius ad epifcopatum tractus, atq; diffugiens,dexteram sibi amputauit aurem,vt mu tilo corpore ordinationis opus effugeret. Cúmq; E posteriori tempore etiam Euagrius à Theophilo Alexádrino pontifice ad episcopatumwocatus,nihil amputans de corpore suo fugisset, veniens ad Ammonium cum ioco dicebat, malè eum fecisse aurem amputando, & de eo reum existere. Ad qué Ammonius: Tu, inquit, Euagri, ignoras te puniendum quòd abscideris linguam. Et ne tibi arrogare. videaris, non vteris gratia Dei . Plurimi porrò eo tempore digni fuerut viri, quoru fi quis velit verba miraculaque cognoscere,& quemadmodum il lis fuerint etiam beltiæ fubiugatę, librū legat Palladij monachi, qui discipulus fuit Euagrij. Omnia nanque de istis subtiliter explanauit, in quo etiam fœminarum imitationem conuersationémque có memorauit. Euagrius verò atq; Palladius mortuo Valente paulò post floruerunt.

infr.fo.115.

#### SOZOMEN VS.

Huius temporis est, vt quos potero commemo rem, qui sunt in illo tépore inter Christianos philosophati. Quoru vnus quidem in Ægypto Ioan-F nes, cui futura & aliis incerta, Deus non minus q antiquis Prophetis reuelauit, donúmque dedit, vi curaret infanabiles morbos. Is à iuuentute laudas Deum, degebat in solitudine, comedebatque her bas & radices, bibebatque aquam si comperisser. Cúmque venisset ad senectutem, diuina iussione migrauit ad Thebaida, & multorum monasteriorum factus est Præsul. Qui oratione tantummodo morbos &dæmones effugabat:&cum literas non didicisser, ad rememorandum aliquid codicibus non egebat: quia quicquid semel mente percepifset sub veritate retinebar. In hac quoque regione philosophabatur Ammon Tabenensium præsul, circiter tria millia discipulorum habens. Non mi nus quoque & Theonas: multorum Præsides suê re monachorum: ambo operatores Rupendarum rerű, & diuina prouidentia prophetiaque copleti. Fertur autem Theonam eruditű Ægyptiarű, Græcarum, Latinarumq; literaru fuille, & triginta annis habuisse silentium. Porrò à nullo hominum

sam cotra Aquilonis constitui partem. Quamob-

rem cognoscant contéplatiui, quis contra eos spi-

Copr**as.** Helle**n.** 

Helias.

Apolles Aczypiim

Isi dorne. Scrapion.

Dioscorm.

Zalogim presbytet •

† resipiscen tia. Apollo.

Dorothem.

visum irascentem, aut iurantem, aut mentientem, aut vanum aliquid, aut asperum vel insirmú protulisse sermonem. Ea tempestate fuerunt Copras & Hellen, necnon Helias. Copras quidé, vt aiunt, diuinum habuit donum, sanitatem coferendi depulsis morbis,& damones expellendi.Hellen verò à paruulo nutritus in monasterio, plurima inso litè miracula faciebat, itavt etia ignem in sinu por taret, & nequaqua eius vestis arderet. Verum Helias tunc quidem non procul ab Antinoo ciuitate degebat in erémo, agens annú ætatis circiter centesimum atque decimu. Antea tamen penè septua ginta annis solus vixerat in solitudine: & ad hanc ætatem iciunando & viriliter conuersando perue nit. Fuit etiam Apelles in Ægypto ex fabro ferrario, qui cum aliquado per noctem hoc opus exer ceret, vmbra dæmoniaca veluti mulier speciosa eum de castitate tentabat. At ille ferrum quod ela borabat ex fornace trahés, eam percussit in facié. Tunc ille stridens & ingemiscens procul effugit. Inter hos etiam Isidorus fuit, qui vndique monasterium muniens, curabat vt nullus egrederetur, sed omnia necessaria haberet intus. Necnó Serapion circiter decem millia fub fe monachorú habens, quos omnes sic educabat, vt ex propriis sudoribus necessaria compararet, & aliis ministraret egentibus.Dioícorus quoque non amplius centú monachis præsidebat. Qui cùm presbyter esset sa crificia faciens, omnem perfectionem adhibebat examinando & diligenter diiudicando accedétes ad sacra mysteria, ita vt expiarent mentem, & mali cuiuspiam coscientiam non haberent. Eulogius presbyter fertur præscietiam habuisse cogitationum quorulibet ad se venientium: eorumq; deli-Cta palàm redarguebat, & quæcunque latenter co gitassent, sibi reuelata manifestabat. Qui verò aliquid mali gessissent, vel prauum cõsilium habuissent, ab altari suspendebat, manifestans eis peccatum quod egerant, & + diligentia purgatos rursus suscipiebat. His itaque similis erat Apollo in Thebaide, qui quadraginta annis in interiore mo rabatur folitudine, speluncam paruulam in monte C vicino habens: sed pro multitudine miraculorum paruo tempore infignis effectus, plurimoru Præful extitit monachorum. Eo nanque tempore mul ti & optimi studiose philosophabantur in Alexan dria propemodum duo millia virorum: quorum alij in solitudine morabantur, alij circa Mareoten degebant. Excellenter autem inter alios emicabat Dorotheus genere Thebæus: cuius hæc fuit vita, vr quotidie lapides à mari colligeret, & annis singulis hospitium ædificaret,& fabricare sibi no valentibus daret. Noctu autem propter eorum cibum faciebat sportas, vt venderet. Cuius cibus erat panis vnciæ sex, & olerum minutorum fasciculus vnus, & ad bibendum aqua. Hic à iuuentute sic viuens, ne in senectute quidem defecit. Nun quá visus est in lectulo obdormisse, vel pedes pro requie tetendisse, aut dormire pro voluntate, nisi quantum operando aut comedendo natura compressus oculos claudere potuisset, ita vt sæpe dum comedédo dormiret, cibus ex eius ore laberetur. Aliquado ergo fomno valde grauatus, cum in ster quilinium cecidisset, obdormiuit. Expergefactus autem & contristatus, sub silentio dixit: Si angelis dormire suaseris, & mihi vkerius suadebis. Quod

fortè dicebat ad somnum aut ad damonem, qui D eum nitebatur à bonis actionibus impedire. Huic laboranti quidă dixit: Cur ita conficis corpus tuú? At ille: Quia me, inquit, illud occidit. Piamoné verò presbyterum ferunt, cum sacrificaret aliquado sanctu angelum circa sacrum vidisse altare statem, præientes monachos in codice colcribentem, absentésque delentem. Ioanni quoque tatam Deus noscitur donasse virtutem contra passiones ac lan guores, ve plurimos podagricos & articulos habétes solutos curaret. Inter hos Beniamin senior val, de clarus habebatur, dono Dei potitus, vt sine medicamine, tactu manus aut olei, facta oratione, sanaret ægrotos. Hunc ferűt incidisse in hydropem morbum, & tantum eius corpus intumuisse, vt no posset per ianuas cellulæ suæ in qua habitabat efferri, nisi ianuæ cu tabulis antepositis sublate fuisfent.Is ergo ægrotationis suæ tempore penè octo mensibus ante mortem in sella latissima sedes, curabat solenniter ægrotantes, nó grauiter ferens 🔈 sua agritudini non prodesset, sed etiam se videntes cololabatur,& deprecabatur vt rogarent Deú pro anima ipsius,&de corpore non curarent,quia E etiam cùm sanum, inquit, esset, nihil profuit mihi. Marcum in Scethi degentem, ferunt etiam in iuuentute valde fuisse masuetum & sapientem, memoriáque scripturarum diuinarum satisidoneum, & adeò Deo amabilem, vt cùm ad dominicu corpus accederet, angelus ei sacramenta præberet, cu ius manum vsque adiuncturam brachij tantummodo se dicebat inspicere. Macario verò datú est, vt saperet vltra dæmones. Huic occasio couersionis commissum homicidium fuit. Nam cum puer esser, & oues pasceret circa Marian paludem, ludens quendam coætaneum interemit, & metuens fugit in solitudinem. Qui cum tribus annis sub di uo moraretur, postea paruum hospitiu fecit sibi, in quo annis vigintiquinq; moratus est. Equidem plurimi se eum audisse dicebat, gratias illi calamitati referentem,&salutiferum vocantem illud ho micidium no sponte commissum, quod ei beatitu dinis caussa extitisset. Apollonius autem cum per omne tempus vitæ nihil vitæ monachicæ didicifset, sciens quia nec scribere, nec artem iam exercere posset ppter ætaté, omnia medicamina & ci baria opportuna laborátibus ex propriis pecuniis coparabat, singulasq; ianuas monasteriorum à ma tutino cirumibat vsq; ad horam nonam visitando languentes, & ministrando quo indigerent. Qui moriturus, alteri tradidit quod habebat, iubens vt talia vota seruaret. Moses auté quum seruus esset, propter culpá expulsus è domo est: qui latrocinio deditus, homicidia multa comilit. Postea verò co uerlus, repente huiusmodi philosophiæ virtuto repletus est. Cúmq; pro prioris vite feruore phan taliis adhuc libidinum moueretur, multa abstinentia domabar corpus suum, panem solummodò comedens, & multum operis efficiens. Sex au tem annis per totam noctem stans orauit, neque genibus inclinatis, neque oculis somno clausis. Însuper etiá noctu circumibat cellulas monachorum, & lagenas singulorum aqua implebat, cum procul aut decem, aut viginti, aut triginta stadiis aqua manaret. Qui licet ita domaret corpus, priorem tamen valetudinem non amilit. Fertur enimedin quatuor latrones eius inualissent hospi-

Pienne, aco fraza

Iomus.

Baianio,

Marcu,

Maria

Apolonia

Mofa.

Mofes.

A tium, comprehédisse omnes arque ligasse, suisque humeris impolitos ad eccleliam perduxisle, in vo luntate monachorum ponens, quid de illis facere vellent.Fuit ergo in fumma philosophia & terribilis dæmonibus, & presbyter in Scethi constitutus.Vixit annis penè septuagintaquing,. Sub hoc igitur imperio fuit Paulus de Libya in Scethi, non pauciores quingentis monachos habens. Nihil au tem operabatur neque percipiebat, nisi quod comederet tátum. Orabat autem folummodó: & veluti quoddam tributum habens impositum, trecëtas orationes deo vnoquoque die reddebat. Et ne numero fortè delinqueret, trecentos lapides ponebat,& singulis orationibuslapidem mittebat in sinum. Expensis verò lapidibus, orationes sciebat esse completas. Tum etiam Pachomius abbas in Scethi florebat, à iuuentute vsque ad senium opti mè conuersatus. Quem neque circa corporis sani tatem, neque circa animæ passionem dæmon aliquando decepit. Stephanus autem circa Mareoté habitauit, perfecté degens & integra continétia. Qui circa sexaginta annos probatissimus monachus fuit, & Antonio magno notissimus. Fuit itaque mansuetus & sapiens, loquutione suauis & vtilis,tristantium consolabatur animos, & ad alacri tatem reuocabat, licet necessaria tribulatio accide ret. Talis etiam erat in cladibus propriis. Denique quum infirmitatem incurabilem incurrisset,&me dici putria membra eius incidissent, ille manibus tamen operabatur, palmarū plectens folia, & pręsentibus persuadens, vt de rebus huiusmodi non dolerent, neque aliud cogitarent nisi de bono sine:Deus,inquit,quæ fecit,cuncta vtilia sunt. Ego autem noui huiusmodi morbos propter peccata accidere. Et melius est hic pænas soluere, quam post mortem perpetua supplicia sustincre. Pior au tem quum de domo patris ad philosophiam conuerfionis exiret, promifit denuò nullum se propin quorum fore visuru. Post quinquaginta verò annos quum eius foror ipfum videre vellet, & habitare in erémo cognouisset, non cessabat donec eu inspiceret. Quam dum Episcopus loci iam grandæuam propterea videret affligi, scripsit Præsuli-C bus erémi vt Piorem mitterent. At ille, quoniam reluctari nephas est iussionibus seniorum, obediens, & assumens quendam venit ad patria. Quúmque ad ianuam domus suæ accessisset, & suum nutiasset aduentum, veniente germana clausis oculis dixit: Ecce ego lum Pior, quantumuis aspectu satiare. Tum illa gratiis actis laudauit Deum. At ille oratione facta rediit ad erémum, vbi fodiés aqua, inuenit amaram, caque vsus est vsque ad vlrimum vitæ suæ diem. Post cuius obitum nullus illic habitare potuit.Ego autem reor, quòd per orationem, eam ad suos vsus fecerit dulcem, quum etiam alibi non extantem oratione meruerit elicere. Nam quum Moyses & eius monachi puteum aliquando foderent, & nec venam aliquam reperirét, nec amplius fodere altitudo permitteret, medio die su peruenit Pior, & oratione facta descendit in foueam. Quúmque tertiò percussisset terram, mox emanauit aqua. Quum verò oratione facta discederer illis eum perentibus vt vel ex aqua gustaret: Ad illud, inquit, missus sum, & propter quod veni peractum est. Ammonium autem ferunt valde eru dirum, Origenis Didymique discipulum à iuuenLIB. VIII.

te vsque ad nouissimum diem præter pané assum D nihil aliud comedisse. Hunc dum voluissent quida ad episcopatum pertrahere, nec ille posset eos ser monibus auertere, abscidit propriá aurem, dicens: Iam ne volentem quidem me quisqua paritur ordinari, quum ecclesiastica regula corpore perfectos exquirat. Proinde discedentibus illis & denuò redeuntibus atque dicentibus, quòd morum perfectionem potius ecclesia quam corpus exqui rat, iurauit etiam linguam suam abscissurum, si ei vim niterentur inferre. Quo audito, qui vene rant recesserunt. Eo porrò tempore fuit Euagrius vir eloquentissimus atque mitissimus, à Gregorio episcopo Nazianzeno decenter eruditus, cuius etiam fuit Archidiaconus. Ferunt enim eum aspe-Cru pulcherrimum, & circa cultum vestitus ornatum. Quúmque eum quidam Senator Zelotypus vxori suz cognouisset esse notissimum, ei mortis parabat insidias: quæ ad effectum peruenire potuissent,nisi eum quædam terribilis & salutaris vi sio præmonuisset. Vidit enim in somnis quasi pro crimine fuisset comprehensus, ferróq; vinctis pedibus manibusq; ad supplicium duceretur. Quod E quum fieret, quidam protulit euangelium, & promissit eum de vinculis esse soluendum, si ab vrbe Constantinopolitana discederet, idque compulit sibi iureiurando promitti. At ille tactis euangeliis, hoc se completurum promisit: & vinculis solutis experrectus est, ac sacræ credens visioni pericula declinauit. Tum ab vrbe Costantinopolitana venit in Hierosolymam. Fuerunt etiam in Rhinocurâra non peregrini, sed Prouinciales viri philosophiaque florentes. Inter quos fertur Melas episco pus huiusmodi fuisse benignitatis. Quu missi fuissent qui episcopos resistentes Ario, deportarent in exilium, venerunt ad huius ecclesiam. Quem cū inuenissent veluti vltimum ministrum candelas ecclesiæ præparantem, interrogauerunt vbi esset episcopus. At ille: Ego inquit, de vobis episcopo nuntiabo. Tum ex itinere fatigatos ad episcopum duxit, & appolita mensa pauit, vt valuit. Postea mi nisterio completo ciborum, dixit se esse episcopu. At illi mirati virum, causas aperuerunt: & reddita reuerentia ei, dederunt fugam. Tu ille: Non, in-F quit, declinabo quod mei similes libentissimè susceperunt,sed volens exilij præcepta suscipio.Hu ius frater Salomon ex negotiatore conuersus, ad magnum philosophiæ culmen euectus est. Hoc tempore Epiphanius, qui postea Cypri fuit episco pus, inter Eremitas maximus habebatur. Fuit etiá în Carris Protogenes epilcopus polt Vitum , qui (vt ferunt) sibi professus est in domini Epiphania reuelatum, quòd vidiflet Imperatorem Constantinum, quemadmodum ei Deus futura monstraret, & iuberet vt quod ei diceret, obediret. Apud hos itaque tanta abstinentia vigebat, vt propter multa ieiunia dentes corum vermibus ebullirent. Alium verò quendam víque ad octoginta annos panem ferunt penitus non gustasse: Heliodorum plurimas infomnes duxisse noctes, iciunioque sep tenos continuasse dies. Multi quoque apud Palæstinam & Syriam atque Persas fuêre monachoru, quorum si vel nomina conscribere quisquam voluerit, multos libros implebit.

THEODORITYS.

Supra fol.

Epiphanim

Protogenes

A Quòd Ariani Constantinopoli comprehendentes orthodoxos, multos in nani concremanerint.

CAPYT II.

Ariani orthodoxos exprupt.

D verò tempore in Costantinopolitana vr be comprehendentes Ariani quosdam religionis piæ presbyteros, eósque mittentes in nauim inermes, & trahentes in pelagus, aliis videlicet in altera naue sequentibus, immisso igne cremauerunt. Quo sacto, sancti viri cum igne atq; mari pugnates, nouissimè sunt absorpti, & triumpho martyrij coronati.

Quòd Valens Paganis, Iudais & haretich tribuerit potestatem suas festimitates agendi, & orthodoxos vbique prohibuerit, de Flauiani Diodorique virtutibus. C APVT 111.

Au.do.379.
Valentu
Aug.impietas.
Gentiles apud Anti- B
ochiam.

'N Antiochia verò Valens plurimo tempore commoratus, omnibus licentiam dedit Gentilibus atque Iudæis, necnon hæreticis . Nam & Gentiles festiuitates agebant dæmonibus ministrantes,& post Iulianum à Iouiano idololatrie va nitates extinctas, florere rursus iste permisit: & Io uis cultum atque Dionysij, sacraque Cereris iam non in occulto tanquam sub pio Imperatore cele brabant, sed per mediam plateam bacchantes vbi que currebant. Illis tantummodo tunc princeps erat inimicus, qui Apostolicam doctrinam prædica re videbantur, & eos primum quidem à sacris bafilicis fecit expelli: quibus Iouianus inclytus Impe rator nouam dederat ecclesiam. Cumque in monte sacra celebrarent, hymnis laudantes Deum, & diuinis illic eloquiis perfruentes, licet aeris aduersitatem sepius sustinerent, aliquando pluuiis, aliquando niuibus, aliquando gelu, frequenter ignis ardore macerati, ne in huiulmodi quidé locis laudibus diuinis eos frui permisit, sed missis militibus effugauit. Tunc Flauianus atque Diodorus, ve luti quædam propugnacula, iaculis imminentibus resistebant. Nam cum Melitius ipsorum pastor seorsum degere cogeretur, isti curam gregibus adhi bebant: lupis quidem obiicientes propriam fortitudinem & sapientiam suam, ouibus autem curam congruam iugiter afferentes. De montanis autem C locis expulsi, contra ripas vicini fluminis pascebat oues. Non enim patiebantur secundum Israelitas captiuos in Babylone organa sua suspendere, sed laudabant creatorem & largitorem Deum in omni loco dominationis eius. Sed neque in hoc loco concilium piorum quietu esse permisit hostis seruorum Christi. Veruntamen concordia illoru mirabilium pastoris magni discipulorum ad exercitium sanctas oues enutries, spiritualia pascua mini strabat. Et Diodorus quidem sapientissimus atque fortissimus, velut quidam fluuius perspicuus atq, torrens, oues quidem proprias irrigabat, luporum verò blasphemias penitus abluebat:& generis sui nobilitatem spernens, libenter sustinebat quamli bet pro fide calamitatem. Flauianus vir optimus, & iple, genere nobilissimus, honestatem solam iu dicabat esse pietatem, & velut puer exercitatus, maximum Diodorum quasi quendam infinitorum certaminum vngebat athletam. Illo nanque tempore non concionabatur inter ecclesiastica collegia, sed hoc agentibus multa subsidia conse-D rebat consiliorum, & scripturarum & expositionum. Et doctores quidem contra Arianas blasphe mias tendebant arcus: iste verò velut ex quibus da pharetris suæ mentis sagittas congruas offerebat, & non solum domi, sed etiam publicè hereticis re sistens, retia eorum facilius perrumpebat, & illorum argumenta ostendebat esse telas aranearum.

De laudibus Aphraata menachi, & qua fiducia Valenti responderit. & A.P. 1111.

🖥 Vm his etiam laborabat Aphraates, cuius conversationem alio loco prodidimus. Is è-🖊 nim ouium falutem fuæ quieti præponens, & speluncam deserens propriam, pastorales sudores aggressus est. Quatas verò virtutis diuitias cógregarit, nunc referre superfluu est. Vnu tantummodo eius debet dici, quod huic historiæ valde co gruit. A Boreæ parte fluuius currit Orontes circa palatium:à meridie verò est maxima porticus, vndique turres excelsas habens.Inter palatium verò & flumen platea est, quæ egrediétes ex vrbe mittit ad suburbanos agros. Per hanc plateam quum E transisset Aphraates, ad hostilia certamina properabat vt sacris ouibus curam necessariam exhiberet. Hunc de palatio respiciens Imperator, vilissimo pallio vidit indutum & in longeua senecta celeriter properantem. Quúmque dixisset quidam istum esse Aphraatem,à quo ciuitas vniuersa penderet, dicit ei Imperator: Dic mihi quò vadis? At ille sapienter respondit & congrue : Pro tuo , inquit, oraturus Imperio. Tunc Imperator: Oportebat te domi, inquit, orare secudum + monadicum morem. At ille sanctissimus: Optime, inquit, dicis: si sic quoque permitteres, hoc me facere oportebat.Et hoc hactenus egi, quandiu Christi oues pace pristina fruebantur. Quia vero tumultu maximo commouentur, & periculi onus impendet, ne captiuæ teneantur, necesse est quouis discurrere, easque à + necessitate saluare. Sed dic mihi serenissime Imperator: Si puella essem in cubiculo residens, & lanæ vacans, videremque paternam domum ignibus concremari, quid me facere deceret?sedere intus & ardentem contemnere domű, an certe discurrere vbi aquam ferrem, & flammas extinguerem? credo te dicere hoc potius fuisse fa ciendum: id enim puellæ sapientis est opus. Hoc F ergo nunc agitur Imperator. Te nanque in paternam domum nostram mittente flammas, discurrimus vt eas velociter extinguamus. Hæc illo dicen te interminatus est quidem, sed tacuit Imperator. Vnus verò cubicularius Imperatoris aspere respo dens viro sanctissimo huiusmodi cladem noscitur pertulisse. Is enim habebat balnei curam: quò post hæc verba descendens, vt Imperatori pararet ingressum, & mente perculsus in aquam feruentem descendit, ibique defunctus est. Sedebat Imperator expectans, vt eo renunciante lauaret: eoque tardante, misit alios viros quur moraretur. At illi ingressi, viderunt eum in solio seruente desuncum atque solutum. Quod cum nuntiatum fuisset Imperatori, cognouerunt virtutem orationis Aphraatæ, non tamen ab impiis dogmatibus rerefferent, sed secundum Pharaonem induratum est cor eorum.

Audo.379]

Or<del>ontes</del> flouins.

Valens Ang. ad Aphraasi,

† Menachi-

† Captinita-

Diederm.

Diodorus. Melitius

Antior be

Planianas.

117

CAP. V.

An.de.379.

† Philoshee.

Ac tempestate Iulianus ille famigeratus so litudine relicta venit Antiocheiam. Nam cum hæretici foliti facile farcire médacia, hunc virum suæ dicerent esse prauitatis, miserunt ad eum lumen veritatis Flauianus atq; Diodorus, pariter & Aphraates Acacium virtute florentem, qui postea BerϾ fuit episcopus, rogantes vt mul tis hominum millibus subueniret, & aduersarioru fallaciam redargueret, veritatifque dogmata confirmarer. Is ergo vir sanctissimus, & veniendo & reuertendo, & in ipsa maxima ciuitate, quanta miracula fecerit, in historia + deo amabili à nobis conscripta retulimus. Quod verò torius populus ciuitatis ad collegia nostra conuenerit, nullum seculum dubitare confido. Res enim inopinabiles ad se probantur vniuersos attrahere. Sed quod ma xima miracula ille vir operatus sit, etiam veritatis hostes nequeunt denegare. Hoc enim in Alexandreia temporibus Constantij fecit magnus Antonius. Deserens enim solitudinem, totas circum ibat vrbes, satisfaciens vniuersis, quod Athanasius doctrinæ Apostolicæ predicator extaret, & hostes essent veritatis participes Arij. Sic igitur sciebant illi sacratissimi viri, quid tempori vnicuique congrueret,& quando opus esset frui quiete, quando necessarium solitudini præponere ciuitates.

De Acepsema, & aliu. CAPVI VI.

Am.do.379. Acepsemas. Zeugma-

Ephram.

Vit porrò illo tempore in Cyrestensium eré 🛶 mo famigeratus ille Acepsemas in cella reclusus, & sexaginta annis neque visus neque locutus. Zeugmatius quoque ille admirabilis, qui licet oculorum acie priuaretur, omnia tamen circumibar, confortans oues, lupisque resistens. Propter quam causam monachicam eius cellulá concremauerunt: sed Traianus magister militum fidelissimus aliam ei extruxit, multoque eum fouit au xilio. Hoc quoque tempore fuit Ephræm in Edelsa,in Alexandreia verò Didymus. Et Ephrem Syra vsus lingua, spiritalis gratiæ radios emittebar. Qui licet neiciret doctrinam Græcam, multos Græcorum eruditosque redarguit, & totius hæreticæ pra uitatis infirmitatem nudauit. Et quoniá tunc Harmonius Bardisanæ quædam cantica componens, & impietatem melodice suauitati permiscens illiciebat audientes, & ad perniciem venabatur: iste sumens inde harmoniam, pietatem cantilene permiscuit, & audientibus suaue admodu & vtile medicamen appoluit: quæ cantica triumphator í Mar tyrum festos dies etiamnum efficiunt clariores.

SOCR ATES.

Demalis, que sub Valente in Alexandria O per AEgyptum gesta sunt. CAPVT VII.

Vm igitur Imperator Valens , lege præcepisset persequendos esse in Alexandreia& Ægypto cunctos orthodoxos, omnia vastabantur. Alij nanque ad iudicia trahebantur, alij mittebantur in vincula, alij verberibus agebantur:plurimaque supplicia aduersus quiecis amatores ingerebantur. Et cum hæc in Alexandreia fieLIB. VIII.

rent secundum Lucij voluntate, fuisset que in An-D tiochia reuersus Euzoius, mox ad monasteria per Ægyptum constituta processerunt Magister militum cum multitudine armatorum, & Lucius Arianus. Cumque plurima viris sanctis mala facerent, nec eos vilo modo superarent, persuasione Lucij patres monachorum mittuntur in exilium. Inter quos erant, Macarius Ægyptius, & alter Alexandri nus. Quumque venissent in insulam quandam, arreptam cuiusdam filiam sacerdotis à demone, clamantemque ad illos viros: Cur venistisetiam hinc nos expellere? suis orationibus liberatam patri restituunt, & ad Christianismum sacerdotem simul & reliquos habitantes in infula perduxerunt.Qui mox simulacra proiicientes, formam templi in ecclesiam mutauerunt. Baptizabantur enim, & officia Christianismi cupidissime docebantur. Sic igitur propter Consubstantialitatis fidem, viri admirabiles probabiliores effecti sunt, aliosque sanantes firmiorem operibus ostenderunt sidem.

De Didymo & scriptis eius, de Gregorio Pontico, eius E que miraculis. CAPVT VIII.

O quoque tempore virum alium fidelem produxit Deus,vt per eum fidei testimoniú 🗻 perhiberet, Didymum admirábilem virum, qui omni tunc doctrina florebat . Is cú paruus adhuc prima literarum elementa doceretur morbo oculoru perdidit visum. Cui deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonauit. Nam quod per oculos doceri non potuit, auditu vigilanti cognouit: qui cum à puero fuisset ingeniosus, vincebat etiam acuta conspicientes. Facile nanque regulas Grammaticæ atque Rhetoricæ artis didicit. Cumque venisset ad Philosophiam, mirabiliter Dialecticam, Arithmeticam, Musicam, aliasque Philoso phiæ disciplinas didicit, animoque recondidit, ita vt celeriter obuiaret eis qui oculis inspectoribus talia didicissent. Sed etiam vetus nouumque Testa mentum adeo perfecte cognouit, vt multos æderet libros. Qui & de Trinitate tres libros fecit, & Origenis opus de principiis, id est, migi de principiis, migi de principii pretatus,in id explanationes reliquit eximias.Fer tur verò Antonius cùm Valentistempore propter F Arianos venisset in Alexandreiam, vidisse Didymum, eique dixisse: Non te conturbet ô Didyme, amissio sensibilium oculorum, tales enim oculi tibi desunt, quibus & muscæ & pulices frui vtique poslunt. Sed gaude potius te habere oculos, quibus etiam angeli coutuntur, per quos videtur deus & eius lumen inspicitur.

THEODORITYS.

Didymus ab infantia priuatus oculis, Grammaticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometriam, & Astronomiam, & syllogismos Aristotelis, & e-loquentiam Platonis auditu didicit, no quod hæc veritatem erudirent, sed quod aduersus mendaciú arma veritatis existerent.

SOCR ATES.

Et quoniam aliqui ex nominis similitudine noscuntur errare, necessarium est ostendere aliú esse Orthodoxi

Didym Au.do.376.

Av.do.376.

Gregorius Origenia,

A Gregorium Ponticum ortum ex Calarea Ponti admodum vetustum & discipulum Origenis. De hoc nanque Gregorio multus est sermo in Athenis,& Beryto, necnon & Ponto, & (vt ita dicatur) in vniuerso orbe terrarum. Is enim quum discessisse ab Athenis, venit Berythum, ibique iura legebat. Cúmque cognouisset in Cæsarea libros sacros Origenem exponere, venit illuc, expositiones magniloqui illius auditurus. Aquo veram philosophiam eruditus, euocantibus parentibus remeauit ad patriam. V bi primò quidem quum esset adhuc laicus, plurima signa fecit, languores curando, damones per epistolas expellendo, Paganosque sermonibus & operibus sibi subiugando. Huius meminit & Pamphilus martyr, & Eusebius in libris quos de Origene conscripsit. Fuit ergo Gregorius antiquus iste, discipulus Origenis, & alter Nazianzenus fraterque Basiliji Fuit alius Gregorius Alexandrinus, Arianus.

Quod Nouatiani festivitatë Pascha mutaverint , 📀 B de schismate inter Cornelium Romanum episcopum, Nouatum facto pro recipiendu errantibus. CAP. IX.

A tempestate Nouatiani habitates in Phry-

gia, festiuitatem Paschæ mutauerunt. Quo-

r modo autem gestum sit, dicam, primò tamé referens cuius rei gratia circa Phrygum Paphlagoniorumque gentes seuerius ecclesiastica regula cóseruetur. Nouatus presbyter se ab ecclesiæ Romanæ communione subtraxit, quod Cornelius episcopus, fideles qui sacrificauerant tempore facte persequutionis à Decio, in communionem recepisset.Pro hac itaque caussa segregatus, & ad episcopatum à confortibus suis episcopis euocatus, scribebat ecclesiis, ne eos qui damonibus immolauerant, ad sacramenta susciperent, sed inuitarent quidem ad pænitentiam, remissionem verò dei relinquerent potestati, cuius solius est peccata remittere. Tales epistolas suscipiétes, in vnaquaque prouincia lecúdum proprios fenfus responsa red-C debant. Cum ergo ille mandaret non oportere sacris interesse mysteriis eos qui post baptisma peccatum commissifient quod ducit ad mortem, quibuldam quidé videbatur amara nimis & dura huiusmodi regula: alij verò veluti iustam rectamque suscipiebant. Inter hæc mota quæstione venerunt literæ Cornelij Romani præsulis, quæ remissioné peccantibus etiam post baptisma promittebant. Sic ergo ambobus diuerfa scribentibus,&ex diuinis eloquiis lua sensa firmantibus, singuli Prouincialium diuersas sunt sequuti sententias. + Sanantes naque sanare promissa remissione, etiam reliquo tempore deliquerunt. Vnde gétes Phrygum castiores quàm alix esse noscuntur. Nouatus itaque licet propter conuersationem subtilissimam segregauerit seipsum, non tamen mutauit Pasche festiuitatem. Nam secudum partes Hesperias eti-

am iste celebrabat. Agitur enim apud illos Pascha

post equinoctium iam olim, & ex quo Christiani

esse cœperunt. Sed iste quidem postea sub perse-

quutione Valeriani principis martyrio finiuit vitam. Hi verò qui ex eo nomen habuerunt, eius que

fuere participes, factoconcilio paucorum episco-

porum in vico Pazeno, vbi funt fontes Sagarij flu

ECCLESIAT.

minis, regulam protulerunt, vt Iudæos obseruent D azyma facientes,& cum eis agant Pasche celebritatem.Postea tamen etiam Nouatianorum ecclesia propter illud concilium noscitur esse divisa.

De Damaso & Vrsino, qui Roma episcopi pariter er-dinati sunt.

O tempore quum Valentinianus Imperator 'nullam hæresim pertubaret, post Liberiú Romæ Damasus ordinatus episcopus , simul & Vrsinus ex diacono eius ecclesia in Basilica Siciniensi latenter. Ob quam rem multis seditione, vel Præfecti Maximini animaduersione punitus, remoto Vrsino Damasus remansit episcopus.

#### THEODORITYS.

Tunc itaque apud Hesperiam Damasus Romanus & Ambrosius Mediolanensis spiritalibus iaculis feriebant hostes. Cum quibus etiam illi qui ad E longa fuerant exilia destinati, literis confortabant suos, & aduersarios destruebat. Quo s diuina prouidentia gubernatores in fluctuatione preparauerat & militum sapientissimos duces in præliis.

## SOCRATES.

De fine Valentiniani maieris, & auspitiis Valentiniani minoris: O quomodo Infinam matrem eine. Valentinianu viua priore coniuge duxerit vxorem. CAPVT XI.

Nter hec igitur Valentinianus Imperator Hesperize, contra legatos Sauromatarum vehementi furore commotus, eruptione venarum fluxu sanguinis expirauit, post Consulatum Gratiani tertiu, & Equitij, septimodecimo die mensis Nouébris, annovite quinquage simo quarto, impe rij vndecimo. Quo moriente Italiæ milites sexto die post eius mortem Valentinianú puerú eius filium ad imperij culmina prouexerunt. Cuius imperium frater & patruus licet inuite (quod eis ignorantibus factum esset) tamen postea susceperunt. Hoc itaque modo Valentinianus iunior in paternum successit imperium. Is enim natusest de Îustina, quam viuente Seuera priore coniuge Valentinianus hoc modo duxisse probatur vxorem. Iustus Iustinæ pater quum esser Piceni iudex, Con stantij temporibus vidit in somnis, quod ex dextro fæmore Imperialem purpura genuisset. Quuque visio per multos recitaretur ad Constantij au res víque peruenit. At ille consyderans somnium tanquam ei Imperator ex ea nasceretur, mittens occidit Iustum. Cuius filia Iustina quum orphana remansisset à patre, virgo permansit. Posteriore verò tépore peruenit ad Seueræ notitiam, ad quá frequentius veniebat & amabatur, ita vt etiam cũ ea balneis vteretur. Quumque Seuera secum lauátem Iustina diutius inspexisset, pulchritudine virginis obligata est, & dixit Imperatori adeo esse speciosam virginem Iustinam, vt etiam ipsa licet esset mulier, eius tamen amore sit capta. Itaq; Imperator eius sermone concepto, Iustinam ducere tractabat vxorem, non tamen Seueram abiicere:

Legai Sai Arg.s And.377.

† Decis

Salicet Gra

Neugtee

Presbiser.

Post. Ro.

Lex valétiniani Ang. de duabus vxoribus du cendu & liberu. A ex qua Gratianus fuerat natus, quem paulò ante firmarat Imperatorem. Legem itaque protulit publicè per ciuitates propositam, sancientem vt liceret si quis vellet habere duas vxores. Cumque lex posita haberetur, sustina ipse coniunctus est: ex qua natus est Valentinianus sunior, & filie tres, susta, Grata, & Galla: quarum dua quidem in virginitate manserunt. Galla verò postea maior Theodosius Imperator duxit vxorem, ex qua Placidia filia noscitur ei esse progenita. Nam Arcadium & Honorium ex Placida priore coiuge habuisse cognoscitur.

# SOZOMENYS.

Quod Themistius philosophus Valentem ab orthodoxorum nece auscarit. C. S.P. XII.

An.do.378.
Valens admerfus orthodoxos,

Nterea Valens in Antiochia Syrię degens, Cófubstantialitatis cultores vehementer fuisset
persequutus, nisi eum liber Themistij philosophi reuocasset, in quo perorauerat eum esse non
oportere crudelem propter discordiam ecclesiasticorum dogmatum, quado etiam apud Paganos
plus quam trecentarum sectarum disterentia videretur, & vnusquisque pro dogmate proprio in
sententia diuersa consisteret. Et forte hoc deo gra
tum magis esset, dum non facile cognoscitur, &
diuerso modo glorisicatur: vt vnusquisque amplius timeat, dum integritatem eius scientia vel quo
modo aut qualis quatusque sit magis ignorat. His
ergo Themistij ratiocinationibus aliquantusu mitior factus est Imperator.

## SOCR AT E S.

Quemadmodum se Gothi contulerint ad Valentem, O quomodo ad Gothos pestu Ariana peruenerit.

CAPPT XIII.

An do 378. Exilia orshodoxorum

Gothi. Fridigerom A thalaric. An.do.379.

Martyres Arianerii. Flüni in Geeber

On tamen omnino ab indignatione abstinuit, sed pro morte insligenda sacratissimis viris decernebat exilia, donec eius imperum caussa huiusmodi Rei publice cohibuisset. Barbari trans Histrű constituti, qui vocantur Gothi, ciuile bellum inter se duabus partibus comouerunt: vni perat Fridigernus, alteri Athalaricus. Cúmq; pualuisset Athalaric, Fridigernus cofugit ad Rom. coruq; postulauit auxiliu. Quo cognito Valés pcepit Thraciæ militibus, vt Barbaris auxilia comodarent. Hoc subsidio victus Athalaricus est, & in fugă versus. Ob hanc ergo caussam Fridigernus voles aliquod beneficiu repensare Valeti, cũ suis omnibo dogmata eius religionis amplexus est. Vnde hactenus Gothi Ariani esse noscuntur. Tum etiam Vulphilas Gothorum episcopus literas Gothicas adinuenit, & scripturas divinas in ea conuertit linguam. Cum igitur non solum Fridigerni Gothos, sed etiam Athalarici Vulphilas edo ceret, tunc Athalaricus videns religionem patria violari, multos Arianorú suppliciis tradidit, quos Ariani martyres nunc appellant. Non verò post multum temporis denuo inter se Barbaris compa catis, à vicinis gentibus Hunorum deprædabatur. Expulsique de propriis, ad Romanorum loca cófugiunt, seruire potius volentes Imperatori. Hoc LIB. VIII.

quum cognouisset Valens, nihil futuri prouidens, D terras eis tribuit Thraciarum, arbitratus paratum se contra omnes Barbaros habere auxiliú:ac propterea milites deinceps negligebat, & eos qui pri dem contra hostes laborauerant contemnens, etiam à Collatoribus prouincie per vicos & ciuitates pro vnoquoque milite octuaginta folidos exigebat, qui dudum eorum tributa releuarat. Hoc ergo fuit initium, vt illo tempore Romanorum Respublica calamitatibus subderetur. Barbari nan que quum Thraciam tenuissent, licenter Romanorum prouinciam deuastabant.Hęc audiens Valens, quum ab orthodoxorum exiliis non quiesce ret, tunc tamen hac necessitate abstinuit. Turbatus enim, ab Antiochia Constantinopolim venit: vnde etiam aliquantum Christianorum persequu tio tunc cessauit.

#### THEODORITYS.

Interea Valens Imperator cum Gothoru gentem commouisset ad bellum apud Bosphorum, tū fatuus vires suæ infirmitatis agnoscens, misit ad E fratrem, suppetias petens. At ille rescripsit, religio fum non esse, talem virum iuuare , qui deo rebellis existeret: sed magis esse iustum vt eius superbia sedaretur. Quod cum ille miserrimo cognouisset, licet maiori necessitate constrictus', non tamen à sua vehementia cessauit, sed fuit veritati rebellis. Terentius igitur inter hac victor reuersus estab Armenia, vir optimus, & pietate decenter ornatus. Tunc ei iussit Valens poscere dona quæ veller. At ille, quod decebat pium virum cogitare, ref pondit: Petiit enim non aurum, non argentu, non prædium, non cingulum, neque donum, sed vt eis qui pro Apostolica doctrina pericula sustinuerant, vna præberetur eccletia. At ille petitionem ex scripto susceptam cognoscens, que illic tenebantur adscripta dirupit, eumque alia postulare præcepit. Verum ille colligens verba precum: Suscipe, inquit, ô Imperator& habeto donum. Aliud verò non postulo: intentionis meæ iudex est vniuersorum iudex. Cum ergo Valens transmisso Bosphoro venisset in Thraciam, primu qui-F dem Constantinopoli commoratus est, preparans bellum: deinde Traianum cum expeditione contra Barbaros destinauit. Cumq; remeasset ille deuictus, derogabat Valens ei molliciem & timorem adscribens. At ille vsus fidutia viro fortissimo cógrueti: Non, inquit, Imperator ego sum victus, sed tu victoriam perdidisti, cũ deo resistis, & illius auxilia Barbaris facis potius opportuna. Cùm enim à te impugnetur, pro illis pugnat: & necesse est, deum sequi victoriam. An nescis quos ab ecclesiis expuleris, vel quibus eas contradideris? Hæc eadé Arantheus & Victor magistri militü sunt professi, & Imperatorem ne tunc indignaretur, admonuerunt. Aiunt verò Isaac monachum habentem cellulam illic, cum videret eum egredientem ad pugnam cum clamore dixille:Quo vadis Imperator qui pugnas aduersus deum, quem non abes adiutorem' Iple enim contra te Barbaros mouit, quoniam & tu adueríus eum blasphemas linguas plurimas incitasti,& qui ei psallūr sacra, domibus expulisti.Quiesce ergo rebellare, & ille faciet bella cessare. Redde gregibus pastores eximios, & vi-

Gravitas exactionum

Gothi in

Valens petil auxilium à fratre contra Gethes.

Terentiae, magister mi litum orthodoxus.

Traianus magifter militum,

Aranthem, Victor. Ifaacuu mopachuu.

ECCLESIAT.

Quemede Valens contra Gubes pugnande sit deni- D Etm, acmertum. CAP. XV.

Orrò Valens Imp. cum tricesimo die Maij

mensis sexto Consulatu suo, & Valentinia

Betranion.

Gothi quă •

do Ái

fatti.

Ctoriam sine bello percipies. Si verò nihil horum sic agens pugnare contendis, experimento cognosces, quam durum sit contra stimulum calcitrare. Nam neque reuerteris, & exercitum vehementer perdes. Betranion autem omni virtute cla rus vniuerse Scythiæ presul, habens zelo sidei cor accensum, pro corruptione dogmatum & iniquitatibus quas contra sanctos agebat, Valentem sæpe redarguit, clamas cum sacratissimo Dauid:Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum,& nó confundebar. Qua tamé gratia Barbari Ariano sint viciati languore, narrabo. Tépore quo transeuntes Histrum, pacem cum Valente fecerunt, tunc presens Eudoxius suggessit Imperatori, vt ei Gothi communicarent.pridem enim diuinæ scietiæ radiis imbuti, Apostolicis dogmatibus pascebátur.Communio, inquit, vnius dogmatis firmiorem faciet pacem. Hoc Valens laudans à ducibus Gothorum exegit, vt dogmatum quoque concordiam retinerent. Illi verò dicebant, paternam se mutare non posse doctrinam. Et cum illo tempore Vulphilas esser eorum episcopus (quem valde sequebantur, eiusque verba quasi leges immobiles existimabant) hunc verbis, pecuniisque sectés Eudoxius, egit, vt Barbari comunione amplectere tur Imperatoris, sic decipiens eos ac dicens, certamen esse verboru, no differetiam dogmatu. Quáobrem hactenus Gothi maiorem quidem patrem filio dicunt: creaturam verò filium nequaquam

ni iunioris secundo Costantinopolim venisset, inuenit populum in mœstitia constitutum. Barbari nanque per Thracias discurrentes etiam Constantinopoleos suburbana vastabant, non existente qui eis resistere fortiter valeret. Qui cum vsque ad muros venissent vrbis, afflicta ciuitas murmurabat, quasi eos Imperator illuc euocasser, quum nec resisteret, & magis bella protraheret. Circenses ludi igitur agebantur, & illic Imperatori clamabant: Da arma & nos pugnabimus.

Hinc accensus Imperator, vndecimo die Iunij mensis egreditur, interminatus pænas se pro iniuriis cum rediret à Constantinopolitanis ciuibus exacturum, & quia prius videbantur Procopio prebuisse auxilium, ita vt ciuitatem aratro vertere mi naretur. Deduxit ciues igitur vsque ad vrbem Hadrianopolim, que est in confinio Macedoniæ.

Gothi Chri stiani.

Vulphilas
Goshorum
epifcepus
corrumpisur
à Valente.

# SOCR ATES. .

dicere sustinent, licet hoc asserentibus commu-

nicare videantur.

De reuersione Petri episcopi in Alexandruam, & de eius morte, & de successione Timothei.

C APVT XIIII.

Alexădrini

Toc itaque tépore, cùm Imperator ab Antiochia discessisset cofortati sut qui ab eo persequutionem patiebantur, & maximè Alexandrini Petro videlicet reuerso de Roma cu literis Damasi Romane vrbis antistitis consirmatis Consubstantialitatis sidem, & Petri episcopi roborantis ordinatione. Quo facto populus sumpta sidutia, Lucium expulit, & reduxit Petrum. Sed C Lucius Constantinopolim nauigauit: Petrus cùm modicum vixisset tempus, reliquit fratrem suum Timotheum successorem.

ritur.

Timotheus succedit. THEODORITYS.

Et exercitu quidem præmisso ipse in quodam vico victoriam expectabat. Porrò milites Barbarorum impetum non ferentes, alij fugiebant, alij necabantur. Barbari autem venientes ad vicum vbi Valens cognita proditione se celare nitebatur, immisso igne concremauerunt cum vico etiam pietatis inimicum.

Valës Ang. cöbuftan eft An-do.381:

E

Au.d.380.

# SOCR ATES.

Qui finem vitæ sortitus est nono die mensis Augusti, eodem Consulatu, id est, quarto anno ducente simæ octuage simæ nonæ Olimpiadis. Aiunt aliqui eum igne consumptum cum in vicum sugisset, quem Barbari concremauerunt. Alij verò ferunt, quod mutato Imperiali habitu ad pedestrium venerit exercitum: & cum equestres se dedidisent pugnare nolentes, in congressione vniuer sos pedestres repente confosso: vnde dicunt ipsum quoque ignoti vulnere susse prostratu. Defunctus est anno vitæ quinquage simo. Qui cum fratre regnauit annos tredecim, post fratrem verò tres. Talique sorte desunctus est.

Histo-

# HISTORIAE ECCLESIASTI-D

# CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER NONYS.

SOCR ATES.

Quod Mortuo Palente Conftantinopolim Barbari deuaftarint.

CAPVI PRIMVM.

Barbari fub urbia Cou-Băsinopolisava diripiunt,



GITVR defuncto Valéte, denuò Barbari víq; ad muros Constatinopoleos venientes eius suburbana vastabát. Quapropter ciues q inuenissent arma gestantes, hostibus vt poterant resistebát. Vxor enim

Valentis Imperatoris nomine Dominica, præmia ex ærario publi cobene pugnantibus, secundú có-suetudinem militú ministrabat. Quib etiam Saraceni tulere suppetias, quas eorum regina nomine Mauia Romanis sæderata miserat.

THEODORITYS.

De benignitate Gratiani exfidei restitudine.

CAPVT 11.

Orrò Gratianus Valentiniani filius, cùm pri

dem patre defuncto Europæ sceptra tenuis-

set, defuncto Valéte sine sobole, Asiæ quo-

An.do. 381. Gratiango venocat epifcopos orthodoxos de exilio.

Pont. Rom.

fug.

que Lybiæque regna suscepit. Moxque pietatem quam mente perceperat, operibus demonstrabat, initiaque sui regni rerum omnium domino dedicauit. Scripsit itaque Legem, præcipiens, vt expulsi pastores ad sua ouilia redirent, sacreque bassicæ eis redderentur, qui communionem Damass se querentur. Is enim Damassus Romanæ vrbis episcopus laude digno, vir mirabilis, semper ornatus, dicere facereque pro Apostolicis dogmatibus cucta festinus post Liberiun gubernacula susceperat ecclesiæ. Missit igitur Imperator cum huiusmodi lege etiam Saporem quendam tunc nominatisimum militiæ principem: & Arianæ quidem blassphemiæ prædicatores, veluti quassam bestias di-

SOCRATES.

uinis septis iussit expelli:optimis verò pastoribus

& facris ouilibus vniuerfa restitui. Hoc ergo in v-

niuersis prouinciis decreuit obseruari.



Gratianus itaque cum iuniore Valentiniano regno potitus ab exilio reuocatis omnibus, lege san ciuit, vr vnaquæque religio licite sacra celebraret, solos verò ab ecclesiis prohibuit Eunominanos, Photinianos, Manichæos. THEODORITYS.

De contentione apud Antiochiam inter Paulinum Melitium facta, o de Apollinare Laodiceno eiusque fecta. CAPVT III.

🖚 Vnc igitur in Antiochia, quæ prælidet Orienti, contentio huiusmodi causa prouenit.Pro Apostolicis dogmatibus laborantes(sicut iam dictum est) erant diuisi, & alij post calumnias irrogatas Eustathio Arianam abominati væsaniam, apud seipsos sacra celebrantes, Pauli- E num habebant antistitem. Alij verò post ordinationem Euzoij, cum Melitio couenientes eius do-Arina fruebantur. Ad hec autem Apollinaris Laodicenus alterius partis libi prælulatum allumplit. Qui cum pietatis indueret vultum, & Apostolica le fingeret dogmata conseruare, paulò post manifestus hostis apparuit. De diuina nanque natura adulterinis rationibus vtebatur, gradus quosdam generans dignitatum, & sacramentum dispésationis imperfectum explanare præfumens, animamque rationalem quæ corpus regit,priuatam falute confirmans. Si enim animam nó assumpsit secundum illius rationem Deus verbum,neque medicinam præbuit, neque honorem dedit:sed corpus quidem terrenum ab inuisibilibus virtutibus adoratur: anima verò secundum diuinam imaginé facta inferne permansit, cotumeliis induta peccati Qui plurima super hec vesanus asseruit. Aliquado etenim pariter cofitebatur & ipse ex sancta virgine assumptam carnem:aliquádo verò eá cum deo verbo cœlitus descédisse: aliquado eum ipsum fa-& carné, sumpsisse nihil ex nobis. Alias que pluri- F mas &inanes fabulas facris promifsionibus copulabat,quas in præfenti dicere fuperfluum iudicaui. Talia quidé ille dicés, nó folú fuos peste repleuit, sed etia quosda nostrorum fecit huiusmodi lepra participari. Post modicu verò téporis cu suum viderent opprobrium & ecclesiæ claritaté, penè cú-Ai reuerli sunt, & comunionem ecclesiastica percipere meruerüt, no tamen priore deposuere languorem, sed magis coplures Constantiu latenter sauciauerut. Ex hac ergo radice in ecclesiis germinauit, vna carnis deitatis q; natura, & vt diuinitati vnigeniti passio copuletur: & alia, quæcunq, populis & sacerdotibus certamina genuerut. Sed hec quidem postea facta sunt. Tum igitur veniente Sapore magistro militiæ, & ostendente Principis legem, Paulinus quidem fatebatur se Damasi esse participé.Promittebat etiá Apollinaris, hoc ipfo láguore celato. Sacratissim verò Melitius sub quiere degens, illorú certamina deuitabat. Porrò Flauianus sapiétissimus túc in ordine presbyterij costitutus, primo quidé veniente magistro militum, ita ad Paulinu loquutus est: Si communione Da-

Schifmata Christianorum, Apollinaris Laodicenus, an do 320,

Flaviavas Pavlivas.

ECCLESIAST.

A masi ô amice sectaris, ostende nobis dogmatum tuorum aperte concordiam. Ille naque vnam Trinitatis substantia confitens, tres subsistentias prædicat in aperto: verű tu è diuerso subsistentias perimis Trinitatis, ostende itaque dogmatum concor diam, & suscipe secundum legem ecclesias. Quum ergo illum his sermonibus obiurgasset, couersus, Apollinari dixit: Admiror te amice sic impudenter veritati resistere, cum aperte noueris, quod lau dabilis Damasus perfecte naturam nostram à deo verbo dicat assumptam, tu verò contraria fatearis. Mentem nanque nostram salute fraudas. Si autem false loquimur, te forsitan accusantes, vel nunc no uitatem à te natam denega, & Damasi amplexus doctrinam, sectam suscipe venerandam veritatis. His rationibus sapientissimus Flauianus illorum fiduciam ita redarguit. Porrò Melitius omniŭ mãsuetissimus hominum, benigne atq; suauiter Paulino dixit: Quoniam & mihi harum ouium curam commisit dominus, & tibi similiter aliarum, suscipe hanc sollicitudinem, & communicemus inter nos sub dogmate pietatis. Iŭgamus amice greges, & soluamus de Præsulatu contentionem:commu niter pascentes oues, curam eis communiter exhi beamus. Si autem de sede certamen est, ego etiam hanc contentionem conabor dissoluere. In sede facrum ponatur Euangelium, & ex vtraque parte nos sedeamus. Et si quidem prius ego finem viræ suscepero, solus eris Antistes: si verò hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis habebo curam. Quū hæc ergo Melitius cum omni mansuetudine protulisser, Paulinus acquiescere non consensit. Tum magister militix, iudex vtriusque verborum eccle sias Melitio tradidit. Paulinus autem aliarum ouiŭ permansit Antistes. Verum Apollinaris Præsulatu nudatus ecclesiæ, nouitatem doctrinæ suæ aperta impudentia prædicabat, & ducem semetipsum ostendit hæreseos, & ipse quidem in Laodicia crebro morabatur.In Antiochia verò pridem Vitalé ordinaucrat, vita quidem optima decoratum, & Apostolicis dogmatibus innutritum, postea tamé hoc languore putrefactum. Porrò facratissimus Melitius Diodorum illum (cuius iam meminimus) qui sub tempestate oppido quam aspera ecclesia nauemà subuersione seruauerat, Tarsensium pa-

storem constituit, eique Cilicum gentis curam co

misit. Apamiæ verò Pontificalem curam Ioanni

dedit. Qui licet genere ac nobilitate fulgeret, tamen progenitores propriis virtutibus adornabat.

Hunc ergo & sermo decorabat & vita. Is itaque

tempore tempestaris confidelium suorum nume-

rum gubernauit, cooperatorem habens laudabilé

Stephanum, quem sacratissimus Melitius ad alia certamina destinauit. Nam cum cognouisset Ger-

maniciam Eudoxij peste corruptam, hunc eò tan-

quam sapientissimum medicum destinauit. Erat

enim omni Græcorum doctrina plenus,& diuinis

dogmatibus innutritus. Quamobrem spe sua frau

datus non est. Vsus nanque dono spiritalis do ctri-

næ, lupos mutauit in oues. Porrò magnus Euschi-

us de exilio remeás Acacium fummæ claritatis virum in Berœa ordinauit epifcopum, in Hierapoli

Theodotum, cuius mira conversatio hactenus de-

cantatur, Eusebium in Chalcide, in Cyro nostra I-

sidorum. Aiunt verò quod eriam Eulogium, qui

pro Apostolicis dogmatibus decertarat, & in An-

tind cum Protogene missus in exilium, Edeslæ or- D dinauerit, episcopum. Barses enim sacratissimus, iam de hac luce migrauerat. Sanctus verò Eusebius vlrimum episcopum Marin in ciuitate Dolicha fecit. Hæc enim parua ciuitas vesaniam tunc obtinuerat Arianam. Quò quum accessisset Eusebius, vt Marin virum plurimis virtutibus decoratum,in sede collocaret episcopali, quædam mulier Ariana peste repleta, tegulam de tecto demisit, qua eius caput valde contriuit. Isque paulò post ad vitam meliorem de hac luce migrauit. Qui moriés, præsentes iureiurando constrinxit, vt ab ea quæ hoc fecisset, nullo modo pænas exigeret, imitatus dominum suu qui de crucifigentibus ait:Pater,remit te eis:non enim sciunt quid faciunt. Simul & coseruum Stephanum, qui post multos lapidum iactus clamabat: Domine ne eis statuas hoc peccatum. Hoc ergo modo magnus Eusebius est defunctus. Et qui Thraciæ Barbaros effugit, impiorum hæreticoru manus declinare non potuit, sed martyrij coronam illorum ferocitate suscepit.Hęc ergo gesta sunt post reuersionem episcoporum.

De Theodosy ducatu, quomodo à Gratiano Imperato re fuerit ordinatus & ad Orientale missus imperium Orthodoxu profuerit, & retruserit hareticos.

CAP. 1111.

Barja. Mars,

Enfebrar &
muliare A
riana occi-

Apollinario prinatus epi feopatu.

Melitius ad

Vitalia.

Diedorus.

Zoannes.

Stephanus Jodalu Ioan mis Apamensis.

Garmanicia

Enfebies redux. Acacino

Orrò Gratianus Thraciam Barbaros vastare cognosceps.Italia relicta,in Pæoniam ve nit.Ea tempestate Theodosius tam propter parentum nobilitatem, quam propter fortitudiné propriam nominatissimus habebatur: & ob hanc caussam inuidia parium Iudicum fatigatus, in Hispania morabatur, vbi & ortus fuerat, & nutritus. Cumque Imperator quid faceret hæsitaret, quippe cum barbari eleuati victoria inexpugnabiles esse viderentur, ducatu Theodosij pugnam credidit finiri. Repente siquidem eŭ ab Hispaniis euocans, & magistrum militum esse denuntians, cum expeditione ad Barbaros destinauit. At ille side munitus, confidenter ad Thracias est profectus. Quò cum venisset, vidisset que Barbaros, exercitum ordinauit ad pugnam. Congressione verò fa-F cta, impetum Barbari non ferentes suas acies reliquerunt.Et illi quidem fugiebant,hi verò fortiter sequebantur. Immensaque cædes tunc facta est Barbarorum. Plurimis igitur interemptis, paucisque latenter transeuntibus Histrum, mox Dux optimus exercitu disperso per vicinas vrbes, velociter rediit ad Principem, itavt ipse triumphorū suoru nuntius existeret. Quod tamen nec ipsi Imperatori quum miraretur factum, credibile videbatur. Æmuli siquidem & sugisse eum dicebant, & exercitum perdidisse. At ille propter derogantes sibi, petiit mitti qui viderent hostium multitudinem peremptorum. His verbis Imperator flexus, misit qui res actas inspicerent, sibique renunciarent . Porrò Dux optimus inter hæc diuinam visioné vidit, & ab ipso deo aperte sibi mostratum. Conspexit enim in somnis, quod sanctus Melitius Antiochenæ ciuitatis Antistes chlamyde ipsum vestiret Imperiali,&corona caput ornaret. Hæc quu nocte vidisset, cuida mane retulit + cleri corú. At ille clarú esse somniú dixit, & nihil ænig-

Theodofy Januara

†amicorum.

D

SOCR ATES.

maticum, nihil dubium continere. Quumque pau ci omnino transissent dies, qui pro victorie inspectione missi fuerant, redierunt, peremptaque hostium multa millia narrauerūt. Quamobrem letatus Princeps, Theodosium fecit Imperatorem.

Theodofine fit Cafar. An.do.382,

SOCRATES.

Consulatu Ausonij & Olibrij sextodecimo die Ianuarij mensis.

THEODORITYS.

An.do.381.

Theodofius fus ad Ital
epifcopes miss.

Comstantimoras.

Tradita
fus ad Ital
miss.Mo
bus de co
que Præs
uenire pr
tagio.Na

Tradita ei sceptrorum parte Valentis, ipse rursus ad Italiam rediit, & illu ad regna collata transmisit.Moxigitur vt imperium sumpsit, præ omnibus de cocordia ecclesia cogitauit, & vniuscuiusque Præsulatus episcopos Constantinopoli conuenire præcepit. Hæc sola erat Ariano plena contagio. Nam Occidens liber ab huiusmodi languore permansit. Constantinus enim senior filius Co Stantini maioris, & Constans iunior paternam fidem integram seruauerur. Rursus Valentinianus Imperator Hesperiæ, inuiolatam custodiuit fidei pietatem. Orientis autem tractus, multiphariam huiusmodi labe repletus est. Arius enim Alexádri næ presbyter ciuitatis hanc ibi genuit blasphemiam.Post quem Eusebius, Patrophilus, & Aerius Pa læstini, & Paulinus atque Gregorius Phænices, & Laodicessis Theodorus, cuque his Georgius, post quos etiam Athanasius & Narcissus Cilices, & alij plurimi male iacta semina nutriuerunt. His igitur nequissimis cultoribus fuit cooperator Constantius atque Valens. Pro hac ergo solummodo causa, Theodosius suo subiacentes imperio Constantinopoli congregari præcepit episcopos.

SOCR ATES.

Quemedo Macedoniani denue ab Orthodoxis dinifi fint. CAP. V.

Nterea Macedoniani post legationem ad Liberium destinatam aliquato tempore sine discretione communicabant, & ipsi iis qui ab initio definitionem sidei Nicænę susceperant. Cumque lex Principis Gratiani potestatem religionibus sicutivellent communicare præbuisset, denuo sunt diuissi: congregatique in Antiochia, statuerüt vocem Consubstantialitatis amouendam, & vene rantibus Nicænam sidem non esse communicandum. Sed plurimi videntes eorum varietatem, recesserunt ab eis & Consubstantialitatis sectatoribus sunt vniti.

SOZOMENYS.

Quomodo Theodosim Imperator Thessalonica bapti-Zatm sit. C APVT VI.

Vmque Theodosius bello Barbaros superasset, & illi Romanos amicos habere precarentur causa fœderis, acceptis obsidibus Thessalonicam venit. Vbi cùm in egritudinem incurrisset, ab + Acholio eius ciuitatis episcopo baptizatus est, licet à progenitoribus Christianu dogma & sidem Nicani concilij sequeretur.

Tum igitur baptizari cupiens propter morbu, Thessalonicensium interrogauit episcopum, cuius nam sidei esset. Quo respondente, quòd Ariana pestis in Illyricum non valuisset accedere, sed inuiolatam ab initio sidem Nicænúmque concilium seruarent, ille libenter eius verba suscipiens, baptizatus atque ægritudine liberatus est.

SOZOMENYS.

Professio Theodos y de fide. CAP. VII.

Ogitans igitur Imperator, melius esse pronunciare subiectis, cuiusnam esset sidei, ne videretur vim facere, si quenquam subitò inuitum ad cultum religionis impelleret, legem è Thessalonica populo Constantinopolitano proposuit. Hoc enim visum est, vt veluti de quada ciuitatis arce omnibus subiectis aliisque ciuitatibus iudicante scriptura, sieret manifesta. Cuius legis verba sunt hæc:

IMPPP. GRATIANVS, VALENTInianus, & Theodosius Auggg. populo vrbis Constantinopolitanz.

Cunctos populos, quos clementie nostre regit temperametum, in ea volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio víque nunc ab ipío infinuata declarat : quamque pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandrię episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, vt secundum Apostolica disciplinam, euangelicamque do ctrinam patris & filij & spiritus sančti vnam deitatem, sub pia maiestate,& sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes, Christianoru catholicorum nomen iubemus amplecti:reliquos verò demétes vesanosque iudicates, hererici dogmatis infamia sustinere, diuina primum vindicta, post eriamotus nostri qué ex cœlesti arbitrio sumpserimus, vitione plectendos.Data.111.Kalend.Martias,Thessalonicæ. Gratiano quinto,& Theodosio Aug.coss. Hæc sanciens paulò post Constantinopolim venit.

De Gregorio Naziaz eno Costantinopolim translato. F

Vm igitur Gregorius Nazianzenus communi decreto multorum episcoporum in Constantinopolim trassmutatus, intra ciuitate in paruo oratorio sacra celebrabat. Cui loco postea principes basilicam maximam copulantes, eam vocauerant Anastasiam.

De Basilica sancta Anastasia. CAP. IX.

Væ sanè non solum pulchritudine & magnitudine, verumetiam apertissima apparitione Dei noscitur illustrari. Illic enim diuina virtus in somnis, & apertè, plurimis & frequeter multis que languentibus, & in rerum periculis costitutis subuenisse dinoscitur, ita vt crederetur ab aliquibus sanctam Mariam, Christi matrem virginem hanc esse. Cum tali nanque habitu multis ostenditur.

L ij

An.do. 381.

Lex Impp. de fide ortho doxa,

Petrus.

Damasu Pout. Rom, Petrus Alezandrimus.

An.do.382.

Gregorius Naziāzen<sup>9</sup> Costātmopo lim afcitus Anastasia.

Digitized by Google

† Ajcholio

THEODORITYS.

D

A Quam Basilică ideò Anastasiam vocant, sicuti reor, eò quòd dogma Nicæni concilij in Constantinopoli, velut iam mortuum, eo loco expositionibus Gregorij resurrexerit. Ego tamé audiui quosdă
veriloquos referentes, cùm populus illic congregaretur ad missas, mulierem pregnantem de superiori porticu cadentem defunctam fuisse, tumque
communi oratione facta super eam, reuixisse, &c
cum partu seruatam esse. Quamobrem valde inopinatum Anastasiæ nomé, id est resurrectionis, accepit.

SOCR ATES.

Quomodo Theodosius ab ecclesia Constantinopolitana Arianos expulerit. CAPVT X.

Gregorius
Nazionzeusus cupit abire Confidtimopoli.
Theodofius
Aug.ad
Demophili B
Ariana
religionis
antifitem.

Regorius itaque vir eloquétissimus ac venerandus, cognoscens aliquos murmurare J eò quòd esset ex alia ciuitate, adueniente principe Constantinopoli habitare declinabat. Împerator tamé cùm in tali statu inuenisset ecclesias, cogitabat quemadmodum pacificaret omnes, & cunctas augerer ecclesias. Mandauit ergo repétè Demophilo, qui tunc Arianæ religioni presidebat:Si vis,inquit, credere secundum Nicæni dogma concilij, vniatur populus & suscipiat pacem. Cumque ille propositioné huiusmodi refugisset, tunc Imperator, Si pacem, inquit, concordiamque declinas, fugere te etiam à sacris basilicis ego præcipio.Hxc audiens Demophilus, & cogitans graue esse potioribus relistere, conuocans in ecclesia plebem, & surgens in medio cunctorum, hac per se subiectis verba loquutus est: Fratres, scriptum est in euangelio: Si persequuti vos fuerint, ex ista ciuitate fugite in aliam. Quia igitur Imperator ecclesiis opus haber, scitote crastina nos Collectam extra vrbé celebraturos. Hæc cùm dixisset, egressus est. Non tamen sic intelligens euangelijverba, quemadmodum dicta sunt. Illic enim præcipitur, vt fugientes habitationem mundanam , Hierulalem requirát supernam. Egressus ergo ciuitate ante portas conciliabula colebrabat. Cum quo simul exiit.Lucius Alexandria pulsus, quia tunc Constan tinopoli morabatur. Sic itaque Theodosij concor diam non ferentes post quadraginta annos ecclesias, quas vi tenuerant, reliquerunt. Egressi de ciui tate quinto Consulatu Gratiani, & Theodosij pri mo, mense Nouembri. Quo facto, Nicana tidei sectatores ecclesias receperunt.

Lucina exul.
Arizri relinquant esclesias quas
X L. annu
temarant.

Math.10,6

# SOZOMENYS.

De Eunomy calliditate. CAPVT XI.

Gitur cùm Eunomius Valentis temporibus à fuis clericis recessisset, apud seipsum in Bithynia morabatur vir callidus & dicendi peritus, multusque populus concurrebat ad eum: alij hominem experiri volentes: alij audire quæ diceret. Horum sama peruenit ad Principem: Cum quo ip se quoque voluit habere sermonem: sed Augusta Placilla precibus eum retinuit. Erat enim sidelissima, & Nicæni dogmatis iura sub integritate serua bat, timuit que ne (vt sieri solet) eloquio viri callidi captus Imperator, sacilè in sectam eius incideret.

De Conftantinopolitano concilio cotra Macedonianos. C N PVT XII.

Nterea cùm episcopi centum & quinquaginta fuissent Constantinopoli congregati, præcepit Imperator vt nullus proderet quisna esset maximus ille Meliti<sup>2</sup>. Volebat enim ex memoria sui somnij virum illú sibi ipsi indicari. Cùm ergo omnis illa multitudo Pontificum regia introisset domum, relictis omnibusad magnum concurrit Melitium, & veluti quispiam filius patris amator, post multum temporis paterna visione potitus, complectebatur eum, & simul osculabatur oculos, labia, pectus, & caput, dextraque que ipsum in somnis coronauerat, insinuauitque illi quam viderat visionem. Cúmque etiam cæteros congruè salutasset, rogauit tanquam patres, vt de rebus præsen tibus cogitarent.

## SOCRATES.

Et vt in vrbe Constantinopolitana ordinaretur episcopus. Et cum speraret posse Macedonianos vniri, etiam corú conuocauit episcopos. Conuenerunt ergo de Consubstantialitatis fide, Timo theus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, post pœnitentiam in Consubstantialitatis dogma colentiens, Melitius Antiochiæ, & Acholius Thef salonica, aliique plurimi, ita vt centú & quinquaginta numerus compleretur. Macedonianis verò præerat Eleusius Cyzici & Lampsaci Martianus:erantque simul triginta sex, quorum plurimi esse videbantur de ciuitatibus Hellesponti. Conuenerunt itaque Consulatu Eucharij & Euagrij mense Maio. Igitur Imperator & Episcopi partis ipsius la borabant, vt Eleusius eiusque sequaces vnirentur ecclesia, commemorantes eis legationem, quam miserant ad Liberium tunc Romanæ vrbis episco pum per Eustathium, & quia pridem sponte ei comunicassent, nec esset sine pudore vt subitò bene prius placita mutarent. At illi eius monita apertaque conuitia paruipendentes, elegerunt sequi po-F tius Arianam pestem quam Consubstantialem dicere Trinitatem. Hæc fatentes de Constantinopo li funt egressi, & scribebant alteri alteris, ne quis ipsorum in Nicæni concilij dogma consentiret.

# THEODORITYS.

De ordinatione Maximi Cynici, eiúsque depositione, Er ordinatione resta Nestary, er de canonibus in east nodo constitutus. CAP. XIII.

Regoriusverò qui tunc Constantinopolitană regebat ecclesiam, Naziăzum redire parabat. Pro quo cum episcopatus Constantinopolitanæ vacaret ecclesiæ, Timotheus Alexandrinus Petri successor, Maximum quendam Cynicum ordinauit episcopum, cum nuper totondisset eum. Is verò erat Apollinaris væsania refertus. Sed non pertulerunt hoc malum viri sanctissimi Constantinopoli congregati. Et cum Ægyptij maxime se pro eius ordinatione separassen, sacra officia cum Gregorio celebrabant. At ille grauiter se-

Au.de. 383.

Theodofus
Melitium
agnofeit,
inaquam av
tea vijum à
fe mifi per
infomaiem

E

Gregorius Vazianzeus Conflăinop.robNeffarius.

A rens rursus factam divisionem, exorabat vniuersos, vt laude dignum virum quererent, quem Pon tificem ordinarent. Tunc illi eius verbis acquiescentes, Nectarium generis nobilitate decoratum constituerunt Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum, Maximum verò Apollinaris contagio laborantem, nudatű Pontificali dignitate eiecerűt.

#### SOCR ATES.

Tum etiam regulam protulerunt, vt Constantinopolitanus epilcopus haberet honoris priuilegia post Pontificem Romanum, eò quòd sit noua Roma.Firmaueruntque rursus Nicenam fidem,& Patriarchas constituerunt, distribuentes prouincias, vt episcopi vniuscuiusque diœceseos ad ecclesias non irent extraneas. Hoc enim olim propter persecutionis tempus indifferenter agebatur. Distribuerunt itaque Nectario quidem maximam ciuitatem & Thraciam.Ponticam verò diœcesim Helladio,qui post Basilium fuit.Cęsaream. Cappa B dociæ Gregorio Nysseno, Basilij germano: Troilo quoque Melitenæ, Armeniæ ius Patriarchæ dederűt. Asianam verò diœcesim, Iconij Amphilochius est sortitus. Optimus autem Antiochiæ, Pisidie. Aegyptum quoque Timotheo Alexádrino distribuerunt . Porrò ecclesiarum Orientalium gubernationem eius præfulibus commiferunt, Pelagio Laodiceno,& Diodoro Tarfi,Antiohenę ecclefię priuilegia referuantes, quæ tunc Melitio præfenti dederunt.Definierut pariter, vt si quid in prouincia qualiber emergerer, prouinciæ concilio finiretur. In his omnibus suum præbuit etiam Imperator assensum.

THEODORITYS.

Paruo porrò tempore transeunte, sanctus quidé Melitius est defunctus, & ab omnibus sapientibus

cum præconiis maximis est sepultus.

Æstate verò sequenti rursus plures episcopi Có stantinopolim pro causis ecclesiasticis sunt reuersi, vbi Occidentalium episcoporum synodicam susceperunt epistolam, inuitantem eos Romam, vt illic maximum celebraretur concilium. Sed illi quidem profectionem quasi nihil habituram lucri refugerunt, verum literas miserunt Damaso ceterisá; præsulibus, quas pro clariori notitia subdere necessarium iudicaui.

Epistola Constantinopolitani concilij ad Papam Damasum & Occidentales episcopos. CAP. XIIII.

**Epistola** sy

DOMINIS HONORABILIBUS ATque Venerandis fratribus & coministris, Damaso, Ambrosio, Britonio, Valeriano, Acholio, Basilio, & reliquis sanctis episcopis in maxima Roma collectis, sancta synodus orthodoxorum episcoporum congregatorum in maxima ciuitate Constantinopoli in domino S.

Elut nunc ignoranti vestræ reuerentiæ insinuare, atq; narrare multitudiné passionum ab Ariana potentia nobis sæpius illatarū, forsitan superuacuum est. Non enim ita negligere vestram

LIB. IX. credimus sanctitaté, vt adhuc egeatis discere quos D certum est condolere. Sed neque tales nos constrinxere tempestates, vt pro sui paruitate latere potuerint. Neque tempus persecutionis est nouu, led adhuc memoriam leruat antiquam, non solum in his q passi sunt, sed etia in eis, q participes sunt illorum, quorum proprias indicant passiones. Heri enim(vt ita dicam)aut hodie exiliorum vinculis

resoluti, post innumeras tribulationes ad ecclesias proprias sunt reuersi. Alioru verò in exilio defunctorum funera reuocata sunt. Qaidam verò etiam ab exilio remeantes,&feruenti hereticorum furore detenti, amariora quam in exilio in propri is sunt perpessi, lapidibus ab eis obruti, sicuti beatus Stephanus. Alij diuersis macerati sunt suppliciis, adhuc stigmata Christi & vulnera in suo corpore circumferre noscutur. Pecuniarum verò diipendia, honoris ademptiones, singulorumque conscationes, & machinamina, iniurias atque vincula, quis numerare valebit per singula? Omnes enim tribulationes verè super nos multiplicatæ funt vltra numerum. Iustè quidem quoniam valde E peccauimus. Aut certè clemens dominus passionum multitudine nos voluit exercere. Propter hæc itaque gratias Deo referimus;qui & per tantas tribulationes seruos corripit suos, & secundu multitudinem miserationum suarum deduxit nos rurfus ad refrigerium. Nobis itaque tempus & labor maximus necessarius fuit, vt emendatio ita proueniret ecclesiarum, vt tanquam pro longa æ-

gritudine diligentia paulatim adhibita, priscam pietatis redderet sanitatem. Hoc etenim putabimur modo persecutionibus acerrimis liberari,& ecclesias lógo tempore ab hæreticis detentas, denuò reparare. Veruntamen graues adhuc nobis sunt lupi, qui postquam de caulis expulsi sunt, ex ipsis pascuis oues abripiunt, collectas facere contendentes, populos commouentes, & in nullo segnes ad eccletiæ læsioné. Erat itaq; (sicut diximus) necessariu huic operi tempus. Quia tamen frater-

nam circa nos charitatem ministrantes, synodű in Romana vrbe Dei voluntate fecistis: & nos illuc táquá membra propria, literis Deo amabilis Principis euocastis: vt quoniam tunc ad tribulationes p soli sumus addicti, nunc sub Imperatorum pia cocordia non sine nobis regnareris, sed etiá nosvobiscu secundum Apostolicam vocem coregnare-

omnes nostras simul relinquetes ecclesias, deside rio vtili iungeremur. Quis enim nobis dabit pennas sicut colubæ, vt volemus & apud vos requiescamus? Sed quonia hoc omnino nudabat ecclesias, requie nuper inchoante, résq; nimis erat plu-

mus:oratio quidé nostra fuit, si esset possibile, vt

rimis impossibilis, quia concurreramus in vrbem Constantinopolitanam, causa literarum ad nos missarum à vestra charitate post Aquileiense concilium ad Deo amabilem Imperatorem Theodosium, propter hanc solummodo causam vsque ad Constantinopolim præparati, & de hac tantumodò synodo ferentes consensum Episcoporum, qui per prouincias permásere: maioris ve-

rò profectionis neque sperauimus opus, neq; preaudiuimus omnino, antequam Constátinopolim veniremus. Super hæc autem induciarum angusto

tépore faciente, neque præparare nos valentes ad longam profectionem, neque vniuer sos comuniPfal.54.6

Priscian

ECCLESIAST.

A catores nostros in provinciis positos commonere, & eor u consensum sumero pravaluimus. Quoniam igitur hæc & alia multa plurimorum aduentum prohibere videbantur, quod erat secundum, ad effectum rerum, & vestra circa nos charitatis oftensionem, hoc egimus. Reuerendissimos arque charissimos fratres,& comministros nostros episcopos, Cyriacum, Eusebiú, & Priscianum, víque ad vos laborare alacriter exorantes, per quos & nostram voluntatem pacificam,& intentionem habentem vnitatis ostendimus, zelum que nostrum quem pro saluberrima side gerimus, indicauimus: nos ctenim persecutiones, siue tribulationes, suc minas Imperiales, sue crudelitates Iudicum, siuc quassibet alias tentationes hereticorum, libenter sustinuimus pro euagelica side, quæ in Nicæa Bithyniæ à trecentis decem & octo patribus roborata dignoscitur. Hanc enim & vobis & nobis & omnibus qui non subuertunt verbum veræ fidei, complacere confidimus, quam sci mus antiquissimam existere, & sequacem baptismatis, docentemque nos credere In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Diuinitatem quippè & virtutem atque substantiam vnam Patris & Filij & Spiritus sancti credimus, & æqualem honorem ac dignitatem & imperium coæternum, in tri bus perfectissimis subsistentiis, seu tribus perfectis personis:vt neque Sabellij languor habeat locum confusione subsistentiarum, aut peremptione proprietatum:neque Eunomianorum & Arianorum πνιυματομάχων, id est, spiritui resistentium blasphemia præualeat: substantia videlicet secundu illos, aut natura, aut diuinitate diuisa, aut vt increatæ consubstantiali & coæternæ Trinitati posterior aliqua vel creata, vel alterius substantiæ na tura detur. Inhumanationis verò Christi sermoné fine aliqua violatione seruamus, neque sine anima neque sine mente aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes: sed totum scientes perfe-&um quidem ante secula existere domini verbu, perfectum verò hominem in nouissimis diebus propter nostră falutem factum. Igitur quæ de fide à nobis apertè prædicantur, velut in summa hæc esse noscuntur: de quibus amplius instrui poteritis, si & Tomum in Antiochia factum à synodo ibi constituta, dignemini legere. Et quid anno superiori in Constantinopoli ab vniuersali synodo co gnoscitur esse prolatum: in quibus latius side pro-tessi sumus, & contra nouitates hareseon nuper exortas, anathema ex scripto protulimus. De dispensationibus autem particularibus ecclesiarum antiqua (sicuti nostis) sanctio tenuit, & definitio sanctorum patrum in Nicæa conuenientium, secundum vnamquamque prouinciam: & si Pontifi ces voluerint vt cum eis vicini propter vtilitatem celebrent ordinationes. Quibus rebus cosequenter & cæteras ecclesias apud nos gubernari cogno scite, & insignium ecclesiarum hec approbasse sacerdotes. Porrò Constantinopolitana vrbis nouellam(vt ita dicamus)ecclesiam, velut ex ore leo nis hæreticis suffosam blasphemiis abstraximus, & per misericordiam Dei & reuerendissimum & Deo amabilem Nectarium episcopum'ordinauimus, coram vniuersali concilio cum communi cocordia, sub aspectu etiam Deo amabilis Impera-

toris Theodosij, vniuersique cleri cuncta decer-

néte pariter ciuitate. In seniore autem & verè A-D postolica ecclesia Antiochie Syrie, in qua primum venerabile Christianorum appellatum est nome, reuerendissimum & Deo amabilem episcopum. Flauianum de vniuerla prouincia & orientali dice cesi concurrentes regulariter ordinauerunt,omni ecclesia pariter decernente,& quasi sub vna voce hunc honorante virum. Quam ordinationem tan quam legalem suscepit commune conciliu.In matre verò cunctarum ecclesiaru Hierosolymis con stituta, reuerendissimum & Deo amabilem Cyrillum episcopum esse significamus, qui regulariter olim à prouincialibus ordinatus, plurima propter Arianos diuersis temporibus certamina passus est. His igitur tam legaliter & canonicè apud nos gestis, etiam vestram reuerentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione, & timore dominico, per quæ humana remouetur offensio,& ecclesiarum ædificatio præponitur vniuersis. Sic etenim verbo fidei concordante, & Christiana in nobis charitate firmata, cessauimus dicere, quod reprehendebat Apostolus, Ego qui- E 1.Co. 13 dem sum Pauli, ego verò Apollo, ego autem Cephæ, dű omnes videlicet appareamus Christi, qui in nobis divisus non est. Et si sine schismate corpus ecclesiæ, Deo adiuuante, seruemus, cum fiducia ante domini tribunal astabimus. Hæc cotra Arij & Aëtij Eunomiique vesaniam, necnon contra Sabellij, Photini Marcelli, Pauli Samosateni & Macedonij conscripserunt. Similiter autem & Apollinaris nouitatem palàm abdicauerunt, dicentes,Inhumanationis verò domini verbu sine violatione feruamus, neque sine anima, neque sine mente, aut imperfectam carnis dispensationem

Porrò Damasus omni laude dignissimus agnoscens hanc hæresim exortam fuisse, non solum Apollinarem, sed etiam Timotheum discipulum illius abdicauit. Et hoc orientem gubernantibus episcopis, literis propriis indicauit, quas curauimus infra annectere.

Epistola Damasi de damnatione Apollinaris ad Timo-CAPVT XV.

Voniam Apostolica sedi reuerentiam de bită charitas vestra distribuit, vobis plurimum charissimi filij presticistis. Nam licet ecclesie, in qua sanctus Apostolus residens docuit, quodammodo nos gubernacula quæ suscepimus, teneamus: tamen profitemur nos honore mi nores esse, & propterea omni modo festinamus, vt ad gloriá eius beatitudinis peruenire possimus. Scitote igitur quòd pridem Timotheum prophanum, ineruditum, Apollinaris hæretici discipulu, cum impio ipsius dogmate condemnauimus, nec vltra concedimus eius reliquias qualibet ratione de cætero præualere. Si autem adhuc ille serpens antiquus semel & secundo percussus, ad pæna pro priam reuiuilcit: quique extraneus ab ecclesia est, mortiferis venenis suis quosdam fidelium tentare non cessat, hanc tanquam pestifera declinate corruptionem, vt vos memores Apostolicæ sidei, que præcipuè in vrbe Nicæna à patribus ex scriptis ,plata est, firmo gradu stabiles in side & immutabiles perduretis: Et non vaniloquia & exterminabi-



A les questiones ab isto audire patiamini cloricos ve stros, aut plebem, Iam enim semel formam dedimus, vt qui seipsum cognouerit Christiann, illud seruet quod ab Apostolis noscitur esse contraditum, dicente sancto Paulo, Si quis vobis annútiauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Chri stus enim filius Dei, dominus noster, humano generi per propriam passionem salutem plenissimá codonauit, vt totum hominem delictis obnoxiu, peccatis omnibus liberaret. Hunc si quis in deitate, sue in humanitate min aliquid dixerit habuisie, plenus spiritu diaboli, Gehennæ se ipsum filiu demonstravit. Cur itaque rursus à me quæritis danationem Timothei, qui & hic iudicio Apostolicæ sedis, præsente quoque Petro Alexandrinæ ciuitatis episcopo cum Apollinari suo doctore dam natus est, & in die iudicij tormenta debita & supplicia sustinebit? Si verò quibusdam leuioribus ille suader, veluti quandam spem habés, qui veram spem in Christi cofessione mutauit, sciant se cum isto similiter perituros, cúm ecclesiasticam regulá impugnabunt. Deus vos incolumes custodiat filij

# Statuta sedis apostolica contra diner sus hareses. C SPVT XVI.

Profesio cabholica fido, qua Damafus miss ad Paulinum. charissimi.

Galat.1.b

Sed etiam alia quædam in eminétissima Roma colligentes contra diuersas hæreses conscripserunt, quæ huic operi necessarium subdere iu dicaui.

Quoniam post Nicænum cócilium talis error exortus est, vt quidam dicere prophano ore præsu mant, Sanctum spiritum per Filium suisse factu, anathematizamus eos, qui nó eum omni prædi cant libertate cum Patre & Filio sanctum Spiritum vnius eiusdémque substantiæ atque pote statis existere.

Similiter auté anathematizamus & eos, qui erroré Sabellij sunt sequuti, eundem dicentes Patrem esse, quem Filium.

3 Anathematizamus Arium & Eunomiű, qui simili C impietate, licet verbis discrepent, Filium tamen & Spiritum sanctum creaturam esse cóstrmant.

4 Anathematizam<sup>9</sup> Macedonianos, qui ex Ariana ra dice deriuati, non impietatem sed vocabulu mu tauerunt.

5 Anathematizamus Photinum qui Hebionis hære firm renouans, dominum nostrum Iesum Christum solum ex Maria confitetur.

Anathematizamus etiam eos, qui duos filios esse profitentur: vnum ante secula, & alium post car nis assumptionem ex Virgine,

Anathematizamus & hos, qui pro rationali anima confirmant, quod Dei verbum in humanam carnem couer sum est: ipse nanque Filius verbu Dei, non pro rationali anima & intelligibili in suo corpore factus est, sed nostram, hoc est rationalem & intelligibilem animam sine peccato assumpsit atque saluauit.

Anathematizamus & eos, qui dicüt Verbum Dei productione & correptione à patre separatum, & sine substantia eum aut terminandu esse blasphemant. Eos autem qui ab ecclesiis ad alias ec clesias migrauerunt, tamdiu à nostra cómunione alienos habemus, donecad eas redeant ci-

LIB. IX.

ultares, in quibus primitus ordinati funt. D Si quis autem alio de loco ad locura migrante, in 9 locă viuentis ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotij dignitare, qui propriă deseruit ciuitatem, donec successor eius requiescat in domino.

Siquis no dixerit semper patrem & filium & sem 10 per Spiritum sanctum esse, anathema sit.

Si quis non dixerit filium natum ex patre, hoc est, 11 ex eius diuina substantia, anathema sit.

Si quis nó dixerit verum Deum filium Dei, sicut 12 verú patremeius & omnia posse, & omnia nosse, & patri æqualem esse, anathema sit.

Si quis dixerit, quod in carne degens filius Dei, cu esser in terra, in cœlis & cu Patre no fuerit, anathema sit.

Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem 14 passus sit filius Dei Deus, non caro cum anima, quæ induta est formá serui, quam sibi assumpsit, sicut sancta scriptura dixit, anathema sit.

Si quis no dixerit, quod in carne, quam assumpsit: 15 sedeat in dextera patris, in qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. E

Si quis nó dixerit sanctum Spiritum ex patre esse verè & propriè, sicut & filiú ex diuina substantia, & Deum Deiverbum, anathema sit.

Si quis no dixerit omnia posse Spiritum sanctum, & omnia nosse, & vbique adesse, sicut filium & patrem, anathema sit.

Si quis dixerit Spiritum anctum facturam, aut per 18 filium factum, anathema sit.

Si quis non dixerit omnia per filium & per Spiri- 19 tum fanctum fecisse patrem, hoc est, visibilia & inuisibilia, anathema sit.

Si quis non dixerit Patris & Filij & Spiritustancti 20 vnam deitatem, potestatem, diuinitatem, virtutem, vnam gloriá, dominationem, imperiú, vná voluntatem & veritatem, anathema sit.

Si quis tres personas non dixerit veras patris & fi- 27 lij & spiritus sancti æquales, semper viuentes, omnia cotinentes, visibilia & inuisibilia, omnia potentes, omnia iudicantes, omnia viuiscantes, omnia creates, omniaque saluates, anathema sit.

Si quis non dixerit adorandum sanctum Spiritum 22 ab vniuersa creatura, sicut & silium atque pa- F trem, anathema sit.

Si quis de patre & filio bene sapuerit, de sancto au tem Spiritu non rectè crediderit, hæreticus est: quia omnes hæretici de filio Dei, & de sancto Spiritu malè sapientes, in Iudæorum atq; Gentilium incredulitate consistere conuincuntur.

Si quis autem diuiserit, Deum patrem dicens: & Deum filium,& Deum spiritum sanctum,affirmans deos dici,& no Deum, propter vná deita tem ac potestatem, quam esse credimus & nouimus, Patris & Filij & Spiritus sancti Deű vnű: subtrahens verò filium & spiritum sanctú,tanquam folum opinatus patremDeum, anathema sit. Nomé enim deorum & angelis & omnibus sanctis à Deo positum est atque donatu. De Pa tre verò & Filio & Spiritu fancto propter vná æqualémq; diuinitatem, nó deorú nomina, sed Dei nostri traditur atque significatur, vt credamus quia in Patre & Filio & Spiritu fancto solummodo baptizamur,&nő in archangelorum & angelor i nominibus, sicut hæretici, aut sicut Iudæi,Gentilésque insaniunt.Hæc igitur Chri-L iiij

ECCLESIAST.

A stianorum salus est, vt credentes Trinitati, hoc est, Patri & Filio & Spiritui sancto, & in ea baptizati, vnam deitatem, & potestatem, & diuinitatem & substantiam in eum credamus. Hæc itaque Gratiano viuente sacta sunt.

SOCRATES

Qued corpus Pauli Constantinopolitani Pontificis, de Ancyra secerit reservi Theodosim. CAPVT XVII.

Interea Theodosius imperator corpus episcopi Pauli de Ancyra tum reuocari fecit, quem Philippus Præfectus propter Macedonium in exiliú destinatum in Cucuso Armeniæ fecerat suffocari. Quod funus cum honore maximo atque veneratione suscipiens, in ecclesia recondidit, quæ nunc ex eius nomine noscitur appellari, quam tunc Ma cedoniani tenuerat ab Arianis diuisi, & expulsi ab imperatore, quod eius noluissent sequi sidem.

SOZOMENYS.

Mdity corpm Anio. chiam.

B

In qua basilica plurimi nescientes veritaté, Pau lum Apostolum iacere credunt, & maximè mulieres ac populus. Hoc itaque tempore etiam Melitij reliquiæ in Antiochiam relatæ, & iuxta sepulchrū Babylæ martyris noscuntur esse reconditę. Fertur verò quod per totam viam iuslu principis, ministrantibus cunctis ciuitatibus, cum psalmodia & honore debito funus eius vsque ad Antiochiam fuerit deportatum.

SOCRATES.

De auspiciu imperatoris Arcadij. C A P. XVIII.

As.do. 385.

C

Inter hæc Theodosius imperator filium suu Ar cadium designauit Augustum, Consulatu Merobaudis secundo, & Saturnini, sextodecimo Ianuarij mensis die. Nó longo post tempore aderát vtique totius religionis episcopi eodem Consulatu, Iunio mense.

Quomodo Theodosim examinatione fatta hareticorum, omnes expulerit, co-fouerit solos orthodoxos. CAPVI XIX.

Theodofine laborabat p concordia ecelebarum.

Nectarins. Ageli<sup>o</sup> No nationorum epifcopus. Sifunius.

Disputatio.

Nter hæc euocás imperator Nectarium, tractabat cũ eo quid fieret vt nó Christiani discordarét, sed tota vniretur ecclesia. Dicebat auté: Opor tet examinari quæstionem ecclesias segregatem, vt cum discordia recederet, cocordia ecclesias cogregaret. Hoc audiés Nectarius, cogitabat: & euo cans Agelium tunc Nouatianorum episcopu tanquam in fide consortem, indicauit ei votum impe ratoris. At ille cum esset rebus aliis venerandus, de dogmate nó valebat reddere rationem, sed lectorem suum Sisinnium nomine, statuit qui pro ipso deberet proferre sermonem, virum eloquenté & rebus expertum, optiméque sciétem sacraru profundissima literarum, sed & philosophica dogmata.Is ergo dixit, quod disputatio non solum schismata non vniret, sed etiam hæreses ad cotentiones maiores adduceret,&propterea Nectario de-

dir rale confilium. Bene nanque sciebat, quod ve-D teres patres principium substantiæ silio Dei dare vitabant, quoniam percepissent esse patri coæter num.Quapropter dedit consilium, vt disputatiuas fugeret intétiones, & testimonium ex traditione veterum adhiberet, vtque Præfules hæreseon interrogaret Imperator, an sermonem vellent facere de antiquis ecclesiæ doctoribus, qui ante diuisionem soruissent, an certè illos vesut alienos à Christianismo respuerent. Et si quidem eos abnegarent, obiiceretur eis: Ergo eos anathematizare præsumite. Et si hoc facere non auderer, à populo pellerentur. Quo facto apertam fore victoria veritatis.Si verò de antiquis non offenderentur doctoribus: Nostrum, inquit, est præbere veterum li bros, per quos nostru dogma illorum testimonio roboretur. Inter hæc cum Nectarius Sisinniu dicentem libenter audifiet, festinus ad palatiú properauit, dixítque Principi cócilium fibi datum. At ille confyderata fententia, caussam sapienter instituebat. Deinde conuocatis hæresiarchis, interrogauit an susciperent Magistros ecclesiæ, qui an-E te tempora divitionis extitissent. Illis verò no abnegantibus, sed tanquam præceptores honorantibus:rursum Imperator interroganit, an eis horú testimonia de Christiano dogmate complacerét. Hæc audientes præsules hæreseon atque disputatores eoru(erat enim plurimi ad disputationis cer tamina parati)in responso vehementer hæserunt. Irruit enim in omnes magna discordia, aliis dicentibus bonú Imperatoris esse propositum: aliis verò cogitantibus, quod nó ipsorum expediret proposito, dum alij aliter de libris veterum sentire vi derétur. Et nequaquam inter se conspirabant, sed erant diuisi, non solum aduersus alias hæreses, sed etiam inter seipsos, qui pridé vnius hæreseos esse videbantur. Quamobrem cosors malitia, sicut lingue Gigantum veterum est divisa, & turris eorum funditus est subuersa. Cognoscens igitur Imperator corum cofusionem,&quod in disputatione so lummodo, & no in antiquis expositionibus confi debant, alio properauit itinere, eisque declarauit, vt ex scripto vnaqueq; religio definitioné suæ fidei declararet. Tunc callidi viri fingularium hære seon subtiliter sua verba tractantes, dogma propriu conscripserunt.Erat enim definitus dies, quo F singuli episcoporum ad palatium couenirent. Aderant ergo Nectarius & Agelius & mossis fidei presidétes, Arianorum verò Demophilus, Eunomianorum ipfe Eunomius, Macedonianoru Eleusius Cyzici . Igitur Imperator eos qui conuenerant & vniuscuiusque dogmatis scripta suscipiens, seorsumque recedens orauit intente, vt sibi cooperaretur Deus ad veritatis electioné. Deinde vniuscuiusque dogmatis relegens scripturam, alia quidem omnia tăquam divisionem Trinitatis introducentia culpans, repéte difrupit, & folum # 6 mésis dogma cum laude suscepit. Hæc autem occasio fuit, vt Nouatiani bene agetes, intra ciuitatem haberent rursus ecclesias. Admiratus nanq; princeps eorum concordiam circa fidem, lege præcepit, vt propria oratoria tenerent, & priuilegia suz eccle siæ atque fidei possiderent. Verum aliar ű religionum Antistites propter discordiam suam in repre hensionem sui populi venientes astuabant, tristi\_ tiaque confusi discedebant, & literis consolaban-

An. do.385. Concilió Sifinný de con cordandis ha seticis.

re.

 $Dif_{\mathbb{N}}$ 

Autiqui in tarpraes,

Notionia,
Notion,
Demophilus
Euromias.
Elenfias,
Theodofias
dogma Confubit anticlitatu ampleflutar.

D

A tur alteri alteros, vt non cruciarentur quod plurimi deficientes ad fidem winusis accederent, dicentes: Multos quidem vocatos, paucos autem ele ctos. Quod certè tum non dicebant, cum multum populum per potestatem sibiipsis aggregarent.

#### SOZOMENYS.

Imperator interea lege sanciuit, vt heretici neque ecclesias haberent, neq; de side docerent, neque episcopos aut alios ordinarent: & alios quide è ciuitatibus expelli, alios sine honore esse. Neq; strui communi ciuitate permisit. Insuper crudeles pænas aduersus eos in lege conscripsit, quas tamé executus non est. Huc enim spectabat vt per hoc concordes existerent, non verò supplicio subiacerent.

## SOCR ATES.

De schismate facto inter Orientales & Aegyptios propter Flauianum Antiochenum. CAP. XX.

Orthodoxi daquieti inter fe.

An.do.386. Maximus tyrannus.

Alamanni. Probus, Pra fectus. Instina.

Ambrofi'

Beninolm Questor.

SEd neque hi qui tuebantur fidem Niceni concilij, penitus à tristitia vacabant. Nam Antiocheni eos qui in concilio presentes fuerant declinabant.Ægyptij & Arabes, & Cyprij, Flauianu ab Antiochia expellendű esse dicebant. Palæstini ve rò & Phœnices, atque Syri, pro Flauiano laborabant. Quarum rerum finem proprio loco narrabi mus. Eo porrò tempore quo Constantinopoli de fynodis agebatur, talia circa Hesperia acciderunt. Maximus de Británorum partibus contra Romanorum surrexit imperium, & laboranti Gratiano contra Alamannos intulit bellú. In Italia verò pue ro admodum existente Valériniano, rerum curam Probus Exconsul atque Præfectus habebat. Iustina verò Valentiniani mater quum esser Ariana, viuo quidem marito lædere non valuit Orthodoxos:eo mortuo &filio valde iuuene, Mediolanum veniens Ambrosio episcopo erat infesta, ita vt eŭ mitti iuberet in exilium.

## THEODORITYS.

Cúmque de ecclesia iuberetur exire Ambrosius, ait: Ego, inquit, hoc sponte non faciam, ne lupis ouiú septa contradere videar, aut blasphemantibus Deŭ: hic si placet occide: hoc loco mortem prona suscipiam voluntate.

# SOZOMEN**ys.**

Cúmque populus singulariter diligens Ambrosium repugnaret, & trahentibus eum ad exiliu val
de resisteret, magis indignata lustina vocauit Beniuolum tunc Quastorem, iubens vt velociter pponeret legem, qua sidem prolatam Arimini con
sirmaret. Cúmque ille hoc agere declinaret (erat
enim Orthodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beniuolus autem discingens se, balteum ante pedes Augusta proiecit, dicens, no illum honorem neque maiorem velle se pro impietatis habe
re mercede. Cúmque ille hoc sacere omnibus mo
dis resutasset, inuenti sunt alij qui nequitie iussionibus ministrarent.

# SOCRATES.

Quomodo Iustina Ambrossum fuerit persecuta, de Gratiani nece, & inuasione Maximi. CAPPT XXI.

Nter hæc nuntiatur Gratianum dolo tyranni Maximi fuisse occisum. Andragatius enim dux Maximi, in lectica portatus vt occideret Gratianu, huiusmodi opinionem misit in vulgus, quod vxor Gratiani suo viro festinaret occurrere in Lugduno Galliæ ciuitate fluuiu transeunti. Gratianus autem credens coniugem re vera venire quá nuper acceperat, non præcauit eius insidias, & veluti cæcus in foueam, in manus hostis incurrit. Cum ergo venisser Gratian veluti ad vxoris vehiculum, ex improuifo exiliens Andragatius Gratianum cal lidus interemit. Mortuus ergo est Consulatu Merobaudis & Saturnini, anno Imperij decimoquinto, vitæ vicesimo & quarto. Hoc itaque facto, ad præsens contra Ambrosiú ira Iustinæ quieuit.Por rò Valentinianus, licet inuitus, tempore necessita tis flexus in Maximi cosensit imperiu. Tunc Pro- E bus metuens Maximi potestatem, ab Italia in Illyricum venit, & in Thessalonica Macedoniæ morabatur.

## THEODORITYS.

Cúmque audisset Maximus quæ contra Ambro sium rursus magniloquum prædicatorem veritatis agerentur, scripsit Valentiniano, vt bellú quod agebatur contra ecclesias, solueretur, monens vt paternam no amitteret pietatem : adiecítque etia minas belli: & nisi quiesceret, verba operibus adimpleret. Quamobrem lumens exercitum, venit Mediolanum, vbi tum ille degebat . Porrò Valentinianus cognoscens eius inualionem, fugit in Illyricum, experimento cognoscés quæ matris con silio sustineret. Porrò Theodossus audiens qua à Iustina fuerant gesta, & à tyranno scripta, fugien ti Valentiniano rescripsit, non esse mirandu si imperatori quidé terror, Tyranno verò potestas accresceret, cum Imperator pietati rebellis extitisset, Tyrannus autem ei auxilia comodaret: & propterea ille quidem fugeret nudus,iste verò arma-F retur aduerius nudum.

#### SOCR ATES.

Tum igitur Theodosius Imperator in maxima sollicitudine constitutus, contra Tyrannum parabat exercitum, metuens ne quid etiam contra iuniorem Valentinianum insidia tyranni pravalerent. Ea tempestate etiam Legatio Persaru aderat, pacem petens. Quo tempore filius quoque Honorius ei natus est de vxore Placilla, Cósulatu Richomeri & Clearchi, nono die Septébris mensis: quo Consulatu Agelius quoque Nouatianoru episcopus est defunctus.

# De morte Timothei Alexandrini, ordinatione Theophili. C. N. P. XXII.

Sequenti verò Cosulatu Arcadij Augusti primo, & Baudonis, defuncto Timotheo Alexandrine ciuitatis episcopo, Theophilus suscepit Prassula-

An.do.386. Gratianus Cafar,quo patto cafus

Andragati<sup>9</sup>

Maxim<sup>5</sup> 1y Tannu pro orthodoxia

Theodofins ad Valentinianum.

An.do. 387. Timothem Alex.mori tur,Theophi ine foccedit.

An.do 386.

adverf MA

Theodojius

scimum ty-

H onorin

Theodosy fi-

Agelÿ mers.

Marines
Dorothess.

tum. Post annum verò Demophilo Arianoru Antistite moriente, Ariani Marinum quedam episco pum sibi ipsis ordinauerunt, qui tamen non diu vixit, sub quo diuisa est Ariana religio. Quo morien te Dorotheum ab Antiochia Syriæ deducetes habuerunt pontisicem.

De pralio Theodos ji contra Maximu atque victoria.

CAPVT XXIII.

Au.d.387.

Theodosius Medvolanii venit.

An.do.390. Ariani do mü Nectarÿ incendüt.

Ando.390: Maxim ty tann mors.

Andragatine trucidatines fe in aquam pracipita:. EpiniciaV a lenciniani & Theodofy August orü.

Symmachus reus lafa ma softatu ad ecclesiam comfugit,

POrrò Imperator contra Maximum festinans, Constantinopoli imperatorem filium reliquit Arcadium. Cúmque Thessalonicam venisset, inue nit Valentiniani Iudices in maxima tristitia consti tutos, quod tyrannum velut imperatorem ex necessitatis caussa suscepissent. Theodosius auté apertè quidem nec refutabat nec admittebat Lega tionem Maximi. Non tamen patiebatur sub tyran no positum imperium Romanorum. Sumés ergo omnem exercitum, Mediolanum tédebat, vbi erat etiam Maximus. Interea Ariani Constantinopoli positi, diuersas opiniones in populo seminates, di cebant & exercitum imperatorem amilise, & ipsum Tyrani ducibus subiugatu, aliaque multa quæ solent inimici voto malitia iactare, ita vt crebro hæc audientes, nó opinionem, sed vera iam crede rent. His sermonibus Arianorum populus inflammatus, ad enormem quandam exarlit audacia, domúmque Nectarij episcopi cocremauit, Consulatu Theodosij secundo & Cynegij. Verum imperator Theodosius dum tyránum aggrederetur co gnoscétes Maximi milites præsentiam instructionis imperialis & signorum eius aduétum, ne famę quidem ipsius impetum sustinere valuerut, sed ap prehendentes Tyrannum, vinctu ei protinus obtulerunt. Qui eorum Consulatu peremptus est septimo & vicesimo die Augusti mesis. Andragatius autem qui peremerat Gratianu, in vicinum Huuiu seipsum proiiciens expirauit. Tunc igitur Valenti nianus & Theodosius peracta victoria, venêre Ro mam. Erat enim cum eis pariter & Honorius valde puer: Quem post victoriam cotra Maximu habitam, ab vrbe Constantinopolitana Theodosius euocauerat. Cúmque in Romana vrbe morarétur, festiuitates pro victoria celebrantes, túc suam bo nitatem circa Symmachum Excósulem Theodosius ostendit. Is enim Symmachus inter Senatores pręcipuus habebatur, eratq; Romanæ eloquentiæ eruditione admirabilis, cuius multi quoque reperiuntur libri. Scripserat autem Maximi laudem, eámque recitarat: vnde postea reus maiestatis esse videbatur.Quamobrem mortem metuens,confu git in ecclesiam. Veru Imperator quum esset perfecte Christianus, & non solum suz fidei sacerdotes honoraret, sed etiá Nouatianos, qui proximè ipsius fidei decreta seruarent, Leontio tunc episco po Romano, ecclesiæ Nouatianorum roganti beneficium coferens, Symmachum absoluit à ctimine.Cúmque veniam Symmachus meruisset, anoλογιτικόν, id est, satisfactionalem librum ad Theodosum imperatorem conscripsit.

Quemadmodum latrocinia qua Roma per pistrina fiebant Theodosius remouerit Imperator, & de lege contra adulteras prolata mulieres. CAPVT XXIIII. ECCLESIAST.

Heodosius igitur imperator in Romana vrbe politus,multum profuit ciuitati,alia instituédo alia vtiliter auferendo. Duas tamen res dignas confusione prohibuit. Erant iam olim in vrbe Ro mana domus ingéti magnitudine extructe, in quibus panis fiebat qui vniuersæ ciuitati ministrabatur. Harum mancipes, tempore procedete pistrina publica latrocinia esse fecerunt. Quum enim essent molæ in locis subterraneis constitutæ, per singula latera earum domuum tabernas instituen tes, meretrices in eis prostare faciebat, vt per eas plurimos deciperet, alios qui pro pane veniebat, alios qui illuc p libidinis turpitudine festinabant. Arte nanque mechanica in molam de taberna cadebant. Et hoc accidebat maximè peregrinis. Vnde fiebat vt multi vsque ad senectam laborantes, inde no permitterentur exire, existimantibus eorum propinquis eos esse defunctos. In huiusmodi laqueum quidam miles Theodosij imperatoris incidit. Cúmque fuisset clausus ad molam, nec dimit teretur exire, euaginato gladio prohibentes occidit. At illi terrore correpti, militem dimiserut. Hec E vbi cognouisset Imperator, non solum mancipes suppliciis affecit, sed & ipsa pistrina funditus esse destruenda præcepit. Aliam rursus abrogauit huiu smodi rem. Siqua mulier in adulterio capta fuifset, nó emendabatur, sed potius ad augmentú pec candi cotradebatur. Includentes enim eam in angusto prostibulo, & admittentes qui cum ea forni carentur, hora qua turpitudine miscebatur, tintinnabula percutiebat, vt eo sono illius iniuria fieret manifelta. Hac audiens Imperator, permanere no passus est, sed ipsa prostibula destrui iussit, alisses pœnis adulterată sanciuit affligi. His actis relicto Valentiniano Romæ, ipse cum Honorio Cóstantinopolim rediit, Cosulatu Daciani & Symmachi, die decimo mensis Nouembris.

THEODORITYS.

Quemadmodum Amphilochius Theodosio persuaseest, vt Arianorum conciliabula prohiberet. C A P. XXV.

Euertéte porrò Theodosio ab Hesperiis partibus, venit ad eum Amphilochius vir admiradus (cuius sape meminimus) supplicans vt Arianorum cócilia de singulis ciuitatibus prohiberet. Verum imperator crudelem iudicans esse petitionem, contempsit eum. Porrò sapientissimus Amphilochius eo quidem tempore tacuit, sed caussæ remedium memorabile parauit. Post aliquot nanque dies ingressus Palatium, vidéns que filium Arcadium iam Imperatorem adstare patri, Theodosium solenniter salutauit, filium verò non ei exhibita salutatione deseruit. Veru Imperator credens oblitum Amphilochium, inuitauit, vt eum oscularetur. At ille: Sufficit, inquit, ei , pprius honor. Tűc Imperator cotristatus, suam iniuriam filio factam cotumeliam iudicauit. Porrò sapientissimus Amphilochius consilium suz intentionis aperuit, & cum clamore dixit: Vides Imperator quemadmodum filio tuo contumeliam non pateris irrogari? crede ergo etiam omnium Deum sic abominari eos qui ipsiusvnigenitum filium blasphemare cotendunt, & velut ingratos circa Saluatorem & beRome pifts uli fabterraneum in quo peregrini volot in carcura per dolli abti pichantur,

> Rome adul terarom pæna foblata,

An.da.393

Amphile chine ad The odefiam.

Ofcolores-

A nefactorem habere semper odio. Hoc intelligens Imperator, & gesta simul dictaque miratus, legem statim protulit, vt hæreticorum concilia prohiberentur.

SOCR ATES

De morte Paulini Antiocheni episcopi & ordinatione Euagry, & quomodo Flauianus sit Damaso reconciliatus. CAPVT XXVI.

Paslinus.

Flavianus Enegrius.

Damafus pout, Rom. Theophilus Alexădrinus.

Cyrilli mors.

Templa gen tilium de-

ONG.

Hellado (P Ammono Grămatici praceptores Socratu Cöfi antinopoli Sani historici † Apollinia Theodofina idola Alescădrina do-

Irca hæc tempora in Antiochia Syriæ, Paulino episcopo moriente plebs eius declinabat omni modo Flauianum. Et propter hoc Euagrium ordinauerunt suz partis episcopum. Quo in breui tempore mortuo, alter quidem in eius loco factus iam nó est:Flauiano vtique renitente. Verú hi qui declinabant Flauianu propter iurisiurandi præuaricationem, seorsum solennia celebrabant. Porrò Flauianus omni virtute curabat, vt eos sibiipsi aggregaret . Quod paulò post hoc modo cognoscitur euenisse. Cum Damasus Romanus pontif. & Theophilus Alexádrinus indignarentur circa Flauianum, non solum propter periurium, sed etiam quod ipse fuisser occasio, vt populus sidelium discordaret, postea Theophilus à Flauiano rogatus misit Isidorum presbyterum, vt succensentem Da masum Flauiano cociliaret episcopo, dicens vtile fore populi concordiam, si culpa iam facta Flauia-. no remitteretur. Hoc itaque modo communione reddita Flauiano, Antiochenus populus paulatim cocordia reparauit. Ariani verò ab ecclesiis pulsi, in suburbanis Antiochenis Collectas agebant. Inter hæc autem mortuo Cyrillo Hierosolymorum episcopo, Ioannes in eius sede succedit.

Quomodo apud Alexandraam Paganorum templa destructa sint. CAP. XXVII.

E O porrò tempore etiam in Alexandreia hu-iulmodi leditio generata est. Præceperat Imperator, ve opera Theophili in Alexandreia Paga norú templa destruerentur. Theophilus potestate percepta, studuit Paganoru destruere mysteria,& templum quidem Mithræ purgauit, Serapidis verò subuertit. Verum Mithræ sacra vbi homicidia perpetrabant, publice patefecit. Serapidis autem & aliorum rifu plena mõstrauit, iubens per media plateam portari veréda, quæ Pagani cum maximo honore venerabantur. Hæc Pagani videntes,maximè Philosophi, iniuriam ferre nequiucrut. Vno nanque impetu cotra Christianos facto, neces innumeras perpetrarunt: resistentibusque Christianis clades hæc víque ad immensum bellű processit. Mortui denique sunt in ea congressione Paganorum pauci, Christianoru verò plurimi: ex vtraque parte innumeri vulnerati. Porrò Pagani metu principis postquam cæde fuerant satiati, per loca singula celabantur: multi quoque etiam de ciui tate fugerunt. Inter quos Helladius Ammoniúsq; Grammatici, apud quos ego valde puer Constantinopoli legi. Et Helladius quidem lacerdos Iouis esse dicebatur, Ammonius verò + Simiæ. His ita gestis, Theophilo in destructione templorum auxilia subministrabát Præfectus Alexádreiæ & dux ordinis militaris. Idola autem deorum coflaban

LIB. IX.

tur ad faciendas ollas, & ad Alexandrinæ ecclesæ D diuersosvsus, cui ab Imperatore donati fuerant dij ad expensas egentium. Cum igitur Theophilus omnes contriuisset deos, vnum tantummodo reli quit Simiæ simulachrum, iubens id publicè propo ni atque seruari, ne sequenti tempore Pagani negarent tales se adorasse deos. Quam rem noui ego grauiter tulisse Ammonium Grammaticum, dicentem Paganos nihil tam graue perpessos, nisi quod non constatum est & ipsum, sed pro derisione vnum illud idolum seruaretur. Helladius auté gloriabatur, dicens quod in congressione Christianorum nouem ipse peremisset.

#### SOZOMENYS.

Igitur Imperator audiens quæ Alexandreiæ fue rant perpetrata, beatificauit quidem Christianos, martyrum eis palmas attribuens, eo quòd pro dogmate tanta pericula pertulissent. Paganis autem veniam dedit, vt eis Christianismum facilè suaderet.Iufsitque vt templa funditus, quæ fuerant cæ- E dis caussa, destruerentur. Cuius litera cum publice lectæ fuissent, & Christiani Paganos impeterent, terrore ducti custodes Serapidis, fugerunt : & ex illo tempore Christiani ea loca tenuisse noscutur. Olympius autem philosophus (sicuti audiui non ante multum temporis) lucescente die quo hoc euenit, audiuit quendam in templo Serapidis, alleluia psallenté. Cúmque ianuis clausis adhuc quietis tempore nullum ibi cospiceret, sed tatummodo vocem pfallétis audiret, cognouit figno quod esset futuru, & latenter egressus, inuenta naue dis-

THEODORITYS.

De fraudibus quas per templa sua pagani faciebant. CAPVT XXVIII.

Heophilus igitur Alexandrinam vrbem idolorum errore purgauit,& non solum à funda métis templa subuertit, sed etiam fallaciam sacerdorum his qui seducebantur aperuit. Erat enim simulachra ærea ligneáque intus vacua, & dorsum copulatum ad parietes habentia vbi quædam foramina relinquebant, & per adyta ascendentes & F intrantes in simulachra, quæ volebant per eorum ora loquebantur, & hoc modo seducebátur iugiter audientes. In Serapidis autem ascendens templum, vidit simulachrū quod magnitudine sua terrebat cospicientes. Ferebatur etiam sermo fallax, quod si quis ad illud accederet, mox terra comoue retur, & pestis cúctos inuaderet. Sed hæc verba fabulis anilibus plena esse cosidens, magnitudinem contemplit velut exanimem, iussitque cuidam ha benti securim, vt Serapim forti percussione concideret. Cúmque cecidisset, clamauerunt omnes, propter illam senilem fabulam sibi formidantes. Porrò Serapis neque doluit, nempe ligneus: neq; vocem emilit, velut exanimis. Cum verò eius abstulissent caput, greges soricum inde procurrerut. Erat enim nidus soricum, Ægyptiorum deus. Túc eum per partes incidentes igne concremauerunt, caput autem per totam traxerunt vrbem.

SOCRATES.

mauis Chriftianis in v-Juo pamperii. Simia fimm. lachrum.

Impostura Gentilium .

Cuftodes

Serapidu

Serapiı değ citur. De characteribm sub crucu sigura sattu qui in templo Serapidu sunt inuenti. CAP. XXIX.

Sipozangina

Vmque templum Serapis spoliaretur, inuen tæ sunt literæ in lapidibus sculptæ, que apud Ægyptios vocantur sacre, habebantque ipsi chara cteres figuram crucis. Hoc Christiani vidétes atq; Pagani, linguli corum hoc lignum religioni propriæ deputabant. Christiani dicebant signum esse salutiferæ passionis Christi, Pagani verò aliquam comunionem Christo & Serapidi per hoc signum asserebant. Interpretes autem signum crucis insinuare dicebant vitam superuenturam. Quam ob caussam Christiani ad summū fastigium sunt euecti. Cúmque & per alias literas, que apud eos sacræ dicuntur, indicaretur finem habiturum Serapidis templum, quando character crucis apparuislet, qui vitam superuenturam sine dubio declararet, longè plurimi ad Christianismum festinabant, &peccata confitentes, baptizabantur. Sed ego no arbitror sacerdotes Ægyptiorum aduentum præscisse Christi,& crucis lignaculum designasse. Nã si sacramentum aduentus domini à seculis & à generationibus fuit absconditum, sicut dicit Aposto lus,& latuit principem nequitiæ diabolum, multò magis famulos eius sacerdotes Ægyptiorum. Sed diuina providentia hoc præstruxit, vt in literarum fieret quæstione, quod etiam in Apostolo Paulo monstratum est. Nam & ille sancto Spiritu ditatus, multos Atheniensium adduxir ad fidem, quan do ea quæ in ara erant scripta, sensu propriæ narra tionis exposuit. Nisi forte quis dicat, quod cuiam in sacerdotibus Ægyptiorū operatus fuerit Deus, sicut in Balaam & in Caipha: etenim & illi quoq; prophetasse referentur.

THEODORITYS.

De cade qua sub Theodosio Thessalonica facta est, est de pænitentia eiusdem Theodosij, Ambrosisque constantia. CAP. XXX.

On est facile hominibus, vniuersas vitare ho stis insidias. Nam vbi quilpiam libidinis effu gerit passionem, incurrit in auaritiam. Qua declinata, inuidiæ fouea paratur. Hác si transcendat, vitium furoris incurrit. Atque alios plurimos ponit laqueos inimicus, quo capere possit incautos. Et corporis quidem passiones habet facile ministran tes, vt animam possit occidere. Sola autem mens eius qui vigilarit, diuinis vacando victoriă reportat,machinationum imperium dissoluens.Humana itaque natura participatus Theodosius imperator, habuit passionum quoque communionem, iustoque furori immensam permiscens crudelitatem,iniustam operatus est passionem. Quam rem narrare necessarium est & pro vtilitate legétium, & pro memorabili virtutum opinione. Thessalonica ciuitas est gradis & populosa,in qua cum fuis set orta seditio, quidam iudicum lapidati sunt arq; trucidati. Hinc indignatus Theodosius, iracundiæ nő refrenauit impetum, fed iufsit iniuftos gla dios super omnes euaginari, & vna cum nocentibus innocétes interimi. Septem millia etenim ho minum(sicut fertur)occisa sunt, no precedente iu dicio, sed tanquam in messibus omnes simul con-

cisi sunt. Huiusmodi cladem plenam valde gemi- D tibus, audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanum venisset, & soleniter in sacrum voluisset intrare templum, occurrit foris ad ianuas, & ingredientem his sermonibus à sacri liminis ingressu prohibuit. Nescis Imperator perpetratæ à te cædis quanta sit magnitudo, neque post caussam tan ti furoris mens tua molé præsumptionis agnoscit, sed fortè recognitionem peccati prohibet potestas imperij. Decet tamé vt vincat ratio potestaté. Scienda quippe natura est, eiúsque mortalitas atq; resolutio, & puluis progenitoru ex quo facti, & in quem redigendi sumus, & no flore purpureo con fidentem infirmitates operti corporis ignorare. Coæqualium hominum princeps es ô Imperator, & coleruorum. Vnus est enim omnium dominus, rex omnium & creator.Quibus igitur oculis afpicies communis domini templum?quibus calcabis pedibus sanctū illius pauimentum?quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies, quado furore E verború tuorum tátus iniultè est sanguis effulus? Recede igitur recede, nec altero peccato priora crimina augere cotendas. Suscipe vinculum, quo te omnium dominus nunc ligat : est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obedics (erat enim diuinis eruditionibus innutritus, & apertè sciens quæ sint propria sacerdotum, quæ regum) gemens & flens ad Regalia reuersus est. Quimque octo mensium continuorum tranfisset tempus, propinquauit Natiuitatis Saluatoris nostri festiuitas. Imperator auté lamentationibus assiduis in palatio residens, continuas lachrymas incessabiliter expendebat.Ingressus itaque Ruftinus tunc magister, & singularem apud principem habens loquendi libertatem, & videns principem in lamentatione prostratum, accessitut lachrymarum caussam inquireret. At ille amarissime ingemiscens, & vehementius lachrymas fundens: Tu, inquit,Ruffine ludis,& mea mala non fentis. Ego autem lamétor & gemo calamitatem meam: quia feruis quidem & mendicantibus aperta funt templa Dei, & proprium dominu ingredientes licite F exorant, mihi verò ingressus ad eum no est. Insuper etiam cœli sunt mihi clausi. Hæc dicens, verba fingula singultibus interrupebat. Russinus verd: Curram, inquit, si tibi placet, potificique precibus persuadebo vt soluatur vinculum quod illigauit. Ait Imperator:Nő fuadebis Ambrofio. Noui ego decretum illius esse iustum, neque reuerebitur im perialem potentiam vt legem psæuaricetur diuinam. Cúmq; Ruffinus verbis plurimis vteretur,& promitteret Ambrosium esse flectedum, imperator eum proficisci cum festinatione precepit. Ipse verò spe data paulò post est sequutus, credés Ruffini promissionibus. Porròvir miradus Ambrosius mox vt vidit Ruffinum, ait: impudentiam canum imitatus es ô Ruffine, tantæ videlicet cædis autor existens, pudorem ex fronte detergens, nec erube icis,nec metuis cotra imaginem latrare diuinam. Cúmque Ruffinus supplicaret, & imperatorem di ceret esse venturum, superno zelo accensus Ambrolius ait:Ego verò, inquit, Ruffine predico, qd eum ingredi sacra limina prohibebo: si verò imperium

Olim encha riftia dabatur laicu iu massu.

> Exi**onesi.** cator Thosdofins.

Period.

An,do.390.
Magostras
Imperiales
occifi apud
Theffalonic.
v11.homonis
millis occifa
Theffalonica
ioffalonica
defii

Digitized by Google

Ambrofius ed Roffinii. Theodoji' ad Ambrojii.

perium in tyrannidem mutabit, necem libenter& ego fuscipiam . Hæc & alia plurima Ruffinus audiens, nuntiauit imperatori votum Antistitis, monens ne de palatio fortè pcederet. At Imperator hæc in media iam platea cognoscens, pergam,inquit,& iustas suscipiam cotumelias. Cumque ad sa cra limina peruenisset, in sanctá quidem basilicam no intrauit, sed veniens ad Antistitem, & inuenies eum in Salutatorio residentem, supplicabat vt ipsius vincula resolueret. At ille tyrannicam dicebat cius esse presentia, & contra Deum insanire Thedosium, ei us que calcare leges. Verum Imperator: Non, inquit, insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones, nec iniquè ingredi limina sacra cotendo, fed te soluere mea vincula deposco, & communis domini pro me exorare clementiam, nec mihi ianuam claudi, quam cunctis pœnitentia agentibus dominus noster aperuit. Tum Antistes: Quam, inquit, pænitentiam ostendisti post tanta scelera? Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasq; curasti? At Imperator, Tuum, inquit, opus est & docere, & medicamina temperare: meum verò oblata suscipere. Tum sanct' Ambrosius: Quonia furori,inquit,tuum iudicium commissiti,& no ratio protulit sententiam, sed protinus iracudia, scri be legem quæ decreta furoris euacuet, vt triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in literis tantúmodo maneat, & iudicium fationis expecter: quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante, ratio caussam iudicans, apud seipsam que cognouerit subveritate disponat. In his enim diebus cognoscetur an iusta sit quá protuleris an iniu sta sententia Et si quidem ratio probauerit, iniusta quæ sunt prolata abolebit: si verò iusta, sirmabit. Dierű verò numerus ad hæc examinada sufficiet. Hác admonitionem Imperator animo lubenti suscipies, & optimam esse cosidens, legem coscribi repente præcepit, & pprie manus literis cofirmauit. Quo factovinculu cius soluit Ambrosius. Que lex hactenus observatur. Est enim huiusmodi.

# IMPPP. GRATIANVS. VALENtinianus, & Theodolius Auggg. Flauiano Præfecto Prætori Illyrici.

Zest de dolatione vindi-Ela.

Ando.391. Theodofins Si vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causse intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pænam, aut excipere sententia, sed per dies triginta sup statu eoru sors & fortuna suspesa sit. Reos sanè accipiatvinciare, custodia, & excubiis solertibus vigilater obseruet.

Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina tentans, nó stans domino supplicauit, neq; genua stexit, sed pronus in pauimento iacens, Dauidicam proclamauit vocem: Adhæsit pauimento anima mea, viuisica me secundu verbum tuum. Ma nibus autem capillos euellens, frontémque percutiens, & pauimento lachrymarum guttas aspergens, veniam impetrare poscebat. Cúmque tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus. Cúm verò obtulisset, sicut solitus erat, intra cácellos stetit. Rursus autem Ambrosius non quieuit, sed differentiam locorum edocuit. Et primo quidem interrogauit, quid ibidem expectaret: Imperatore di cente, expectare se sacrorum perceptionem my.

LIB. IX.

steriorum, per Archidiaconum remandauit: O Im D perator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, que ceteri nec ingredi, nec cotingere permittuntur. Egredere igitur, & hac expectationem cum cæteris habe comunem. Purpura nanque im peratores, non sacerdotes facit. Tum fidelissimus Imperator etiam hac traditioné animo lubenti su scipiens remandauit: Non temeritatis caussa intra cancellos mansi, sed in Constantinopolitana vrbe hanc consuctudinem esse cognoui. Vnde ago gra tias pro huiusmodi medicina. Tali ergo tantáq; & Præsul & Imperator virtute clarebant. Ego sanè vtriusq; opus admiror, illius libertatem, huius autem obedientiá:illius zeli feruorem,huius fide pu ritaté. Porrò regulas pietatis quas à magno sacerdote percepit, etiam reuer sus in Costantinopolitana vrbe seruauit. Nam cum festiuitatis tempore ad ecclesiam processisser, oblatis ad altare muneribus, mox egressus est. Cúmq, Nectarius tú Præsul ecclesiæ rogasset, cur intus stare noluisset, man dauit princeps: Vix, inquit, potui discere quæ differentia sit imperatoris & sacerdotis, vix enim inueni veritatis magistrum. Ambrosium nanque so- E lum noui digne vocari pontificem. Tantum itaq; profuit increpatio à viro virtutibus florente profecta.

## De virtutibus vxoris Theodosij. CAPVI XXXI.

Abebat igitur imperator & alia vtilitatis occasionem, per quam de bonis operibus triúpharet. Cóiunx enim eius de diuinis legibus eum sæpius admonebat, seipsam tamen perfectè prius erudiens. Non enim regni fastigiis eleuata est, sed potius diuino amore succensa. Beneficij nanque magnitudo maiorem ei amorem benefactoris excitabat.Repente ergo vt venit ad purpuram, clau dorum atque debilium maximam habebat cură, no seruis, no aliis ministris vtens, sed per seipsam agens,& ad eorú habitacula veniens,&vnicuique quod opus haberet præbens. Sic etiam per ecclefiarum Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens,ius gustás, offerens coclearia, panem frangens, cibós que ministrans, calices abluens, & alia cucta faciens, quæ F seruis & ancillis mos est solenniter operari. Illis autem qui ei tales res nitebatur prohibere, dicebat: Aurum distribuere opus imperij est : ego autem pro ipso imperio hoc opus offero, bona mihi omnia conferenti. Nam viro suo sæpe dicebat: Oportet te semper marite cogitare, quid pridem fueris, quid modò sis. Hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: sed imperiu quod sulcepisti, legitime gubernabis, & harum resum placabis autorem. His ergo sermonibus semper vsa velut optimam quandam vtilitatem, virtutisque abundantiam coniugi suo alioqui ad optima propenso offerebat.

De indignatione & reconciliatione Theodofij propter Antiochenos statuam coningis illim deponentes. CAPVI XXXII.

Ac verò ante maritum defunca est. Post aliquantum verò tépus mortiscius aliquid tale accidit, quod maximú amorem quem habuit erga,

X enodoshja osclefiarum,

An.do. 395. Seditio An tiochia.

Quomodo Theodosius suerit Paganis infensus. CAPVT XXXIII.

An.de. 39 f.
Prohibitus
idolorum cul
tus per Thoodofism.
Coffautium
Inlianau.
Ionianau.
Valentinianus.
Valent.

Distilla

Videlicet Laodicia.

† Elebachus

A eam Imperator, oftendit. Coactus fiquidem Theo dosius plurimorum continuatione belloru quandam exactionem nouam imposuit ciuitatib. Antiochena verò ciuitas nouum vectigal ferre non potuit : sed videns populus suspendi eos à quibus fuerat exacta pecunia, cum alia egit (vt vulgus folet)occasionem seditonis inueniens, tum deiicien tes æneam statuam laudatissimæ Placille(sic enim Augusta fuerat vocata) etiam diu per omnem traxêre ciuitatem. Hæc vbi Imperator cognouisset, ægerrimè quidem tulit, vt æquum erat, ac priuilegia ciuitati ademit, vrbíque vicinæ primatum tribuit, putans hoc illis maximo dolori futurū. Inuidebat enim iá olim Antiochiæ Laodicia. Post hæc autem & incédium & deuastationem minabatur, & in vici formă se vrbem redacturum. Porrò magistratus ipsi quosdam in ipso facinore coprehenlos suppliciis affecerant, priusquam de hac Tragœ dia Augustus fuisser certior redditus. Hec auté om nia Imperator quidem præcipiebat, nó tamen fiebant, prohibente id lege qua proferri fecerat Am brosius. Cum igitur venissent qui ferebant minas Imperatoris, + Allebichus Magister militum, & Cæsarius Magister officiorµ, erant omnes sub for midine constituti. Porrò viri erémum habitantes virtutis propugnatores, multi sancti & optimi viri, plurima monita simul & preces eis qui à principe missi fuerant, offerebant. Macedonius auté vir fanctus, nihil huius vitæ sciens, sed etiam diuinorū librorum penitus expers, in fummitatibus habitas montium, diu noctuque Saluatori omnium puras offeres preces, no Imperatoris indignatione permotus, non iudicum ab eo missorum, in media ciuitate vtriusque chlamydem apprehendens, ab equis suis vt descenderent imperabat. At illi senicu lum pannis oblitum vililsimis intuentes, primum indignati sunt. Cùm verò quidam obsequia exhibentium, virtutem viri illius indicassent, repentè ab equis desilientes & genua tenentes, eius venia suppliciter implorabant. At ille sapiétia diuina repletus, hæc eis verba loquutus est: O amici, dicite Împeratori: Non es Imperator fölummodo, sed etiam homo. Noli itaq; respicere solum imperiu, fed confidera quoque naturam. Nam cũ fis homo C eiusdem naturæ hominibus cognosceris imperare,& secudum imaginem diuinam atque similitudinem hominum creata natura est. Noli igitur cru deliter atque sæuissimè Dei imaginem occidere. Irritas enim creatoré cum illius punis imaginem. Illud quoque considera, quod tu ipse tantum propter aream contristaris imaginem. Quantum verò differat inanimata res ab animata, viueti atque rationali, cunctis sensum habentibus est apertum. Insuper etiam illud cosideret, nobis quidem facilè esse pro vna imagine complures areas reparare, at illi omnino difficile vel vnu capillum restituere peremptorum.Hæc audientes illi,principíque referentes, flammam iracundiæ penitus extinxerut. Qui pro terroribus satisfactionem rescripsit, & caussam indignationis aperuit. Non, inquit, oportebat me peccante, mulierem omni fauore dignis simam, post mortem tantam contumeliam sustinere. Aduer sum meum nanque furorem indignan tes decebat armaré. Adiecit etiam, quòd doleret &ingemisceret, eò quòd audisset quosdam à Iudi-

cibus peremptos.

FIdelissimus igitur Imperator, tunc cotra errorem Paganorű suum trástulit studium, legésg; coscripsit, præcipiens idolorum templa subuerti. Constantinus enim maximus omni fauore laudan dus, qui primus pietate ornauit imperiu, damonibus quidem sacrificare omnibus interdixit, non ta men eorú templa destruxit, sed inaccessa esse precepit. Cuius filij paterna vestigia sunt sequuti. Iulianus autem renouauit impietatem, & flammam veteris seductionis reaccendit. Porrò Iouianus imperio assumpto, rursus immolationes prohibuit idolorum. Valentinianus autem maior, huiusmodi legibus vsus gubernauit Europam. Porrò Valens omnibus quidem aliis cocessit, vt religiones suas colerent sicut vellent, eos solos impugnans, qui apostolica dogmata propugnabant. Omni siquidem tempore cius imperij, ad aras ignis accendebatur,& libamina atque sacrificia idolis offereban tur. Sed & publicas festiuitates per plateas agebat, E & Orgia Dionysij celebrabant, & cum scutis currebant, canes euiscerantes, furentes atque baccha tes, & agentes omnia quæ nequitiam proprij do-Coris infinuant. Hec omnia Theodofius inuenies fidelissimus Imperator, radicitus euulsit, & obliuioni contradidit.

Luomodo Marcellus episcopus Apameia templa destruxit. CAP. XXXIIII.

PRimus igituraliorum Marcellus episcopus lege principis pro armis vsus, propriæ ciuitatis templa destruxit, de fiducia diuina, non de hominum virtute presumens. Quod opus dignu memo ria narrare non prætermittam. Defuncto Ioaune Apameiæ ciuitatis episcopo Marcellus vir sanctissimus ordinatus est, feruens spiritu secundu Apostolum. Inter hæc venit Præfectus Orientis Apamiá duos xiverxes cum subiectis habens. Quo fa-Ao populus militari timore perterritus est. Vbi cu esser templum Iouis valde insigne, & ornamentis plurimis variatum, id Præfectus destruere nitebatur. Videns autem forte admodum ædificium ac robustum, impossibile iudicauit hominibus, lapi-F dű iuncturas & cómissiones posse dissoluere. Erát enim ingentes & inter se + inligati, insuper & fer ro plumbóque coniuncti . Porrò Marcellus pusillanimitatem Præfecti videns, eum quidem misit ad alias ciuitates:ipse verò supplicabat Deo ve tépli destruendi præberet successum. Inter hæc venit qui dam suapte sponte diluculo, non structor, non lapidum sector, neque alterius cuiusqua peritus artis, sed lapides ferre & ligna in humeris con suetus. Is ergo accedens promisit facile templum esse soluendum: duorum autem mercedem posce bat artificum. Cúmque hoc sanctus pontifex promissifet, hoc ille machinatus est. Cohærebat enim templo in altitudine constituto ex quatuor lateribus porticus: erant que columnæ ingentes, & altitudinem téplo habentes æqualem. Singularű verò circulus columnarum erat sedecim cubitoru. Porrò natura lapidis durissima erat, que no facilè quibuslibet ferramentoru generib ruperetur. Ha rum itaq; tres per circuitum suffodiens, & sub ea-

Templä [ovin apud Apameid.

† illizati

A rum basibus fortia ligna supponens, immisit igné. Quo facto, nó poterat ligna naturaliter ignis accendere. Dæmon etenim quidam teterrimus apparuit, qui flammam fecúdum vires fuas prohibebat operari. Cúmque frequenter hoc facerent, & molitionem suam explere no possent, nuntiauerunt hoc potifici meridie dormienti. At ille repen tè ad ecclesiam cocurrens, & aquá in vasculo portari præcipiens, aquam posuit sub altari. Ipse verd in pauimento posita frote clementi domino supplicabat, ne amplius tyrannidem dæmoni vllam permitteret, sed vt infirmitatem illius denudaret, & signú propriæ virtutis ostenderet, ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hæc cùm dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quédam diaconú suum Equitium, fide & zelo mu nitum, sumere iussit aquá, & velociter currere & cũ fide aspergere, ignémq; supponere. Quod cùm fuillet factum, demon effugit no ferens aquæ virtutem. Ignis autem velut oleum habuit illius aquæ naturam, comprehensaque sunt ligna & repentè cosumpta. Columnæ verò suffulture subsidio nudatz, & iplæ ceciderunt, & alias duodecim vnà tra xerūt. Tum latus quod cohærebat templo, violen tia ruinæ detractum est. Sonus autem totam cócu tiens ciuitatem, cunctos fecit illuc concurrere. Et cum inimici dæmonis apertè cognouissent fuga, in diuinas laudes ora foluebant.Sic verò &alia tépla sacratissimus potifex ille destruxit. Qui & vi-&oribus scribebat martyribus,&rescripta suscipiebat,& nouissimè etia ipse martyrio coronat° est.

SOCR ATES.

Ob quam caussam presbyteri super pænitentes positi, sint remoti. CAPVI XXXV.

HOc porrò tempore placuit, vt presbyteri qui erant super pænitentes costituti, remoueren tur propter huiusmodi caussam. Ex quo Nouatiani ab ecclesia sunt diuisi, cum his qui deliquerant sub persecutionibus imperatoris Decij comunica re nolentes, ex illo episcopi pro ecclesiastica regula presbyteru super pænitentes esse costituerunt.

SOZOMENYS.

Quoniam omnino non peccare, diuinum & vltra humanam naturá esse cognoscitur, peccátibus autem & pænitétiam agentibus, & veniam Deus dari præcepit: qui verò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt: propterea visum est antiquis Potificibus, vt velut in Theatro sub testi monio ecclesiastici populi delicta padantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuersationis seruantémque secretum ac sapientem virum statuerunt:ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille secundum vniuscuinsque culpam indicebat & mulctam. Quod etiam hactenus diligenter in Occidentalibus seruatur ecclesiis, & maxime apud Romam, vbi eria locus est certus pointétium: Stant enim rei, & velut in lamétationibus costituti. Quum enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi comunionem no percipientes, cum gemitu & lamentatione seipsos LIB. IX.

in terram prosternunt. Ad quos cocurrens episco D pus,&iple cum lachrymis & gemitu spirituali psternitur, & omnis ecclesie plebs sletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, & eleuat iacentes è terra. Tum competenter pro pœni tentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte vacantes, aut ieiuniis, aut absti nentia lauacri, aut suspensione ciboru, aut aliis rebus quæ iubentur, expectant commune tempus quod decernit episcopus. Costituto verò tempore velut quoddam debitum exoluentes, afflictione de peccato curati, cum populo communione participantur. Hæc ergo antiquitus Romani Pon tifices víque ad nostrum coseruarunt tempus. Por rò Constantinopoli presbyter super pænitentes fuit vsque ad illud tempus, quo quæda mulier nobilissima, cum peccata sua fuisset confessa, & ei à presbytero fuisset preceptum vt ieiunaret, & Deo operibus supplicaret: cu hoc observaret, crebrius in ecclesia cum Diacono se concubuisse confessa est. Hoc cum populus cognouisset, sæuiebat in sacerdotes, quali per eos facta fuisset iniuria eccle- E siæ. Tum Nectarius episcopus remouit diaconum sceleratum, & quibusdam suadentibus vt singulos ad communicandum iudicio coscientia sua relinqueret, etiam presbyterum ne quaquam super pæ nitentes esle præcepit. Et ex illo antiquitatis confuetudo fublata est, cum (vt arbitror) minora peccata pro pudore confessionis, & subtilitate exami nantium patrarentur.

SOCR ATES.

De divisione hareticorum inter seipsos. CAPVT XXXVI.

Ignum verò iudico nó tacere quæ apud alios gesta sunt, id est, apud Arianos, Nouatianos, Macedonianos, & Eunomianos. Ecclesia nanq; di uisa erat, & apud seipsos singuli congregabantur. Quemadmodum verò & pro quibus causis diuisi fint, sermone procedéte narrabimus. Hoc autem sciendu est, quod imperator Theodosius nullum horu persequebatur præter Eunomiu, qui Costan F tinopoli collectas in domo faciebat, & coscriptos à se libros recitabat, ita vr eius doctrina multi corruperentur. Pro qua caussa eu mulctauit exilio, nul lúmq; alium fatigauit, neque sibi comunicare copulit, sed singulos per loca propria Collectas cele brare permisit & cultu tenere Christianismi sicut precipere potuit. Et alios quidé permisit extra ciui tatem Oratoria fabricare: Nouatianis autem concordibus suæ sidei, intra vrbem ecclesias habere cócessit.De quibus pauca dicenda sunt. Quadraginta annis Agelius præful fuit à téporibus Constantini vsg; ad annum sextű Theodosij. Qui cùm vicinus esset morti, Sisinnium presbyterū ordinauit episcopum, virum eloquentissimum, & à Maxi mo philosopho vnà cum Iuliano imperatore literis eruditum. Cúmq; populus Nouatianorum culparet ordinationem on martianum potius ordinasser, per que sub Valente Nouatiani sine persecutione mansissent: tum Agelius populi volens placare tristitia, etiam Martianu ordinauit episcopum. Et cum melius habuisset, in ecclesia pcessit,

An.do. 394. Schifmata hareticorum

Eunomine ju exilium.

Novatiani,

Au. da. 393.

Martiana

Publica pa pissotia moduo apud va turas,

As.d.394.

pree∬est presbyteri.

Confessio.

Post schulma

ECCLESIAT.

A & sermonem fecit, dicens: Martianu habetis post me, post Martianum verò Sisinnium. Post paucos itaq; dies defunctus est. Sub episcopatu verò Mar tiani etiam eorum ecclesia ex huiusmodi caussa di uisa est.

De Sabbatio haresiarcha. CAP. XXXVII.

Sabbatim.

Martianw.

S Abbatius quidam ex Iudxo factus Christianus, & à Martiano ad presbyteratus honoré proue ctus, nihilominus fectæ Iudaicæ feruiebat, cú quo scelere ambiebat episcopatum. Assumés ergo sui desiderij coscios duos presbyteros, Theoctistum & Macarium, nouitatem festiuitatis paschalis sub Valéte imperatore costitută invico PhrygięPazo, defendere nitebatur. Et plurimu quide quali p ec clesiæ integritate custodienda, dicebat nó este dignos quosdam participatione sacramentorú.Procedenti verò tépore manifestatus est, cùm Colle-ctas pprias celebraret. Inter hec Martianus cogno fccns illius errorem, & ordinationis suæ culpain, quia vanę gloriæ homines presbyteros ordinauerat, cum gemitu dicebat: Meliusfuisse super spinas ponere manus suas, q Sabbatium ordinasse presbyterű . Proinde Synodum in Sangario Bithyniæ Nouatianoru fecit episcoporu: Quò congregati euocaucrunt eos, vt coràm synodo causas dissenfionis suæ proponeret. Cúmque Sabbatius discor diam festiuitatis paschalis sua diceret esse tristitia, & oportere secundum Iudæorum observationem eam celebrari, sicut in Pazo fuisset costitutum: exi stimates episcopi quòd propter ambitum Sabbatius talia faceret, iuliurandum ei impoluerunt, vt nunquam peteret episcopatum. Quo iurate regulam de palchæ festiuitate protulerunt, qua singulis liceret cum vellent celebrare paicha, nec propter discordiam festiuitatis diuiderent ecclesiam, cum antiqui & Apostolis proximi, licet discordan tes de tali festiuitate, communicarint tamen inter se,& Nouatiani in regia vrbe Roma costituti, nūquam fuerint sequuti Iudxos, sed semper post xquinoctiu celebrarint pascha. Cùm hæc ab eis tuc fuisset regula definita, Sabbatius iuramétis obstrictus, si quando paschalis festiuitas discordaret, ille apud seipsum prius ieiunabat, & noctu solennem diem paschæ in sabbato celebrabat,& rursus cum omnibus in ecclesia coueniebat,&mysteriis fruebatur. Hoc ergo multis annis faciens, latere no po tuit. Quapropter quidam simplicium, & maximè Phrygum & Galataru ex hac re iustificari credentes, imitabantur eum, & pascha cum illo celebrabát. Sed Sabbatius postea etiam seorsim collectas faciebat, paruíque pendens iuliurandum, suorum sequacium ordinatur episcopus.

on bat tui

daizat.

De paschavel dinersitate institutionum seu obsernationum, qua per dinersas ecclesias celebrantur. CAPVI XXXVIII.

SEd mihi non videtur huiusmodi viros de festiuitate paschæ rationabiliter cotendisse, neque istos qui nunc sequuntur Iudæos. Non enim mente perceperunt Iudaismo in Christianismum mutato, illa subtilia & sigurativa legis Mosaicæ cessasse: quod hinc apparet. Vt Iudaizet enim nulla gés

Christiana accepit legem: è diuerso autem etiam D apostolus contradixit non solum circuncissonem prohibens, sed etiam de festiuitatibus contentiones abiiciendas monens. Scribens enim ad Galatas air:Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non audistis? Et hinc pauca loquens, seruum osten dit populum Iudxorum, & in libertatem vocatos qui accedunt ad Christum. Monet etiam nullatenus observandos dies, & menses, & annos. Colossensibus auté scribens, magna voce clamabat, vmbram fuisse observationes antiquas. Quapropter, inquit, nullus vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte festiuitatis, aut initio mésis, aut sabbato, quæ funt vmbra futuri.Etad Hebræos idem apostolus dicit:Mutato enim sacerdotio, necessario legismu tatio fuit. Igitur nec apostolus, nec euangelia acce dentibus ad prædicationem iugum seruitutis imposuerūt, sed festiuitatem paschæ & alias celebritates honorandas esse dixerunt. Itaque quoniam amát homines huiusmodi celebritates, eò quòd in eis à laboribus quiescut, singuli per puincias sicuti voluerunt memoria salutaris passionis antiquitus ex quadă consuctudine celebrabant. No enim E hoc Saluator aut nostri Apostoli lege prædicauerunt, nec pænam, aut supplicium, aut maledictum, sicut lex Mosaica Iudais, nobis euangelia aut apo stoli sunt minati, sed solummodo in derogationé Iudxorum, p in festiuitatibus homicidium comiferint, in tempore Azymorum Saluatorem passum in euageliis est relatu. Mens nang, fuit Apostoloru no de diebus sancire festiuitatum, sed couersationem rectam, & Dei prædicare cultura. Mihi ergo videtur, o sicut multa alia per provincias ad con-suetudinem venerant, sic & paschæ festivitas tradita sir, cò & nullus Apostolorum aliquid hinc san xisser. Nam plurimi circa minoré Asiam antiquitus quartumdecimu diem obseruauere, non respi cientes Sabbati diem. Et quanquam hoc facerent, nó tamen segregabátur ab illis qui aliter celebrabant, donec Romanæ ecclesiæ Victor episcopus excomunicationem Quartodecimanis missifiet in Asiam. Quo facto Irenzus Lugdunensis Gallicanus episcopus Victorem epistola sua culpauit, dicens, etiam veteres ita celebrasse: & quòd Polycarpus Smyrnæ ciuitatis episcopus, qui postea sub F Gordiano principe martyrio coronatus est, Aniceto episcopo Romano communicauerit, nihil di scernens de Paschali festiuitate, cum ipse Quartodecimanus esset: sicut Eusebius in quinto Ecclesiastica historia libro docer. Quidam igitur (sicuti dixi)in Asia minore quartumdecimum obseruabant diem. Quidam verò etiam circa Orien tales partes Sabbatum custodiebant, dissonabant autem circa mensem. Nam alij Iudæos licet integritatem non seruarent, sequendos esse in sacra fe stiuitate dicebant. Alij verò post æquinoctium ce lebrabant, declinantes sequi Iudzos, & dicentes, 4 dum sol esset in Ariete, pascha celebrari deberet. Secundú Antiochenos autem Xanthico men se, secundú Romanos Aprili. Et hoc faciédum no lequendo recétiores Iudeos, qui per omnia errare noscutur, sed magis antiquos & Iosephu. Sic enim ille in tertio Antiquitatis libro scripsit. His itaque cotendétibus omnes occidétales víq; ad oceanu, post æquinoctium exantiqua traditione Pascha

Galat.4 Seutauth Socratis

Socratis Ci flantinopolitani de fefti Christianorom diebno, Coloss.2.6

Hebr.7.d

Passionie Christi dies Sestua

Apoficiona Propofitam

Irmaw.

Xătbico,id eft,wartio. A celebrasse comperimus, nec aliquado habuisse dis

cordiam. Non enim(sicuti quidam dicút) celebra-

Oblatio. Origenes,

Coftantinus 19g.de Pascha.

tum sub Constantino concilium, festiuitatem paschæmutauit. Nam ipse Constantinus discordantibus scribens, monet vt isti cum pauci essent, imi tarentur plures. Cuius epistole partem ponere no omisi. Sic enim post alia dixit: Est enim ordo deco rus, quem omnes ecclesia in vniuerso orbe apud Occidétem & Meridiem & Arcton positæ seruare noscuntur, necnon etiam quidam Orientaliu. Quapropter in præsenti bene se habere omnes existimauerunt, & ego ipse vestræ quoque sapien tiæ placere promisi, vt quod in Romana ciuitate, Italia, Aphrica, & vniuería Ægypto, Hispania, Gal liis,Britanniis,Libya,totaHellade,Asiana diœcesi, Ponto & Cilicia libenter sub vna cocordia custoditur, hoc etiam sapientia vestra suscipiat, conside rantes non folùm multitudinem prædictorum locorú &ecclesiarum numerum: sed etiam quia hoc maximè debetis omnes communiter celebrare, quod ratio subtilis videtur exigere, nullă cum Iudæoru periurio habere comunionem. Talia quidem Constantinus. Sed aiunt Quarto decimanis hanc observationem Ioannem Apostolum tradidisse. Alij verò Petrum & Paulum apostolos Romanis & Occidentalibus dicunt paschæ tradidisse solennitatem. Sed nullus scriptam probationem horum habere dinoscitur. Quod verò ex consuetudine quadam per prouincias celebretur pascha, hinc existimo, o nulla regio easdem videatur seruare solennitates. Nam cum vnius sint sidei plurimi, tamen dissonant circa paschæ legitima. Vnde pauca dicenda sunt. Nam in ipsis ieiuniis, aliter apud alios inuenimus observari. Romani enim tres ante pascha septimanas, præter Sabbatum & dominicam, sub cotinuatione ieiunant. Illyrici verò & tota Hellas, Alexandria quoque ante sex septimanas ieiunant. Eaque ieiunia quadragesimam vo cant. Alij verò ante septem paschæ septimanas ieiuniorum facere noscuntur initia, & tres tantummodo septimanas: hoc est, quinis dieb per intermissionem aliarum duarum septimanarum ieiunantes, nihilominus quadragesimam vocant. Vnde miror, cum numerum ipsum non habeant, C quomodo quadragesimá vocent. Sed etiam ciborum abstinentia non similem habent:nam alij om nino ab animatis abstinent: alij ex animantibus pi sces solummodò comedunt: quidam cum piscibus vescuntur & volatilibus, dicentes, hæc secundum Mosen ex aqua habere substantiam. Alij verò etiá + caulibus, & ouis abstinere noscuntur: quida sicco tătumodo pane vescutur:alij neq; hoc:alij vsq; ad nonam ieiunates hora, sine discretione ciboru reficiuntur,& innumere cosuetudines apud diuer fos inueniuntur. Et quia lectio nulla ex hoc inuenitur antiqua, puto Apostolos, singulorum hoc reliquisse sententia, vt vnusquisque operetur no timore, no necessitate, quod bonum est. Sed etiam circa celebritatem Collectarum quædam diuersi-

tas inucnitur. Nam cum per ecclesias in vniuerso

terrarum orbe constitutas die Sabbatoru per sin-

gulas hebdomadas, sacrificia celebrentur, hoc in

Alexandria & in Roma, quadam prisca traditione faciunt. Egyptij verò Alexandriæ vicini, & The-

baidos habitatores Sabbato quidem Collectas a-

gunt, sed no sicut moris est, sacramenta percipiút:

nam postqua fuerint epulati, & cibis omnibus ad- D impleti, circa vesperam oblatione facta comunicant.Rursus autem in Alexandria, quarta & sexta feria scripruræ legutur, easque doctores interpretantur, & omnia fiunt præter solennem oblationis morem. Origenes enim plurima in his diebus videtur edocuisse. Qui quum sapiens esset magister,& consideraret quod impossibilitas Mosaicæ legis ad literam esset infirma, rationem paschæ ad modum contemplationis euexit, vnum pascha so lummodo verum fieri dicens, quod Saluator celebrauit aduersus cotrarias potestates, dum crucem susciperet, & hoc trophao vteretur contra diabo Ium.In eadem Alexandreia Lectores & psalmi pnunciatores indifferenter fiunt siue catechumeni, siue iam Christiani, cum omnes ecclesiæ iam fideles in his ordinibus habere videantur. Ego quoq; cognoui in Thessalia cosuetudinem aliam, cu quidam clericus ante clericatú legitimè duxisset vxorem, quia cum ea mixtus fuisset, abdicatus est, cu in Oriente cuncti spontanea voluntate,& nó aliqua necessitate etiam episcopi seipsosabstineant. E Plurimi enim eorum etiam episcopatus tépore ex legitima vxore filios habuerunt. Hoc quoque in Thesfalia servari cognoui, quod apud eos in diebo paschæ tantummodo baptizatur. Quapropter plu rimi sine baptismate moriuntur. In Antiochia verò Syriæ altare nó ad Orientem ecclesiæ, sed magis ad Occidenté habent. In Hellade, Hierosolymis, & Thessalia, ad tempus vespertinum oraționes similes Nouatianis Constantinopoli degentibus agunt. In Cæsaria Cappadociæ & Cypro die sabbati & dominico, circa vespera cum lucernariis episcopi atque presbyteri scripturas interpre tantur.In Alexandria presbyter no facit sermoné. Et hec res initium accepit, ex quo Arius ecclesiam conturbauit.Romæ sabbata vniuersa ieiunant.In Cæsaria Cappadociæ, eos qui post baptisma delin quunt, à communione suspendunt, sicut Nouariani & Macedoniani in Hellesponto faciunt, & in Asia Quartodecimani. Nouatiani circa Phrygiam binubos non recipiunt. Costantinopoli verò neque apertè recipiunt:neque palam remouere noscuntur. In Occidentalibus verò partibus apertè recipiunt. S O Z O M E N V S.

SOZOMENVS. Depascha Montanistarum. CAP. XXXIX.

Ontani porrò, quos Pepuzitas & Phrygas nominát, peregrinam quandá adinuentioné introducentes, secundú eam pascha celebrát. Cul pant enim eos, qui cutsum lunæ requirut, & dicut Tolares tantúmodo circulos fequendos.Et menfes quidé singulos esse dierú triginta definiunt,& inchoare primu ab æquinoctio vernali, quod est secundu Romanos octavo kalend, Aprilis, Tum, inquiunt, duo luminaria facta sunt, quibus tépora, & anni manifestatur. Et hoc indicari eo quòd luna per octo annos cum sole cocurrat, & ambo iidem nouum habeat mensem. Eo quòd octo annorum cursus lunæ compleatur, & tanquam principium fit primi méfis, reputant, prędictű diem in fcripturis quartumdecimum, & hunc esse dicunt octavo idus Aprilis, secundum quam semper celebrat pascha. Si cotingat etiam concurrere resurrectionis, id est, Dominicu diem, alioqui dominica superue-Miij,

Exponunt Scripturm ad luctroma.

Sabbati icin ninm.

Dinami

Digami.

\_. .

Quartufdeci unus dies. Exod.12.6

Sabbatis elim facrifica batur.

A niente celebrant: scriptum est enim, inquiunt, à quartadecima vsque ad vicesimamprimam esse ce lebrandam.

Aldeis Rome, Apud Romanos in vnoquoq; anno semel psallunt Alleluia primo die Paschæ, ita vt Romani ve lut pro iuramento habeant, vt hunc hymnum audire mereantur. In qua ecclesia neque episcopus, neque alter quisquam coram populo docet. Apud Alexádrinos hoc præter communem morem est, quod cum leguntur Euangelia, non surgit episcopus: quod apud alios nusquam sieri noui, vbi solus archidiaconus hanc lectionem legit: in aliis locis diaconi: in multis verò ecclesis sacerdotes soli: Constantinopoli primo die resurrectionis Dominicæ Pontifex.

SOCR ATES.

De Arianorum divissone. CAP. XL.

Arianorii Schismata,

Cciderűt porrò etiam apud Arianos diuisio-'nes propter huiusmodi caussam: Singulæ videlicet eorú cótentiones ad ineptos eos pduxere sermones. Cu enim in eoru ecclesiacredatur Deus pater esse filij verbi, ex hoc apud eos quæstio processit, an possibile sit vt etiam anteg existeret silius, Deus pater vocari potuerit: quoniam Dei ver bum nó ex patre naturaliter, sed ex non existentibus substitisse credebant. Circa primu itaque capi tulum errantes, ritè de puro nomine in certamen illicitum irruerunt. Dorotheus etenim ab Antiochia euocatus ab eis, dicebat non posse patré esse, neque vocari filio no subsistente. Porrò Marinus, quem à Thracia ante Dorotheum vocauerant, oc casionem inueniens opportuna (Dorotheo enim erat aduersus) respondit sermonem de hac quastione contrarium. Et propterea sunt inter eos fa-& divisiones. Divisique propter hoc verbum, seorsum singuli solennia celebrabant. Alij enim sequebantur Dorotheum, alij verò Marinum, dicen tes videlicet patrem semper esse patrem, etiam si lio nó extante . Vocabantur verò isti Psathyriani, ed quod quidam Theoctistus, Syrus genere 40000 méhw, hanc propositionem valde defenderet. Hos quoque securus est Selenas Gothorum episcopus. Verum isti quoque paulò post separati sunt, cum Marinus cum Agapio discordiam habuisset, quem iple epilcopum fecerat Epheli. Cæterùm isti non propter religionem, sed propter præsulatum inimicitias inter se bellaque gesserunt. Gothi nanq; defendebant Agapium. Quamobrem plurimi cle ricorum eorum vanam gloriam fugientes, ad fidé Cosubstantialitatis vtiliter accesserunt, Ariani verò vigintiquinque annis diuisi sunt inter se, postea sub imperio Theodosij iunioris Consulatu Plinte ab hæresi Psathyrianoru recedetes, vniti sunt, veluti lege decernentes núquam capituli propter quod diuisi fuerant meminisse. Sed hoc Constantinopoli gestum est. Verum in aliis ciuitatibus sub diuisione manserunt. Hæc de Arianis. Verum nec Eunomiani fine diuisione manserunt. Nam &ipse Eunomius dudum ab Eudoxio, qui eum Cyzici or dinauerat episcopu, segregatus est, occasione acce pta,eo quòd Actium doctorem eius expulsum suîcipere noluisfet.Reliqui verò ab eo per schismata diuersa partiti sunt. Prius itaque Theophronius

quidam Cappadox ab Eunomio versare conten-

resim reliquit. In Constantinopoli verò quidam Eutychius ex tepidissima quæstione ab Eunomianis diuisus, hactenus collectas seorsum facit, vocăturq; horu alij Eunomiotheophroniani: alij verò Eunomioeutychiani. Veruntame isti baptisma

corruperunt. Non enim in Trinitate, sed in Chri-

tiones edocus, & aliquid de Aristotelis Catego-

riis & me iquanias intelligens, fecit libros, quos de exercitio mentis attitulauit. Is ergo cum offendis-

set consectatores suos, tanquam recedens ab eis,

expulsus est, & seorsum colligens sui nominis hæ-

sti morte baptizant.

De divisione Macedonianorum. CAP. XLI.

Acta est igitur quodam tempore etiam inter Macedonianos diuisio, cum Eutropius presby ter seorsum colligeret, & nequaquá ei Carterius consentiret. Fuerút forsitan & aliæ diuisiones hereseon, sed ego tanquam Constantinopolitanus atque hic nutritus quæ mihi clariora visa sunt, ea narrare curaui.

SOZOMENYS.

De recessu Nili fluminis & rursus accessus. CAPVI XLII.

A porrò tempestate dicunt Ægypti fluuium circa primum ascensum aquæ post tergum recessisse. Quo facto Ægyptij sæuiebat, eò quòd no sinerentur flumini sacrificia solennia celebrare. Iudex auté seditionem perspiciens concitari, nun tiauit id imperatori. Verum Imperator melius iudicauit diuinæ fidei seruire, quam pocula Nili &sa crilegia preponere pietati: Nunqua, inquit, currat ille fluuius, si Magicis artib & fluxu sanguinis vndæ polluendæ sunt sacri Paradisi. Hoc acto, paulò post ita vbertim Nilus esfusus est, vt etiā altius ĝ solebat, fluctus spargeret. Cúmque solitas cóplesset mésuras, & adhuc in altitudinem extolleretur, in terrorem nimiŭ Ægyptij sunt redacti, metuentes ne Alexandreiam & Libyæ partes fortè destrucret. Tum verò ferunt Paganos Alexandrinos F in Theatro clamasse, quod velut senex & delirus euanuisset Nilus. Quamobrem plurimi Ægyptiorum derogantes paterne religioni, ad Christianismi iura conuersi sunt.

Quemadmodum capat Ioanniu Baptifta Constatinopo lim fuerit deportatum. CAPVT XLIII.

E O tempore dicitur delatum Constantinopolim Ioannis Baptistæ caput, quod Herodias pe tiit ab Herode Tetrarcha. Fertur enim inuentű ca put à monachis Macedonianis, qui primű quidem Hicrosolymis habitabát, postea verò in Ciliciam migrauerunt. Quum enim ante hoc imperiú Mar donius maior domus imperialis nútiasset hoc imperatori, præcepit Valens, caput sacrú Constantinopolim deportari. Qua iussione missi, & imponentes vehiculo deportabant. Cúmque venisset adslocum qui vocatur Pantichium (est enim circa Chalcedonem) nequaquam poterat trahi vehiculum, licet multis plagis + iumenta assigerentur. Et quum hoc nouum videretur vniuersis, &

An.do. 394. Nelso retrocedens.

E

An.d.394. Capus Ioss. Baptifise

Nadmin

† Indus

Emomissotë schismats

Theophroni<sup>®</sup>

ad Imp.

A ipsi simul Imperatori, sacrum hoc caput recondiderunt in vico appellato Cosilai. Erat enim posfessio ipsa Mardonij. Illo quidem tépore aut deo aut ipso propheta monente in hunc locum vsque perductum est. Cúmque postea Theodosius Imperator has Baptistæ reliquias voluisset auferre, so lam referunt restitisse matronam virginem sacrá, quæ eius custodiam capitis exhibebat. Cui cum se pius Imperator non violenter, sed cum lachrymis supplicaret, vt eum permitteret sua vota complere:hæc putans quod sicut tempore Valentis, etiam tunc non pateretur vlterius Baptista portari, cessit. At Imperator amplectens sua purpura thecam in qua caput Baptistæ iacebar, eamque portans ve nit, & ante ciuitatem Constantinopolitanam recondidit ad septimum miliarium:ibique magnam & pulcherrimam deo ædificauit ecclesiam: crebroque deprecatus est matronam, promisitá; dona gratissima si reconciliari vellet. Nec passa est: erat enim Macedoniana hæresi corrupta, licet presbyter Vincentius consectator eius, qui prohetæ fepulchrum æqualiter obferuabat,conuersus fuisset, & catholicæ communicasset ecclesiæ. Ferunt enim quod coniurationem habeant Mace doniani, nunquam se à sua se sta recedere. Verum is presbyter dum ageretur de translatione sacri ca pitis,apud se definiuit,quod si sequeretur Baptista Împeratorem,& iple comunicaret ei. Quo facto, conuersus est.

THEODORITYS.

Quemadmodum Flausaņus Antiochenum solus acceperit episcopatum. CAP. XLI [1].

Flanianus Melitÿ successor. † Theodoto

Eugrim.

Gitur in Antiochia Melitij maximi ſucceſsionĕ Flauianus accepit, qui cum + Diodoro plurima pro ouibus certamina passus est. Voluerat enim Paulinus ecclesiæ suscipere præsulatum, sed potificum restitit chorus, dicens no oportere eum qui Melitij confilium non recepisset, post illius mortem in eius sede consistere, sed eu potius qui plurimis laboribus effulserat, & pro ouium cura pericula sustinuerat. Hoc factum Romanos & Ægyptios fecit infestos Orientalibus. Sed neque morte Paulini inimicitiæ sunt destructæ. Nam & post illum quum Euagrius eius accepisset sedem, perstiterunt Flauiano vehementer infensi, licet Euagrius preter ecclesiasticam regulam fuerit ordinatus. Solus enim Paulinus eum instituerat, plurimas regulas preuaricatus eccleliasticas. Non enim precipiunt vt pro se quilibet ordinare possit, sed conuocare vniuersos prouinciæ sacerdotes, & præter tres pontifices ordinationem fieri penitus interdicunt. Veruntamen nihil horum respicientes. Euagrij sunt amplexi communionem, & aduersus Flauianum aures principis commouerunt. Qui fre quenter impulsus, deduxit eum ad vrbem Constátinopolim,& Romam proficifci præcepit . Porrò Flauianus excusatione hyemis, promissione facta quod tépore opportuno proficilceretur Romã, tum est reuersus ad propria. Quumque Romani pontifices, non folum mirabilis Damasus, sed etia post eum Siricius & Anastasius apud Imperatoré vehementer instarent, dicentes, quod tyrannos quidem proprios debellarer: qui verò ChristireLIB. IX.

sisterent legibus, eos sineret impunitos, rursus eŭ D euocans,Romam proficifci cogebat. Tunc Flauia nus sapientissimus digna libertate vsus ait, Siquidem fidem meam ô Împerator quasi non rectam accusant quidam, aut vitam dicunt sacerdotio no esse dignam, etiam ipsos accusatores habere iudices non refuto, corumque sententiam lubenter accipiam. Si verò de sede & præsulatu contendut, nec litigabo, nec hæc volentibus habere relistam: sed abscedam, & ab ista præeminentia abstinebo. Da igitur Antiochenam sedem cuicunque volueris Imperator. Hanc eius fortitudinem sapientiaque miratus princeps, redire ad patriam, & commissam sibi regere præcepit ecclesia. Post aliquan tum temporis Romam denuo venies Imperator, easidem ab episcopis patiebatur querelas, quasi Fla uiani tyrannidem premere noluisset. At ille specie tyrannidis eos effari præcepit, dicens se esse Flauianum. Illis verò dicentibus quod non possent cum Imperatore contendere, monuit vt deinceps ecclesiæ concordia haberent, deponerent que cer tamen,& stultas contentiones extinguerent.Paulinus, inquit, olim est mortuus: Euagrius contra re- E gulas ordinatus:Orientales autem ecclesiæ præsulatum Flauiano deferentes,& Asia,Pótus &Thracia, eius communioni coniunctæ funt: Omnis Illý ria illum nouit per Orientem episcopis presidere. His flexi monitionibus Hesperiæ sacerdotes solu turos se inimicitias promiserunt, & Legatos mittendos ab eo se suscepturos. Hoc cognoscens sacratissimus Flauianus, misit Romam quosdam lau de dignos episcopos, & Antiochenos presbyteros arq; diaconos, quibus præcrat Acacius Berœæ in omni terra pelagoque cantatus.Is cum aliis Ro mam veniens, longamque sanans odij passionem, post decem & septem annos ecclesiis restituit pacem.Quod cognoscentes Ægyptij,inimicitias extinguentes, concordiam sunt amplexi. Tum igitur ecclesia Romana Innocentius successor Anastasij præsidebat, vir prudentia & intellectu decenter ornatus, Alexandrina verò Theophilus.

Innocentian
Pont.Rom.
Theophilus
Alexandrinus.

SOCRATES.

De Eugenio tyranno, & quemadmodum fuerit supe ratus. CAPVT XLV.

Espublica autem eo tempore ex huiusmodi causa turbabatur, in Occidentis partibus Grammaticus quidam nomine Eugenius, literarum Latinaru Doctor relinquens Scholas suas, in palatio militabat. Eratque Imperatoris बैग्गागृह्वकार्धे,& propter eloquentiam à multis honorabatur. Tum ergo(vt fertur)non mediocriter co gitans, cooperatoré assumpsit Arbogasten de minoribus Galliis ortum, militaris ordinis Ducem, vi rum sæuum & ad cædes paratum. Quo facto declinauit ad tyrannidem. Igitur vterque contra Imperatorem Valentinianum necem machinabantur, Cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem principem suffocarunt. Hoc Eugenius repente cognoscens, Imperio potitur Hespe riæ, agebatque quod tyranno poterat conuenire. Hæc audiens Theodosius Imperator, rursus sollicitudinibus obstrictus, secuda certamina post Maximum præparabat. Congreganíque militaré vir-

M iiij

An.do. 394 Eugenius ex ludimagi stro tyrāu

Arbogaftes

Ando.398 Honorine fit Cafare

Damafus, Siricius. Avaftafius,

HISTORIÆ

tutem, & Honorium filium designans Imperatorem Consulatu suo & Habundantij, decimo die Ianuarij mensis, denuo ad partes Hesperias magno studio festinabat.

#### SOZOMENYS.

Ioannes monachus futurorū prafeius. Ando.394. Interea euentú belli confyderans misit in Thebaida ad Ioannem monachum tunc præscientia clarum. Ad quem destinauit Eutropium eunuchú sibi sidissimum, vt aut eum (si vellet venire) deduceret, aut nolentem de euentu belli interrogaret. At ille Ioannem quidem deducere non preualuit, sed mandatum retulit eius, quod bello vinceret, & perimeret tyrannum, & post victoriam in Italia moreretur.

#### SOCR ATES.

Gothi cum Theodofio Relictis ergo Theodosius ambobus filiis in vrbe Constantinopoli quum proficisceretur contra Eugenium bellaturus, plurimi trans Histrum Barbari sunt sequuti, cum eo pugnaturi contra tyrannum. Paruoque tempore cum manu maxima venit ad Gallias. Illic enim parabat bellum, vbi iam multa millia habebat exercitus.

#### THEODORITYS.

Theodol y information

Quum igitur in quodam monte oratorium inuenisset, ibi noctu domino supplicabat, & circa galli cantum sopore compressus, vidit in somnis quasi iaceret in campo, & adstarent sibi duo quidam viri in vestibus albis & equis candidissimis residentes, eumque iubentes habere fiduciam,& diluculo armare milites ad victoriam: dicebantq; se pro auxilio destinatos. Quorum alter Ioannem Euangelista, alter se Philippum dicebat Apostolum. Hac visione comperta, nequaquam ab oratione cessauit, sed lachrymas vberiores esfudit. Quæ visio etiam cuidam militi reuelata est,& per diversos peruenit ad principem. At ille: Non propter me, inquit, hec iste vidit, sed ne quis crederet quod finxerim quod ego vidi. Ideoque etiam isti monstratum est, nam primo mihi dominus hoc communis ostendit.

#### SOCR ATES.

Conflictes An.do.396.

C

Fuit ergo congressio circa fluuium vocabulo Frigidum.Igitur in parte qua Romani contra Romanos confligebant, bellum erat equale. Vnde ve rò Barbari auxiliatores Imperatoris erant, pars Eu genij potior esse videbatur. Imperator autem videns Barbaros perire, in maximam veniens estuationem, prostrauit seipsum in terram, adiutorem inuocans deu, & petitione frustratus non est. Qui dam enim Bacurius Magister militum eius, repente sic confortatus est, vt cum primis ducibus concurreret ad eam partem qua Barbari premebantur. Quo facto dirupit acies, & in fugam mox vertit inimicos. Fitque denuo ea hora miraculu: ventus enim vehementissimus inspirans, emissa iacula ab Eugenij partibus contra eos denuo reuocabat, & à partibus Imperatoris ad hostes cum magna fortitudine deferebat. Tantum valuit Impera

Raceri<sup>9</sup> m d

Engmins fupplex Theodolio.

#### ECCLESIAST.

toris oratio. Hoc itaq, modo pugna finita, Tyrannus accurrés ad pedes Imperatoris, orabat vt promereretur falutem. Qui circa pedes eius à militibus capite sectus est. Hac gesta sunt septimodecimo die Septembris mensis, Consulatu Arcadij ter
tio, & Honorij secundo. Arbogastes autem tantorum causa malorum, post duos congressionis dies,
suga elapsus, cum cognouisset quod viuere non
posset, proprio gladio se peremit.

Arbogafiet feipfam ingulat.

#### SOZOMENYS.

#### De miraculis Donati Pontificis in Beræa. CAPVT XLVI.

 A tempestate plurimi inter episcopos efful gebant, sicut Donatus Euorię epiri. De quo cùm prouinciales miracula multa testentur, maximum tamen est quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacens cibum habebat oues, capras, equos, boues, & homines abri piens deuorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine aliquo iaculo veniens, cùm illa leuasset caput quasi voratura virum, tunc ille vexillum E crucis ante faciem eius digito designansin aëre, in os eius exspuit. Bestia verò sputum mox ore suo fuscipiens expirauit. Quam (sicut audiui)octo paria boum in vicinum campum traxerunt. Et misso igne cobusta est, ne aerem fœtore corrumperet. Huius Donati sepultura insignis est, vbi oratoriu ex eius nomine vocatur, habens fontem aquaru, quem ipse fertur orationibus inuenisse. Nam quu esser locus inaquosus, & illuc ex itinere aliquando venisset, aiunt quod fatigatis illis qui cu eo erant, orauerit,& mox aquæ inundatio proruperit,& ex illo hactenus permaneat.

## De Theotimo Tomitano Pontifice. CAPVI XLVII.

. O tempore Tomitanam & Scythiæ ecclefiam Theorimus gubernabat, vir in philoso
phia nutritus, cuius virtutem diligentes Bar bari trans Histrum habitantes, deum Romanorú esse prædicabant. Diuinarum siquidem in eo reru experimenta sæpius perceperunt. Nam cum quodam tempore iter faceret, illius terræ Barbari occurrerunt ei. Et cum hi qui erant circa eum terro-F re turbarentur, quasi continuò morituri, ex equo descendens orauit. Porrò Barbari neque eum neque sequaces eius, nec equos de quibus descenderant videntes, transierunt. Cum igitur crebro tran seuntes Scythas naturaliter feroces, epulis muneribusque mansuefaceret, quidam Barbarorum arbitratus eum esse locupletem, cæpit insidiari vt eu caperet, alligaret & traheret. Cùm hoc iam parasset,& dexteram ad hoc haberet, vt eum iactu illaquearet, manus in aere mox ligata, & Barbarus ille inuifibilibus vinculis est obstrictus. Tunc aliis pro eo rogantibus, supplicauit deo Theotimus vt Bar barus solueretur.

#### De Epiphanio Cypria CAP. XLVIII.

E o quoque tempore fuit Epiphanius Cypriorum episcopus, ad cuius sepulchrum hactenus

A =.do. 396.

Au.de, 398. Theotimus Tomitanorii pifcopus.

Scothe

Anda399. Epipharia Cypri qüs. A damones expelluntur. Is enim cum substantiam propriam, necessitatem sustinentibuserogasset, & multis quoque offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret, contigit vt pecuniis deficientibus œconomus ecclesiæ murmurarer. Quo facto assistens quidam in domo in qua habitabat œconomus, sacculum multarum pecuniarum dedit, & ita disparuit, vt nec qui dedisset, nec q missifet cognosceretur. Quod factum omnes diuinum esse iudicauerunt. Aliud quoque eius libet referre miraculum. Quidam pauperes studentes Epiphaniú arte deluderevt sibi aliquid daret:cum iter ageret, vnus eorum supinum se prostrauit in terram, alter stabat quasi mortuum deflens, nec habes vnde eu sepelire potuisset. Epiphanius autem superueniens, orauit vt sub quiete dormiret. Et sepulturæ necessaria præbuit, simulque consolatus est flentem, dicens: Quiesce fili à lachrymis. Non enim fletu resuscitari poterit. Est enim ineuitabile quod euenit. Cumque discessisset Epiphanius, cœpit ille pulsare socium vt resurgeret. Et cum hoc semel & secundo fecisset, dicens: Surge, vt hodie de tuis laboribus epulemur: & ille penitus non sentiret, cognoscens verè mortuum, cucurrit ad Epiphanium Hens, & petens vt suum socium suscitaret. At ille consolatus est, ne grauiter ferret quod euenisset. Non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouide factum, vt non facile dei mini stri deludantur. Eo tempore fuit Æas & Zeno in Palæstinæ Gaza philosophantes. Et Æas fertur cű pulcherrimam duxisser vxorem, ter cum ipsa solùm concubuisse,& tres filios genuisse, postea vitaın monachicam apprime esse sectatum. Zeno ve rò episcopus ferme annorum centum habens ætatem, nunquam solennibus minor fuit aut quieuit officiis.

LIB. X.

Quomodo Abacuc & Michea Prophetarum corpo-D
ra oftensasiut. CAP. XLIX.

On folum autem religionem hec tunc nobilitabant, sed etiam Abacuc & Micheæ prophetarum corpora (sicuti audiui) hoc tépore sunt ostensa reuelatione diuina, cum Zebennus tunc Eleutheropolitanam gubernaret ecclesiam in vico qui prius vocabatur Ceila, in Berethasia predio quod distat ab vrbe fermè stadiis decé. Circa hunc locum sepultura Micheæ suit, quá nescientes quid dicerent, prouinciales, ô sidelem memoriam vocitabant.

Av.do. 400 Abacuc & Michea pro photorii corpora reperta,

SOCR ATES.

De fine Theodosy principis. CAPVT L.

Gitur Theodosius Imperator post laborem publicum corpore fatigatus, & sperans se eo mor bo non moriturum, porius de Republica cogitabat, confyderans quæ foleant hominibus accidere, Imperatore moriente. Filium itaque Honoriú E de Constantinopoli velociter euocauit, ordinare volens partes Hesperias. Cumque filius Mediolanum venisser, ex ægritudine releuatus, Circum de victoria celebrabat.Et ante prandium quidem spe ctaculum quasi sanus exhibuit. Post prandium repente prægrauatus ad spectaculu venire non potuit, filium tamen Ludis adesse præcepit. Superueniente verò nocte defunctus est, Consulatu Olibrij & Probini, septimodecimo die Ianuarij mensis,anno primo ducentesima nonagesima quarta Olympiadis. Vixit autem Imperator Theodosius annos sexaginta, ex quibus sedecim imperauit.

Theodofias egrotat A v.do.397.

Moritor.

# MHISTORIAE ECCLESIASTI-

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER DECIMVS.

SOCR ATES.

De successione Arcady & Honory.

CAPTI PRIMVM.



C

Efuncto Theodosio, in Imperium filij successerunt, Arcadius in Oriente, Honorius autem in Occidente. Hoc tempore in Romana Damasus presidebat eccle sia: in Alexadrea Theophilus, Hie rosolymis Ioannes, Flauian An

thiochenam tenebat sedem, Constantinopolita-

namque Nectarius. Igitur circa octauu diem Nouembris mensis eodem Consulatu, corpus Theodosij delatum cum solenni honore ab Arcadio silio sepulturæ contraditur. Post paucos verò dies, id est, vicesimoseptimo eiusdem mensis die etiam exercitus qui cum Imperatore Theodosio suerat contra tyrannum, reuersus est. Et cum Imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui redeuti, tunc milites Russinum Præsectum Imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus quasi tyrannidem posset assumere. Dice batur autem Hunos ipse in Romanorum prouincias euocasse, qui tunc Armeniam & partes Oriétis valde vastabant.

THEODORITYS.

Quemede Henorius ludum gladiaterum remonerit.

C. A.P. 11.

An.de.398. Episcopi Apostolicaris ecclesi arum.

F

Telemachus Monomachia fublata Onorius itaque suscipiens Occidentis Imperium, monomachias, quæ iam olim Romæ celebrabantur, huiusmodi de causa remouit. Quida Telemachus couersationis monasticæ, hac de causa ab Oriente venit Romam. Cumque nephandum illud spectaculum ageretur, etiam ipse intrauit in stadium, & descendens nitebatur pugnantes inter se gladiis, separare. Cumque spectatores aduersus eum sæuirent, & in essusione sanguinis grassarentur, prouisorem pacis lapidibus oc ciderunt. Hoc vbi cognouisset mirabilis Imperator, illum quidem inter victores martyres numerauit, nephadum verò spectaculu prorsus sustulit.

SOCRATES.

De morte Neltary Conftantinopolitani & ordinatione altibusque Ioannu. CAPVT III.

An.do.399. Nectary Co Băsinopo-epi Geopi mors

Icen. Chry. fostomue.

Theophilm Ioan Chryfostomo parii fauens.

Isidorau. Mira Theophili vastroises.

An.do. 400

Vm verò modicum tempus transisset, etiam Nectarius Constantinopolitanus episcopus defunctus est, Consulatu Cæsarij & Attici, feptimo & vicesimo die Septembris mensis.Mox ergo studia generantur in episcopatum, aliisalium ordinare cupientibus. Nouissime verò placuit, vt ab Antiochia Ioannes euocaretur, ecclefiæ presby ter. Erat enim eius doctrinæ fama mirabilis . Intra modicum ergo tempus communi decreto omnium clericorum & laicorum Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatem ordinis cum adessent ex Imperiali iussione plurimi episcopi, etiam Theophilus venit Alexandrinus, qui studebat quidem Ioanem detrahere, & Isidorum suum presbyterum ordinare.Diligebat enim eum,quod aliquando sustinuisset pro ipso tale periculum. Cum Imperator Theodosius aduersus Maximum tyrannum decertaret, Theophilus per Isidorú xenia misit Imperatori, & duplices misit epistolas, mandans vt alteras literas non vincenti daret: por rò victori & munera & alteras porrigeret literas. Has cum Isidorus portasset, Romam veniens vi-Ctoriam expectabat. Sed non diu latuit. Quidam C enim lector rapiens epistolas, demonstrauit Impe ratori.Quamobrem Isidorus terrore correptus, in Alexandreiam fugit, celare volens quod fuerat ei mandatum.Ob quam causam Isidorum Theophilus diligebat. Verű palatij iudices præposuere Ioannem. Cumque multi Theophilum accusarent, libellos aduersus eum pro diuersis causis presentibus episcopis obtulerunt. Tunc Præpositus Palatij Eutropius nomine, sumens accusationes scriptas ostendit Theophilo, dicens, aut ordina Ioanné, aut accusationes iste venient ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Ioannem ordinauit episcopum, qui suscepit episcopatum sextodecimo die Februarij mensis, Consulatu Honorij Imperatoris, & Eutychiani Præfecti. Quod verò Ioannes vir fuerit omnino præclarus, ex libris quos reliquit, cognoscitur. Cuius vitam, genus, conuersatio nem, & quemadmodum sit depositus, & post mor tem magis honoratus, exponam. Ioannes itaque fuit Antiochenus, filius Secundi & Anthusæ nobi lium personarum, discipulus Sophistæ Libanij, & auditor Andragatij Philosophi. Cuque se ad aduocarionem prepararet, consyderans molestias litigantium, iniustum que vitæ propositum, potius E CCLESIAST.

elegit quietem. Et hoc fecit amulatus Euagrium, D quoniam & ille quum iisdé studiis esset vsus, quie tam magis sequutus est vitam. Mox ergo mutato cultu pariter & incessu, diuinis lectionibus incum bebat,& frequentius ad sanctam concurrebat ecclesiam. Hæc agens persuasit etiam Theodoro & Maximo qui fucrant condiscipuli ipsius apud Sophistam Libanium, vt pomposam relinquerent vi tam,& simplicem sequerentur.Quorum Theodo rus postea episcopus Mopsuestiensis ordinatur ec clesiæ, Maximus autem Seleuciæ Isauriæ. Tum itaque isti fiebant discipuli in lectione divina Diodo ri atque Carterij, qui eo tempore sacris monasteriis præsidebant. Sed Diodorus postea Tarsi ordinatus episcopus, multos conscripsit libros sacras ad literam intuens scripturas. Porrò Ioannem degentem cum Bafilio qui tunc à Melitio factus erat diaconus, & postea Cæsareiæ Cappadociæ presule constituto, Zeno episcopus à Hierosolymis reuertens, Lectorem in ecclesia Antiochena constituit. In quo adhuc officio positus librum ædidit contra Iudæos.Post modicum verò tempus etiam Dia E conatum à Melitio promerens. De facerdotio alium fecit librum, aliosque plurimos explanauit. Postea verò Melitio in Constantinopolitana vrbe defuncto, recedens Ioannes à Melitianis, & neque Paulino communicans, tribus annis continuè sub quiete degebat. Mortuo verò Paulino, ab Eua grio eius successore presbyter ordinatur. Ante epi scopatum itaque hoc modo conuersatus est. Fuit enim vir (vt aiunt) propter zelum castitatis seuerior, & amplius quam + habebat, à iuuentute sua furori magis q reuerentiz se præbebat, & propter vite rectitudinem incautus prospicere de futuris. Propter simplicitaté verò, oris libertate pro fusus, apud colloquentes non mediocriter vtebatur.Docendo præcipuus erat, vtilis ad corrigédos audientium mores. In confabulatione verò arrogans à nescientibus putabatur. Cùm ergo talis mo ribusesset, episcopatu suscepto, maiori fastu quam debuerat vtebatur, clericorum suorum corrigere vitam volens. Mox igitur in ipfo initio quum clericis asper videretur ecclesie, erat plurimis exosus, & veluti furiosum vniuersi declinabant.Compel- F lebat enim eum vr velut omnes offenderet Serapio diaconus eius, qui aliquando præsentibus clericis hunc protulit magna voce sermonem: Nunquam poteris,ô episcope, hos corrigere, nisi vno baculo percusseris vniuersos. Quo dicto maiora contra eum odia concitata funt. Non post multu verò temporis plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi conspirantes aduersus eum: etiam derogationibus apud populum vtebantur: quarum rerum faciebat maximam fidem, eo quod nec vllum secum comedere pateretur, nec ipse ad alium inuitatus accederet. Dicunt enim quidam, propterea noluisse eum cum quoquam comedere, eò quod turpiter manducaret escasque perciperet. Alij verò propter excellenté ciborum abstinentiam hoc eum facere prædicabant.

SOZOMENYS.

Ego tamen, quodam viro veraci referente, audiui quòd propter abstinentia capite & stomacho sæpe dolebat, & ideò prandioru epulas euitabat.

10.Chryfor flowen and pletitur vistam Chrysfianam.
Thoodorns.

Io. Chryfoftomus fit leftor in ecclefia. Antiochema.

Fit pref-

t debebæ

Eibera lingoa Chryfofromm. Emcadatio cleri. Serapio diacoma Chryfoftomi.

Sacerdotes adverfus Chrysolvmi difinits. † attivet iä

Porrò populus propter sermones quos in ecclesia faciebat, diligebat eum paruipendens accufatorum voces. Quales verò sint eius libri, non +
oportet nunc dici: quoniam legentibus poterunt indicari. Igitur cùm clero tantummodo esser
exosus, machinationes contra eum non omnino
valuerunt. Quum verò etiam plurimos Procerum
obiurgare cœpisset, tunc inuidia contra eum maior accensa est. Et plurima quidem aduersus eum
dicebantur: multa quoque faciebant audientibus
sidem.

Quomodo Eutropius Prapositus Imperatoris sucrit in teremptus. CAPVT 1111.

Entropino Ennuchus Prapofitus enbiculi.

Ican Chr

An.do. 401

Elia contra Eutropium tunc prolata. Eutropius enim Eunuchus Præpositus Imperatoris, & habens Consulis dignitatem, volens in quosdam qui ad ecclesiam confugerant, animaduertere, operam dedit vt ab Imperatoribus lex poneretur, iubens vt nullus ad ecclesias confugeret, imò qui dudum confugerant, traherentur. Sed dei sequutum est repente iudicium. Erat ergo proposita lex. Post paucos verò dies quum ipse Eutropius offen disset Imperatorem, inter refugas erat apud ecclesiam. Episcopus verò Eutropio sub altari iacente, nimioque percusso timore, residens super ambonem, vbi solebat prius facere consuere sermone, homiliam increpatoriam fecit aduersus cum. Vnde plurimos magis offendebat, eo quod hominé in infelicitate politum, non solum non miseraretur, sed etiam ne obiurgare quidem desisteret. Igitur Eutropij tunc Consulatus dignitatem habentis, propter quædam crimina caput Imperator iussit amputari, & ex ordine Consulum eius nomen penitus aboleri. Quamobrem Theodori folummodo, qui cum eo Cosul fuir, nomen adscriptum est. Pro diuersis igitur caussis multos sæpius libere obiurgabat, & plurimis erat exosus . Vnde Theophilus Alexandrinæ ciuitatis episcopus, mox post ordinationem caussas eius deiectionis questiuit,& quibusdam presentibus de eo latenter obloqueba tur, multis etiam longe positis scribebat. Contristabatur enim non solum propter libertatem illa, sed quod etiam Isidorum presbyterum suum episcopum Constantinopoleos ordinare non valuis-

THEODORITYS.

Ioan.Chryfoftomm clevi reformator. Sacerdotibus igitur Ioannes episcopus supplica bat, vt secundum ecclesiasticas viuerent sanctiones, quas quicunque præuaricari presumerent, eos ad templum prohibebat accedere. Dicebat enim, quod nec deberent frui honore sacerdotij, qui eo rum vitam contemnerent imitari. Non solum autem prouidentiam vrbis Constantinopoleos habebat, sed etiam totius Thraciæ, quæ sex præsecturis est diuisa, & Asiæ totius quæ ab vndecim Præssidibus regitur. His legibus ornabat etiam Ponticam regionem, quæ totidem sudicibus gubernari dignoscitur. Cumque cognouisset in Phænice ad huc dæmonibus sacrificia ministrari, electos monachos & Imperialibus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destinauit idolorum dans pecu-

LIB. X.

nias templorum destructoribus erogandas, non D ex zrario publico, sed quas à fidelissimis mulieribus oblatas liberaliter excipiebat sic ab ipso persuasis.

De conuersione Celticorum per Ioannem.

CAPVI V.

TIdens verò etiam cohortem Scythicam Arianis retibus illaqueatam,& cogitans de eorum capienda salute, consilium huiusmodi venationis inuenit. Eiusdem nanque linguæ presbyteros, diaconos, atque Lectores fecit, & vnam eis ec clesiam dedit. Qua occasione multos eor ű cepit, cum & ipse frequenter illuciret, & per interpretem Scythicum diuinas lectiones exponeret. Hæc ergo intra ciuitatem crebro faciens, plurimos eius gentis Arianorum ad Apostolica dogmata reuocauit. Apud Scythas autem accolas Istri quidam erant desiderium salutis habentes, quò non poterant peruenire. Quod Ioannes cognoscens, quesiuit viros Apostolico zelo feruentes, eosque misir, & desiderantibus salutis gratiam ministrauit.Ego autem etiam literas eius legi ad Leontium E Ancyræ Præsulem, quibus indicauit Scythas fuisse conuersos in nostra prouincia. Et cognoscens in quibusdam vicis Marcionis creuisse languorem, scripsit eius loci pastoribus, vt eos pellerent. Insuper etiam Principis pro hac caussa proferri petiit lanctionem. Quod igitur ecclesiarum curam in animo habuerit, secundum diuinum Apostolum, sa tis hæc docuerint. Licet autem etiam aliunde illius libertatem intelligere.

De Gaina magistro militum, eiusque rebellione. CAP. VI.

Ainas quidam genere Scythicus,confilio Barbarus,studio tyrannicovehementer elatus,eo tempore quum esset magister militum , multos sue gentis, multos etiam Romanorum sub suo magisterio habens, terrorem plurimis, etiam ipsi Principi meditatione tyrannidis inferebat. Eratque Arianus.Is ergo rogauit Imperatorem, vt intra ciuitatem ei vnam daret ecclesiam.At ille eum F se placare promisit. Tum euocans Ioannem, eique potentiam illius meditatamque tyrannidem dicens, petebat vt data ecclesia, eius refrenaret intétionem. At ille virtute fortissimus: Noli, inquit, ô Imperator hæc promittere, neque fanctum canibus dare. Non enim potero deo benedicentes expellere, neque sanctum templum blasphemantibus iniuste contradere. Neque hunc Barbarum metuas Imperator, sed ambos nos iube vocari, & sub silentio inter nos quæ dicuntur audi. Ego nan que linguam illius sic frenabo, ve non præsumat petere quæ dari non expedit. Hoc audiens Imperator gauisus est, & vtrunque altero die vocauit. Tunc Gainas petitionem suam poscebat, Ioannes contradicebat, dicens: Non licet Imperatori pietatem custodienti, aliquid contra mandata diuina tentare. Cumque responderet ille, quod oratorium & ipse habere deberet, Ioannes ait: Vbique tibi diuina domus aperta est, & nullus te vetat orare. At ille: ego, inquit, alterius sectæ sum, & cu meis vnum templum habere deposco. Multos enim pro Romana republica labores assumpsi, & non

Scythe.

Adversioni Marcioni stas.

> gifter milisű Scysba.

Ioan.Chryfostown adnersus Gainam.

Pontus Phanicia, debeo in mea petitio ne contemni. Cui Ioannes: Plurima, inquit, præmia, & quæ transcendunt tua certamina percepisti, magister militu factus. Confulari toga insuper exornatus. Et oportet te consy derare quis pridem fueris, & qualis modo conspiciaris,& quæ prisca paupertas,& quæ præsens sub stantia. Quibus vestibus vsus fueris antequam Histrum transisses, & quibus nunc vtaris. Consydera igitur paucos labores maxima tibi præmia contulisse, & circa honorantem te non sis ingratus. His fermonibus tantus ille doctor obstruxit os Gaine, eumque compulit vt taceret.

#### SOZOMENYS.

Igitur quum Gainas adipisci desideraret Imperium, qui pridem de sua fide apud beatam martyrem Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promitisset, diuersa consilia reuoluebat, -& in sua intentione semper instabat. Cumque per diem nihil in vrbe Constantinopolitana agere po tuisset, machinatus est vt noctu Barbaros mitteret qui Palatium concremarent. Tuncvero apertè monstratum est, quomodo deus custodiat ciuitatem.Missis enim ab eo Barbaris ad incendium atque predas, angelorum turba apparuit armatòrum ingentia corpora habentium. Illi verò putantes esse milites, abscesserunt. Cumque hoc Gainæ fuisset nuntiatum, incredibile visum est. Nouerat enim omnem exercitum per ciuitatesconstitutum. Quapropter denuo sequenti nocte alios destinauit. Cumque idem ei renuntiatum fuisset (denuo enim angeli eandem visionem Barbaris ostendebant) nouissime ipse egressus cum multitudine, miraculi sumpsit experimentum, arbitratus reuera, quod per diem quidem lateret exercitus, noctu verò pro eius custodia poneretur. Et ita quum intra vrbem nihil posset implere, egressus ad Thraciam, aperte hostilem monstrauit intentionem.

#### THEODORITYS.

Gains at ta Tyrābis,

Io.Chryfo-

matur incen-

dere palatit

Costatinop. B

Quum igitur aliquantum transisset tempus, diu meditatam tyrannidem Gainas patefecit. Collecto nanque exercitu, per Thracias vniuersa vastabat. Hoc cognoscentes & judices & populi, terrebantur: & neque repugnare illi quisquam audebat,neque apud eum legatione fungi,dum asperitatem Barbaricam formidarent: Tum ergo alios omnes tanquam metuentes relinquens Imperator, Ioanni viro sanctissimo onus Legationis imposuit: At ille neque illius insultationis memor, neque inimicitiarum quæ hinc exortæ videbantur, alacriter est profectus ad Thraciam. At ille cognoscens Legatum eiusque fiduciam pro pietate animose assumptam, occurrit ei longo itinere, eiusque dexteram suis oculis circumposuit:insuper etiam suos filios sacra eius genua osculari præcepir. Huius ergo virtutis Ioannes fuit, vt etiam valde terribiles humiliari cogeret,& timere.

O scala ge-

#### SOCR ATES.

De quastione inter AEgyptios monachos exorta, An Deus corporeus sit, an incorporeus. CAPYT YII.

ECCLESIAST.

A tempestate quæstio mota fuerat: An Deus D Ando. 4010 , corporeus esser,& hominis haberet figuram, an certè incorporeus & à figura humana omnino alienus. Ex qua quæstione contentiones & certamina plurima furrexerunt, aliis hoc affirman tibus, aliud aliis. Maxime tamen simplices inter monachos corporeum & humanæ formæ Deum esse iudicabant. Plurimi verò reprobantes illos, Deum incorporeum esse dicebant,&à forma corporea segregatum. Cum quibus Theophilus quoque Alexandrinus consonabat episcopus, ita vt in ecclesia coram populo cotra eos qui humanæ formæ Deum asseuerabant cotenderet, & Deum incorporeum suo dogmate definiret. Hæc cognoscentes Ægyptiorum monachi, venerunt Alexandreiam, & seditionem contra Theophilum velut impium excitarunt, ita vt eum occidere niterentur. Hoc ille cognoscens, cogitauit quemadmodú euitaret mortem. Quos sub blandimento suscipiens, hæc eis loquutus est: Sic, inquit, vos video sicut Dei vultum. Hoc dicto monachos à suo impetu reuocauit. At illi: Si verè, inquiunt, dicis, quòd Dei vultus est sicut & noster, anathematiza libros Origenis. Ex ipsis enim quidam aduersantur opi- E nioni nostræ. Si verò hoc non feceris, quæ impiorum & Deo rebellium sunt, à nobis sine dubio sustinebis. Ego, inquit Theophilus, quæ vobis placent faciam:nolite in me fæuire. Nam & ego inimicus sum librorum Origenis, & culpo suscipientes.Sic ergo monachos declinauit:&forsitan ideo hac quastio hactenus est ablata. Post hac huiusmodi res accidit.Ægypti monasteriis quatuor venerabiles præsidebant viri, Dioscorus, Ammonius, Eusebius, Euthymius, germani, qui pro corporis magnitudine Longi vocabantur, sermone vitaque fulgentes,& propterea apud Alexandrinos egregij. Sed & Theophilus eos honorabat episcopus . Quamobrem Dioscorum violenter tractum Hermopoleos fecit episcopum: duos autem corú rogauit vt habitarent cum eo, & vix vt episcopus imperauit, factos clericos, ecclesia æconomos in-Itituit. Cumque illi æstuarent quòd minus propositum suz conversationis implerent, & procedenti tempore viderent animas suas lædi, cúm episcopus pecuniam haberet multam, & multum auri co gregandi studium, repudiabant esse cum eo, & de serti potius habitaculum diligebant. Cumque ille nesciens eorum voluntarem, sibi eos adesse deposceret: postea videns quòd eum ipsi potius despicerent, iratus interminabatur eis. At illi hoc paruipendentes abscedunt. Porrò Theophilus cùm animo feruens esfet, nisus est vt viros illos qua posset arte vexaret. Et fratreminterim corum Dioscorū habebat exosum. Cotristabatur enim quòd eos turba diligerer & coleret monachoru, & íciebat quòd eis aliter nocere non posset, niss monachos debellaret.Expertus erat quoque, quòd crebro cum eis habito sermone, faterentur incorporeum esse Deum, & non human x form x, ne forte necessitate humanæ formæ, humana quoque passio sequeretur. Et cum sic Theophilus saperet, tamen vt se vindicaret, quod bene prius prędicauerat immutauit. Mittens enim in erémum, plurimos monachorum simplicium & spiritali exercitatione carentium est venatus, dicens, no oportere sequi Dioscorum, neque fratres eius dicentes incor

∠ Egyμÿ.

De inimicis Ioannis. CAPVI X.

poreum esse Deum. Deus enim secundum diuina scripturam & oculos habet,& aures,& manus , & pedes, sicut & homines. Dioscorus autem eiusque fequaces, sequentes Origenem dogma blasphemum introducunt, quasi Deus nec oculos, nec aures, nec manus habeat, neque pedes. Hac seductione monachorum plurimi sunt decepti, & seditio feruentissima monachorum suscitatur. Sed exerci tati viri seducti non sunt, simplices autem ardore fidei repentè contra fratres insurgunt. Et facta seditione alteri alteros impetebant. Theophili sequaces Origenistas & impios appellabant fratres. Isti verò sequaces Theophili Humaniformianos vocabant. Ob quam rem orta immani seditione, Theophilus cum armatorum multitudine venit in Nitriam contra Dioscorum eiúsque fratres. At illi vix fuga valuerunt declinare pericula.

Quomodo hymni nosturni à loanne sint incapti. CAPVI VIII.

Io.Chryfo- B fromus erationes addidit hymnis mollurnis. Ariani Sab bato & Dominica.

Vm hæc in Ægypto fierent,Ioannes Constátinopolitanus doctrina florebat,& apud cun ctos fauorabilis habebatur. Aux tque primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi cau sam. Ariani (sicuti dictum est) extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem atq; Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decanta bant. Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cum ipsis antiphonis per mediam ciuitatem egressi portam, ad suam ecclesiam concurrebant. Cumque hoc crebrò quasi ad vituperationem orthodoxorum facere non cessarent, frequenter enim etiam hoc cantabant: Vbi sunt qui dicunt tria virtute vnum? Tum Ioannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traheretur, instituit suum populum, vt & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, vt & illoru obscuraretur opus, & fidelium pro felsio firmaretur. Studium ergo Ioannis valde vtile,cũ turba periculisque finitũ est . Nam cùm clariores hymni homoulianoru noctu apparerent (fe cerat enim etiá cruces argéteas, quæ cum argéteis cereis portabantur, expensas ad hæc Eudoxia Augusta præbente) tum Āriani zelo tracti, vsque ad cædem insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est + Brison eunuchus Augustæ, qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidă ex populo vtriusque partis extincti sunt. In his motus Imperator, prohibuit Arianos hymnos publicè decantare.

Quod episcopo Ignatio angelorum Deum laudantium visto sit ostensa. CAP. IX.

Antiphona-

t Crifon

zufta.

† Broson en-

Dicendum autem est vnde sumpserit initium, vt in ecclesia Antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post apostolum Petrum episcopus, qui etiam cum ipsis vixerat Apostolis, vidit angelorum visioné, quomodo per Antiphonas sanctæ Trinitati dicerent hymnos. Isque modum visionis Antiochenæ tradidisse probatur ecclesię. & ex hoc ad cunctas transiuit ecclesias.

SOZOM BN VS.

Ertur verò quòd inter alia Ioannes etiam propter Seuerianum Gabalensem episcopum, odium Augustæ sibi constauerit. Is enim Seuerianus & Antiochus Ptolemaidos, ambo eloquentissimi erant, & coram ecclesia docere instructi. Veniens ergo prius Antiochus Constatinopolim eloquentia promotus, atque pecuniis ditatus, in suam reuersus est ciuitatem. Quem amulatus Seuerianus postea venit, videns quòd Ioannes frequenter in ecclesia sermone facto mirabilis appa rebat. Eratque honorabilis apud multos Proceres, & apud ipsum Imperatorem pariter & Augustam. Itaque cum Ioannes profectus fuisset in Asiam, huic commendauit ecclesiam. Credebat enim eius blandimentis, quòd se reuera diligeret. At ille magis se auditoribus commendabat. Quod cum Ioannes audisset, Serapione nunciante, æmulari cœpit. Reuersoq; ab Asia Ioane, cotigit transeute Seueriano, vt studio no assurgeret Serapio. At ille exasperat° clamauit : Si Serapio clericus mortuus E fuerit, Christus inhumanatus non est. Ob hanc ré acculatus à Serapione velut iniuriosus & in Deu blasphemus, ciuitate pulsus est à Ioane. Quod Augusta cognoscens per familiares Seueriani, mox eum à Chalcedone fecit reuocari. Porrò Ioannes multis rogantibus, eum videre refugiebat, donec in Apostolorum ecclesia in eius genibus poneret Augusta Theodosium filium suum, supplicans & sæpe adiurans, vr Seuerianum ipsius conciliaret affectui.

SOCR ATES.

Interea monachi ab erémo Constantinopolim veniunt cum Dioscoro & fratribus, cum quibus Isidorus qui Theophilo amicissimus pridem, ob huiusmodi causam postea fuerat inimicus. Petrus quidam archipresbyter Alexandrinæ fuit ecclesiæ. Húc Theophilus ab ecclesia ex odio proiecit, culpans eum quasi mulierem quandam Manicheam, non prius abrenunciantem hæresim, in communionem sacram suscepisser. Cumque Petrus di ceret se eam iussu Theophili suscepisse, illo negan F te,Isidori testimonium Petrus implorabat, quòd hoc actum non ignorasset episcopus. Eo tempore Isidorus Romæ agebat, à Theophilo missus ad Da masum, vt ei Flauianum Antiochiæ reconciliaret episcopum. Verum reuersus Isidorus Petri respon sionem veram esse sirmauit, dicens quòd mulier Manichæa cum episcopi fuisser iussione suscepta. Hinc accensus Theophilus, ambos expulit ab ecclesia. Ob hanc ergo causam Isidorus cum Diosco ro & reliquis Constantinopolim venit, vt Principi & Ioanni eius facta narraret. Hæc Ioannes cognoscens honorabat principio viros, eorúmque fruebatur orationibus. Communione verò sacra cum eis ante causæ cognitionem participare non voluit. Hisita gestis, peruenit ad Theophilum sermo falsus, tanquam Ioannes illis communicasset, yt eis ferret auxilium. Parabatque vt non solum de Dioscoro & Isidoro sese vicisceretur, sed etiam Ioannem episcopatu deponeret.Misit ergo ad singularum episcopos ciuitatum epistolas, celans intentionem suam, culpans tamen Origenis libros. Deinde Epiphanium Cypri fecit amicum,

Io Chrysofromm quo patto odium Augusta sibi const cris, Antiochm,

Severianus, pulsus Constantinopoli.

Petrus archipresbyter Alexãdria?.

Isidorus pulsus Alescandria.

Io.Chryfoftom' recipis Petrum & Isidorum.

ECCLESIAST.

cum prius eius fuisset inimicus, tanquam de Deo minus bene saperer, eumque formam hominis ha bere iudicaret. Tunc ergo quasi ex pænitentia, eius le professus est sequi sectam, egitque vt synodus episcoporum Cypri celebraretur, vt libri dam narentur Órigenis. Porrò Epiphamius propter nimiam sui reuerentiam atque simplicitatem circumuentus constituta synodo lectionem libroru Origenis interdixit. Misitque literas ad Ioannem, monens vt ab Origeniana lectione abstineret: & synodo congregata quæ placuerant, etiam ipse fir marct. Theophilus igitur famigeratum illum Epiphanium circumueniens, & cognoscens sua vota proficere, etiam ipse collectis episcopis libros danauit Origenis, qui penè ante ducentos defun-Aus erat annos: non quòd huiusmodi haberet intentionem, sed studens Dioscoro eiusque nocere sequacibus. Ioannes autem paruipendens qua ab Epiphanio & Theophilo fuerant nunciata, in doctrina ecclesiastica laborabat, & in ea quidem florebat. Nihil tamen de his quæ contra eum cogitabantur sæpe, curabat. Cúmq; Theophilus iam manifestè studere videretur, vt Ioannem episcopatu deponeret: tunc etiam inimici Ioannis Theophilu funt fequuti:& multi clerici , multi procerum palatij tempus inuenientes opportunum, nitebantur vt synodus Constantinopoli sieret contra Ioanné. Et hoc tam per epistolas sibiipsis, quam per

inde Eustathius pauci presul temporis, & post eum D Apollinaris, nouissime Theophilus. Isti derogabat Origeni, & alij ob aliam causam ad accusationem eius accesserunt. Methodius igitur cum multum derogasset primum Origeni, postez velut ex pœnitentia miratus virum, in dialogo quem attitulauit Xenonem, sic ait : Sed quid amplius ego de illorum querimoniis factis contra Origenem loquar? Quum enim culpant eum pro quibus putat causis, & nihil quasi malè credenté de sancta Trinitate reperiunt, ostenduntur in eo magis pietatis & rectitudinis testimonia perhibere. Athanasius autem defensor Nicæni cocilij, libris propriis cotra Arianos voce clara testem suæ fidei húc virum vocat, illius libros coniungens suis, & hæc dicens: Mirabilis, inqt, & laboriolissim Origenes hoc de filio Dei nobis testimonium perhibés, ait, coæternum'eum asseuerans patri. Ignorant igitur seipsos derogatores Origenis, etiam laudatorem eius Athanasium blasphemates. Hæc de Origene dicta sufficiant. Nunc sequamur historiam.

Athanafy testimonium

de Orient

Ioannes Chryfostomu.

Theophili

fricies.

Subdola 74-

Quomodo Epiphanius Cyprius I oani fuerit inimicus. C A PVT XI.

verba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni cau-

sa Seueriani & Antiochi episcoporum quæ supra

Epiphanius Cyprius Cost antinopolim.

Memorăda

Theotimi

relata est.

Post paucum verò tempus episcopus Epiphanius Constantinopolim venit, portas damnationem librorum Origenis. Quibus non quidem ipsum Origenem excommunicatum decreuerat, sed libris tantum modò derogauerant. Egressus er go ad Basilicam sancti Ioanis miliario ab vrbe septimo constitutam: & collecta ibidem celebrata, ordinatoque diacono rursus venit in ciuitatem,& C inuitationem quidé Ioanis declinauit causa Theophili:in propria verò mansione habitare magis elegit. Et vocans tunc præsentes episcopos damnationem librorum Origenis legebat eis. Et quidam habentes Epiphanij reuerentiam subscribebant, plurimi autem hoc facere recusabant. Quorú fuit etiam Theothimus Scythiæ præful, qui ita respõdit: ego,inquit,ô Epiphani, neque ei qui pridem bene requieuit iniurias infero, neque ré blasphemam tentare presumo, danans ea quæ priores nostri respuere nolucrut. Proinde neque malam do-Arinam in libris Origenis esse conspicio. Tunc proferens libros Origenis legit, & ecclesiasticas expositiones ostendit, ac postea procedens dicebat: Qui his cotumelias inferunt, nesciut seipsos. Hæc ergo Theorimus vitæ rectitudine nobilifsimus Epiphanio respondisse fertur. Sed quoniam detractores plurimi subrepetes, velut blasphemű respuunt Origenem, pauca de his dicere nó videtur absurdum. Viles homines, & qui per seipsos nequeunt apparere, vituperando mehorem esse se aliquid conatur ostendere. Hoe passusest primò Methodius, Lyciæ Olympi cluitatis episcopus, deQuomodo Ioannes acceperit Epiphaniñ.

• CAP. XII.

Oannes igitur Constantinopoleos indignatus 🗘 nó est, quòd præter regulas in ipsius ecclesia ordinationem fecisset Epiphanius, sed tamen rogabat vt inter episcopos cum eo maneret . At ille nec manere se cum eo nec orare respondit, nisi Dioscorum & qui cum eo erant, vrbe depelleret, &iple in librorum Origenis damnatione subscriberet.Ioanne hec facere differente & dicente, no oportere ante catholicam cognitionem aliquid facere petulanter: ad hoc consilium ab inimicis Ioannis Epiphanius instigatur. Qum esset in Apostolorum ecclesia celebrada collectio, procedere faciunt Epiphanium, & coram omni populo Origenis damnare libros & adiudicare Dioscorum eiusq; fequaces,fimul quoque derogare Ioanni velut eorum defensori.Hçc Ioanni nunciátur. Altero verò die quum iam venisset Epiphanius ad ecclesiam, hæc per Serapionem verba mandauit: Có tra regulas multa gessisti ô Epiphani. Primum qui dem, quòd ordinationé fecissi in ecclesia sub meo F iure constituta: deinde quia me non iubéte, in ca, autoritate propria sacra celebrasti. Rursus quòd inuitatus exculasti, & nunc denuò in teipsum confidis. Quapropter observa ne turbatio nascatur in populo, & huius rei periculum ipse suscipias. Hæc cùm audisset Epiphanius ab ecclesia formidans ab scessit. Quumque reuersurus esset ad Cyprum, ferunt quidam hæc eum mandasse Ioanni: Spero 🔉 non morieris episcopus. At ille remandauit: Spero te ad tuam patriam non rediturum. Hæc vtrum verè dicta sint, nescio: ambo tamen hunc habuêre finem. Nam nec Epiphanius viuus peruenit ad Cy prum, sed in naui defunctus est, & Ioannes paulò post ab episcopatu depositus est.

Cur Augusta granim, & per ques Ivanni sit fasta inimica, & quomodo in exilium fuerit deportatui.

CAP. XIII.

Vmq; Epiphanius discessisser, perlatú fuit ad Ioannem, quòd Eudoxia Augusta cum cotra

To. Claryfo.

una confessio

in dinatio
una Origo
nicorii libro
rum.

Epiphanias

Origonii li
bros dannat

& Dieferi

E

Io.Chryfo. ad Epiphoviam.

Zpiphanias fabdacit fe.

Io.Chryfo- A fromm adnarfus Endoxid Aug.

Ioannem armasser: & hinc accensus, linguæ vbertate sermonem fecit ad populum cunctarum mulierum vituperatione plenum. Hunc sermonem populus omnis arripuit quasi contra Augustá prolatus esset, & ita peruenit ad aures Imperatoris. Quod Augusta cognoscens, velut iniuriam suam narrauit Imperatori, dicens illius magis esse contumeliam quæ ipsius vxori fieret.Quamobrem fa ctum est vt Theophilus contra eum perquam velociter synodum celebraret. Quod etiam Seuerianus simul agebat: erat enim adhuc inimicus. Inter hæc Theophilus venit, multos simul episcopotú mouens. Confluebant igitur plurimi Ioannis inimici. Aderant etiam quos ab episcopatu remouerat. Omnes ergo concorditer in Chalcedone couenerunt, vbi tunc erat episcopus Cyrinus multa contra Ioannem loquens, impium eum superbűque vocans. Episcopi verò delectabantur talibus. Porrò Maruthas Mesopotamenus episcopus, inuitus Cyrini calcauit tunc pedé. At ille dolore con strictus Cóstantinopolim cum episcopis transire no potuit:alij verò sunt transuecti.

SOZOMENYS.

Postea verò cùm dolore laboraret eius crus cotinuò est abscissium: quia putredo penè omne corpus eius inuaserat, & in pedé alium iam serpebat. Is ergo post paululum temporis est desunctus.

#### SOCR ATES

Theophilo autem ab Alexandria venienti nul-

lus occurrit, nec solenni honore potitus est. Erat

enim apertissimus inimicus. Sed Alexandrini nau-

As.d. 404

Down Pla

Accolator

cidia Au-

Chryfofto-

gufta.

Chalcadena

tæ, qui tunc venerant cum frumentis, occurrentes eum fauorabiliter susceperunt. Cumque venisset Constantinopolim, refutauit in ecclesiam introire, sed in vna domo Augustarum, vocabulo Placidiana tunc habitauit. Hinc ergo cœperunt contra Ioannem mouere causas:&non iam de libris Origenis mentio ferebatur, sed has accusationes illicitas excitabant. His ita præparatis, conuenientes episcopi in suburbano Chalcedonensi, quod Rufini nomine vocitatur, vbi est in honore Petri & Pauli Apostolorum basilica constituta, euocauerunt Ioannem satisfacturum pro quibus accusaba-C tur:iusseruntque vt cum eo venirent Serapion,& Tigrius eunuchus presbyter, & Paulus lector. Isti enim simul accusabantur. Cumque Ioannes euocantes velut inimicos refugerer, vniuersalem synodum fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eum euocauerunt. Qui cum noluisset occurrere, sed synodum sieri proclamaret, damnauerunt eum:in nullo culpantes, nisi quòd vocatus noluisset obedire. Cumque hoc fuisset circa vesperam nunciatum, populus ad seditionem maximam excitatus est: & noctu concurrentes, eum trahi ab ecclesia non sinebant, sed clamabant, vt apud maius concilium de eo agitaretur examen. Porrò iussio Principis vrgebat, velociter eum eiici, & in exi

lium deportari. Hoc cognoscens Ioannes tertio damnationis die circa meridiem seipsum populo

ignorante cotradidit. Cogitabat enim ne vlla pro-

pter ipsum seditio nasceretur. Et ille quidem in e-

xilium ducebatur. In populo autem feditio enor-

mis est exorta, ita vt etiam multi inimicorum eius

LIB, X.

misericordia mouerentur, dicentes eum calumniam passum, quem paulò ante desiderabant videre depositum. Quamobrem clamabant omnes contra Principem atque concilium sacerdotum, & maximè contra Theophilum. Non enim eius machinatio iam poterat latere, quæ multis quidem indiciis apparebat, maximè quòd Dioscoro eius si fratribus mox post Ioannis deiectionem communicauerat. Tum igitur etiam Seuerianus in ecclesia docens Ioanni derogabat, dicens: Et si in nullo alio vituperandus Ioannes est, eius tamen superbia crimen est ad damnatione sufficiens. Omnia nanque peccata remittuntur hominibus, superbis autem Deus resistit, sicut sanctæ scripturæ docent.

Quomodo sit reuersus, & dennò à calumniatoribus impetitus. CAP. XIII.

Rta igitur immensa seditione, populo discurrente,& ad ipía regalia proclamante, Augusta permota rogauit Imperatorem, vt eum re uerti preciperet. Millo igitur tunc eunucho + Bre sone, etiam necessitas Ioanni inuito, vt in ciuitaté ingrederetur, imposita est. Cumverò redisset, cum E multo eius honore ad ecclesiam plebs occurrit. Et mox vt Ioannes ingressus est, rogabant vt in episcopali sede resideret, & populo orationem pacis impenderet. Quod cum refutaret atque dicerer, quòd hoc oporteret iudicio fieri synodali, & eos qui damnauerant, suam sententiam reuocare, accendebantur omnes eum videre in loco proprio residentem, & verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret, præualuit tamen populus, & eum in sede residere episcopali coëgit, & consuete orationem præbere pacis. Coactus etiam sermonem fecit ad populum. Hæc causa aliam præbuit inimicis occasionem.Et primùm quidem de Heraclidæ ordinatione contra eum mouere dicebatur Theophilus quæstionem, vt Ioannem huius rei occasione deponeret. Verum Heraclides non aderat, iudicabatur autem veluti præsens, quasi quosdam iniustè cæcidisser, catenisque vinctos missiset in pompam Ephesi per mediam ciuitatem. Cúmque pars Ioannis diceret auditorium debere iustè constitui. Alexandrini contendebant vt Heraclidis accusatores susciperentur. Hinc ergo seditio & cædes inter Constantinopolitanum populum & Alexandrinum vehemens est exorta. Ob quam rem plu-F rimi vulnerati, pauci etiam mortui sunt. Hæc videns Theophilus, repente diffugit Alexandriam. Quod etiam alij fecerunt episcopi, preter paucos, qui personam Ioannis amplectebantur.His ita gestis, reprehensibilis Theophilus est inuétus. Cuius auxit inuidiă, quòd rursus Origenis libris incuberet.Qui cùm à quodam fuisset interrogatus, quomodo ea quæ danauerat rurfus amplecteretur, ita respondit: Origenis libri similes sunt prato floribus vniuersis pleno: quicquid ergo in eis bonú inuenero, hoc decerpo. Si quid verò mihi spinosum occurrerit, hoc quasi pungat, omitto.Hæc ergo Theophilus ait, nó confyderans Salomonis fapiétissimi verba dicentis, quòd verba sapietum sicut aculei sunt. Ob hanc ergo causam apud omnes Theophilus reprehésibilis videbatur. Porrò Dioscorus Hermopoleos episcopus paulò post fugam Theophili mortuus est, claraq; sepultus in basilica

Severience de Io.Cbry

1.Pet 5.b.

Seditio C%frantinopoli propter Chryfoftomum in exiliŭ abductiŭ, † Brifove

Heraclides à Chryfoftomo ordinas', accu fatur

\* Seditio.

Theophilas vecurris Alexandrid.

Mittion in exilium,

apud ilicem constituta. Vbi propter Ioanné synodus fuerat celebrata.

#### THEODORITYS.

Au.do. 405 Locus exilă Chryso-

Missus ergo tunc Ioannes in exilium, apud ostium habitabat Ponti, quod vocatur Hieron. Quúque per noctem terremotus ciuitatem regiam inualisset, Legati mane mittebantur ad eum, rogantes vt velociter reuerteretur ad ciuitatem, & orationibus suis pericula remoueret. Sed & alij post illos,& rursus alij destinati sunt, ita vt Legatis Bosphorus repleretur. Quod quum fidelissimus populus cognouisset, fluctus Propontidos nauibus est opertus. Omnes enim occurrerut cæreos &lápades accendentes pro reuersione pastoris.

Occurrent. Chrisofto-

SOZOMENYS.

Interea cum Theophilus nauigio Hierapolim aduenisset, mortuo eius ciuitatis episcopo, Nilammonem monachum elegerunt ciues. At ille cum crebrò refugeret, ei Theophilus suadebat, ne sacer dotium refutaret. Tum ille promisit, dicens : Cras quod domino placet, implebitur. Altero verò die veniétes ad cælllam eius cogebant eum. Tum Nilammon, prius, inquit, oremus. Quod cum Theophilus laudasset, simul orabat. Nilammon autem repente finem vitæ cum illa oratione suscepit.

SOCR AT B S.

Qualiter Ivannes tractanerit Augustam. CAPVI XV.

xie Aug,

Ludes circa flatuä Auz.

Oannes itaque doctrinis occupabatur, ordina-Luitá; Serapionem Heracliæ Thracensis episcopum. Vnde contra eum maius odium excitatur. Nam paulò post hæc contigisse noscutur. Augustę Eudoxiz statua argentea constituta est in coluna Porphyretica chlamyde circumamicta: eratá; posita nec proximè nec longe ab ecclesia Sophia, quam platee tantummodo dividebat iter. Illic ergo cosuete Ludus publicus occurrebat. Porrò Ioannes iniuriam hoc arbitratus esse ecclesiæ, confueta fiducia rurfus fuam armauit linguam. Et cum oporteret principes supplicationis verbo deslectere, vr à tali Ludo recederetur, hoc nó fecit, sed impetu suz vsus eloquentie, iubétes fieri talia obiurgabat. Augusta verò rursus ad suam hæc trahebat iniuriam, & denuò præparabat, vt aduersus eu fynodus celebraretur episcoporum. Hoc sentiens Ioannes illam notissimam in ecclesia protulit homiliam, cuius initiú est: Rursus Herodias insanit, rursusque turbatur: denuò saltat, denuò caput Ioannis in disco cocupiscit accipere. Quod factum, amplius ad iram accendit Augustam.

SOZOMENPS.

De insidik qua I oanni siebant. CAP. XVI.

Nterea quidam homo cópreheníus est, qui Ioáné volebat occidere, traditúsque ad supplicium Prefecto, à Ioane ne perimeretur ereprus est. Po stea verò Elpidij presbyteri scraus, cursu in episco E CCLESIAST.

pum irruens, eum interimere nitebatur. Et dum à D quodam teneretur,& ipfum repente percussit, simul &alium adstantem, & tertium. Tum clamore facto & multis conuenientibus plurimos interemit, nouissime tentus & traditus est. Ex illo tempore Ioannem populus custodiebat die nocuque eius circumsidentes domum.

SOCR ATES.

De secunda depositione Ioannis, & de schismate sa-propter eum. CAPVI XVII Eto propter eum.

Paulò post aderant episcopi, Leontius Ancyræ Galatie, Ammonius Laodicie, + Breson Thraciæ Philippensis, Acacius Berœæ Syriæ, & alij quidam. His præsentibus accusatores priores de-"nuò mouebătur. Ioannes itaque confidebat in talibus, rogans vt accusatio decenter flagitaretur. Cumque superuenisset festiuitas Natalis Saluatoris, Imperator solenniter ad ecclesiam non venit, sed mandauit Ioanni, quod ei non communicaret nisi criminibus prius exueretur. Cumq; pro securitate Ioannis accusatores eius valde terrerentur, E præsentes episcopi nihil aliud requirebant, nisi quod post depositionem non decreto consilij resedisset in sede. Cumque ille responderer, quod lexagintaquinque episcopi communicates ei decreuissent, Leontius & alij reclamabant dicentes: Sed plurimi te ô Ioannes deposuerunt. Cumque denuò Ioannes hanc regulam nó orthodoxorum ecclesiæ, sed esse firmaret Arianorum.nam in Antiochia congregati pro damnatione fidei de Cósubstatialitate prolatæ, odio Athanasij hanc regulam protulerunt: Tum illi non recta satisfactione condemnauerunt eum, no intelligentes quod du hac regula vterentur, Athanasium quoque deponerent. Hæc acta sunt circa festivitatem Paschæ, Mandauit que Imperator Ioanni, non se posse ad ecclesiam venire, quod eum duo concilia condénassent. Vacabat ergo Ioannes, & nequaquam in eccesiam descendebat. Moxque omnes ei fauetes ab ecclesia recedétes, Pascha quidem in Thermis, quæ Constantinianæ vocantur, celebrauerunt. Cú quibus plurimi episcoporum, presbyterorum, & F facri ordinis clericorum commoti sunt, collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes:vnde etiam Ioannitæ vocati sunt. Porrò Ioannes duobus mensibus nusquam processit, donec Princeps eŭ duci iuberet in exilium. Et ille quidem tractus ab ecclesia, ducebatur. Quidam verò Ioannitarum eo die ecclesiam incenderunt. Qua ardéte slans ventus etiam basilicam Senatus pariter coprehendit, Quod actú est vicesimo Ianuarij mensis, Cósulatu Honorij sexto & Aristhenis. Ob quá rem Optatus Præfectus vrbis cu Paganus esset, odio Christianorum plurimos Ioannitarum diuersis tormentorum generibus laniauit.

THEODORITYS.

De exilio 👉 morte Ioannis. CAP. XVIII.

Oannes igitur non solu è ciuitate pulsus est, sed 📕 etiam in quoddam exiguum oppidum atque desertum Armeniæ Cucuson destinatus est. Inde rursus adPityuntem vbi fines sunt Poti Imperija Romani, que loca crudelib Barbaris sunt vicina.

† Libatoria.

An.do. 406

Grãdo Co-

ftantinopoli

Chryfoftom'

Eutropi" la-

Ctor in car-

Chryfosto-

quetur propeer factum

incendiam.

A Sed clemens dominus non permiter victorem athletam per loca talia diu mogari.

SOZOMENTS.

Rom Pont, ro Chryso-

Inter hac Innocentius Romanus antistes audiens de Ioanne, & moleste ferens, volensque generale celebrari concilium, scripsit Ioanni & clero Constantinopoleos quod non oporteret Ioan ni successorem dari, nec eius cleru alij parere pontifici, quas prolixitatis caula non transtuli. Aiunt verò Ioannem cum in exilium duceretur per vifionem cognouisse diem quo moriturus esset, ostensum sibi à Basilico martyre in Comanis: vbi cum esset itinere fatigatus, dolorem capitis non ferens & ardorem folis, vitam languore finiuit.

SOCR ATES.

AM. do. 4050

Quartodecimo die Septembris mensis, Consu latu Honorij septimo, & Theodosij secundo.

THEODORITYS. Quomodo illyricum & occidens propter Ioannem ab Orientalibus se suspenderint episcopus. CAPVT XIX.

Vius igitur iniustitiæ causas abominati sunt Hpræcipuè Europę Pontifices:ab eorum nanque le suspenderunt, communione : pariter omnes Illyrici eius partis effecti sunt. Orientales autem plurimi quidem iniustitiam declinauerunt, corpus tamen ecclesiæ dividere noluerunt. Verŭ mortuo illo omnium doctore terrarum, non prius Occidentales episcopi Ægyptiorum & Orientalium, Bosphorensium arque Thracesium sunt amplexi communionem, quàm illius sacratissimi viri nomen inter prædecessores poneretur episcopos. Et Arsacium quidem, qui post eum ordinatus est, ne alloquio quidem dignati sunt. Atticum verò Arlacij successorem, legationem crebro mittente, & pacis pignora postulanté, in 🎝 🎢 🚧 s scripto Io-C annis nomine, postea susceperunt.

SOCR ATES.

De ordinatione Arsacy Constatinopolitani, 🖝 eius odio propter Loannem. CAP. XX.

Ransactis itaque diebus paucis, Arsacius Constantinopoleos ordinatur episcopus, Ne ctarij frater, valde longænus, & plufquam octuaginta annos habens, qui mansuetissime admodum regebat episcopatum.

SOZOMENYS.

Cuius opinioni derogauit postea, quod cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cum Arsacio comunicare nollent, nec orationé habere comuné, sed(sicuti dictu est) seorsum per loca secreta vltima ciuitatis, sacra celebrarent, hec ille renunciauit Imperatori. Cumq; iussisset vt eos manu militari turbaret, lapidibus arq; fustib populu couertit in fugă. Nobiliores auté & magis propélos in amoré Ioanis coiecit in carceré. Porrò milites (vt fieri soLIB. X.

let)accepta licentia,prædam circa mulierum orna D menta faciebant, Zonas aureas, dextralia, monilia, 🕂 lauatoria,anulos,diademata , & cũ ipsis auribus earum auferentes inaures. Ob quam rem turbatio maxima & gemitus in ciuitate prouenit. Nec sic tamen illi affectum deposuere Ioannis: verum publicè plurimi conuenire, nec in platea, nec in balneo præsumebant. Quibusdam etiam erat domi quoque manere periculosum, ita ve ciuitatem declinarent:Multi fiquidem viri,plurimæque mulieres nobili genere procreata, virginitate atque vir rure vitæ laudabiles fugerunt.

SOCR ATES.

Eo tempore etiam grando vehemens Constantinopoli & circa eius luburbana descendit. Quod factum est Consulatu eodem Honorij sexto,& Ariltenæti, die tricelimo Septembris menlis, quod dicebát dei ira factú, eo quod sine iudicio Ioannes fuisset condemnatus. Quibus verbis incrementu dedit mors Augustæ continuo subsequuta. Quar- E to nanque die post grandinem est defuncta.

S O Ž O M E N V S.

Tum verò Cyrinus Chalcedonensis episcopus, qui Ioannem crebro lacerauerat, secto pede defunctus est.

SOCR ATES.

Alij tamé dicebant, Ioannem hoc iuste perpessum, co quod multas ecclesias Novarianoru, Quar todeçimanorum, & aliorum tulisset hereticorum.

SOZOMBNYS.

De Eutropio lectore propter Ioannem in carcerem consecto. CAP. XXI.

Co tépore quidam lector Eutropius est deten-tus, quasi & ipse in ecclesiá missifet igné . Qui cùm multa fuisset torméta perpessus, cóiecus in carcerem, paulò post est defuctus. Quid autem F de eo cotigerit existimo esse memorandu. Quida vidit in somnis adsticisse altari virū pulchritudine & magnitudine decoratú, quasi in honore martyris Stephani cossistentes quasi cogitanté eo quod boni viri nusquă inueniretur, atque totă se circuire ciuitaté, & nisi Eutropium nullu penitus inuenisse. Cumq; is qui viderat, experrectus fuisset, somnium retulit fidelibus viris. Deinde requirens eos qui à Præfecto comprehensi fuerat & verberibus macerati, inuenit Eutropium, eiq; retulit visionem. At ille slens, orationem sibi dari ab eo qui viderat, implorauit. Quumque diuersos Prefectus torquerer, nec personas incendij reperirer, etiam mulieres quasdă tenes suadebat vt episcopi communionem amplecterentur Arlacij, & multe quidem declinauerut: Olympias auté iniustu credens malitie satisfacere dixit: Adiice mihi caluniatores, & violentiam maiorem impone:mihi verò phas non est communicare, & ea facere, quæ piis non licet perpetrare. Quá cùm nequisset sectere præfectus vt comunicaret Arsacio, tú dimissa &paulo post tenta, multo nudauit auro, hoc modo credés

ECCLESIAT.

A ipsius frangi constantia. Eo tempore Tigrius presbyter veste nudatus, & dorso cassus, ita tensus est, vt pedum eius ac manuum articuli soluerentur.

SOCR ATES.

De morte Arsaci & ordinatione pontificio Attici. CAP. XXII.

Arfa:im moritur. Au.do.407

Attiem fac-

An.do.408

B

cedit.

Rsacius itaque quum modicum vixisset tempus, defunctus est, Consulatu sequenti Stilliconis secundo, & Anthemij, vndecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de episcopatu Constantinopolitano magna cæpit esse contentio. Et propterea quum quatuor vacassent méses, sequenti Consulatu Arcadij sexto, & Probi, Atticus ordinatur episcopus, genere Armenius, habitu monachus, à iuuentute sua naturali sapientia decoratus.

SOZOMENYS.

De successione dinersorum patriarcharum. C A P. XXIII.

Sirichee.
An.do. 401
An.do. 404
An.do. 404
Iunocetime.
Rom Pont.
Flanianne.
An inhen?.
Porphyrine
fixedit.

Interea quum Siricius quinque annis Romanorum rexisset episcopatum, Anastasius ei successit. Post quem Innocentius Pontificatus iura suscepti. Defunctus quoq; est etiä Flauianus, no consentiens in damnatione Ioannis. Flauiano moriète, Porphyrius Antiochenum suscepti episcopatum. Et quoniam plurimi contra Ioannem consenserant, propterea in Constantinopolitana vrbe multa diuisio facta est, ita vt missa apud serissos plurimi celebrarent, & scandala prouenirent: quoniam propter gratiam Arsacij atque Porphyrij: necnon Theophili Alexandrinæ ciuitatis episcopi, pridem studio Procerum posita lex suerat, iubens omnes in ecclesiam conuenire, & qui non communicarent, procul expelli.

De concussionibus quas Barbari respublica in serebant. CAP. XXIIII.

O tempore cum discordia sacerdotum, etiam

Hondio
Thraciam,
Lationes
Ifentia.
Stilicon.
Ando-412.

Alaric<sup>9</sup> rex

Respublica magnis concussionibus turbabatur. Huni nanque transeuntes Histrum, Thraciam deuastabant. Isauriæ quoque latrones maxima multitudine congregata víque ad Carenos & Phænicia venientes, vrbes & vicos in medio positos populati sunt. Per idem tempus Stilicon magister armorum erat apud Honorium magna preditus potestate, habebatque sub se Romanorum plurimos atque Gentilium. Qui contractis inimicitiis cum Arcadij ducibus, cogitabat congredi co tra eos. Tunc ergo agens cum Honorio Alaricum regem Gothorum fecit ordinari magistrum militum, & accessit aduersus Illyricum, eique Iouium Præfectum constituit, vt arma contra Romanos attolleret, ac prouinciales Honorij subderet ditio ni. Et quum Alaricus Barbaros sub se constitutos & per Dalmatias habitantes congregasset, venit ad Epirum vbi multo tempore commoratus, reuersus est in Italiam: quia quum discedere voluisfet Honorij literis est detentus, sicut ipse confessus est.

THEODORITYS.

Quomodo Alexander Antiochenus epifeipus discor D dantem populum ad unitatem reuocarit ecclesia.

CAP, XXV.

A tempestate Cyrillus Theophili consobrinus, Alexádrinum suscepit episcopatum.Hierosolymorum ecclesie presidebat Ioannes vir mirabilis successor Cyrilli. Antiochiæ autem Alexander, vir sermone docus, & virtutem ostendes magnis operibus. Is enim Porphyrio succedens, qui post Flauianum fuerat ordinatus, multa reliquit monimenta clementiæ. Flauianus equidem sa pientiæ subtilitate florebat. Porrò sacratissimus Alexander couerfatione summoque philosophiæ eloquio, & plurima donorum copia abundabat. Is nanque etiam partem Eustathij (quam pridem Paulinus flectere non potuit, nec post illum Euagrius) precibus vsus reliquo corpori copulauit: egitque festiuitatem, cuius similem nemo potuit a-liquando videre. Nam quum omnes fideles sumphister sacerdotes simul & populum, venit ad locum, vbi Eustathiani congregabantur. Apprehen-densque psallentes & vnum canticum sub quadă congruentia prædicantes, à porta vltima ciuitatis víque ad maiorem ecclesiam totam plateam com pleuit hominibus,& ostendit fluuium rationalem ad instar fluminis decurrentis.Hec Iudæi videntes & Ariani,& paruz reliquiz Paganorum,ingemue runt, videntes alios fluuios in mare ecclesiæ concurrentes. Is ergo Pontifex, Ioannis magni vocabulum ecclesiasticis Διπτύχως primus inseruit.

Quomodo corpus Ioannis Constantinopolim suerit re uocatum, CAPVI XXVI.

Vius doctoris reliquiæ fequenti tempore in regiam deuectæ sunt ciuitatem. Rursumque fidelissimus populus per pelagus quasi per terram currens, vndas Bosphori lampadibus & cæ reis obuelauit. Hunc ergo the saurum in illa ciuitate recondidit Imperator. Qui sui aui & vocabulu fortitus est, & pietatem seruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atque frontem, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus supplicauit, vt ignoranter delinquentibus veniam condonaret. Pridem enim mortui sunt eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum deus, experientiam pupilli eum sentire non pertulit. Nam & pie nutriri fecit, & sine concussionis metu custodiuit eius imperium, atque tyran norum confilia refrenauit.

> De laudibm Theodosý iunioru. C A P. XXVII.

Is enim beneficiorum semper memor honorabat beneficij largitorem, habebat que participes hymnoru sorores seruantes conuersatione virginitatem, & delitias maximas iudicantes sacroru meditationes eloquiorum, the saurum inauferibilem existimantes manus egentium. Verum ipse Princeps multis etiam aliis adornatur, maxime verò clementia, mansuetudine, animi tranquillitate nunquam recipiens tempestatem side vera atque probabili. Cuius indicium nos conuenit ostendere manifestum. Quidam vir conuersationis quide Cyrill<sup>o</sup> Alezandrinus Ioanes Hie rofolymitanus

Enflathionos vait op-

> A m.do.411. Theodofy innioris lans.

A monachica, sed asperior consilio, adiit Imperatorem pro quadam caussa rogas. Quum hoc crebro fecisset, nec ea qua postulauerat imperrasset, cum ab ecclesiastica communione prohibuit, & imposito ei vinculo, discessit. Verum sidelissimus Impe rator ad palatium reuersus, tempore prandij præfentibus conuiuis ait, non se sumpturu cibum, nisi prius eius vinculum solueretur. Ob quam rem mi sit ad ciuitatis episcopum, rogans vt iuberet ei qui ligauerat, vt ipsius vincula solueret. Cúmque dixis ser episcopus, non debere à quoliber obligationé recipi,& mandasset quod solutus esser: ille tamen eius non suscepit solutionem, donec qui ligauerat multo labore requisitus ei comunionem qua prohibuerat, reddidisser. Idolorum igitur templa quæ fuerant derelicta, à fundamentis dirui fecit, vt posteri ne vestigium quidem erroris pristini reperirent. Hunc enim sensum etiam in sua lege coscripsit. Quando igitur Roilas dux Scythiæ transsuit Histrum, & cum innumero exercitu vehementer

> De miraculis contra Persas gestis. CAPVT XXVIII.

Thracias populatus est, ipsamq; regiam ciuitatem

obsidere le &ssubuertere minabatur, supernis iacu

lis atque fulminibus eŭ maiestas diuina percutiés, & ipsum & omnem simul cocremauit exercitum.

Perfe contra Theodofium

Tepla Gm

Roilas Sey-

Sharum No

fulaine zfli

gates com

Ale aliquid à domino eius confolatore etiam Persico prælio gestum est. Nam quum illi Ro manos vacare cognouissent, & ciuitates in confinio costitutas debellarent, pacisq; pacta transcenderét vastatis finibus, nemo ferebat auxilium. Imperator nanque de pace prælumens, duces & milites ad alia bella miserat. Tunc ergo imbre vehementissimo, & gradine demissa, viterius eos deus accedere non permilit, eorumque ligauit cursum, ita vt viginti diebus totidem ambulare stadia non valerent. Duces verò venientes congregarunt exercitum, & in priori bello obtidétes vrbem Imperatoris vocabulo nominatam, ridiculos ostédit. Quum enim plusquam triginta diebus Go roranes rex, prædictam vndique obsideret ciuitatem, & multa machinamenta construeret, & turres contra muros ciuitatis excelsas ædificaret, solus Eunomius sacratissimus eius ciuitatis episcop<sup>9</sup> testitit,& impetum moliminis eorum machinasq; destruxit. Et licet duces nostri hostibus bellando cessissent, & obsessi ciues resistere non auderent, iste solus pugnando à vastatione preservauit ciuitatem. Vnus itaque partis hostilis vir dum cosuete blasphemaret, & Rapsacis atque Sennacherib verba profunderet,& cum væsania minaretur,sacrum se concrematurum templum:ille vir sanctissimus non ferens huius insaniam, iussit balista poni iuxta propugnaculum, quæ Apostoli Thome ha bebat vocabulú:& maximo in eam lapide coaptato, in nomine, inquit, eius qui est blasphematus, lapidé tenso arcu dimittite. Tum lapis emissus veniens vsque ad facié nephandissime blasphemantis, vultum eius valde corrupit, caput contriuit, ce rebrumq; in terram dispersit. Hoc quum Dux exercitus cognouisset, qui se ciuitatem capturum esse minabatur siluit, & rebus ipsis victum se esse professus est, & meruens quæsiuit pacem. Sic ergo Rex omnium fidelissimum hunc principem con-

LIB. X. scruauit, quum & iste seruitutem profiteatur, & P

De successione Ponsificum CAP. XXIX

competens offerat domino ministerium.

Nter hæc Innocétio optimo Romanę vrbis antistiti successit Zosimus,Zosimo Bonifacius, Bo nifacio Cœlestinus. Hierosolymis verò post Ioan nem Praylius suscepit ecclesiæ præsulatum. Verű in Antiochia post sacrum Alexandrum Theodotus castitatis speculum, ecclesiæ pontifex ordinatur mansuetudine & puritate couersationis ornatus. Is enim cohortem Apollinaris aliis ouibus miscuir, rogans eos vt vnirentur ouili. Ea quidé tempestate Isdigerdes Persarum rex contra ecclesias huiusmodi de caussa bella commouit.

An.do.418. As.d.420 An. do. 426 Zofimus. Bonifacim. Calestinus. Praylim. Theodotus A pollinari

De virtutibus Abda apud Persas episcopi. CAPVT XXX.

A Bdas quidam erat episcopus plurimis virtuti-bus adornatus. Is non mediocriter vsus zelo E diuino, woji op, id est, focum eorum seu Vestam destruxit. wyw nanque illi vocant templa, in quibus ignem seruant: Deum enim arbitrantur igné. Hoc cum rex cognouisset à Magis, euocauit Abdam: & primo quidem mansuete culpauit factum, præcipiens vt wysio rurlus ædificaret.Illo relistente,& hoc nequaquam facere confirmante, vniuersas se rex destructurum interminatur ecclesias: cuius interminationem copletio subsecuta est. Nam prius illum virum occidi pręcipiens, destrui quoque ec-non reor opportune commissam: neque enim san ctus Apostolus cum venisset Athenas, & ciuitaté repletam idolis conspexisser, aras ab illis honoratas destruxir, sed ratione ignoratiam redarguit, & veritatis iura monstrauit. Quod verò destructum templum reædificare noluerit, sed necem magis elegerit, valde admiror, & plurimis eum honoran dum coronis existimo. Tale est enim ignem adorare, quale eius ædificare templum. Hinc ergo sumens tempestas initium, sæuissime atque ferociter circa pietatis alumnos intumuit, & triginta F iugiter annis fluctuatio + dura permansit, à Magis veluti quibusdă procellis agitata. Magos enim appellant Persæ eos, qui elementa deificant. Quorū fabulas in alia coscriptione monstrauimus, in qua horum interrogationibus dignas solutiones obtu limus.Gororanes itaque filius Isdegerdis,post patris mortem cum Imperio etiam contra Christianam pietatem bella suscepit. Quas enim tormentorum species, & suppliciorum adinuétiones piis intulerit, nó est facile nunc narrare. Aliorum nanque manus excoriauerunt, aliorum dorsa, aliorum capita, à fronte inchoates vsque ad ceruices nuda cute reliquerut. Alios sectis per medium calamis, nudos operientes, & ipías fectiones calamorú car nibus aptates, à capite vsq; ad pedes funibus strin gentes, postea calamos ex corum membris violen ter trahebant, vt acutæ sectiones calamorum cum traherentur eorum carnes secarent, & tormétum amarissimi doloris inferrent. Deinde fodientes la cus, & eos vndique obturantes, + soricum maiorum greges in eos immiserunt, eisque pabulum athletas dederunt, impie ligantes manus eorum&

An.do. 410i Abdas epifropus, Perceion destru-

Perfecutio Christian

Digitized by Google

Niii

ECCLESIAST

A pedes, ne possent à se bossias remouere. Sed & alia tormenta saniora valde exercuerunt, habétes doctorem veritatis inimicu. Sed non potuerunt athletarum deuincere forritudine. Sponte nang currebant, vt occasione huius mortis incorruptibilis vitæ dona perciperent. Dibrum tamen aut trium faciam mentionem, vt per hos reliquorum fortitudo monstretur.

De Hormisda apud Persas nobilissimo confessore.

C. APVI XXI.

Hormisdes Persa.

Ormisdes quidam valde nobilis apud Persas erat, qui patrem Præfectum habuerat.:Hunc cum rex cognouisser esse Christianum, deduci fecit,& imperaurt vt falutarem negaret Deum.At il le: Nec iustum, inquit, nec vtile præcipis Imperator. Nam qui docetur vt Deum omnium facile co temnat ac neget, facillime quoque spernit Imperatorem, cum &ipse sit particeps nature mortalis. Et si summo supplicio dignus est, qui tua sceptra contempserit Imperator, multiplicibustormentis subdendus est, qui cunctorum negauerit creatore. At Imperator cum debuisset mirari prudentia, for tissimum diuitiis & dignitate nudauit athletam, inssitque vt nudus traheret camelos exercitus. Quimque plurimi trasssent dies, respiciens de su perioribus Imperator, vidit illum eminentissimű virum folis radiis inflammarum, & pulueris squalore repletum, patriz que nobilitatis memor, eum ad se iussit adduci, & lineis vestibus operiri. Deinde putans quod tam præcedenti afflictione, q. ex ista clementia mollicetur, vel nunc, inquit, illa obstinatione exutus, nega filium fabri. At ille Dei zelo repletus, dirupit veltem & proiecit, dicens: Si propter hoc me putas à pietate recedere, habe do num cum impietate, quam possides. Hanc eius fortitudinem cotemplatus, nudum eum è suo expulit imperio.

> De Sanne apud Persas confessore. CAPVT XXXII.

Sucues. † Sucuem S+Annen quoque mille famulorum dominum, resistentem sibi, & negare creatorem omniu m nolentem, requirens quisnam seruorum eius esset sæuisimus, illi aliorum seruoru tradidit dominatum. Cui ipsum quoque dominum seruire præcepit, simul & eius vxorem . Per hoc putans propugnatore se sectore veritatis. Sed spe sua deceptus est. Habebat enim ille domum in petra costructa.

De Beniamin Persico diacono, ei usque martyrio.

C. N. P.VT. XXXIII.

Beniamin etiá diaconum comprehédens, claufit in carcere. Cúmq, duo transissent anni, superuenit Legatus Romanorum pro aliis caussis acturus. Et cùm hæc cognouisset, postulauit à rege vt dimitteretur Diaconus. Porrò rex iussit vt promitteret Beniamin quod nulli Magorum doctrinam Christianam prædicare tentaret, & dimitteretur exire. Tum Legatus quidem custodire Beniamin que rex preceperat compromist. Beniamin autem audiens monita legati: Impossibile est, inquit, nó me participare lumé aliis, quod ipse per-

-copi. Quanto enim supplicio dignos fit quitalen- D eum absconderit, sacra euangeliorum testatur histona: Bed rewhoru tum nihil cognoscés, iussie eu abfolui à vinculis. At ille predicare nullatenus celfabat: & cospiens eos qui ignorantiz caligine renebantur, intelligibili luci iugiter offerebat. Dumq; transifier annus, regi gesta illius nunciantur. Tum deductú ad fe, negare i wisir quem adorabat Deum verum Ille quarfrust à rege dicens: Quo dignus ho nore est, qui suum derelinquens regnum, inuadere studuerit alienum? Cumque dixisser rex:Morte vlumbog supplicios Sapiencissimus vir ille respon dir : Quid ergo no inste patiatur homo, qui factorem mundique creatorem, nutritorem, ac Saluatorem delerens, vnum conseruorum suorum deificare voluerit, & debitum illi cultu isti magis obtulerit? His fermonibus rex accenfus, viginti cala mos acui, & totidom vnguibas digitorum eius ma nuum atque pedum præcepit infigi. Cúmque hoc supplicium ab eo derideri conspiceret, alium rurfus calamum acutum in eius femur vnde humana origo descendir, iussi immirri. Cumq; crebro eii- E ceretur & rursus induceretur, ineffabiles ei dolores excitabat. Post hoc verò supplicium impius atque ferox virgam grandem ípinis vndique plená, per eius meatum iussit induci, & hoc modo spiritum fortissimus decertator emisit. Sed & alia mul ta ab illis impiis sunt tentata. Nec tamen mirandum, quòd illoru ferocitatem & impietatem longanimiter Deus omniŭ patiatur, quando ante imperium Maximi Constantini quicunque fuerunt Romanorum Imperatores, contra veritatis ministros vehementer infanierint. Diocletianus nanque passionis salutaris die in omni imperio Romanoru, destruxit ecclesias. Sed nouem transactis annis istæ quidem denuò ressoruerunt, & multipli cem magnitudinem susceperunt. Ille verò post ra biem suę impietatis extinctus est. Nam & bella hu iulmodi futura Dominus prædixit & ecclesiæ victoriam prædicauit. Nos tamen ipsæ quoque res edocent, quòd magis nobis vtilia sunt bella quàm pax: quia pax delicatos nos facit, remissos & timidos: porrò bellum & mentem acuit, & præsentia quali transeuntia contemnere persuadet. Sed hac quidem etiam in aliis operibus crebro diximus.

De Theodoro Antiocheno episcopo, & Theodoro Mopsuestiate pontifice. CAP. XXXIII.

Po autem tépore quo sacratissimus Theodorus Antiochenam regebat ecclesiam, Theodorus Antiochenam regebat ecclesiam, Theodorus Apolitus quidem episcopus, sed totius doctor ecclesiae, cum contra vniuersam cohortem hareticorum fortiter pugnasset, siné vita sortitus est. Is enim Diodori quidem magni doctrina potitus est. Ioannis verò sacratissimi fuit socius atque cooperator. Communiter enim Diodori pocula spiritalia sunt adepti: qui sex & triginta annis mansit in Prassulatu, & contra Arij Eunomisque acies for tissimè prasiatus est, insidiasque latronis Apollinaris extinxit, optimaque pascua diuinis ouibus praparauit. Cuius frater Polychronius Apamientium rexit ecclesiam, & gratia sermonis, & claritate vita ornatus.

SOCR ATBS.

in die passous Domai, omnes seelesias epossianoris enertit.

Theodorna Mopfueftiotes epifcopua.

Arrady Au ^w.do.410.

Define imperatoris Arcady. CAP. XXXV.

On multò post tempore quàm Ioannes defunctus est, moritur & Arcadius imperator, vir mitis & quietus. Et circa finem vitæ pro huiusmodi caussavenerabilis existimabatur.In vrbe Có stantinopoli domus est maxima, habens cognomé mapies, id est, nucis. Est enim in eius domus vestibulo arbor nucis, in qua sermo est fuisse appensum martyrem Acacium & defunctum. Ob quam rem etiam Oratorium illic est ædificatum. Hunc Arcadius videre volens, ad orationem venit, votóque completo reuertebatur. Proinde cuncti circa Oratorium habitates, volentes Imperatorem videre accurrebant, & alij quidem extra domum præ-

cesserant, vt melius aspectu principis & ordinem D viderent obsequij, alij verò sequebatur. Cúmque omnes cu mulieribus arq; filiis simul & mancipiis extra domum fuissent egressi, repéte maxima domus Oratorio cohærens, subito tota corruit, clamórque cum admiratione sequutus est, quod oratio principis tot homines à ruinæ imminentis periculo liberasset. Arcadius itaque relicto annorum octo filio Theodosio (de quo iam complura sunt narrata) defunctus est, Colulatu Bassi & Philippi, primo die Maij mensis, anno secundo ducentesimæ nonagelimeleptime Olympiadis.Is ergo cum patre quidem Theodosio tredecim regnauit annis, post mortem verò patris quatuordecim. Vixit annis triginta & vno.

#### **EXHISTORIAE** ECCLESIASTI-

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER VNDECIMYS.

SOCR ATES.

E

Quod Theodosij innioris Imperium Prafectus regebat Anthemim.

CAPVI PRIMVM.

Prefatm.



Rcadio Impera tore defuncto, Honorius quidem eius frater regebat Hesperias, Orientales Jautem prouinciæ sub ditione manebất Th**e**o dosij iunioris, cùm esset anno-Srum octo, Anthemio Præfecto omnia dis-

ponente. Erat enim iste nepos Philippi, qui Paulu episcopum sub Constantio ab ecclesia expulerat, & Macedoniŭ introduxerat. ls muro maximo vrbem Costantinopolim circudedit. Qui vir sapien tissimus inter illius temporis homines & putabatur & erat,& nihil inconsultè faciebat, sed cu mul torum confilio quæ erant agenda tractabat,& ma ximè Sophistæ Troilo se credebat.

De Mtico episcopo eiusque moribus. CAP. 11.

Sophista.

Mperatore porrò Honorio octauum annum agente, iam tribus annis Atticus habebat episcopatum, vir clarus & eruditus, venerabilis atq; prudens. Vnde etiam ecclesias sub eo magnum sumere contigit incrementum. No enim solis propriæ fidei personis munificus erat, sed etiam hæreticis miraculum suz sapientiz demonstrabat, quos vexare quidem nolebat. Cum verò cos terrere tentasset denuò mansuetudinem ostendebat. Et inter hæc nó negligebat eloquentiam.Laborabat enim circa veteru lectiones, noctu eis incumbens. Quapropter non eum mouebant Philosophica aut So phisticælectiones. Erat enim & confabulantibus gratus,& cum tristibus mœstus,& absolute(secun dum Apostolum) omnibus omnia factus est. Primo quidem cum presbyter esset, libros faciebat, & meditatos coram ecclesia recitabat. Postea verò etiam fiduciam cum labore fortitus, fub oculos doctrinam laudabilem proferebat. Non tamen ta les erant eius fermones, vt etiá ab auditoribus fcri pturæ traderétur. Quæ verò eius temporibus memoranda acciderint + narrabo.

De Theodosio episcopo Synnada,🗢 quemadmodum illic Macedoniani conuerfi sint. CAP. 111.

N Synnada Pacatianæ Phrygiæ ciuitate, Theodosius quidam erat episcopus,&Macedonianos cùm illic plures essent, insequebatur, & non solum eis è ciuitate, sed etiam ab agris nimia crudelitate pellebat, cum Orthodoxorú ecclesia persequutio-F nes inferre non soleat. Quod ille non zelo rectæ fidei, sed pro pecuniarum amore faciebat. Contra quos, vniuer sos tam clericos quam Iudices prouin ciales armabat, & præcipuè Agapitum eorum turbabat episcopum. Quimque iudices prouincie ad inferenda tormenta, sibi sufficere no putaret. Costantinopolim est profectus, vt Præfectorum auxi lia mereretur. Ibíque posito Theodosio propter huiusmodi caussam Agapitus Macedonianoru epi scopus ad meliorem se contulit partem, habitos; tractatu cum omni clero,& euocans totum populum sibi subiacentem, suasit eis, vt Consubstantialitatis susciperent fidem. Hoc facto, repente cum maxima multitudine,imò cum omni (vt ita dixerim) ciuitate ad Orthodoxorú ecclesiam venit,& oratione facta, sedem in qua Theodosius preside. re solebat, obtinuit. Tum vniens populum, & deinceps fidem Consubstantialitatis docens, ecclesiam tenuit Synnadensem. His itaque gestis, non post multum temporis Theodosius cum Præfectianorum venit auxilio, & nihil sciens horu quæ

I. Cor. 9.d

† marrabe.



Theodosi<sup>9</sup>epi A scopus no reci pient à suis fuerant gesta, ad ecclesiam properauit. Ex qua ab omnibus expulsus, rursus Costantinopolim remeauit, & apud episcopum Atticum quæ fuerant con tra eum gesta deposuit, quemadmodum iniuste episcopatu fuisset expulsus. Atticus autem cognoscens vtilem caussam ecclesiæ accidisse, Theodosium quidem verbo cosolatus est, vt patienter fer ret. Præponens autem caussis personalibus generalem vtilitatem scripsit Agapito, vt teneret episcopatum, nihísque de inimicitiis Theodosij cogitaret.

Quomodo Iudam paralyticm per baptismum sit curatus. CAPVT 1111.

Indempara lyticus fanitati restitut? Hoc igitur vnum est rerum vtilium, quæ Attici temporibus in ecclesia acciderunt. Sed neque miraculorum aut sanitatum his defuit caussa temporibus. Quidam nanque Iudæus quum paralyticus esset, plurimis annis in lecto iacebat. Cumque omnis medicina ei fuisset adhibita,&cunctorum Iudæorum nihil oratio præualeret:nouissimè ad baptismatis Christiani gratiam confugit, huic soli veritatis medicamini se committens. Hoc velociter episcopo Attico nuntiatur. Quem catechumenum factum, & spem Christi promittens, deportari cum lecto præcepit ad baptismum. Verum Iudæus paralyticus baptilinum vera fide lusci piens, cum de fonte fuisset leuatus, statim morbo caruit,& deinceps sanus fuit. Hanc igitur cură virtus Christi etiam nostris temporibus demonstrauit. Qua ex caussa plurimi Paganorum credentes baptizati sunt. Iudæos autem licet signa quærentes, hac tamen non prouocauerunt ad fidem. His ita apud Christianos gestis, plurimi paruipendentes,in sua nequitia permanserunt Et nó solum Iudæi tantis prodigiis repugnabat, sed etiam sequaces eorum similia sapuisse conuicti sunt

#### De Sabbatio harestarcha, etúsque sequacibm. C N P V T V.

£ariλoφ⊕.

Marc. 14.4 Lw.12.4 S Abbatius itaque (cuius ante fecimus mentio-nem) nolens in suo ordine manere presbytera tus, desiderabat episcopatum. Iisdémque temporibus recessit ab ecclesia Nouatianorum, occasionem habés quasi propter observationem Paschæ Iudaici.Faciebatq; collectas contra Sisinnium suu episcopum in loco ciuitatis qui [ 196 λοφο appellatur in Arcadij foro. Illic enim rem commisit valde periculosam. Die nanque festiuitatis in euange lica lectione, vbi scriptu est: Erat enim Pascha ludæorum, verba quæ nusquam scripta neque audita sunt ausus est adiicere, id est: Maledicto qui preter azyma celebrauerit Pascha. Hoc auditum manauit in populum, & simplices decepti Nouatianorum laicorum conuenerunt ad illum. Quod tamen malum non remansit inultum, sed in finem pessima eius falsitas est conuersa. Paulo post enim quum ad quandam festiuitatem multi concurrerent, vt vigilias solite celebrarent, formido subito dæmoniaca irruit super eos, quasi Sisinniuseo rum episcopus veniret cum maxima multitudine. Factaque turba videlicet noctu, & in angustiæ loco comperti semetipsos contriuerunt, ita vt vltra septuaginta homines morerétur. Hoc factum pluri-

#### ECCLESIAT.

mos à Sabbatianorum secta prohibuit: quidam ve Drò in eius rusticitate manserunt.

Sabbaian

De morte Dorothei Arianorum episcopi, & ordinatione Barba, & qua sub eo sint gesta. CAPVT VI.

E O tépore Dorotheus Arianorum Præsul, qué abAntiochia Constantinopolim transtulerát, cum cétum & nouemdecim vixisset annos defun-Aus est, Consulatu Honorij septimo, & Theodo sij secudo, sexto die Nouembris mensis. Post que Ariane superstitionis Barbas ordinatur episcopus. Sub hoc itaque Barba, per duos presbyteros eloquentissimos Arianorum religio floruit, quorum alter Timotheus, alter Georgius dicebatur. Sed Georgius doctrina Helladica eruditus erat, Timo theus sacris literis incumbebat. Et Georgius quidem semper Aristotelem & Platonem habebat in manibus, Timotheus Origenem, ita vt etiam lingua Hebraica loqueretur. Timotheus pridem Psa thyrianorum fuerat hæreseos, Georgium Barbas E presbyterum ordinauit. Timotheum itaque ego ipse vidi,& cognoui quemadmodum interrogantibus fuerit respondere paratus, soluens obscurissimas quæstiones, quæ in diuinis inueniuntur eloquiis testem vocans veracissimum Origenem.Mi hi tamen videtur admirabile, quomodo tales viri in Arianorum lege manserint, quorum vnus quidem Platonem semper habebat in manibus, alter spirabat iugiter Origenem: quum nusquam Plato secudam vel tertiam caussam (sicuti ipse nominare solet)initium subsistentiæ asserat percepisse, & Origenes coæternum vbique fateatur filiú patri. Qui licet in sua sententia manserint, religioné tamen Arianam perduxerunt latenter ad Meliora. Multas nanque Arij blasphemias doctrinis propriis expulerunt.

#### De ordinatione Cyrilli Alexandrini pontificis. CAPVT VII.

Inter hæc defuncto Theophilo morbo lethargico, Consulatu Honorij nono, & Theodosij p quinto, facta contentione propter episcopatu inter Timotheum & Cyrillu, die tertio mortis Theophili Cyrillus ordinatur episcopus, & maiori fastu quam Theophilus tenebat episcopatum: Qui mox episcopatus sui principio Nouatianoru claudens ecclesias, omnia vasa eorum sacra abstulit, episcopumque eorum Theopompum rebus quas habebat omnibus spoliauit.

Quomodo apud Persas per Marutham episcopum sit Christianismus dilatatus. CAP. VIII.

Co tempore apud Persas est Christianismus dilatatus. Inter Romanos enim & Persas semper propter diuersas causas mittutur Legationes. Tum ergo causas attulit, vt Maruthas Mesopotamenus episcopus (cuius dudum meminimus) à Romanorum imperatore ad Persarú destinaretur regem. Qui multam reuerentiam apud Marutham inueniens, eum decenter honorabat, & tanquam diuinum respiciebat virú. Hoc factum mordebat Magos, metuentes ne regem Christianú sieri sua-

An.do.409
Dorethem
Ariawerö
episcopm.
Barbas Ariawerum epi
scopm.
Timothem,
Georgias
Ariami.

Origenes ve racifi**enes** testu.

An.do. 414.
Theophilm
Alexandri
um mariter,
Cyrillm fuc
cedie.
Nonationi
flooiatur per
Cyrillma.

Maratha epifcopu ad Perfas Lega Magorum dolan,

† agit rei regit.

Isdigerdes Persorii rest incipit sanc-B va christianii

A deret. Nam cum dolore capitis multo tépore torqueretur, Magis eum curare no valentibus, Maruthas orationibus fecit incolumem: ob hanc ergo caussam moliti sunt quandam Magi fallaciam. Et quoniam Perlæignem colunt, confueuit que Rex in quadam domo ignem ardentem perpetuò fuppliciter adorare: Magi sub terra hominem quendam abscondentes tepore quo Rex solebat adorare, eum talia clamare fecerunt: Mitte foras Regem: impiè enim + egit, quòd sacerdotem Christianorum iudicat esse venerandum. Hxc audiens Isdigerdes Persarum rex, licet reuerentiam ha beret, tamen Marutham abiicere cogitabat. Porrò Maruthas verè Deo venerabilis homo, vacabat orationibus, per quas inuenit dolum Magicis artibus fabricatum. Veniénsque ad Regem: Noli inquit, illudi Rex, sed ingressus cùm audieris vocé, fodi iube,&doli caussas inuenies.Non enim ignis loquitur, sed homiuum molimina huiusmodi esse noscuntur. Hoc dicto flexus est Persarum rex: & rursus ingressus vbi ignis inextinguibilis seruabatur, cum audisset voce, iussit fodi locum. Tum qui mittebat quali diuinam vocem, inuetus arguitur. Iratus itaque rex, Magorum genus víque ad decimam iussit imminui portionem. Hoc facto, Maruthæ dixit vt templa quæ vellet ædificaret. Ex hoc apud Persas sumpsit Christianismus incrementus Tum igitur Maruthas à Persis Constantinopolim remeauit. Et non longo post tempore rursum destinatus est . Iterúmq; Magi machinabantur ne eu susciperet Rex. Feceruntque sætorem quendam in loco vnde Rex transire solebar, & quasi a Christianis id factum fuisset derogabant. Cumque rex suspectos iam habens Magos, hoc cum studio requisisset, denuò ab eis cocinnatum esse cognouit. Quamobrem plurimos eorum suppliciis tradidit. Marutham verò potiori honore coluit, & Romanos valde dilexit, eorúmque amplexus est pacem. Qui penè Christianus sieri potuit, cùm aliud mira culum per Marutham & Ablatem Persidos episco pum prouenisset. Ambo naque molestum dæmonem à regis filio propulerunt, orationibus vacantes atq; ieiuniis. Post hæc Isdigerde defuncto antequam fieret Christianus, ad eius filium peruenit C imperium. Cuius tempore inter Persas atque Romanos pacta soluta sunt.

#### Quemadmodum Italiam vastarit Alaricus. CAPVT IX.

PEr idem tépus Innocentius, primus Rome No

hn.do.412. Innocentias Pont. Rom, adversas No

uatianos persequi cœpit, multásque eorú abstulit ecclesias. Quo tempore Roma est à Barbaris depredata. Alaricus enim quidam Barbarus ditioni Romanorú & Theodosij imperatoris subie ctus, atque contra Eugenium tyrannum auxilia lar gitus, & propterea Romanis dignitatibus honoratus, felicitatem suam non ferens, imperare quidem non elegit, sed discedens ab vrbe Constantinopolitana, venit ad partes Hesperias. Cúmq; venisset in Illyticum, omnia subuertebat, & trásiens Thessaliam, habita congressione circa sluvium Pinum apud Nicopolim Epiri, penè tria millia virorum eius Thessali peremerunt. Posthæc auté quic quid eis occurreret destruentes, nouissimè Romá venerunt. Quam vastantes, plurima quidem mira-

LIB. XÌ.

culorum eius igne concremauerunt, pecunias au- D tem abripuerunt, multosque Senatorij ordinis diuersis subdidère suppliciis. Deridétésque Romanorum regnum, Imperatorem fecerunt quendam nomineAttalum, quem vno die tanquam Imperatorem fecerunt procedere, altero verò serui sche mate ministrare. Hæc cum egisset Alaricus, repen tè in fugam conuersus est, fama procedente quòd Theodosius imperator contra eum missset exercitum, quæ fama non fuit ficta, sed vera: nam exer citus veniebat. Fertur itaque cum Alaricus profici sceretur Romam, vir quidam venerabilis, conuersatione monachus, eum monuisse, ne mala talia fa cere tentaret, neque cædibus gauderet aut sangui ne. At ille: Non(inquit) ego volens Romam profi ciscor, sed quidam quotidie mihi molestus est, tor quens & dicens: Perge, & Romam destrue ciuitatem.Hæc etiam de his dicta sufficiant.

#### De Calestino Romano pontifice, & quomodo Nonatianos fueritinsequutus, & de Sabbatio. CAPVT X.

Nter hæc Cælestinus Romæ ordinatus episcopus, qui etia Nouatianorum abstraxit ecclesias, & eorum episcopum nomine Rusticulum, in occulto coegit celebrare Collectas. Víq; ad illud nãque tempus plurimas Nouatiani habent ecclesias. Porrò Constantinopoli non talia pertulerunt, sed cum eos diligerent etiam intra vrbem eos Collectas facere permiferut. Mortuo verò Sisinnio No uatianorum episcopo, Chrysantus ad episcopatu trahebatur, vir multis Romanorum dignitatibus honoratus. Quo fugiente, Sabbatius se tempus op portunum ad episcopatum inuenisse credens, fecit quosdam ignobiles sibi manus imponere, iusiu randum quod præbuerat paruipédens. Cuius mores cum populus abhorruisset, Chrysantum per lo ca omnia requirebant. Quem inuenientes in Bithynia, inuitum sacerdotium suscipere coëgerut. Qui nihil percipiebat de ecclesia, nisi dominico die duos panes.

#### De seditione & nece Christianorum qua per Iudaos apud Alexandrum acciderunt. C A P V T X I.

A porrò tempestate Iudzorum genus ab Alexandreia est huiusmodi de caussa eiectum. Ale xãdrinorum populus pluíquàm aliæ generationes seditionibus deditus est: qui si oceasionem accepe rit,intoleranda mala committiti Nam citra sangui nem non cessat à lite. Contigit itaque túc vt inter se contentiones haberent, non propter necessaria caussam, sed propter studium Pantomimoru: quia enim is qui die Sabbatorum saltabat, plurimumha bebat populum Iudæorum,dum vacantes non auditioni Legis, sed Theatris occuparentur, ea dies litigiosa extitit inter partes. Cúmque hoc aliquatenus fuisset ab Alexadreix Præfecto correctum, nihilominus mansêre Iudzi partis alterius inimici. Et cum essent semper Christianis infensi, cotra Pantomimos corú amplius pugnabant. Tunc igitur Horestes Præfectus Alexandreiæ festiuitarem quádam quam Politiam vocant, in Theatro celebrabat, vbi & aderant quidam fautorum Cyrilli,

An.de. 426 à Calestinus pont. Roma, Novatiani Roma in occulto.

E

Chryfantus.

Sabbatian.

An. do. 431. Alexadrini fediciofi.

F

Christianó dabás operá spectaculu apud Alesandriano.

Horestes prafelt Alegandristus.

Alaricus Romă venit Ando, Alb

Hierax ludi A

dispositiones Prefecti volentes cognoscere. Inter quos, quidam nomine Hierax doctor puerilium li terarum, & Cyrilli feruentissimus auditor, ac solitus plausus in eius expositionibus excitare. Hunc itaque Hieracem cum vidisset in Theatro Iudçorum turba, clamabat aduerlus eum, quòd propter nil aliud venisset, nisi vt in Theatro seditiones inter populos excitaret. Verum Horestes pridem ha bens odium contra Cyrilli superbiam, arreptum Hieracem publicè fecit in Theatro agi verberibus. Hoc Cyrillus cognoscens, conuocatis primoribus Iudæorum(vt decebat)admonuit,ne contra Christianos seditiones vlterius excitarent. Porrò turba Iudæorum hoc paruipendens, maiora contra Christianos tractauit molimina. Dantes itaque sibiipsis signum, vt annulum factum ex palma, om nes haberent in digito, cotra Christianos hoc mo do pugnauerunt. Fecerunt enim quosdam de suis vna nocte per omnes ciuitatis decurrere regiones, clamantes Alexadrinam ardere ecclesiam. Ob quam rem Christiani vndique cocurrebant, vt ec clesiæ slammas extinguerent . Porrò Iudæi igno-B rantes interimebant leipsos per signum annuli agnoscentes, ac parcentes sibi mutuo. Facto autem die latere nequiuerunt. Ob hanc rem permotus Cyrillus, cum maxima multitudine irruit in synagogas Iudxorum, & illas quidem abstulit, Iudxos autem expulit ciuitate, corumque substantiam diripere populo imperauit. Hoc ergo modo Iudai à temporibus Alexandri Macedonis illam habitantes vrbe, tunc nudi prorsus expulsi sunt, &per singula loca dispersi. Adamantius verò medicina sophista Constantinopolim veniens, & Christianu le fore promittés, postea reuersus est Alexandriá. Igitur Alexandreix præfectus Horestes valde tristabatur, cò quòd populosam vrbem ita desolată repentè conspiceret. Vnde etiam Principi retulit quod acciderat. Sed & Cyrillus + scelera Iudęorū Imperatori non tacuit, & Horeltis amicitia cogen te populo postulauit. Cúmque Prefectus amicitie verba refutaret, cuangelia obtulit ei Cyrillus. Et cùm nec sic eius corda subigerentur, hæc denuò acciderunt. Monachorum quidam in monte Nitria costituti, fautores Theophili, ex illo quo contra Dioscorum iniustè fuerat coarmatus, etiam p Cyrillo libenter prælia susceperunt. Relictisque monasseriis viri penè quingenti venientes ad ciuitatem, procedentem in carpento Præfectum, immolatorem idolorum Paganúmque inclamabant. At ille putans immissione Cyrilli factum, cla mare cœpit: Christianus sum, & ab Attico Constantinopoli baptizatus. Illis hæc verba contemnentibus, Ammonius quidam eorum Præfectum lapide percussit in capite. Qui repétè repletus est sanguine,& recedentibus Officiis, atque lapidum impetum declinantibus, cum paucis remansit. Inter hæc populus concurrebat, vt Præfecti vindicaret iniuriam, detentúm que Ammonium tamdiu verberibus castigauit, donec traderet morti. Non multò post hæc nunciantur Imperatori. Corpus autem Ammonij sumens Cyrillus in quadam ecclesia sepeliuit, cique aliud nomen + imposuit, vt non pro sua culpa, sed pro Christo mortuus cre deretur, cui laudes velut martyribus offerebat. Sed qui verè noucrat quòd dignas suscepisset pro suo

scelere pænas, Cyrillum valde culpabant. Sed ne-

E CCLESIAST.

que in hoc solummodo Cyrilli & Horestis aduer- D sitas cóquieuit, quando post hac aliud est exortú.

De Hypatia philosopha quomodo in Alexandrua fuerit interempta. CAP. XII.

Rat in Alexandreia quædam mulier Hypatia nomine, filia Theonis philosophi, adeò erudita, vt supra Philosophos eius temporis emineret, & in Platonicam scholam à Plotino veniété, susciperet ipsa successionem, atq; omnes philoso phicas lectiones exponeret. Quapropter omnes currebant ad eam propter honestam doctrinæ fidutiam. Veniebat verò etiam ad Iudices, nec habe bat vllam verecudiam, pudice permixta viris, quu eam cúcti pro iplius castitate venerarentur. Tum ergo inuidia contra hanc fæminam est accensa. Quũ enim crebrò pficisceretur ad Horesté, eccle siasticus populus motus aduersus eam est, tangipsa illum ab amicitia prohiberet episcopi . Quamobrem conspirantes viri, acerrimo furore commoti, quorum dux erat quidam Petrus Lector, obseruauerunt mulierem ad propria redeuntem, eámque E de vehiculo deponentes, ad ecclesiam quæ vocatur Cæsaris traxerunt, & vestibus exutam lapidibus peremerunt. Quam postea membratim dilacerantes, in loco qui dicitur Cinarus igne concremauerunt. Hæc res non mediocrem inuidiam Cy rillo & Alexandrinæ concitauit ecclesiæ. Alienæ nanque sunt à Christianis cædes & pugnæ. Hæc igitur acta sunt quarto anno episcopatus (yrilli, Confulatu Honorij decimo, & Theodosij sexto, mense Martio, ieiuniis existentibus.

Quomodo Indai temeritatis sua pænas excluerint. C A PVT X I I I.

POst modicum verò tempus Iudei rursus illicitè contra Christianos agentes, puniti sunt in loco qui dicitur Mestar, posito inter Chalcidem & Ancyram Syrię. Hic itaque Indæi colueta quædam ludicra celebrantes, per ebrietatem accensi, inter alia Christianis ipsiq; Christo derogare coperunt, illudentes cruci, & spem in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes enim in-F fantulum Christianum, alligatum cruci suspenderut. Et primum quidé deludebant & irridebant eu: postea verò correpti vesania ipsum infantulu verberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congressio inter cos arque Christianos exorta est. Quod cùm princeps cognouisset, prouinciarum iudicibus mandatum est, vt huiusmodi quærerentur autores & punirentur. Et hoc modo dignam vltionem suæ + malitiæ receperunt.

De Iudao qui cum sape baptiz aretur aqua fontiu abscessit. CAPVT XIIII.

A porrò tempestate Iudzus quida seductor, si cho christianismo crebro baptizabatur, chac arte pecunias congregabat. Cumque multis hære sibus illussistet Arianorum atque Macedonianoru, postremò ad ecclesiam venit orthodoxorum. Cui cum tempus ieiuniorum fuisset impositum, multisque adhuc diebus occuparetur, cœpit festinare, vt quasi in feructi studio baptismatis dona percipert.

Ando, 417. Hypatra, Debae vide Suidan.

Christian Hypatian occident.

Iudei Y dri Stieses.

† mognitic.

Indem fep baptizatm.

jaionië aan Lapujenen

perce

Iudei Chriftianos occidunt.

Indei pulfi Alexandria,

Adamāsi<sup>o</sup> medsem.

† delitta.

Monac'n Aegypty p Cyrillo adwerfus Prz. C feltum.

Horestes Prafell lapide paism.

Ammoni<sup>t</sup> occiditur à populo,

† Thamma-Sus, qui pri° peret. Præparabatur baptisma, & vestis conueniens baptizato. Cúmque fons suisset impletus, deducitur Iudæus ad baptizandum. Tum Dei quędam inuisibilis virtus aquam disparere præcepit. Cúmque præsentes non cogitantes Dei virutem, aquam per cuniculum perium dessuisse suspecuerunt, diligenter vndique clausum rursus impleuerunt fontem. Denuò deducto Iudæo aqua disparuit. Tum sacerdos: Quid mali, inquit, secisti ò homo? An certè nesciés baptismo iam potitus es? Ob hanc rem cùm diuersi cocurrerent quidam Iu dæum agnouit, quem baptizatum ab Attico episcopo ipse susceptat. & hoc modo illius fraus vniuersis apparuit.

Quomodo is digerdes rex Persarum Christianos fueru persequutus, & à Romanu deuietus. CAPVI XV.

An. do. 421 [ Barabanes vex Persarü. † Bararanes

Nterea defuncto Isdigerde rege Persarum, eius filius + Barabanes ei successit. Hic instigatus à Magis, crudelibus torquebat suppliciis Christianos. Cúmque Christiani apud Persas opprimerentur, confugiunt ad Romanos eorum petentes auxilium. Quos Atticus episcopus libenter accipiens, eosque quantum erat polsibile fouens, quæ gelta fuerant Theodosio nunciauit imperatori. Eo quoque tempore etiam alia caussa acciderat, quæ Romanos Persis faciebat infensos: Quoniam Persa aurifossores quos à Romanis ad mercedem acceperant, reddere contemnebant: & quòd onera negociatorum Romanorum violenter abstulissent. Cum illa ergo ingratitudine, etiam Christianorum ad Romanos confugien tium caussa est adiecta. Mox ergo Persarum rex Legatos mittit, repetens fugientes. Porrò Romani nequaquam ad se confugientes reddere voluerunt, non solum supplices liberare studentes, sed pro christianismo libenter omnia sustinere. Quáobrem pugnare quàm perituros Christianos tradere, potius elegerunt. Solutis igitur propter hoc C pactis, bellum crudele commissum est. De quo abfurdum nó est pauca narrare. Romanorú igitur im perator misit exercitum cui præfuit militiæ magister Ardaburius. Is enim Persicam regionem per Armeniæ fines ingrediens, vnam eius prouinciam Azamensem valde vastauit, cui cum plurimo exercitu Narseus dux Parthorum regis occurrit. Fachaque congressione deuictus est. Quo facto cogitauit Mesopotamiam Romanorum prouinciam ine custodia consistentem inuadere, & hoc modo de Romanis vlcisci. Sed Romanorum ducem Narsei consilium latere non potuit. Depredatus enim Azazenam velociter regionem, & ipse in Mesopotamiam venit. Et ideo Narseus licet ingentem haberet exercitum, Romanorum terras introire non potuit, sed veniens ad Nisibin Persarum ciuitatem in confinio constitutam, Ardabu rio mandauit vt diem & locum statueret præliorum. At ille venientibus: Nunciate, inquit, Narseo, quod non quando tu volueris, Romanorum pugnabunt imperatores. Verum Imperator Deo soli spem comittés destinauit exercitum. Et quod fi deliter Deo supplicans, repenté impetrauerit au xilium, hinc datur cognosci. Cum enim Constan-

tinopoli pro euentu bellorum æstuatio magna co D furgeret, angeli Dei iter agentibus per Bithyniam ad vrbem Constantinopolim, se demostrauerunt, iubentes vt confiderent & orarent, & Deo crede rent quòd Romanos victoria sequeretur, dicetes se mediatores belli missos à Deo. Hoc auditu, non folum ciuitatem, sed etiam milites confortauit. Cúmque ad Mesopotamiam bellú fuisser de Armeniæ regione translatum, Romani Persas Nisibi clausos fortiter obsidebant, ligneas turres facientes aduersus eos, easque contra muros applicantes, & plurimos de muris cotra se pugnantium perimentes.Porrò + Barabanes Persarum rex, au diens Azazenam regionem ab eis fuisse vastatam, & eos qui in Nisibi clausi videbantur obsessos, seipsum cum magno exercitu præparauit vt occurreret. Miratúsque Romanorum virtutem, Sarace norum auxilia postulauit. Quorum tunc erat rex Alamundarus vir fortis & præliator: qui cum mul ta millia Saracenorum haberet, Persarum regi victoriam promittebat, séque ei Antiochiam Syriæ traditurum: sed non contigit quod putauit. Deus E enim omnibus Saracenis quendam + enormem metum latenter iniecit, ita vt putarét sibiipsis Ro manos insistere. Turbatique nec habentes quò fugerent, in fluuium Euphratem seipsos armati proiiciebant, vbi plusquam centum millia virorum necata atque consumpta sunt. Cum hæc ita euenissent, Nisibin obsidentes cum audirent Perfarum regem plurimos elephantos adducere, perterriti cuncta quidem obsidionis machinamenta concremauerunt, & ad propria loca reuersi sunt. Que verò cogressiones postea acciderint, & quomodo Ariobindas alter Romanorum magister mi litum, fortissimum Persarum monomachum interemerit: Aut quomodo Ardaburius septem for tissimos Persarum duces insidiis captos occiderit: vel quomodo † Beatianus alter dux Romanoru reliquos Saracenos extinxerit, prætereundum est, ne videar multum à proposita relatione digressus. Quæ tunc igitur gerebantur, velociter Imperatori Theodosio nunciata sunt. Quomodo auté hæc citò cognouerit, indicare no piget. Inuenit quendam virum animi corporisque habitu fortiisimű F nomine Palladium, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus perueniret ad terminos Romanorum atque Persarum, & rursus totidé remearet ad Cóstátinopolim ciuitatem. Is verò etiá aliosRomani imperij terminos velociter trāsibar. De quo quidă eloquentissimus sic ait: Iste vir cùm sit lata Romana respublica eam paruă sua velocita te demostrat. Quem etiam Persarum rex sapius admiratus est. Romanorum igitur Imperator licet videret aperte sibi collată à Deo victoriă puenisle, tamen pacem no dissimulauit expetere, misirq; Helionem virum prudentem &honoratű, vr cum Per sis de pace loqueretur. Qui cu venisset in Mesopotamiam, vbi erant fossæ Romanorum, missi pro pace petenda Legatum quendam Maximum, virum eloquentissimum, Ardaburij militiæ magistri consiliarum: qui pro pace veniens ad Perfarum regem missum se non ab Imperatore, sed à ducibus asserebat, dicens, quòd hoc bellum pro sui cotemptu ne peruenisset quidem ad principé. Cúmque Persa paratus esset vt Legati verba susci peret, & tame ipsius laboraret exercitus, veniens

† Bararane i

Saraceni p Perfis.

† inanem.

Ariobindae. Ardaburius.

Beatianus. JVitianus.

Palladia curfor.

Elelion ab imperatore mittitur ad Perfas, traclaturus da pace. Numermim mortalium.

Procopi'dux

nt Perfas.

immort aliü

norti tradi-

A Numerus, qui apud ipsos Immortalium appellatur (est enim decem milliumvirorum fortissimorum) non prius dixerunt pacem cum Romanis esse faciendam, quàm ipsi eos sine custodia constitutos inuaderent. Quibus verbis persuasum est Regi, vt à pace abstinerer. Tum Legatum quidem clausum seruari fecit, & misit Numerum Immortalium vt pugnaret cotra Romanos. Qui venientes in duas acies diuisi, medios habuêre Romanos. Porrò Ro mani vnam Perfarum videntes aciem,contra eam se præparabant, aliam non videbant: que paulatim accessit ad pugnam. Quumque ergo iam congressio penè esset in opere, Dei prouidentia ex quodam colle exercitus alter apparuit Romanorum cum duce Procopio: Qui cum videret socios in periculo, instabat à dorso Persarum. Tum in medio coclusi qui circudederat primò Romanos, in momento ab eis extincti sunt. Quo facto, Romani ad alios qui erat in subsidiis positi concurrerut, eósque fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immor tales appellabantur, omnes mortales apparuerut, pœnas exigente Christo de gente Persarum, eò o plurimos eius famulos occidissent. Porrò rexPerfarum infortunij fui caustam cognoscens, simulabat se nescire quod gestum esset:Suscepitque Legationem dicens Legato Romanorum: Non bello cedens pacem amplector, sed tibi præstare volens, quòd omnium Romanorum te sapientissimum elle cognoscam. Et hoc modo bellum propter Christianos exortum de Parthorum regione cessauit. Contigit autem Consulatu Honorij tertiodecimo & Theodosij decimo.

> Quomodo Acacim episcopus Amida, captiuos redemerit à Romanis militibus, venditis vasis ecclesia, corefectos cum sumptibus ad propria destinarit. CAPVT XVI.

Am.do.424.

Vm verò Acacium Amidæ ciuitatis episcopū facinus optimum reddidit clariorem. Cùm enim Romani milites captiuos Persarum de Azaze na regione vastata, reddere regi Parthorum nullo modo vellent, captiui fame consumebantur, cum essent circa septem millia: quod Persarum regem non mediocriter cotristabat. Tum igitur Acacius conuocans clericos sibi subiectos: Viri, inquit, fra tres, Deus noster nec discis nec calicibus opus habet: nam neque comedit, neque bibit. Et quia multa vasa aurea & argétea, ecclesia nostra ex oblatione Christianorum habet, conuenit ex his liberari exercitum captiuorum, egentibúsque cibos offerri. Hæc & his similia cum dixisser, conflauit vasa, & militibus dedit precium captiuoru. Quos cum recreasset cibis, datis sumptibus ad regem proprium destinauit. Ad hoc mirabile opus Acacij Perfarum rex magis obstupuit, quod & bel lo Romani, & beneficiis se vicissent. Aiunt enim, quòd etiam desiderium habuerit Persarum rex vt videret Acacium, sed hoc Theodosius prohibuerit Imperator.

De Eudocia uxore Theodosy, & de laudibus ipsius Theodosy. CAPVT XVII. ECCLESIAST.

B victoriam verò auxilio Dei collatam, Ro-D manorum plurimi pollentes eloquentia, con scribebant laudes Imperatoris. Cuius vxor Heroico metro poëmata multa confecit. Erat enim elo quens filia Leontij Sophistæ Atheniensis, à patre omnibus lectionibus erudita. Quam cum Impera tor ducturus esset vxorem, Christianam Atticus fe cit episcopus, & in baptismate cum prius vocaretur Athenais, Eudociæ nomen impoluit. Multi ergo(sicuti dixi) volentes innotescere, alij suam facundiam demonstrare, præconia imperatoria con scripserunt. Ego verò nec innotescere cupiens, nec facundiam sermonis ostendere, cum veritate Imperatoris bona memorare studebo, quod sit damnosum si taceantur. Primum itaque regaliter natus atque nutritus, nihil habuit tepidum, sed adeò fuit sapiens, vt inter confabulanteis experimentum omnium crederetur habere caussarum. Perdurabat in frigore, similiter & in æstu. Plerunque ieiunabat, & maximè quarta feria & sexta stu dio Christianismi, nec aliud quàm monasterium E Regalia videbantur. Ipfe nanque mane ad fuas forores proficiscens, diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiam sacras literas sine codice recitabat. Loquétibus episcopis velut olim sacerdos factus, ex diuina lectione respondebat. Congregabátque sacros codices, & quoscunque illorum interpretes seu expositores conscripsisse videbantur, plusquàm Ptolemæus studuerat Philadelphus.Patientia atque clementiavniuersis hominibus eminebat. Nam Iulianus imperator licet philosophus diceretur, non tamen Antiochensium tulit iniuriam, sed maxima Theodoro tormenta indignatus imposuit. Porrò Theodosius multum gaudes syllogismis Aristotelis, philosophiam exercebat operibus, iram, tristitiam, libidinémque deuincens,& in nullo se vlcisci desiderans. Cùm igitur à quodam familiarium interrogaretur, cur nullum se lædentium morti subiiceret: Vtinam,inquit,esfet mihi possibile ad vitam etiam mortuos reuo- F care. Quem cum alius pro ea caussa interrogaret: Non est, inquir, magnum, neque difficile hominé mori, quia neq; Deo soli semel mortuu ex pænitentia suscitare. Adeò enim fuit clemés, vt si quan do quispia dignum aliquid morte comitteret, ne vsq; ad ciuitatis quidé portas moriturus perueniret, sed ex eius clemétia cotinuò reuocatio sequeretur. Cú quodam tempore ipse in Amphitheatro Costantinopoleos spectarer, cæpit clamare popu lus: Crudeli bestiæ artifex 🛪 « gá 🕻 🛮 o o s pugnet. At ille Nescitis, inquit, quod cosueuimus nos spectare cle menter? Tanta verò pietate precelluit, vt omnes quidem Deo cosecratos honoraret, præcipuè tamen quos audiebat venerada actione pollere. Fer tur auté, quod cum Costantinopoli episcopo Chebronensis fuisset mortuus, sacru eius valde sordidum quæsierit, eóque circuamictus sit, credens se aliquid ex defuncti sanctitate pmereri. Cum aliquado aëris tempestas esset, & ille Circum ppter populum † expectaret, pleno Circo tempeltas ve hementius agebatur multo imbre diffuso. Cúmq; hoc fieret, suam voluntatem Imperator aperuit, fe citque per preconé clamari, quod melius esset spe & aculum cotemnere, & omnes rogare Deum, vt illæsi ab imminente tempestate seruarentur. Quo dicto cucti Deo magno gaudio supplicates hym-

Panegyrici in lande The odofy innio-

Athensis

Theody innioris vita Or mores.

> estaphBoA@andas. Theodofins innior. Ludi Circen fes.

+ -----

A nos concorditer offerebant, & tota ciuitas velut vna p sallebat ecclesia. In medio auté horú impera tor existés priuato cultu pperabat. Nec spe sua fru stratus est. Repente nanque aër ad serenitatem diuina clementia reuocatus, annum præbuit frugibus vniuersis vberrimum. Si quando bella mouerentur, secundum Dauid cósugiebat ad Deum, sciens eum præliorum autorem, inimicos orationibus superabat.

Am.do. 425.

Quomodo Ioannes tyrannus in Occidente fuerit superatus. CAPVT XVIII.

Postmodicum itaque tempus Persici belli defuncto imperatore Honorio, Consulatu Ascle piodoti & Mariani Augusto mense,quomodo Ioannem tyránum Deo se committens superauerit, enarrabo. Sicut enim túc sub Moyse Hebræis con tigit rubrum transire mare, talia ctiam eius ducibus euenerunt, cum eos mitteret contra tyrannu. Defuncto siquidem (sicuti diximus) Honorio prin cipe, cognoscens Theodosius celauit factum, & alia dicendo diuersorum suspitionibus obuiauit. Inter hæc mittit magistrum militum in Salonas ci uitatem Dalmatiarum, vt si qua bellorum commo tio proueniret, circa partes Ĥesperias vicinus adiu tor esset. Quo facto, mortem patrui patefecit. Inter hæc Ioannes primus Imperialium conscriptorum, non ferens suam felicitatem imperium contédit arripere. Misitque Legatos ad imperatorem Theodosium, petens vt eius susciperet imperium. At ille Legatos quidem retrusit in carcere, misitque magistrum militum Ardaburium qui multum LIB. XII.

laborauerat apud Persas: hic Salonam veniens, in D de nauigauit Aquileiam. Contigit que ventum aduersum flare, itavt in tyrani manus incideret. Quo capto sperabat ad necessitatem peruenire Theodosium, vt per hoc ipsum decerneret imperatoré, si vellet magistrum militum liberare. Imperator ta men vt audiuit factum, æstuabat ne quid mali Ardaburius sustineret. Aspar verò Ardaburij filius co gnoscens patrem à Tyranno teneri, & multa millia Barbarorŭ in pręsidio tyranni consistere, quidnam faceret, ignorabat. Qui tuc imperatoris oratione præualuit. Angelus enim Dei sub figura pastoris educebat Asparem,& omnes qui cum eo erant:ac per paludem adiacentem Rauennæ,ad loca sperata peruenerunt. In ea nanque ciuitate tyrannus degens habebat exercitum, vnde nullus ali quando transisse fertur. Tum ergo Deus inadibilé terră fecit adibilem. Transeuntes nanque per siccam paludis aquam, apertasque inuenientes ciuitatis portas, Tyrannum quoque detinuerut. Tum ergo piissimus Imperator reuerentiam quam circa diuinitatem habebat, ostendit. Cùm enim Cir- E cum populo exhiberet, nunciatum est ei, tyrannú fuisse peremptum. Quamobrem sermonem fecit ad populum dicens: Venite si placet relinquentes hoc propolitum, & proficiscentes ad ecclesiam, gratificos Deo soluamus hymnos, cuius manus ty ranni præsumptionibus obuiauit . Quo dicto,spcctaculo cessante, per medium circum cuncti cum eo concorditer gratias agentes, ad ecclesiam conuenerunt, ita vt tota ciuitas vna videretur ecclesia. Venientésque ad locum orationis, iugi die gra tias domino retulerunt.

Ioannes est Scriba tyranwww.

# MHISTORIAE ECCLESIASTI.

CAE QVAM TRIPARTITAM VOCANT,

LIBER DVODECIMYS.

. Ap,do.420 De ortu Valentiniani principis filij Placidia.

CAPVT PRIMVM.



Cciso tyranno cogitabat Theodosi<sup>9</sup> imperator, cui nam deberet Hesperiaru regna comittere. Tum Valétinianus erat valde puer, na tus ex matre Placidia, eius quidem amita, filia verò ma ioris Theodosij, Arcadij & Hono-

rij sorore, de patre Constantio, qui ab Honorio Imperij iura susceperat: paruoque tempore cum eo regnauerat. Hunc ergo Valentinianum consobrinum suum Cæsarem factum, mittit ad partes Italiæ, cum quo matrem pariter Placidiam, eique vniuersam dispositionem commisti imperij. Cumque voluisset ipse quoque in Italiam prosi-

cisci, vt consobrinum ad Imperij culmen euehe- pret, vt sui vigore tyrannorum remoueret audaciam: veniens vsque ad Thessalonicam, languo-re phibitus est. Quamobrem coronam imperialem postea consobrino per patricium + Stiliconem mittens, Constantinopolim rediit. Hæc de ta libus retulisse sussessioner sus

† Helionem

De egregiu fastu Attici Constantinopolitani Pontificis. C A PVT 11.

A Tricus porrò episcopus caussas ecclesia sapientia mirabilirer disponebat, doctrinisq, po pulu ad virtutis studiu prouocabat. Cumq, videret diuisam ecclesia, cu Ioanite seorsum apud seipsos sacra solennia celebrarent, iussit vt in orationibus memoria Ioanis haberetur, sicut alioru dormietiu episcoporu sieri cosueuit: per hoc speras plurimos ad ecclesia reuocari. Adeo aute largus erat, vt non solum pauperibus suarum parœciaru, sed etiam in vicinas ciuitates multas pecunias pro egentium

Atticus. Chryfostomiani.

Cafar,

A subsidio transmitteret. Calliopio nanque presbytero ecclesia Nicena trecentos aureos mittens hac scripsit.

### CALLIOPIO ATTICVS IN Domino salutem.

Cognoui decem millia esurientium in ciuitate, à piis exhibéda egere misericordia. Decem millia verò cum dico, multitudinem intelligo, non perfectum numerum comprehendo. Quia igitur ego quidem habeo perceptum numerū datum ab eo qui manum habet munificam, & præbet congruis dispensationibus, & contigit aliquos indigere no habentes, nec acquirere scientes, suscipiens ô cha rissimum mihi caput hos trecentos + solidos expende sicuti volueris: & maximè illis quos petere puder, & no eis qui propter vitæ ventrem magis negotiatur ex talibus. Noli igitur vel religionem in hac parte consyderare, sed vnam tantummodo rem obserua, vt nutrias indigentes: nec cogites si quæ nostra sunt, sapere no videntur. Sic igitur Atticus etia procul indigentium habebat curam. Sed .& superstitionem quorunda studebat abscindere. Audiens etenim Nouatianos Iudaicum pascha sequentes propter Sabbatiú fuisse diuisos, eiúsque corpus ab insula Rhodi vbi mortuus fuerat traslatum, & plurimos ad tumulu eius orare, noctu mittes in aliud sepulchrum corpus Sabbatij iussit abscondi. At illi consuere venientes, effossuing; reperientes tumulum, deinceps eum locum colere quieuerunt.Erat verò circa nomina locorum studiosus. Nam cum quidam portus in ore ponti Euxini constitutus, ex antiquo φαρμακός appellaretur, id est, venenarius, mutato nomine eum locu Senatorium nominauit, ne dum ibi Collectæ predicarctur, nomine blasphemo locus ipse designaretur. Sed & alium locum appropravy pro huiusmo di caussa nominauit. X puso massitem in capite Bosphori constituta est. Huius multi antiquoru faciut mentionem. De qua ciuitate Xenophon in primo libro Helladicorum dicit, quòd eam muro cinxerit Alcibiades, & in ea constituerit, vt qui nauigarent de Ponto, decimas ibi præberent. Videns ergo Atticus locum in contraria ripa χρυσοπόλιως pofitum delectabilem & decorum, ait: agrupo mons no minetur: qui locus eius repente cognomen obtinuit. Igitur quibusdam dicentibus ei, non debere Nouatianos intra ciuitatem missas facere: Nescitis,inquit, quantum nobiscu in persecutione Con stantij atque Valétis fuerint passi, qui etiam testes sunt nostræ sidei. Nam quum pridem ecclesia fuisset diuisa, isti circa fidem nihil innouauerunt. Pro episcopi ordinatione aliquando veniens in Nicæam, Asclepiadem Nouatianorum vidit episcopum valde senem, interrogauit que quot in episco patu annos haberet. Quo respondente: Quinquaginta:Felix,inquit,homo es,tato tépore boni ope tis curam + habens. Super hac ait: Ego quidé Nouatum laudo, Nouatianos no approbo. Tum Ascle piades: Quomodo hoc dicis epilcope? Verum Atticus: illum, inquit, laudo, quoniam his qui sacrificauerat, communicare noluit, hoc etiam ego ipse fecissem. Nouatianos autem non laudo, quod pro leuibus vitiis laicos à gratia communicationis ex-

cludunt. Asclepiades dixit: Extra sacrificadi pecca

E CCLESIAST.

tum etiam alia plurima sunt delicta secudum scripturas quæ ducunt ad mortem, propter quæ vos quidem clericos, nos autem communicare etiam laicos prohibemus, Deo soli eoru remissionis iudicium committentes. Atticus verò etiam sua presciuit mortem. Nam quu à Nicæa discederet, Calliopio presbytero dixit: Ante autumnum Constan tinopolim venire festina, si viuu me denuò videre desideras. Si tardaueris, non videbis. Quo dicto, mentitus non est. Anno nanque vicesimoprimo sui episcopatus, decimo die mensis Octobris est mortuus, Consulatu Theodosij vndecimo, & Valentiniani Cæsaris primo.

De ordinatione Sissinni, & moribus ipsius, & quod Proclus ordinatus Cyzici non sit susceptus. C APVT 111.

Orrò Theodosius imperator à Thessalonica reuertens, eius exequias nó inuenit. Ante vnú nanque diem quam ingrederetur, ille sepultus est. Post paucos verò dies, id est, viginti tres, mensis Octobris nuntiatum est, quod Valentinianus infu E las suscepisset imperij. Post obitu igitur Attici sit maxima de episcopi ordinatione contentio, aliis alium postulantibus, quidam Philippum presbyte rum quærebant, alij Proclum item presbyterum. Sed omnis populus communiter desiderabat ordinari Sisinnium, qui & ipse presbyter quidé erat. In nulla tamen ciuitate ordinatus, sed in suburbano Constantinopoleos, cui nomé + Oliua est, mi nistrabat: hoc suburbanum est positum contra faciem ciuitatis, vbi dies ascensionis Saluatoris soleniter celebratur. Hunc ergo virum omnes laici di ligebant propter ipsius reuerentiam, & maximè quia fouebat pauperes vltra sui mensuram. Præua luit ergo votum laicorum, & Sisinnius ordinatus est vicesimo octavo die Februarij mensis, Consulatu sequenti Theodosij duodecimo, & Valentiniani iunioris secudo. Philippus autem presbyter, cui prelatus fuerat Sisinnius, in historia Christiana quam trigintasex libris ipse coscripsit, ordinationem Sifinnij valde lacerauit, derogas ordinato & pariter ordinātibus,& maximè laicis.Is enim Philippus à Ioanne episcopo diaconus ordinatus, mul F ta quoque conscripsir contra Iulianum imperatorem:cuius tamen historia mihi multam videtur ha bere confusionem, & non satis prodesse legentibus. Sisinnio igitur ordinato, contigit episcopum obire Cyzicenum. Tunc Silinnius, Proclum in Cy zico colecrauit, qui antequam proficisceretur Cy zicum; ciues præcedetes, Dalmatium monachum episcopum sibimet ordinarut, paruipendentes re gulam qua iubetur, præter Costantinopolitanum pont.ordinationem fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quod Attico foli hæc lex personaliter prestita videbatur. Mansit ergo Proclus nó habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiarum Costantinopoleos valde so rebat. Igitur Silinnius cum duos in episcopatu copleuisset annos, defunctus est Consularu Hierij & Ardaburij vicesimoquarto die Decembris mesis, vir celeberrimus castitate & rectitudine vira suç, mansuetus moribus sine vllo sigmento, remotus à caussis. Quamobrem curiosis viris, tristis & inesti

cax videbatur.

Attici mers. Ando. 427

† Elga,

Sifianies
Coftentinop.
cpifcopus.
An do. 418.
Philippi Co
flantinop.
Historia
Christiana li
bri xxxvi.

Proclas

Dalmatius monachus,

An.do.430.

† agens. Novatum laudo, Novatianos

Do approbe.

Digitized by Google

**4** .......

gepaxis.

Chryfopolis Xenophösis Vivuská.

Argyropolis.

Novatiani

minimè mali

De ordinatione Nestory, & qua sub eo in ecclesis mala acciderint. C A P. 1111.

Efuncto Silinnio, Imperatoribus vilum est nullum ex ecclesia Constantinopolitana ordinare pontificem, eo quòd essent vanæ gloriæ & fibimet arrogantes : quum vtique multi Philippū, plurimi Proclum habere desiderarent. Interea ab Antiochia visum est aduená euocari debere. Erat enim ibi quidam Nestorius nomine, genere Germaniciélis, bonæ vocis & simul eloquentiæ. Ideóque eum velut idoneum ad docendum euocauerunt. Quumque transsissent tres méses, venit Nestoriº ab Antiochia, qui castitate îter plurimos pre cipuus habebatur. Quibus auté fuerit moribus institutus, sapientes à primo eius sermone no latuit. Ordinatus enim decimo die mensis Aprilis Consulatu Felicis & Tauri, mox illam vulgatam coram omni populo protulit vocem, faciens sermonem ad Principem: Da mihi, inquit, ô Imperator, terra purgatam ab hæreticis, & ego cælű tribuam. Debella mecum hæreticos, & ego tecum debellabo Persas. Hæc quum dixisset, licet quidam odio haberent hæreticos, tamen leuitas sensus eius, & indignationis initium, vanæ gloriæ tumor, eis valde displicuit, quod ne modicum quidem tempus expectans ad talia verba descendisset, & secudum Prouerbium vt dicam, cum necdum ciuitatis gustasset aquam, persecutor feruentissimus appareret. Quinto verò ordinationis die Oratorium Arianorum, in quo latenter conueniebant, auferre volens, eos ad tantum furorem perduxit, vt idé Oratorium concremarent. Que caussa etiam vicinas consumpsit ædes turbaque vehemens in ciuitate accidit. Verum Ariani seipsos desendere para bant: sed eorum consilium custos ciuitatis dominus impediuit.Postea autem ipsum Nestorium vo cabant incendiarium, non solum hæretici, sed etia qui eius fidei concordabant. Non enim silere poterat, sed semper cotra hæreses machinatus quantum ad se, subuertit funditus ciuitatem. Nouatianos autem depopulari tentabat, eo quòd Paulus C eorum episcopus præditus esse reuerentia diceretur: sed proceres eius impetum refrenarunt. Quan ta verò circa Aliam, Lydiam, Cariam, contra Quar todecimanos mala commiserit, & quod propter eum circa Miletum & Sardis facta seditione sint mortui, nunc omitto. Quam verò propter hæc & propter infrenatam linguam receperit vltionem, post pauca narrabo. Nunc verò res memorabilis indicanda est. Quædam gens vltra Rhenum fluuium est, Burgundionum. Isti vita quietam agut, & penè omnes fabri lignorum sunt, ex qua mercede pascuntur: quorum regionem Huni crebra inuasione vastabant, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate constricti, ad nullum se tamen hominem contulerunt, sed alicui Deo se commit tere cogitabant. Tum audientes quod Romanorum Deus fortiter adiuuat se timentes, omnes có muni cossilio ad credulitatem Christi confugiunt. Venientésque in vnam ciuitatem Galliarum, roga bat vt ab episcopo Christianorum baptisma mererentur. At ille eos septem diebus faciens ieiunare, & imbuens fide, baptizatos octavo die abire precepit. Qui sumpta fiducia contra tyrannos ala-

criter festinabát,& spe sua frustrati nó sunt. Nam

quum rex Hunorum nomine + Suprarus per no- D † V prarus ctem fuisset ciborum nimia voracitate corruptus, Burgundiones gentem inimicam fine duce reperientes, & pauci plurimis resistentes, facta cógressione vicerunt. Nam quum essent istorum tria mil lia, circa decem millia peremerunt, & ex illo tota gens feruentilsime in Christianismo permasit. Eo tempore Barbas Arianorum episcopus, est defun-&us, Consulatu Theodosij tertiodecimo, & Valétiniani tertio, vicelimoquarto die Iunij melis, in cuius locum Sabbatius ordinatur. Nestorius itaq; agens præter coluetudinem ecclesiæ, cotra se plurimos incitabat, sicur eius facta ostendunt. In Ger mensi etenim Hellesponti ciuitate Antonius erat episcopus, qui cognoscens instatiam Nestorij aduersus hareticos, Macedonianos & ipse persequi festinabat, quasi patriarchæ imitatus imaginé. Por rò Macedoniani aliquatulu sunt perpessi. Quumque Antonius veheméter insisteret, iam molestia non ferentes, ad scelus se durissimum contulerut. Mittétes etenim quosdam viros, & quod rectum est secundo loco ponentes, interemerunt eu. Hoc E factum Macedonianorum, Nestorio maioris persecutionis dedit occasionem. Persualit enim impe ratoribus, vt eorum ecclesiæ tollerentur. Quamobrem Constantinopoli eis ecclesia ablata est, ante murum veterem posita ciuitatis, & Cyzici, & aliæ plurimæ quas habebant in Hellesponto: quorum aliqui ad ecclesiam confugerunt, in Consubstantialitatis fide consentientes. Sed, sicut ait scriptura, Ebriolis vinum nó deest, neque contentioso lites: sic quoque Nestorio amanti persecutiones, euenit vt persequeretur semper ecclesia Dei. Erat cum eo Anastasius presbyter ab Antiochia pa riter destinatus, quem nimis honorabat, & veluti consiliariu habebat in caussis. Aliquado igitur coram ecclesia Anastasius doces, ait: Dei genitricem Mariam nullus appeller. Maria enim homo fuit, & Deũ ab homine generari prorsus impossibile est. Hoc quum auditum fuisset, plurimos clericorum & laicorum pariter conturbabat. Olim nang; didicerant Deum fateri Christű, & nullatenus eű per dispensationem velut hominem à divinitate sepa rari, credentes Apostolice voci, dicit: Et si cogno-F uimus secundu carnem Christu, sed nunc nequag cognoscimus. Quapropter relinquentes de Christo sermonem, ad perfectionem procedam<sup>9</sup>. Tumultu siquidé(sicut dixi) in ecclesia facto, Nestorius Anastasij sermonem sirmare volens, & nó redarguere velut blasphemum, qui videbatur ab eo honorari, frequenter ex hoc corá ecclesia docuir. Et cum maiori cotentione quæstionem hanc agitabat, sermoné Dei genitricis reiiciés. Vnde diuisio nata est in ecclesia, & velut in nocturno bello diuerli, nunc his, nunc aliis consentiebant, & verba propria denegabát. Nestorius autem apud mul tos in ea erat opinione, quòd puru hominem diceret Christum, & tanquam Pauli Samosateni atque Photini dogma in ecclesias introduceret. Sed de his maxima quæstio mota est, & tumultus, ita vt vniuersalis synodus ageretur. Ego verò legens Nestorij libros, que intellexisse coperi hunc virum, & cum veritate conspexi, neque pro eius inimicitiis, neque pro gratia alterius explanabo. Non mihi videtur Nestorius neque Samosatenu Iecutus Paulum, neque Photinum, neque omni-

A W. do. 438;

episcopius co tra Maces

Macedonia nu ecclefia adempta.

Anaftafine presbyter.

2, Cor. 5.

Au.do. 437.

Nestory f

Antiochia epifcop4 An. do.430

Nestorů atrogantia:

Nestori

A no purum hominem dixisse Christum, sed sermonem tantummodo quasi metuendum expauisse:

Et hoc passum, quod decenter non esset eruditus.

Atiqui intarprace

£. Ioan.4.a.

Eufeb.Pam phili in vits Conftantini

Qui dum naturaliter eloquens fuisset, se putabat doctum, & libris Antiquorum interpretum dedignabatur incumbere, omnibúsq; se meliorem putabat esse, ignorans quod in catholica Ioannis epi stola in antiquis exéplaribus habeatur: Omnis spi ritus qui soluit Iesum, à Deo no est. Húc enim sen sum ex veteribus exéplaribus abstulerunt, qui separare volunt ab hominis dispensatione divinitatem. Quapropter veteres interpretes hoc ipsum designauerunt, quod aliqui adulterarint hanc epistolam, soluere hominem à Deo volétes. Est enim humanitas copulata divinitati, & iam no funt duo, sed vnum. Hac ratione confidentes antiqui, Mariam Dei non timuerunt dicere genitricem. Eusebius Pamphili enim tertio libro de vita Constantini, dixit: Etenim & generationem sustinere, qui nobiscum est Deus propter nos voluit: & locus eius in carne generationis nominatus est apud Hebřeos Bethlehem.Quamobrě & Helena Augusta Deo amabilis, locum amplum vbi Dei genitrix pe perit, memoriis mirabilibus adornauit, hanc sacratissimam speluncam deceter illustrans. Sed & Ori genes in primo Tomo de epistola Pauli ad Roma nos, ait: Quomodo Dei genitrix dicatur, latius ani maduerte. Apparet igitur Nestorium ignorasse le-Ctiones antiquorum. Quapropter (sicue dixi) in ser mone solo moratus est,&non solum eum sermonem ex animo dedit, sed etia omnino Deum esse qui natus est denegauit. Nos enim fatemur quod qui de sancta Virgine natus est, crucifixus est, Dominus est gloriæ, sicut dixit Apostolus: Si enim co gnouissent, nuquam Dominum gloriæ crucifixisfent . Porrò Nestorius dicit : Noli gloriari Iudæe, non crucifixisti Deum: tanqua ipse Dominus gloriæ idem non sit Deus. Nam quod purum non dicat hominem Christum, sicut Photinus, aut Paulus Samosatenus, etiam homiliæ quas fecit ostendunt. Nusquam enim Dei verbi subsistentiam pe rimit, sed vbique id subsistere confitetur, & habere substantiam, non sicut Photinus & Samosatenus eius existentiam perimentes. Hoc enim & Ma nichæi à Montano dogmatizare audent. Sic igitur Nestorium inuenio sapuisse ex eius libris. Non er go mediocrem concussionem orbi terrarum tepi dissima Nestorij ratiocinatio concitauit. Interea contigit scelus quoddam graue in ecclesia prouenire. Serui quidam potentium genere Barbari, do minum crudelem experti, ad ecclesiam confugerunt, & portantes gladios ingressi sunt ad altare. Cúmque rogarentur, exire nullo modo voluerút, sed impediebant solennia celebrari, plurimis diebus gladios tenentes euaginatos, & parati se vindicare: & omnibus ad eos accedentibus insistebat. Qui postremò vnum clericum perimentes,& aliú vulnerantes, etiam seipsos interemerunt. Quo fa ao quidam traseuntium hoc scelus nihil boni ecclesiæ significare prædixit: nec veritate frustratus est. Significabat enim populi divisionem, & deieaionem eius, qui fuerat caussa divisionis.

> De Ephesino concilio contra Nestorium. CAPFT V.

On multo post tempore, iussio principis epi D scopos yndique Ephesum conuenire præcepit.Mox ergo post Paschalem festiuitatem, Nesto rius cum maxima multitudine venit Ephelum,inuenítque plurimos episcoporum ibi fuisse collectos. Porrò Cyrillus Alexandrinus modicum cunctatus, circa Pentecosten occurrit. Quinto verò die post Pentecosten, Iuuenalis etiam Hierosolymorum venit. Porrò Ioanne Antiocheno cuncate, mouebant præsentes episcopi quæstionem. Cy rillus autem Alexandrinus episcopus, destorationes quasdam librorum Nestorij faciebat, eum turbare volens. Etenim erat inimicus eius. Et quum plurimi Deum confiteantur esse IESVM: ego, inquit Nestorius, bimestrem & trimestre nequaquam confiteor Deum. Quapropter mudus fum à sanguine vestro, & posthac ad vos no venia. Quu hec dixisset, cum reliquis cogregabatur episcopis, qui ipsius sententiam sequebantur:presentes ergo in duos ordines sunt diuisi. Porrò Cyrillus cu suis facto concilio Nestorium vocauerunt. At ille non obediuit, differens in præsentiam Ioannis Antio-E cheni.Qui verò circa Cyrillū erant, homilias Nestorij quas de hac quæstione protulerat sæpius relegentes, & ex ipsis iudicantes, eum velut blasphe mantem Dei filium, damnauerunt. Hoc facto, qui circa Nestorium erant, aliud apud se concilium fa cientes damnauere Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesinæ ciuitatis episcopu. Non verò multo post venit etiam Ioannes Antiochenus episcopus, & cognoscens quæ gesta essent, indignabatur contra Cyrillum tanquam seditionis autorem, eò quòd adeò feruenter Nestorij fecisset damnationem.Porrò Cyrillus cum Iuuenale volens se vlcisci contra Ioannem, damnauit etiam ipsum. His ta li mixtione confusis, cognoscens Nestorius contentionem ad quadam perniciem peruenisse, Dei genitricem Mariam vocabat, dicens: Dicatur, inquit, etiam Dei genitrix Maria, & ea quæ afferunt dissidium conquiescant. Sed nullus eum ex pænitentia talia dicentem, suscepit. Quapropter hacte nus damnatus & in exilium missus Oasin habitare dinoscitur. Hunc ergo terminum synodus habuit: quæ gesta sunt Consulatu Bassi & Antiochi, trice F sima octaua die Iunij mensis.

Quomodo Ioannnes Antiochenus Cyrillum damnauerst. CAPVI VI.

Porrò Ioannes veniens Antiochiam, & plurimos episcoporum colligens, damnauit Cyrillum cùm iam esset in Alexandria. Paulò post verò inimicitias resoluentes, in gratiam redierut, & sedes alterutris reddiderunt. Post damnationem ve rò Nestorij, dura Constantinopli turba contra ecclesiam facta est. Diuisus est nanque populus propter tepidum cius, sicut dixi, tractatum. Clerici tamen omnes communi decreto eum anathematizauerunt. Sic enim nos Christiani contra blasphe mos prolatum solemus appellare decretum, quan do id veluti in marmore scriptum, manifestu cunctis ostendimus.

De ordinatione Maximiani Constantinopoli.

CAPPT VII.

.

Nester

O des er co

Digitized by Google

Servi confo giont ad ten Prociss.

A HIs ita prouenientibus de electione episcopi quæstio rursus exorta est,&multi Philippum (cuius iam feci mentionem) plurimi Proclum eligebant. Potuítque Proclus tenere pontificatum, nisi quidam procerum prohibuissent, dicentes, re gulam ecclesiasticam non permittere eum qui alterius ciuitatis episcopus nominatus est, ad alterá migrare ciuitatem: quod dictum populum reuoca uit. Cumque quatuor transissent menses, post Nestorij damnationem Maximianus ordinatur episcopus, in monachica quidem vita, presbyteroru tamen collegio constitutus. Is enim opinione reueredi viri olim habuerat, eò quòd propriis sumptibus monumenta fabricaret, vt in eis religiosorum corpora sepeliret. Erat enim idiota sermone, & sub quiete viuere potius eligebat.

Quod episcopi ex alis ad aliss ecclesias sint mutati.

C S P. P 1 1 1 1.

Via verò quidam dicebant ecclesiasticam re gulam prohibere, ne Proclus Constantinopolitanam teneret ecclesiam, cum Cyzici fuisset ordinatus, volo p hac re pauca narrare. Nó enim hocverè dixisse videntur, sed aut inuidia faciente, aut ignorantes ecclesiasticam sanctionem prohibuerunt, quæ frequenter in ecclesiis vtiliter facta noscuntur. Eusebius itaque Pamphili in sexto Ecclesiasticæ historiæ libro, Alexandrum vnius Cappadociæ ciuitatis episcopú refert, quum venisset caussa orationis Hierosolymam, detentum fuisse ab eius ciuibus, & in locum Narcissi episcopi con stitutum, & deinceps omni vita sua ipsi ecclesiæ præsedisse. Sic igitur apud veteres sine vlla disserentia, de ciuitate ad aliá migrabat episcopus, cùm vtilitas euocaret. Oportet autem etiam regulam huic operi copulari, vt ostendatur mentitos esse, qui Proclum inthronizare prohibuerunt.

Regula XVIII. Si quis episcopus ordinato ad parceciam, in qua ordinatus est, minime psiciscitur, non sua culpa, sed siue populo respuente, aut propter quamlibet aliam caussam non necessitate facta, hunc honore ministerió que participari tantum, nec eum misceri rebus, in qua collectas celebrar, ecclesiæ, sed sustinere quòd prouinciæ synodus suo iudicio definierir. Hæc itaque regula est. Quod verò plurimi epifcoporum ex aliis ciuitatibus adalias propter vtilitates temporum migrarint, nomina corum qui sunt mutati subdidimus. Perigenes in Petris ordinatur episcopus: & quoniam ciues eius eum suscipere noluerunt, Romanæ ciuitatis episcopus iussit eum inthronizari in Corintho metropoli, defuncto eius episcopo: eique donec vixit, ecclesiæ præfuit. Grægorius Nazianzenus prius vnius Cappadocię ciuitatis fuit episcopus, deinde in Nazianzo constitutus est. Melitius prius Sebastenæ ecclesiæ præfuit, & postea Antiochiæ præsul est constitutus. Dositheum Seleuciæ episcopum, Alexader Antiochenus episcopus in Tarsum Ciliciæ transtulit + Reuerétius ab Arcis Phœniciæ, in Tyrum translatus est. Ioannes de Gordo Lydix mutatus est in Proconesum,& in ea præsidet ecclesia. Palladius ab Helenopoli mutatur in Asponam. Alexader ab Helenopoli in Adrianos mutatus est. Theosebius ab Apamia Asia trásfertur in Eudoxiopolim, quæ prius Salambria

vocabatur.Polycarp<sup>9</sup>de vrbe Antapristena Myfię, D in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Herophilus de Trapezapoli Phrygiæ, tráslatus est in Plotinopolim Thracię. Optimus ab Argdamia Phrygię, in Antiochia Pisidiæ trasfertur. Syluanus à Philippopoli Thraciæ mutatur in Troada. Tot igitur quot ad præsens inuenimus ex propriis ciuitatibus ad alias migrasse, nos memorasse sufficiat. De Syluano tamen, qui ex Philippopoli Thracia in Troada mi grauit, vtile iudico pauca narrare. Syluanus quidé Rhetor fuit prius Troili Sophistę filius,& ad perfecum Christianus, vitamque monachicam diligés.Is enim doctoris pallio vti despexit: qué post hæc Atticus episcopus comprehendens, episcopu Philippopoleos ordinauit. At ille tribus annis in Thracia degens, nec frigora ferre valens, cú haberet corp valde debile atq; subtile, rogauit Atticu, vt eum in loco alio constitueret, dicens, non ob aliam caussam nisi propter frigus ea se loca vitare. Cúmque alius pro eo fuisset ordinatus, mansit syl uanus Constantinopoli, vitam monachicam perfecte custodiens. Adeoque sine vlla fuit arrogan- E tia, vt plerunque in tanta multitudine ciuitatis cu soleis de sparto procederet. Cum vero aliquatum temporis preteriisset, Troiane prasul ecclesia mo ritur: Troianique venerunt, petentes episcopum. Cúmque cogitaret Atticus quem ordinare deberet, subitò contigit ad ipsum salutandu venire Syl uanum. At ille vides eum, mox cogitare cessauit. Tum ad Syluanū: Non habes, inquit, vlterius occa sioné, pro qua ecclesiasticas curas possis esfugere. Troia nanque non habet frigus, sed ecce apparatus est tuo corpori opportunus à Deo locus. Præpara ergo teipíum, & ad Troiam cótinuò profici-Icere.Migrat ergo Syluanus. Quo facto miraculú quod inter eius mano accidit, enarrabo. Nauis ma xima quæ grandes columnas deuexerat nuper, in littore Troiano fabricabatur. Cúmq; cam ad mare voluissent deducere multis funibus, atq; populo trahente, nullatenus mouebatur. Quod cu plurimis diebus ageretur, suspicati sunt nauem à dæmonio retineri. Tum ad Syluanum venientes episcopum, rogaucrunt eum vt in eo loco daret orationem, credentes hoc modo trahi nauem. At ille humili sermone dicebat se esse peccatorem, asserens hoc opus alicuius esse iusti, no tamen suum. F Quem cũ rogassent, venit ad littus.Factaque oratione terigit vnum funem, iubés vt insisterent operi cum labore. Tum illis † breuiter impellentibus cursim nauis ad mare peessit: hoc miraculum reuerentiam illius viri cunctos fecit habere Prouinciales. Qui quum esset etiam in aliis rebus eximius, videns clericos etiam de cotentione litigan tium negocia facientes, nullum clericum vnquam iudicare præcepit. Sed petitiones postulantiu ipse suscepit:rogabat vnum fidelium laicorum amatorémque iustitiæ, ve ipse lirigantibus interesset, & terminum iustitiæ definiret. Ob quam rem maximam apud omnes gloriam cosequutus est. Quum igitur Maximianus in vrbe Constantinopolitana ordinatus fuisset episcopus Cosulatu Bassi & Antonij, quinto & vicesimo die mensis Octobris,

Quomodo apud Cretam quodam Iudzo dicente se esse Mosen, plurimi Indgorum deceptione sint mortui, reliqui fasti sint Christiani. C. S. P. IX. O iiij

causs ecclesiastica quieuerunt.

A ..... #1:5

Sylmanu

Miraculum

† leniter.

7 Recention.

Mamopolis

HISTORIÆ

ECCLESIAT.

An.do.441. A

† deduceret,

Indei per pseudomoy sen decepti in

† paraniu,

Irca hoc tempus multi Iudeoru in Creta chri stiani facti sunt propter huiusmodi cladem. Quidam seductor Iudxus finxit seipsum esse Moy sen,&ccelitus destinatum,vt Iudeos illam insulam inhabitantes per mare + duceret, ipsum se esse di cens, qui olim filios Ifraël per rubrum mare faluaf set. Circuibat itaque toto anno vnamquamque illius infulæ ciuitatem, suadebátque Iudæis vt crede rent, monens vt omnes pecunias atque possessiones relinquerent, cum vrique deducti per siccum mare ad repromissionis gaudia peruenirent. At il li hac spe capti, omne opus proprium negligebat, contemnentes etiam possessiones suas, & dimittentes eas quibuluis personis. Quumque venisset dies qua designauerat seductor ille Iudeus, eo precedente sequebantur omnes cum coniugibus & † minoribus, seduxítque eos ad quandam rupem decliuius incumbentem, iussitque vt in tomorum speciem seipsos euoluerent. Hoc igitur faciebant priores. Et quum venirent ad rupes, repente mo-B riebatur, tam dilacerati acutis rupibus, quàm in aqua necati. Plures tamen mori potuerut, nisi (Deo prouidete) quidam viri Christiani superuenissent piscatores atque negotiatores, qui alios quum necarentur eripientes recreauerut. Tum alij eorum stultitiam sentientes, alios, ne seipsos iactu interfi cerent, tenuerunt, nuntiantes corum mortem qui primo ceciderant. Qui etiam cognoscentes seductionem, culpabat se, eò quòd facilè credidissent. Quumq; voluissent illum perimere seductorem, coprehendere nequiuerunt. Repente nanque disparuit, dedit que suspitionem quod dæmon suisset erroneus humana figura circuamictus. Ex hac itaque calamitate multi tunc Cretensium Iudxorum ad Christianam conuersi sunt sidem.

> De magno incendio Constantinopoli facto, & morte Maximiani atque institutione procli. CAPPT X.

Incendiam ( Confrantino poli,

Maximiani epiftopi Com francinopo, mors, Ando, 436.

Proclas foc-

Nterca incendium in ciuitate Constantinopolitana factum paulatim peruenit ad Thermas, que vocătur Achilleæ: deinde ad locum qui dicitur Pe largus, ita vt Nouatianorum comprehenderetur ecclesia. Tum fertur Paulum eorum episcopu inter flammas ecclesiæ restitisse supplicantem Deo, ne ecclesia pariter cremaretur. Qui locus ereptus est: & hactenus X V I I. die mensis Augusti apud Nouatianos Collectio celebratur. Hunc tamen lo cum no folum Christiani, sed etiam Pagani ex eo tempore venerantur. Maximianus igitur cu duos annos & sex menses ecclesiam gubernasset, defun ctus est, Consulatu Ariobindæ & Asparis, die duodecimo mensis Aprilis, in septimana maiore Ieiuniorum, feria quinta. Tum igitur Theodosius imperator sapienter caussa pspexit, ne rursus de epi scopatu seditionis quæstio, aut tumultus in ecclesia nasceretur. Quu adhuc ergo corpus Maximiani iaceret, præsentibus episcopis præcepit inthro nizari Proclum. Quod etia Romani episcopi Cælestini literæ firmauerunt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinauit episcopum, & ad Ioanem Antiochenum & Ruphum Thessalonicensem dices, quod nihil prohiberer algerius ciuitatis existente episcopum in aliam demigrare. Inthronizatus igi

tur Proclus exequias Maximiani corporis celes D brauit: de quo tempus vt pauca dicamus.

De connersatione & moribus Procli.

Proclus ab ærate prima lector fuir, apud docto res tamen + observans studiosus quoq; Rhetoricæ fuit: qui quum ad perfectam venisset ætatem, plerunque cum Attico erat episcopo exceptor sermonum eius. Et quum proficeret ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio verò Cyzici consecratur episcopus. Hæc quidem ei primo acciderunt, postea thronum Costan tinopolitanx sortitur ecclesia. Erat enim vir moribus optimis: & ab Attico vtiliter eruditus, omnía eius imitabatur. Sed in isto patientia potior ap parebat. Et ille quidem hæreticis se terribilem op portunè mostrabat, iste verò omnibus mitis erat, & sic eos potius quam violenter sectere nitebatur, nullam hærefim vexare volens, in hac parte Theodosium imitatus imperatorem. Ille nanque E iudicabat contra culpabiles imperiali non vti potestate. Hic autem paruipendebat, si quis de Deo non ita saperet sicut ipse. In his igitur Imperator laudabat eum, quum & ipse veros sacerdotes imitaretur, & nequag persequi volentes admitterer. Ego tamé audacter dico, quod mansuerudine omnes veros sacerdotes euicerit. Ob quam caussam hostes suos citra belli certamina subiugabat, sicut ostéditur in Ioanne tyráno, & facta post hoc perditione Barbarorum.

De victoria Barbarorum. CAP. X11.

Post interitum nanque tyranni, Barbari quos ille contra Romanos suum euocauerat in auxilium, parati erant Romanorum fines inuadere. Hæc audiens Imperator consuete hanc solicitudi nem Deo commisit, & orationibus occupatus cito pmeruit quod quæsiuit. Quæ enim acciderint Barbaris enarranda funt: Dux eorum nomine Rugas, fulmine percussus, interiit. Secutáque pestis, maximam partem eorum hominum interemir. Ét p non solum hoc suffecit, sed etiá ignis de cœlo descendens,plurimos qui videbantur remansisse,cõ sumpsit. Quæres Barbaros in formidine magna constituit, non solùm quod cotra gentem Romanorum fortissimam arma leuare ausi fuissent, sed quod sic eos à forti Deo iuuari cospicerent . Tum Proclus episcopus de prophetia Ezechielis coram ecclesia faciens sermone, de collata salute, ab omnibus est laudatus. Cuius pphetiæ verba sunt hęc: Et tu fili hominis prophetiza in Gog principe Mo soch & Thubal. Iudico enimeum morte & sanguine & imbre diluuij, & lapidibus grandinis, & igné & sulphur pluá super eu, & omnes qui cu eo sunt. E post pauca: Et scient quia ego sum Dominus.

Quomodo filia Theodosij Valentiniano sit iunsta. C NPVT XIII.

IGitur imperatori propter suam masuetudinem etiam alia plurima præstitit DEVS, quorum vnum illud est: Erat ei silia ex Eudocia, nomine EuProclas. † incombosis

Theodofias vicit omnes facerdotes mälnet väino

Barbari com tra Roma -

Rega

Ezech, 38.4

Ando.428. Endoxia filia Theodojij nobis Valitjuiano. A doxia. Hanc Valentinianus consobrinus eius, Hesperiarum partium ab eo factus Imperator, petiit vxorem. Cumque Theodosius annuisset, cogitabat in medio itineris, quodam loco nuptias ce lebrare. Placueratque vt Thessalonicam ambo ve nirent. Inter hæc nuntiauit Valentinianus ne fatigaretur Theodosius: ipse enim venturum se Constantinopolim compromisset. Quum ergo partes munisset Hesperias, Constantinopolim venit ad nuptias. Quibus celebratis Consulatu Isidori & Senatoris, vxore sumpta reuersus est.

Quomodo corpus Ioannis episcopi sit Constantinopolim renocatum. CAP. XIIII.

